inflexit quosq; pdidit. Huic
herete in quo suū nihil inuenit.
Nam sibi adherentē nequaq;
pt pdē. Grās nūc atq; in scla.
Omnipnti redemptori iubilem.
In illo t: Ma. Ioannem.
Maria stabat ad monumē
tū foris plorās. Dū g
fleret inclinauit se et
prospexit in monumētū:
et uidit duos angelos
in albis sedētes, unum
ad caput et unū ad pe
des ubi positū fuerat cor
pus ihu. Dicunt ei illi.
Mulier: quid ploras?
Dicit eis. Quia tulerūt
dnm meū: et nescio ubi
posuerunt eū. Hec cum
dixisset conuersa ē retrorsū
et uidit ihm stantem;
et nesciebat qa ihus ē.
Dicit ei ihs. Mlr quid
ploras? Quem queris?
Illa existimās qa hortu
lanus eēt: dicit ei. Dne:
si tu sustulisti eū dicito
mi ubi posuisti eū: et ego
eū tollā. Dicit ei ihus.
Maria. Conuersa illa dic
ei. Rabboni. Qd dr mgr.

Dicit ei ihs. Noli me tan
gere. nondū enī ascēdi ad
prem meū. Vade autem
ad frēs meos et dic eis.
Ascendo ad prem meū
et prem uīm: deū meū
et deū uīm. Venit maria
magdalena annūciās
discipulis. qa uidi dnm
et hec dixit mihi. Offr. In
die solēnitatis uīe dicit dns
inducā uos in terā fluentem
lac et mel alla. Secr. Suscipe
qs dne munera pplorū tu
orū ppicius: ut in con
fessione tui nōis et bapti
smate renouati sempit
nā btitudinē consequntur.
Pfatio et Cōicantes ut s.
Pplis acquisitionis. Cō.
annūciate uirtutes eius alla
qui uos de tenebris uocauit in
admirabile lumē suum alla.
Exaudi dne pces. Cpl.
nras: ut redemptionis
nre sacrosca cōmercia et
uite nb cōferat pntis au
xiliū et gaudia sempra
conciliet. Fia vj.
Eduxit eos dns in spe
alla et inimicos eorū

Wolfg. Engelb. S.R.I. Com: ab Aursperg Sup. Capit. Carniæ Cat. Inscr: An. 1655



# DE ANIMALIBVS INSECTIS LIBRI SEPTEM,

CVM SINGVLORVM ICONIBVS ad viuum expressis.

AVTORE VLYSSE ALDROVANDO in almo Gymnasio Bonon: rerum naturalium professore ordinario

AD SERENISS: FRANC. MARIAM SECVNDVM, VRBINI Ducem Sextum.

Cum Indice copiosissimo

Semper honos, nomenqz suum, laudesqz manebunt

Cum priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis.

Bonon: apud Ioan: Bapt: Bellagambam cum consensu Superiorum An: 1602.

Il Valesio inu. f



Narodna in univerzitetna knjižnica * Ljubljana

20181688 1

SERENISSIMO PRINCIPI

# FRANCISCO MARIÆ SECVNDO VRBINI DVCI SEXTO.

NON possum equidem eos non probare vehementer (Serenissime Princeps) qui morem antiquitùs receptum secuti, lucubrationes ingenij sui, & monumenta, quæ in publicum exire volunt, ijs nuncupant, quos vel amant, vel reuerentur, licet in Imperio sint constituti: his enim par est, vel in primis huiusmodi libros offerre, dicareq́;, partim vt ijs nos ita plurimùm debere testemur, partim vt eos aduersus maleuolorum morsus, patronos nobis quodãmodò adoptemus, partim etiam, vt ad philosophandum hoc modo eosdem alliciamus. tùm enim demùm Regna, aut Respublicæ optimè se habebunt (vt aiebat admirabilis Plato) cùm aut Principes circa philosophiam, aut philosophi circa Imperium versabuntur. Cęterùm quia sicut fortasse pleriq́; homines me rectè in hoc sentire, & opinari libenter fatebuntur, ita acriter negabunt hoc opere de Insectis, quod Celsitudini tuæ nunc offero, aliquid esse, quo probari queat, aut me tibi quàm maximè deuinctissimum existere; aut Principem seu Regem doctrina huiusmodi ad naturalem & ciuilem scientiam magis promoueri posse. Ego verò istorum voces facilè contemnam: etsi enim animalia hæc adeò parua sunt, vt vix cognoscantur, & multa ex cognitis à vulgo contemnantur, à cordatis tamen hominibus, qui res non magnitudine, sed pondere æstimant, habentur in pretio, & admiratione. Tanta in his profectò elucet Dei sapientia, tanta sui (vt ita dicam) demonstratio, vt ob id Camelis, Elephantis, nedum Leporibus, & Cuniculis meritò sint præferenda. Hoc feciſſe veteres illos Ægyptios in omni disciplinarum genere præstantissimos, vel ex eo manifestum, quòd ex Ranis, Cancris, Ostreis, Cicadis, Vespis, Araneis, & alijs minutissimis id genus sexcentis, multò plura, & magis abstrusa obseruatis eorum naturis deduxere hieroglyphica, quàm ex bestijs, quantumuis magnis & ingentibus. Id porrò Scarabæi vnius contemplatio, quam nobis scriptam reliquit Orus Apollo Niliacus, palam ostendit. Cùm
» mas (inquit) sobolem procreare vult, Bouis fimum nactus, globulum ex eo
» eiusdem cum mundo figuræ fingit: quem vbi ab ortu in occasum auersis pedi-
» bus volutarit: mox pilam hanc in terra defossam reponit in dies octo & viginti,
» nam & totidem diebus Luna duodecim Zodiaci signa perlustrat, sub qua toto
illo tempore permanens animatur, ac semen vitale suscipit Scarabæorum ge-

nus. Nono autem, & vigesimo die apertam pilam in aquam conijcit (eum enim diem esse putat, quo & Luna cum Sole congrediatur, & mundi insuper fiat generatio) quæ dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc est, Scarabæi. Quod autem sacrarum scripturarum interpretes eximij; Basilios dico, Ambrosios, & Augustinos, an non & ipsi pariter animalculis istiusmodi summam Dei sapientiam, & prouidentiam, non minùs, quàm Cælo ipso, & Sole nobis declarari affirmant, & prædicant? An non quàm plurima ex his ad Christianæ vitæ institutionum documenta passim colligunt, & collecta enarrant? Negent ergo, qui volunt, homines philosophos, aut male suam industriam in his Insectis quantumuis pusillis, & sordidis collocare, aut conscriptas de his lucubrationes indecenter principibus viris offerre, dummodò sciant, non me, aut mei similes, sed Naturam & Deum ipsum calumniari. At ego interim ineptè nimis, cum tua Celsitudine egisse me sentio, quasi nesciam te ab ineunte ætate, non humanioribus tantùm litteris, sed & Naturali Philosophiæ simul, & Ciuili operam tam seriò dedisse, vt inter omnes nostri æui Principes tam doctrina, quàm prudentia primum locum non immeritò tibi comparaueris. Enimuerò Celsitudinem tuam ad hæc omnia præclaro quidem naturæ impetu, & sponte commotam reor; ea tamen conditione, vt constanter asseram, plurimum etiam tibi ad id maiorum tuorum innumera, eaq; perillustria exempla profuisse. Quis enim ignorat tuis illis Heroibus sapientissimis, atq; præstantissimis nihil æquè magnum fuisse, aut volupe, quàm vt eximio virtutum suarum splendore posteritati omni, nedum suis præluceret, iterq; certissimum ad veram solidamq; laudem ostenderent. Tu igitur ex his (Dux Serenissime) virtutes omnes, quibus mirificè fulges, liberalitatem in primis, beneficentiam, & de omnibus deniq; benemerendi studium, tanquàm gentili fonte, sic iure tuo exhausisti, vt, quod tibi cum illis commune erat, proprium omnino feceris. Hinc est, vt nemo te constantiùs doctos viros (cæteros prætermitto) maiore studio, humanitate, beneuolentia, atq; etiam liberalitate amet, foueat, & prosequatur. Hæc ego non ab alijs accepta refero, sed re ipsa expertus nota omnibus, & vulgata esse cupio. Tu enim commentarios meos de auibus ad te honoris causa anno superiore missos, non modo Bibliotheca illa tua, cuiuscunq; professionis libris instructissima, non indignos existimasti; sed me ipsum quoq; summa liberalitate es prosecutus. Vt ergo aliquod grati animi testimonium, ac pignus Celsitudini tuæ in hoc meo senio exhiberem, volumen hocce de Insectis nunc do, dicoq;, vt Patrono meo clementissimo, atq; munificentissimo. Vale Princeps optime, & Nestoris annos tibi, & bonis omnibus feliciter viue.

Ad

# Ad Lectorem.

INTER omnes philosophiæ naturalis partes, candide lector, quarum cognitio difficilis, contemplatio laboriosa, naturaque recondita est, eam ego difficillimam offendi, quę circa Insecta versatur, idq; vel maximè ob notabilem ac admirandam eorum paruitatem, adeo vt ἄτομα potiùs quàm ἔντομα quædam, quin pleraq; rectè dixeris. eaq; ratio est, cur nulli hactenus (quòd sciam) de ijs quicquam memorabile memoriæ prodiderunt. Solus enim Aristoteles ex Græcis nonnulla quidē scitu digna de ijs reliquit: plura ex Latinis Plinius, qui ea ex veterum cùm Græcorum, tùm Latinorum monumentis, quæ nūc à nobis deliberantur, in suum opus naturale sparsim congessit; sed ita mutila, ita deprauata, vt semper sit, qui ea emendare & pristinę integritati restituere laboret: ita cōcisè & breuiter conscripta, vt eorū obscuritas plurimos fallat; quæ eò etiam maior est, quò res ipsa minus cognoscitur, ob loci distantiam, in quo nascitur, aut corporis exiguitatem. Audio & quosdam nostri æui viros aliquid in hac opera conatos fuisse, sed eorum conatus nondum videre mihi contigit. Haud satis tamen laudare eos possum, quòd in re tam ardua perueſtiganda operam ac tempus impenderint. Sin suas lucubrationes in lucem prodire noluerint, quò minus alios iuuent, & mihi non exiguam laborum horum partem subleuent, summoperè doleo. Quales autem & quanti hi labores sint, tu velim, candide lector, iudices. Cùm autem mecum reputo, quot dies ijs impenderim, quos sumptus fecerim, mirari subit, quo modo tot animalcula inuenire, examinare, describere potuerim. Equidem illorum inueniendorum causa, in suburbium, non ad recreandum animum (vt plerique faciunt) totis æstiuis ac autumnalibus mensibus, me conferebam; vbi rusticos & precę & pretio excitabam, vt, si quid per agros, sub terra, in aquis Insectorum siue volatilium siue reptilium inuenirent, ad me deferrent: Si quid portabatur nomen, naturam, locumque vbi cepissent, inquirebam, ac sæpe etiam ipse vnà cum amanuensibus & pictore, cùm ob continua studia fessi essemus, per vineta, agros, paludes, montesq; expatiabar: pictor secum penicillum, amanuenses pugillares & stylum ferebant; ille, si quid caperemus pictu dignum, pingebat, illi quod notatu erat dignum me dictante notabant; atq; hoc modo tam variam Insectorum supellectilem nancisci contigit. Verùm, si eiuscemodi meos labores ceu nimiam curiositatem quis redarguat, is magnoperè fallitur: siquidem quæ ad nos non pertinent, scire & indagare velle curiositatis vitium est, sed hæc ad nos pertinent maximè: sin imperfectos esse contendat, quia nemo vnquam eiuscemodi animalcula, ob infinitas eorum species obseruare queat, eum ego obnixè rogabo, vt quæ à me derelicta sunt, eâdem animi erga studiosos propensione, eâdemq; voluntate ac voluptate, addat. Spero interim, quin certò mihi persuadeo, & iucundum fore legentibus hocce meum opus, & non inutile: iucundum autem, cùm in tantillis bestiolis, tam varios colores, constitutionemq; corporis omnibus numeris absolutissimam, robur item atq; virtutes plurima laude dignas, sit conspicere. Tanta autem nonnullis colorum diuersitas, vt ne Apelles, aliusue præstantissimus pictor eos æmuletur. Robore & animi & corporis cæteris bestijs, præfertur Leo, eum vel minimus Culex in Mesopotamia vincit, & cum Aquila auiū regina Scarabæus congredi non timet. Apes verò & Formicæ, vt infinita alia præteream, arte, ac prudentia cætera animantia, & ipsos etiam homines superant. Quæ omnia vt iucundissimum est contemplari, ita quoq; ab eisdem ad labores, prudentiamq; adhortari, & plurima remedia aduersus quàm multos morbos hinc haurire, aliaq; ad humanos vsus necessaria, vt ab Ape mel & ceram, ab Erucis holosericum, ab alijs alia, vtilitati summę adscribendum est: quæ qualis quantaq; sit, [illegible] lector candidissime, iudica, & vale.

EGO Fr. Daniel Mallonius sac. Fesulanæ Cong. Sancti Hieronimi, Theologiæ professor publicus atq; pro Archiepiscopali Cur. Bononien. Reuisor deputatus, opus Excellentissimi atq; inter præcipuos nostræ ætatis Philosophos eminentissimi Vlissis Aldrouandi, quod de animalium Insectorum historia inscribitur, admirabili eruditione conscriptum, diligenter legi, & quod nihil contra sanctæ fidei dogmata vel probatos mores, vel sac. Indicis regulas contineret, vt typis mandaretur probaui.

Idem qui supra Fr. Daniel Mallonius.

EGO Fr. Aloysius Festa Vrceanus in Conuentu Sancti Dominici de Bonõnia Baccalaureus, & Sanctissimæ Inquisitionis Vicarius, hoc opus de Animalium Insectorum historia inscriptum, atq; per Illustrem admodum, eruditissimumq; virum D. Vlyssem Aldrouandum Philosophum suæ tempestatis celeberrimum, compilatum, diligenter perlegi, cumq; nihil in eo quod fidem, bonos mores, seu catholicos principes ladat, animaduerterim, quinimò opus & doctrinæ subtilitate, & styli nitore, & rerum, quæ in eo tractantur, copia, & varietate adeò insigne compererim; vt ne dum philosophis, verùm & theologis quàm utile futurum iudicauerim, ideo facultatem, vt imprimatur, concedo.

Ita est ego Fr. Aloysius qui supra.


Insecta sunt animalia parua habētia incisuras, seu annulos, vnde et annulosa dicunt Alberto. Horum alia, vel sunt
Terrestria. Quorū alia
Pedes habēt. Quorum rursus alia sunt vel
Alata, alas habentia
Quatuor
Detectas anelitra dicta
Binas
Musicarum genera
Tabanus
Culex
Ephemerum
Operras, quæ Coleoptera, seu Vaginipennia vocantur, vt
Locusta
Gryllus
Scarabæus
Cantharis
Ips
Bupreſtis
Coccoius
Cicindela
Blatta
Membranaceas. Quorum alia sunt
Fauifica
Apis
Fucus
Fur
Vespa
Crabro.
Domestica
Syluestris
Non Fauifica
Cicada
Orsodacna
Perla
Cimex Syluestris
Farinaceas
vt Papilio
Vulgaris
Lucernarius
Alijq;
Aptera, siue alis carētia, quorum alij dicuntur
Paucipeda, habentq; pedes vel
Sex, vt
Formica
Cimex
Pediculus
Ricinus
Pulex
Lens. Cossus
Forbicina
Talpa
Octo
Scorpio
Araneus
Duodecim, Geometra
Quatuordecim Eruca.
Multipeda
Millepeda, siue Centipeda.
Onisscus siue Asellus
Scolopendra terrestris
Iulus
Pedibus carent, vt
Vermes nascentes, vel in
Hominibus
Animalibus alijs
Plantis
Lapidibus
Metallis
Teredo
Lūbricus terrestris
Tinea
Orips
Limax
Aquatica. Atque hæc quoq; sunt vel
Pedata nempe
Paucipeda, vt
Musca fluuiatilis.
Cantharis aquatica.
Viola aquatica.
Tipula
Alata.
Aptera.
Ligniperda, siue Phryganium
Multipeda, vt
Scrophula siue Tinea.
Pulex marinus.
Pediculus marinus.
Oestrus siue Asilus marinus.
Scolopendra marina.
Vermes in tubulis delitescentes.
Apoda, vt
Vermis Indicus
Vermis Martij mensis
Seta aquatica
Hirudo
Paludosa
Marina
Lumbricus marinus
Intestinum aquaticum
Vermis macrorinchoteros
Vermis microrinchoteros
Hippocampus
Vua marina
Stellæ marinæ

# CATALOGVS AVTHORVM,
## Quibus in hoc opere de Insectis vsus sum.

A

Benzuar.
Abrahamus Ortelius.
Achilles Buchius.
Acron.
Actuarius.
Adagiorum author.
Adrianus Iunius.
Adrianus Turnebus.
Aelianus.
Aelius Lampridius.
Aelius Iulius Crotta.
Aemilius Macer.
Aemilius Probus.
Aeneas Philosophus Platonicus.
Aeneas Syluius.
Aeschylus.
Aesopus.
Aetius.
Alanus poeta moralis.
Albertus.
Albucasis.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Alexãder Benedictus Veronen.
Alexander Trallianus.
Alexis Pedemontanus.
Aloysius Cadamustus.
Aloysius Lipomanus Veron.
Aloysius Mundella.
Alphonsus Tostatus.
Alsaharauius.
Alumnus Ferrarienſis.
Amalarius Fortunatus Episcopus Treuirensis.
Amatus Lusitanus.
Ambrosius.
Ambrosius Calepinus.
Ambrosius Leo Nolanus.
Ambrosius Paraus.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Anacreon.
Andreas Alciatus.
Andreas Baccius.
Andreas Cæsalpinus.
Andreas Dactius.
Andreas Din⁹ Iustinopolitanus.
Andreas Libauius.
Andreas Marachius.
Andreas Matthiolus.
Andreas Placus.
Andreas Theuetus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Politianus.
Antidotarium Augustanum.
Antigonus.
Antonius Liberalis.
Antonius Beniuenius.
Antonius Guainerius.
Antonius Mizaldus.
Antonius Musa Brasauolus.
S. Antonius Patauinus.
Antonius Picentinus.
Anutius Fœsius.
Aphthonius Sophista.
Apuleus.
Aratus.
Archelaus.
Aretæus Cappadox.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnobius.
Arnoldus de Villa noua.
Arrianus.
Arrianus Epictetus.
Arthemidorus.
Ascanius Martinengus.
Asconius Pedianus.
Athanasius.
Athenæus.
Auenzuar.
Auerroes.
Auicenna.
D. Augustinus.
Augustinus Gallus.
Augustinus Niphus.
Aulus Gellius.
Ausonius.
Author de natura rerum.
Author thesauri linguæ Græcæ.

B.

Aldus Angelus Abbatius.
Baptista Egnatius.
Baptista Fiera.
Baptista Mantuanus.
Bartholomeus Anglicus.
Bartholomæus Montagnana.
Basilius Magnus.
Beda.
Benedictus Curtius.
S. Bernardus.
Bernardinus Gomesius.
Berosus.
Biblia sacra.
Bonardus.
Bonfinius.
Brocardus Teutonicus.
Brodæus.
Budæus.

C.

Aelius Aurelianus.
Calius Calcagninus.
Calius Pannonius.
Calius Rhodoginus.
Calius Secundus Curio.
Cæsar Baronius Cardinalis.
Q. Calaber.
Callimachus.
Calphurnius.
Caluus.
Capitolinus.
Carolus Clusius.
Carolus Ruinus Senator Bonen.
Carolus Sigonius.
Carolus Stephanus.
Cassiodorus.
Cato.
Catullus.
Christianus Adrichomius Delphensis.
D. Chrysostomus.
Cicero.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cleopatra.
Columella.
Constantinus Africanus.
Constantinus Cæsar.
Constantinus Landus.
Cornelius Celsus.
Cornelius Fronto.
Cornelius Gemma.
Cornelius Iansenius.
Cornelius Nepos.
Cornelius Tacitus.
Corrippus.
Cortesius.
Cranzius.
Crispinus.
Q. Curtius.
Cuspianus.
Cyrillus.

D.

Emocritus.
Demosthenes.
Desiderius Iacotius.
Dictionarium Bohemicum.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Diogenianus.
Dion Cassius.
Dion Chrysostomus.

Dio-

# Catalogus Authorum.

Dionysius Corronius.
Dionysius Lambinus.
Dioscorides.
Dominicus Leonus.
Domitius Calderinus.

E.

Duardus VVottonus.
Eliota Anglus.
Ennius.
Epigrãmata Graca.
Epiphanius.
Erotianus.
Etymologus.
Eucherius.
Euripides.
Eustathius.
Euodius Vzalensis.
Eutropius.

F.

Abius Columna.
Ferdinandus Bonzetius Card.
Ferrantes Imperatus Neapol.
Festus Pompeius.
Flauius Iosephus.
Flauius Vopiscus.
Florentinus.
Franciscus Giorgius Venetus.
Franciscus Lopez.
Franciscus Massarius.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Picolominaus.
Franciscus Roscrius.
Franciscus Sansouinus.
Franciscus Santius Brocensis.
Franciscus Valeriola.
Franciscus Nausea.
Fulgentius.

G.

Abria fabula.
Gabriel Fallopius.
Gabriel Humelbergius.
Galenus.
Gariopontus.
Garzias Lopius.
Gasparus Balbius.
Gasparus Sitblinus.
Gaudentius Merula.
Gentilis.
Georgius Agricola.
Georgius Bersmannus.
Georgius Cedrenus.
Georgius Pachymerus.
Georgius Philãder Castilionius.
Georgius Pictorius.
Georgius Præsbyter.
Georgius Reischius.
Georgius Valla.
Georgius Venetus Minoritanus.
Gilbertus.
Glossa magna.
Glossarium Benedicti Abbatis.
Glossarium vtrumq;.
Gonzaluus Ouiedus.
Gordonius.
Gorrhæus.
S. Gregorius Papa.
Gregorius Turonensis.
Gulielmus Canterus.
Gulielmus Pantinus.
Gulielmus Rondeletius.

H.

Ali Abbas.
Herculus Schoffanus.
Hermolaus Barberus.
Herodotus.
Hesychius.
D. Hieronymus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Gabucinus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Montuus.
Hieronymus Vida.
Hieronymus Vielmius Venetus.
Hippocrates.
Historia plantarum.
Homerus.
Honorij chronicon.
Horatius poëta.
Horatius Tuscanellus.
Hubertus Golzius.

I.

Acobus Dalecampius.
Iacobus Billius.
Iacobus Greuinus.
Iacobus Hollerius.
Iacobus Meyer.
Iacobus Sanazarius.
Iacobus Syluius.
Iacobus Vitriacus.
Iacotius.
Ianus Damascenus.
Ianus Gruterus.
Incognitus in Psalmos.
Ioacchimus Camerarius iunior.
Ioacchimus Forzius.
Iodocus Badius Ascensius.
Ioannes Anglicus.
Ioannes Argenterius.
Ioannes Baptista Folengius.
Ioan: Bapt. Montanus.
Ioan: Bapt. Pius Bonon.
Ioan: Bapt. Porta Neapol.
Ioannes Bauerius.
Ioan: Bruyerinus Campegius.
Ioannes Boterus.
Ioannes Britannicus.
Ioan: Chrysostomus Stancus.
Ioannes Costæus Laudensis.
Ioan: Cremonensis.
Ioannes Fernelius Ambianus.
Ioannes Garopius Becanus.
Ioan: Guinterius Andarnacus.
Ioan: Iacobus VVecKerus.
Ioan: Leo Africanus.
Ioannes Monardus.
Ioannes Meursius.
Ioannes de Mondauilla.
Ioannes Moibanus.
Ioannes Rauisius Textor.
Ioannes Ruellius.
Ioannes Serapio.
Ioannes Stobæus.
Ioannes Tzetzes.
Ioannes Verzanus.
Ioannes de Vigo.
Ioannes Villanus.
Ioannes Vrsinus.
Iosephus Acosta Iesuita.
Iosephus Scaliger.
Iouianus Pontanus.
Irenæus.
Isaac.
Isidorus Hispalensis.
Isidorus Pelusiota.
Isychius.
Iulius Casserius Placentin.
Iulius Cæsar Scaliger.
Iulius Pollux.
Iulius Pomponius.
Iustus Lipsius.
Iuuenalis.

K.

Kiranides.

L.

Actãtius Firmianus.
Lactantius in Statiũ.
Lampridius.
Laurẽtius Ioubertus.
Laurentius Renatus de Labarres.
Laurentius Surius.
Leo Baptista Albertus.
Leonardus Iacchinus.
Leonardus Thurneiserus.
Leuinus Lemmius.
Lexicon vetus.
Lexicon vulgare.
Leonicenus.
Lilius Gregorius Gyraldus.
Liuius.
Lodouicus Ariostus.
Lodouicus Duretus.
Lodouicus Mercatus.
Lucanus.
Lucianus.
Lucilius.

Lu-

# Catalogus Authorum.

Lucretius.
Lycophron.
Lycosthenes.

M.

Acrobius.
Manilius in Virgilium.
Manilius poëta.
Marcellus Donatus.
Marcellus Virgilius.
Marcellinus.
Marcus Marulus Palatensis.
Marianus Victorius.
Marsilius Cagnatus.
Marsilius Ficinus.
Martianus Capella.
Martianus Iurisconsultus.
Marullus.
Mathias Lobelius.
Mesue.
Michael Toxites.
Monachi in Mesuem.
Michael Sauanarola.
M. Ant. Muretus.
Mycillus.

N.

Nauigationes in India.
Nemesianus.
Nicander.
Nicephorus Callistus.
Nicolaus Alexandrinus.
Nicolaus Leonicus.
Nicolaus Lyranus.
Nicolaus Myrepsus.
Nicolaus à Nicolais.
Nicolaus Perottus.
Nonius Marcellus.

O.

Olaus Magnus.
Oppianus.
Oribasius.
Origenes.
Orus Apollo.
Ouidius.

P.

Palladius.
Paulinus.
Paulus Aegineta.
Paulus Diaconus.
Paulus Iouius.
Paulus Morigia.
Paulus Marsus Picenas.
Paulus Orosius.
Pausanias.
Petronius Arbiter.
Petrus Alcyonius.
Pet. Angelus Bargæus.
Petrus Aponensis Conciliator.
Petrus Bellonius.
Petrus Berchorius.
Petrus Grescentiensis.
Petrus Crinitus.
Petrus Gyllius.
Pet. Gregorius Tholosanus.
Petrus Martyr.
Petrus Nellus.
Petrus Pena.
Petrus Razanus.
Petrus Victorius.
Philalthæus.
Philes.
Philippus Beroaldus.
Philon Iudæus.
Philostratus.
Phocylides.
Pierius Valerianus.
Pindarus.
Platina.
Plato.
Plinius.
Plotinus.
Plutarchus.
Polybius.
Polydorus Virgilius.
Pompeius Vizanius.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Porphyrion.
Priscianus.
Probus Grammaticus.
Procopius.
Propertius.
Prosper Alpinus.
Prudentius.
Psellus.
Ptolomæus.

Q.

Quinquarboreus.

R.

Ases.
Rebertus Dodonæus.
Robertus Constantinus.
Rodoricus Flauiacensis.
Rosa Angelica.
Rodulphus Flauiacensis.
Rufus Ephesius.

S.

Sabellicus.
Santes Ardouinus.
Santes Pagninus.
Sauanorola.
Scapula.
Schenckij obseruationes.
Scholiastes Aristophanis.
Scholiastes Nicandri.
Scholiastes Theocriti.
Scribonius Largus.
Sebastianus Eritius.
Seneca Philosopus.
Seneca Tragœdus.
Seruius in Virgilium.
Sextus Empyricus.
Sextus Philosophus.
Sidonius.
Sigebertus.
Simon Maiolus Episcopus.
Simonides.
Solinus.
Sophocles.
Sozomenes.
Statius.
Stephanus Aquæus.
Stephanus Bizantius.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Syluaticus.

T.

Tardiuus.
Tertullianus.
Thucidides.
Theodoretus.
Theodorus Gaza.
Theophrastus.
Theophrastus Paracelsus.
Theophilactus.
Theophilus.
Theophilus Zimara.
Thomas Aquinas.
Thomas Bozius Eugubinus.
Tibullus.
Torquatus Tassus.
Trotula.
Turnus Auruncus.

V.

Valerius Maximus.
Valfridus Maximus.
Varrinus.
Varro.
Vegetius.
Verrius Flaccus.
Veterinariæ authores.
Victor Trincauellius.
Vidus Vidius.
Vincentius Belleuacensis.
Virgilius.
Vitalis.
Vitruuius.
Vlpianus.
Volaterranus.
Volcherus Coiterus.

X.

Xenodotus.

Z.

Zacharias Calliergus.
Zoographus.

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

## IN HISTORIAM DE INSECTIS PROLEGOMENA.

### In quibus agitur de Insectis in genere.

## PROOEMIVM.

C

DE quinq; exanguium animalium generibus ab Aristotele recensitis, nimirùm Testaceis siue Conchilijs, Crustaceis, Malachijs siue Mollibus, Zoophytis, necnon Insectis quanquam multa suo quoq; tempore (si vita, ac facultas dabitur) promulganda conscripserim, singulaq; iconibus domi meæ illustrauerim: placuit tamen hasce de Insectis (quæ primum potissimumque, atque ampliſſimum inter cætera exanguia genus sunt, & plures quoq; quàm illa species complectuntur) lucubrationes præuertere, tum quia istiusmodi animalcula per se ipsa cæteris alijs exanguibus præstent, sicut fusa admodum oratione, si tempus, & locus permitterent, efficacissimisq; argumentis possem demonstrare; tum verò maximè, quia grauissimi quidam, atque illustrissimo loco nati Viri me ad hoc opus edendum seriò exhortati sint; tum deniq; quia nemo (ni fallor) de Insectis hisce exactè pertractarit hactenus, fortè quoniam ob corporis sui exiguitatem contemptui habeantur à vulgo, quod plerunque res ipsas leuiter, nisi ruditer potiùs dicas, contemplatur, non autem causas examinat earum, aut effectus: cùm aliàs in minimis hisce, ac tantillis animalculis Deus immortalis, huiusque administra natura longè maiora collocasse videantur miracula, quàm in enormibus alijs animalibus, vt vel sic videãtur ostendisse non molis quantitate, sed virtutis amplitudine res ipsas dimetiri oportere. Exemplo sint nobis gemmæ minimum lapidũ genus, quas saxis præferendas ob incredibilem virtutẽ eadem natura instituit: exiguas autẽ esse voluit; saxorum interim montibus altitudine cælum attingentibus, nullius aut modicæ virtutis vim habere iussis. Eodem pariter modo si bouem ingentis molis quadrupedem, eundemq; admodum laborioſum, & qui arando hominibus alioqui victum suppeditat, exiguæ compares Apiculæ, asinumq; Formicæ (examinatis prius omnium naturæ dotibus) has omnino videbis minutissimorum horum animalculorum longè præferendas esse ijs, quæ prægrãdibus illis bestijs inexistunt. Ad cuius rei corroborationem optimè spectant, quæ [a] Plinius clarissimus naturalis historiæ scriptor circa Insectorum laudem memoriæ prodidit his verbis: In magnis

Cur inter alia exanguia, Insecta præferat author.

D

[a] Li. 11. c. 2.

gnis ſiquidem corporibus, aut certè maioribus, facilis officina ſequaci materia fuit. In his E
tam paruis,atq; tam nullis,quæ ratio,quãta vis,quàm inextricabilis perfectio? Vbi tot ſen- „
In Culice mirãda naturæ opera. ſus collocauit in Culice? & ſunt alia dictu minora. Sed vbi viſum in eo prætendit? vbi gu- „
ſtatum applicauit ? vbi odoratum inſeruit ? vbi verò truculentam illam, & portione maxi- „
mam vocem ingenerauit ? qua ſubtilitate pennas adnexuit ? prælongauit pedum crura ? „
diſpoſuit ieiunam caueam vti aluum ? auidam ſanguinis, & potiſſimùm humani ſitim ac- „
cendit ? Telum verò perfodiendo tergori,quo ſpiculauit ingenio ? Atq; vt in capaci, cùm „
cerni non poſſit exilitas,ita reciproca geminauit arte,vt fodiendo acuminatum pariter, ſor- „
Teredo. bendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos Teredini ad perforanda robora cum ſono teſte dentes affi- „
xit ? Potiſſimumq; è ligno cibatum fecit ? Sed turrigeros Elephantorum miramur hume- „
ros,taurorumq; colla, & truces in ſublime iactus, Tigrium rapinas, Leonum iubas,cùm re- „
rum natura nuſquam magis quàm in minimis tota ſit. Quapropter quæſo,ne hæc legentes, „
quoniam ex his ſpernunt multa,etiam relata faſtidio damnent, cùm in contemplatione na- „
[b] Li.19.c.1. turæ nihil poſſit videri ſuperuacuum. Hucuſque ille, qui [b] & alibi ſcripturus de remedijs, „
quæ à diuerſis animalibus accipiuntur:neque enim dubitauerim, inquit, aliquibus faſtidio „
futura quæ dicentur animalia. At non Virgilio fuit nominare Formicas nulla neceſſitate, F
& Curculiones,ac lucifugis congeſta cubilia Blattis:non Homero inter prælia Deorum im- „
probitatem Muſcę deſcribere:non naturæ gignere iſta,cùm gignat hominem. Proinde cau- „
ſas quiſq;, & effectus, non res æſtimet. Homerus autem mirum eſt quot hinc ſimilitudines
hauriat ; quin obſeruari in eo iubet Euſtathius interpres eius acutiſſimus grauitatem poẽ-
tæ,qui ab hiſce minutiſſimis animalculis petitis comparationibus ſuos elegantiſſimè exor-
net heroes,non paruitatem in ijs conſiderans, ſed peculiarem in quocunq; naturam, vt au-
daciam in Muſcis,animoſitatem, fortitudinemq; in Veſpis, in Apibus prudentiam. Diuus
[c] Lib.3. de Geneſi. pariter [c] Auguſtinus de Inſectorum creatione loquens,non minoris faciendam hãc innuit,
quàm vel maximorum quorumcunq; animalium, inquiens: Quorum omnium non poſſu- „
mus rectè dicere Deum non eſſe creatorem. Ineſt enim omnibus quoddam naturæ gene- „
ris decus, ſicut in his ſit admiratio benè conſiderantis, & laus vberior omnipotentis artifi- „
cis,qui omnia in ſapientia fecit, qui à fine vſq; ad finem pertendens, & ſuauiter cuncta di- „
ſponens, nec ea ipſa rerum nouiſſima, quæ pro ſui generis ordine diſſoluuntur, & quorum „
diſſolutionem ex pœna noſtræ mortalitatis horremus, reliquit informia, ſed creat minima „
corpore, acuta ſenſu animantia, vt maiore attentione ſtupeamus agilitatem Muſcæ volan- G
tis,quàm magnitudinem iumenti gradientis,ampliuſq; miremur opera Formicarum, quàm „
onera Camelorum. Quæ cùm ita ſint, fit profectò, vt dum huiuſmodi Inſecta contempla-
mur,in magnitudinem miſericordiæ Dei erigamur,quæ vel Vermibus tantam vim, vel in-
genium,aut etiam vtilitatem indiderit. Quamobrem nullum adeo exiguum animal eſt, in
quo Dei non eluceat ſapientia. Nam vt exempli rurſus cauſa de Muſca loquamur: in illa
plus Dei micat ſapientia,quàm in ipſo fulgentiſſimo Sole. Hoc enim quàm maximè admi-
randum eſt,Muſcam mortalem,vel ab ipſa productam putredine,præferendam in ſapientia
Muſca Soli anteponitur. Dei conditoris eius Soli,per quem omnia ſuo ordine fouentur,augentur, ac naturali calore
conſeruantur, aut per prolem, aut per ſucceſſionem alijs modis faciendam. Muſcam verò
[d] Li.de duabus animis. 1.cap.4. Soli anteponi non ex noſtra ſententia,ſed D. Auguſtini proferimus. Sic enim [d] ille: Si for- „
tè quis à me quærat,num etiam Muſcæ animam huic Solis luci præſtare cenſerem; reſpon- „
derem,etiã: nec me terreret Muſca,quòd parua eſt,ſed quòd viua firmaret. Queritur enim, „
quid illa membra tam exigua vegetet, quid huc atque illuc pro naturali appetitu tantillum „
corpuſculum ducat,quid currẽtes pedes in numerum moueat, quid volantis pennulas mo- „
deretur & vibret? Quòd qualecunq; eſt benè conſiderantibus,in tam paruo tam magnum H
eminet,vt cuiuis fulgori perſtringenti oculos præferatur. Certè quòd nemo dubitat,quic- „
quid intelligibile eſt omni ſenſibili, & ob hoc huic etiam luci diuinis legibus antecellit. „
Sic ille. Propterea non minus Muſcæ creator fuerit Deus,quàm hominis, quin nec minus,
quàm Angelorum: quin etiã tanta foret hæreſis Muſcam negare cum Manichæis Dei crea-
turam eſſe; vt ſit neceſſe concludere,ſi à Deo Muſca creata non eſt, & hominẽ quoq; à Deo
creatum non videri, quod impium,& ſupra omnia nefandiſſimum eſt. Scribit enim idem
[e] Tract.1.ſuper Ioann. D. [e] Auguſtinus. Cùm neſcio quis tœdium patiebatur à Muſcis,inuenit illum Manichæus
tœdio affectum,& cùm diceret,ſe non poſſe pati Muſcas,& odiſſe vehementer illas;non au- „
ſus eſt dicere, Deus illas non fecit:erat autem catholicus: ille ſtatim ſubiecit: Si Deus illas „
non fecit,quis illas fecit? Planè ait ille,ego credo,quia diabolus fecit Muſcas.Et ille ſtatim. „
Si Muſcas diabolus fecit, ſicut te video confiteri, Apem quis fecit, quæ paulò amplior eſt „
Muſca? Non auſus eſt ille dicere,quia Deus fecit Apem,& Muſcam non fecit,quia res erat „

proxima.

A proxima. Ab Ape duxit ad Locustam, à Locusta ad Lacertam, à Lacerta ad Auem, ab Aue
» duxit ad pecus; inde ad Bouem, inde ad Elephantem, postremò ad hominem, & persuasit
» homini, quia non à Deo factus est homo. Ita ille miser, cùm tœdium passus est à Musca,
» Musca factus est, quem diabolus possideret. Emicat ergò Dei sapientia etiam in minimis hi-
sce animalculis, quæ cur ab ipso sint genita, rationem putat Hieronymus Cardanus, ornatũ
quendam vniuersi. Et reuera sunt inter illa quàmplurima, in quibus pœnè nullum non co- Insectorum pulchritudo.
loris genus conspicere licet, adeò vt doctissimum sæpè Philosophum requirant qui exactè
colorum diuersitatem discernat, & describat; pictoremq; diligentissimum, qui singula mem
bra tantillis in corpusculis tantoperè maculatis depingat, spectatoribusq; ob oculos propo-
nat. Atqui quæso est, vel Philosophus, qui describere omnia in Papilione, qui obsecro pi-
ctor, qui delineare sese posse profiteri audeat? Bouem quis non possit: quis Pulicem?
quis Muscam exactè? quis Erucas, Cantharides, Curculiones? Plurima enim Insectorum
genera, haud aliter ac in Pauone pulcherrimo alite obseruamus, Soli obuersa nũc hunc, nũc
illum colorem effundunt. Nam qui antea æreus videbatur, mox inclinantibus se paululum
illis, aureus conspicitur, & rursum qui ad Solem cæruleus apparebat, si sub vmbra transfe-
B ratur, viridis videtur, adeò ad luminis vicissitudinem variatur. Quod præcipuè innuit Lu-
cianus exemplo Muscæ, inter cuius encomia hoc quoque recenset, hanc, si quis intentiùs in Musca vt colorẽ mutet.
eam oculos defigat, cùm expansis ad Solem alis sese verberat, Pauonum instar variegatam
esse: De Vtilitate, quam nobis præbent Insecta, non est, quod hîc agam, quando in proprijs
singulorum capitibus abundè de ea simus locuturi, quanquam etiam multa sint, quæ ad ho-
minis peccata punienda quodammodo facta videantur, adeo vt non remedijs tantùm adhi-
bitis, verùmetiam exorcismis publicis fugentur, maximè quæ multitudine sua fruges, her-
bas, fructusq; absumunt.

# INSECTVM QVID. SYNONYMA.

C INSECTA autem voco cùm ex Plinij, tùm Aristotelis placitis, ea ani-
malia exanguia, quæ (vt nomen ipsum declarat) incisuras parte sui, vel
supina, vel prona, vel etiam vtraq; possident; nec osseum quicquam discre
tum, aut carneum, sed quiddam inter hæc ipsa medium continent: quip-
pe quæ corpore pariter intus foriſq; duro constent, sicut latiùs postmodũ
patebit, vbi de eorum forma, differentijsque agemus. Aristoteles ἔντομα Ἔντομα. Insecta.
vocat, Gaza Plinium secutus Insecta, (quo nomine nos quoq; ferè semper vtemur), non- Rugosa.
» nunquam etiam rugosa, Albertus annulosa. Insecta dicuntur ab incisuris, quæ nunc cerui- Annulosa.
» cum loco ([a] Plinij verba sunt) nunc pectorum, atq; alui procincta ([b] Adrianus Iunius le- [a] *Li.* 11. *c.* 1.
» git procinctu ex vetustissimi antigraphi fide, vt idem sit quod διαζωμα) separant membra [b] *In Nomen clat.*
tenui modo fistula cohærentia. Vocantur itaq; ab incisura, ac lineari quadam diuisura, qua Cur dicantur annulosa.
sunt insignita, & commissura. Annulosa autem quoniam corpora eorum per quosdam annu
los formata esse videantur, & distincta. ערב Arob Hebraica dictio apud Hebræos non est vo Arob quid Hebræis.
cabulum insectorum generi omni, & soli propriè significando deputatum, verùm quãdoq;
sumitur pro animalium, aut bestiarum, aut ferarum diuersi generis mixtione, quandoq; pro
Insectis teste D. Hieronymo, item pro Musca venenosa. Italis seruato penè vocabulo Lati-
no Insetti dicuntur, Hispanis animales Cennidos, Germanis Vngeziffer, Vnziuer; Bohemi-
cè Romari, Mrawvency, Zuzalij, Czervvijckovve, vt legitur in Dictionario Bohemico. Ce-
D terarum gentium Synonyma, quæ in Calepino nouissimè edito leguntur, non Insectis pro-
priè, sed exanguibus omnibus conueniunt; quamobrem hîc ea non pono.

# ANIMALIA ESSE PERFECTA.

INSECTA animalia esse perfecta, vel inde præ cæteris manifestum esse
puto, quoniam ex mixtis imperfectis nulla sint animata. Talia enim sola
meteora vocantur, vt sunt fumi, vapores, nubes, pluuia, nix, grando, co- Meteora quæ.
metæ, & huiusmodi cælestes vocatæ impressiones. Hæc enim Physicis mi-
xta imperfecta vocari solent, quæ non viuunt, tametsi ex ijs aliquando ani-
malia prodeant, ab aëre cadentia, vt Ranæ, Busones, Aranei, Locustæ, Eru-
cæ. Dicentur verò etiam insecta reliqua exanguia imperfecta καταχρησικῶς, alijs scilicet
comparata animalibus perfectis, sanguineis, quòd minorem habeant partium distinctio-

nem & varietatem, multisq; videantur carere instrumentis corporis. Sed reuera nullum E
Insectorum imperfectum est, sicuti neq; aliud quoduis animal, quod sit naturæ suæ congruas partes sortitum, ne ζωόφυτον quidem omnium vilissimum. Etenim si horum naturam non esse absolutam dixeris, licet sua constent anima: cedo quid ad illorum absolutionem amplius desideras? Dices, viscus saltem aliquod, quod nutritioni præsit, & cor ad vitam necessarium, & neruos ad sensum. Atqui Insecta, & cætera exanguia satis viuunt, & aluntur, quanquam multis ex ijs instrumentis destituantur: & certissimum est, & ipsa veritate verius naturam in necessarijs nunquam sibi deesse. Si itaque ista iustum locum haberet exprobratio, non modo plantanimalia, Zoophyta, atque etiam Insecta nostra omnia dicerentur ἡμιτελῆ, vel ἀτελέστατα, verùm etiam pisces pedibus carentes, & maxima eorum pars pulmonibus destituta. Amphibia his minus imperfecta dicentur, si cũ alijs conferantur, quibus maior inest partium numerus. Omnia erunt denique ad hominem relata, imperfecta, præter Simiam, quòd manibus careat, & simię rursum, quid desit ad humani corporis perfectionem, norunt in vtriusque corporis anatomia exercitati. Verumenimuero de imperfectis animalibus, non sic est statuendum, quin omnia dici merentur absoluta, quæcunq; sunt vitæ suæ necessarijs partibus donata. Veriſſimum est varias F
esse animæ dotes, nec eas omnes omnibus animantibus communes, non tamen idcirco rectè dicendum perfecti appellationem omnibus animantibus conuenire non posse. Etenim non solùm variæ sunt animæ dotes, sed variæ quoque animatorum ipsorum animæ. Hoc enim nemini non in confesso est, differentem esse non indiuiduo tantùm, seu numero (vt dialectici loquuntur) sed etiam specie animam Bouis ab anima Leporis, & aliam Leporis, & aliam esse Canis, Vrsi, Milui, Corui, Balenæ, Delphini, aliam Serpentis huius speciei, aliam alterius, & Pyri arboris diuersam animam esse ab anima Pruni, Cerasi, Pomi. Sunt profectò animarum tot differentiæ, quot animatorum species, & illæ quidem inter se differentes facultatibus & efficacijs, quæ tametsi mutilum euadat corpus, in anima sua constanter permanent, nec partium defectum corruptela, aut priuatione, unquam obliterantur, quàm diu anima superstes in corpore vitam exercet. Quo nomine ergo dicemus aliqua esse imperfecta, quæ tamen animam suis numeris absolutissimam, qualis scilicet animatis hisce conuenit, sortita fuerint? Quid? Censuerimus animalia esse imperfecta bestiolas, quibus natura plus virium, & ingenij contulit, quàm multò grandioribus? Quis non miretur potiùs minutissimorum animalculorum (vt Apum, Araneorum, Culiculum, Vermium G
Serici staminis opificum) industriam artem, & sagacitatem? De quibus abunde agemus postea, & fusè etiam Plinius scripsit. Si quis in Vermiculo (exempli causa) quid desideret, præter congruens Vermis animæ corpus, vt pennas ad volatum, aut pedes ad ingressum, rostrum ad esum, non erit hoc animal Vermis, sed monstrum quoddam verè imperfectum, quod ad nullam certam animalis speciem referri queat, nõ secus ac Horatianum illud:

*Humano capiti ceruicem pictor equinam*
*Iungere si velit, & varias inducere plumas.*

Perfectum est animal quoduis, quando proprio corpore, propriaq; anima constat, & nihil desiderari potest ad illius naturæ perfectionem, nisi tamen hoc delitescat certo temporis curriculo, vt in volucrum specie Serici staminis opificè, quæ tandem in fila nendo absumpta Papilio euadit. Idem etiam Erucis accidit, & alijs quibusdam, quæ interea nec mutila, nec imperfecta dici debeant. Sic enim vitulum & hœdum, quibus nondum emissa perfectè cornua, nec infantem ante dentitionis tempus, imperfectos quis rectè appellet, vt nec Canis cæcus dici meretur, qui ante nonum à natiuitate sua diem non videt. Quippe supradicta ijs animalibus insunt τῇ δυνάμει, & suo tempore ἀντομάτως se produnt, ac prodibunt H
animæ beneficio, cuius vis formatrix nunquam intermoritur, imo ne feriatur quidem vllo temporis momento, vt Physicis notum est.

Infecta sine viscеribus & neruis viuunt.

Vermen esse perfectũ animal.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

QVEMADMODVM teste[a] Aristotele Insecta continent genera vel species plures, nonnulliſq;, quamuis cognatis, nomen commune sit inditum, vt Api, Crabroni, Vespæ, ac consimilibus, ita quoque plurimùm inter se differre videmus. Albertus annulosorum (sic, vt dixi, Insecta appellat) nouem modos esse scribit, sex congregari, vt greges, ex quibus, inquit, sunt Apes, & Vespæ; genera verò solitaria tria. [b] Plinius quoq; multam hanc, & multigenam esse scribit terrestrium volucriumq; vitam: aitq; alia esse pennata, vt Apes, alia

[a] *Lib. 4. c. 7.*

[b] *Li. 11. c. 1.*

Insectorũ varia sunt genera.

A alia vtroq; modo, vt Formicæ, aliqua & pennis, & pedibus carentia. Verùm plures longè differentiæ conſtitui poterunt. Ego hoc modo Inſecta diuidere ſoleo: Differunt Entoma ſiue Inſecta in primis loco, in quo degunt, & naſcuntur, corporis ſui qualitate, vt colore: quantitate, partibus, victu item, generatione, motu ſiue greſſu, nec non & coitu. A loco dici mus degere naſciq; alia in ſimplicibus, vt igne, vt Pyrauſta Plinio dicta pennatũ quadrupes, aqua, aëre, terra: alia, imo pleraq; in mixtis, ijsq; vel naturalibus, vel artificialibus: in naturalibus rurſus vel imperfectis, vt niue, vt vermes hirti, & rubidi teſte [c] Ariſt. vel perfectis, vt in foſſilibus, plantis, animalibus (nempe hominibus, canibus, ouibus, piſcibus, & conſimilibus alijs) eorumq; partibus, & excrementis: partibus autem vel ſimilaribus, vt carne, oſſe, neruo: diſſimilaribus, vt aure, Lingua, iecore, ventriculo, inteſtinis & ſimilibus: excrementis vel ſiccis, vt in lana; liquidis vt in caſeo, butyro, cera. Quæ omnia, priuſquam cæteras differentias proſequar, additis exemplis illuſtranda videntur, ignem, ac niuem prætereundo, in quibus præter dicta animalcula nunquid alia generentur, imo nunquid illa ipſa, multa multi diſputant, & nos aliquando examinabimus. Quæ in aquis naſcuntur, notiora ſunt, & aquatilia vulgo dicuntur. Horum alia marina ſunt, ſiue in ma-
B ri ortum habent (quorum rurſus alia, vel in ipſa aqua ortum ducunt, alia verò in ipſis animantibus de quibus poſtea) alia in ſtagnis, alia in torrentibus, fontibus, paludibus ſiue lacubus, ciſternis, puteis. In marina aqua naſcuntur varia vermium genera, vt qui microrinchoteros Rondoletio vocatur, cute molli, tota inciſuris conſtante contectus, item macrorinchoteros priore longior, Scolopendra marina, pulex marinus, & infinita alia. In dulcibus aquis, vt fluuijs, ſtagnis, fontibusq; & ciſternis Hirudines naſcuntur (quamuis etiam in mari, quæ marinæ dicuntur) Phryganium fluuiatile, Scarabeorum quoddam genus corpore lato compreſſoq; in fundo aquarum reptans, Scrophulæ, Strumæ, vel Cherades exiguo corpore, quas imprudenter nonnunquam ingerimus, Vitulus aquaticus, ſeu ſeta aquatica à ſimplici, ac tenuiſſima corporis figura, ita dicta, ſiue quòd ex ſeta equina in aquis putrefacta naſci putetur. In terra oriuntur in primis Lũbrici, Iuli, Scolopendræ atque quam plurima alia. In aëre prouenire etiam Inſecta credibile eſt, cùm ſæpius ea pluere obſeruatum ſit. Quædam etiam ex imbre in terra teſte [d] Plinio. In foſſibilibus rarò generantur animalia, nonnunquam tamen in medijs lapidibus, etiam magnis, & duris Inſecta latitare obſeruata ſunt. Quod ad plantas attinet, nulla equidem penè eſt, quæ peculiare ſuum non pro-
C ducat Inſectum, maximè ſi de perfectis ſit ſermo, arboribus nimirum, fruticibus, phryganijs, herbis communi nomine dictis, oleribus, frugibuſq;. In plurimarum in primis arborũ caudicibus Coſſi & Teredines gignuntur; priuatim verò Ficus Ceraſten gignit, & olea, quę ſi plantetur, vbi quercus effoſſa ſit, etiam alios vermes procreat qui Ranæ vocantur, nonnullis Raucæ: naſcuntur in radice quercus, & tranſeunt. Vermiculi quidam ruffi piloſi in ſorbo obſeruantur, illumq; adeo infeſtant, vt mortem afferant. In meſpilorum fructibus inueteratis vermes naſcuntur, iſq; morbus vermiculatio dicitur. Vermiculationem & poma ipſa per ſe quibuſdam annis ſentiunt. Butyros vocat Tullius animantia, quæ vites erodunt, Ips vitiarius nominatur, quòd eaſdem infeſtet, Græcis σκνίφες ſiue νίφες, verno tempore ſpirante Auſtro oriuntur, oculoſq; vitium erodunt. Plautus Inuoluulum appellat beſtiam nequam & damnificam, quæ in pampini folijs intorta implicat ſe, eaq; erodit. Fortè fuerit Volucra Columellæ, animal ſcilicet, quod prærodit teneros adhuc pampinos & vuas; alij Voluocem dicunt & Conuoluulum. Ex vino naſcitur Volucella obuolans in cellis vinarijs, vinum vnde nata eſt, appetens. Galbæ, à quibus Sulpitiorum gens, Galbę cognomen tulit, in cſculis,
D & in cupreſſo proueniunt, ita dictæ, vt volunt, ab exilitate. Euonymus vocatur arbuſculum ab Herbarijs, à Theophraſto (vt Iacobus Dalechampius contendit) Tetragonia, à vulgo in Italia Fuſano, in quo quotannis, vt in horto publico obſeruaui, quoddam erucarum genus oritur, & poſt abſumptas frondes emoritur. In pomis quoq; eandem ſtragem ſimilia alia Inſecta inferunt. In veſicula vlmi Pſenes naſcuntur, item in veſicula populi nigræ. Culices quoq; in multis arborum veſiculis procreantur. Habent & Salices ſuos Culices. Populus etiam quædam gignit animalia; item abies. In fruticis cuiuſdam pomo, cui coccos nomen eſt, beſtiola erumpit, cùm fructus ad maturitatem peruenerit, Conopi ſimilis; quemadmodũ etiam in radice pimpinellæ in monte Eugubio, videlicet ex granis & coccis, quæ ibi adhærent. ex vtriſq; fit color coccineus. Inueniuntur & in gramine vermiculi, qui alligati collo continent partum: detrahuntur autem ſub partu, aliàs enim eniti non patiuntur. Ariſtoteles author eſt Crotones in gramine naſci. In dipſaci fructu vermem ſæpius obſeruaui, quem aiunt portatum quartanam curare teſte Dioſcoride. In ſolani folijs vermis viridi, & croceo colore diſtinctus, cornu in fronte gerens digiti longitudine prouenire cernitur. Qui in por-

Inſectorũ diuiſio iecũ duauthoré.

Pyrauſta.

[c] *Li. 5. Hiſt. cap. 19.*

Inſecta in aquis naſcentia.

Inſecta marina.

Inſecta in aquis dulcibus.

Inſecta terreſtria.

[d] *Lib. 11. cap. 33.*

Inſecta in plantis.

Coſſus.

Ceraſtes.

Vermiculatio quid.

Butyrus.

Ips vitiarius.

Inuoluulus.

Volucra.

Volucella.

Galba.

Pſenes.

Culices.

Crotones.

Praſocuris. ro oritur, Praſocuris dicitur, Gazæ Blattis. Pennati autem ſunt huiuſmodi vermiculi: cæ- E
terùm non porrum tantùm, ſed braſſicam etiam & lactucam, & alia quædam olera infeſtãt.
Porricida. Gaza etiam Porricidas appellat: naſcuntur, & in aluearijs teſte Philoſopho, ſed rectiùs, vt
Hermolaus legit, Praſocurides dicentur. In lactuca quædam etiam alia Eruca conſpicitur,
Crãbides. in braſſica priuatim Crambides ab Aeliano appellãtur. Pulex apud [c] Columellam in horto
[c] Li. 9. c. 39. pro vermiculo ſumitur, ſeu Eruca herbas erodente. In Aſphodelo vermes naſcuntur, qui in
Pulex hortorum. volucres beſtiolas floſculorum ſpecie degenerant: cùm videlicet flacceſcens inaruerit ſcapus
Cimices agreſtes. eroſo conceptaculo prouolantes. Malua Cimices producit agreſtes, imo verò in nulla non
herba, modo flores gerat, putidos eiuſcemodi Cimices, cæterum coloris elegantia, ac varie-
tate ſpectabiles vbicunq; cernimus. Pernitioſos vermiculos ruta generat. Fruges inſuper
Curculio. cùm triticiæ, tum etiam legumina, peculiaria generant inſecta. In Tritico Curculiones ſunt
Cis hordearius. conſpicui, & nemini non noti, nec non etiam in hordeo, qui Cis hordearius nuncupatur, ſi-
Cis triticiarius. cuti Cis Triticiarius, qui in Tritico. In farre oritur vermiculus Teredini ſimilis, quo cauis
dentium cera incluſo, cadere vitiati dicuntur. Midam faba generat. In lente, & piſo vermes
Mida. quotidie obſeruamus: contrà Cicer teſte [f] Camerario, ab Inſectis non infeſtatur. Quæ modo
[f] In horto. in animalibus generantur, varia admodum ſunt, & vix etiam vllum eſt animal, quòd à pedi- F
Inſecta in animalib. culis immune dici poſſit. Homo eos generat, pecudes item, porci, & iumenta, & non in pilis
Pediculus. tantùm, ſed in ipſo quoq; corpore. Lendes vocantur, ex quibus nihil præterea naſci poteſt:
Lendes. caput infeſtant, humanum præſertim. Pulices quoq; homines torquent, eiuſq; humore vi-
Pulex. uunt. Barbegiæ, & Carpæ, vulgo Blattæ quædam dictæ naſcuntur in carnibus diu ſale inue-
Barbegiæ. teratis. Blatta præterea aliud Inſectum eſt inter pudenda generatum, Sylphe, & Scolix Græ-
Carpæ. cis vocatum, Hiſpanis Rapa coua. Sunt, & aliæ Blattæ, quas Lucifugas appellat Columella,
Blatta. de quibus aliàs. Cimices lectularij, quamuis in ipſo homine non oriantur, teſte nihilominus
Cimex lectularius. Plinio ex vapore humidiore, ab animalium corporibus foris collecto gignuntur. Sub cute
Pedicellus. humana, maximè in manibus Pedicellus vulgo dictus, oritur omnium Inſectorum minimus.
Dracunculus. Lumbricorum genera non in homine tantùm, ſed in multis præterea alijs animalibus gene-
rantur. Dracunculi vocantur, quidam lumbrici in Aethiopia, Indiaq; in locis ſupra Aegy-
ptum, in cruribus frequenter naſcentes, & in brachiorum muſculis, lateribuſq; ipſis: ſimiles
ſunt Lumbricis terræ quandoq; maiores, quandoq; minores. Vermiculus in lingua canum
Litta. generatur, Græcis Litta dictus, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec faſti-
Ricinus. dium ſentiunt. Ricini in ouibus, & capris naſcuntur, & in bobus, & canibus, quorum quòd G
Cynomya. propria ſint Inſecta Græci Cynomyas teſte Hermolao vocant. Ouem infeſtat præterea alius
Scolichia. quidam vermiculus, in ipſo vngulæ diſcrimine oriens. In vulua Mulli piſcis Scolichia vo-
cantur à Græcis nati vermes. In Cyprino primo natiuitatis anno vermiculus, quidam niger
oritur iuxta branchias. Percæ fluuiatiles duodecim ceu vniones generant erui magnitudine,
carnoſos, candidos, qui ſinguli vermem incluſum cõtinent, gracilem, oblongum, ac teretem
Lumbrici. Gobius piſcis exiguus vitiatur vermibus, quos in ventre geſtat. Lumbrici in Leuciſcis oriun
tur, candidi, lati, exigua craſſitudine circumuoluentes ſeſe viſceribus, & inteſtinis extrinſe-
cus. Nonnullis alijs piſcibus innaſcuntur minuta quædam animalcula, quæ partum expel-
Inſecta ex Inſectis. lunt. Ex ipſis quoque Inſectis, vel ipſorum operibus alia Inſecta proueniunt. Ex Formicis
Clerus. mortuis in India aliq; crumpunt. In Apum alueis vermiculus naſcitur quem alij Clerum, alij
Pyrauta. Pyrautam vocant: item Tineæ Apibus obnoxiæ teſte Columella. Artificialia deniq; ſua pe-
Tineæ. culiaria habẽt animalcula. Teredines in primis in veſtibus naſci [g] Plinius affirmat. Ips etiam
Teredo. vermis veſtiarius appellatur. Tineæ quas σῆτες Græci dicunt in lanis operibuſq; nonnullis
[g] Li. 8. c. 48 lanificio confectis præſertim puluerulẽtis oriuntur, Tignolas vulgus vocat. In Cera vetuſta
Ips. etiam Tineæ naſcũtur. Charta & Libri beſtiolas quoq; producunt per quam varias, partim H
Ex libris & chartis inſecta qualia fiant. ſimiles ijs quæ in veſtibus, partim Scorpioni, at ſine cauda. Gignitur enim in libris beſtiola
Scorpio librarius. quædã Scorpioni ſimilis chelas brachiaũe forcipibus biſulcis dentata habens. Libri blattas
Blatta. quoq; generant, quarũ Martialis meminit. Atq; hæc de loco in quo degunt, & naſcuntur.
Inſecta latentia quę. Poteſt præterea à loco alia etiã poni differentia, licebitq; dicere Inſectorũ alia in aperto de-
gere, vt Erucarũ, Papilionumq; genus, alia in occulto, horumq; alia ſemper, atq; hæc rurſus
in rebus naturalibus, vt terra, aqua, plãtis, animalibus, &c. vel artificialibus, vt veſtibus, &c.
alia ad tempus, vt Apes, Formicæ, quæ hyeme latẽt. Scarabei rutili, & Grylli, qui potiſſimũ
noctu ſtrident, aridam fodiunt terram, vt in eis cauernis cubent æſtate, Grylli domeſtici etiã
hyeme: Scolopendra in truncis arborum, aut in lignis ſupra terram locatis, aut in palis terræ
infixis latet, vnde nomen inuenit, quibus amotis, aut commotis egreditur, alias plerunque
Aſcarides. ſolet latere: quidam ex Latinis eam Multipedam, & Centipedam appellarunt. Aſcarides ver
mes parui non vnius eiuſdemque coloris (nam alij candidi, alij lutei, alij nigri ſæpius aratro

excitan-

A excitantur) reperiuntur plures in vnum aliquem locum congregati. Hi segetes vastant, radices earum subsecantes. De Lumbricis, cùm nulli non noti sint, nihil dicam, nisi quod pluuia eijciuntur è terra. A qualitate modo nempe colore, quo quoq; differre inter se supra dictum est, alia dicuntur vno tantùm prædita colore, alia diuerso, hæcq; vel in vna parte tantùm, vel in pluribus, vel in toto corpore, vt Papiliones nonnulli, multaq; Erucarum genera. Vnum tantummodo colorem habent Formicæ, & ferè vermes omnes, A quantitate alia dicuntur longa, alia curta, alia magna, alia parua, alia rotunda, alia angulosa, aliaque ouata: rursus alia glabra, alia hirta, alia lanuginosa. Quod ad corporis partium discrimen attinet: omnibus, teste Philosophorum corypheo, & cõmuni præceptore [h] Aristotele, ex quo pleraque quæ subsequentur, mutuatus sum, partes pronæ differunt à supinis, sicut vel in cæteris animantibus est. Aitque omnium partes communes tres illas haberi, caput, aluum, & quod inter hæc situm est, quale in cæteris pectus, dorsumq; habetur: vnum item quòd interiacet, magna ex parte esse. Quæ tamen sunt longa, & multipeda, ijs ferè totidem esse, quę interiacent, quot incisuræ. Cæterùm antequam ex mente eiusdem Aristotelis, nec non Plinij singulas Insectorum partes examinem, eleganti prius, ac breui concinnaque methodo,

B quam tamen ex varijs illorum monumentis excerpsi, ostendam quomodo partium ratione inter sese differant. Hinc autem alia Apoda, hoc est pedibus carentia, quorum non paruus est numerus, vt Lumbricorum genera. Alia pedes habent, horumq; alia paucos, sed non pauciores quàm sex; alia multos, quæ multipeda dicuntur, quorum quæ pauciores habent, quatuordecim, vt Erucarum genera. Millepeda, & Centipeda ab innumerabili pedum copia nominata sunt. Iam verò pedes habentium, alia alas siue pennas habent, alia pennis carent, qualia ἄπτερα Græci dicunt, atque horum alia mutata forma alata fiunt, vt Erucarum genus, quod postea in alatos Papiliones euadit, alia non, vt Scolopendra, & similia alia. Pennatorum rursus, alia alas habent apertas siue semper conspicuas, vt Papiliones, Muscæ, Apes; alia velut in vagina occlusas, atque tectas, quæ Coleoptera Græci, Gaza vaginipennia ex Plinio nominat, qualia sunt Scarabei, Cantharides. Quibus alæ sunt in propatulo, horum alia binis, vt Muscæ, alia quaternis, vt Apes, prædita sunt. Vt itaque istiusmodi, ac cęterę differentiæ, quæ à partibus Insectorum desumuntur manifestiores sint, rursus singulas earum partes, earumq; vsum recensebo, à capite exorsus. Quædam cornicula gerunt in capite, quæ

„ Antennas [i] Aristoteles vocat, inquiens: Adhæc antennæ nonnullis ante oculos prætendun-

C tur, vt Papilioni, & Fulloni: Culices ficarij eadem gerunt: Sed in Lucano cornua potius,

„ vel forcipes dicentur, quàm antennæ obduritiem, vnde Ceruus volans dicitur. Est & Luca-

„ nus vnicornis, & alius qui niger vocatur, cornua habens subtilia, & quæ facile flectuntur.

„ Sunt quibus nullæ sunt antennæ, vt Lumbrici terræ. Oculos in omnibus patere idem [k] Ari-

„ stoteles ibidem tradit: & alibi, Pisces, ait, Insecta, & crustata, quamuis diuersos habeant ocu-

„ los, tamen nullum ex ijs palpebras habet. Quæ enim crusta integuntur, vsu carent palpebrę,

„ necesse est, cùm nisi celeri cutis officio præstari non possit. Sed tamen vice eius tutelæ, duritie

„ oculorum, hæc omnia muniuntur, qua si per palpebram obductam quandam translucidam

„ cernant. Sed cum ob eam duritiem habetiùs contueri necesse sit, moueri oculos Insectorum

„ natura voluit, atque etiam magis crustatorum, vt nonnullorum quadrupedum auriculas, sci-

„ licet ea causa, vt clariùs cernerent, cùm se ad lucem conuerterent, atq; exciperent splendorẽ.

Quod postremum, nimirũ quod omnia Insecta oculos habeant, qui mouentur, vt aures qua-

„ drupedũ, [l] Plinius repetijt. [m] Alibi etiam Insectorum omnium, & quibus testacea operimen-

„ ta oculos duros esse scripsit: omniaq; talia, & pisces, & Insecta non habere genas, nec intege-

„ re oculos. Omnibus verò membranam vitri modo translucidam obtendi. Nulla ex cæteris

D partibus sensorijs manifesta est, vt testatur [n] Aristoteles præterquam lingua in nõnullis, qua

„ & gustant, & cibum attrahunt. Hæc alijs mollis infirmaq; est, alijs dura & valida, vt Tabanis

„ Asilis, atque alijs plurimis. Omnia enim quibus non in aluo aculeus est, linguam huiusmodi veluti arma gerunt, nec dentes habent, quibus iunctum id est, exceptis quibusdam pau

„ cis. nam & Muscæ eo ipso pertingentes cruorem mouent, & Culices eodem acriùs pungunt.

Idem [o] Philosophus alias de Insectorum lingua loquẽs, quibusdam oris officio fungi asseue-

„ rat. De dẽtibus verò eorum hæc scripta [p] reliquit. Insecta simili ratione (vt testata, & crusta-

„ ta) aut promuscidem habent ore prodeuntem, vt Apum, Muscarumq; genus, aut in ore con-

„ ditam partem eiusmodi possident, vt Formicæ, & si qua alia sint generis eiusdem. Dentes

„ quædam ex ijs habent, quanquam diuersos, vt Apum, Muscarumq; genus. Quædam non

„ habent, quæ cibo vtuntur humido. Insectorum enim complura, non victus, sed armorum

„ gratia dentes obtinent. Et rursus in eodem capite prope finem fermè de partibus cibo ac-

„ commodatis: Partes autem, inquit, quæ cibum administrant, non pari ratione datæ omnibus

A qualitate.

A quantitate.

A partibus corporis.

[h] *Lib. 4. Histor. cap. 7.*

Partes necessariæ siue communes.

Vt partium ratione differant.

Millepeda, & Centipeda vnde dicta.

Alatorum diuersitas.

Coleoptera.

Antennæ quid.

[i] *Lib. 4. Histor. c. 7.*

Cornua.

Forcipes.

Oculi.

[k] *Lib. 2. de Partib. c. 13*

Palpebræ.

[l] *L. 11. c. 37*

[m] *L. 11. c. 27*

Partes sensoriæ.

[n] *L. 4. H. c. 7*

Lingua.

[o] *Lib. 4. de Part. c. 12.*

[p] *Lib. 4. de Partib. c. 5.*

Dentes.

Aculeus. bus ſunt, ſed plurimùm differunt. Quibuſdam enim in ore eſt, quod aculeus appellatur, qua- E
ſi compoſitum, & vnà linguæ, ac labiorum obtinens poteſtatem. Quibus autem aculeus non ,,
Inteſtinũ. parte priore habetur, ijs intra dentes tale ſenſorium continetur, idq; excipit inteſtinum re- ,,
ctum, ſimplex, ad oſtium vſque excrementi porrectum; quibuſdam hoc retortum in anfra- ,,
ctum eſt. Sunt etiam quæ ventrem ori adiunctum, inteſtinumq; à ventre reuolutum habeãt, ,,
Cicadæ inteſtini natura. vt quæ edaciora, maioraq; ſunt, conceptaculum cibi obtineant copioſioris. Genus Cica- ,,
darum maximè peculiarem omnium iſtorum naturam ſortitum eſt: quippe, quod partem ,,
eandem in vſum tum oris, tum linguæ conſtitutam aptiſſimè habeat, qua veluti radice ci- ,,
bum ex humoribus trahat: nempe omne Inſectorum genus minimo alimento contentum ,,
eſt, & prope ſibi ipſa ſufficiunt, non tam corporis exiguitate, quàm frigiditate &c. De Inte- ,,
[q] *Li. 4. Hiſt. cap. 7.* ſtino verò rurſus [q] alibi ſic: Intra ſinum ab ore inteſtinum pluribus directum, ac ſimplex vſq; ,,
ad exitum fertur: paucis id eſt replicatum. Viſcus nullum in ijs, nullum pingue, neq; in cæ- ,,
Viſcera. teris, quæ ſanguine carent. Ventrem etiam nonnulla habere aduertimus, à quo reliquum ,,
Venter. inteſtinum, vel ſimplex, vel replicatum proficiſcitur, vt Locuſtas. Ex hoc itaq; Ariſtote-
Plinius eorrectus. lis de Inteſtino, loco, [r] Plinius reſtituitur à quibuſdam. Hic enim ſic habet: Nil intus, niſi ,,
[r] *Li. 11. c. 4.* admodum paucis inteſtinum implicatum. Legunt autem, qui reſtituunt. Nihil intus, niſi F
Cordis, & iecoris neceſſitas. inteſtinum, admodum paucis replicatum. Videtur autem in eo ſibi ipſi aduerſari Philo-
ſophus, quòd nullum in ijs viſcus eſſe dicat; nam aliàs diſertiſſimis verbis cor, & iecur
animalibus omnibus neceſſaria eſſe teſtatum reliquit: alterum ob caloris originem, alte-
[s] *Lib. 3. de partib. animal.* rum cibi coquendi gratia. Idipſum quoq; & [s] alibi tradit his verbis: Corde carens nullum ,,
animal vnquam ortum eſt. Id [t] verò non ab re, cùm ſit cor eius ſententia, vitæ, caloris,
[t] *Lib. 4. de generat.* ſanguinis, ſenſus, motuſque, denique omnium facultatum actionumq; origo prima: cæte-
Κύτος. rum iſthæc diſputent alij. Tertiam Inſectorum partem idem Ariſtoteles κύτος appellat, ven- ,,
[u] *Lib. 2. de part. cap. 8.* trem ſeu truncum corporis cauum, ac pene rotundum: reliquas duas caput, & pedes, ſeu ,,
Os. Spina. brachia. Oſſibus carent, & ſpina [u] eodem teſtante. In genere ſanguineo, inquit, alijs os de- ,,
dit, alijs ſpinam: at verò animalia inſecta, & mollia contrà quàm hæc, & modo inter ſe op- ,,
poſito conſtant: nihil enim oſſis, nihil terreni habere diſcretum videntur, quod dignum effa- ,,
tu ſit, ſed mollia ferè tota carnoſa, & tactui cedentia ſunt. Ne tamen corpus eorum facile pe- ,,
Caro. reat, modo eorum, quæ carne laſciuiunt, naturam inter carnem, & neruum obtinent. Mollis
[x] *Lib. 4. c. 7.* enim, vt caro eſt, ſed intendi poteſt, vt neruus. Fiſſilis autem caro eorum non indirectum ſed ,,
in anfractum. Ita enim ad vires commodior eſſe poteſt. Repetit hanc eandem ſententiam G
in [x] hiſtoria animalium his verbis: quod autem pro carne in ijs habetur, id nec teſtam imita- ,,
tur, neque quod in teſtaceis genus carnis continetur, ſed mediam quandam inter hæc refert ,,
naturam: quamobrem his non ſpinam, non os, non aliquid ſepiò ſimile, non teſtam ambien- ,,
Cutis. tem natura dedit: ipſum enim corpus ſe ſua duritie tueri poteſt, & ſeruare, nec eſt quod aliũ- ,,
[y] *Li. 11. c. 4.* de muniri deſideret. Cute omnia circundantur, ſed admodum tenui. Hæc ille, quæ [y] Plinius ,,
ita breuiter in ſuam hiſtoriam tranſtulit: Inſecta, inquit, vt intelligi poteſt, non videntur ner- ,,
uos habere, non oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes, ne cruſtam qui- ,,
dem fragilem, vt quædam marina, nec quæ iure dicatur cutis: ſed mediæ cuiuſdam inter om- ,,
nia hæc naturę corpus arenti ſimile, neruo mollius, in reliquis partibus ſiccius veriùs, quàm
Cartilago qualis. durius. Et hoc ſolum his eſt, nec præterea nihil &c. Conſtat igitur Inſecta non poſſe inter
cartileginea numerari. nam cartilago ab oſſe eſt pluris minoriſue ratione: Siquidẽ præciſum
Alarum diuerſitas. os non ſuccreſcit amplius, nec cartilago conuulſa coit: neq; etiam dici poſſunt χονδρόκανθα,
Πτίλα. hoc eſt ſpinam habentia cartilagineam. Alarum quoq; ac pennarum diuerſitas, & vſus di-
[z] *Li. 4. Hiſt.* ligenter admodum ab Ariſtotele annotatur. Penna Græcis πτερὸν dicitur, ſed πτίλα propriè
Ἔλυτρον. ſunt Apum, cæterorumq; Inſectorum. Pennatorum alia diximus alas gerere in propatulo, H
alia abſcondere eaſdem, ac tanquam in vagina recondere. Ἔλυτρον dicitur [z] Philoſopho cru-
[a] *Li. 1. Hiſt. cap. 5.* ſta illa, quæ pennis ſuperuenit, eaſque velut vagina claudit. Alarum, volatusq; diuerſita-
tem ſæpius [a] recenſet, ac in primis his verbis. Volucrum, aliæ penna volant, vt Accipiter, ,,
alia membrana ſicca, vt Apes, vt Scarabei; alia cute, vt vulpecula, vt Veſpertilio. Volant ,,
Angues volantes. pennis, aut cute, quæ habent ſanguinem; membranis ſiccis, quę ſanguine carent, vt Inſecta. ,,
Sunt porrò, quę vel pennis, vel membranis volant, omnia bipeda, aut apeda. Angues enim ,,
circa Aethiopiam tales volare narrantur. Genus pennatum auem appellamus: reliqua duo ,,
Alæ quibus quatuor, quibus duæ. genera nomine carent communi. Volucris autem generis exanguis, alijs pennarum tutelę ,,
cruſta ſuperuenit, vt vaginipennes poſſint nuncupari, velut Scarabeis: alijs pennę nulla cru- ,,
ſta integuntur, quorum alia bipennes ſunt, alia quadripennes. Gerunt pennas quaternas, ,,
[b] *Li. 4. Hiſt. cap. 7.* quę aut grandiora ſunt, aut aculeo in aluo armantur. Vaginipennis illius ordinis nullum ,,
eſt, quod aculeum gerat. Et rurſus [b] alibi: Quæ autem in eo genere volucrum ſortiũtur natu- ,,

ram,

A ram, ijs præter cætera membra pennę adnexæ, alijs binæ, vt Muscis; alijs quaternæ, vt Apibus. Nullis binę, quibus in aluo aculeus. Item ex volucribus ipsis alia pennas crusta superueniente, quasi vagina inclusas, gerunt, vt Scarabei; alia detectas habent, vt Apes. Nullis volatus regitur gubernaculo caudæ: & penna ipsa nullo caule constat, nulla scissura discernitur. Diligentissimè etiam [c] Plinius hęc eadem pennarum discrimina memorat: Insectorum, inquit, quędam binas gerunt pinnas, vt Muscę; quędam quaternas, vt Apes. Membranis, & Cicadę volant. Quaternas habent, quę aculeis in aluo armantur. Nullum cui telum in ore pluribus, quàm binis aduolat pennis. Illis enim vltionis causa datum est, his auiditatis. Nullis eorum pennę reuiuiscunt auulsę. Nullum, cui aculeus in aluo, bipenne est. Quibusdam pennarum tutelę crusta superuenit, vt Scarabeis, quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus &c. Cur verò alia binas, alia quaternas alas habeant Insecta, causam reddit [d] Aristoteles his verbis. Ipsarum autem volucrum, quę pascuis viuãt, & pabuli causa necesse habeant euagari, hę quadripennes sunt, & corpulentiam habent leuiorem, vt Apes, & reliqua generis eiusdem. Binas vtroque sui corporis latere pennas gerunt. At verò quę corpore exiguo sunt, & vitam stabilem agunt, multis fulciuntur pennis, vt Apes, & crusta pennas obtectas gerunt, velut Galerucæ, & cętera id genus insecta, scilicet vt pennarum vires integras tueantur. Cùm enim stabilia sint, corrumpi faciliùs possunt, quàm quæ motu citantur agiliori. Itaq; septo proposito muniuntur. Quin etiam penna eorum caret, & fissura & caule. non enim penna, sed membrana cutis æmula est, quæ prę siccitate necessariò absoluatur corpore eorum, cùm carnis portio frigeat. Quod modò ad substantiam pennarum attinet, ipsę verò etiam non qualitate per se differunt, vt alię paruę, alię magnę pro animalis portione dicantur, sed aliæ quoq; siccę dicuntur, & membranosę, duręq;, alię molles, ac farinaceę, vt in quibusdam Papilionibus. Ὁλοπτερα hoc est totipennia vocantur, & totala, quę alas habent non scissas, vt Apes, & Vespę. Atque hęc de alis: cęterùm cùm de aculeo quędam obiter dicta sint, nimirum eo carere Coleoptera, eumq; non in aluo habere, quibus binę sunt pennę, tempestiuum erit nunc eiusdem differentias prosequi. Scorpio, inquit [e] Plinius, Insectorum solus, & brachia habet, & in cauda spiculum. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt Asilo, siue Tabanum dicere placet, item Culicibus, & quibusdam Muscis. Omnibus autem his in ore, & pro lingua sunt hi aculei: quibusdam hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, vt Muscarum generi, in quo lingua euidens fistula est. Nec sunt talibus dentes. Sic Plinius. Habent aculeos, inquit [f] Aristoteles, item pleraq; Insectorum, vel intus conditos, vt Apes, & Vespę, vel extrà eminentes, vt Scorpio: qui etiam vnus inter Insecta longo spiculo armatur. Et aliàs rursus fusiùs. Aculeis etiam armantur, inquit, nonnulla Insecta contra animalia noxia. Geritur aculeus alijs parte priore, alijs posteriore, aut enim ore, aut aluo extrema. Nam vt Elephantis pars delegata odoribus commoda etiam tum ad pugnandum, tum ad cibi vsum habetur, sic Insectorum quibusdam lingua pluribus officijs fungitur; quippe quæ, & cibum sentiat, suscipiat, admoueatque & defendat contra aliorum iniurias. Quibus autem non in ore aculeus, hęc dentes habent, cibi scilicet, aut conficiendi, aut capiendi, admouendiq; gratia, vt Formicę, vt Apes. At verò, quę aculeo in aluo armata sunt, hęc vt animosa aculeum pro armis obtinuere, qui intra aluum conditus est, vt in Apibus, & Vespis, quoniam volucres sunt: nam si prętenuis fragilisq; aculeus extra pateret, facile corrumperetur: sed si vt in Scorpione, distaret, onus ita afferret. Scorpio profecto, quòd non volatu, sed gressu se moueat, caudamq; fortitus sit, aculeum caudę adiunctum gerat, vel inutilem ad pugnam habeat, necesse est. Nulli aculeus in aluo, cui pennę binę. Quod enim imbecilla paruaq; sunt, ideo binas habent, quippe cùm vel à paucioribus efferri possint, quę parua sunt. Quod idem causę est etiam, cur aculeus parte priore geratur. Cùm enim imbecilla sint, vix parte priore ferire possunt. At verò quę pluribus pẽnis prędita sunt, quia auctiora sunt, meritò pennas plures obtinuere, parteq; posteriore plurimùm valent. Instrumentum autem non idem ad vsus dissimiles haberi, si fieri potest; sed ad defendendum acutissimum, ad gustandum fungosum, & cibi attrahens, melius est. Albertus postquam pennas Apis rescissas non renasci dixisset, quoniam ex humido radicali cõstent, similiter, inquit, in aculeo euenit, quando enim hunc amiserit Apis, emoritur, eò quòd ad locum affectum multæ corporis humiditates concurrant, & cùm ejcitur aculeus ex multo effluxu humiditatis, primò debilitatur, dein moritur. Inter omnia Insecta nullum testantibus [g] Aristotele, & Plinio caudam habet, excepto Scorpione. Insectis etiam (vt alijs animalibus) quibus aliquid magnitudinis, vulua bifida est; minoribus incerta propter corporis exiguitatem. Author est [h] Aristoteles, qui quoque alibi eodem modo, vt serpentes senectam exuere Insecta scribit, ea nempe quibus hoc solitum est, vt Silpha, & Culex, & ea quorum pennę vagina continentur

[c] *Li. 11. c. 28*

Aculeus cur datus.

Alæ cur alijs binæ, alijs quatuor.

[d] *Lib. 4. de Part. cap. 6.*

Pennarum substantiæ diuersitas.

Totipennia.

Totala.

Aculeus.

[e] *Lib. 11. cap. 28.*

[f] *Li. 4. Hist. cap. 7.*

Linguæ Insectorum vsus.

Scorpionis aculeus.

Pennę & aculeus non renascũtur resciſſi.

Cauda.

Vulua.

[g] *Lib. 1. de Gener. ca. 3*

[h] *Li. 8. Hist. cap. 7.*

Quæ Senectam exuãt.

tinentur, vt Scarabei, ſed omnia facto, quod iam gigni debuerit, exuere, nam vt partui viui- E
Pedes. paro ſecũdę, ſic vermicularię proli operculum circumrumpi. Inſectorum pedes, quibus ſunt, „
[i] *Li.11.c.48* in obliquum mouentur, inquit [i] Plinius. Quorundam extremi longiores foris curuantur, vt „
[k] *Li.4.Hiſt. cap.7.* Locuſtis. Hoc quoque ex[k] Ariſtotele ſumptum eſt. Quę verò, inquit, ſaliunt, hęc vel crura „
poſteriora habent longiora, vel gubernaculis quibuſdam ſaltui accommodatis fulciuntur „
retrò curuatis, vt crura quadrupedum. Meminit & Albertus, & cauſam quoque longitu- „
Pedũ priorũ longitudinis ratio. dinis aſſignat, inquiens: In quorundam huiuſmodi animalium corporibus duo pedes, qui „
ſunt in anteriori, maiores ſunt, quia duri ſunt oculi, nec acuto viſu cernunt, & non poſſunt „
accipere volatum, niſi per virtutem pedum anteriorum, ſed hoc facit Muſcarum genus, & „
quę aſſimilantur Apibus. Pedes autem poſteriores ſunt maiores, quàm medij propter am- „
bulationem, & vt eleuentur à terra citò, cùm volare voluerint, & quod ex his coit, hoc mani- „
feſtiùs facit, vt Locuſtę & Pulices. Nam iſta pedes conſtringendo flectunt, deinde illos ex- „
tendunt, & ſic à terra eleuantur, neceſſaria ſiquidem eſt flexio in pedibus declinans ad inte- „
rius. Pedes autem anteriores talis diſpoſitionis eſſe non poſſunt, omniaq; iſtiuſmodi ſex pe- „
[l] *Lib. 4. de partib.ca.6.* des habent. Hęc Albertus, nempe ex [l] Ariſtotele, apud quem ſic legitur. Pedes priores non- „
nulla ex ijs ideo habent, vt quoniam propter oculorum duritiam non exquiſitè cernant, cru- F
ribus ijs longioribus abſtergunt incidentem moleſtiam, atque arcent. Quod & facere Mu- „
ſcas videmus, & Apes & reliqua generis eiuſdem. Semper enim prioribus cruribus vallant, „
& protegunt. poſteriora medijs longiora ſunt, vt ambulent meliùs, & attollantur faciliùs de „
terra, cùm auolare libet. Quod planiùs ea oſtẽdunt, quę ſaliunt, vt Locuſtę, vt Culices. Cùm „
Locuſtarũ crura. enim inflexa rurſus connixa extendunt, attolli de terra neceſſe eſt. Locuſtę non parte priore, „
ſed poſteriore habent crura illa ad gubernaculorum effigiem condita. Suffraginem enim in- „
tus flecti neceſſe eſt, quod nulli crurum priorum datum eſt. Omnibus his ſeni pedes, ijs etiã „
quorum enixu ſaliunt, connumeratis. Reddit item eodem capite rationem, cur multis ſint „
Cur multos habeant pedes. pedibus prędita, his verbis: Ergo Inſecta animalia, quanquam non partibus numeroſis con- „
ſtant, tamen ipſa inter ſe diſſident: quippe quæ cùm omnia multos habeant pedes, quoniam „
contra tarditatem frigiditatemq; naturę eorum numerus exauctus pedum motionem efficiat „
faciliorem, tamen variè numerum hunc ſortiantur. Quę enim plurimum pro corporis ſui „
longitudine frigent, numero pręcipuè ſuperant, vt Iulorum genus. Quin etiam, quod prin- „
cipia plura habeant, hinc & in ſectiones ſunt, & numerus pedum proinde augetur. Quibus „
A victu. autem pedes pauciores, hęc volucres ſunt, vt pedum inopia adiumento pennarum compen- G
ſetur. Atq; hęc de partibus Inſectorum, earumq; vſu dicta ſunto. Iam vero, & victu non om-
nia eodem vtuntur. Quę dentes habent, vt dictum eſt, multum comedunt, & varia; quibus
aculeus, aut promiſcis in ore, parum, & humore aliquo contenta ſunt. Quędam ſine diſcri-
mine omnibus veſcuntur, vt Apes quędam magnę, quas Albertus Lupos, ſi rectè memini,
appellat, quędam ſanguine viuunt, vt Muſcę, Tabani: quędam ſucco arborum, & herbarum,
vt Apes quędam croceę teſte eodem Alberto: quędam putrida proſequuntur, vt Muſcę quę-
dam, quę in ſtercore obſeruantur, quędam ea planè auerſantur, vt Apes. Quę ferè ad verbum
[m] *8. Hiſt. cap.11.* ex [m] Ariſtotele Albertus mutuatus eſt, is enim de paſtione, & potu Inſectorum ſic ſcribebat:
Inſecta animalia quibus dentes, omniuora ſunt; quibus autem lingua, tantùm humore vndi- „
que eliquando (ἐκχυλίζοντα exugendo) ſua lingua veſcuntur: quorum alia omniuora ſunt, „
quibus guſtus ſaporum eſt, vt Muſcę: alia ſanguiuora, vt Tabani, & Aſili, alia ſuccis planta- „
rum, & fructuum viuunt. Apis vna nullis putidis affidet, nec vtitur alio cibo, quàm dulci. „
Aquam etiam libentiſſimè inde hauriunt, quàm ſynceri clariſſimiq; fontes ſcaturiunt. Talis „
Cur parum comedant. animalium victus eſt. Hęc ille. Cur verò omne fermè Inſectorum genus pauco indigeat
cibo, ratio eſt, tum quia exiguo ſunt corpore: paruis enim ſufficiunt pauca, tum quia frigida H
ſunt omnia exanguia, calida autem illa ſunt, quę & ali expetunt, & cibaria facilè citoque va-
Coitus diuerſitas. lent concoquere. Coitus prętera Inſectorum atque generatio non in omnibus eodem per
agitur modo. Quædam enim coeunt cùm ambulant, & habent pedes poſteriores anterioribus
bus maiores: quædam coeundo pedes flectunt poſteriùs, vt quadrupedes. Aues & quæ pe- „
[n] *Lib. 1. de generat.c.5.* dibus vacãt, inquit [n] philoſophus, inſtrumentum accommodatum ad coitum habere neque- „
unt, quoniam alteris crura ſub media aluo poſita ſunt, alteris nulla ſunt crura, &c. Plurima „
certè quæ ad Inſectorum coitum, & generationem ſpectant, poſteris ille reliquit. Inſectorum
[o] *Lib.eodem cap.16.* aliqua, inquit [o] alibi, coeunt, atque ex animalibus eiuſdem generis oriuntur, modo eorum, „
quibus eſt ſanguis, vt Locuſtæ, Cicadæ, Phalangia, Veſpæ, Formicæ: aliqua coeunt quidem, „
& generant, ſed non ſui generis animal, ſed vermiculos tantùm, neque ex animalibus pro- „
creantur, ſed ex putreſcente humido, aut ſicco, vt Pulices, Muſcæ, Scarabei. Quædam, nec „
ex animalibus naſcuntur, neque coeunt, vt Culices, & vermiculi, & plura huiuſmodi genera. „

Inter

A Inter ea verò quæ coeunt fœminæ maxima ex parte maiores maribus sunt, nec meatus vlli Fœmineque marib⁹ maiores.
„ seminales in maribus esse videntur. Nullum, parte plurima dixerim, membrum fœminæ
„ à maribus inseritur, sed mari à fœmina sursum de parte inferiore, quod conspectum in plu-
„ ribus est. Nec de superuentu ambigitur, sed contrà, vt mas fœminæ inserat, visum à paucis
„ est. Neque adhuc ita exploratum habetur, vt genere possimus distinguere. Hoc idem ferè
„ in piscibus quoque ouiparis est, vt fœminæ maiores sint maribus: quoniam id commodum Ouiparorũ fœminę maiores maribus.
„ est ad vterum magna ouorum copia extumescentem. Fœminis in eo genere membrum, quod
„ pro vulua habetur, fissum iuxta intestinum, vt cæteris positum est, in quo fœtus generatur.
„ Patet hoc in Locustis, & reliquis, quorum magnitudo aliqua sit, & natura coitum recipiat.
„ Maxima enim pars generis Insecti perexigua est. Hæc ille. Miraculi sanè loco habendum
mihi videtur, in annulosis istis, siue Insectis, masculis esse fœmineum sexum, fœminis mascu-
linum, atque ita fieri, vt fœminæ concipiant à masculis, sed genitale sit oblongum fœminis,
quo genitalem illam auram hauriant à masculo. Atq; ideo non fuerit absonum, si quis di-
xerit Insecta maris, & fœminæ sexum habere, sed mares concipere, nam si membrorum for-
ma mares efficit, fœminas verò formæ diminuta natura edidit, consequens est, vt si quę præ-
B gnantes fiunt in Insectis, membris ornatiores sint compare suo, mares dicantur. Porrò [P] Ari- [P] *Lib. 3. de generat. c. 9.*
stoteles inscripto capite de triplici generatione Insectorum, rursus sic scribit: Insecta par-
„ tim coitu, partim sponte oriri dictum iam est, item Vermiculum ea parere, & quam ob cau-
„ sam ita pariunt. Genus hoc enim omne ferè Vermiculum, quodammodo parere videtur.
„ Conceptus enim, qui imperfectior est, talis est. In omnibus autem vel ijs, quæ perfectum
„ pariunt ouum, conceptus primus indiscretus adhuc recipit incrementum: qualis natura etiã
„ Vermis est. Mox alia conceptum suum ouo perfecto edunt, alia imperfecto, quod extrà per-
„ ficiatur, vt sæpè de piscibus dictum est. Quæ verò intra se pariunt animal, ijs quodam mo-
„ do post primum conceptum ouiforme quiddam efficitur. Humor enim in membrana tenui
„ continetur, perinde quasi oui testam detraxeris. Quamobrem deprauationes conceptuum,
„ quæ per id temporis accidunt, fluxus vocant. Sed Insecta, & Vermem generant, quę vim ob- Fluxus quid.
„ tinent generandi, & quæ non per coitum, sed sponte naturæ oriuntur, ex tali origine consi- Eruca vermis genus, & Araneæ fœtus.
„ stunt. Nam & Erucas genus esse Vermis censendum est, & fœtum Araneorum, quanquam
„ propter figuræ orbiculatam speciem similia ouo, tum eorum nonnulla, tum alia complura
„ primordia esse videantur. Verùm non figura, nec mollitie, aut duritie ouum definiendum
C est. Sunt enim conceptus nonnullorum duri, quamuis ouo diuersi, sed quod totum mute- Ouum vt definiendum.
„ tur, nec ex parte eius animal gignatur, id Vermis est. Omne autẽ hoc Vermiculi genus, vbi
„ suæ magnitudinis finem receperit, quasi ouum efficitur. Indurescit enim putamen eorum, & Vermis quid.
„ tantisper immota reddũtur. Quod in Vermiculis Apum, & Vesparum, atq; etiam in Erucis
„ apertum est. Cuius rei causa est, quod natura præ sua imperfectione quasi maturans, ante-
„ quam tempestiuum sit, ouum pariat, tanquam hic Vermis ad incremẽtum oui mollis adhuc
„ pergat. Hoc eodem modo in cæteris euenit omnibus, quæ non coitu oriuntur, vel in lanis,
„ vel alijs huiusmodi, atq; etiam in aquis. Omnia enim post Vermis naturam motu cessant, &
„ putamine obarescunt. Mox rupto putamine exit, veluti ex ouo animal, tertia perfectum ge-
„ neratione, idq; pennatum magna ex parte. Ratione illud etiam euenit, quod iure multi ad-
„ mirentur. Erucæ enim cùm primùm capiant cibum, mox non capiunt, sed motu cessant, quę
„ per id tempus Aureliæ à nonnullis vocantur. Vesparum etiam Vermiculis, & Apum idem Aureliæ quid.
„ accidit. Post deinde quæ nymphæ appellantur, proueniunt, quæ nihil huiusmodi habeant. Nymphæ quid.
„ Ouorum enim natura adepta suum finem, non insuper accrescit, sed antè augetur, & alitur,
„ donec distinguatur, & fiat ouum perfectum. Vermium autem alij hoc intra se habent, vnde
D excrementum ipsis nutriendis accedat, vt Vermes Apum, & Vesparum: alij de foris capiunt,
„ vt Erucæ, & cæterorum nonnulli Vermium. Sed quamobrem triplicem generationem hæc
„ sortiantur, & qua de causa ex motis immota reddantur, explicatum iam est. Oriuntur enim
„ alia per coitum more auium, & viuiparorum, piscium partis plurimæ: alia spõte, modo non-
nullarum plantarum. Hactenus philosophus diligentissimus profectò horum animalculo-
rum generationis indagator, nam & alijs in locis de eadem planè exactissimè scribit quę præ
„ terire nefas duco. Insecta, inquit, [q] alibi, auersa coeunt, deinde quod minus est, superuenit [q] *Li. 5. Hist. cap. 8.*
„ maius, hoc est, mas fœminam. Nec mas in fœminam genitale vllum inserit membrum more
„ animalium cæterorum: sed fœmina sursum in maris receptum, caudæ vltimum suæ meatum
„ quendam procedens reflectit: qui in nonnullis maior, quàm proportione totius corporis es-
„ se videtur, cum ipsa parua admodum sint. Sed sunt etiam in quibus minus incõueniens æsti-
„ metur. Planum hoc fuerit, si Muscas coitu Venereo copulatas diuiseris. Tardo etiam, quæ Muscarum coitus.
„ coierint, seiunguntur digressu: diu nanq; eorum copulatio durat: quod in ijs, quæ in nostro

conspectu

conſpectu verſantur, facilè patet, verbi cauſa, in Muſcis, in Scarabeis. Omnia enim ad hunc E
modum coeunt, videlicet Muſcę, Scarabei, Verticilla, Phalãgia, & ſi quid aliud generis eiuſ-
Phalangiorum texentium coitus. dem coire ſolet. Phalangijs quæ texunt, coitus agitur hoc modo. Cùm fæmina deductam
Araneam traxerit, mas eandem mutuò trahit: quod vbi ſæpiùs fecerint, coeunt, & auerſis
clunibus copulantur. nam propter aluum orbiculatam modus hic coniungendi ijs congruit.
Cur auerſa aluo coeãt. Aſtipulatur Ariſtoteli [r] Iulius Cæſar Scaliger, Inſecta ſcribens, quæ habentur pro imperfe-
ctiſſimis, diutiſſimè in coitu immorari, qualia ſunt Pulex, Cicendula, quibus Muſcas cele-
[r] *Lib. 4. de cauſ plant. in Theoph.* riùs expediri ait, Vidimus tamen, inquit, aliquando Muſcas duas volantes, quarum alte-
ra alteram inierant, neque abſtiterat. Ait deniq; parere haud ita multò pòſt. quod pariter te-
Partus. ſtatur [s] Ariſtoteles ſcribẽs de ijs Inſectis, quæ aut ex Erucis, aut ex Vermibus, aut ex ſimo gi-
[s] *Li. 5. Hiſt. cap. 19.* gnuntur. Breui à coitu, inquit, pariunt, maxima ſui parte, quæ ſolent coire. Vermem autem
omnia faciũt, excepto genere quodam Papilionum, quod durum quiddam ſimile Cartamo,
id eſt, Cnici ſemini producit, ſed intus fluidum. Vermibus non parte aliqua ſicut in ouis ani-
mal creatur, ſed totus Vermis accreſcit, & particulatim diſcretus formatur in ſpeciem deſti-
nati animalis. Procreantur porrò Inſecta, aut ex animalibus generis eiuſdem, vt Phalangia,
& Aranei: ex Phalangijs, & Araneis, vt Bruchi, Locuſtæ, Cicadæ: aut non ex animalibus, ſed F
ſponte, alia ex rore, qui frondibus inſudat, videlicet verno tempore, vt natura fert. Sæpè ta-
men ex hyberno, quoties tranquillum, Auſtraleq; tempus diutius conſiſtit. Item alia ex cœ-
no, aut ſimo putreſcente oriuntur: alia in lignis, aut ſtirpium, aut cæſis: alia in animalium pi-
lis: alia in excrementis, aut iam excretis, aut adhuc intra animantem contentis, vt quæ Tineę,
Lumbrici vbi generẽtur. ſiue Lumbrici appellantur, quorum genera tria ſunt, latum, teres, & quod Aſcarida vocatũ
eſt, ex quo nihil procreari aliud poteſt. Naſcuntur Papiliones ex Erucis: Erucæ ex virenti-
bus folijs, maximeq; ex braſſica. Verùm de horum, ſicuti de cæterorum Inſectorum, quæ
Semen Inſectorum. hoc capite recenſet Philoſophus, generatione in particulari cuiuſq; hiſtoria agemus. De ſe-
[t] *Li. 1. de generat. c 17.* mine Inſectorum ſic alibi ſcribit idem [t] Ariſtoteles: Semen alia apertè emittunt, vt ea quæ
ſunt natura ſanguinea, alia, id eſt, Inſecta, & Mollia, emittant ne, necne incertum eſt. Alias
quoq; multis diſputat ſemen genitale non decidere ab omnibus partibus, idq; non paucis
Semen non defluere ab omnibus partibus. aſtruens argumentis, Inſectorum quoque coitum adducit pro exemplo, quia plurimorum
fæmina, etſi non omnium, per coitum particulam quandam ſuam inſerat in marem. Memi-
nit huius quoque [u] Galenus, vbi diſputat contra nonnullos, qui ſe Peripateticos iactitabant,
[u] *Li. de ſem. cap. 3.* qui ſemen excerni ex vtero, vt nullam fœtus partem fieri ex Ariſtotelis ſententia putabant, G
cùm neq; excernere ſemen nonnulla animalia tradat ille, ſed caliditatem animalem tantùm
fæminam recipere, eiuſmodiq; eſſe Inſectorum quædam, in quibus in corpus maris fæmina,
inquit Galenus, articulum inſerit, atque ita diutiùs cùm ipſo coit, nullumq; corpus in copu-
la illa, ſed vim tantùm, & facultatem recipit informantem, ſpeciemq; formę ipſi exhibẽtem.
[x] *Lib. 3. de Geneſi.* Tetigit quoque hanc generationis Inſectorum varietatem [x] D. Auguſtinus, quæſtionem eſſe
ſcribens, vtrum nonnulla de minutiſſimis hiſce animalibus in primis rerùm mortalium con-
ditionibus creata ſint, an ex conſequentibus rerum mortalium cõditionibus, aut cadauerum
tabe gignuntur, quædam etiam, inquit, de corruptione lignorum, & herbarum; quædam de
[y] *Lib. 1. in Geneſ.* corruptionibus fructuum &c. Quod ad quæſtionem eam attinet: [y] Eucherij opinio eſt, exti-
tiſſe à principio rerum omnium formas, ſed alias actu, alias potentia. De minutiſſimis, in-
Inſecta à principio mundi extitiſſe. quit, animalibus credendum eſt, quæcunque ex aquis, vel terris nunc naſcuntur, in prima
rerum conditione fuiſſe creata: cætera verò, quæ de vitijs corporum, vel lignorum, vel ca-
dauerum naſcuntur putredine, nõ tunc creata ſunt in ſpecie, ſed inerat in eorum corporibus
preſens ſeminis origo, vt conſequenter de eorum corruptionibus pro ſuo quoq; genere exo-
rirentur. Cęterùm, vt relictis hiſce, quę ad Theologos ſpectant, ad generationem Inſectorum H
[z] *Li. 5. Hiſt. cap. 20.* reuertatur oratio, [z] Ariſtoteles tempus eius à principio ad finem maximè fermè parti ſepte-
narijs ternis deſcribi tradit, aut quaternis. Culicum, & Vermiformis generis parti plurimæ
Quot diebus generatio abſoluitur. ter ſeptenos attributos eſſe. Ouiparis quater ſeptenos magna ex parte: Septem ex ijs ab ini-
tu, concretionem, & conſummationem oui ſibi vendicare: reliquis tribus ſeptenis incubare,
atque excludere, ea ſcilicet, quæ ſuo procreant fœtu, qualis eſt Araneus, aut aliquid generis
eiuſdem. Mutationes verò, & tranſitus in figuras alias, trinis, aut quadrinis diebus, parti
maximę peragi: ſicut in morbis quoque dies decretorius euenit. Atque hæc de eorum ortu,
Vt moriantur. qui ſanè vt multiplex eſt, ita rurſus mors in omnibus non eodem fit modo, ſicuti hoc poſtre-
Tabani vt moriantur. mo loco idem Philoſophus oſtendit, inquiens: Pereunt ſtriatis, contortisq; membris, vt ſe-
nectute genus maiorum animalium moritur. Quæ pennata ex ijs ſunt, pennis etiam conuul-
Inceſſus varietas. ſis autumno ferè moriuntur. Tabani quidem, vel aqua intercute oculorum cæci intereunt.
Porrò iam, & in inceſſu Inſectorum diſcrimen eſt maximum: alia enim repunt, vt Lumbrico-

rum

A rum genus, alia ambulant, quorum alia volant, alia gradiuntur tantùm. Quæ repunt siue serpunt, serpentia dici possint, quanquam Cornelius Celsus quidem Scorpionem, & Phalangium, & Araneum inter serpentes numeret, impropriè certè, serpentis nomine latè nimirùm sumpto. Latinis enim nonnunquam significat omne animal terrestre, quod se non attollit in gressu, sed humi quodammodo repit, etiamsi quadrupes sit, vt Seps, Salamandra, vel etiam multipes, vt Scorpio, Scolopendra, præsertim si aut morsu, aut ictu venenum inferat. Plinius enim Salamandram Serpentem vocat, & Sepa quoq;, id est, lacertam Chalcidicam. Lucanus quoque de sepe, *parua modò serpens*, dixit. Ἑρπόντα καὶ βαδίζοντα distinxit Galenus: nam ἕρπειν propriè de serpētibus dicitur, & Vermibus, quibus pedes desunt: impropriè etiam de pedestribus omnibus, quæ tardiùs repunt. Ἑρπιστικὰ & ἑρπετὰ quoq; non ea solùm, quæ serpentum more repunt, significant, sed & alia quoq;, vt quadrupedes paruas, quæ apud Aristotelem vnguibus numerosioribus apprehendendo faciliùs obrepunt ad superiora. Nota est atque certissima eiusdem Philosophi doctrina, omne animal, quod sanguine præditum est, quatuor tantùmmodo notis moueri, exanguia pluribus: ita vt vicissim etiam retrò non absurdè recurrat ratio, vt scilicet cuicunq; quaternis moueri contingit notis, hoc ex sangui-

B nem habentium genere esse sit necesse. Quibus etiam ea, quæ in ipsis reperiūtur animalibus, clarissimè attestari animaduertuntur. Nullum enim sanguine præditorum in plures recisum partes diutiùs perdurare valet, motumq; ilicò eum, qui per locum est, cuius integrum priùs, & illæsum particeps esse videbatur, vniuersum amittit: quod cùm in multipedum genere, tum in sanguine carentibus omnibus secus esse percipitur. Ea namq; in frusta diuisa, mutilatis corporibus satis diu viuere possunt, ijsq; secundùm discretas illas partes moueri differentijs palam videntur, quibus priusquàm dissecta essent, integris mouebantur corporibus, qualia sunt potissimùm Insectorum genera, atque ex ijs maximè Scolopendræ, & ea insuper, quæ protensa oblongaq; habent corpora. Horum enim omnium recisæ à se inuicem partes
» eodem planè tendere videntur. Insecta autem sunt, inquit [a] Aristoteles, tum ob causas præ-
» dictas, tum etiam vt sese tutò inflexu seruare possint. Conglomerantur enim quæcunq; ex ijs
» prolixo corpore sunt, quod effici nisi Insectis non posset. Quæ autem glomerari nequeunt,
» contrahunt se in incisuras. Quod patet cùm tanguntur, velut ea, quæ Canthari vocantur. Vbi
» enim metuerint, motu cessant, totoq; corpore indurescunt. [b] Plinius quibus pedes sunt, in
» obliquum moueri scribit.

C

Serpentis nomen quibus conueniat.

Serpēsquid Latinis.

Sanguineorum motus.

[a] *Lib. 4. de Cauf. cap. 6.*

[b] *L. 11. c. 28*

# TEMPERIES.

» INSECTA frigida esse, inquit idem [a] Philosophus argumento est, quo-
» niam neque aërem, neque aquam inspirant; quo pacto autem exanguium
calor infrigidatur. Cui subscribens Nicolaus Leonicus quærens, cur Insecta omnia pauco indigeant cibo? [b] An quia, inquit exiguo sunt corpore: paruis autem sufficiunt pauca. An magis quia frigidum est Insectorum genus omne, & exangue: calidum autem illud est, quod & ali expetit, & cibaria facilè citoq; valet concoquere. Et [c] Hieronymus Cardanus disputans, cur ver sit saluberrimum quadrupedibus, æstas auibus & Insectis, hyems piscibus, ita contrarijs in temporibus animalia hæc perire scribit; homines scilicet, & quadrupedia etiam autumno, aues, & quæ ex putredine nascuntur, omnia hyeme quia frigida sint, & plurimo calore aeris ad vitam indigeant: sic vice versa pisces æstate ob siccitatem. Cęterùm omnia vniuersaliter In-

D secta frigida esse non facilè concedi potest: quin imò vsus docet Insecta plęraq; esse pręcalido temperamento prædita, vt Apes, Pityocampas, Cantharides, quæ erodendi, & exulcerandi vim habent. Serpentes etiam præcalidi exangues habentur, quia pauci sanguinis, is tamen prætenuis, & acer, eiusmodi animantibus summam dat nobilitatem. Atque talia omnia sunt frigoris impatientissima, ita vt hyeme tota lateant torpentia, & mortuis simillima. Quid? nonne & canis (calidissimum animalis genus) frigus fert impatientissimè? Et homines bilioſi omnium maximè frigus auersantur. Frigiditas itaque omnibus Insectis non conuenit.

[a] *Lib. de respirat.*

Frigida esse.

[b] *In quæst. natural. 43.*

[c] *In Cōmen. 9. Aph. sect. 3.*

Insecta omnia non esse frigida.

E

# AN RESPIRENT. ET DE ODORATV QVÆDAM.

Cur non respirare dicantur. Cor quib⁹.

PLAERIQVE Philosophorum non spirare Insecta testatum reliquerunt, quoniam ijs non inesset nexus spirabilis, hoc est pellicula pulmoni similis, quo aër aduocatur, item quia sanguinis sunt expertia: quibus est enim sanguis, ijs & cor; quibus cor, ijs pulmo, pulmone carentia, ea & voce carere necesse est, de qua pòst. Ex negantibus est [a] Aristot. tantùm perfrigerari ea volens. Exanguibus Insectis, inquit, & generatim omnibus, quæ aërem non recipiũt, refrigeratio in parte, quæ instar cordis est, excitatur. Natiuus enim spiritus tùm sese tolli, tùm submitti videtur. Declarant hoc etiam animalia totipennia, vt Vespæ, vt Apes, vt Muscę, & reliqua id genus omnia. Sed quoniã id fieri non potest, vt motu ciere, & quisquam tentare sine robore, ac vi liceat, spirantibus autem compressio spiritus robur, & vim extrinsecus affert, nõ spirantibus natiuus ipse spiritus. Ideo Insecta illa pinnata cùm se mouent, attritu spiritus in præcinctum prolabentis, murmur extendunt, quod in totipennibus fit. Sic ille, & in libro de respiratione ait pusilla & exanguia animantia ab ambiente aqua, & aëre foris tãtùm perfrigerari, neq; his opus esse, vt alterutrum penetret ob caloris innati infirmitatem. Cùm volatilium ea conspexeris, inquit [b] D. Basilius Magnus, quę Insecta vocantur, vt Apes, & Vespas: Sic enim ea nuncuparunt, propterea quòd vndique scissuras quasdam siue incisuras ostendant: veniat tibi in mentem, ea prędita respiratione non esse, pulmoneq; carere, sed totis omnia sui corporis partibus nutriri aëre. Quapropter, si oleo fuerint madefacta, occlusis meatibus pereunt: sin aceto protinus aspersèris ea reclusis foraminibus reuiuiscunt. Contrà [c] Aristotelem disputat Gulielmus Rondoletius, vbi de piscium respiratione agit, quòd is inquirat, cur Insectorum multa in plures etiam particulas diuisa viuere possint: & quomodo, aut qua parte respirare: nam mirum sanè (inquit) Aristotelem hoc quęrere, cùm eodem in libello scripserit, animalia exanguia, & exiguo calore prædita à circumfuso aëre, vel aqua satis refrigerari. An eum ignorasse credibile est corpus animantium ἔμπνουν esse, & ἄπνουν? Cùm igitur Scolopendræ, & aliorum Insectorum partes dissectæ mouentur, & viuunt, tenuioris aëris aliquid vndiq; inspirant, & exspirant. Eiusdem sententiæ [d] Plinius quoque fuisse videtur. Insecta, inquit, multi negarunt spirare, idq; ratione persuadentes, quoniam visceri interiori nexus spiralis non esset. Itaque viuere vt fruges, arboresq;, sed plurimùm interesse, spiret aliquid, an viuat. Eadem de causa, nec sanguinem ijs esse, qui sit nullis carentibus corde atque iecore. Sic nec spirare ea, quibus pulmo desit. Vnde numerosa quæstionum series exoritur. Ijdem enim & vocem esse negant, in tanto murmure Apum, Cicadarum sono, & alijs, quæ suis æstimabuntur locis. Nam mihi contuenti se persuasit rerum natura, nihil incredibile existimare de ea. Nec video cur magis possint non trahere animam talia, & viuere, quàm spirare sine visceribus, quod etiam in marinis docuimus, quàmuis arcente spiritum densitate, & altitudine humoris. Volare quidem aliqua, & animata carere in ipso spiritu viuentia, habere sensum victus, generationis, operis, atque etiam de futuro curam, & quàmuis non sint membra, quæ velut carina sensus inuehant, esse tamen his auditum, olfactum, gustatum, eximia præterea naturæ dona, solertiam, animum, artem, quis facilè crediderit? Sanguinem non esse his fateor, sicut ne terrestribus quidem cunctis, verùm simile quiddam. Vt sepia in mari sanguinis vicem atramentum obtinet, purpurarum generi infector ille succus: Sic & Insectis, quisquis est vitalis humor, hic erit & sanguis, donec existimatio sua cuiq; sit. Nobis propositum est, naturas rerum manifestas indicare, non causas iudicare dubias. Hucusq; Plinius, qui itaque etiam credidit, pulmone quamuis carentia spiritum trahere, & reddere per vices posse, argumento, quoniam Insectorum genera multa sunt, quæ & murmur edere, vt Apes, & canere videntur, vt Cicadæ. Item Culices, & Muscas sonum edere sentimus, quæ nisi arriperent halitum, bombum illum non ederent. Adde etiam hæc animalia olfactu prædita esse, quod effici non nisi ex aëris materia potest: odorem quidem non aliud, quàm infectum aëra intelligere possumus. Cur igitur non spirare hæc censendum est? Quæ quidem argumenta confutare quoque oportet: Dicendum ergo quòd Insecta neque spirant, neque spirare necesse est, quoniam spirandi facultas, refrigerandi gratia concessa est animantibus, quæ pulmone compotes sunt: Insecta autem cùm exanguia sint, frigida sunt, ideo refrigeratione non indigent; quippe quæ suo natiuo spiritu

[a] *Lib. de Sõno & vigil.*

[b] *In Hexam. Hom. 8.* Insecta vnde dicta.

[c] *Lib. 4. de Piscibus c. 9.*

[d] *Li. 11. c. 3.*

Sepiæ sanguinis vice quid.

Odor est infectus aër.

F

G

H

vel

A vel extrinsecus aëre satis refrigerari possunt. Quamobrem ijs pulmo deest, qui quidem, vt constat, non nisi spirandi gratia delegatus est. Quæ autem spirant, pulmonem habent, & hæc calida omninò sunt, quia sanguine prædita sunt. Sanguinis enim copia caloris inditium est, quam ob causam refrigeratione maximè indigent. Item si spirarent necessariò spiritum redderent. Aër autem per inspirationem attractus non exiret, nisi ab aliquo interiore viscere propulsaretur. Spiritus extra redditus est aër percussus ab interiore instrumento, hoc est, pulmone. Verùm secundùm Aristotelem Insecta omnia viscеribus carent, quod neque Plinius ipse negat. Ergo deficientibus instrumentis, per quæ expellitur aër, Insecta nequeunt respirare. Quamobrem contra Plinium audeo dicere haud temerè, vt magis videam causam, cur potiùs nequeant trahere spiritum talia, & viuere, quàm spirare sine viscеribus, licet ipse causam se ignorare fateatur. His autem præhabitis respondendum ad rationes Plinij, & primò ad eam, quòd Apes, & Muscas murmur edere sentimus. Dicendum, quòd sonus ille non animam, aut spiritum reddentibus vllis viscеribus, sed agitatu interioris spiritus accidit. Ea enim, quæ canere videntur, vt Cicadæ, membrana septo transuerso subdita, ad quam spiritus in eo inclusus atteritur, obstrepunt. Ad

B eam verò, quod dicit, Insecta posse spirare sine viscеribus; dicendum, quòd repugnaret naturæ; Si genus Insectorum halitum traherent, quia cùm exanguia, & frigida hæc sint, dubio procul nimia refrigeratione citiùs interirent. Itaque natura tutò consulens, ijs potiùs spirandi vsum negauit, vt diutiùs conseruarentur. Item si respirandi vsum natura ijs tribuisset, non alia de causa fecisset, nisi quia calidiora hæc essent. Calida enim exigunt refrigerari, frigida minimè: Insecta frigida sunt pleraq;. Ad quid ergò natura tam pretiosum hoc spirandi munus ijs animantibus non indigentibus incassum indidisset, cùm omnia quæ natura efficiuntur, non frustra, sed ratione aliqua sint? Semper enim natura rei melioris author est, quo ad eius fieri potest. Cuius rei indicium afferri potest, quòd Muscæ & Apes, si subter aquam diù non valdè calidam, aut frigidam teneantur, exanimari videntur, & cùm moram contraxerint in cinere, resurgunt, & reuiuiscunt. cuius rei causa est, quòd spiritus interior ob humiditatem penetrantem, quasi corrumpitur, & quasi enecatur, qui postea cùm cinere conduntur hæc animalia, consumpto humido, calore cinerum suscitantur. Ex quo apparet exanimationem illam, non quia inspirare non poterant, sed ob eam, quàm reddidimus, causam, accidisse. Nam si spirandi inesset facultas, & subter aquam diù per-

C manerent, adeò suffocarentur, vt ne ampliùs quidem reuiuiscerent. Ad id autem, quod dicit, Insecta spirare videri, eò quòd sentiant odore; dicendum, quòd sanguineis sensorium odorãdi diuersum est ab eo, quod Insectis inest. Insecta enim, (quoniam odoratus sine operculo est) natiuo spiritu sui corporis odorantur: qui quidem spiritus in omnibus ex natura insitus est, non aduentitius accedit. Ea autem, quæ halitum trahunt, & reddunt, quibus certè hoc odorandi sensorium operculo quodam coopertum est, nisi operculum illud per inspirationem aperiatur, odores non sentiunt: sicut animalium quorũdam oculi, genis & palpebris, ceu vallo quodam visus, munimentoq; prominente, eoq; nisi nictentur, aut conniueant, cernere non possunt: quorundam sunt oculi pręduri, & qui hoc genere operculi, & folliculi careant, proindeque exerti sint, sed statim sine diductu aliquo incidentia, & occursantia contuentur: ita odoratus Insectis promptus atq; expositus sine operculo est, visus duros oculos habentibus, vnde munere eo sine naribus, & olfactione funguntur; respirantibus adopertus, ac operculo conditus, qui odoratus cùm halamus, adaperitur, panditurq; ampliatis venarum meatuumq; itineribus. Hinc euenit, vt quæ spirant, odorem in aqua non sentiant, quo-

D niam respirare non possunt. Quamobrem cùm meatus illi in humore patefieri nequeant, summa ratio est, vt vrinantes in eo odorari non possint. Ergo si quis diligenti subtilitate id exigat, respiratio non est causa odorandi, neq; dehiscentia palpebrarum videndi, sed adaperiendi meatus, qui odoratui inseruiunt. Eiusdem opinionis est Theophilus Zimara, nõ indoctus Aristotelis scholiastes, qui sic scribit. Vapor etiam ad odorandum poscitur in his, quæ suffiendo duntaxat sentiunt, siue sensus nostri vitio, siue ipsius rei odoratæ causa, quòd caloris vi qui in eis est, crassus vapor, excludatur. Testantur id Insecta, quæ cùm non respirent, odores tamen prosequuntur, aut auersantur. Nam odoratu ea esse prędita, nullus dubitet, cùm alimenta quærant sibi, & fumum fugiant. Non respirant verò, quia spiritalibus carent instrumentis. Nullus ergo in his attrahitur vapor respirando, sed ad ea species odorum transeunt ab aëre traductæ, quæ grauium odorum sint, necant hoc genus, quòd ipsum indicat non carere ea hoc sensu. Et si quis neget habere Insecta odoratum, quod nullum in his apparеat eius sensus instrumentum: dicendum non carere ea instrumento, etsi conspicuum illud non est, nec posse facultatem vllam sine sensorio sibi delegato inesse. Verisimileq;

Cur pulmone careant.

Calida quę animalia.

Vt murmur edant.

Cur spirandi vsus ijs negatus.

Natura nihil frustrà facit.

Vt suffocata in aqua reuiuiscãt.

Insectorum odorandi sensorium diuersum ab alijs.

Quæ odorẽ in aqua nõ sentiunt, & quare.

leq; eſt, (vt Themiſtius ait) non aliter odoratus inſtrumentum in his ſine operimento vllo E
eſſe inuolucroque, quàm viſus inſtrumentum in durioculis. Sic ille. Naturam itaque con- ,,
Inſectorum ſubtilitas, & ꝑſtãtia. ijcere licet, non minorem ſubtilitatem paruis animalibus indidiſſe, quàm magnis. Plinius rerum naturę argutiſſimus, vt monſtret Inſectorum ſubtilitatem, miratur plurimùm, vbi-
nam tot ſenſus collocarit in Culice, atque Formicis, quibus ſenſus, nedum tactus, ſed etiam
[c] *Li. 4. Hiſt. Anim.* odoratus, guſtatusq; ineſt. [c] Ariſtoteles philoſophorum ille antiſtes omnibus Inſectis ſen-
ſus eſſe non minus ſcitè, quàm feſtiuiter etiam ſcriptum reliquit. Nedum profectò, quæ
animal pariunt, & ſanguinem, quos ſenſus appellamus, habent, verùm & Inſecta, nam vi-
ſu quedam, & olfactu, guſtuq; adornantur. Sentiunt enim mel procul Apes, & Culices,
dicti Muliones: quod niſi haberent odoratum, nunquàm è longinquo ſentirent. Sulphu-
ris enim odore Inſecta emori, & langueſcere palàm eſt. Item Formicæ ſulphuris ſuffitu
Guſtus. formicario puluiſculo inſperſo, aut origani, aut cornu ceruini, fugantur. Guſtus ratio ſi-
milis eſt. nam Apes ad nullam rem putidam aduolant, qua & langueſcunt, & triſtantur; ſed
Tactus. dulcibus alliciuntur. Contrà Culices non dulcia, ſed acida geſtiunt. Tactus verò omnibus
animalibus datus eſt.

F

# VOCEM NON EDERE, SED SONVM.

[a] *Li. 4. Hiſt. cap. 9.* Vox differt à ſono.

[a] ARISTOTELES differens de animalibus, quę ſonum, quę murmur edant, quę item loquantur, differre ait proculdubio vocem à ſono, & tertiam his adnumerandam eſſe rem, locutionem. Gutture, inquit, parte vna ,,
Locutio quid. vox agitur: quocircà quibus pulmo deeſt, ijs nulla vocis emittendæ facultas eſt. Locutio non niſi vocis per linguam explanatio eſt. Vocales igi- ,,
tur litterę à voce & gutture, conſonantes lingua, & labris proferuntur: ,,
quibus literis omnem locutionem confici nulli dubium eſt. Quamobrem, quibus animan- ,,
Sonus vt fiat. tium lingua libera, abſolutaque non eſt, ea neque vocem emittunt, neque ſermocinantur: ,,
at ſonus elidi, vel alijs partibus poteſt. Ergo Inſectis animalibus, neque vocis, neque lo- ,,
Voce cur careant Inſecta. cutionis vlla facultas, ſonusq; ijs ſpiritu interiore mouetur, non exteriore. Nullum enim G
ex ijs ſpirat, ſed alia murmur edunt, vt Apes, alia canere dicuntur, vt Cicadę. Omnia ve- ,,
rò in eò genere, membrana ſepto tranſuerſo ſubdita, qua præcinctum corpus diſtinguitur, ,,
ſonant, vt genus Cicadarum attritu ſpiritus. Muſcæ etiam, Apes, & reliqua ijs ſimilia cùm ,,
Son[9] quid. volant, ſeſe attollunt, & contrahunt. Sonus enim attritus interioris ſpiritus eſt. Locu- ,,
ſtæ ſuis gubernaculis atterentes ſonant: nullum Molle, nullum Cruſtatum, vel vocem, ,,
vel ſonum aliquem mittit naturalem. Piſces vocis, quidem expertes ſunt &c. Sed planiùs ,,
Præcinctũ quibus, & eius uſus. in libro περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, id eſt de morte, & vita: Habent inquit, id genus pleraque ,,
diazoma, id eſt, præcinctum, cui inſitus eſt ſpiritus: is quandoque foras mouetur, quan- ,,
doque verò è diuerſo: vnde contingit nunc eleuationem fieri, nunc depreſſionem eiuſdem ,,
pelliculę. Cùm enim exit ſpiritus, attollitur; ſicut ingrediente deprimitur. Perinde enim ,,
Inſectis portio ea mobilis eſt, vt in ſpirantibus pulmo, & in piſcibus branchiæ. Porrò pel- ,,
licula concuſſa faciunt ſonum: Sicut in calamis pueros interdum videmus factitare, quibus
Cicada ut canat. prętenui folliculo indito, ſonum eliciunt. Sic & Cicadis, quę canunt: calidiores enim
ſunt, & imò ſpiritalis motus maior, vt interpretatur Thomas. Proclus verò Diadochus,
canit, inquit, Cicada, ſeipſam atterens ſub alis, atque ita ſonum emittens. Plinius quo- H
que ex Ariſtotelis doctrina vocem non habere ſcribit, niſi quibus pulmo eſt, & arteria.
Idcirco, & Inſectis ſonum eſſe, non vocem: intus manente ſpiritu, & incluſo ſonante.
Verùm alia murmur edere, vt Apes; alia cum attritu ſtridorem, vt Cicadas. Quia verò
Enceladũ. hoc genus intus habere ſonum viſitur, hinc Enceladum Inſecti genus appellari Grammati-
Animalia Bombycia. ci aſtruunt. Vniuerſim verò Bombycia vocant quidam à bombo, vt opinor, ſicuti ab inci-
ſuris, Entoma, id eſt, Inſecta.

VITAE

A

# VITÆ TENACITAS.

VITAM imbecillis huiusmodi animalculis fortiùs, ac tenaciùs inhęrere, quàm reliquis omnibus animantibus, tum aëreis, tum terrestribus, tum aquatilibus, quis non admiretur? Constat equidem omnia animantia viuere abscisso capite, ne tantillo temporis momento posse: quanquam [a] Auerroes author sit, veruecem abscisso capite huc atque illuc aliquot momentis nutantem, aliquot passus progressum esse. Viuit sanè bubulum cor exemptum ab animali; viuunt rescissæ lacertæ, viuit Serpentum genus, polypus quoque, & vronoscopus piscis, multorumq; piscium cor ademptum, & marinus pulmo in partes dissectus superuiuit, item testudines auulso corde: nihilominus in quibusdam Insectis, multò magis in Vermibus vitam maioribus fixam esse radicibus apertissimè liquet, præsertim ex ijs, quæ tradit Aristoteles de ijs, quibus longum est corpus, ac pedes multi; adeo, vt vtrisque à seipsis diuisis partibus, separata vita ostendatur. Pars enim, quæ ad caput spectat, si abscindatur, caput versus tendet: pars quæ ad caudam spectat, caudam versus diriget motum suum, quod præcipuè in Centipeda patet, vt tradit ibidem, [b] Aristoteles: Insecta, inquit, diuulsa etiam viuere possunt omnia exceptis ijs, quæ vel admodum frigeant, vel præ sua exiguitate, quàm primùm refrigerentur. Nam Vespis quoque diuulsis, non deest viuacitas. Viuit ergo cum pectore tum caput, tum etiam aluus: at sine eo caput auulsum viuere non potest. Diutiùs ea viuunt diuulsa, quibus corpus longum pedesque multi, & pars, quę abscissa est, in vtrumq; se mouet extremum, nam & caput versus ingreditur, & in caudam, vt in ijs quas vocant Centipedes moueri videmus. Sic ille. Sed non diuisione bimembri hoc tantùm verum fuerit, sed etiam in plures partes abscissione facta, vt scribit [c] D. Augustinus his verbis: Cùm nuper in agro essemus Liguriæ, nostri illi adolescentes, qui tunc mecum erant studiorum suorum gratia, animaduerterunt humi iacentes in opaco loco reptantem bestiolam multipedem, longum dicam quendam vermiculum, vulgo notus est, hoc tamen, quòd dicam, nunquam in eo expertus eram: verso namq; stylo, quem secum fortè habebat vnus illorum, animal medium percussit. Tum ambę partes
C corporis ab illo vulnere in contraria discesserunt, tanta pedum celeritate, ac nihilò imbecilliore, nisi quàm si duo huiusmodi animantia forent: quo miraculo exterriti, causęq; curiosi ad nos, vbi simul ego, & Alipius consedebamus, alacriter viuentia frusta illa detulerunt. Neq; nos parum commoti, ea currere in tabula quoquo versum poterant, cernebamus, atq; vnum ipsorum stylo tactum, contorquebat se ad doloris locum, nihil sentiente alio, ac suos alibi motus peragente. Quid plura? Tentauimus quatenùs id valeret, atq; Vermiculũ, imò iam Vermiculos in multas partes concidimus, ita omnes mouebantur, vt nisi à nobis illud factum esset, & compararent vulnera recentia, totidem illos separatim natos, ac si quemq; vixisse crederemus: Hęc Augustinus causam huius rei afferri posse non putans, sed Dei esse occultissimum opus, ne vna anima in tot partes diuisa esse videatur. [d] Aristoteles inde, quod dissecta reuiuiscant Insecta plantis similia esse scribit, inquiens: Insecta verò hęc esse necessarium propterea est, quòd in eorum essentia inest, vt multa principia habeant, eaq; ratione sanè plantis assimilantur. Vt enim plantæ ipsa quoque præcisa viuere possunt: sed hæc aliquandiu, illæ vel perfici possunt, ac duæ ex vna, atque etiam plures numero procreantur. [e] Alibi quoq; idem hoc testatur, Stirpes cum Insectis inquiens, congruunt re, atq; necessa-
D riò altrix anima vna actu, plures facultate in ijs habentur, quæ illa prędita sunt. Item similis est ratio sentientis originis. Nam Insecta post dissectionem indicant se sensu vigere: Stirpes tamen conseruandę naturæ facultatem habent, cùm Insecta nihil tale efficere possint, quia instrumentis ad prędidia salutis comparanda carent. Nonnulla quoq; instrumentum desiderant, per quod cibum ingerant: nonnulla id, per quod cibum iam ingestum complectantur. Nonnulla sunt, quę cùm alijs plurimis, tum maximè vtroq; priuantur instrumento: quippe cùm illa animalium genera ea imitentur, quæ vnà coaluerint. Quæ verò perfectissima corporis fabricatione formantur dissecta, viuere non queunt, quoniam illorum natura, quoad fieri potest, maximè vna est. Quamobrem partes quædam dissectę breui tempore, exiliterq; sentiunt, quia tametsi quandam sentientis animæ affectionem obtinent, sentienti tamen carent anima. Visceribus item abstractis sese mouent, quod Testudines etiam faciunt, postquàm cor exemptum est. Annotat isthæc quoq; [f] Cælius Rhodiginus, docteq; plantarum cùm Insectis similitudinem hanc distinguit his verbis: Verùm quia in vitales rationes volentes incidimus,

Animalia abscisso capite non uiuunt.

[a] *Super 7. Physic.*

Animalia alia tenacis uitæ.

Insecta quę uiuaciora.

[b] *H.li.4.c.7*

Quæ diuulsa diutius uiuant.

[c] *Li. de quãtit. animæ. cap.31.*

[d] *Lib. 4. de partib.c.6.*

Insecta cur plantis similia.

[e] *Lib. de Iuuent. & Senect.*

[f] *Li.21. Antiq. lect.c.1.*

dimus, id obiter inſertum huic parti attexemus: plantas eatenùs conſimiles Entomis videri, quatenùs, vt Entoma, ſiue Inſecta, interciſæ viuunt. Eius ratio, inquit Thomas, reddi poteſt, quoniam eis ineſt anima actu quidem vna, potentia verò plures. Hoc tamen differre deprehenduntur, quod Entoma præciſa conſectaq; viuunt quidem, ſed non perdiu: cuius ratio euidens. Nam ſi perdurare diutiùs deberent, organa illis diuerſa forent neceſſaria, vt os, & ſtomachus; quod non fit. Neq; enim habere poſſunt in qualibet corporis portione principium, quo nutrimentum admittant: imoque nec perſeuerare diſſecta diutiùs queunt. At plantæ reciſæ viuunt diu, quoniam in qualibet ferè parte potentia, & virtute germen habent, ac radicem. Hoc verò in nodis fit, propterea durant, quia trahere alimentum valent, gignunt quoque cùm germinandi inſita ſit vis. Cæterùm [g] Ariſtoteles etiam ipſe rationem reddens, cur Iuli, ſimiliaq; prælonga Inſecta præciſa viuant, cauſam ad multiplicem principij eorum partem referre videtur, ſed verba eius clarioris doctrinæ cauſa adſcribam: Inſectis, inquit, principij eiuſmodi pars, vt antè diximus, inter caput, & alueum eſt. Quæ etſi magna ex parte ſimplex eſt, tamen nonnullis multiplex eſt, vt Iulis, & ſimilibus prælongis. Quo fit, vt præciſa viuere poſſint. Natura enim partem hanc ſimplicem, vnamq; tantùm facere in omnibus vult. Itaque vbi poteſt ſimplicem, vbi non poteſt, multiplicem &c. Voluit Cardanus, quod pro corollario annexum huic loco eſto, proprium inſectorum eſſe, vt cauda abſciſſa viuant, cùm ſanè, vt demonſtratum eſt, alijs etiam præciſis ſuperuiuant partibus. At verò vt ſic mirum eſt præciſa in fruſta viuere, ita è contrario, quàm mirè fragilis ſit eadem eorum vita, conſtat inde ſaltem, quòd omnia, vel ſolius olei aſperſu enecentur; quemadmodum præter [h] Aelianum, [i] Plinus quoque atteſtatur, præcipuè ſi, vt hic, [k] alibi habet, capite vncto in ſole ponantur. Cuius rei rationem reddens doctiſſimus [l] Alexander Aphrodiſeus, quia, inquit, ſpirandi meatus continent (Inſecta) anguſtiſſimos. Oleum enim, quoniam lentum eſt, interſepit, & claudit iter, ita vt via ſpiritui omnis denegetur: quod cùm accidat, interitum ſequi neceſſe eſt. Sic ille, ſed à morte vindicabis, ſi aceto conſperſeris: ſin nimio periere humore, vt fit multoties, reuiuiſcent, ſi ante eorum occubitum cineribus commiſceantur; humore quippe conſumpto reſurgunt.

[g] *Lib. 4. de part. cap 5.*

Cur præciſa viuant.

Vitæ fragilitas.

[h] *Lib. 4. de Anim. 18.*

[i] *Li. 12. c. 53*

[k] *Lib. 11. cap. 19.*

[l] *Li. 1. probl. 62.*

Vt oleo mortua reuiuiſcant.

# CVR AERIS VIVANT BENEFICIO.

MIRARI etiam ſubit, cur Inſecta aëris beneficio viuant, piſces verò calidiores, vtpotè ſanguine præditi, ab aqua refrigerium petant, cùm alioqui è contrario illa potiùs aquis, hi verò aëre bene ſe habere deberent. Frigidiora ſiquidem frigidiorem exigunt locum, & calidiora calidiorem, eò quòd vnicuiq; nõ nimium ſuperans refrigerium natura competere voluerit. Ad id eſſe verùm quoque aſſeueramus, dummodo conueniens comparatio fiat. Enimuero Inſecta cùm pauco indigeant refrigerio in aëre viuunt, piſces autèm atque ſanguinea, eò quòd vtrorumq; vna eſt ratio, calidiores exiſtentes, & maiori indigentes refrigerio, in aëre viuere nequeunt. Quippe Inſecta exanguia calorem tenuem, terrenoq; humori leuiter commixtum habent, atq; ideo aquis permanere non poſſunt, piſces autem craſſiorem ſortiti ſunt, cum humore aqueo valde permixtum, & ideò gaudent aquis. Multitudine igitur, non autem ſimplicitate caloris exuperant, atque ideò quodam modo ſimilioribus in locis ambo conſiſtunt. Nonnulla etiam aquatilia exanguia, ac Inſecta diutiùs, cùm modico indigeant refrigerio, in aëre, quàm ſanguinea viuunt, citiùs enim hæc intereunt, quia vehementius frigus exquirunt, eoque modo marceſcunt. Illa verò potiùs ab irruente contrario pereunt, & ideò diutius viuunt. Non enim, vt refrigerentur, aquis inhabitant, ſed vt ſuo ſimili ſeruentur loco, propriumque inde ſuſcipiant alimentum.

Cur piſces in aqua, degant.

Inſectorũ calor.

Inſecta aquatilia cur minus diu in aëre viuant.

VT

A

# VT FVGENTVR.

INSECTORVM cùm multa sint genera, quæ longè plura, & maiora hominibus pariant commoda, quàm vel quæuis etiam maxima iumenta, ita contrà multa etiam sunt, quæ quando nimia multitudine abundent, ac luxurient, agros absumere, atque ita inducta sterilitate maximam annonę caritatem intulisse constat; quin sic hominum peccata ijs immissis sæpe à Deo immortali punita esse, historia quæuis testatur, maximè Locustis, Erucis, Vermibus, Bruchis, & similibus alijs, quæ plantis vescuntur. Pestilentiam quoque, & imminentia bella præsagiunt, maximè si sponte ex putredine ortum duxerint. Eiusmodi noxia Insecta Nicandro κνώδαλα vocantur. In hisce itaque fugandis multi sæpè plurimum operę atque industrię impendunt. In vniuersum autem omnia Insecta, quinq; modis, „ inquit [a] Cardanus, arcentur: aut prohibendo generationem, sic in Locustis ouа conterere
B „ solemus: aut aduentum, clausis fenestris, quoniam Muscæ obscuro loco non volant, ab ea-
„ rum tœdio fimus tuti. Quędam apertè Insecta pellunt, & occidunt, vt duo extrema illa,
„ ignis & prędertim flamma, & immensum frigus. Sed & omnes feræ horrent flammam, ac fu-
„ giunt. Inde sapor acris, & amarissimus, veluti acetum, fel tauri, decoctum cucumis angui-
„ ni, hellebori albi, colocynthidis, lupinorum. Quędam odoris propria quadam vi, vt sulphu-
„ ris, atramenti, calcanthiúe, florum & foliorum sambuci vtriusque, coriandri, cornuum, &
„ vngularum. Quędam multiplici genere incommodi illa afficiunt, vt ruta, ærugo. Atq; hęc
„ eadem serpentibus aduersantur, & generationi, & ouis eorum. Antiqui verò duobus
„ maxime, quorum nunc obliti sunt homines, commodissimè ad omnia seruanda
„ vtebantur, pice, atque amurca olei: pix ab aëre tutatur, amurca ab animalibus. Inuenio inter odorata Styracem suffitu omnia fermè Insecta animalia pellere. Hæc Cardanus. Pennas Vpupæ, quot volueris, si in cubiculo accenderis, ita vt fumum sentiant, Muscas, Araneas, Scorpiones, aliaq; similia domo expelles. Cætera in particularibus cuiusq; Insecti historijs recensebuntur. Cæterùm, quòd si eiusmodi remedia non iuuent, ad exorcismos deuenien-
C dum est, de quibus consule Theologos.

Damna Insectorum.

Insecta hominum peccatiũ causa immissa. κνώδαλα.

[a] *Lib. 7. de variet. rer. cap. 30.*

Quæ apertè Insecta occidant.

Serpentes vt fugẽtur.

D

VLYSSIS

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER PRIMVS Qui est DE FAVIFICIS.

## De Ape. Cap. I.

## ORDINIS RATIO. APIS NATVRA MIRA LAVDATVR.



ORDINEM nobilitatis in noſtra Ornithologia ſeruauimus, quo ad fieri licuit, ſemper; eundemq; hîc ſeruare animus eſt. Quamobrem declarandum priùs, quæ Inſecta iudicio noſtro nobiliora exiſtunt. Nobile autem eſt teſte Philoſophorum principe,& communi præceptore[a] Ariſtotele, quod ex bono prodit genere. Si itaque generis, aut ortus ratione nobilitatem horum animalculorum æſtimemus, haud dubio ab ijs exordiendum erit, quæ nobiliori ortu conſtant, eoq; maximè, cùm & nos in allata ſuperiùs methodo Pyraustam, tanquam in nobiliſſimo elementorum,igne videlicet,generatam authore eodem Ariſtotele, primo loco nominauerimus, vel ſi hanc generationem non admittamus,ſicuti profectò non admittimus, ab ijs ſaltem,quæ cum igne maiorem analogiam habere videntur, vt Vermes quidam Indici nocte lucentes, Cucuios dicunt,& Lampyris ſeu Noctiluca, & ſimilia. Cæterùm ſicuti inter homines nobiles ſoli dicendi ſunt, prudentes,& iuſti,etiamſi ex emptitijs nati ſint,vt[b] Philo Iudæus ait,ita quoque nos hîc nobilitatem ab animi dotibus,& ab emolumento, quod homini inde cedit, & à perfectiſsimis animalium partibus iudicamus,atque menſuramus, nulla vel ortus,vel magnitudinis ratione obſeruata. Inter vtiliora itaq; Inſecta Apis, & holoſerici ſtaminis inuentrix & productrix Eruca, primas obtinent, illa ad cibi obſonia maximè, & lucem noctu in tenebris præſtandam, & ſummum in medicina vſum; hæc ad ſuperbiſsimas veſtes, & vtenſilia, etiam in ſacra Dei Eccleſia. Verùm vti ita in prębendis homini commodis, quodammodo æquales ſunt; ita rurſus Apis pluribus præterea prædita virtutibus, adeò vt Plutarchus cumulum virtutum nominaturus, apiarium dixerit,

[a] *Li. 1. Hiſt. cap. 1.* Nobile quid.

Cucuios. Nobiles qui dicendi.

[b] *Lib. de nobilit.* Inſecta utiliſſima.

A rit, cùm interim Eruca illa post subministratum holosericum, in Papilionem tantùmmodo abeat speciei suæ conseruandę causa, cętera inutilem. Plinius sanè etiam ab Apibus inchoat eisque principatum tribuit disertissimis verbis. Inter omnia, inquit, ea (Insecta) princi-
» patus Apibus, & iure præcipuè admiratio solis ex eo genere hominum causa genitis. Mel-
» la contrahunt, succumq; dulcissimum, ac saluberrimum. Fauos confingunt, & ceras. Illæ ad
» vsus vitæ tolerant, opera conficiunt, rempub. habent, consilia priuatim, & duces gregatim:
» at quod maximè mirum est, mores habent. Præterea cùm sint neq; mansueti generis, neq; fe
» ri: tamen tanta est natura rerum, vt propè ex vmbra minimi animalis, incomparabile effe-
» cerit quiddam. Quos efficacię, industrięq; tantę comparemus neruos? quas vires? quos ra-
» tioni mediùs fidiùs viros? hoc certè præstantioribus, quo nihil nouere nisi commune, &c. Plu
ra de ijsdem idem Plinius, & vix credibilia. Et Aristoteles subtilissimè de ijsdem scribit, & ad cęlũ vsq; industriam earum, atq; prudentiã euehit: verùm neq; quicquam diligentiùs percipi posse [c] Columella attestatur, quàm ab Higinio dictum est, nec ornatiùs, quàm Vergilio, nec elegantiùs, quàm Celso. Higinius veterum authorum placita secretis dispersa monimentis industriè collegit. Virgilius poëticis floribus illuminauit. Celsus vtriusq; memora-
B ti adhibuit modum. Quare, inquit Columella, ne attentanda quidem nobis fuit hęc disputa-
» tionis materia, nisi quòd consummatio susceptæ professionis hanc quoq; sui partem desi-
» derabat, ne vniuersitas inchoati operis nostri, velut membro aliquo recisо, mutila, atq; imperfecta conspiceretur. Hęc ille, qui cùm & ipse quoq; de Apibus breuiter scripserit, atque longè ante illum breuiùs doctissimus M. Varrò absoluerit, quid nobis inueniendum, dicendumúe reliquisse videntur? Nihil quidem inueniendum, sed dicenda omnia. Cùm enim cũcta nos, vel ex illis, vel ex alijs authoribus colligamus, verè fateri possumus, nihil nostrum esse: è contrà, cùm eorundem verba, ac sententias magno labore, & summa industria conquisitas ad hunc ordinem, qui noster est, redigamus, omnia nos dicere posumus, & asseuerare. Quòd si quis superstitiosus neget, negem quoq; mel ipsum Apum esse, sed florum ex quibus id colligunt, neque rectè ceciniſse [d] Ausonium poetam:

*Quodq́, cibo, & potu placitum, labor acer Apum mel.*

Vt verò modo ad laudes Apum reuertamur, has potissimùm ab admiranda earum industria, atque ingenio, labore, ac sedulitate ineffabili, incredibili regendi scientia, ac politia, Plinius in prędictis verbis celebrauit. Adiungi potest quoq; inuiolata Iustitia, Concordia,
C Pietas, Temperantia, munditia, atq; demum incredibilis, quam nobis subministrat vtilitas. Quo ingenio, qua industria, qua prudentia, sapientiaq́; Apes resplendeant, ac præditæ sint, innuit Franciscus Petrarcha, eas in inuentionibus imitandas nobis proponens. Et [e] Aristoteli teste Athenæo, cognitum est Apes prudentia homines antecellere, vt quę vitę perpetuã
» æquabilitatem, ac immutabilem seruent, mel semper colligentes, idq́; sponte, à nullo edo-
» ctæ, qua in re (inquit Athenęus) homines Apibus cedunt inani, stultaq́; existimatione sui
» tam pleni, quàm Apes melle. [f] Constantinus Cęsar etiam ex Didymo Apem omnium aliorum animalium sapientissimam, & artificiosissimam, intelligentiaq́; ad hominem propè accedere tradit, nec nõ opificium eius verè diuinum esse, & hominibus vtilissimum. [g] Virgilius verò, vel vna hac pictura admirandas ingenij dotes declarauit, prorsus esse Apibus partem diuinę mentis, & haustus ætherios existimans, quòd tam propè ad humanam mentem accedant, imò etiam superent.

*His quidam signis, atq; hæc exempla secuti,*
*Esse Apibus partem diuinæ mentis, & haustus*
*Aetherios dixêre.*

D Non itaque Apem sapientem vocamus, ac celebramus flauum mel meditantem, adulantes ei ob dulcedinem nos titillantem, & reliquorum animalium sapientiam, & artem, quam adhibent partui, & educationi, negligimus, vt voluit [h] Plutarchus, qui tamen, & ipse multis in locis Apis ingenium plurimùm prædicat, sed quia reuera res ita se habet. Id sanè fecit altissima Sapientia, vt intelligeremus non corporis magnitudine, sed anima prudentiam constare. ipsam verò animam nulla opus habere magnitudine, quę vt minor sit, eò esse excellentiorem, vtpotè & ipsam partem animæ mundi. Mirabile equidem in primis, quomodo tam pusilla animalcula ex tanta florum diuersitate mel, ceramq́; colligant; mirabilius verò quomodo collectum per longissima sæpe interualla ad alueos suos deferant; sed quàm maximè mirabile, quomodò ita in fauis cohęrere faciant, ne excidat. Colligunt autem, teste [i] Aristotele, ex omnibus, quæ florem caliculatum ferunt, atque etiam ex cæteris, in quibus dulcedo est, & lingua susceptum genus id saporis deportant, sine vllo fructuum detrimento. Modus verò, quem in colligendo seruant, admiratione quoque summa dignus est.

De Apibus qui scripserunt.

[c] *Lib. 9. c. 2.*

[d] *Eidyll. 12.*

[e] *Lib. 8.*

[f] *Li. 15. c. 3.*

[g] *Li. 4. Geor.*

[h] *Lib. de Amore prolis.* Apis cur sapiens.

[i] *Li. 5. Hist. cap. 22.* Vnde mel colligant.

Nam

[k] 9.H.c.40. Nam ſi verum eſt, quod idem [k] Ariſtoteles alibi quoq; teſtatur, morem eſſe Apibus, ne florum plura genera petant vno eodemq; profectu, ſed ſingulis ſingula: verbigratia, à viola ad violam aduolare, nec aliud attingere quouſque ſuum in alueum redeant: nonne & homines in hoc vicerint quamplurimos, qui, niſi longo vſu herbas diſtinguere didicerint, conſimiles ſimul confundunt? Omnem porrò ſuperat admirationem quòd cùm melle onuſtas redire certo ſit certius, ferre id tamen nunquam cernantur, vt ibidem Philoſophus ait, addenſque quemadmodum operentur, viſum adhuc non eſſe. Ariſtodemum Philoſophum ſcribit [l] D. Auguſtinus annis multis inſudaſſe, vt naturam Apis inueſtigaret, nec tamen potuiſſe, & Ariſtomachum Cicero (neſcio an eundem) Solinēſem annos duos de ſexaginta nihil aliud geſſe teſtatur, & Hyliſcum Thaſium Plin: Aelianus, quem quòd Apes in deſertis coleret Agriū nominauerunt. Menum quoq; legimus inter Sammites natum mirè ſolitudinem amaſſe, ibiq; ne quid per ocium perperam faceret, Apes curaſſe, vt earū ſedulam operam inſpiciēs, nunquam eſſet ocioſus. Sed vt ad ingenium Apum reuertamur, mirari rurſus ſubit, qua arte mellificent, id enim hactenùs etiam peritiſſimos quoſque latuit, cum interim mellificare palàm cernantur, & melle impleri aluearia. Vt rectè * Lucianus Μέλιτται σόφλω θεὸς μέλιτος ἐργάτιν. i. Apem ſapiētem diuini mellis effectricem nominauerit. [m] Seneca non cōſtare ait, vtrum ſuccum ex floribus ducant, qui protinus mel ſit, an quę collegerunt in hunc ſaporem mixtura quadam & proprietate ſpiritus ſui mutent. Quibuſdam enim, inquit, placet, non faciendi mellis ſcientiam eſſe illis, ſed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinum ſolijs, quod aut ros illius cæli, aut ipſius arundinis humor dulcis, aut pinguior gignat. In noſtris quoq; herbis vim eandem, ſed minus manifeſtā & notabilem poni, quam perſequatur, & contrahat animal huic rei genitum. Quidam exiſtimant conditura & diſpoſitione in hanc qualitatem verti, quæ ex tenerrimis virentium florentiumq; decerpſerint, non ſine quodam, (vt ita dicam) fermento quo in vnum diuerſa coaleſcunt. Hucuſq; Seneca. [n] Cardanus dicit ideò mel conficere, quoniam in ſuccingente alas parte folliculus ſit lucidus, ac velut mel dulce: ſimile enim, inquit, fit à ſimili. quod alijs examinandum relinquo, notiora ac manifeſtiora de earum operationibus ſcribere volens, quas omnes Ariſteles diuerſis in locis quaſi admirādas admirabundus depinxit, [o] aitq; fauos primùm cōſtruere è floribus, ceram ex lachrymis arborum fingere, mella ex rore aëris, ſyderum exortu potiſſimùm, & arcus cæleſtis incubitu contrahere. Omninò antè Vergiliarum exortum mel non fieri, fauos autem floribus facere, mel nō ipſas facere Apes, ſed rorem cadentem deferre: argumento eſſe, quòd non vno aut altero die cellas melle repletas reperiunt Apiarij. Item autumno mel poſteaquàm detractum eſt, non reparari, cùm tamen illo etiam tempore flores proueniant. [q] Plinius quoq; mel, inquit, ex aëre, maximeq; ſyderum exortu, & præcipuè Sirio ex ſplendeſcente ſublucanis temporibus venit. Itaq; prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur, ac ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas liquore veſtes, capillumq; concretum ſentiunt, ſiue ille eſt cæli ſudor, ſiue quædam ſyderum ſaliua, ſiue purgantis ſe aëris ſuccus, vtinamque talis eſſet, qualis defluit primo, ac non potiùs terræ halitu infectus. Et præterea è frondibus potus, & in ventriculis congeſtus Apum (ore enim euomunt) adhæc florum ſucco corruptus, alueiſque maceratus, totieſque mutatus multum de cæleſti natura amittens, magnam tamen cæleſtis naturæ voluptatem afferens. In fingendis parandiſúe porrò fauis diuiuum planè artificium exercent. Cùm enim alueum receperint mundum, quamprimùm eos conſtruere incipiunt, deferentes ex floribus, ſed præcipuè ex arborum lachrymis, vt diximus, ſalicis, & vlmi, & reliquarum quæ glutinum pariūt. Author eſt [r] Ariſtoteles, additque his pauimentum illinere, ne beſtiolæ nocuæ ſubeant, vocarique hoc opus ab Apiarijs tectorium imum. Clarum quoq; eſt, & à pluribus ſcriptoribus prodi-tum Regum ſuorum cellas eminentiore velut regio loco, maiori laxitate peramplas ædificare, eaſq; ſepimento tanquam muro quodam ad maieſtatem regiam tuendam circumuallare. Ac vt ætate, & conditione illæ inter ſeſe triplices ſunt, ſic tripartito etiam ſuas cellas diuidere. In regiæ aulæ vicinis, ſumma ſenectute affectas, tanquam regis ſatellites habitare, poſtque has eſſe natu minimas, & quæ annum nondum exceſſerunt: adoleſcentiores verò, & ætate confirmatiore, extimas manere. Prætereà vt [s] Ariſtoteles, inquit, fauos ſuos æquabiles conſtruunt, ſuperumq; totum operimentum politum apponūt, & ad ſingulos vſus fauum ſingulatim effingunt, videlicet partem aliam ad mella, aliam ad prolem, aliam ad Fucos accommodatam. Scribitq; idem eodem loco curare ſummoperè, vt faui illi erecti ſint, & ſi corruerint erigere, & pilis fulcire fornicatis, vt ſubire poſſint, cumq; via, qua accedant, non datur, ceſſare ab incubitu; hincq; fieri, vt faui araneentur. Item primos ferè tres verſus inanes ſtrui, ne quid promptum ſit, quod inuitet furantem. Nouiſſimos maximè impleri melle,

[l] Ser. 15. ad fr. in eremo. Heliſeum, Thaſiū, Plinius. & Aelianus.

* In Alcyone.

[m] Epiſt. 84. Vt mellificent.

[n] Lib. 7. de Variet. c. 28.

[o] Lib. 5. Hiſt. cap 22. Apum operationes.

Mel vnde conſtet.

[q] L. 11. c. 12.

Fauorum artificium.

[r] L. 9. Hiſt. cap. 11. Tectorium imū quid. Regum cellulæ vbi.

[s] Li. 9. c. 40.

A melle, ideoq; auerso alueo fauos eximi. Verùm maior adhuc ars in fingendis fauis eorum
celliſué dicenda reſtat, ſi figurã contemplemur. Etenim Apis eas ſibi vndiq; ſimillimas, ac
eaſdem vbiq; in aluearibus adhibet, (cùm tamẽ interim liceret diuerſa etiam figurarum ra-
tione præſtare ſecuritatem) eodemq; ſemper artificio vtitur. [s] Conſtantinus Cæſar ex Di-
dymo aſtruit, imbecillitatis ſuæ cùm ſibi conſcia eſt, anguſtos facere, & non in rectum diſpo-
ſitos ingreſſus in domumculam ſuam: ideoq; ſi quod animal per hos ingreſſum fuerit, vt ip-
ſis damnum inferat, plures circumſtantes facilè occidere. Si duo contingit eſſe examina, etiã
duo ſunt fauorum genera. Etenim in concordia ſuum quæq; plebs ſeruat cerarum figuran-
darum morem: ſed & omnes faui ſemper cauearum tectis, & paululùm lateribus adhæren-
tes dependent, ita ne ſolum attingant, quoniam id præbet examinibus iter, vti iam obiter
attigimus. Cerarum autem figura talis, qualis & domicilij habitus, nam & quadrata, & ro-
tunda ſpatia, nec minùs longa, ſui ſpeciem velut formæ quædam fauis præbent. Proditum
eſt à Plinio fauos in Germania viſos octo pedum longitudine. Sed hoc ad diligentiam earũ
potiùs ſpectat. Ingenium verò Apum ſuſpiciens, recte [t] M. Varro hîc rationem atq; artem
„ eſſe voluit: Ab his, inquit, opera diſcunt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enim
B harum, cibus, domus, opus. Neq; idem, quod cibus cera, nec quod ea mel; nec quod mel do-
„ mus. Non in fauis ſexangulis cella? totidem quot habet ipſa pedes (quod Geometræ ἑξάγω-
„ νον fieri in orbe rotundo oſtendunt) vt plurimùm loci includatur. [u] Plinius quoque omnes
„ cellas ſexangulas eſſe tradit, eaſq; à ſingulorum pedum opere, vt hoc ex Varrone tranſtu-
liſſe videatur. Dum itaque in fauis ſuis cellulas ſex æqualibus lateribus ſumma induſtria,
abſque vllo Geometrię inſtrumento ſtruit, ſatis oſtendit, quàm huius artis perita cenſeri de-
beat. [x] D. Baſilius diſcere nos hortatur, quomodo Geometriæ inuentionum rudis non ſit
ſapientiſſima Apis, argumẽto quòd omnes fauorum ipſarum cellæ ſexangulæ ſunt, & æqua-
lia latera habent, non in directum alternatim incumbentes, vt ne quid patiantur ima vacuis
adaptata, ſed anguli ſexangularum infernarum ſedes, & fulcrum ſunt incumbentium, vt ſe-
curè ſupra ſe onera eleuent, ac ſuſtineant, & ſeparatim in vnaquaq; ciuitate humor cõtinea-
tur. Geometricã inſuper hanc figurarum pulchritudinem, [y] Aelianus fingendi elegantiam
ſine arte, ſine regulis, ſine circino, nempe figuras ſexangulas, & ſex laterum, & æqualium an-
gulorum conficere Apes memorat. Quamobrem Phocillidi ἀριστότοκος, hoc eſt, optimè la-
borans, Vergilio Dędala, id eſt ingenioſa nuncupatur. & [z] Plutarchus, quò magis Alcyo-
C nis mirum in fabricando nido laudaret ingenium, Apum artificio id ſuperius facit, ac ſi nul-
lum aliud maius ingenioſiusq; eſſet artificium, cui id præferre poſſet. Quæ enim, inquit,
„ muſica Luſciniarum, quæ Hirundinum induſtria, quæ Columbarum humanitas, quod A-
„ pum artificium, cùm Alcyonis virtutibus comparari meretur? Hinc quoque Biſſulam ſuam
alumnam Auſonius pinguendam tradens pictori, hortatur eum, vt Apis artem imitetur:

*Pingere ſi noſtram pictor meditaris alumnam:*
*Aemula Cecropias ars imitetur Apes.*

Ingenij iſtius eximij acies non ſolùm in ijs, quæ diximus, ſeſe in Apibus prodit, ſed in alijs
quoque, ac in hoc potiſſimùm, quòd omnia teſte [a] Varrone extra oſtium aluei obturent, quà
venit inter fauos ſpiritus, quam ἐριθάκλω appellari Græcis ſcribit. Pluuias non ſolùm etiam
imminere natura præſagiente norunt (non enim prouolant, niſi dies ſit ſerenus futurus) ſed
præterea ſi oriatur, inopinata, vt fit aliquando, procella, lapillis ſe librent, iuxta terram voli-
tantes, quanquam hoc poſtremum Cretenſibus tantùmmodo aſcribere [b] Plutarchus vi-
deatur. Similes ſunt (canum nimirùm lapillos in amphoram non repletam oleo inijcientiũ)
„ Cretenſium Apum, & Anſerum in Cilicia artes. Illæ enim ventoſum aliquod circumuola-
D turæ promontorium, ne diſijciantur, ſeipſas exiguis lapillis in os ſumptis, quaſi ſaburrant.
„ Hi quando Taurum traijciunt, animalia alioqui vocalia, & obſtrepera, tum metu Aquila-
„ rum in os iuſtæ magnitudinis lapide ſumpto taciturnitatem ſibi imperant, vt fallere in tran-
„ ſitu eas poſſint. Cæterùm [c] Virgilius ſimpliciter id de omnibus Apibus canit his verſibus.

*Nec verò à pabulis pluuia impendente recedunt*
*Longiùs, aut credunt cœlo aduentantibus Euri:*
*Sed circum tutæ ſub mœnibus vrbis aquantur,*
*Excurſuſq; breues tentant, & ſæpè lapillos,*
*Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante, ſaburram*
*Tollunt, his ſeſe per inania nubila librant.*

Si ex deguſtatis contrarijs atque noxijs floribus, aliquando in morbos incidant, velut ſibi
ipſis medicæ, vrinã hominis, quòd eius ſalſedine, ſanitatem recuperaturas non ignorent, in-
ueſtigando petunt, & dum ſe ad fœtus fouendos, & incubandos accingunt, tunc quoque ſal-

ſuginoſa

Fauorum figura.

[s] *Li. 15. c. 3.*

[t] *Li. 3. de Re ruſt. c. 16.*

[u] *L. 11. c. 11*

[x] *In Hexa. homil. 8.* Geometriã nouit Apis.

Fauorũ cellæ cur Sexangulæ.

[y] *Lib. 5. de Anim. c. 13.*

[z] *Lib. de Solert. Anim.*

[a] *Li. 3. c. 16.* Præſagiũt pluuias.

[b] *Lib. de Solert. Anim.*

Anſerum aſtus cõtra Aquilas.

[c] *4. Georg.*

Cur ſalſa petant.

ſuginoſa maximè loca quærunt, ibiq; aut muriæ ſtillas ſugunt, aut ſalſuginoſum, quodcunq; E
reperêre, vel ex ipſis beſtiarum fæcibus, & excrementis delibãt, vt regale ſemen, cui incubi-
turæ ſunt, falſo illo fomento ſuſcitent. Cùm dormiunt extra ſua aluearia, & ſub dio, ſupinè
Quando & cur ſupinè quieſcant. quieſcunt, ne vel aqua, vel ros alas earum madore afficiat, & à ſomno leuatis volatũ impe-
diat; egregium ſanè prudenti viro exemplum præbentes, qui cùm quid facturus eſt laudabi-
le, prius conſiderare debet, ne quid impedire poſſit, quod iam propoſuit. Plura præterea de
Apicularum miro dicenda forent ingenio, verùm quia minima quaſi laudis pars ſit, hîc ve-
[d] *Lib. 2. de part. c. 2.* la contrahentes, cum [d] Philoſopho dicimus Apes atque huiuſmodi animalia, ingenioſiora
multis carentibus ſanguine eſſe; nec non inter ea, quæ ſanguinem habent, ingenioſiora ſuis
contrarijs eſſe, quæ ſanguinẽ habent frigidiorem, ac tenuiorem; ſed optimè conſtare, quæ
calidum tenuem, & ſyncerum habent, quippe quæ vnà & viribus corporis, & animæ inge-
Apum diligentia. nio plurimùm valeant. Iam de diligentia earum, operaq; ac ſocietate mutua aliquid dica-
mus; nam hæc optimè ingenio annectetur. Fruſtra animal ingenioſum eſt, quod eo non vti-
[e] *Lib de Solert. Anim.* tur, eoq; ſe non exercet. [e] Plutarchus Apes, ait toto corpore, omnibusq; membris laborare,
[f] *Lib. 2. Eleg. 1.* vt rectè, ac appoſitiſſimo epitheto [f] Tibullus ſedulam vocauerit.

*Rure leuis verno flores Apis ingerit alueo,* F
*Compleat vt dulci ſedula mella fauos.*

Etymum. Et argutè nonnulli μέλισσαν ἀπὸ τῆς μελέτης, id eſt à meditatione, exercitio, & diligentia
dictam volunt: nam præterquàm quòd ipſa diligentiſſima eſt, maximè verò etiam ſegnes
odit, ocio deditas, conſumenteſq; elaboratum, Fucos nempe, communiter inſurgentes occi-
[g] *Li. 3. c. 16.* dunt. Quod [g] Varro meminit his verbis: Neq; ipſæ ſunt inficientes, necnon oderunt iner- „
tes. Itaque infectantes à ſe eijciunt Fucos, quòd hi neq; adiuuant, & mel conſumunt, quos „
vocificantes plures perſequuntur, etiam pauçæ. Tetigit id quoq; Vergilius hoc verſu. „

*Ignauum Fucos pecus à præſepibus arcent.*

[h] *Li. 9. Hiſt. cap. 11.* Quin etiam ſocias ocioſas, ac deſides, aut minùs parcas pellere in more ijs eſſe prodidit [h] A-
[i] *L. 11. c. 10* riſtoteles. Ceſſantium, inquit [i] Plinius, inertiam notant, caſtigant mox, & puniunt morte. „
[k] *Lib. 4. c. 1.* Apud Sardos teſte [k] Aeliano lex erat, quę pœnas ignauiæ cõſtituebat, & qui ociosè viueret,
eum rationem reddere oportebat, & vnde viueret, oſtendere. Atque vtinam noſtro etiam
num æuo ea lex duraret: rectiùs enim ſæpè cùm nobis ageretur. Videntur autem huic legi
occaſionem dediſſe Apes, quæ vt diximus, ſegnes morte puniunt. Ipſæ verò nunquam ab
opere laboreq; ceſſant: quanquam hyberno tempore, nempe à Vergiliarum occaſu, & vltra G
exortum, veriſq; initium, cùm ſcilicet latent frigore cohibitæ, & quia etiam flores non den
tur, ex quibus quid colligant, non operentur. Deinde verò cùm fabæ florent, florent au-
tem omnium primę, ad opera exeunt, & labores, nulluſq; poſtmodùm ſi per cæli ſtatum mo
Quãdo ad opera exeant. dò liceat, dies perit, adeò vt vulgatiſſimum Apellis illud, *nulla dies ſine linea*, Apibus po-
tiùs, quàm vlli alij animanti conueniat. Tetigit quoque hanc ſedulam in principio veris A-
pum operam poëtâ, cùm canit.

*Quod ſupereſt, vbi pulſam hyemem Sol aureus egit*
*Sub terras, cælumq; æſtiua luce recluſit:*
*Illæ continuo ſaltus, ſyluasq; peragrant,*
*Purpureoſq; metunt flores, & flumina libant*
*Summa leues: hinc neſcio qua dulcedine lætæ*
*Progeniem neioſq; fouent, hinc arte recentes*
*Excludunt ceras, & mella tenacia fingunt.*

[l] *Li. 5. Hiſt. cap. 22.* Cibi cauſa mellificant, inquit [l] Ariſtoteles, tam æſtate, quàm autumno. Et [m] aliàs nullum „
[m] *Li. 9. Hiſt. cap. 40.* ipſis tempus certumeſſe ſcribit, conſuetumq; quo operari incipiant; ſed ſi cibarijs nõ carent, H
beneq; degunt, æſtiuo potiſſimùm tempore opus aggredi, & quàm diu ſerenum eſt, aſſiduè
operari. Omnes in opere cernas, ſed non eundem exercere laborem. Sunt enim foris, & in-
tus officia diuiſa: operantur intra ſexaginta paſſus, & ſubinde floribus in propinquo conſum
[n] *Li. 11. c. 8.* ptis, teſte [n] Plinio, ſpeculatores ad pabula vlteriora mittunt. Cùm ad opera prouolant, aliæ
flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttaſq; totius corporis lanugine: aliæ quærunt
[o] *Li. 9. Hiſt. cap. 11.* mel, aliæ ſtipant, aliæ faciunt cellulas. Adoleſcentiores, vt author eſt [o] Ariſtoteles foris ne-
gotium exercent, prouolando conuehentes, & ea, quæ res exigit, portantes, leuioreſq; ſunt
hirſutie detrita, ſeniores intus operantur, & parcunt ætati. Quæ flores comportant, priori-
bus pedibus femina onerant propter id naturâ ſcabra, pedes priores roſtro, totæq; onuſtæ
remeant farcinâ incuruæ. Excipiunt eas ternæ, vel quaternæ, atque exonerant. Intus aliæ
ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerunt, aliæ cibum præparant, ex eo quod allatum eſt. Ne-
que enim ſeparatim veſcuntur, ne inæqualitas operis fiat, vel temporis vel cibi. Cernas,

inquit

A inquit D.[p] Ambrosius, omnes certare de munere, alias inuigilare quærendo victum, alias [p] *Li.6.Hex.*
„ solicitam castris adhibere custodiam, alias futuros explorare imbres, & speculari occursus *cap.21.*
„ nubium, alias de floribus ceras fingere, alias rorem infusum floribus ore colligere: nullam
„ tamen alienis insidiari laboribus, & rapto vitam quærere: atq; vtinam raptorum insidias non timerent. Totam etiam hanc operum distributionem luculentissimè nobis depinxit [q] poeta [q] *Li.4.Geor.* hisce doctissimis versibus.

*Namq; aliæ victu inuigilant: & fœdere pacto*
*Exercentur agris: pars intra septa domorum*
*Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten*
*Prima fauis ponunt fundamina; deinde tenaces*
*Suspendunt ceras; aliæ spem gentis adultos*
*Educunt fœtus; aliæ purissima mella*
*Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.*
*Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,*
*Inq; vicem speculantur aquas, & nubila cœli:*
B *Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto*
*Ignauum Fucos pecus à præsepibus arcent.*
*Feruet opus; redolentq; thymo fragrantia mella.*
*Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis*
*Cùm properant: alij taurinis follibus auras*
*Accipiunt redduntq;: alij stridentia tingunt*
*Aera lacu, gemit impositis incudibus Aetna.*
*Illi inter sese magna vi brachia tollunt*
*In numerum: versantq; tenaci forcipe ferrum.*
*Non aliter (si parua licet componere magnis)*
*Cecropias innatus Apes amor vrget habendi,*
*Munere quamq; suo, grandæuis oppida curæ:*
*Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.*
*At fessæ multa referunt se nocte minores,*
*Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,*
C *Et glaucas salices, casiamq;, crocumq; rubentem*
*Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.*
*Omnibus vna quies operum: labor omnibus vnus.*
*Mane ruunt portis; nusquam mora: rursus eadem*
*Vesperi vbi è pastu tandem decedere campis*
*Admonuit: tum tecta petunt; tum corpora curant.*
*Fit sonitus: mussantq; oras, & limina circum.*
*Post vbi iam thalamis se composuere: siletur*
*In noctem, fessosq; sopor suus occupat artus.*

Omnes enim, vt in exercitu viuunt, atque alternis dormiunt, & opus faciunt pariter, & co- Quando dormiant.
lonias mittunt. Hiq; duces, inquit Varro, conficiunt quædam ad vocem, vt imitatione tubæ, tum id faciunt, cùm inter se signa pacis, & belli habeant. Statio interdiu ad portas more castrorum, noctu quies in matutinum, donec vna excitet bombo, ad quem mox prouolant, vt ex Virgilio iam dictum est, & cùm iam adueſperascit, in alueo strepunt minus, donec rursus vna circumuolet, eodemq; quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans, & hoc ca-
D strensi more, tunc repente omnes conticescunt, vt [r] Aristoteles, & [s] Plinius tradunt. Hanc [r] *Li.9.Hist. ca.11.*
eandem Apum laborantium industriam, sedulitatemq; maximam elegantissimè [t] Aeneidi [s] *L.11.c.10*
suæ inseruit, Carthaginenses ijs comparans, vrbem suam tanta diligentia post mor- Comparatio.
tem Didonis diruisse scribens, quanta istiusmodi animalcula vere nouo mellificare [t] *Aeneid.1.*
studeant:

*Instant ardentes Tyrij, pars ducere muros*
*Moliriq; arcem, & manibus subuoluere saxa.*
*Pars optare locum tecto, & concludere sulco.*
*Iura magistratusq; legunt, sanctumq; Senatum.*
*Hic portus alij effodiunt, hic alta theatris*
*Fundamenta locant alij, immanesq; columnas*
*Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.*
*Qualis Apes æstate noua per florea rura*

C *Exercet*

*Exercet ſub ſole labor, cùm gentis adultos* E
*Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella*
*Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas,*
*Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto*
*Ignauum Fucos pecus à præſepibus arcent.*
*Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.*

[u] *Li.9. Hiſt. cap.40.* [u] Ariſtoteles alibi nouellas ait etiam tertio, quàm prodierint, die ſtatim negotium inire, ſi cibus non ſuppetit: cumq; incubant, digredi nouellas ad paſtum, ſed breui redire. prolem felicis examinis quadraginta diebus intermitti, tantummodo à bruma &c. Sed maximè labor earum conſpicuus, cùm iam diù propter frigus hybernum in alueis ſuis velut clauſtro quodam incluſæ, ſub æſtatem temporibus lætis, cùm ſcilicet florum vbiq; variorum copia eſt, ſtudiosè admodum mellificationi, ſoboliq; ſuæ operam nauant, quod nobis innuunt etiam elegantiſſimi qui ſequuntur [x] Corripi verſus:

[x] *Lib.4.*

*Denſa per antiquas diſcurrunt agmina ſyluas*
*More Apium, quas uer tepidum noua condere caſtra,*
*Et munire fauos ceris iubet æthere captos* F
*Denſa per herboſos errant examina campos,*
*Floribus inſidunt varijs, roremq; madentem*
*Ore legunt, onerantq; humeros, ceraſq; liquentes*
*Conficiunt, dulceſq; lares in pumice figunt,*
*Incumbunt operi, gratiſq; laboribus inſtant.*

Nemo verò meliùs, nemo elegantiùs, facundiuſue iſtiuſmodi indefeſſos labores tetigit, expreſſitq; quàm [*] Aelius Iulius Crotta, in cuius os, dum hos verſus meditaretur, quo dulciores, lepidioreſq; euaderent, mel Apes ipſæ ingeſſiſſe videntur: canit autem:

[*] *Eidyl.3.*

*Quales vere nouo Siculæ ſub collibus Hyblæ*
*Vallibus, aut riguis latè fragrantis Hymetti*
*Exercentur Apes, ſtabulis vbi pinguibus agmen*
*Prodit mane nouum, & cœlo bacchatur aperto.*
*Hæ veris populantur opes, Tymbræq; laborant:*
*Illæ apij lachrymam, & graue olentis Centaureæ*
*Narciſſiq; legunt florem, caſiaſq; rubentes:* G
*Cætera dum legio tactis aſcripta, tenaces* ,,
*Suſpendunt ceras, & mella liquentia fundunt.*

[a] *Li.3. de re ruſt. cap.16.* [a] Varro teſtatur non reſiſtere ipſis, qui opus conetur diſturbare: neque perfeceris, vt ait [b] Actuarius, vt vlla vnquam ab opere ſuo ceſſet, neq; verò ſi feceris, aliud illam opus aggredi animaduertes: quin ſi eam animal iam factam à parentibus ſegreges, idq; cùm nondum mellis faciundi œconomiam didicerit, vnde id, & quomodo conſtet, iamq; dimiſſam liberè euolare ſinas, eadem hæc, quæ progenitrix præſtabit, nec ſanè operis quicquam omittet, propterea quòd non antea initiata à parentibus ſit; nec ſi vel plurimùm laboret, maius vnquam quicquam, quàm reliquæ præſtiterit. Innata itaque Apibus non mellificandi ars tantùm, ſed & diligentia, ac in labore perſeuerantia, vnde breuiſſimo temporis ſpatio bonam aluei partem melle ceraq; oneraſſe conſpiciuntur, cùm interim ſi propius laborantes obſeruaueris, nihil vel parum ſaltem ferre in eos videris. Meritò itaque quaſi bonam operariam [c] Scriptura Apem prædicat, dicens: Vade ad Apem, & vide quomodo operaria eſt. Audis, inquit D.[d] Ambroſius, quid dicat Propheta? Mittit vtique te, ,, vt Apiculæ illius ſequaris exemplum, imiteris operationem. Vides quàm laborioſa, quàm ,, grata ſit: & cùm ſit infirma corpore, valida eſt vigore ſapientiæ, & amore virtutis. A quo H igitur alio animali cùm poëtæ, tùm oratores, cæteriq; ſoluta oratione ſcribentes, diligentiam incredibilem aliquam expreſſuri, conuenientiùs, atque aptiùs, quàm ab Ape ſimilitudinem hauriunt? Dantes grauiſſimus Hetruſcorum vates Angelorum ſedulitatem expreſſurus hinc nequaquam deflexit, cùm canit.

[b] *Lib.1. de Spir.ani.c.1* Naturaliter opus ſuũ facere.

[c] *Prouer.6.*
[d] *Li.6.Hex. cap.21.*

*In forma dunque di candida Roſa*
*Mi ſi moſtraua la militia ſanta,*
*Che nel ſuo ſangue Chriſto fece ſpoſa.*
*Ma l'altra che volando vede, e canta*
*La Gloria di colui che la'nnamora*
*Et la bontà, che la fece cotanta.*

A *Si come schiera d'Api, che s'infiora*
*Vna fiata, & vna si ritorna*
*Là doue il suo sapore s'insapora.*

[e] Aliàs rursus Apum exemplo, quibus ait mellificandi studium naturaliter insitum esse, nobis quoque intellectum ineſſe scribit: [e] *In Purg. cant. 18.*

*Però là onde vegna l'intelletto*
*De le prime notitie, huomo non sape*
*Et de primi appettibili l'affetto,*
*Che sono in noi, si come studio in Ape*
*Di far lor melle, & questa prima voglia*
*Merto di lode, ò di biasmo non cape.*

[f] Plutarchus ostendens quanta diligentia, & amore optima quæq; domum ferant, maritos hortatur, vt adinstar Apum optima quæq; vndiq; colligentes, secumq; domum portantes, vxoribus suis impertiantur. [g] Calphurnius suauitatem cantus Asthaci, & Idæ pastorum expressurus, atque laudaturus, non potuit ingeniosiùs illum extollere, quàm Apes ab opere B suo cessasse dicendo, vt auscultarent, nam hoc prorsùs præter earum naturam est. [f] *Li. de Coniug præcept.* [g] *Eglog. 2.*

*Omnia cessabant illis cantantibus, ausa est*
*Dædala Nectareos Apis intermittere flores.*

Sic etiam [h] Petrarcha inter alia ἀδύνατα, quæ nunquam eueniunt, Apum quoque à labore intermissionem recensetcanens: [h] *Eglog. 11.*

*Tum nostro Galatea tuum de pectore nomen*
*Exibit, fugient proprijs dum sedibus astra,*
*Mellis Apes studium linquent, nidosq; Columbæ*
*Coniugium Turtur, prædam Lupus, arbuta capræ,*
*Custodita dolos mulier, mendacia seruus.*

In eodem sensu * Pontanus, de rebus scilicet nunquam, vel rarissimè saltem contingentibus: * *In Acone.*

*Demisêre comas quercus, liquêre Palumbes*
*Et quercus, frondemq;, nuces posuere, Columbæ*
C *Deseruere nuces, ramos fregêre myricæ,*
*Deseruêre, & Aues nidum, & cum prole myricas*
*Deseruêre, & Apes flores, roremq; Cicadæ*
*Et ranæ mutis fecêre silentia buccis.*

Vida [i] Iudæorum primates ingrediente Hierosolymam Saluatore nostro occultasse sese ait, & ocioſos domi resedisse: id verò quàm coactè facerent, horum animalculorum similitudine significat, quæ vt imminentes præsagientia imbres, domi hærere coguntur, & ab opere desistere solito, sic illi Christi præsentiam, doctrinamq; fugientes, ociosè sese in claustris suis abdebant. [i] *L. 2. Christ.*

*Ergo infracti animis omnes, terrore subacti*
*Tectis quisq; suo septi clausiq; manebant:*
*Quales quæ solitæ florentia rura volantes*
*Carpere Apes, vbi sæuit hyems, cælumq; profusos*
*Soluitur in nimbos, & aquosus regnat Orion:*
*Ocia lenta terunt, clausisq; aluearibus ægrè*
D *Cunctantur, circumq; fores, ac limina mussant.*

Quamobrem cùm [k] Franc. Petrarcha mirari me non negem, quid est, quòd quidam solicitudinis exemplum proposuere Formicam, parsimoniam atque industriam eius prædicantes? cùm non omnis solicitudo laudabilis sit. Formicæ enim exemplum fortasse prædonibus idoneum, non his quibus de suo viuere sine cuiusquam iniuria mens est. At solicitum animal quis nescit, sed improbum, sed iniustum, rapto viuens, nullius industriæ, nisi in malum, nullius vsus; at incommodi, tœdijq; multiplicis. Cur igitur hoc exemplum dederint, cur hoc animal laudauerint, dico iterum, miror, præcipuè cùm adesset Apis industrium prouidentissimumque animal, nulli noxium, multis vtile, sibique, & alijs arte quadam naturaliter insita, & suo illo nobili labore subueniens. Hucusque ille. Si itaque Hesiodus rectè, (quòd omnes fatentur) virtutem sudore parandam esse Deos voluisse dixit, eleganter & verè nos quoque Scaligerum in labore laudem positam esse dixisse fateamur, inquit autem: [k] *Lib. 2. de remed. Fort. vtriusque in præfat.* Diligentiã ab Apibus discendam.

*Nullus meruit viuere, qui fugit laborem.* E
*Fucis agilis præstat Apis omnibus vna.*

Digna ſanè, vt ſingulis temporis momentis nobis ob oculos ponatur, vt ſi fieri poſſit, incorruptam ſeruemus, ceu laboris exemplum. quod, vt faciant, qui labores fugiunt, docere placet, quomodo cuſtodita perpetuo incorrupta ſeruari queat. Fiet id commodiſſimè in ſuccino. nam præterquàm, quòd eam à putredine conſeruabit, perſpicuum quoque eſt, & pellucidum, oculiſque aditum præbet, vt eleganter innuit Martialis, dum canit:

Apis cur incorrupta ſeruãda, & quomodo ita ſeruetur

*Et latet, & lucet Phaëtontide condita gutta,*
*Vt videatur Apis nectare clauſa ſuo.*
*Dignum tantarum pretium tulit illa laborum;*
*Credibile eſt ipſam ſic voluiſſe mori.*

Atque hæc de ſedulo Apum labore dicta ſuffecerint. Quod modò ad politiam earundem, & regendi artem attinet, ea ſanè tantoperè ab omnibus cùm prophanis, tùm Eccleſiaſticis ſcriptoribus celebrata eſt, vt collecta mihi eorum loca multitudine ſua ingenium ita obruãt, vt à quo incipiam, ignorem. Scripſerunt de Repub. etſi diuerſo modo Cicero, & Plato, alter qualis eſſe debeat, differuit, alter qualis fuerit à maioribus inſtituta. Hanc tamen vterque, & inſtitutæ, & inſtituendæ præſcripſit formulam, vt vita ciuilis naturam imitetur, quam optimam viuendi ducem ſæpiſſimè nominamus: alioquin non modò inciuilis, ſed potiùs beſtialis, & bruta ritè cenſebitur. Quæ autem naturæ inſtitutio ſit, ipſa rationis expertia monſtrare ſufficiunt, atque inter hæc Apes potiſſimùm: quamobrem Plutarchus ad Virgilium deſtinat ſuum Traianum, vt ciuilem vitam ab Apibus mutuetur, de hac enim ille, quàm doctiſſimè, vt patebit, ſcripſit. Enimuerò, teſte eodem [l] Plutarcho, ciuilis vir natu- »
ræ ratione ſemper princeps eſt ciuitatis, vt rex inter Apes: idque cogitantem oportet rei- »
pub. gubernacula in manibus habere. [m] Alibi quoque Apes & Formicas, ait communitatis »
ſtudium conſeruare vſque ad finem. nemo enim, inquit, nunquam Apem ſenectute in Fu- »
cos degeneraſſe vidit: quod à ciuilibus quidam viris exigunt, vt vigore ætatis præterlapſo »
domi deſideant, cibumque conquirant, & reponant, ocioq; potiantur virtutem agendi, »
tanquam rubigine ferrum abſumi. [n] Varro Apes eſſe ait, vt hominum ciuitates, quod hîc »
eſt rex, & imperium, & ſocietas: ſed non vt quælibet vrbes; nam, niſi vt optimè inſtitutæ. »
Apes enim omnia pro ducis ſui arbitrio, & iuxta præceptum faciunt, adeò, vt natura pro G
magno ſui miraculo tanquam optimæ frugaliſſimæque Reipublic. ſpecimen, & exemplar
imitandum earum regimen propoſuiſſe hominibus videatur. Iuſtus Lipſius toto politi-
corum ſuorum libro priore luculenter docteque, vt ſolet, ad ciuilem vitam duos duces re- »
quiri, oſtendit, virtutem ſcilicet; cum prudentia. Vtrumque hunc ducem in nullo alio ani-
malium genere manifeſtiùs conſpicias, quàm in Apibus, quas ſolas ducem ſibi quærere con-
ſtat, qui omnium curam agat. Quod ipſum & Sancti doctores aiunt. [o] Baſilius enim Ma-
gnus, & Sanctus; ſunt, quædam, inquit, ex brutis etiam politiæ, & Reipub. ſtudioſa, ſi »
quid politiæ proprium eſt, vt ad vnum communem finem ſingulorum actiones ſint deſti- »
natæ, veluti in Apibus videre eſt. Nam illarum communis eſt habitatio, communis vola- »
tus, opificium omnium vnum, & quod maximum eſt, quòd ſub Rege, & quodam ordi- »
nis duce operas attingunt, non priùs ſuſtinentes ad prata exire, niſi vbi viderint Regem vo- »
latum auſpicari. Diuus [p] Ambroſius expediturus, quæ volucres velut quandam Rempub.
curare videantur, atque vitæ huius ætatem ſub legibus agere, aſſerit hunc eſſe Reipub.
vſum, vt leges omnibus ſint communes, atque obſeruentur deuotione communi, vnoque
omnes teneantur vinculo, & non alterius ſit, quod alius ſibi intelligat non licere, ſed quod H
liceat, licere omnibus, & quod non liceat, omnibus non licere. Vt ſit præterea commu-
nis reuerentia Senatorum, quorum conſilio Reſpub. gubernetur, & commune omnibus
vrbis domicilium, commune conuerſationis officium, vnum præſcriptum, omnibus vnum
conſilium. Ait itaque magna quidem eſſe hæc, ſed longè in Apibus præſtantiora, quæ in- »
quit, ſolæ in omni genere animantium communem omnibus ſobolem habent: vnam om- »
nes incolunt manſionem, vnius patriæ clauduntur limine, in commune omnibus labor, »
communis cibus, communis omnibus operatio, communis vſus, & fructus eſt, communis »
volatus. Quid plura? communis omnibus generatio, &c. Porrò mirum prorſus eſt, quo
apud ipſas in honore ſit Rex, quamque clementer hic cum ijs agat. Regias monarchiæ
in vna aluei parte extruunt amplas, & magnificas, ſeparatas ab alijs, tuberculo eminen-
tes, vbi is ceu in throno aliquo ſeu ſede regali, quid faciendum ſit, imperat, vnus mul-
tis millibus, quæ ſine mora imperata faciunt. Quamobrem non ſine acerrimo iudicio

Vita ciuilis naturam imitari debet.

[l] *L. de reip. gerendæ præcept.*

[m] *Lib. an ſeni ſit ger. reſp.*

[n] *Li. 3. c. 16. de re ruſt.*

Ad ciuilem vitam quid requiratur.

[o] *In Hexa. homil. 8.*

[p] *Li. 6. Hex. cap. 21.*

Reipu. vſus quis.

Rex Apum in qua dignitate.

Xan-

A Xantippus Lacedęmon Carthaginensium dux dicebat teste Polybio, malle se sub rege Apũ militare, quàm Formicarum exercitum ducere: sub rege, inquam Apum, qui sine aculeo est, hoc est, in neminem tyrannidem exercet, & nisi illa imperat, quæ ad communem reipub. statum conferre queant, cùm qui Formicarum, hoc est hominum, qui parêre & nesciunt, & nolunt, exercitum ducentes, nihil vnquam præclari præstare possint. Cyrus, quo vix alius princeps prędarior in bello fuit, apud [q] Xenophontem de se: Rex enim nihilominus, inquit, videris natura esse, quàm qui in alueari Apium est dux. Illi enim Apes parent vltrò, & vbicũq; maneat, nulla hinc abscedit: quodsi quò exeat, nulla eum relinquit. amor vsq; adeò vehemens in his inest, vt eius patiantur imperium: identidemq; quodammodo homines mihi videntur erga se habere, &c. Non potuit itaq; aptiùs [r] Homerus (qui item Apes, & viros ἔθνεα, id est gentem vocat) Græcos accelerantes ad concionem Agamemnonis principis totius exercitus, & vt ille vocat, ποιμένος λαων, ideſt pastoris populorum, quàm Apibus assimilare, quæ à pastu celerrimo cursu ad alueare, in quo regium palatium est, aduolant, gentem scilicet ratione prędita ad gentem ratione carentem, sed vtramq; studiosè ad regem principemúe suum tendentem: sed versus adijciam.

Xantippi dictum.

[q] *Lib. 5. de pædia Cyri.*

[r] *Lib. 2. Iliad.*

B Ὡς ἄρα φωνήσας, βυλῆς ἐξῆρχε νέεσθαι.
Οἱ δ' ἐπανήϑησαν, πείϑοντό τε ποιμένι λαῶν
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες. ἐπεσσεύοντο δὲ λαοί.
Ηὔτε ἔϑνεα πίσι μελισσάων ἀδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀιεὶ νέον ἐρχομενάων.
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.
Αἱ μὲν τ' ἔνϑα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνϑα.
Ὡς τῶν ἔϑνεα πολλὰ νέων ἀπὸ καὶ κλισιάων
Ηἰόνος προπάροιϑε βαϑείης ἐςιχόωντο
Ιλαδὸν εἰς ἀγορήν. id est:

*Sic locutus concione incepit excedere,*
*Hi surrexerunt, paruerunt́q; rectori gentium*
*Sceptrigeri reges: accurrebant autem gentes*
*Sicut examina Apum frequentium*
C *Petra ex caua semper recens venientium,*
*Racematim volant super flores vernos:*
*Ha quidem huc confertim volant, alia autem illuc*
*Sic horum gentes à nauibus & tentorijs*
*Littus ante immensum procedebant*
*Confertim in concionem.*

Sed hîc notandum est, longè aliud indicare hos versus, quàm nos diximus, Græcos nimirùm Apibus similes dici, quæ ex alueari ad pabula euagantur, cùm nos redeuntibus similes scripserimus: quæ sanè nostra est opinio, quoniam alioqui etiam Grecos à concione Agamennonis ad naues properasse dicere debuisset. Alij rogo examinent, interea ego pergam. [s] Aelianus de clementia regis Apum agens, mellifluo sanè ore, ac facundissimo opinionem vnam esse scribit, Apum reges non aculeatos esse; esse verò rursus alteram, eos robore aculeorum peracutorum armatos esse, nunquam tamen eo, neq; contra hominem, neq; contra Apes vti, quoniam non fas sit tantæ nationis imperatorem malum admittere: reliquas autem Apes harum rerum prudentissimos testari, in conspectu suorum imperatorum
D aculeos summittere quasi fasceis, veluti imperio potestateq; his cedentes. Iam verò hoc vtrumque in illis regibus quenquam admirari posse, siue aculeo careant ad inferendam iniuriam, siue quòd habentes, ab iniuria aculeos abstinere possint, idque etiam longè prestantius esse. Vtinam itaque natura, vt Apum, sic hominum reges aculeo exarmasset, inquit Petrarcha, Nunc libero animali exemplum dedit, non eripuit libertatem. Respice paruum illud, sed diuinum animal, pone & tu non in vulnere, sed ante vulnus aculeum: plebeium enim illud, hoc regium: Alioquin, vt sine iustitia, sic sine clementia rex non eris, ac non homo quidem, sed quod in fabulis dici solet, coronatus Leo. Alexandrum Macedonem, cùm hastatus, ac armatus aliquando ad Diogenem illum Cynicum accessisset, Diogenes referente [t] Dione Chrysostomo, regiũ signum habere negabat. Id Alexander admiratus; nonne inquit, modò dicebas nihil opus esse regi signis? Ita per Iouem, inquit, sed externis, tiara & purpura. In his enim nulla est vtilitas. At signum illud naturale omninò illi adesse oportet. Et quidnam illud est, inquit Alexander. Id quod inter maxima, inquit Regi adest.

[s] *Li. 14. 40. De Aculeo regis duplex opinio*

Alexandri cum Diogine colloquium.

[t] *Orat. 4. de regno.*

An nõ audiuiſti, quòd rex ſit inter Apes natura creatus non ex genere hoc habens, ſicut vos E
dicitis, quòd ſitis ex Herculis genere? Quid ergò, inquit, Alexander, illud ſignum eſt tan-
dem? Non audiuiſti, inquit, ab agricolis, quòd illa Apis ſola aculeum non habeat, quòd
nullis nempe illi armis opus ſit aduerſus quenquam? Nulla enim aliarum Apum cùm ea
diſceptauerit de regno, neq; ea pugnat cùm alia aculeum habente. Tu verò mihi videris
Armorum geſtatio timiditatem arguit. non ſolùm deambulare, ſed etiam dormire in armis. Neſcis, inquit, quòd timidi hominis eſt,
geſtare arma? Timidus autẽ nullus vnquam rex eſſe poterit, nõ magis quàm ſeruus. Auditis
his Alexander, parum abfuit, quin haſtam ex manu proijceret. Hæc autem dicebat Dioge-
nes adhortans eum, vt ſe potiùs tueretur beneficentia, & iuſtitiæ ſtudio, quàm armis. Vnde
Regem vt conſtituãt. D. Hieronymo Apis mella facientis exemplo indicatur rex imperans cum iucunditate. Re-
gem itaq; ſibi conſtituunt Apes, præeſſeq; volunt quidem, non tamen humano corruptoq;
more. Eſt enim ipſis non electus rex, quòd vulgus iudicio carens peſſimum ad principatum
ſæpè euexit; neq; ſorte poteſtatem acquirit rex earum, quòd abſurdi ſunt ſortium caſus, in
extremum omnium ſæpè poteſtatem conferentes; neq; ex paterna ſucceſſione in regno col-
locatur earum rex, quòd hi, & ineruditi, & omnis virtutis indocti, ob delicias, & adulatio-
nem quandoq; comperti ſint; neque imperitæ multitudinis vulgari clamore ſignatur, quæ F
non merita virtutis expendit, nec publicæ vtilitatis emolumenta rimatur: ſed ex naturâ
Rex qualis ſit. principatum in omnes habens, & magnitudine, & figura, & morum lenitate excellẽs rex ip-
ſarum conſtituitur. Equidem nihil eſt, quòd reges, & principes magis deceat, quàm man-
ſuetudo, beneficentia, animiq; moderatio, & continentia, vt quantum cæteros imperio, &
poteſtate præcellunt, tantum ſibi ipſis humanitate, & facili animi inductione dominentur.
Clementiæ inclementiam vincẽtis typus. Qua de cauſa, & in ſceptris regum Aegyptij Cucuphum auem ſubiecto Hippopotamo ſu-
perimponebant, quòd pietas impietatem, clementia inclementiam debeat ſupprimere. Cui
rei, & natura teſtimonium attulit illud, quod dictum eſt, nempe quæ, cùm Apibus cęteris a-
culeos dederit, eum ſolis regibus ademit, quaſi ſolis illis inhoneſtum ſit iraſci, inhoneſtius
[u] *Lib. 1. de Clement.* iram exercere. Noluit illum Natura, inquit [u] Seneca, nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno ,,
conſtaturam petere: telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis ,,
regibus ingens eſt. Eſt enim illi mos exercere ſe in paruis, & ingentium rerum documenta ,,
minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores; cùm tantò hominum mo- ,,
deratior eſſe animus debeat, quantò vehementiùs nocet. Tantùm autem neceſſe eſt timeat, ,,
quantùm timeri voluit, & manus omnium obſeruet, & eo quoque tempore, quo non captа- G
tur, peti ſe iudicet, nullumq; momentum immune amet. Sic ille. Hinc & Tribuni militum ,,
apud Romanos enſes ferebant ſine acumine, innuentes principes exercitus non debere oc-
cidere milites, ſed corrigere, vt Apum Rex ſuas Apes. Sed quid ſi aculeo præditum eſſe con-
cedamus, vt voluiſſe videtur diligentiſſimus naturæ indagator Ariſtoteles, miraculum eò
fuerit grandius, cùm hoc ſaltem veriſſimè conſtet, quòd non noceat, neque eo vtatur, vt di-
Leges optimæ quæ. ximus, ad vindictam. Sunt enim leges naturæ, vt ait Ambroſius, non literis ſcriptæ, ſed mo-
ribus impreſſæ, vt leniores ſint ad puniendum, qui maxima poteſtate potiuntur. Id cùm qui-
dam (nomen enim nõ memini) rex Gallorum, victor Inſubrum vrbem ingrediens typo quo-
dam, aut ſymbolo indicare vellet, chlamidem ſuam multis Apum iconibus grauidam fe-
[x] *In Exhort. ad Inſubres.* rebat, atq; ipſarum rex in medio eminebat, vt canit [x] Baptiſta Mantuanus his verſibus:

*In medio rex victor equo ſublimis in alto*
*Murice conſpicuus, rutilanti ſplendidus auro*
*Signabatur Apum ſparſim toga tota figuris,*
*Cumq; Apibus regnator Apum fulgebat in oſtro*
*Pictus acu, ſcriptumq; notis epigramma latinis* H
Rex mucrone caret, *quo ſignificare volebat*
*Rex pius & clemens, qua mente intraret in vrbem*
*Quouẽ animo debent populis conuiuere reges.*

[y] *In Panegyrico.* Præterea cùm pauperibus educandis teſte [y] Plinio ſecundo, vna ratio ſit bonus princeps,
mirùm non adeò nobis eſſe debeat, ſi tam ſanctè vnà rex cum Apibus ſuis viuat. nam
ita eas clementia, ac beneuolentia deuincit, vt etiamſi quærant, inſurgendi contra il-
lum occaſionem, non habeant, nec inueniant. Qua in re homines Apibus longè dete-
riores ſunt. nam, vt malos reges oderunt iure merito, ita bonis morem gerere commu-
Arduũ eſſe homini imperare, & obtemperare. niter neſciunt. Iuſtus Lipſius epiſtolam dedicatoriam ad Impp. Reges, & Principes
ſcribens, quàm difficilè ſit imperare, & quàm arduum morem gerere elegantiſſimè de-
monſtrat his verbis: Amplum, & illuſtre veſtrum munus eſt, quòd ſuſtinetis. Quid ,,
magis inter homines, quàm vnum pręeſſe pluribus, leges & iuſſa ponere, maria, terras,

pacem,

A pacem, bella moderari? Diuinitas quædam videtur hæc dignitas: & est profectò, si salutari-
» ter, atq; ex vsu publico administretur. Sed hoc quàm arduum sit, cùm ratio nos docet, tùm
» exempla. Illam si inspicimus; quantæ molis, ab vno capite tot capita coërceri, & vniuersam
» illam multitudinem inquietam, discordem, turbidam, leniter redigi sub cõmune quoddam
» obedientiæ iugum? Si hæc; quàm pauci ab omni æuo reperti, qui laudabiliter hoc mune-
» re functi & defuncti? Nimirùm maius quiddam est quàm imperiti suspicentur, cursum re-
» ctum in vndoso illo mari tenere, & in summa fortuna non abripi licentiæ ventis. Quam mul
» tis virtutibus opus est, quibus velut anchoris hæc nauis firmetur? quàm varia prudẽtia quo
» velut clauo gubernetur? Vt verissimè dixerim difficile esse homini in hominem imperium:
» nec vnius mente vnquam dirigendum. Ideo meritò Sapientes, quibus olim & nunc hæc
» cura, vt salutarium monitorum face præluceret imperanti. Qua enim in re melius merea-
» mur de genere humano? In moribus aut scientijs aliquid præcepisse, laudem & vsum ha-
» bet: & non magis in regno & administratione ciuili? cùm illic vnum aliquem ciuem me-
» liorem doctioremué facias; hîc in vno omnes. Nam ita profectò est. Arcta quadam cathe-
na deuincti sumus, qui imperamur, cum imperãte, & vt in corpore mens sana, aut insana esse
B non potest, nisi vt pariter vigeant, aut langueant eius functiones: non item in hac societate,
» princeps. Ad virtutem illè præit? sequimur. Ad vitia? inclinamus. Bene beateque agit?
» floremus. improsperè? labimur, aut ruimus cum illo. Atq; vt à sole in subiecto hoc orbe lux
» aut tenebræ: sic à Principe apud subditos praua plæraq; aut recta. Hæc & plura Lipsius,
» quæ omnia huic loco inseruisse voluimus, vt quàm sapientiùs & securiùs Apũ rex inter suas
» Apes imperet, quàm inter nos homines Rex noster, constare queat. Nec mirũ cũ Apum Rex
naturaliter regnet, & fucum non nouit, noster nisi edoctus fuerit, regnare nesciat. Hoc tamẽ
vtriq; commune est, vt si benè beateq; agant, gens quoq; floreat, si improsperè, simul laban-
tur. Apum enim Rege prehenso totum agmen tenetur, amisso dilabitur, migrãtq; ad alios,
vt ait [z] Plinius. Esse vtique sine Rege non possunt, ἀναρχίαν nimirùm fugientes. Defuncto
Rege mœret plebs ignauo dolore, non amplius cibos conuehunt, non procedunt, tantùm
tristi murmure circa corpus glomerantur. [a] Aristoteles author est Reges nunquam prodire
foras, vel vt pascãtur, vel alia causa, nisi vniuersa cum plebe, & si cùm pergunt, rex ipse aber-
rarit, omnes inquirere, odoratuq; sagaci persequi, donec inueniant, gestari etiam eum à ple-
C be, cùm volare non potest. Tradit item enecare ipsas etiam suos duces, qui plures quàm sa-
tis sit habeantur, & potissimùm improbos, ne principum multitudo seditiones in examine
faciat: nempe necare præcipuè cùm non ampla sobolis copia extitit, nec habent vbi tanquã
coloniam mittant; fauos etiam regum eo tempore, si parati sint, diruere; vtpotè cùm desint,
quibus mittendis duces ipsi præficiantur. [b] Plinius verò inuitas reges interimere asserit,
potiusq; nascentium domos diruere, si prouentus desperatur, & tunc Fucos abigere. Quare
nunquid propter multos illos principes, quos per turmas exercitus sui habent, magis aristo-
cratiam ament, vt [c] Albertus vult, quàm monarchiam quæstio oritur: quam alij ventilent;
nobis enim tantùm propositum est naturas rerum manifestas indicare, non causas iudicare
dubias. Adamantius Origenes cùm Apes hæc nullo animi conceptu facere, vt plæriq; con-
tendunt, sed naturæ ipsius beneficio, dixisset, quæ vel bruta, eousq; prouexerit, vt plerisq; in
rebus ratione præditos imitentur, nos vult admonitos, vt vbi Apum mores cognouerimus,
ducibus parere non recusemus, negociaque ad Reipubl. ciuitatumque salutem opportuna
alacri animo suscipiamus. Non enim amat id genus hominum Adamantius, qui sub pieta-
tis specie suam obtegunt ignauiam, suoque tantùm ocio, & commodis consulentes, negotia
subfugitant, & velut genus humanum oderint, humanas etiam consuetudines auersantur.
D Salutaris sanè hæc admonitio. Ipsæ enim regem, quem sponte sibi ordinant, miro modo ob-
seruant: ipsæ sibi populos creant, & licet positæ sint sub rege, tamen liberę prærogatiuam iu-
dicij tenent, & fide deuotionis affectum: quia & tanquam à se substitutum diligunt, & toto
honorant examine. Et Apes quæ non obtemperant legibus Regis (nõ obtemperant autem
cùm non omnes suas operationes ad communem Reipubl. vtilitatem conferunt) competen
ti condemnatione se mulctant, vt immoriantur aculei sui vulnere. Quod Persarum populi
hodieque seruare dicuntur, vt pro commissi precio in se propriam mortis exequantur sen-
tentiam. Itaque nulli sic Regem, non Persæ qui grauissimas in subditos habent leges; non
Indi; non populi Sarmatarum tantam, quantam Apes reuerentiam deuotionis obseruant; vt
nullæ è domibus exire audeant, nisi Rex fuerit egressus, & volatus sibi vendicauerit princi-
patum. Cùm verò Regi parent, πολυκοιρανίαν, tanquam inutilem fugiunt, monarchiã amãt,
functioni, ac labori quæque suo ad communem vsum incumbunt. Si perierit Rex, omnes
discedunt, vt ait [d] Aristoteles; vel si aliquandiu manserit, fauos quidem conficiunt, sed mel
nullum,

Sapiẽtia in imperio requiritur.

Apũ & hominum regibus quid commune.

[z] *L.11.c.17*

[a] *9.H.c.40.*

Regis honor inter Apes, & vt ametur.

Cur plures duces occidant.

[b] *L.11.c.17*

[c] *8. de Ani. tract.4. c.6.*

Persarum mos.

[d] *L.9.Hist. cap.40.*

nullum, neq; fieri potest quin breui omnes discedant. Quàm verò Regi obediant, ita tradit E
Plinius, Mira, inquit, plebis circa eum obedientia. Cùm procedit, vnà est totum examen, „
circaq; eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore cùm popu- „
lus in labore est, ipse opera intus circumit similis exhortanti, solus immunis. Circa eum satel „
lites quidam lictoresq; assidui custodes auctoritatis. Procedit foras non nisi migraturo exa- „
mine. Sed non regnantem tantùm venerantur regem suum, verùm etiam cùm primum na-
[c] Lib. 12. scitur, quòd scribit [c] Claudianus, canens.

*—— Sic mollibus olim*
*Stridula ducturum pratis examina regem*
*Nascentem venerantur Apes, & publica mellis*
*Iura petunt, tradunt q; fauos.*

[f] Lib. 1. de Clemēt. c. 3. Principis cuius sit stabilis magni tudo imago. [f] Seneca illius principis magnitudinem stabilem fundatamq; esse asserit, quem omnes tam „
suprà se esse, quàm pro se sciũt, cuius cura excubare pro salute singulorum atq; vniuersorum „
quotidiè experiuntur. Quo procedente, non tanquam malum aliquod, aut noxium animal „
è cubili prosilierit, diffugiunt: Sed tanquam ad clarum, & beneficum sydus certatim aduo- „
lant, obijcere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si F
per stragem illi humanum iter ad salutem sternendum sit. Quo pietatis atque nouissimi be-
neficij munere Apes nos homines præcellunt. pauci sanè enim nostrum pro principe sese
vouent. plurimi dum secunda fruitur fortuna, fideliter, quin infideliter adhærent, cùm Apes
Regem suum summa protectione defendant, & perire pro eo pulchrum ducant. Incolumi
eo nesciunt mutare consilium, iudiciumúe, nesciunt mentem flectere: contrà amisso fidem
seruandi muneris derelinquunt, atque ipsæ sua mella diripiunt, quòd is qui principatum
habuit muneris, interemptus sit: non aliter scilicet, quàm vt apud nos euenire solet mortuo
Pontifice Romano, nostro principe, tunc enim in medio etiam foro omnia diripiuntur, &
non apud nos tantùm tumultus est, sed apud alios quoq; populos, vbi rex vel princeps mo-
ritur; mox verò direpto melle huc, atque illuc incerto ordine vagantur, quod eleganter te-
[g] Li. 3. Fast. tigit [g] Ouidius, qui mortua Didone post abitum Aeneæ, atq; eius vrbe ab Hiarba rege Mau
ritanię occupato Tirios Apum instar fugisse scribit.

*Diffugiunt Tirij quo quemq; agit error, vt olim*
*Amisso dubia Rege vagantur Apes.*

[h] Li. 3. de re rust. cap. 16. Sed vt ad affectum innatum Apum erga suum regem reuertamur. [h] Varro etiam Apis, ait G
Regem suum, quocunq; it, sequi, & fessum subleuare, & si nequit volare, succollare, quòd, „
[i] Li. 7. Africa. inquit, eum seruare volunt: Quare [i] Franc. Petrarcha milites Romanos ea animi promptitudine duces suos ad bellum sequi scribit, qua Apes ducem suum circumstant:

*Vt verò ad castra est reditum, clamor ore fauenti.*
*Qualis Apum strepitus Regem circumstat ouantem*
*Pro se quisq; ducum excipitur, cupidumq; tuendi*
*Funditur inquirens certatim singula vulgus.*

[k] Lib. 6. Et [k] Euryalum Q. Calaber Troianorum vrbe egredientem, ingentem militantium vim sub-
secutam ait, vt quando inclyta gens Apum, suos duces comitata, ex aluearijs verno tempo-
re proruit cum strepitu: sic videlicet illum ad pugnam properantem secutos esse ciues. Et
[l] In Exhort. ad insubres. [l] Baptista Mantuanus de Gallorum erga suum regem obedientia canebat:

*Altera conditio Gallis præstantior; omnes*
*Deposito regnandi animo concorditer vnum*
*Suscipiunt Regem, parent concorditer vni.*
*Sicut Apes quas humana uatura creatrix* H
*Finxit in exemplum vitæ: nam qua sua regum*
*Hoc ratione carens animal, reuerentia monstrat,*
*Quod nondum plæriq; hominum didicisse videntur.*

[m] Lib. 4. Georg. Sed omnium disertissimè [m] Virgilius, cùm obedientiam, tùm fidem earum, quàm viuo re-
gi seruant, notauit, & qua discordia inter se mortuo ipsæ pernitiem sibi inuicem adferant.

*Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens*
*Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes*
*Obseruant: Rege incolumi, mens omnibus vna est.*
*Amisso rupere fidem; constructaq; mella*
*Diripuêre ipsæ, & crates soluêre fauorum.*
*Ille operum custos: illum admirantur: & omnes*
*Circumstant fremitu denso: stipantq; frequentes*

A *Et sæpe attollunt humeris: & corpora bella*
*Obiectant: pulchramq; petunt per vulnera mortem.*

[n] Aelianus de eodem studio Apum erga suum Regem agens, addit, etiam fugitiuum si consecutæ fuerint, reducere ad pristinum statum, & nunquam visas esse in exilium mittere, sic autem scribit. Regem suum Apes lenitudine imperij dulcem, & mansuetudine morum suauem, nulloq; spiculo armatum, cùm is defugiendo ipsas reliquit, accersunt, & fugitiuum à regno insequuntur: ipsum autem sagacissimè odorantur: ac nimirùm ex eius odore deprehensum, sua sponte amantes, & venerantes ipsius naturam, de fuga in regnum reducunt, nimirùm si probus fuerit: improbos enim, vt dictum est, & odêre & puniunt. Quid ni autem in regnum reducãt, cùm illi eodem [o] Aeliano authore, vbi de earundem rege, & repub. moribus, & ingenio agit, curæ sit, modũ alijs statuere, ordinẽ afferre. Alias enim, inquit, aquari iubet, alias intus fauos fingere, extruere, expolire, suggerere, alias verò ad pastiones proficisci. Ipsæ verò mutationem operarum, & vicissitudinem munerum faciunt: prouecta ætate probè ad id delectæ sunt, vt domo se teneant. Rex ipse satis habet illa curare, quæ antè dixi, & leges sancire; perinde ac summi principes, quos philosophi, vel politicos, vel regios
B nominare solent. Cæterùm munerum operosorum immunitatem habens, à laborando quieseit. Quod si migratio potiùs ad vsum sit, quàm mansio, tum pergit emigrare, ac si ab ætate firmus sit, antecedit examen, ceu dux ad proficiscendum, illæ eius ductu sequuntur. Sin ætate affectus sit, cæteris Apibus vehitur. Signo dato, somnum capiunt, cùm tempus est ad quietem proficisci, vna quæpiam à rege iubetur somni significationem dare, quæ simul, vt ad dormiendum signum sustulit, statim eæ somnum accipere pergunt. Quoad ille viuit, tamdiu examen pace fruitur, omniq; ordinum perturbatione caret. Fuci suis cellis libenter se continent, seniores suum locum habent, natu minores item suum. Ipse separatim à reliquis habitat, soboles quoque Apum seorsim. Excrementa in locum separatum congeruntur. Ipso verò extincto omnia, vt dictum est, perturbantur, & funditùs peruertuntur. Fuci in Apum cellis pariunt, atque ita miscentur omnia, vt examen omninò deterius habeat. Denique regis defectione, ac inopia pereunt. Nisi itaque & talis, qualem diximus Apum examini inesse, nobis Princeps dominetur, omninoq; ad communem Reipub. statum pertinenti vtilitati studeat, Fucus erit, aut Fuco similis, non Apum Regi, vt ait [p] Baptista Mantuanus canens.

[n] *Li. 5. c. 10. de Animal.* Regem fugitiuum in regnum reducunt.

[o] *cap. 10.* Regis Officium.

[p] *Lib. 3. Agelarior.*

C *Fucus Apum, non rex, qui non ante omnia fertur*
*In commune bonum: cordi quibus est sua tantùm*
*Vtilitas, inuisi Erebo cæloq; tyranni.*

Quamobrem diuinus ille [q] Plato, cùm demonstrasset Regem non reperiri, qui & posset, ac vellet virtute, ac scientia imperando, sanctè & iustè suum cuique ius tribuere, nunc autem, inquit, non nascitur talis rex in ciuitatibus, qualis inter Apum examina statim à principio tam corporis, quàm animi habitu cæteros antecellens, necesse est homines in vnum conuenire, & communi consilio instituta conscribere, vestigiaq; verissimæ Reip. illius exquirere. Magna ergo in his animalculis admiratio naturæ, quòd

[q] *In Politicis.* Rex bonus non inueniatur.

*Solæ communes natos, consortia tecta*
*Vrbis habent, magnisq; agitant sub legibus æuum,*
*Et patriam solæ certosq; nouêre penates,*
*Venturæq; hyemis memores æstate laborem*
*Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.*

Vt canit [r] Virgilius. Ischomachus apud Xenophontem luculenter vxorem frugi, quæ fideD liter, ac sedulo parta à marito domi conseruat, Apum regi similem esse scribit his verbis. „ Nam mulieri honestius est manere domi, quàm foris agere, & sub dio viuere: viro turpius „ degere sub tecto, quàm negocia externa curare. Videturq; mihi dux Apũ tale munus, quale mulieris est, à Deo præscriptum subire, & domesticis rebus operam dare. Quibus, inquit, „ vxor, muneribus fungitur Apum dux, vt in officio debeat mecum comparari? Confertur, „ inquam, propterea, quòd manens in alueari, non sinit Apes ociosas esse, sed quas in agro „ laborare est necesse, ad opus emittit, & quæ à singulis importantur, cognoscit ac excipit, ser„ uatq; quoad necesse fuerit vti. Cùm verò tempus vtendi venit, singulis quod iustum est, „ distribuit. Ijs, quæ domi fauos texunt, præest, vt hi pulchrè celeriterq; contexantur. Quæ „ nascitur soboles, vt educetur, sedulò curat. Vbi educata est, & iam sub noua examina labo„ rare possunt, vt coloniam deducit vnà cum ijs, quæ ducem comitantur. Istanc mihi, inquit „ vxor, erunt facienda? Erit, inquam, domi manendum; & quibus seruis erit externum ne„ gocium, illi tibi emittendi; quibus domesticum, imperio tuo cogendi. Quæ domum importantur

[r] *In Oeconomico. c. 13.* Vxor frugi Apum Regi similis.

portantur excipienda. Quæ ſtatim conſumenda fuerint, diſtribues, atque diſpenſabis. Quæ E
in vſum longiorem relinquenda, curabis, & cuſtodiæ tradita ſeruabis, ne quod in annum „
conditum eſt, vno menſe conſumatur. Cùm lanæ fuerint illatæ, dabis operam, & veſtes con- „
ficiantur illis, quos opus erit veſtire. Curabis & frumentum ſiccum, & veſcentibus ſalubre „
iucundumq; ſit. Ex ijs, quæ te curare decet, hoc vnum quidem fortaſſe videbitur eſſe gra- „
tiſſimum, vt ſeruis omnibus, ſi quo ſint affecti morbo, curatio adhibeatur, videndum tibi eſt. „
Gratiſſimum, ſanè, inquit vxor, ſi probè curati beneficium agnoſcent, & beneuolentiores „
quàm priùs, erunt. Illius ego reſponſum miratus, hæc addidi. Nonne mea coniux, propter „
huiuſmodi curationes, quas Apum dux adhibet in alueo, ſic eam diligunt Apes, vt ſi deſe- „
rat, nulla cæterarum relinquendam putet, verùm ſequantur omnes? Phocillides item „
mulierum quatuor genera recenſens, eam, quæ ex Apicula nata eſt, rem familiarem be-
nè prudenterq; adminiſtrare canit:

—— ἡ δὲ μελίσσης
Οἰκονόμος τ' ἀγαθὴ, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι.
Ἧς εὔχε φίλ' ἑταῖρε λαχεῖν γάμε ἱμερόεντος

Id eſt, *Ex Apicula autem* F
*Benè adminiſtrat rem familiarem, & nouit laborare:*
*Cuius, care amice, nuptias amabiles exopta.*

Apes caſtra æmulantur. Iam verò non reipub. benè ſalutariterq; inſtitutæ typum præbent Apes noſtræ tantummodò, ſed caſtrorum quoq; ac totius militiæ. Nonne enim dùm per rura redolentia progrediuntur, vbi inhalantes horti floribus, vbi fluens riuus per gramina, vbi amœnitas riparum, velut ludum quendam ælacrem iuuentutis edunt? nonne id campeſtre exercitium ceu militare eſt? nonne vt in caſtris, illic curarum remiſſio? Opus ipſum ſuaue è floribus, & herbis dulcibus fundamenta fauorum nonne ceu caſtrorum ponuntur? Ecquid enim aliud, vt inquit D. Ambroſius, eſt fauus, niſi quædam caſtrorum ſpecies? Nonne ab his præſepibus Apum Fucus, vt ignauus, & inutilis miles arcetur? Quę caſtra quadrata tantum poſſunt habere artis, & gratiæ, quantum crates habent fauorum, in quibus minutæ, ac rotundæ cellulæ connexione ſui inuicem fulciuntur? Virgilius Apes admiranda leuium ſpectacula rerum veriſſimè vocans, Apum rempub. regias, ſatellitia, prætoria, vrbes, leges, mores, pugnas, expeditionesq; cecinit. Eſt igitur quicquid de Apibus traditur, ad hominum mores imi-

Apum mira concordia. tatione ſpectans: at admirandum eſt illud præcipuè, tanta concordia hoſtibus ſuis pro Re- G
[s] *9. Hiſt. 40.* pub. eas bellum inferre, vt etiam equum occidiſſe legantur apud primarios naturæ indaga-
[t] *L. 10. c. 18* tores [s] Ariſtotelem & [t] Plinium. [u] Albertus eas nunquam pugnare ſcribit, niſi cum eo, quod
[u] *Li. 8. tract. 4. cap. 4.* vel in alueari vel extra nocet, aut ad nocendum appropinquat. Nemo vnquam vidit exa-
men mouere ſeditionem, aut inter ſe pugnare: ſimul autem opus faciunt, ſimulq; viuunt, atque ſibi ipſæ comparant eſcam, eaq; fruuntur. Nulla earum ſuo relicto alueo in alium ſe confert, aut maiorem, aut fortiorem; ſed proprium implent augentq;, etſi regio ſit frigidior, & paſcua deteriora, & res minor, etſi, inquam, opus fiat ea in regione maiori cùm difficultate, atque etſi agricola ſit negligentior. Communiter cibum capiunt, ſine inuidia, ſine ambi-
[x] *L. 3. c. 16.* tione. Minimè, inquit [x] Varro, malefica eſt, quòd nullius opus vellicans facit deterius. „
Quid ergo? nonne & in alueis naſcuntur Fuci quidam ſæui, & mel deuorantes? hos tamen
Cur & quàm diu Fuci nõ ejiciantur. frequenter ſinunt agricolæ, ſatius exiſtimantes mellis aliquid abſumi, quàm omnibus Api-
[y] *Li. 9. Hiſt. cap. 40.* bus quietè agentibus tumultum inferre: quin & ipſæ Apes niſi coactæ eos puniunt, puniunt autem, ſi plus æquo, ſuffurentur. [y] Ariſtoteles aſſerit, cùm morbo examen quoddam laboraret, agmen peregrinum inuaſiſſe, & pugna conſerta, adeptaq; victoria, mella diripuiſſe. idq; cùm apiarius proſterneret, examen ſtatim egreſſum vltum eſſe, nec hominem ipſum vllo pa- H
[z] *Homil. in Pſal. 110.* cto impetiſſe. Ab Ape itaque diſces teſte [z] D. Io. Chryſoſtomo honeſti amorem, ſocietatemq; & inter ſe communionem. Adeo enim eſt Apis, vt Muſonius referente D. Ambroſio
Apis vt cõuerſationis amans. obſeruat, conuerſationis, & vitæ ſociæ amatrix, vt ſi ſola relinquatur, deſiderio tabeſcat, & moriatur, quod ad popularis hominis naturam, & ſimilitudinem referri poteſt. Quòd ſi verò & animantia alia ſint, quæ non vt Aquila ſolitaria natura ſint, vt Gracculi, dicam cum Varrone, non idem facere; quòd hîc, inquit, ſocietas operis & ædificiorum, quod illic non
[a] *Li. 3. c. 16. de re ruſt.* eſt, nimirùm apud Gracculum. Atque huc ſpectat [a] Plutarchi illud ſuper exilio dictum:
[b] *Ode 5. Pythior.* nos quaſi Formicæ, vel Apes, ſi ex vna vel cauerna, vel alueario exciderimus, hoſpites ex- „
terniq; eſſe videmur. Tetigit hunc communis ſocietatis in Apibus amorem quoq; [b] Pinda-
rus, Neptunum à morum comitate laudans: γλυκεῖα δὲ φρεσὶ καὶ συμποτοῖσιν ὁμιλεῖν, μελισσᾶν ἀμάβεται τρητὸν ποίον. hoc eſt: Dulcis præterea mens eius, & in conuerſando cum „
conuiuis Apum ſuperat cancellatum opus. Præter hanc communem operam communem

ſocieta-

A societatem, ac consensum concordiamq; non solùm laudanda insuper in hisce Insectis iam dicta castitas est, sed imitanda quoq;. D. Ambrosius, qui cuncta in Apibus imitanda hominibus proposuit, Apes, inquit, nullo concubitu miscentur, nec libidine resoluuntur, nec partus doloribus quatiuntur, sed integritatem corporis virginalem seruantes subitò maximum filiorum examen emittunt. Vt hinc fortassis Musarum volucres vocauerit eas M. Varro. nam præterquam, quòd ipsæ castitatem seruant, homines quoq; à coitu olidos acriter oderunt, quòd [c] Plutarchus testatur, inquiens: Apes eos malè accipiunt, qui recentes à muliebri copula superueniant: sed & mulieres, quæ Veneri operam dederint, acriùs inuadunt. [d] Alibi quoq; tradit citiùs illos pungere, qui dudum stuprum fecerunt. Causam verò esse, quòd Apes munditiæ, & elegantiæ sint studiosissimæ, olfactu plurimùm valeant. Hinc aduersus immundiores vehementiùs insurgere. Quamobrem maximè curandum ei, qui Apes tractaturus, vt à Venere sit liber. Venerem autem ignorare eas etiam [e] Maro testatur:

Apum mira castitas.

Musarum volucres.

[c] *In Coniugalib. præceptis.*

[d] *Li. de cau. nat.*

Apes cur coeũtes insequuntur.

[e] *Li. 4. Geor.*

*Illum adeo placuisse Apibus mirabere morem*
*Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes*
*In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt,*
B *Verùm ipsæ foliis natos, & suauibus herbis,*
*Ore legunt.*

Habet item [f] Plinius, si non expressis verbis, saltem è sententia. tradit enim Apes quomodo fœtus progenerent, magnam inter eruditos, & subtilem quæstionem fuisse. Apis enim coitus, inquit, visus est nunquam. Prudentius Apem eadem ratione insciam connubij vocat, canens:

[f] *Lib. 11. cap. 16.*

*Mella recens mihi Cecropia,*
*Nectare sudat olente fauus.*
*Hæc opifex Apis æria tibi*
*Rore liquat, tenuiq; thymo.*
*Nexilis inscia connubij.*

D. [g] Augustinus sexum haberemon putat, qua de rè postea. Sed præ omnibus igitur animantibus Apibus indita est quædam velut vrbana sapientia. tametsi enim plura quoque animantia nascantur absq; maris, & fœminæ commixtione, vti mures, ac Muscæ; tamen vbi in rerum natura sunt, copulantur, gignuntq;. sed in Apibus, neque mas, neque fœmina est.

[g] *In Cathemerone.*

C Sunt enim perpetuò virgines, quòd tetigit insuper Sanctus Cyprianus, aut mauis Ruffinus in expositione Symboli ad illa verba: Ex Maria virgine. Sic enim ille. Quid mirùm videtur, si virgo cõceperit? Apes certè nescire coniugia, nec fœtus nixibus edere omnibus palam est. Vnde Beatissima Virgo virginitatis pudicitięq; suæ munus Deo vouens apud Bapt. Mantuanum Apem se vocat.

*—— Cape summe Deorum*
*Munera dicebat, primæ cape dona iuuentæ.*
*Quæ tibi per steriles, Apis hæc tua colligit agros.*

At verò reliquorũ patrum sententijs accessit & B. Gregorius super septem psalmos ad quintum, ad illa verba: Scribantur hæc, &c. Voluit, inquit, immaculatus Dominus, vt homo sine macula nasceretur peccati, & absq; vitio carnalis delectationis humanæ sobolis propagaretur successio: & ideò talem fecit Adam, vt absq; peccato filios ederet, si in conditoris obedientia perstitisset: posset namq; fieri, vt sicut absq; delectatione fructus suos terra germinet, ita sine peccato filium mulier pareret: quod homini cur esse incredibile videatur, cùm Apibus etiam hoc ipsum conferat. Quam admirandam Apum castitatem fortè imitari volentes, vt ratio mihi dictare videtur, viri illi, quos scribit [h] Iacobus Vitriacus S. R. E. Cardinalis ad exemplum, & imitationem sancti viri, & solitarij Eliæ prophetæ in monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ hodie Cayphas appellatur, iuxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longè à Monasterio Beatæ Virginis, vitam solitariam egisse in aluearibus modicarum cellularum, tanquam Apes domini, dulcedinem spiritualem mellificantes. Itaque & ceræ vsus in Ecclesia est: sicut enim caro Christi de mundissimo, & optimo odore virtutum referta carne processit, & nec in concipiendo, nec in egrediendo matris integritatem violauit; sic cera, quæ gestatur fidelium manibus, de mundis & odoriferis floribus collecta, fructus est Apis, virginis scilicet animantis, cuius, sicut diximus, sexum nec masculi violant, nec fœtus quassant. Quamobrem Simonides mulierem laudat ex Apicula genitam, felicéq; eum esse ait, qui eam in vxorem duxerit, vtpote solam inter reliquas reprehensione indignã; sub qua inquit res familiaris amplificatur, coniugi vsq; chara est, & laudandos parit liberos, excellitq; inter cæteras mulieres, eam autem diuina quædam gratia circundat. Mulieres aspernatur,

[h] *In Histor. Orient.*

Solitarij in Apũ aluearijs habitantes.

Cæra cur vtatur S. Ecclesia.

ſpernatur, quæ Venereos agitant ſermones. Vt verò contumaciter virginitatem ament, & E
pudicitiam Apes, elegans hiſtoria ſuo recitabitur loco. Iam verò cùm intus mundæ ſint,
animo nempe immaculato, ita quoque mira teſte [i] Plinio, corporis munditia. Amoliuntur „
omnia è medio, nullæq; inter opera ſpurcitiæ iacent. Quin & excrementa operantium intus, „
ne longiùs recedant, vnum congeſta in locum, turbidis diebus & operis ocio egerunt. „
Sic ille. [k] Ariſtoteles mundiſſimum omnium, hoc animal eſſe teſtatur, quamobrem
ſæpenumero, cùm aluum deponere neceſſe habeat, auolare, & in ſeceſſu reddere excremen- „
tum, quoniam malè oleat. Odiſſe non ſolùm fœdos odores, ſed etiam vnguentorum delicias, „
in deq; fieri, vt homines his delibutos percutiant. Et paulo inferius. Egerunt, inquit, alui „
excrementa omnes, aut volantes, vt dictum eſt, aut certa in parte faui. Non potant teſte „
[l] Auicenna, niſi aquam puram, nec eam niſi aluum priùs depoſuerint. Didymus referente
[m] Conſtantino Cæſare cùm excellenter purum hoc animalculum eſſe dixiſſet, nulli graue-
olenti rei inſidere teſtatur, & neq; ad lucernam, neq; ad carnes, neq; ad ſanguinẽ, neq; vllam „
aliam pinguedinem aduolare, ſed ſolùm his quę dulcem ſuccum habent. Verùm non abhor-
rent modò pinguia male olentia, ſed odorata quoq;, vt [n] Varro teſtatur, inquiens: Itaq; nul- „
la harum aſſidet in loco inquinato, aut eo qui male oleat, neque etiam in eo, qui bona olet F
vnguẽta, itaq; his vnctus qui acceſſit, pungunt. In Mirabilibus Ariſtoteli attributis ſcribitur
Apes ex vnguentis inebriari, neque odorem ferre poſſe, itaque redolentes vnguenta à cæ- „
teris vapulare. Aelianus verò habet ſic: Tetro quoque odore non modo Apes offenduntur, „
ſed vnguento odorato: tanquam enim puellæ vrbanæ, & modeſtæ teterrimum odorem „
præclarè contemnunt, & vnguenti ſuauitatem à ſe deteſtantur. Quod ergo & prudentiæ „
earum aſcribendum fuerit, exiſtimandumq; non ignorare, ſi vnctę fuerint, interituras. Oleo
enim Inſecta omnia mori conſtat. Contrà fit in floribus, eos enim odoratiores magis pro-
ſequuntur, & omnia paſcua odoratiora, vt innuit [o] Ouidius, dum canit:

*Aut vt Apes ſaltusq; ſuos, & olentia nactæ*
*Paſcua per flores & thyma ſumma volant.*

Carnem nullius animalis tangunt, nec obſonium appetunt, vt Philoſophus ſcribit. Non
vt Muſcæ, inquit [p] Varro, liguriunt, quod nemo has videt, (vt illas) in carne, aut ſanguine, „
aut adipe. Plinius ea in re Veſpis, ac Crabronibus præfert, quanquam, & iſta Inſecta melli-
ficent. Omnes (Veſpæ nempe & Crabrones) inquit, carne veſcuntur, contrà quàm Apes quę „
nullum corpus attingunt. Et quamuis ſacra pagina [q] Sampſonem atteſtetur, in occiſi à ſe G
Leonis poſt aliquot dies, ore examen Apum mellificantium inueniſſe, nolim quis inde ab-
ſurdè colligat, etiam putida cadauera ſectari: nam hoc miraculi loco habetur: vel dicendum
vt Nicolaus de Lyra opinatus eſt, (cuius opinioni ego non adhæreo) ſylueſtrium Apum ge-
nus fuiſſe, quòd, inquit, non abhorret talia. Sacer locus ſic ſe habet: Et poſt aliquot dies re- „
uertens, vt acciperet eam, declinauit, vt videret cadauer Leonis, & ecce examen Apum in „
ore Leonis erat, ac fauus mellis, quem cùm ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via; ve- „
nienſq; ad patrem ſuum, & matrem, dedit eis partem, qui & ipſi comederunt, nec tamen eis „
voluit indicare, quòd mel de corpore Leonis aſſumpſerat. Hinc tale problema Sampſon
propoſuit Palęſtinis. Ex comedente cibus; ex robuſto exijt dulcedo. Nec quoque miræ „
huic Apum munditiæ aduerſatur, quòd in capite Oneſili ſupra portas vrbis à victoribus ſu-
ſpenſi, cùm iam exinnanitum eſſet, ingreſſum Apum examen fauo referſit: nam & hoc pro-
digij loco recitatur ab [r] Herodoto. Ea enim de re oraculum Anathuſij (nam oraculum con-
ſuluere) redditum eſt, vt depoſitum caput humarent, Oneſiloq; quotannis tanquam heroi
ſacrificarent: hoc facientibus melius cùm eis actum iri. Nec obſtiterit denique, quod de
[s] Hippocratis Coi medicorum principis ſepulcro legimus, quod videlicet in eo ad multum H
tempus examen Apum mellificantium erat, nam & hoc præter earum naturam eueniſſe pu-
tandum, quin affirmandum eſt. Aiunt eo melle ad infantum oris vlcuſcula iuxta tumulum il-
lito, nutrices eo facile perſanaſſe, quod & ipſum naturę limites egreditur. Dicamus ergo cum
[t] Ariſtotele Apẽ eſſe animal mundũ inter omnia animalia. Pietas ſequitur, quàm potiſſimum
erga mortuas exercent, nam ibidem Ariſtoteles tradit, vita in aluo defunctas foras efferre. „
Student, inquit, bonæ Apes, quoad fieri poteſt, ne quam intra alueum interminant, etſi qua „
interierit intus, ſtatim foras educunt. Addit Columella, & peſtis tempore, quando nimirum
homines ſępe parẽtes liberos, liberi parentes inhumatos relinquunt. Cum enim etiam peſti,
vt homo obnoxiæ ſint, ea affectas eſſe noſci ait, cùm frequenter aliæ mortuarum corpora eſſe „
runt, aliæ intra tecta, vt publico luctu męſto ſilentio torpent. Meminit Virgilius. „

*Si verò (quoniam caſus Apibus quoque noſtros*
*Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo,*

[i] *Lib.* 11. *cap.* 10. Corporis mira munditia.
[k] *Li.* 9. *Hiſt. cap.* 40. Vt & quando, & vbi aluum deponunt.
[l] *Lib.* 8. *c.* 3.
[m] *Lib.* 15. *cap.* 3.
[n] *Li.* 3. *c.* 16.
Oleoſa & uncta cur fugiant.
[o] *Lib.* 1. *de Arte amandi.*
Carnem non tangunt.
[p] *9. Hiſt. cap.* 40.
[q] *Iudic.* 14. Examen in ore Leonis mortui.
Examen in capite uri ſuſpenſi.
[r] *Lib.* 5.
Examen in ſepulcro Hippocratis.
[s] *Invita eius*
[t] *9. Hiſt. cap.* 40. Pietas Apũ erga mortuas.

Quòd

A *Quòd iam non dubijs poteris cognoscere signis.*
*Continuo est ægris alius color: horrida uultum*
*Deformat macies: tum corpora luce carentum*
*Exportant tectis, & tristia funera ducunt.*
*Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,*
*Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.*

Similis planè pietas, siue amor est ipsarum erga prolem, non intus tantùm, sed extra quoq;. quando nempe ab alijs iniuria affici agnoscunt, vel quando Apiarius melle alueos castraturus fœtus offendit, quòd elegantissimè olim nobis cecinit [u] Homerus. Pietas erga prolem. [u] *Lib. 22. Iliad.*

Οἱ δ' ὥϛε σφῆκες μέσον αἰόλοι ἠδὲ μέλισσαι,
Οἰκία ποιήσονται ὁδῷ ἐπι παιπαλοέσσῃ,
Οὐδ' ἀπολείπουσιν κοῖλον δόμον, ἀλλὰ μένοντες
Ἄνδρας θηρητῆρας, ἀμύνονται περὶ τέκνων.
Ὣς οἵγ' ἐκ ἐθέλουσι πυλάων καὶ δύο ἐόντε
Χάσσασθαι, πρίν γ' ἢὲ κατάκτάμεν' ἢὲ ἁλῶναι.

B *Hi autem sicut Vespæ in medio pictæ, atq; Apes*
*Nidos faciunt via in prærupta,*
*Neq; relinquunt concauam domum, sed expectantes*
*Viros venatores, defendunt fœtus suos.*
*Sic hi nolunt à portis quanquam duo existentes*
*Recedere, antequam vel occidantur vel capiantur.*

Quàm verò etiam ereptum mel condoleant elegantissima similitudine demonstrat [x] Vida, sanctissimas illas mulieres simillimo mœrore discipulos affecisse canens, cùm nunciarent his, vacuum esse sepulchrum, & Christum in eo non inuenisse: Vt mel ereptum doleant. [x] *Lib. 6. Christiad.*

*Aegrescunt mœsti, squalent circum omnia luctu*
*Haud secus atq; olim exemit cùm subere pastor*
*Cerea dona cauo, vacuumq; alucare reliquit.*
*Tunc etiam fumus quas longè dispulit ater*
*Hinc illinc glomerantur Apes, & inania frustra*
*Tecta adeunt denso volitantes agmine circum*
C *Direptosq; fauos ægrè, populataq; passim*
*Mella vident, necquicquam hyemi congesta futuræ.*
*Ecce viros autem tali mœrore sepultos*
*Attonitæ miris matres rumoribus implent.*

Imo verò non dolent tantùm, sed eximenti alueis suis mella totis se viribus opponunt, non aliter, inquit [y] Claudianus, quàm animę oppressorum eos vindicare cupiunt, à quibus dum ætherea hac luce fruerentur, erant oppressæ. [y] *Lib. 2.*

*Tunc animæ, quas ille fero sub iure peremit*
*Circunstant, nigriq; trahunt ad iudicis vrnam*
*Infesto fremitu: veluti pastoris in ora*
*Commotæ glomerantur Apes, qui dulcia raptu*
*Mella trahit, pennasq; cient, & spicula tendunt:*
*Et tenuis saxi per propugnacula cinctæ*
*Rimosam patriam, dilectaq; pumicis antra*
*Defendunt, pronoq; fauos examine velant.*

D Eodem sensu ferè Statius:

*Sic vbi puniceo pastor rapturus ab antro*
*Armatas exegit Apes, fremit aspera nubes,*
*Inq; vicem sese stridore hortantur, & omnes*
*Hostis in ore volant, mox deficientibus alis*
*Amplexæ, flauamq; domum captiuaq; plangunt,*
*Mella, laborantesq; premunt ad pectora ceras.*

In eodem quoq; sensu [z] Q. Calaber Troianos circum interempti Achillis cadauer acriter pugnantes, eoque potiri flagrantes, Apibus comparat aluearia sua defendentibus, Aiacem verò pastori seu apiario ea castranti. At hi, inquit, non abstinebant minis territi, sed collato pede fugam capescebant, agmine subinde condensato, vt Apes, quæ circa sua aluearia infinitæ volant, virum vlturæ; hic verò nihil moratus earum assultus, mellis vindemiam facere pergit: at illæ cruciantur fumi, vel viri impetu: attamen tanta licet difficultate rerum [z] *Lib. 10. Theb. lib. 3.*

deprehenſæ in aduerſum rapiuntur: hic autem ne tãtillo quidem loco mouetur. Sic Aiax irruentes pro nihilo duxit. Quàm modò fures oderint (quæ non parua iuſtitiæ pars eſt) id præ cæteris indicauit Plinius, Apes inquiens furto ſubtractas peſſimè fructificare. [a] Dixit etiam naturaliter fures odiſſe. Didymus hanc iuſtitiæ virtutem tangens, neq; verò, inquit, aliorum labores deuaſtat; reſiſtit tamen fortiſſimè eis, quæ ipſius labores deſtruere aggrediuntur. [b] Ariſtoteles Furis & Fuci nullum munus eſſe ait, ſed cęteris, quibus cõuiuunt, iniuriam facere, nõ tamen impunè ſemper: nam deprehenſos interdum à bonis Apibus occidi. Cùm Fucos puniunt, animaduertunt priùs in eos pęna leuiore, & ſi denuò apprehendant, grauiore: vti luculenter notauit [c] Aelianus his verbis: Fucus, qui inter Apes naſcitur, de die in mellarias cellas abditus manet: nocte verò cùm Apes dormire obſeruauerit, earum opera inuadit, vaſtatque alueos: hoc illæ cùm intelligunt, plurimę quidem earum dormiunt, nempe defeſſę, paucę verò excubant. Cùm verò viderint fũrem verberant eum modicè, & leniter, expelluntq; alis, & in exilium proijciunt. Iſte verò non ob id corrigitur: ſua enim natura, & piger, & vorax eſt: quibus duobus malis præditus intra fauos ſe abdit. Vt verò ad paſtionem Apes profectæ ſunt, ille rurſus opus inuadens, quod ſuum eſt facit: confarcit ſe melle, & depopulatur theſauros dulces Apum. Eæ ex paſtione redeuntes, cùm in eum inciderint, non ampliùs leniter verberant: neq; tanquam eſſent in exilium eum eiecturæ, ſed aſperè aculeis inuadentes, percutiunt latronem, qui iam non ampliùs mulctatur increpationibus, ſed voracitatis, & gulæ nimiæ pœnas vita perſoluit. Apiarij hęc dicunt, ac mihi perſuadent. Hæc ille: verùm quam & homines iniurios ſibi, furantesq; mella proſequantur, exemplo ſit Hermonax Aſmyntoris, & Lyſodices filius, quem aiunt, cùm adhuc infans ad aluearia mellis deſiderio acceſſiſſet, Apum aculeis confectũ eſſe. Idem de Cupidine legitur, vt inter epigrammata recitabitur. Exemplo ſit Marcus ſenex, quem, quòd imperante Conſtantino apud Arethuſos idolorum quoddam tẽplum euertiſſet, tradit [d] Theodoretus ſub Iuliano Apoſtata comprehenſum, nudatum, totumq; verberibus priùs laceratum, Arethuſos in cloacas fœtidas abieciſſe, atq; inde retractum ſtylis compungendum propoſuiſſe: poſtremò in corbe locatum, & melle vnctum, ſub dio Apibus excarnificãdum tradidiſſe. Apes enim mel illud furatum opinantes ad mortem vſq; aculeos inflixerunt. In ſacris Biblijs legitur Amorrhęum ita [e] Iſraelitas eſſe perſecutum, ſicut Apes quemquã ſolent perſequi, hoc eſt, acerrimè: & diuinus [f] Pſaltes hoſtes, à quibus erat circundatus, Apibus fauos ſuos circundantibus comparat, hoc eſt acriter ſuos tuentibus. Auicenna enim author eſt, nullum animal ad vindictam pronius eſſe Apibus irritatis; irritantur autem maximè, cùm mel eripitur: adeò verò ſeſe vindicant, vt legantur furem à ſcelere ad pœnitẽtiam adegiſſe. Fur enim nocturnus, vt refert [g] Surius, aluearia furabatur: erant autẽ iuris Eccleſię S. Medardi: illę collecto agmine furem aggreſſę in fugam verterunt, aculeatis ſtimulis hominem pungentes, nec dimittentes, donec ad ipſum S. Medardum ipſe totus vulneratus perueniſſet, adhuc vndequaq; Apibus circumſęptus, quo cùm vellet, nollet, peruenisſet, prouolutus ad S. Medardi veſtigia, ſupplex ſibi admiſſum crimen dimitti poſtulauit. Medardus pro ſua clementia ignouit efflagitanti, manumq; extendens benedictionem ſigno crucis edito, vt Epiſcoporũ mos eſt, ei abſolutionis ſignũ impendit. Quo facto Apes, à moleſtia inferenda ceſſarunt, dimiſſoq; homine, velut parẽtes Medardi iuſſis in loca ſua redierunt. Poſtrema ratio, cur Api in hoc opere principatus detur, ab incredibili vtilitate, quam nobis præbet, accipitur, ob quam in primis à [h] Plinio animal munificum nominatur: nam vt aiebat Virgilius

*Sic vos non vobis mellificatis Apes:*
*Coſi, ma non per ſe l'Ape rinoua*
*Il melle ogni anno, e mai non lo poſſiede.*

Eumq; imitatus [i] Lud. Arioſtus.

Maxima autem vtilitas eſt, ſi locũ idoneum habeant Apes, & prudenter & ſolicitè procurentur. Nam ex paucis breui tẽpore multa examina fiunt: nec non ſemel tantùm quotannis, ſed bis etiam, & plerumq; ter pariunt & examen emittunt, & ſine magnis impenſis, ac labore alũtur. De fructu, inquit Appius apud [k] Varronẽ, hoc dico, quòd fortaſſe an tibi ſatis ſit, Axi, in quo auctorem habeo, nõ ſolùm, qui aluearia ſua locata habet, quotannis, quinis millibus pondo mellis, ſed etiam hunc Varronem noſtrum: quem audiui dicentem, duos milites ſe habuiſſe in Hiſpania fratres Veianios ex agro Faliſco locupletes, quibus cùm à patre relicta eſſet parua villa, & agellus non ſanè maior iugero vno, hos circum villam totam aluearium feciſſe, & hortum habuiſſe, ac reliquum thymo, & cytiſo obſeuiſſe & apiaſtro, quod alij μελίφυλλον, alij μελίσσοφυλλον appellant. Hos nunquam minus, vt peræq; ducerent dena millia ſextertia, ex melle recipere eſſe ſolitos, tum eos & velle expectare, vt ſuo potiùs tempore mercatorem admitterent, quàm celerius alieno. Hęc ille. Homini itaq; ruſtico ex huius paſtionis

ſtudio

Apum iuſtitia. Vt fures oderint. [a] *Lib.* 11. *cap.* 16. [b] *9. Hiſt. cap.* 40. Vt Fucos puniant. [c] *Lib.* 1. *de Animal. c.* 9

Hermonax cur ab Api busocciſus. Marciſenis tormentũ. [d] *Lib.* 3. *c.* 7.

[e] *Deut. c.* 1. [f] *Pſal.* 117.

Apum mira vindicta. [g] *To.* 3. *in vita S. Medardi.*

Vtilitas ab Apib⁹ quę. [h] *Lib.* 11. *cap.* 19. Animal munificum dicitur. [i] *Cant.* 44. *Stant.* 45.

[k] *Lib.* 3. *cap.* 16.

Apis ruſticis utiliſſima & cur.

A studio non contemnēdum vectigal prouenit, citraq; sumptum etiam pauperculi, qui amplis agris destituuntur, ex hoc studio quæstum facere possunt: citra inquam sumptum aliquem. non enim flores atq; stirpes, vt cætera animantia deuorant, sed libant tantùm, ac incorruptos relinquunt, vt eleganter cecinit [l] Iouianus Pontanus:

*Libat Apis tenerum rorem, fluit Atticus ille*
*Inde liquor, dulci carea mella fauo.*

[l] *In Epith. nupt. Eugc. filiæ lib. 3. Amor.*

» Quod secum examinans [m] Diuus, & facundus Chrysostomus Apem Pauoni, & Pauonem
» Api conferens, Apem præferendam omninò iudicat, cùm inquit, ita inuestigando. Ape
» quid abiectius? ecquid Pauone pulchrius? Vter autem præstantior? Apis, an Pauo? non dubium quin Apis. Pauonem de medio tolle, & nihil detrimenti attuleris. Apem de medio tolle, & ingens vtilitas adempta erit. Ita ille, ineffabilem Apis vtilitatem extollens: quanquam contra Chrysippus Apes inutiliter, vt ait [n] Plutarchus, datas concluderet, si quis Ci-
» mices vtiliter datas esse diceret. Sed cur est tam vtilis humano generi Apis? mel, quòd cæ-
» leste donum poëta vocauit, nobis donat, & ceram: qui duo fructus, quàm vtiles sint, & quàm necessarij cùm id omnibus notissimum sit, vix attingam. Foris, inquit [o] Varro, pascuntur, in-
B tus opus faciunt: quod dulcissimum, quod est, & Dijs, & hominibus est acceptum: quod fauus venit in altaria, & mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administratur. Poëtæ etiam hinc nectar deorum, & hominum mulsum fieri voluere. Pontanus ad Stellam:

*Libat Apis de rore fauos, melliſq; liquorem;*
*Inde hominum mulsum, nectar & inde Deum.*

[m] *Homil. in Psal. 50.*
Apis Pauoni præfertur.
[n] *L. de Stoic. repugn.*
Apis cur utilis.
[o] *Li. 3. c. 16.*
Mellis usus
Nectar deorum.

Et quamuis Italia nonnullæq; aliæ Europæ regiones, mulsum non potent, Septentrioni tamen expositæ omnes, atq; in Asia id in potū accipiunt, salubritate vino nequaquam cedens, & Cretico viribus, & inebriandi facultate, quàm proximum, vt non temerè mel nobile nectar nominauerit [p] Martialis hoc distico:

*Hoc tibi Thesei populatrix mittit Hymetti*
*Palladis à syluis nobile nectar Apis.*

Mulsi pot[o] ex melle.
[p] *In Xenijs.*

Item [q] Bapt. Mantuanus inter alios optimos, ac vtilissimos agrorum fructus, inquit:

*Cælestes adiunge fauos, & nectareum mel,*
*Quòd vaga de florum vertice lambit Apis.*

[q] *Li. 3. Sylu.*

Potum autem, & in cibo sumptum, non modò, vt vinum, aliudúe quid delicatissimum, iu-
C cundum est, sed & homines longæuos facit. Aiuntq; qui in senectute melle cum pane nutriuntur, diutissimè viuere: nam & sensus omnes sanos, ac integros custodire, ac conseruare. Aiuntq; Democritum interrogatum, quomodo homines incolumes manerent, & longæui fierent, respōdisse, si externas corporis partes oleo, internas melle illinerent. Fructus itaq; Apis ab omnibus desideratur, nec personarū diuersitate, vt D. Ambrosij verbis vtar, discernitur, sed indiscreta sui gratia regibus pariter atq; mediocribus æquali suauitate dulcescit. Nec regibus solùm voluptati, sed etiā saluti est, fauces obdulcat, & curat vulnera, internis quoq; medicamenta infundit vlceribus. Huiusce fructus [r] Ecclesiastes meminit his verbis: Breuis in
» volatilibus est Apis, & initiū dulcoris habet, fructus illius. Quod verò edulij genus est, quod eo admisto non redditur gratius? Hinc omnes fermè gratiores placentæ, quibus cuidam apud [s] Lucianum scisitanti, an etiam Demonax vesceretur: an tu igitur, inquit, Apes existi-
» mas fatuis suos fauos concinnare? innuens eum planè delirare cui mel, vel aliud edulium ex eo factum displiceret. vnde [t] Ouidius ad amicissimum suum scribens eius præsentiam, si frui liceret, tam gratam sibi fore ait, quàm in esu mel est. Alloquitur autem liber amicum:

Mel homines longæuos facit.
Qui diu uiuant.
Democriti de melle & oleo dictū.
[r] *Cap. 11.*
[s] *In Demonace.*
[t] *Li. 5. Trist. Eleg. 5.*

*Nec patriam magis ille suam desiderat, & quæ*
D *Plurima cum patria sentit abesse sibi,*
*Quam vultus oculoſq; tuos, ó dulcior illo*
*Melle quod in ceris Attica ponit Apis.*

Placentarum, quæ cum melle fiebant, sic meminit pistor dulciarius apud Martialem:

*Melle tibi dulces operum manus ista figuras,*
*Extruit, huic vni parca laborat Apis.*

Obsoniorum etiam antiquissimus [u] Nicander:

*Pasta thymum pedibus, floremq; virentis ericæ,*
*Multifidos partus Cereri, atque obsonia præbet.*

[u] *In Alexipharmacis.*

Sed iam tempus est, vt nos pòst plura de melle dicturi, hîc tandem acquiescamus, si modò vnum adhuc, quòd haud quaquam prætereundum est, subiunxerimus, nempe veteres Græcos mortuos suos melle placasse. [x] Iphigenia apud Euripidem fratri inferias vouens promittit sanguinem montanæ vitulę, Bacchiq; liquorem, ξουθᾶντε πότνια μελισσᾶν, hoc est

Mortui melle placātur
[x] *In Iphig. in tauris.*

flauarumq; labores Apum, quibus, inquit placari mortui ſolent, effuſuram: verùm neq; hoc E
ſilentio inuoluendum, quod à Mnaſea Patarço de Apibus ſcriptum tradunt, eas humanum
genus ab eſu carnium ad arborum fructus, & hortenſia olim auocaſſe, condimento ſcilicet
ſubminiſtrato, per quod vniuſcuiuſq; cibi ſubacidi etiam, & amari ſapor commendaretur.
*In Bacchis Quamobrem idem * Euripides Phrygios ſaltus, & montes Lydos, ad quos Liber pater ſe re-
ceperat, non potuit magis laudare, quàm cùm diceret, quòd ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δὲ
οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μέλισσιν νέκταρι, id eſt, fluit lacte campus, fluit vino, fluit Apum nectare. Tri- »
bus enim iſtis liquoribus vix quicquam eſt aliud magis ad hominis vitam ſuſtinendam ne-
Cerę vſus. ceſſarium. Ceræ modò vſum quis neſcit? Candelæ ad lumen in tenebris, ex tribus tantùm
in tot alijs naturæ donis confici poſſunt, ex cera, ex pice, & ex ſeuo, vt canit Scaliger:

*Aut Apis, aut hircus, vel pinguia viſcera pini,*
*Oſtendere diem poſt ſimul ante diem.*

Ceriorum honor. Sed omnium ſaluberrimum lumen prębent cereæ candelæ, vnde in principum primatumq;
Liuones ce ræ uſũ igno rabant. menſis earum vſus eſt, & in Eccleſijs non ſine grandi myſterio, vt antè dictum eſt, adhiben-
tur. Mira igitur fuit apud Liuones ſtoliditas, vt velut fęcem expreſſo melle abijcerent ce-
ram. verùm poſtquam noſtra illis ſolertia innotuit, ſeruarunt, pretioque dignam putarunt. F
Idem error apud Africanos in Mauritania euenit, donec ab Aloyſio Cadamuſto edocti, eam
in pretio tenuere, ad rerum humanarum vſus. Certè diuinarum rerum, quędam humanis
oculis maior maieſtas è cera coruſcat: neq; ſine ſacrilegio diuina cùm exercentur, ſubtrahi
Cera ſacra ta furata in lapidẽ con uerſa. cera poteſt. Ruſticus enim quidam ex altari ceram furto cùm abſtuliſſet in lapideam duri-
tiem conuerſam eſſe tradit [z] Valfridus Strabus: vnde criminis ſui culpam agnoſcens, cùm
confiteretur coram pluribus aſtantibus, cera amiſſa aduentitia duritie, priſtinam mollitiem
recepit. Eſt igitur cera congrua diuinis rebus peragendis oblatio, quod & alio miraculo
[z] *Lib. 2. in vita S. Gall. cap. 40.* idem author aſſeuerat. [a] Ex aluearijs Apum quidam ſublatam furto ceram offerendam de-
[a] *Cap. 7.* tulerat ſacerdoti in ędę Diui Galli: mox cùm offerretur, in duritiem lapideam conuerſa eſt:
conſpecta cæ re, qui obtulerat, mente conſternatus, pœnitentiam publicè confitens egit.
In cera qd diuinum. Propterea in cera diuinum aliquid latere eſt animaduertendum, quòd in Eccleſiaſticis ri-
Cera agnus dei dicta, & eius uis. tibus vbique ferè adhibeatur: nam & paſchalis cereus fit, & ad omnes aduerſarias poteſta-
tes propellendas conſecratio adhibetur ei ceræ, quæ agnus Dei dicitur, qua & maris æſtus,
& fluminum inundationes cohibitæ memorantur. Verùm vt relictis hiſce ſacris vſibus ad
corporis noſtri commoda veniamus, quis eſt qui præterea ceræ ad vulnera, dolores, vlcera G
curanda vſum ignoret? Si quis autem ſit, quòd non puto, is nihil prorſus in medicorum ac
Ceræ uſus in medicina. in primis Hippocratis, ac Galeni libris verſatus fuerit. Prętera ad lintea, ad coria aduerſus
aquas munienda, ad infinitos deniq; alios vſus ceram requiri quis neſcit? Sed ſi mellis atq;
ceræ multiplicem vſum perſequi hic vellem, integra mihi eſſent conſcribenda volumina:
dicam itaque, & repetam breuiſſimè, quod mel nobis vitam interius varijs modis, varijsque
nominibus conſeruat, alit, & vinoſo ſpiritu exhilerat. Cera externis quot malis medeatur,
ne ipſe Hippocrates ſic poſſet enunciare, vt non multa omiſiſſe tandem deprehendatur. Mel-
lis & ceræ munera multa videmus, dum illud exterius oculos abſtergit à muco; hęc lumen
ad videndum ſubminiſtrat, ſed tam multa videre non poſſumus, vt eorum quorum bene-
ficio videmus, totum regnum peruidere poſſimus. Huius itaque Inſecti paſtio non opere
ſolùm, quo nobis dulciſſimum, ſaluberrimumq; quem diximus, ſuccum colligit, verùm
Apis induſtria homini imitãda. etiam exemplo induſtrię humano generi vtilis exiſtit, ita vt prętęr cętera animalia omnia in
vſum hominis data, ab hoc tam munifico, & ſapientiſſimo animalculo à creatore Opt. Max.
conceſſo, ſimul & fructum operis percipiamus, & ad laborem induſtriamq; excitemur, deni-
que liberaliſſimi creatoris benignitatem in hac creatura potiùs, quàm vlla alia contemple- H
Quid in Apibus uitio dandum. mur: in qua hoc ſolummodò à nonnullis dedecori verti videtur, quòd omnes ex ęquo, nec
dominorum ſuorum habita ratione ad alueos ſuos accedentes pungant. Ad quod alluſit
[b] *Li. de reip. gerendæ prę cept.* [b] Plutarchus inquiens. Exiſtimo etiam cum Apibus melius actũ iri, ſi eos à quibus nutriun- »
tur, & curãtur, admittere potiùs, & adblandiri, quàm abigere velint: nunc eas fumo puniunt. »
Ego verò id quoq; ad laudem potiùs, quàm ad vitium referam. Adulatore enim nihil eſt pe-
Apes non eſſe ingratas. ius, malleq; Apes mori, quàm adulatrices videri exiſtimo. Neq; etiam Tzetzem audiuerim,
Apes ingratitudinis accuſantem, quòd Fucos, qui aquam ipſis ſuggerunt, tempore hyemali
occidant, ceu beneficij prętiti in ęſtate immemores, & ingratę, nam cùm Fucorum genus
mel omne, in quo tantoperè laborarunt colligendo, deuorent, abſumantque, ipſi interim
ad laborem inertes, ſi occidant laudandas potiùs, quàm vituperandas putem. Atque
[c] *Lib. 1. de Stellis.* hęc breuiter de Apum laudibus ſufficiant, ad quas velut pro epilogo, addendi videntur verè
aurei iſti [c] Pontani verſus:

Solæ

A *Sola hyemi metuens latebroso pumice condit*
*Triticeos populata hominum Formica labores.*
*Idem amor, atq; Apibus eadem experientia parcis.*
*Sed nec agros populare palam, aut incumbere furtis:*
*Cùm iuuet è proprio vitam tolerare labore.*
*Iustitiam norunt solæ, & seruare pudorem,*
*Æquales cunctis operæ, studiumq; parandi.*
*Mane nouos adeunt flores examine denso,*
*Cœlestemq; legunt rorem, atque in tecta reportant.*
*Mox vacuis stipant cellis, vt nectare largo*
*Ignauas ducant hyemes, & frigora temnant.*
*Quin etiam tempestates, & sidera norunt,*
*Armataq; repentinos vicere procellas*
*Pendentis saxi molem ad caua crura ferendo,*
*Vsq; adeò referunt diuinum à stirpe vigorem.*
B *Has pater è summi despectans vertice Olympi,*
*Miratur tenueis animas conamine tanto*
*Nunc fundare vrbes, aditus ac mœnia latè*
*Munire, & multò portas custode tueri.*
*Nunc aliam natis patriam monstrare parandam,*
*Immunes operum reges dare iura vocatis*
*In populis, illos iam dudum æstate silentes.*

# ÆQVIVOCA.

C QVANQVAM nobis Apis historiam scribere volentibus ab æquiuocis, quæ Ammonius non infimæ classis philosophus priùs distingui iubet, dein definire, fuisset inchoandum, sicuti etiam in alijs nostris operibus tam editis in lucem, quàm manu scriptis obseruauimus; placuit tamen illa, quæ de nobilissimi huiusce animalculi animi dotibus diximus, præuertere, ut non ab re principem locum ei tribuisse videamur. Quamobrem cùm teste Philosophorum principe, & communi præceptore [a] Aristotele æquiuocorum vtilis sit distinctio, quia hinc diluciditas oritur, si quę in hac Apis nostræ historia occurrant, priùs ea explicare animus est, quàm ad cætera pergamus. Μέλισσα quam vocem Apem significare dicemus, puellæ nomen est, nempe Melissi Cretensium Regis filiæ, quę vnà cum Sorore Amalthęa Iouem puerum nutriuit, illa scilicet lacte caprino, hæc melle, vnde poëtica illa fabula originem sumpsit, aduolasse Apes, atque os pueri melle compleuisse: Melissam verò à patre primam sacerdotem magnæ Matris constitutam: indeq; adhuc eiusdem matris antistites μέλισσας nuncupari. Alij volunt Melissam in Apem conuersam dici (nam & hoc poëtę finxerunt, vt in fabulosis apparebit) quoniam prima mellificij fuerit inuentrix: Ad quod alludens [b] Columella: nec sanè rustico, inquit, dignum est scisciari, fueritné mulier pulcherrima spetie, quam Iupiter in Apem conuertit. Fuit item alia mulier Melissa vocata, Periandri nimirùm Corynthiorum tyranni vxor; quam ille concubinarum delationibus temerè credēs, cùm grauida esset, pedibus conculcans interemit: qua de re consule [c] Laertium. Fuit etiam D Melissa Epidamni filia, authore Stephano, à qua Melissonius locus dictus est, vbi ex Neptuno Dyrrachium peperit. Est & Melissa proprium ciuitatis nomen apud Suidam, & apud Stephanũ Lybię vrbs est, à qua regionem Melissęam dici ait: cui deniq; in Cyzico Melissa vicus est; & Gētile, Melissenus. Melissa postremò est Hesychio ὀβολὸς qui drachmę pars est. Iā verò Apis quoq; pręter Insectum, de quo agimus, Aegyptiorum idoli, aut simulacri nomen est; de quo, quod obscura est eius notitia, paulò fusiùs, quàm huic aliàs loco par esset, agam. Hunc Aegyptiũ Apim veteres, Pheronei, & Pithonis filium, vt recensent [d] Clemens Alexãdrinus, & [e] Theodoretus, medicinam primùm inueniisse prodiderunt, & ob pulcherrimũ hoc salutiferumq; inuentũ in tanto honore, & admiratione habitũ esse, sicuti & ipse [f] Theodoretus tradit, vt pro Deo coloretur, vocareturq; Osiris, id est, si vocabulũ ad Latinam linguam transferatur, multoculus, vt Diodorus & Eusebius testantur, Os enim Aegyptiorum lingua, multum significat: Iris oculum, vt etiam scribit [g] Plutarchus, perinde, ac vir oculatissimus, ac magno ingenio, magnaq; prudentia fuerit, qui tam salutare auxilium mortalibus inuenisset.

[a] *Lib. 8. Topic. cap. 14.* Melissa puella.

[b] *Lib. 9. c. 2.* Melissa Periandri. Melissa Epidamni.

[c] *In vita Periandri.* Melissa ciuitas.

Apidis Aegyptij historia.

[d] *Lib. 1. Stromatum.*

[e] *Lib. 1. de cura affect. gentil.*

[f] *Lib. 3.* Osiris quid Osquid Aegyptijs, & quid Iris.

[g] *Lib. de Iside & Osiride.*

Ob idq; Apollinem eſſe eundem volũt plęriq;,& id quidem autumant ipſi Aegyptij,quibus E
& Oſiris Sol eſt,& Sol Apollo,quemadmodum apud [h] Macrobium videre licet, & [i] Diogi-
nem Laërtium. Verùm non ſatis conſtat,idemné fuerit Apis,qui Apollo,an diuerſus vterq;
[k] Corn. Tacitus ſcribit multos Oſirim , quem quidam & Serapin vocant, Aeſculapium
quoq; appellare,quòd medeatur ægris corporibus.Cui conuenit illud, quòd ſcribit Cyril-
lus aduerſus Iulianum Cæſarem . Cùm Apis,inquit, Aegyptius non obſcurus inter eos,qui „
illic erant, templi miniſtros, & naturalis philoſophiæ ſcientiam adeptus eſſet, hunc ferunt „
primùm artem medicam exquiſiuiſſe,& tradidiſſe feliciùs,quàm eos, qui cum præceſſerant, „
communicaſſeq; Aeſculapio. Quòd aut ad Serapin peculiariter pertinet,poſſet videri,ex le-
[l] In Eumenidibus. ctione antiquorum ſcriptorum illum morbos,animo & oratione curaſſe. Nam [l] Varro apud
Nonium Marcellum: Ego inquit, medicina Serapi vtor, quotidiè precantur, intelligo re- „
Apis Argiuorũ Rex. ctè ſcriptum eſſe Delphis θεοὶ, ἀρωὶ. Nec multo pòſt: Hoſpes quid miraris animo curare Se- „
rapim ? Apud nonnullos verò Eccleſiaſticos ſcriptores legimus,Apim Argiuorum regem
fuiſſe,& nauibus Aegyptum tranſuectum,ibiq; cùm homines rudes ad mitiorem vitæ cultũ
Serapis cur dictus. traduxiſſet, colendarumq; vinearum rationem edocuiſſet, cõcordibus omnium votis in re-
gem eſſe aſcitum . cumq; aliquandiu mira prudentia , pariq; clementia Aegypti regnum F
[m] Li.16. de ciuit. Dei. adminiſtraſſet,multaq; in ſubditos beneficia contuliſſet, vita tandem functum, factum eſſe
[n] Lib.8. de præp. Euãg. Serapin omnium maximum Deum. Cur autem Serapis dictus ſit. D.[m] Auguſtinus & [n] Eu-
ſebius rationem reddunt,quoniam inquiunt arca, in qua mortuus erat, σορὸς dicitur Græcè, „
& ibi eum ſepultum venerari cœperunt. Soros Apis primò, deinde litteris, vt fieri aſſolet, Se
rapis dictus eſt. Erat autem Apis, inquit [o] Herodotus , idemq; Epaphus,è vacca genitus, „
quæ nullum alium poteſt concipere fœtum : quam Aegyptij aiunt fulgere,ictam concipere „
Apis figura ex eo Apim . Habet autem hic vitulus, qui appellatur Apis, hæc ſigna . toto corpore eſt „
niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ : in tergo effigiem Aquilæ, Cantharum „
[p] Lib.3. de Ponto. in palato,duplices in cauda pilos. Hæc Herodotus, [p] Ouidius cornigerum vocat.

*Et comes in pompa corniger Apis erat.*

[q] Lib. 17. Sed vbi,& qi omodo coleretur,& qui bos mortuo illo ſuccedere poterat,audi [q] Strabonem. „
Apis ubi colitur. Propinqua eſt etiam, inquit, Memphis Aegyptiorum regia. Tribus enim ſchœnis diſtat à „
Delta. Ea Apidis templum habet, qui idem eſt, qui Oſiris. Ibi bos Apis in ſepto quodam a- „
litur, & apud eos pro Deo habetur albus frontem,& quaſdam paruas corporis partes,cæte- „
ra verò niger, quibus ſignis iudicant,qui ſit ad ſucceſſionem idoneus,alio vita functo. Ante G
id ſeptum aula quædam iacet,in qua eſt aliud ſeptum matris eius bouis.In hanc aulam non- „
nunquam emittitur, præſertim vt peregrinis oſtendatur.Videtur enim per feneſtram quan- „
dam in ſepto, & extra viam,ſi velint. Vbi verò paululùm laſciuerit,rurſus in propriam man „
ſionem recipitur. Eum certos vitæ annos excedere non licebat:quibus peractis in ſacerdotũ
fontem demergebant, deinde dicto in iuſtitio, veſte ſciſſa, & laceratis crinibus defunctum
plangebant : inuento verò alio mirificè lætabantur. Vnde illud præclarè apud Tibullum :

*Te canit atq; ſuum pubes miratur Oſirim,*
*Barbara Memphitam plangere docta bouem.*

Reſponſa,non vt reliqua oracula,dabat,ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet à cõſulen-
tibus, ſecundos euentus atq; omnia proſpera decernebat: ſi verò abnueret, omnia ſiniſtra
portendebat. Ideò cùm à Germanicó Imperatore pabulum oblatum renuiſſet, funeſtum
[r] Lib de Iſide & Oſiride. omen & dubiam necem,quæ paulò pòſt ſecuta eſt,prænuntiauit. [r] Plutarchus quoque hunc
Apim Memphi nutriri ſcribit, vtpotè animæ eius ſimulacrum (vtor interim eius verbis) ibi-
que etiam corpus conditum perhiberi. Porrò animatam dici Oſiridis eſſe imaginem.Itaque
etiam ſiguris Lunæ ſimilia habere multa; atratum circum ſplendidas partes, & vmbroſis te- H
ctum . Scribit inſuper conſecrationes animalium , quæ coluntur occultè, neque ſtatis fieri
temporibus,& vulgo eſſe ignotas, niſi quòd ſepulturam Apidis celebrantes, atque illa pro-
ducentes,quædam omnibus præſentibus vnà in ſepulchrum conijcerent ; exiſtimantes hoc
pacto ſe Typhoni voluptatem percipienti viciſſim moleſtiam obijcere, lætitiamq; eius in-
fringere. Etenim Apim videri cum paucis alijs ſacrum eſſe Oſiridi. Ei autem plęraq; attri-
Apidis ſepultura. buere. Huius Apidis ſepulturam incredibili impenſa Ptolomæi Lagi tempore celebratam
Cambyſis in Apim ſcomma. ferunt.Cambyſes,qui primus Perſicorum Regum Aegyptum ſub iugum miſit,cùm mucro-
ne educto femur Apis percuſſiſſet,cachinnans teſte Herodoto,Sacerdotibus dixit : O capita
nequam,huiuſmodi dij exiſtunt ſanguine atq; carne prędi ti, & ferrum ſentiẽtes? dignus ni- „
mirùm Aegyptijs hic Deus,&c. Rursùm cùm huiuſmodi animal rarò videri cenſerent, vi-
deretq; fortè Cambyſes ex Aethiopia, vbi bonam exercitus ſui partem amiſerat, reuer-
ſus cùm apparuiſſet Apis , Aegyptios omnes præ lætitia pulcherrima ferre veſtimenta

putans,

A putans, lætari suis ipsius infortunijs, quàm plurimos ex ijs necauit, immo omnes, qui à feriatione Apis non destitissent. Cambyses itaq; ista, fortè Ochus ille fuerit Persarum item rex, quem [s] Plutarchus, regũ crudelissimum, ac apprimè terribilem, quòd multis interfectis Apim quoq; ad extremum mactasset, & cum amicis epulãdo absumsisset, Aegyptios Gladiũ uocasse testatur; atq; ita etiamnum in recentione regum appellari, non sanè inquit, substantiam eius ita exprimentes, sed morum asperitatem, ac malitiam instrumento cædibus parato adsimilantes. Porrò non ab Aegyptijs tantùmmodo Apis iste cultus est, sed ad Romanos
» eadem idolatria dimanauit. Etenim [s] Minutius Felix eis exprobat hoc, cùm ait: Nonne &
» Apim bouẽ cum Aegyptijs adoratis, expascitis? Iudęosq; pariter, qui olim in deserto assueuerant secundum suam ipsorum superstitionem in deserto conflasse Apim, notum est iuxta
» illud [u] Psalmi: Mutauerũt gloriam suam in similitudinem uituli comedentis fœnum; prout in [x] Exodo scriptum est: Fecerunt sibi vitulum conflatilem. Vnde mirabilis manifestatur Cacodæmonis callíditas & astutia, qua omnia semper pietatis instrumenta (ex quibus sanè uitulus erat in ueteri testamento) ad idolomaniã detorsit, vbiq; Dei Opt. Max. cultum in rẽ suam ad multorum perniciem uertens. Scribit [y] Spartianus referente [z] Cęsare Baronio, Tra
B ianum compositis in Britannia rebus, trangressum in Galliam, Alexandrina seditione turbatum esse, eamq; natam ob Apim, qui cùm repertus esset post multos annos, turbas inter populos creauit, apud quem deberet collocari, studiosè omnibus certantibus. Atq; hæc de Api Aegyptiorum Deo dicta sufficiant, qui plura uolet, Rufinum adeat, in Appendice Ecclesiasticę historiæ, quam rexuit Eusebius, qui de origine Serapis, & simulacro & nomine copiosissimè, & elegantissimè scribit. Fuit præterea alius Argiuorum rex Apis dictus, quem aiunt annos LIIII. regnasse, & tertium ibi regem fuisse. Item quartus Sicyoniorum rex Apis uocatus est, regnauitq; annis vigintiquinque. [a] Pausanias tradit Telchinis filium Apim vocari, eiusq; ante Pelopis in Olympiam aduentum coalescere opes creuisse, ut tota regio ea, quæ intra Isthmum est, ab eo fuerit Apia nominata. Apis deniq; apud eũdem [b] Pausaniam Iasonis fi-
» lius esse perhibetur. De Pelope enim agens, hunc, inquit, dicunt Elei primum in Peloponneso fanum Mercurio exędificasse, & sacra fecisse, quo Deum sibi ex Myrtili cæde infensum
» placaret. Aetolum, qui Epeo in regnum successit, ex Peloponeso fugere oportuit, quòd eum
» ob admissam imprudenter cædem, Apidis filij ad pœnam vocabant. Nam cùm Apim Iasonis filium à Pellantio Arcadiæ oppido virginem ducentem, funebribus Indis, qui Azaui fie-
C bãt, incitatis quadrigis obuium euertisset, atque interimisset Aetolus, ab Aetolo Endymionis filia & (si cui id credibile creditur) Neptuno genitus. Sic Pausanias. Apis prętera vicus est in Africa, sic dictus, quia nobilis Aegypti regione esset. Est & Marmaricæ oppidum eiusdem nominis apud Ptolomæum. Ortelius Herodoto Apiam dici existimat. Hęc autem Herodoto urbs est in Agypto circa fines Lybię, quanquã Eustathius Argon Peloponnesi oppidum eodem Ortelio referente, etiam Apim uocatam esse scribat. Io. Chrysostomus Zanchus Osiridem scribit Italię nomen dedisse (ex Berosо,) vtique à cognomine suo Apiam siue Apeninam appellasse consentaneum esse, à quo antea & Peloponnesum, inquit, τὸν ἀπίλιον γαῖαν, ut est apud Homerum, cognominauerit. Apis insuper [c] Straboni alterius uici nomen
» est, propè insulam Aenesipassam. Postea inquit (post Tindarios scopulos) est Drepanũ pro-
» montorium, & insula Aenesipassa cum portu: post vicus Apis, à quo Prætonium usque sunt
» stadia centum &c. Postremò Apicula libri titulus est siue poëmatis apud Scaligerum.

Cambyses cur Aegyptios occiderit.

[s] *Lib. de Osiride & Isi-de.*

Ochus rex Persarum

Gladius dictus.

Apis ab alijs etiá cultus.

[t] *In Octauio.*

[u] *Psam. 105.*

[x] *Exord. 32.*

[y] *In Traiano.*

[z] *To. 2. Annal. Eccl. ast.*

Seditio Alexandrina ob Apim.

Apes Reges dicti.

[a] *In Corynthiacis.*

Apia regio.

[b] *In Eliac. Prior.*

Apis uicus & oppidũ.

[c] *Lib. 17. Georg.*

Apicula liber.

# SYNONYMA.

D

DEBORAH דבורה Hebraicam dictionem exponunt Apes ab ordine operũ, quæ facit mira industria. Esaiæ 7. ולדבורה, & Api, quæ est in terra Assur. Et plurale secũdum formam masculeam. Iudicum 14. & ecce examen
» Apum דבורים. Psalmo 118. Circundederunt me דבורים, sicut Apes. Syro. Chaldęis seruato prorsus ferè Hebraica voce Deboretha רבורתא. Dicitur, in plurali Debarjatha רבריתא. & רבידיתא, alias, sed redundante Aleph. Deriuant autem à רובדא Debera, id est Respublica, gubernatio populi, Græcis πολιτεία. Maduph מירף ijsdem idem est, quòd רף vel קדש, tabula quę ponitur ante apiarium. Item examen Apum. Et vas in quo ponitur fimus bouis, ut incensus suo odore effuget Apes, ex alueario. Examen Arabicè dicitur נחיל. Græcè Μέλισσα dicitur & μέλιττα, cuius alij aliud adferunt etymum: Quidam enim à μέλι hoc est, melle, cuius opifex est, dictam voluntalij à Melissa puella, quæ fauos melle plenos reperiẽs in Peleponneso cæteras nymphas ad gustandum

Deborah.

Deboretha Dabariatha.

Debera.

Maduph.

μέλισσα, & eius etymum.

ſtandum adhortata eſſe dicitur: eumq; cibum cùm ſuauiſſimus illis fuiſſet viſus, tanto gaudio deguſtaſſe, vt Apes ipſas de inuentricis nomine μέλισσας appellari voluerint. Alij deniq; μέλισσαν à μελέτῃ deriuant, id eſt, meditatione, exercitioúe ſeu diligentia, quoniam hoc animalculo vix aliud vllum obſeruemus diligentius, atque induſtrius. In Synonymis Martini Rolandi hæc leguntur Synonyma: Ἀνθηδὼν, Ἄπις, Μέλισσα & Μέλιττα, Πυραμοῦα, Σιμαὶ, Σχάδων. Quæ poſtrema vox ſobolem ſignificat, vt ἔσση Regem. Apud latinos ſynonymia caret: Apis autem,& diminutiua voce Apicula ſiue Apecula,[a] Iſidoro ita dicta videtur, vel quòd ſe pedibus inuicem alligent, vel pro eo, quòd ſine pedibus naſcantur; nam poſtea, inquit, & pedes & pennas accipiunt; vnde Lucianus quoq; Apem ζῷον ἄπιν nominat. Cæterùm cùm non ſeruet analogiam, ſicut reliqua compoſita, bipes, bipedis, tripes, edis, compes, edis, Ambroſius Calepinus magis ſimplex iudicandum eſſe exiſtimat. Apes etiam Simblides appellari tradit[b] Lud. Cælius Rhodiginus his verbis: Mel denique Siculum nuncupari Simblium, ex Græcis,& Dioſcoride didici. Nam & Apes ipſæ, Simblides vocantur: ſicuti eſt Simbla earundem theca; ſed theſaurum Attici etiam Simblum appellant. Ne quem tamen fallamus: ſunt qui apud Dioſcoridem, non Simblium ſcribant, ſed Hyblæum: quia Simblium nullum ſit. Simblum pro theca legimus in Heſiodi Theogonia. Interpres ſcribit ſic appellari, quoniam Apes dicantur ſimæ, quia ſint aculeo hebetiore: tanquam Simobolum dicatur, in quod ſimarum, id eſt, Apum laborem conijcimus. Hæc ille. Italis Apis eſt Apé, item Pecchia. Germanis Vmb aut Bijn. Belgis Bie, ab imperando, vel quòd plurima bona homini impertiatur, vt elegantiſſimè docet[c] Goropius: Hiſpanis Belgas, vt apparet imitantibus, Abeia: Anglis à Bee: Polonis Pſciola, Hungarice Méh, Bohemicè VViela.

[a] *Lib.* 12. *cap.* 10. Apis etymum. Apes Simblides dici.
[b] *Lib.* 28. *Ant. lect. cap.* 27. Sibla quid. Simblum quid. Apes ſimæ cur dicantur.
[c] *Li.* 6. *Herm. at in princip.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ.

[a] *Li.* 1. *Hiſt. cap.* 4.
[b] *Lib.* 11. *cap.* 5.
[*] *Lib. eodem cap.* 37.
[c] *Li.* 1. *Hiſt. cap.* 5. Inſecta mébrana ſicca volant.
[d] *Li.* 4. *Hiſt. cap.* 1. Apis an feradicenda.
[e] *Li.* 3. *c.* 16. Apes feræ vbi.
[f] *Li.* 9. *Hiſt. cap.* 40. Apes feræ & cicures quæ meliores. Apum vrbanarũduo genera. Apum operariarũ differentiæ.
[g] 9. *Hiſt. cap.* 40. Apum nouẽ genera. Sirenis maior & minor.
[h] *L.* 8. *tract.* 4. *cap.* 2.

ANTEQVAM Apis genera, ac differentias recenſeam, operæpretium eſt, priùs demonſtrare eam Inſectum eſſe & exangue, nam quamuis[a] Ariſtoteles Apes exangues eſſe profiteatur, habereq; quid reſpondens in proportione ſanguinis.[b] Plinius tamen, ſanguine prẽditas eſſe innuere videtur his verbis. Non ſit de anima quæſtio: conſtet & de ſanguine, quantulum tamen eſſe in tantulis poteſt. Mirabatur* Plinius, quomodo Inſectum tantæ paruitatis tantos efficaciæ induſtriæq; haberet neruos, quos niſi in ſanguine prædítis videre liceret, redditq; ijs verbis naturam Apum admirabiliorem. Apes autem Inſecta eſſe, alibi idem[c] philoſophus atteſtatur, eas membrana ſicca volare ſcribens, dixerat enim nulla alia membrana ſicca volare, quàm Inſecta. Denique Inſecta diuidens penes eorum partes, Apes inter ea[d] recenſet, quæ pennata ſunt. Eſt item alia quæſtiuncula, ferane ſit dicenda Apis, an cicur, aut manſueta. Etenim Plinius, etſi neque feri generis, neq; manſueti, aut cicuris rectè dici ſcribit, tamen[e] Varro feras vocat, quæ ſylueſtribus locis, & cicures quę cultis paſcuntur, aliamq; rationem habendam cicurum, vt aliam ſylueſtrium. Aiunt in Liuonia, & Sarmatia, quin toto Septentrionis tractu, in quem vaſtis Lacinijs Hercinius ſaltus per immenſa ſpatia ſeſe diffudit, tam infinitis Apum examinibus, in quercubus abundare, vt non obſonium modò delicatum, & in frigida regione ſaluberrimũ inde ſuppeditetur, ſed totæ etiam illæ regiones ſuauiſſimo mulſo, loco vini vtantur, & propter domeſticum vſum ingentes pecunias cùm è cæteris, tùm è cera faciant. Sed & [f] Ariſtoteles Apes inter ſe differe ſcribit, natas vrbanis, ab ijs quæ ruſtico montanoq; victu educatis prodierint. Eſſeq; has ſylueſtres horridiores aſpectu, & iracundiores & minores, ſed opere, ac labore præſtantiores. Iam verò Plinius vrbanarum quoq; duo genera facit: optimaſq; iudicat breues, variaſq; & in rotunditatem compactibiles: deteriores longas, & quibus ſimilitudo Veſparum: ac etiamnum deterrimas ex ijs piloſas. Sed antequã, quę alijs prẽſtent, oſtendam, neceſſe eſt, priùs quomodo inter ſe differant, & quot Inſecta ſub Apum genere contineantur, dicere. Differunt autem Apes operariæ (Rex enim & Fuci, & cęteræ, quas ſtatim recenſebo ex Ariſtotele non operantur,) corporis figura, ætate, moribus, operatione, colore & aculeo. [g] Ariſtoteles nouem Apum genera meminit; atque illa ex his gregalia Lex, vt ſunt Apes, Reges Apum, Fucis, qui inter Apes degunt, Veſpæ annuæ, item Crabrones, & Teredines, ſolitaria verò tria, vt Sirenis minor, qui fuſcus totus eſt: Sirenis maior, niger, varius: tertium, quem Bombycem vocant: qui maximus inter hæc eſt. Quem locum vertens vel commentans [h] Albertus Apum, inquit, ſunt nouem genera, quorum ſex habitant in caſa, & ciuilitate

vna

A una, & tria per se solitaria morantur. Prima earũ, quæ simul cohabitant est Apis quæ alueare sibi inuenit, in quo Regem habet & fauum præparat, in quo mella reponit, & quasi colorem pulueris habet. Secunda est mala Apis, propter quod etiam Kakym Græcè uocatur, & in colore similis est primæ, sed minor, & nihil operatur, sed immiscetur bonis, & stat inter masculos examinis, & nihil operatur, neq; masculi Apum; sed comedit mel & consumit, & ideò quando tales multæ sunt, moritur examen ex defectu mellis, & ex hoc orta est opinio eorum, qui habent Apes, quòd extraneæ Apes aliquando comedunt mella domesticarum. Hæc igitur sunt duo Apum genera. Tertium est Vespa, quæ Apibus non miscetur, sed ex fœtidis colligit ea, quæ suo examini reportat. Quarta est Apis cæca, eò quòd in anteriori capitis sui parte oculi neq; sunt, neq; apparent. Sed ut dicunt pastores post succinctorium posterius habet oculos, qui quando eruuntur, uolat errando. Hoc autem genus Græcè Caramendos uocatur, quod est acerrimum, audax & magnum, & longum, inuadens quodlibet, quod ad nidum suum appropinquat, & si congregatum fuerit in grege, interficit equum uel hominem puncturis, eò quòd aculeum habet maximum, & ualdè uenenosum. Tria autem genera sub terra morantur, quorum quidam nomen commune dicunt esse Atactum, &
B horum primum genus est, quod Græcè Tyrin uocatur, & est quasi figuræ spicæ, & est minoris quantitatis, quàm alia duo genera, & nidum per modum faui facit in terra circa radices arbustarum; & ideò rasa terra aliquando inuenitur nidus eius adhærere plantæ, sicut fauus ceræ, sed cera sua est mala & inutilis. Secundum autem genus uocatur quidem Græcè etiam Tyrin, sed est longius aliquantulum: & inuenitur apud nos trium colorum; nigrum uidelicet, rubeum, & uarium. Id autem quod est rubeum, est quasi purpureum uel sanguineum obscurum habens colorem. Tertium genus est quod Græci Iomalyas uocant & est maximum quantitate inter tria, & frequentissimè est uarium & curtum. Inter hæc tria genera apud hoc quæ uocantur communiter Apis parua est & longitudinis mediæ. Citrina autem est longitudinis maximæ in generibus istis. Tertium autem genus, quod Atactum quidam uocant, est minimæ longitudinis, & maximæ rotunditatis & spissitudinis. Omnia autem hæc genera commune habent, quòd sonant in uolatu, & quando tenentur in sono illo, alæ mouentur crispo motu, sicut uentum concutiant, & huius causa est, quòd sonus horum animalium spiritu naturali percutiente diaphragma eorum, & ibi sunt quasi abscisa & succincta ista genera animalium, & spiritus ibidem spirans percutit radices & membranas ala-
C rum, & ideò crispari in sono & tremere uidentur. Cùm autem hæc genera ad inuicem comparantur in operibus, omnia quidem conueniunt in hoc, quòd in cauernis habitant, præter Vespam, quæ est coloris pulueris, quæ etiam ex cadaueribus generatur, & quia ex fœtido generatur humore, ideò etiam fœtida quærit in cibum, & frequenter non inuenitur domum propriam habere, sed sedet in parietibus & herbis, & ibi moritur tempore frigoris. Omnia autem alia genera cauernas sibi parant ad habitandum, & in illis fauos construunt, & mella reponunt: sed mel Apum solum est bonum, & similiter cera. Alia autem mella sunt aquatica, parum ualentia, & cera quasi in toto sicca, terrestris & inutilis. Differunt autem in hoc, quòd quædam habitant in congregatione, sicut Apum genera & citrinarum Apum. Sed alia genera Atactorum habitant solitaria, cùm mellificant & faciunt ceram, sicut & Apum genera. Hucusq; Albertus, diligentissimè sanè Apum genera tradens, quanquam nomina illa, quæ Græca esse dicit, ex Arabum cœno hausisse uideatur. Nos Vesparum, Crabronumq; nec non aliorum Insectorum illorum genera, de quibus meminit Aristoteles, separatim trademus, eorumq; tãtùm hîc mentionẽ faciemus, quæ unà cùm operarijs Apibus
» in alueo habitant. Regum seu ducum [i] Aristoteles duo genera esse scripsit; alterum ruffum
D ut Gaza uertit ex Plinio, fuluum ut Columella ex Virgilio, quod præstantius est; alterum
» nigrum magisq; uarium, magnitudinem ijs esse duplo, quæ cæteris frugi Apibus, auctorem
» partem eius à procincto inferiorem proportione sesquialtera longitudinis haberi. Vocari à
» quibusdam matres, utpotè originis auctores, argumento quòd Fucorum fœtus editur etiam
» sine duce, Apum nunquam. Virgilius quoque duo ducum genera commemorat, canens:

*Alter erit maculis auro squallentibus horrens*
*(Nam duo sunt genera) hic melior insignis & ore*
*Et rutilis clarus squammis: ille horridus alter*
*Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.*

» Nec non [k] Plinius, duo autem, inquit genera eorum, melior rufus, quàm niger uariusque.
» Omnibus forma semper egregia, & duplo quàm cæteris maior, pennæ breuiores, crura re-
» cta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans. Multùm etiam nito-
» re à cæteris differunt. Alias quoque [l] Aristoteles duo ducum genera esse dixerat; sed non

Apis kakim dicta.
Vespa.
Apis cæca.
Caramendos Apis dicta qualis.
Atactũ qd Apum genus.
Tyrin Apis quæ.
Tyrin alia Apis.
Iomalyas Apis.
Apis parua quæ.
Atactum.
Quid omnibus Apibus sit commune.
Sonus Apũ unde.
Vt conueniant inter se.
Vespæ habitatio.
Mel quale bonum & quale non.

[i] *Lib. 1. Hist. cap. 40.*
Rex qualis & qui melior.

[k] *L. 11. c. 16*
[l] *Li. 5. Hist. cap. 22.*
Plures sunt duces.

vnum

unum in quoquo examine tantummodò eſſe, ſed plures; perireque uerò ipſum examen, ſi E
duces uel non ſatis habeantur (quod, inquit, non tam principis deſiderio, quàm ortus, ut „
aiunt, ad quem illi neceſſarij ſunt, incidit) vel plures quàm ſatis; diſtrahere enim examen. „

[m] *L.3.c.16.* [m] Varro cùm quoſdam dixiſſet dicere, tria genera eſſe ducum in Apibus, nigrum, rubrum,
varium, pòſt Menecratem ſcribit, duo eſſe dicere, nigrum & varium, nulla ruffi facta men-
Varium eſſe melioré. tione: aitq; varium ita meliorem eſſe, vt expediat mellario, cùm duo ſunt eadem aluo, in- „
terficere nigrum, quem, inquit, ſcit cum altero rege eſſe ſeditioſum, & corrumpere aluum, „
Fucus quid & eius etymum. quod fuget, aut cùm multitudine fugetur. Fucus etiam in alueari eſt, nonnulli à fouendo „
dictum volunt. Eſt autem vt, inquit Plinius, ſerotinus Apum fœtus & quaſi ad earum ſerui-
tutem natus, vt in eius hiſtoria patebit. [n] Ariſtoteles omnium maximum eſſe ſcribit, ſed
[n] *L.9.Hiſt. cap.40.* ſine aculeo & ignauum. Sunt qui inter Apes mares eſſe exiſtiment, atque tametſi genitura
carent, ſeminalem tamen gignendi rationem in ſe continere; indeq; Fucos appellari, quod
fucum faciant; perinde ac Eunuchi, quibus tametſi ſubſunt virilia, ſteriles tamen ſunt &
ad generandum inepti. Sunt verò etiam alij, qui aſſerunt, Reges Apum eſſe de genere ac
proſapia Fucorum, atq; inter hos naſci, cùm & aculeo ſimiliter vt Reges careãt, & ſeminalẽ
gignendi rationem habeant ampliſſimam, quam non facultate tantùm, vt Fuci, ſed fœcun- F
diſſimo actu præſtant. Eſt poſtremò quod Fur appellatur teſte [o] Ariſtotele, nigrum hoc, al-
Fur Apis ſpecies. uoq; ampliore. Sed tempeſtiuum iure eſt, vt operantium differentias proſequamur, & quæ
[o] *Lib.9.Hiſt. cap.40.* præſtent dicamus. Peripateticæ ſectæ conditor Ariſtoteles, inquit [p] Columella, in ijs li- „
Apum operãtium differentiæ. bris quos de animalibus conſcripſit, Apum ſiue examinum genera plura demonſtrat, ea- „
rumq; alias vaſtas, ſed glomeroſas, eaſdemq; nigras & hirſutas Apes habent: alias minores „
quidem, ſed æquè rotundas & infuſci coloris, horridiq; pili: alias magis exiguas, nec tam ro- „
[p] *Lib.9.c.3.* tundas, ſed obeſas tamen, & latas, coloris meliuſculi, nonnullas minimas, gracilesq;, & „
Apes quæ bonę, & q̃ non. acuti aluei ex aureolo, varias atq; leues: eiusq; autoritatem ſequens Virgilius maximè pro- „
bat paruulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lita corpora guttis, mori- „
bus etiam placidis. Nam quanto grandior Apis atq; etiam rotundior, tanto peior. Si verò „
ſæuior, maximè peſſima eſt. Hactenus Columella. Locus autem Virgilij, quem citat, iſte eſt: „

*Vt binæ Regum facies, ita corpora gentis:*
*Namq; aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto*
*Cum venit, & terram ſicco ſpuit ore viator*
*Aridus; elucent aliæ & fulgore coruſcant* G
*Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.*
*Hæc potius ſoboles, hinc cæli tempore certo*
*Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum*
*Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.*

[q] *Li.5.Hiſt. cap.22.& l. 9.cap.40.* [q] Ariſtoteles binis in locis plura Apum genera eſſe ſcripſit, ſed optimas, quæ breues ſunt, „
[r] *Lib 26.* variæ & in rotunditatem compactiles. [r] Albertus tria recenſens quoq; Apum mellifican- „
tium genera, vnum inquit, eſt horridum, piloſoſum, malum & iracundum, & vocatur Tuſ- „
Differentia bonitatis ab ætate. ſicum: quoddam eſt ſubtile, lõgum, nec idem bonum: tertium eſt compactũ, benè rotũdum, „
columnale, non longum, & eſt illud nobile multum & mellificatiuum. Differentia bonita- „
tis etiam ſumitur ab ætate. Nouellæ enim Apes, hoc eſt anniculæ, quarum examen quotan-
[s] *Li.9.Hiſt. cap.40.* nis auolare ſolitum eſt, non perinde ac veteranæ pungunt, cùm copia mellis non ſuppetit,
[t] *Lib.1.c.11* vt tradidit [s] Philoſoph. Quomodo verò cognoſcantur, & num veteranis præſtent, ẽt docet
Apum ętas ut noſcat. [t] Aelianus, dum ait: Apum quiſpiam ætatem ad hunc modum internoſcere poterit. Quæ „
Veteranarum laus. annum non exceſſerunt, niteſcunt, oleiq; ſimilitudinem & ſpeciem gerunt. Vetulæ verò & „
aſpectu, & tactu horridulę euadunt, atq; ex ætate affecta rugis plenæ videntur: eæ tamen fin- H
gendorum experientia & induſtria præcellentiores ſunt ex longitudine temporis nimirùm „
ad mellis ſcientiam eruditæ. Eædemq; tanta diuinitate præſtant, vt & pluuias & frigora fu- „
tura præſentiant; & quando horum alterum vel vtrumq; impendere coniecturis aſſequun- „
Differentię ab operatione. tur, non longiſſimè ab alueo volatu præcedunt: ſed circum alueria volantes, veluti foribus „
incubant, &c. Ab operatione alias vtiles dicemus, alias inutiles, vt Apis illa ingens eſt, quæ „
Bombylius nominatur, ad mellificium prorſus inutilis, item Fuci, & fures & ſimilia alia.
Bombylius Apis inutilis. Inter Apes, inquit Aelianus, alias nouimus, quæ ſint & dicantur duces, quædam σαρκῶδες,
id eſt, Sirenes, aliquæ verò ἐργοφόροι, ſunt quæ plaſtides fortè ab artifici figmento, vel
quia emplaſtica & paremplaſtica Græcis dicuntur, quæ infarciunt, opplentq;, ſed viſci-
da priuatim ac glutino tenacia. Cephenas, id eſt κηφῆνας abundare in primis Nicander
[u] *L.5.c.41.* ſcribit &c. Et [u] rurſus: Apum, inquit, quædam duces appellantur, quædam Sirenes, aliæ
[x] *Li.1.c.10.* operariæ, aliæ figulæ. Idem [x] rurſus author eſt operariarum quaſdam inertes eſſe, non ta-

men

A men moribus Fucos esse, quoniam neq; fauos corrumpant, neq; melli insidientur, sed ex floribus quidem ali etiam & cum alijs euolare & compasci. Et quamuis mellis conficiendi & condendi industria careant, haud tamen prorsus ociosas esse. Nam seniores apud Regem ad eius stipationem selectas permanere. Alias verò hoc munere fungi, vt mortuas ex alueo efferant, cùm mũdos & puros fauos esse velint; itaq; mortuam Apem intra alueos fauorum esse non pati. Alias præterea ex his nocte excubare, & fauorum substructiones, non secus ac paruam vrbem vigilijs asseruare. Quæ omnia, hoc loco repetere placuit, (nam eadem vel similia saltem suprà diximus, cùm de earundem Republ. & munditia ageremus) vt quæ in alueis operantur, non easdem omnia scire operari lector animaduerteret. Iam verò mel- Vbi laborent.
lificantium aliæ, vel in alueis, si dentur, vel arborum cauis, & petris excauatis mella sua ponunt, aliæ sub terra, & quæ in alueis, aliæ in fauis, aliæ nullos fauos faciunt: quod præ cęteris cùm magis sit mirabile, prius etiam astruendum est aliqua authoritate. Hæc autem est ipsius
„ [y] Aristotelis, sic scribentis: Ad Amissum vrbem conuehitur à locis superioribus mel, candi-
„ dum, crassumq; maiorem in modum, quod Apes faciunt sine fauo, quale etiam fieri in Pon-
„ to cognitum est. [z] Petrus Hispanus tradit in Cumana insula nouo miraculo ex arboribus
B pendere examina, adeò vt mel fluat, & longè ante illum [a] Strabo, Apes, inquit, in Hircinia in arboribus operantur, & mella de frondibus fluunt. Verùm fauosné faciant, neuter addit, id autem putandum est. Apud Themiscyram circa Thermodoontem amnem Apes, teste [b] Aristotele, in vltimùm citato loco, tàm in terra, quàm in alueis fauos suos faciunt, parum admodùm ceræ continentes, & mel crassius reddunt. Fauus ipse leuis atque æquabilis est, quem non semper, sed hybernis temporibus tantùm construunt. Copia enim in eo tractatu est hederæ, quæ hyeme floreat, vnde Apes mel capiant. Addit deniq; Philosophus esse etiã Apes, quæ fauos sub terra triplici ordine faciant: in quibus inquit mel est, vermis nullus: sed nec fauos omnes huiusmodi esse, nec Apes ita omnes confingere. Quod postremum genus
[c] Plinius cum eo coniungit, quin confundit, quod circa Thermodoontem amnem nasci di-
„ ximus, nam sic scribit: Circa Thermodoontem autem fluuium duo sunt genera: aliarum quę
„ in arboribus mellificant: aliarum quæ sub terra, triplici cerarum ordine vberrimi prouẽtus.
Variat in Apibus item color, nam ijdem [d] Aristoteles & Plinius genus quoddam Apum al-
bum esse prodiderunt, in Ponto, idq; bis in mense mellificare. Præterea non ijsdem vbiq; moribus præditæ sunt. Franciscus Aluerez in Aethiopia Apes scribit adeo cicures esse, vt
C inter hominum cubilia sua conficiant examina: Et apud Halizones, teste [e] Pausania, certè adeo mansuetæ sunt, vt cùm hominibus vnà pabulatum exeant, ac liberè vagentur, quippè quæ aluearibus nullis continentur: passim verò opus faciunt, illudq; ita concretum, vt mel à cera nequeas seiungere. Postremò non omnes quoq; aculeo armantur, siquidem [f] Ouiedus asserit in Indijs occidentalibus magnum esse Apum numerum generantium in cauis arborum, sed esse admodum exiguas, magnitudine scilicet Muscę, alarum extremo obtuso, & velut abscisso, eas item transuersalem albedinem quandam percurrere, non pungere aut dolorem inferre, carere vtique aculeo, fauos facere maximos, in quorum singulo plura habeant foramina, quàm quatuor nostrates, mel esse bonum & salubre, sed album, & quasi vinum coctum.

Munditiæ cura quib.

Apes nullos fauos faciẽtes vbi.

[y] *Li. 5. Hist. cap. 22.*
[z] *Li. 5. c. 12.*
[a] *Li. 2. Geog.*
[b] *Li. 5. Hist. cap. 22.*

Apes in terra, & in alueis agentes.

Paui sub terra triplicis ordinis.

[c] *L. 11. c. 17*

Differentia à colore.

[d] *Li. 5. Hist. cap. 22.*

A moribus.

Apes cum hominibus degentes.

[e] *In Atticis.*

Differẽtia ab aculeo.

[f] *Cap. 51.*

Apes sine aculeo.

# FORMA INTERNA. ET EXTERNA.

[a] *L. 4. H. c. 7*

Cur alę sint detectæ.

[b] *L. 4. de part. tib. cap. 6.*
[c] *L. 5. de generat. c. 6.*

D PAVCIS hîc, quę circa externam Apum formam dici possent, agam, cùm quòd in prȩcedenti rubrica ostendimus, qualis bona, ac laudabilis Apis, eiusque rex siue dux esse debeat, tùm quia eicon hîc ponenda simul cum syluestribus Apibus coniuncta sit, vt pòst patebit. [a] Aristoteles Apes scri-
„ bit pennas habere detectas, easq; quatuor: cuius rei etiam [b] alibi hãc ratio-
nem reddit: Ipsarum autem volucrum, inquit, quę pascuis viuere necesse
„ habent, & pabuli causa euagari, hę quadripennes sunt, & corpulentiam habent leuiorem, vt
„ Apes, & reliqua generis eiusdem. Ait [c] etiam Apes vnicoloręs magis esse, quàm Crabrones aut Vespę: quo exẽplo asserit, animãtia varia magis esse ea, quæ vario magis cibo vescuntur.
„ Nam si cibi causæ, inquit, sint mutationis, meritò ciborũ varietas facit, vt magis varient mo-
„ tus & alimenti excrementa, ex quibus & pili, & pennæ & cutis gignuntur. [d] Cardanus Apes generaliter nigras esse autumat, quoniam cùm leues sint, tenuis earũ substantia (vtor autem interim eius verbis) facilè excoquitur, quod excoctũ & humidũ velut carbo, nigrum euadit; terreum

Apes cur unicolores.

Mutationis coloris causa.

[d] *Lib. 7. de Variet. rer. cap. 28.*

Cur nigræ sint.

terreum enim manet, nec aërem admittit ob humidi copiã, qua ratione & Muſcæ tales ſunt. E
Apes tamen agreſtes iuxta Carthaginem Perù albæ feruntur, quæ minores noſtris, multum conficiunt mellis, ſed acrioris atq; diluti. Occludũt cera oſtium aluei, canalemq; ſolùm, per quem ingrediantur, relinquunt. Sed & Ariſt. albarum Apum meminit, Contingere poteſt id materia circa exuſtionem concocta, aut ob tenuitatem in ſumma ſuperficie reſiccata. Hæc itaq; Cardanus. Crura Apibus ſcabra ſingulari naturæ prouidentia, beneficio, ac arte, videlicet vt flores, quos portãt, facilè adhæreãt. Lingua, teſte [c] Plinio, Apibus prælõga eſt, & (ſicut [f] Ariſt. ſcribit) eam foris gerunt, velut aculeum fungoſum, & cauum, vt eo ſimul, & guſtare, cibum trahere poſſint. Habent præterea dentes authore eodem [g] Ariſtotele. Vterculos vocat Plinius in his Inſectis, ventriculos, in quos congeritur mellis liquor aërius. Excrementum earum rubrum eſt, ἰθμίαν vocant Græci: Aculeatas eſſe Apes ipſę immaniſſimo, quem inferunt dolore, & relicto in vulnere aculeo per ſe atteſtantur. Fucos eo carere conſtat: de rege habeatúe, aut non habeat, dubitatur: Ariſtoteles habere affirmat, alij atq; inter hos Eccleſiaſtici ferè omnes, habere negant: Plinius atque Aelianus dubitant. Aculeum, inquit, [h] Ariſtoteles, Apes poſſident: Fuci eo carent: Reges, ducesq; habent, ſed non vtuntur: quocirca eos carere aculeo nonnulli exiſtimant. Aeliani verba ſuprà citauimus, & nunc non F
repetimus. [i] Plinius velut ira percitus, quòd in re, quę quotidiè noſtris in villis videri, & certificari poſſit, etiamnum hæſitemus, ac veritatem ignoremus. Quærat nunc aliquis, inquit, »
vnuſné Hercules fuerit, & quod Liberi Patris ſepulchrum, & reliqua vetuſtatis ſitu obruta. »
Ecce in re parua, villiſq; noſtris annexa, cuius aſſidua copia eſt, non conſtat inter authores: »
Rex nullúmne ſolus habeat aculeum, maieſtate ſaltem armatus: an dederit eum quidem »
natura, ſed vſum eius illi tantùm negauerit. Ego quidem Ariſtotelis authoritatem magni- »
facio, cæterùm pluris [k] Columellę, qui omnia vel ſaltem pleraq; ſua ex propria experientia ſcribit: Regemq; ſine ſpiculo eſſe, niſi quis fortè, inquit, pleniorem quaſi capillum, quem »
in ventre gerunt, aculeum putent: quare pilus iſte fortaſſis Ariſtoteli, vel quiſquis ille tan- »
dem fuit, qui id ei perſuaſit, impoſuerit. Verùm alij, qui Apes alunt, periculum facere po- »
terunt, & de veritate litteratos reddere certiores. Operarię aculeum habent fragilem, & prętenuem, tamen pro ſuis armis, intus verò in aluo conditum, ne foris pendens corrumpatur, ſicut [l] philoſophus ſcribit: Apes verò, inquit, quę aculeo in aluo armatę ſunt, hęq; ipſum »
aculeum pro armis obtinuere, qui intra aluum conditus eſt: quoniam volucres ſunt: nam »
ſi prętenuis fragiliſq; aculeus extrà pateret, facilè corrumperetur. Quòd verò pro armis G
aculeum dederit natura Apibus, etiam meminit Phocilides, eam ſcribens omnibus animantibus ſua arma dediſſe, quibus, vbi opus ſit, ſeſe defendant.

Aculeus Apum qualis.
Natura omnibus animantibus ſua dedit arma.

Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, φύσιν ἡρόφοιτον,
Ὄρνισι μὲν πτερὰ ταχυτῆτ', ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσιν, κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε. id eſt.
*Arma vnicuiq; dedit Deus, naturam aëripetam*
*Auibus quidem magnam celeritatem, & robur Leonibus.*
*Tauriſq; in ſponte natis cornibus, & Apibus aculeos*
*Innatum tutamen dedit.*

[m] *Lib. 8. de Animal. c. 3* Cæterùm princeps [m] Auicenna duplicem huius aculei vſum agnoſcit, videlicet ad tutelam, & ad humidi ſuperflui conſumptionem. [n] Ariſtoteles tradit, & vulgo etiam conſtat, Apis vel pennam cùm euulſa eſt, vel aculeum cùm detrahitur, non renaſci, quin detracto aculeo mori, idq; vel ab aliquo, vel ſi ipſa aliquem percuſſerit, aut pupugerit: quòd [o] Nicander H
quoq; meminit, cùm ait:

[n] *L. 3. Hiſt. cap. 12.*
Apes extracto aculeo moritur.
[o] *In Theria.*

Κέντρον γὰρ πληγῇ περικάλλιπαν ἐμμαπέσσα,
Κέντρον δὴ ζωὴν τε φέρει, θάνατόντε μελίσσης.

id eſt, vt vertit Pet. Iacobus Steue.

*Mordentes ſiquidem linquunt proboſcida fixam*
*Quæ vitæ & mortis cauſa eſt, mirabile dictu.*

Ratio autem mortis eſt, quoniam natura aculeum inteſtino annexerit, vt niſi diffracto eo euelli poſſit. Viſæ etiam ſæpè ſunt euadere, ſi qui ictus eſt curam adhibet, vt infixus aculeus iunctus cum aluo extringatur. Sunt qui dicunt teſte [p] Plinio, qui & ipſe Apibus aculeum à natura datum ait ventri conſertum, haud quaquam ipſas interire, niſi in tantum adacto aculeo, vt illius tactu ſæpè inteſtinum conſequatur: ſed Fucos poſtea eſſe, nec mella conficere veluti caſtratis iam viribus, pariterq; nocere, & prodeſſe deſinere. De ducum forma, ſuprà quoque meminimus. Sunt autem, vt ait [q] Columella ij maiores paulò, & oblongi magis,

[p] *Lib. 11. cap. 17.*
Ducum forma.
[q] *Li. 9. c. 10.*

quàm

A quàm cæteræ Apes, rectioribus cruribus, sed minus amplis primis, pulchri coloris & nitidi, leuesq́;, ac sine pilo, sine spiculo: quidam etiam infusci, atque hirsuti reperiuntur quorum pro habitu, inquit, damnabis ingenium.

# SEXVS.

SEXV carere Apes etiam suprà asseruimus multorum authoritatibus freti. Neque obstiterit Aristoteles citante [a] Athenæo tradens Apum, & Vesparum (Fucorum, quidam κηφηνῶν) quia nunquam visus sit coitus earum, discerni non posse marem à fœmina. Eorumq́; facilè refellitur opinio, qui Fucos mares earum putant, item eorum, qui fęminas credunt. Nam etsi Apes aculeo armentur, vt inquit idem [b] Aristoteles, dici non potest probabili ratione esse mares, Fucos fęminas: mas enim nullus solet in prole elaborare: quod Apes faciunt omnino, cùm fœtus Fucorum gigni videatur, etiam cùm nullus est Fucus. Ridiculumq́; prorsus, quod prodidit [c] Auicenna masculos tantùm operari, eosq́; carere aculeo, vel saltem paucos eo armari:

Sexu carere.

[a] *Lib.8.*

[b] *L.3. de generat. Animal.c.10.*

[c] *Lib. 8. de Animal.capit.3.*

# LOCVS.

NON hîc quem locum ament Apes, docebimus, (hoc enim reseruamus adhuc, tradituri pòst, vbi cętera pręcepta recensebimus, quę optimo Apum curatori siue mellario obseruanda sunt:) sed quæ loca Apibus maxime abũdare celebrentur. Inter quæ Attica terra, & Sicilia omnium celeberrimæ sunt, illa melle Hymettio, hæc Hyblæo, mox etiam Calydna Insula, vt refert [a] Plinius. Hymettus enim Atticæ mons pastiones habet, teste [b] Pausania, Apibus omnium aptissimas, & quæ solis cedunt Halizonum pascuis. Hinc passim Hymettia mella poëtis vocantur, Apes verò Atticæ, & Hymetti populatrices, item Cecropiæ, à Cecrope videlicet primo Atheniensium Rege, à quo item Hymettus ille mons Cecropius vocatur: sed qũo Apium numero abundaret inter alios luculenter innuit [c] Martialis tot basia optans, quot sunt in Oceano fluctus, in littore conchæ, in Hymetto Apes:

Apum copia vbi.

[a] *Lib. 11. cap.13.*

[b] *In Atticis.*

Hymettus mons cur Apes multas habeat.

[c] *Lib. 6. Epig.*

*Basia da nobis Diadumine pressa. Quot inquis?*
*Oceani fluctus me numerare iubes.*
*Et maris Aegei spersas per littora conchas*
*Et quæ Cæcropio monte vagantur Apes.*

[d] Alibi etiam & Hymetti, & Hyblæ Apum vbertatem notans ait:

[d] *Lib. 9.*

*Pascat & Hybla meas, pascat Hymettus Apes.*

Hybla autem siue Hyble, siue Hybles mons Siciliæ, qui thymi, & salicum copia maximè abundat, vnde & Apibus simili pastione gaudentibus. Poëtis hinc Hybleæ, & Sicaniæ vocantur, quanquam [e] Rauisius Textor Hybleas Apes Atticas interpretetur. Sicaniasq́: ab Hymetto Siciliæ monte dictas velit, Hymettus in Attica est, vt diximus, Hybla in Sicilia. Montem verò hunc mellis copiam, & bonitatem ferre meminit [f] Stroza filius, canens:

Hybla mõs ubi.

Textoris error.

[e] *In Epithe.*

[f] *Lib. 4. Erotic.*

*Hic quibus inuideant cultores fertilis Hyblæ,*
*Grata ferunt liquidi munera mellis Apes.*

Sed eleganter. vt solet, [g] Ouidius malorum suorum multitudinem, Apum abundantiæ in eodem monte assimilat, canens:

[g] *Lib. 5. de Trist. Eleg. 7*

*Quàm multæ madida celantur arundine fossæ*
*Florida quàm multas Hybla tuetur Apes,*
*Quàm multæ gracili terrena sub horrea ferre*
*Limite Formicæ grana reperta solent,*
*Tam me circumstat densorum turba malorum.*

[h] Idem quoq; incommoda, ac dolores indicaturus, qui amanti ferendi sunt, antequàm proca, fruatur atq; amica, tot, inquit, esse tolerandos,

[h] *Lib. 2. de Arte aman.*

*Quot Lepores in Atho, quot Apes pascuntur in Hybla*
*Cerula, quòd baccas Palladis arbor habet,*
*Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores.*

[i] *In Oepido.* Eiuſdem copiæ meminit [i] Seneca. E

*Non tot caducas educat frondes Eryx,*
*Nec Vere flores Hybla tot medio creat,*
*Cùm examen alto nectitur denſum globo.*

Padus ſiue Eridanus. In Italia, circa Padum maximè ſiue Eridanũ, Apum melliſq; laudabilis copia eſt, eaq; paſſim ab authoribus celebrata, ac in primis à [k] Plinio: Hoſtilia vicus, inquit, alluitur Pado. Huius „ inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus alueos, noctibusq; quina millia paſſuũ „ contrario amne naues ſubuehunt. Egreſſæ luce Apes paſtæq; ad naues quotidiè remeant „ mutantes locum, donec pondere ipſo preſſis nauibus, pleni aluei intelligantur, reuectisq; „ eximantur mella. Pontanus Eridani fertilitatem recenſens ſic meminit:

[k] *Lib. 11. cap. 12.*

*Fundit mella fauis è dulcibus, eq; liquenti*
*Rore premit tenera culta Meliſſa manu.*
*Illa Brianoreis Minci pulcherrima ripis*
*Regna tenet mellis pulcher Hymette tui.*
*Regna tenet lactis, quem florida deliquat Hybla,*
*Hybla faui & mellis dues, & Hybla thymi.* F
*At longè ſuperatq; Hyblam, ſuperatq; & Hymetton*
*Eridanus Cypria ditior ambroſia.*

Veronæ fertilitas. Veronam non longè à Pado diſſitam, laudatiſſimam abundantiſſimamq; vrbem inter alias eius fertilitates, quas Pantheus eiuſdem Vrbis ciuis celebrat, etiam hoc recenſet, quòd Apes ibi propter læta paſcua luxurient. Arcadiam mellis abundantem etiam eſſe credibile eſt, & Peloponneſum, quòd ibi, teſte Iuſtino, Ariſtæus Arcas, mellis vſum primus hominibus demonſtrauit, vt hic Meliſſa puella. Apud Zygantes Africæ populos magnam vim mellis Apes conficiunt teſte [l] Herodoto, ſed multo plus opifices viri facere dicuntur. [m] Idem Thraces ſcribit dicere, Apes ea loca, quæ ſunt trans Iſtrum, obtinere, & ob illas vlteriùs pergi non poſſe. Quę, inquit, cùm dicunt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc „ animal conſtat frigoris impatiens eſſe. Cæterùm regiones ferè omnes Aquilonares con- „ ſtat, idque inter alios [n] Olaus Magnus, qui eis partibus patriam ſuam debet, atteſtatur, melle in plurimis rebus, tàm neceſſarijs, quàm etiam ſuperfluis in vſum cæterarum nationum communicandis, abundare, ita vt ſingulari naturæ benignitate prouidente, maximam mellis Apumque copiam habeant, ſummamque curam ſemper & vbique circa Apes adhibeant, vt pura cuſtodia ſeruentur, & coaleſcant. At in extremo climate polari Apes non eſſe ob vehementiam Circij venti, tum Crabronum, Veſparum, ac Locuſtarum innumeram multitudinem: contra quas beſtiolas nequaquam ſolæ Apes ſe opponere valent. Non ergo frigorã ita horrent, vt eorum cauſa loca fugiant, vt Herodotus credidit. Moſcouitæ Apes etiam tam numerosè alunt, vt mel & cera, quę colligunt, in viliſſimo apud ipſos pretio habeantur. Podolia Moldauiæ, & Valachiæ conterminia mellis quoque feraciſſima eſt, ſed examina Apum non ſolùm in melleficijs, & arboribus cauatis mellificant, ſed in ripis etiam, & ſponte in terra mella reponunt. Contingitque ſæpenumero, vt examina Apum ſuperuenientia, & priores Apes exterminantia, ruricolæ aduolantia agmina Apum trucident, aut in aquis mergant, vt, quæ præfuerunt, hæreditariè mellificarent, & manerent. [o] Olaus Magnus rationem tanti prouentus reddens, in Podolia, inquit, Regi Polo- „ niæ ſubiecta, Apes propter paſcuorum vbertatem, odorem ſuauem, florem abundantem, „ ac ſaporem iucundum, maximas ſiccarum terrarum foueas fauis melle plenis replent, ita „ vt immanes vrſi in tales foueas cadentes ob nimium mel deuoratum ſuffocentur. Sed Scy- „ thę, quos ob immane quo affliguntur frigus, gelidos [p] Horatius, ipſam verò regionem, H [q] Ouidius glacialem vocat, fœcundè ſatis Apes alunt, tantùm abeſt, vt frigidas regiones fugiant, vt meminit [r] Aelianus his verbis: Et memini quendam litteris mandaſſe, Apiculas „ etiam in Scythia nihil offendi frigore; & Scythas mel non externum, ſed vernaculum, & indigenas fauos venum portare ad Myſos. Denique antè diximus totum Septentrionalem tractum mirè melliferum eſſe, & ex melle mulſum facere pro ſuo potu. Eſt inter [s] Ambroſij Leonis Nolani problemata, etiam & hoc, cur apud Sarmatas Apum examina, & magna, & frequentia ſunt. In qua, inquit, regione quòd vino carent, melle abundant, populi omnes mulſam bibunt. In Africa verò minima eſt Apum conſuetudo. An quia Sarmatæ ſyluas immenſas præſertim pinearum poſſident. Pinus autem perpetua fronde eſt, ac tepidum quoddam ſpirat aſſiduè: coma celſa, ac ramis patulis pollet: quamobrem ingentem perpetuamque circa ſe vmbram parit: Idcirco Apes æſtate ſub vmbra volant, pabulanturque omnino, ex ardore Solis illæſæ, hyeme tegmine pinorum,

[l] *Lib. 4.*
[m] *Lib. 5.*
[n] *Lib. 22. cap. 3.*
Regiones frigidas Apibus abũdare.
Apes vbi non ſint.
Moſcouia.
Podolia.
[o] *Lib. 22. cap 19.*
Scythia.
[p] *L. 4. Car.*
[q] *Li. 8. Metam.*
[r] *Li. 3. c. 53.*
[s] *Probl. 180*
Sarmatæ cur Apibus abundent.
Pinum cur amẽt Apes.

atque

A atque tempore assiduo, à frigore defenduntur. Florum, quin etiam & pomorum magna copia præsto est. Fontium quoque, & fluminum, ac riuulorum mira frequentia; quibus omnibus gaudent Apes. In Africa verò, & solis ardores nimij sunt, & arborum, & fructuum paucitas. Flores quoque sicubi frequentes habeantur, breui defloresc unt, nam à calore aëris nimio absumuntur: fontes, ac lacus, & fluuij rarissimi. Quo fit, vt deficientibus ijs, quæ Apibus sunt necessaria, necesse est, & Apes abesse. Nam in Germania, Gallia, Britannia, Italia, ac cęteris locis, in quibus arborum, aquarum, pomorum raritas est, Apes aut nullas, aut perpaucas inueniri: in quibus verò locis horum copiam natura esse contigit: in hisce quoque frequentissimas Apes oriri, ac viuere compertum est. Hucusq; Leo, qui tamen Italiam omninò non alere Apes non asserit. nam & [t] ipse Gecalę vulgo vocatæ collem in agro Nolano, certam atque optatam Apum mansionem esse tradidit, propter miram eius feracitatem. Ibi enim Bacchi vis maxima. Oleæ nusquam generosior liquor, pomorum, vt omnia genera, ita nullis secunda: æstate aura perpetua, hyeme apricitas maxima: niues, aut gelu, aut pruinas nescit: quamobrem fructus, & flores præcoces quamplurimi in eo proueniunt: alij contra serotini vsque ad hyemem in arboribus integerrimi pulcherri-

B miúque conseruantur. Citreorum item omnis varietas, pinus, cupressus, myrtus, rosmarinus, atque complures frutices nusquam frondem linquentes: medicarum, odoratarumque herbarum ingens numerus. Calabria quoque gratissimis Apibus, & floribus abundat. Hinc dicebat [u] Horatius:

*Quanquam nec Calabræ mella ferant Apes.*

Cyrnus insula siue Corsica, vt in Titulo Latrones, prædones legitur, melle abundat, quòd alij laudant, alij ceu pessimum, & noxium reijciendum volunt. Inter laudantes est Athenæus, qui Corsicæ incolas ideo longæuos esse tradit, quòd mellis cibo, quo plurimùm abundant, vtantur assiduè. Contrà [x] Ouidius, quia mel eius insulæ ob taxi copiam venenatum sit, dicebat:

*Mella sub infami Corsica mittit Apis.*

Præterea Seruius Grammaticus Corsicana mella amara esse scribit, explicans illud [y] Virgilij:

*—— Hinc cæli tempore certo*
*Dulcia mella premes.*

C Meminit & [z] Martialis dum canit:

*Pastheno uiolas, & cana ligustra colono*
*Hyblæis Apibus Corsica mella dabat.*

Apes multas alunt Iucatan incolæ, quocirca maxima ibi est mellis copia, atque ceræ, sed eius vsum ad luminaria ignorabant, donec nostri monstrarent. Goa denique ab Apum copia celebratur, dicunturque ibi etiam Apes annuos prouentus eosque ingentes ei Vrbi reddere. Contrà in Insulis nouæ Hispaniæ Apes nullæ sunt. Idem de Scotia tradit [a] Isidorus, & longè ante illum [b] Solinus his verbis: Apis in Scotia nusquam. Aduectum inde

„ puluerem seu lapillos si quis alibi sparserit inter aluearia, examina fauos deserunt. Idem de Hybernia nonnulli scripsere, sed falsò, nam [c] Polydorus Virgilius Apes ibi passim reperiri testatur. [d] Aristoteles Insecta omnia hyeme latere ait: sed alia alijs diutiùs, quàm diu algor vehemens, vt Apes: nam & ipsæ, inquit, cessant, & latent. Cuius rei argumentum est, quòd minimum cibum sibi appositum gustare videntur, & si qua erepserit ieiuna spectatur, ventre translucente nulloq; penitus contento, quod manifestum sit. Quiescunt ab occasu Vergiliarum, vsque ad uer. Conduntur autem quæq; locis apricis abdita, & vbi

D cubile constituere tutiùs solent. Quem locum [e] Plinius sic repetit: Hyeme Apes condun-

„ tur. Vnde enim ad pruinas, niuesq;, & Aquilonum flatus perferendos vires? Sanè & Insecta omnia: sed minus diu, quæ parietibus nostris occultata maturè tepefiunt. Circa Apes,

„ aut temporum locorumúe ratio mutata est, aut errauerunt priores. Conduntur à Vergiliarum occasu, & latent vltra exortum: adeò non ad Veris initium, vt dixêre, nec vt quisquam

„ in Italia de alueis existimat. Ante fabas florentes non exeunt ad opera, & labores. Si itaque lateant, & condantur, cur [f] Aristoteles omnibus anni temporibus apparere dixit? Ita sanè in opere Lugduni impresso legitur: sed Græcè ἄπυς legitur, quæ est hirundinis species.

Africa cur paucas alat Apes.

[t] *Lib. 2. de Nola. c. 5.* Gecalæ mõtis fertilitas.

Calabria.

[u] *Li. 3. Car.*

Corsica quale mel ferat.

[x] *Eleg. 1.*

[y] *L. 4. Geor.*

[z] *Li. 9. Epigram.*

Iucatan regio.

Goa.

Apes vbi non sint.

[a] *Lib. 14. cap. 6.*

[b] *Cap. 24. Polyb.*

[c] *Lib. 13. Hist. Angl.*

[d] *Li. 8. Hist. cap. 14.*

[e] *Lib. 11. cap. 6.*

[f] *Li. 1. Hist. cap. 1.*

E

# ODORATVS. MEMORIA. VISVS. AVDITVS.

[a] *Li.4.Hiſt. cap.8.* Odoratu valere.

[a] ARISTOTELES Apes odoratu plurimùm valere, vel inde conſtare exiſtimauit, quòd mel è longinquo ſentiant. Mel, inquit, Apes procul ſentiunt, quòd niſi odore agnoſcerent, nunquam è longinquo ſentirent. Conſpicimus ſanè Apes in medijs etiam vrbibus ad officinas Pharmacopolarum, aliorumq; mella venditantium ex agris mellis odore illectas, numerosè aduolare, reuolareq; ad alueos ſuos melle onuſtas, aut cera. Sagacis huiuſce Apum odoratus [b] Lucretius quoq; meminit, dum ait:

[b] *Lib. 4. de nat rer.*

*——Ideoq; per auras*
*Mellis Apes quamuis longè ducuntur odore.*

[c] *Lib. 20. Ant. lect. cap.8.* Quæ animantia memoria valeant.

Memoriam verò huiuſce Inſecti celebrat [c] Cælius his verbis: Inter animantes verò memoriæ facultate pollent in primis, quibus expurgatior, abſolutiorq; imaginatio eſt, cuiuſmodi pernoſcuntur Apes, & Columbæ. Obliuioni autem obnoxiæ, quibus vis ea offenſior, turbulentiorq; eſt: ſicuti vſu venire vermibus liquet, ac Muſcis: Siquidem in ea parte animi ſtatuenda memoria eſt, in qua imaginationis potentia viget. De viſu obſcurè admodum [d] Ariſtoteles, Apes, inquit, præcipuè quieſcunt noctu, & conticeſcunt, vt nullus omnino bombus ſentiatur. Conſtat hoc idem, vel argumento eorum, quæ maximè in conſpectu noſtro, & intra noſtros parietes verſantur. Non enim modò, quia clarè non videant, idcirco noctu quieſcunt (nam omnia quibus oculi duri, exiliter vident,) ſed etiam ad lucernarum lucem nihilominus quieſcere videntur. Hæc ille, hoc ſaltem innuens, Apibus, quia vt cætera Inſecta habeant duros oculos, hebetē viſuu eſſe: idq; ego facilè mihi perſuadeo: ſiquidem ſi procul cernerent, non tam facilis Hirundinibus, ac Meropi præda forent. Quòd ad auditum attinet. D. Thomas, vt Apes oſtenderet animalia indiſciplinabilia eſſe, id eo argumento affirmat, quia carent auditu, Quæ enim naturaliter ſurda ſunt, diſciplinam non admittunt. Sed verba eius adijciam. Apes, inquit, audire non poſſunt: carent ergo auditu ex Ariſtotele primo Phyſicorum, licet memoriam habeant, & licet prudentiam habere poſſint, nō tamen ſunt diſciplinabilia, vt licet alterius inſtructione poſſint aſſueſcere ad aliquid faciendum, vel vitandum. Huius enim inſtructio præcipuè recipitur per auditum, vnde dicit in lib. de ſenſ. & ſenſato, quòd auditus eſt ſenſus diſciplinæ, & licet auditum non habeant, non repugnat tamen, quòd ſonis quibuſdam exterreantur, nam ſicut ſonus vehemens occidit animal, & ſcindit lignum, vt in tonitru patet non propter ſonum, ſed ob commotionem aëris vehementem in quo eſt ſonus: Ita animalia, quæ auditu carent, iuditium de ſono non habendo poſſunt per ſonos aërios exterreri. [e] Plinius tamen auditum tribuit, quoniam plauſu æris gaudeant.

Viſus.

[d] *Li.4.Hiſt. cap.10.*

Auditu carere.

[e] *Lib. 11. cap.20.*

# VOLATVS.

[a] *Li.4.Hiſt. cap.9.* Cur non recta via volent. Vaginipēna ut uolent.

APES & reliqua ijs ſimilia Inſecta, cùm volant, ſeſe teſte [a] Ariſtotele attollunt, atque contrahunt. Cur verò non rectà volent vna ratio eſt, quia cauda deſtitutæ ſunt, quare, & parum in volatu perſeuerant, aut in aëre dimorantur: præſtant tamen hac in parte vaginipennis, quæ cùm pinnas proportione exiguas habeant, non ſolùm non rectà procedunt, verùm & breuiſſimum volatum exercent.

A

# SONVS.

SONVM non vocem edere Insectorum omne genus antea asseruimus, huncq; sonum esse attritum quendam interioris spiritus. Apes βομβῶσι, & bombilare dicuntur, & bombissare: & earum sonus ζιγγος & βόμβος, appellatur, Latinis murmur, & susurrus, quam postremam vocem Hetrusci reseruarunt, Susurro vocantes, vnde Sanazarus *Le solicite Api con suaue susurro, volano intorno à i fonti*. Adeo autem familiaris ipsis iste susurrus est, vt silentium earum habeatur pro miraculo. Vnde Pontanus Perinelli insignis musici cantum laudaturus, etiam arbores, & Apes inter auscultandum, neque sibila, neque susurros edidisse canit:

Sonus Insectorum quid.

Apum silentium pro miraculo.

*Sibilaq; arboribus desunt, & murmura riuis,*
*Destituit tacitas ipse susurrus Apes.*

B Meminit huius strepitus Apum etiam [a] Q. Calaber, Græcos inquiens inuasuros Troianorum vrbem, tot fuisse, & tantos edidisse clamores, vt circum aluearea Apes perstrepunt. Didymus referente [b] Constantino Cæsare Apes modulari optimum, ac suauissimum cantum ait; ideoq; pastores ipsas dispersas, cymbalis pulsatis, aut aliàs manuum concinno plausu congregare, quod falsum est: non enim audiunt Apes, sed propter aëris commotionem, in quo sonus est, remorantur, vt ex D. Thoma suprà ostendimus. Præterea nemo Apum susurrum modulationem vocauerit. Apes enim murmur, edunt, Cicadæ verò teste [c] Aristotele canere dicuntur.

[a] *Lib.* 11.

[b] *Lib.* 15. *cap.* 3.

[c] *Li.* 4. *Hist. cap.* 9.

# ÆTAS.

C VITAM Apum sex annorum esse tradidit [a] Aristoteles, nonnullas verò septem posse complere: item quòd si examen nouem, aut decem annos durauerit, prosperè cum eo actum existimari. Alueos nunquam vltra decem annos durasse [b] Plinius scribit, nec vllum examen hanc ætatem posse excedere, quamuis in demortuarum locum aliæ substituantur quotannis. Nam ferè decimo ab internecione anno, gens vniuersa, vt ait [c] Columella, totius aluei consumitur. Itaq; ne hoc in toto apiario fiat, semper propaganda erit soboles. Virgilius Aristotelem, vt apparet, secutus, septimum annum non superare ait, canens:

[a] *Li.* 5. *Hist. cap.* 22.

Quot annos uiuãt.

[b] *Lib.* 11. *cap.* 20.

[c] *Lib.* 9. *c.* 3.

*Ergo ipsas quamuis angustus terminus aui*
*Excipiat (neq; enim plus septima ducitur aetas)*
*At genus immortale manet, multosq; per annos*
*Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.*

[d] *Lib.* 7. *de varieta. rer. cap.* 28.

Contrà [d] Cardanus constare asserit robustiores Apes quandoq; ad duodecimum annum peruenire posse, sed examine in decimo absumpto etiam validiores, quæ tum etiam ob senium, inquit, sunt imbecilliores, inopia perire. Si itaque terminus æui vel sexto, vel septimo, decimoue, vel ad summum duodecimo anno circumscribatur, cur est, quòd [e] Plinius, vitam eis longissimam esse dixit? Est sanè longissima, si ad aliorum insectorum æuum conferatur. Quæcunq; enim sanguine carent, quia frigida sunt, teste Aristotele, nisi magnitu-
D dine sibi suffragentur, minus longæua sunt: non enim, inquit, pinguedinem neq; dulcorem habent. In animalium namq; genere pingue dulce est, & idcirco Apes, inquit, plerisq; maioribus animalibus diuturnioris sunt vitæ. Ad quem locum commentãs Nic. Leonicus: Hoc autem idcirco, inquit, quoniam id, quòd in illis sanguini proportione respondet, pingue est & dulce. Talis enim illarum est cibus. Porrò dulcedo omnis calida esse censetur. Calidum autem in pinguedine, & lentore diutiùs contineri, & præseruare potest. Iure igitur meritò tot annis viuunt, cùm ex melle progignantur, alanturq; tenuissima, pura atque concocta substantia: quòd item argumento esse potest quantum etiam humanæ vitæ producendæ prolongandæq; commodi atque auxilij diuinus iste liquor afferat.

[e] *Lib.* 11. *cap.* 20.

Cur longissimè uiuere dicantur. Apes cur longæuiores cæteris insectis.

E

# COITVS. INCVBATVS. GENERATIO.

[a] *Lib. 11. cap. 16.*

COETVS quonam modo progenerent Apes, magna, inquit [a] Plinius, inter eruditos, & ſubtilis quęſtio eſt. Apum enim coitus viſus eſt nunquam: plures exiſtimauere oportere confici floribus compoſitis aptè atque vtiliter. Aliqui coitu vnius, rex in quoq; appellatur examine. Hunc eſſe ſolùm marem, præcipua magnitudine, ne fatiſcat. Ideò fętum ſine eo non edit, Apeſq; reliquas, tanquam marem fęminas, comitari, non tanquam ducem: quam probabilem aliàs ſententiam Fucorum prouentus coarguit. Quæ enim ratio, vt idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios? Propior vero prior exiſtimatio fieret, ni rurſus alia difficultas occurreret. Quippe naſcuntur aliquando in extremis fauis Apes grandiores, quæ cęteras fugant. Oeſtrus vocatur hoc malum: quonam modo naſcens: ſi ipſæ fingunt? Quod certum eſt, Gallinarum modo incubant, &c. Ambiguitatem hanc, quæſtionemq; pluribus verbis explicat [b] Ariſtoteles, quæ nobis exactè Apum hiſtoriam tradere volentibus, nequaquam prętereunda ſunt. Apum, inquit, generatio magnam recipit ambiguitatem, & quęſtionem. Cùm enim in genere piſcium talis quędam ſit generatio nonnullorum, vt ſine coitu generent, hoc idem in Apibus euenire videtur, quòd ſenſus ratioq; apparens admoneat. Aut etiam aliunde portare fœtus eas neceſſe eſt, vt quidam, eumq; vel ſponte naſcentem, vel ab aliquo animali editum, aut ipſas generare, aut partim portare, partim generare. Nam id quoque aliqui dicunt, Fucorumq; fœtum tantùm portari opinantur. Item generare eos, aut per coitum, aut ſine coitu: & per coitum generare, aut ſingula genera per ſe, aut quodlibet vnum cętera, aut aliud cum alio iunctum: verbi gratia Apes ex Apibus coeuntibus inter ſe gigni, Fucos ex Fucis, Reges ex regibus, aut cętera omnia ex vno, vt ex ijs, qui reges, & duces vocantur, aut ex Fucis & Apibus. Sunt etiam qui Fucos mares eſſe, Apes fęminas arbitrantur; alij contrà Apes mares eſſe, Fucos fęminas opinantur. Quę omnia impoſſibilia ſunt ratiocinanti, partim ex ijs, quę Apibus priuatim eueniant: partim ex ijs, quę cum cęteris ſint animalibus communiora. Nam ſi non ipſę pariunt, ſed aliundè portant fœturam, oriri Apes oportet, etiam ſine vlla opera Apum, ſcilicet eo loco, de quo ſemen portetur. Cur etiam translato ſemine oriantur: manente ſuo loco non oriantur? prorſus oriri nihilominus conuenit, ſiue ſpontè in floribus ſemen id naſcitur, ſiue ab aliquo editur animali, quanquam non Apes, ſed illud animal gigni oportebit, quod ſemen generet. Adhęc mel portari ab Apibus rationis eſt: cibus eſt enim. Ad fœtum alienigenam deferre, abſurdè credideris. Nam cuius rei gratia, quęſo? quando omnis labor, qui prolis cauſa ſuſcipitur in ea, quę propria eſſe videtur. Nec verò Apes fœminas eſſe, Fucos mares ratio patitur. Arma enim ad pugnã, vireſq; exercendas nulli fęminæ à natura tribuuntur. Sunt autem Fuci inermes: carent enim aculeo. Apes omnes aculeo armantur: nec contradici ratione probabili poteſt Apes eſſe mares, Fucos fęminas. Mas enim nullus ſolet in prole elaborare, quod Apes faciunt omnino, cùm fœtus Fucorum gigni videatur, etiam cùm nullus eſt Fucus. Apum autem non gigni ſine regibus, & quidem ob eam rem fœtum Fucorum tantùm portari aliqui putant. Conſtat non per coitum gigni, vel ex alterutro genere ſecum coeunte, vel ex Apibus, & Fucis; portari etiam fœtum Fucorum tantùm cùm impoſſibile ſit, tum ratio aſpernatur, vt in genere earum toto talis affectio non eueniat. Quin etiam fieri non poteſt, vt ipſę Apes partim mares, partim fęminę ſint. In omnibus enim generibus mas à fęmina differt. Generarent etiam ſeipſę: at nullus earum cernitur fœtus, niſi duces adſint, Commune autem argumentum tam ad agendam viciſſim generationem, quàm ad eam, quàm Fuci efficiant, & ſiue ſeorſum, ſiue promiſcuè agi dicitur, quòd nullum eorum coire vnquam viſum ſit. At ſępenumerò eueniret, vt coitus cerneretur, ſi alterum mas, alterum fęmina in ijs eſſet. Reliquum eſt, vt ſi per coitum oriantur, Reges coeuntes inter ſe generent: At Fuci oriri cernuntur, etiam cùm nulli ſunt duces, quorum fœtum nec portare, neque parere Apes ſuo coitu poſſunt. Relinquitur itaque, vt piſcibus euenire videmus, Apes ſine coitu Fucos generent, & fęminę ſint, qua generant ratione: ſed habeant intra ſe, vt plantæ ſexum maris, & fœminę: quamobrem ijs datum eſt inſtrumentum ad pugnam. Nec fęmina appellandum eſt, in quo mas diſtinctus non eſt. Quod ſi in Fucis id euenire videtur, ortuſq; eorum exiſtit ſine coitu. Iam & Apibus, & Regibus eandem ſeruari rationem neceſſe eſt, vt

Ex rege nõ generari.

[b] *Lib. 3. de generat. Animal. c. 10.*

Piſces quidem ſine coitu generant.

Opinionũ varietas circa Apũ generationẽ.

Refutatio opinionũ.

Non oriri ex allato ſemine.

Apes non eſſe fœminas, nec Fucos mares.

Non gigni per coitũ.

Apes non eſſe partim fœminas, partim mares.

Reges non generare Apes.

Apes ſine coitu generare.

ſine

A sine coitu procreentur. Cæterùm si sine regibus gigni fœtus Apum videretur, Apes etiam sine coitu ex se generari necesse esset. Sed cùm hoc negent, qui in eorum animalium cura versantur, relinquitur, vt Reges ex se generent, & Apes. Itaque cum singulari quadam, peculiariq; natura genus sit Apum, ortus quoq; peculiaris meritò esse percipitur. Nã, vt Apes sine coitu generent, minus proprium est, cùm idem vel in alijs eueniat animalibus, ne idem procreent genus, proprium est: rubri enim generant rubros, & hiatulæ hiatulas. Causa est, quòd ipsę generantur, non vt Muscæ & reliqua id genus animalia: sed ex diuerso, tamen cognato genere prodeunt. Ex ducibus enim oriuntur. Quamobrem proportio quodammodo in eorum generatione seruatur. Duces etiam magnitudine Fucis, aculeo Apibus similes sunt. Apes igitur aculeo regibus assimilantur, Fuci magnitudine. Aliquid etiam discriminis inesse necesse est, nisi semper genus ex quouis idem gigni necesse sit: quod impossibile est. Ita enim genus totum duces essent. Apes itaq; viribus, & pariendi facultate similes ducibus sunt: Fuci magnitudine æmulantur: quòd si aculeum quoq; haberent, duces vtique essent. Sed nunc id ipsum ex proposita quæstione restat, & solutum iam est, quæ etiam superiùs dicta sunt, totam hanc soluunt quæstionem. Duces etiam ijdem similes sunt generi vtri-

B que, qua etiam aculeum gerunt, Apibus, qua magnitudine præstant, Fucis assimilantur. Sed Duces etiam ipsos ex aliquo gigni necesse est. Itaq; cùm nec ex Apibus, neq; ex Fucis creentur: ipsos se etiam generare necesse est. Cellulæ eorum nouissimæ construuntur, nec multæ numero. Itaq; euenit, vt Duces generent, & seipsos, & aliud genus quod Apum est: Apes aliud generent, id est, Fucos: ipsi verò Fuci non insuper generent, sed hoc ipsi priuentur. Cùm etiam semper, quod secundum naturam est, ordinem habeat: ideo Fucos ea quoq; facultate priuari, vt aliud generent, necesse est, & quidem ita hoc euenire videmus. Ipsi etiam generantur, nil verò aliud generant, sed in ternario numero finem generatio recipit. Atque adeò bene institutum est à natura, vt semper hęc genera seruentur, & nullum deficiat, quanquam non omnia generent. Ratione illud etiam euenit, vt annis prosperis copia mellis proueniat, & Fucorum: Imbribus verò crebris fœtus omninò superet: humor etiam facit plus excremẽti in corporibus ducum. Anni verò temperies facit hoc idem in Apibus: cùm enim corpore sint minore, temperiem magis desiderant. Rectè etiam reges intus manent immunes omni negotio necessario, quasi nati ad sobolis procreationem. Magnitudine item præstant, quasi ad prolem generandam corpus eorum sit institutum. Conuenit & Fucos ociosos

C inertesque esse, cùm nulla habeant arma, quibus de cibo possint dimicare, cùmque pigritia tarditateq; corporis degenerent, Apes medium inter reges & Fucos tenent. Ita enim & vtiles ad negotia, officiosæq; operariæ esse possunt, vtique & filios alant & parentes, quin & sequi suos reges, vt faciunt, cõsentaneum est rationi, qua generationem Apum à regibus proficisci statuimus. Nam si tale quid essent, ratione carerent ea, quę aguntur, in earum imperio: atq; etiam regibus concedere, nil laboris suscipere vt parentibus, Fucos verò castigare vt filios. Iustiùs enim filij castigantur, & quorum negotium nullum est. Apes autem multas à ducibus ipsis paucis generari, simile videtur Leonum generationi: qui cùm primùm quinq; numero genuerint, mox pauciores generant, postremò vnum, tum deindè nullum. Nam & Apum duces primùm multitudinem generant, mox sese paucos, atq; illarum fœtum minorem, suum verò auctiorem: quod enim eorum numero natura ademerat, id magnitudini addidit. Generatio Apum ita se habere videtur, tùm ratione, tùm etiam ijs, quæ in earum genere euenire visuntur: non tamen satis adhuc explorata, quæ eueniant, habemus. Quòd si quando satis cognita habebuntur, tunc sensui magis erit, quàm rationi credendum. Rationi etiam fides adhibenda est, si quæ demonstrantur, cõueniunt cum ijs, quę sensu percipiun-

D tur, rebus. Apes sine coitu generare, argumento illud etiam est, quòd fœtus exiguus admodum in cellulis faui cernitur, cùm Insecta, quæ per coitum oriuntur, coëant diu, pariant brevi, magnitudine ad speciem vermis. Quod ad generationem cognatorum ijs animaliũ pertinet, vt Crabronum, Vesparumque similis quodammodo ratio est: sed defuit his locuples naturæ dotatio meritò: nil enim (vt Apum genus) habent diuinitatis: generant quippè matrices vocatæ, primosque fauos confingunt: generatione verò coeundo inter se funguntur. Visus est enim sæpè eorum coitus: sed quotnam differentijs hæc genera inter se dissideant, aut cum Apibus, petendum est ex ijs, quæ per historias explicauimus. Hæc itaq; omnia Aristoteles. Et [c] rursus: De generatione Apum varia sententia est. Alij enim eas parere & coire negant, sed deportare fœturam existimant. Nec vnde portent, constat inter omnes: Sed alij ex flore cerinthi, alij ex flore arundinis, alij ex flore oleæ aiunt: argumentumq; afferunt, quòd cùm oliuarum prouentus sit largior, tunc plura examina prodeant. Sunt qui Fucorum quidem fœturam comportare ab aliquo ex ijs, quæ modò dixi, arbitrẽtur: sed Apum generi

ortum

Ortus peculiaris.

Vt inuicem similes.

Apes ut ducibus similes.

Duces vt Apibus & Fucis similes.

Duces unde gignantur.

Fucos non generare.

Copia mellis & Fucorũ quando.

Apes temperiem desiderant.

Reges cur immunes, & magni.

Apes cur Fucis, & Regib. minores.

Apũ generatio generationi Leonis cur similis.

Apes sine coitu generare.

Apũ generatio diuersa à cæteris faui ficis.

[c] *Lib. 5. Hist. cap. 21.*

Vnde fœturam portare dicãtur.

ortum præſtari à ducibus. Mirum autem hîc videtur, cur de hiſce opinionibus nihil iudicet E
Ariſtoteles, cùm tam exactè eaſdem, vti ex præcedentibus videre eſt, refellat: quare libros
[d] *Lib. 17. tract. 2. c. 2.* de generatione animalium, poſt eorundem hiſtoriam exaraſſe videri poſſit. [d] Albertus
quoque Apum generationis opiniones celebres quatuor eſſe tradit: primamq; eſſe, quòd
aliunde apportent ſemen, & fouendo ex illis Apes producant; quòd, inquit, falſum eſt,
Opiniones quatuor de Apum generatione. quia vel eſt ſemen Apum, vel non: ſi Apum, ergo generantur ex ſemine Apum, cùm tranſportatur, & cùm non tranſportatur, non generatur, quod videtur abſurdum, quia potiùs
ſemine in loco manente generatur animal, quàm ſi circumferatur: ſi non eſt ſemen Apum,
non eſt veriſimile laborare Apes circa ſemen aliorum, & cùm conſtet in Apibus eſſe ſexus
differentiam. Secunda eſt, quòd ſemen ex rege totum procedat, quod etiam falſum eſt,
tum propter eandem rationem, tum etiam quia hoc eſt irrationale, quòd Apes colligant ſemen aliorum. Tertia quòd fiat ſemen ex Apibus non habentibus aculeum, habentibus autem vtrumq; ſexum, quòd abſurdum eſt, eadem de Rege dicta ratione, quia Apes fœminæ non fouerent illud ſemen. Quarta eſt, quòd ex coitu κyricum (Fucos, niſi reges videtur intelligere) cum Apibus aculeatis, quòd non apparet: nunquam enim obſeruatum eſt,
Apes ſimul coire. Reſtat ergo, vt dicamus, quòd generantur ſine coitu, ſicut generantur F
[e] *Lib. 26. 9. Hiſt. cap. 40.* etiam piſces. Adducit autem plurima alia argumenta [e] Albertus, quæ qui volet per ſe legere poterit. Debeant ea nobis ſatisfacere, quæ ex [f] Ariſtotele paulò antè adduximus.
Addam tamen & hoc ex eodem Alberto, Apis, inquit, eſt vermis notus, cuius generatio eſt
ex ouis ſine ſemine ouali, eſt vermis, & ex vermibus in Apes mutatur, & rex Apum generaliter omnium Apum pater eſt, quia non inuenitur ſemen, niſi in domo ſua. Cogor præterea
[g] *Lib. 9. de ſubtil.* Cardani, & doctiſſimi [g] Scaligeri opinionem adiungere. Quærens ille, cur, cùm Formicæ,
Papiliones & Locuſtæ oua gignant, Apes gignere non poſſunt, cauſam eſſe ait, quòd cùm
Cardani opinio cur oua nõ gignant. illa pariunt, non volent, ſed formam retinent Erucæ aureliæúe, aut cum his commoriuntur, vt Bombyces, ac Locuſtæ. nam oua, inquit, in tam paruis animalibus volatui impedimento erant; igitur cùm Apes præſtaret ob egregiam vtilitatem viuaces eſſe, in ſeptimum
enim, aut octauum annum earum vita producitur, oua parere impoſſibile fuit. Sic ille, &
antea cùm de generatione earundem ex boue (de qua nos pòſt) ſcripſiſſet: Verùm de harum, inquit, generatione Ariſtoteles ſatis dubitat, conſtat tamen, nec mel, nec ceram alio
Ex melle generari. ex animali gigni potuiſſe. Nam mel neceſſariò ex humido tenui pinguiq;, roriq; mixto gigni oportuit. Animalia igitur parua, quæ inſiderent, volantia, quæ citò redirent, multa G
quæ colligerent, quòd minimum eſt, ſollicita quæ opus celeriter implerent, eſſe debuerant. At talia oua incubare non poterant: gignuntur igitur è melle Apes. Hæc omnia
[h] *Exercit. 191. 2.* Cardanus, aduerſus quem hoc exercitium ſcripſit [h] Scaliger. Apibus, inquis, non ſunt oua
ſed ex melle naſcuntur. Ecce quàm verum eſt, quòd ſuprà dicebamus: non ex ſolani pu- „
trefactione vermes naſci. Quando Apes ex mellis parte optima, non ex putrefacta. Quòd „
Vt ex melle generentur. quemadmodum fieri queat, à plebeijs ingenijs capi difficile eſt. Non enim è melle, quatenus mel eſt, fieri poteſt generatio. Eſſet enim ſemen Apis. Hoc autem falſum eſt. Neq; „
ſicuti dicebamus, è melle putrefacto. Quippe non putrefit, ſed prohibet putrefactionem. „
Atquis intus obſeruauit, Apeſné vocant, an coitus expertes ſint? Quòd ſi vt pudoris ple- „
niſſimus, Parthenias eis adimas Venerem, haud continuo tamen auferas appetitum propa- „
Erythrinorum ſexus. Anguillæ ſexꝰ & purpurę. gationis. Itaque ſicut in Erythrinis ſexus altera pars ſola eſt, quæ in ſeſe oua concipiat ſine „
mari: in quibuſdam nullus, ut Anguillis, & purpuris, è quarum ſaliua, non è coitu purpu- „
rillæ ſuboriuntur: Ita Apes genitale quiddam, in cellis ponere par eſt; è quo Apiculæ pro- „
gignantur. Quid mirum? Nonne è roribus vermiculos creari dicebamus in folijs? Quan- „
Scaligeri opinio circa Apum generationem. to commodiùs lectus ros ille, atque fotus calore parentis genitali, tanquam ab architecto H
in ſchadonem animabitur? Nonne & ranis pluere vidimus nos? Quas qui è lacunis à „
nubibus hauſtas arbitrantur, non videre, quod vidimus nos: complutam terram ſola aqua „
Ranis pluiſſe. ſine ranis, Gyrinulis tamen poſt ſemihoram ſcatere totam. Eſt in Santonibus oppidum „
Mirambellum: cuius viæ, & angiportus ranarum (alij Bufones fuiſſe dicunt) pluuia tam re- „
Ranarum generatio ex putri. ferti fuere, vt primùm horror perculſerit oppidanos, deinde ſtupor ceperit, tum faſtidium „
ex illuuie: poſtremò lues ex odore malo putrefactorum. Quod ſubdis: Apibus oua ſimul „
habere in vtero, ſimul in opere continuo eſſe, non licere: propterea, quòd neq; Bombyci- „
bus, neque Locuſtis, quandiu volant, oua nulla ſint, nihil prorſus eſt. Nihil autem eſſe, ſo- F
lis liquet exercitatis in natura rerum. Itaque duo tibi, etiam ſapientibus ignota, declarabo. „
Cicindulæ coitus & generatio ſubitanea. Primùm ſcito: Cicindulam à me cum ſuo mari deprehenſam in coitu. Mas ne contactus, „
quidem abſtitit. In pertuſa pyxidi condidi, fuêre totam noctem, Poſtridie adhuc hærebat „
mas. In meridie ſolutus obijt. Ab ea hora ſub veſperam vſq; oua multa edidit fæmella, „

quæ

A quæ intra viginti horas viuificata abierunt. Sic momento eduntur Insectorum oua, atque
» perficiuntur. Quod & [i] Philosophus docebat: De Insectis loquens ait: Συμπλέκεται μὲν
» πολὺν χρόνον· διαλυθέντα δὲ τίκτει ταχέως. Apes igitur pauculis horis coire possunt: dein-
» de illico parere. Alterum exemplum. Tyro cùm essem, è grandioribus Muscis vnam albis
» pictam lineis specie illectus cepi. Ea in vola manus aliquandiu retenta, plusculos edidit
» vermiculos candidos, mobilitate propria insignes. Quocirca, vt illa vermes, ita Apes quoq;
» oua etiam inter volandum gestare valeant. Quid enim prohibere dicas? Bestiolæ paruitatẽ?
» Ridiculum. Ouorum enim proportio respondet corpori. Quæ Hirundini (æquè enim sedu-
» litas, & volatus penè perpetuus ei est) cum suis ouis inchoatis ratio, & lex magnitudinis, qua
» re non & alijs? Nam quod ais, Apes esse in continuo opere: id quoq; falsum est. Perfecto
» enim melle quiescunt: ac desides partis opibus fruuntur. Quo etiã tempore soboles generan-
tur. Hæc itaq; Scaligeri opinio est. Quam qui volet, amplectatur, sicuti de cæteris omnibus
suum cuiq; relinquimus iudicium: nos interim pergamus. Aristoteles author est minus fœ-
tificare (non enim ampliùs quærimus quo modo fœtificent) si ver serotinum fit, aut squallor,
aut rubigo inciderit. Dixit [k] item Schadones (sobolem dico) optimas fieri cùm mellificatur,
B fœtuq; posito incubare auiũ more: excluſum autem inde vermiculum, dum paruus est, iacere
in fauo obliquum, post deinde sua seipsum facultate erigere, cibumq; capere, & fauo ita ad-
hærere, vt retineri videatur. Fœtum Apum, & Fucorum candidum esse, & ex eo vermicu-
los fieri, qui in Apes Fucosq; transeant. Primordium Regum colore cerni fuluo, corpulen-
tia mellis crassioris, magnitudine illico proxima suæ futurę soboli: Nec primùm ex eo ver-
miculum gigni, sed statim Apem, vt ferunt. Qua autem parte fœtus constitutus sit, mel ibi
è regione confici. Schadones, si fœtus oppressus intercipiatur, truncatas sine pennis, &
cruribus prodire. Sed si liberè ad finem generationis venerunt, rupta qua cinguntur, mem-
brana euolare. Stercus, quamdiu fit vermis, emittere, postmodum non, nisi perfectè pro-
dierint. Dixerat [l] etiam antè Apum vermes, quamdiu recentes sunt, & aluntur, tantisper,
& stercus emittere videri, at cùm formæ lineamenta receperint, sub qua facie Nymphæ ap-
pellantur, iam neque cibum præterea capere, neque vllum reddere alui excrementum: sed
coercitos & contractos quiescere, nec vllo pacto mouere se pati vsq; dum species destinata
perficiatur, quo facto euolare prolem, rupto, quo continebatur, folliculo. Dixit [m] item om-
nium Insectorum vermiculos, vbi suæ magnitudinis finem receperint, quasi ouum effici. In-
C durescere enim putamen eorum, & tantisper immotam reddi, hoc autem in vermiculis Apũ,
& Vesparum, atq; etiam in Erucis apertum esse. Cuius rei, inquit, causa, quòd natura præ
sua imperfectione quasi maturans, antequàm tempestiuum sit ouum, pariat, tanquam hîc
Vermis ad incrementum oui mollis adhuc pergat. Hoc eodem modo in cæteris quoq; eue-
nire addit omnibus, quæ sine coitu oriuntur, vel in lanis, vel alijs huiusmodi, atque etiam
in aquis. Omnia enim post vermis naturam motu cessare, & putamine obarescere; mox ru-
pto putamine exire, veluti ex ouo animal, tertia perfectum generatione, idq; pennatum ma-
gna ex parte. Ratione autem illud etiam euenire, quòd iure multi admirentur. Erucæ enim,
inquit, cùm primo capiant cibum, mox non capiunt, sed motu cessant, quæ per id tempus
Aureliæ à nonnullis vocantur. Vesparum etiam vermiculis, & Apum idem accidit. Post
deinde quæ Nymphæ appellantur, proueniunt, quæ nihil huiusmodi habeant. Ouorum
enim natura adepta suum finem, non insuper accrescit, sed antè augetur, & alitur, donec
distinguatur, & fiat ouum perfectum. Vermium autem alij hoc intra se habent, vnde ex-
crementum ipsis nutriendis accedat, vt vermes Apum, & Vesparum: alij de foris capiunt,
vt Erucæ, & cęterorum nonnulli vermium. Sic ille: quo pariter [n] testante Apes incubant suis
D fauis, & concoquunt, quòd nisi fecerint vitiari ex aranea fauos Aiunt. Quòd si de cętero se
continere potuerint, vt incubitu perseuerent, partis quasi abortus fit: sin minus toti pereunt
faui. Gignunturq; in ijs, quæ vitiantur, vermiculi, qui mox pennis enatis euolant. Idem
[o] Aristoteles cùm Reges dixisset à nonnullis matres appellari, vtpote originis authores; cę-
teræ, inquit, in concauis imisq; fauorum proueniunt. Duces subter ad fauum pendentes
oriuntur separatim sex, aut septem, contrà quam cæteræ turmæ fœturæ, adhærentes. [p] Fu-
ci seorsum gigni dicuntur, si dux viuit, sed si obijt, in Apum loculamentis oriri ex ipsis Api-
bus, atque hos fieri animosiores, quocirca aculeatos vocari, quamuis aculeo careant: animo
namq; feriendi, non potestate, nomen hoc meruerunt. Monstra verò non generant Apes,
quia discretis cellulis partus earum continetur, quod quoq; idem [q] philosophus prodidit.
Sed quot diebus incubent, nondum dictum est. [r] Plinius, fœtum intra quadragesimum
quintum diem peragi scripsit: dein quòd paulò antè de abortu ex Aristotele diximus, repe-
tit his verbis: Fit in fauis quibusdam, qui vocatur Clerus (κληρὸς vermiculus in aluearis
pauimento

[i] *Lib. 1. de generat. cap. vltim.*
Muscæ subitaneus partus.
Apes oua gerere posse.
Apes non esse in continuo opere.
Quando minus fœtificent.
[k] *Li. 5. Hist. cap. 22.*
Vt incubẽt.
Apum & Fucorum fœtus.
Regũ primordium.
Quandofinc pedibus prodeat fœtus.
[l] *Li. 5. Hist. cap. 19.*
Quamdiu stercus emittant.
[m] *L. 3. de generat. c. 9.*
Cur putamen indurescat.
Erucarum generatio.
Aurelia quid.
Nympha quid.
[n] *Li 9. Hist. cap. 40.*
Incubatus vt necessarius.
[o] *Cap. 21.*
[p] *Li. 9. Hist. cap. 40.*
Mõstra cur non generent.
[q] *Lib. 4. de gener. c. 4.*
[r] *L. 11. c. 16.*
Cler⁹ quid.

pauimento naſcens, quo creſcente alueus totus aranea obducitur, & fauus putreſcit, vt Ariſtoteles ait) amaræ duritiæ ceræ: cùm fœtum inde non eduxêre, morbo aut ignauia, aut infœcunditate naturali. Hîc eſt abortus Apum. Id quòd excluſum eſt primùm vermiculus videtur, candidus, iacens tranſuerſus, adhæreſcensq; ita, vt paſcere videatur. Rex ſtatim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, ſed ſtatim penniger. Cætera turba cùm formam capere cœpit, Nymphæ vocantur, vt Fuci, Sirenes aut Cephenes (alij legunt, vt Sirenes Fuci, quos Cephenas vocant ἀπὸ τῆ σήψεσθαι, quòd intra membranam contracti, & curuati iaceant. Nymphæ autem ſunt Apum, Veſparum, Crabronum: Sirenes Fucorum) Si quis alterius capita demat, priùs quàm pennas habeant, pro gratiſſimo ſunt pabulo matribus. Tempore procedente inſtillant cibos, atque incubant, maximè murmurantes, caloris, vt putant, faciendi gratia, neceſſarij excludendis pullis, donec ruptis membranis, quæ ſingulos cingunt, ouorum modo vniuerſum agmen emergat. Spectatum hoc Romæ conſularis cuiuſdam ſuburbano alueis cornu laternæ tranſlucido factis. Hæc omnia Plinius: Scribit[s] Albertus Apes toto eo tempore, quo nutriunt pullos, tantùmmodò horum curam habere, nec aliud operari. Sed mirum videtur, neutrum horum meminiſſe, quòd ſine pedibus naſcantur, cùm præter[t] Virgilium, vt mox patebit, nulli non alij quoq; ſcriptores meminerint. Ac natura quidem, inquit, *Lucianus, cùm informe fermè animal compararet, & pedum, & manuum, & pennarum expers, pedes ſubijciens, atque adhibens pennas, ſed & varietate quadam multiplicium variorumq; colorum exornans, Apem effinxit ſapientem diuini mellis effectricem. Et[u] Ouidius meminit dum canit:

*Nonne vides, quos cera tegit ſexangula fœtus,*
*Melliferarum Apium ſine membris corpora naſci,*
*Et ſeroſq; pedes, ſeraſq; aſſumere pennas.*

Σμηνουργεῖσθαι dicuntur Apes, cùm fœtificant, & ſua examina ponunt. Fœtura νεόττια, νέοττος & nympha, vt diximus, vocatur, Fucos aiunt fœtu Apes adiuuare: his nempe ad paſtum abeuntibus, incubare, & ſuo quoq; calore fouere. Mirum inſuper cur Ariſtoteles è boue naſci etiam non ſcripſerit, quin neſcierit. nam Plinius Virgilium citat, non Ariſtotelem. Bos enim mortuus, generoſa quædam res, & dignitatis plena exiſtimanda eſt, quòd Apes ex illius animantis reliquijs enaſcantur, animalia operoſiſſima, & mellis fructum vtiliſſimũ ſuauiſſimumq; homini comparantia. Vnde Varro, partim, inquit, naſcuntur ex Apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in Epigrammate ait eas eſſe

βοὸς φθινομένης πεποίμενα τέκνα.

[x] Plinius cùm mortuas, ſi intra tectum hyeme ſeruentur, deinde ſole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, reuiuiſcere putari dixiſſet: in totum verò, inquit, amiſſas reparari ventribus bubulis recentibus cum ſimo obrutis: Virgilius iuuencorum corpore exanimato, ſicut Equorum Veſpas, atq; Crabrones, ſicut aſinorum Scarabeos mutante natura ex alijs, quædam in alia. In Aegypto loca quædam eſſe aiunt, vt *Antigonus quoque meminit, vbi ſi defodiatur taurus, ita vt cornua duntaxat ſupra terram emineant, eaq; deinde de terra amputentur, ferunt Apes euolare: putredine enim taurum in iſtud animalculum commutari. Si itaque eo modo Apes procreare volueris, Florentinus referente [y] Conſtantino Cęſare, iubet, vt domus tibi ſit alta decem cubitorum, latitudinis itidem cubitorum decem, & reliquis lateribus comparibus. Ingreſſus in illa formetur vnus, feneſtræ quatuor, ab vnoquoque latere vna. In hanc inducas bouem triginta menſium, carnoſum, valdè pinguem, faciasq; aſtare ipſi iuuenes multos, qui ipſum fortiter verberent, & fuſtibus cæſum occidant, ſimul cum carnibus ipſa etiam oſſa comminuentes, diligentem autem animaduerſionem habeant, ne quid bouis cruentent. Non enim ex ſanguine Apis generatur, & circa primas plagas non violenter in ipſum irruant. Statim verò obturetur omnis bouis meatus, linteolis puris, ac tenuibus pice tinctis, veluti ſunt oculi, nares, & os, & quæ à natura productæ ſunt partes ad euacuationem neceſſariam. Deinde thymo ſubſtrato multo, boueq; ſupino ſuper ipſum inclinato, domum egrediantur, & ſtatim ianuam, & feneſtras luto denſo oblinant, vt neque aëri, neque vento vllus aliquis ingreſſus, aut perſpiratio pateat. Tertia autem hebdommade vndiq; domum aperire oportet, & lumen, aëremq; durum admittere, præterquàm ex ea parte, vnde vehemens ventus procedit. Si enim ſic contigerit, ingreſſum qui ſecundum ventum ſitus eſt, clauſum relinquere oportet, & luto velut priùs oblinere. Vndecima deinde poſt hanc diem vbi aperueris, inuenies plenam Apibus racematim inter ſe coagmentatis, & ex boue reliqua cornua, & oſſa, ac pilos, & præterea nihil. Aiunt ex cerebro gigni Reges, ex carnibus verò alias Apes. Naſcitur autem, & ex medulla ſpinali Rex; præſtare tamen ex cerebro natos & magnitudine, & pulchritudine, & robore omnibus alijs traditur.

Abortus Apum qui dicatur.

Regis generatio.

Nympha ut à Sirene differat.

[s] *Li.8.tract.4.cap.80.*

Naſcuntur ſine pedibus.

[t] *Li.3. de re ruſt.16.*

*In Alcyone.

[u] *Lib.15. Metam.*

Σμηνουργεῖσθαι quid.

Apes ex boue putrefacto naſci.

[x] *Lib.11. cap.20.*

Vt mortuæ reuiuiſcãt.

*In mirabil. narrat.

Vt ex tauro Apes naſcũtur.

[y] *Lib.5.c.2.*

Regum ortus ex cerebro & medulla ſpinali bouis.

A traditur. Primam porrò mutationem, & transformationem carnium in animalia, & velut conceptum quendam, ac generationem inde cognoscis. Adaperta enim domo parua, & alba specie, inter seq; similia, & non perfecta, neque iam omnino animalia, circa vitulum multiplicata videbis, immobilia quidem omnia, paulatim verò augescentia. Videbis etiam alarum excretionem iam exarticulatam, videbisq; proprium colorem accipientes Apes circumsedentesq; Regem, & aduolantes. Verùm breuibus, & subtrementibus alis, propter insuetudinem volandi, & membrorum debilitatem. Assident autem fenestras impetuosè impellentes, & violantes se mutuò, ob desiderium lucis. Præstat tamen apertiones, & obturationes fenestrarum, velut dictum est, alternis diebus facere. Timor est enim ne aut Apũ naturam transmutent, aut oblongiorem stabuli conclusionem aëre priuatæ velut suffocatione pereant. Quæ fermè omnia his versibus complexus est poëtarum princeps Latinorum [z] Virgilius: [z] 4. Georg.

*Sed si quem proles subito defecerit omnis,*
*Nec genus vnde nouæ stirpis reuocetur, habebit,*
*Tempus & Arcadij memoranda inuenta Magistri*
B *Pandere, quoque modo cæsis iam sæpe iuuencis*
*Insyncerus Apes tulerit cruor: altius omnem*
*Expediam prima repetens ab origine famam.*
*Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi*
*Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,*
*Et circum pictis vehitur sua rura phaselis,*
*Quaq; pharetratæ vicinia Persidis vrget,*
*Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena,*
*Et diuersa ruens septem discurrit in ora.*
*Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis:*
*Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.*
*Exiguus primùm, atq; ipsos contractus ad vsus*
*Eligitur locus: hunc angustiq; imbrice tecti*
*Parietibusq; premunt arctis, & quattuor addunt,*
*Quattuor à ventis obliqua luce, fenestras.*
C *Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte*
*Quæritur: huic geminæ nares, & spiritus oris*
*Multa reluctanti obstruitur: plagisq; perempto*
*Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.*
*Sic positum inclauso linquunt, & ramea costis*
*Subijciunt fragmenta, thymum casiasq; recentes.*
*Hoc geritur, Zephyris primùm impellentibus undas,*
*Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, antè*
*Garrula quàm tignis nidum suspendat Hirundo.*
*Interea teneris tepefactus in ossibus humor*
*Aestuat, & visenda modis animalia miris,*
*Trunca pedum primò, mox & stridentia pennis*
*Miscentur, tenuemq; magis, magis ære carpunt.*
*Donec vt æstiuis effusus nubibus imber,*
*Erupere, aut vt neruo pulsante sagittæ,*
D *Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.*

Huc vsque Virgilius, inuentum hoc Arcadio magistro, nimirùm Aristæo tribuens, quem fama est Apum, & mellis vsum primùm inuenisse, sed cùm Nymphæ, vt in fabulis est, omnes eius Apes occidissent, oraculo Prothei edoctum ex mactatis tauris Apes suas recuperasse. Meminit eiusdem generationis [a] Ouidius, dum ait:

Aristæi inuentũ Apes ex bobus generare.

[a] *Lib. 15. Metamor.*

*Nonne vides quæcunq; mora fluidoq; calore*
*Corpora tabuerint, in parua animalia verti?*
*I quoque delectos, mactatos obrue tauros*
*(Cognita res vsu) de putri viscere passim*
*Florilegæ nascuntur Apes; quæ morte parentum*
*Rura colunt, operiq; fauent, in spemq; laborant.*

Cur verò ex bobus putrefactis generentur Apes, occulta ratio est vel [b] Galeno testante his verbis: Si quispiam verò à nobis rationes quærat, eamq; omnia à se ipsa doctam ex seseque discentem

[b] *Lib. An animal id sit quod in vtero continetur.*

diſcentem agere ſciat. Neque enim quo pacto vermes in plantis gignuntur, aut ex equis E
bobusq; Veſpæ, atque Apes, facilè nos dicere licet, verùm à natura ſimpliciter fiunt, nam „
neq; aues docet volare quiſpiam, neque nos intelligere, audire, videreq; Sed antequàm „
miræ huic generationi finem imponam, duo priùs mihi minimè tacenda ſunt, quòd in re
alioqui per ſe admiranda, aliud adhuc miraculum afferant. Quorum primùm huius gene-
*In Cleome na. rationis cognitione detegitur. Eſt autem hoc, quod refert * Plutarchus de ijs, qui Cleome-
Serpens ca- put Cleo- menis circumplicãs. nis corpus in crucem actum cuſtodiebant: Hos, ait, iuſtæ magnitudinis ſerpentem vidiſſe, qui caput eius circumplicaret, faciemq; operiret. Idq; ſuperſtitionem Ptolomæo inie-
Draconis in Homine generatio. ciſſe, quòd vir Dijs charus, & præſtantioris humana naturæ interfectus videbatur, tantiſper dum cum errorem doctiores minuerunt, docentes, inquit, putrefacto bouis cadauere Apes, equi Veſpas, aſini Scarabeos generari: in humano autem corpore confluente ſanie, quæ eſt circa medullam, & in vnum coaleſcente, angues naſci: id quòd intelligentes antiqui ex om-
[c] Lib. 1. de Sale. nibus animantibus draconem potiſſimùm heroi conſecrarùnt. Alterum eſt, quod in Fucis ſeſe obſeruaſſe ſcribit [c] Bernardinus Gomeſius Miedis Saguntinus his verbis: Verumtamẽ, quoniam falſum pulchro conſonat, haud inſulsè profectò me facturum putem, ſi hæc inter F
falſa, perpulchra quædam, fatisq; ſcitu digna permiſceam, de excellenti origine, primi-genioq; ortu Apum, quem à mortuo atq; putreſcenti boue duci poſſe, Maro, & Plinius con-firmant. Quæ planè ſtupendo quodam naturæ miraculo in ipſiſmet Fucis nuper vera eſſe deprehendi. Idq; Sagunti, dum ibidem animi recreandi gratia inter Apum aluearia verſa-rer, ac ſummopere mirarer inter ſingularia earum opera, in primis Fucorum obſequium, & benignitatem, tum in ipſis incluſum Apum ſeminarium; quod vnum me quidem in magnã admirationem traduxit. Referam enim rem nouam, inauditam, neque viſam hactenus, neq; ab vllo ſcriptore, quòd ſciam, memoriæ proditam. Nam cùm interim captus à me Fu-
Bouis caput in Fuco. cus, digitis atq; vngue medius premeretur, ſi fortè aliquid vice aculei emitteret: ecce ruptis viſceribus, atq; poſterioris partis pellicula, album, ſeu croceum caput bouis, expanſis & tortuoſis cornibus, roſtroq; adunco, affabrè formatum derepente emerſit. Quam rem ſum-mè qui aderant, admirantes, atq; idcirco id ipſum denuo experiri efflagitantes, alijs ſubin-de quinque Fucis à me, vt antea preſſis, totidem ſimiliter boum capita eruperunt. Natura
Natura quantam Apum curam gerat. quidem (cui meritò ſumma ineſt cura Apum) in hoc portento, ſeminalem ipſarum ratio-nem, atque vnde tandem amiſſæ inſtaurandæ ſint, per Fucos mirè oſtendente. Addo ego
[d] Li. 4. Phythog. cap. 3. poſtremùm ex [d] Io. Baptiſt. Porta, Naturam cùm Apum generationem cùm ex ſeipſis, tùm G
Orchidum uis ad fecũditatem. etiam ex bobus putrefactis feciſſet fœcundiſſimam, herbas quoq;, quæ illas floribus expri-munt, vt cynoſorchidis aliquot ſpecies, ad fœcunditatem plurimùm valere voluiſſe: qua-re & radices harum herbarum fecit ſpecie teſticulorum, à quibus Orchides appellari me-ruerunt.

# QVI PRIMVM APVM CVRAM HABVERINT.

[e] Lib. 2. cap. 12. Saturni Sacerdotes curplacentas muſſitarent. [f] Lib. 3. Faſtorum. [g] Lib. 4. cap. 17. Precationis principium Meliſſa. [h] Lib. 1. cap. 22. Iuppiter Meliſſæus cur dictus. [i] Lib. 24. Hebræi mellis inuẽtores.

[a] ALEXANDER ab Alexandro ſcribit mellis inuentionem à vetuſta-te Saturno tribui, ideoq; in eius ſacrificijs Sacerdotes ſiculneis frondibus ornatos fuiſſe, & placentas muſſitaſſe: ſed [f] Ouidius hoc inuentum Baccho aſcribit, inquiens:

*Liba Deo faciunt, ſuccis quia dulcibus idem* H
*Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.*

Gellius apud Plinium lib. 7. cap. 56. Soli Oceani filio mellis inuentionem aſſignat. Mellis quoque vſum inueniſſe Græci produnt nympharum vnam nomine Meliſſam (cuius inter æquiuoca quoq; mentio facta eſt) propagata inde Apibus nomenclatura. Geſtum id in Peloponneſo volunt. Meminit idem [g] Alexander his verbis: In Peleponneſo autem Me-liſſa nympha, quæ vſum mellis gentibus dedit, in omni præfatione ſacrorum, principium precationis fecit. Quam quidem precationem plerunq; ter repetebant, ſicut libationem. Hanc nympham fingunt vnà cum Amalthea ſorore Iouem infantem melle nutriuiſſe, vt [h] Lactantius Firmianus quoque meminit, vnde Iuppiter Meliſſæus appellatur. [i] Iuſtinus verò vſum mellis colligendi Gargori regi Curetum attribuit, qui in Hiſpania ſaltus Car-theſiorum incoluit. Sunt qui Hebræis potiùs hoc inuentum aſſignauerint; quoniam hi, te-ſte Ioſepho, & mortalium omnium primi paſtores fuerunt, & apud eos multò ante Ari-

ſtæum,

A ſtæum, qui & ipſe id inueniſſe dicitur, maximè quomodo ex boue reparentur, mellis vſus fuerat. Plurimi nihilominus Ariſtæum celebrant, atq; inter alios [k] Oppianus de eo dicebat: [k] Lib. 4.

*Primus Apes ex arboribus ſemouit, & arctis*
*Includens cellis, alucaria Dædala finxit.*

# OPTIMI MELLARII SIVE APIARII OFFICIVM.

B QVI Apum curam gerit, atque paſcit, & ſuo tempore earum alueos caſtrat, Latini Apiarium, mellarium, & paſtorem, item cuſtodem, & ſeruatorem, curatoremq; Apum dicunt, Græci μελισσόκομον & μελίτεργον. Dicitur & μελίσσοος πὰν in Epigrammatib. item μελισσεὺς, & μελισσοτρόφος: necnon σμηνοκόμος, qui examinum curam gerit, vt μελιττώδης, qui ad Apes accedit, & σμηνοδόχος, qui examina excipit. Mellarij autem officia recenſens M.[a] Varro, quatuor tantùm meminit, primò, vt verno tempore ter in menſe inſpiciat, fumigans leuiter eas, & à ſpurcitijs aluum purget, & Vermiculos, ſi qui ſint, eijciat; ſecundò, vt animaduertat, ne Reguli plures exiſtant: inutiles enim, inquit, fiunt propter ſeditiones; tertiò, vt ſanitatis ſigna obſeruet, quæ mox enumerabimus; quartò, vt ſi transferendæ ſint alui in alium locum, id diligenter faciat, & tempora quibus id potiſſimùm faciat, animaduertat, & loca, quò transferat, idonea prouideat. Plura documenta ſiue præcepta memoriæ prodidit exercitatiſſimus in re ruſtica Iunius Columella, quibus non nihil neoterici etiã addidêre. nos ex ijs omnia hoc ordine referemus, primò docentes, quales eſſe debeant aluei, & vnde conſtare: & quid circa eoſdem obſeruandum perito ſit mellario: quo loco dein ſint collocandi, & quid circa locum procurandum, item quæ loca fugienda: Apes quæ, & quando, & vbi emendæ: vt ſanæ ab ægrè hebentibus dignoſcantur: vt ſi ægras eſſe contingat, ad ſanitatem reducantur: quid circa Apum examina obſeruandum: vt paſcendæ: quę ſtirpes proſint, item quæ obſint: quibuſq; gaudeant: Deinde quid ſingulo anni menſe mellarius ſiue apiarius facere debeat: & cùm propter tempeſtatem exire non poſſunt: item vt C paucitas earum emendetur: vt pugnantes inter ſe cohibeantur: prętera alia quædam addam, quæ & ipſa peritum mellarium latere non debent. Alturus Apes vaſcula ſiue domicilia, in quibus Apes habitent, habere in primis debet, quę à ſcriptoribus rei ruſticæ Latinis aluei, alui & aluearia promiſcuè appellantur, Græcis σιμβλοὶ, σιμβλαὶ, & σιμβλὰ, item μελίσσια, Ariſtoteli etiam σμῆνοι, apud [b] Dioſcoridem σμήνια: appellantur & κυψέλα & κυψελαὶ in fœminino, vt Tzetzæ dum ait:

[a] Lib. 3. cap. 16. Mellarij officium ſecũdum Varronem.

Καὶ τὰ ἀγγῆα λέγονται τῶν μελισσῶν κυψέλαι,
Καὶ κύψελα δὲ πόλις περ ἀπό τινος κυψέλης,
Ἢ τὲ κυψέλας μελισσῶν εἶναι πολλὰς ἐχῶσε.
*Et vaſa dicuntur Apum cypſelæ,*
*Et Cypſela autem vrbs, à quodam Cypſelo,*
*Vel eo quod Cypſelæ Apum ſunt multæ illic.*

Aluearioru̇ ſynonyma.

[b] Li. 8. Chiliad. 178.

Cypſela quid, & vnde dicta.

Foramina introitusq; Cittari vocantur, aut faui ſecũdum Iulium Pollucem, & fiſtula σύριγξ. Cogitur autem mellearius omnino alueos habere, quia alioqui Apes ipſæ ſibi, vel lapides vel arbores cauas eligunt, & in ijs mellificant, vt ante alueorum inuentionem facere ſole- D bant. In Arborum cauis habitare meminit inter alios Heſiodus dum canit:

Cur alucaria neceſſaria.

—— Ὄρνεσι δὲ δρύς
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

hoc eſt. *In Montibus autem quercus*
*Summa quidem fert glandes, media verò Apes.*

In lapidibus habitare etiam ait Statius:

*Sic vbi pumiceo paſtor rapturus ab antro*
*Armatas exegit Apes.*

Meminere & alij plærique. Viſæ ſunt & ſub terra fauos poſuiſſe, vnde dicebat Virgilius:

*Sæpè etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris*
*Sub terra fodêre larem, penitusq; repertæ,*
*Pumicibusq; cauis, exeſæq; arboris antro.*

Nimirum ex Phocilide, apud quem hoc legimus: E

Κάμνει δ' ἠιροφοιτος ἀριζοπόνος τε μέλισσα
Ἠὲ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονακῆσιν,
Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος ἔνδοθι σίμβλων
Σμήνεσι μυριότητα κατ' ἄνθεα κηροδομέσα.
*Operatur quoq; aëria, optimeq; laborans Apis*
*Siue in cauæ petræ ſpecu, ſiue in arundinibus,*
*Siue etiam in antiquæ quercus cauitate, inter aluearia*
*In aluearibus infinitas ex floribus domos cereas extruens.*

Aluearia qualia eſſe debeant, & eorum diuerſitas.

Sed vt ad alueos reuertamur, de quibus primùm ſibi prouidere debet bonus Apiarius, hi diuerſis conficiuntur modis, nimirum pro regionum locorumq; conſuetudine, & oportunitate. Callere tamen debet, quales commodiores Apibuſque conuenientiores, & ad mel colligendum aptiores ſint: alij enim rotundos faciunt, alij quadratos, alij oblongos pedes circiter ternos, latos vnum: alij aliter. Sed vt exigui nimis reijciuntur, ita quoque nimis magni minimè probantur, quia videlicet Apes in loco vaſto, & inani animum deſpondent. Florentinus præcipit, vt latitudo cubitalis ſit, longitudo duorum cubitorum. [c] Petrus Creſcentienſis à perito mellario didicit quadratos rotundis longè præferri. Bonitas eorundem etiam ex materia, qua fiunt, dependet. [d] Columella ex corticibus ſuberis, ſi regio in qua mellarius habitat, eius arboris ſit ferax, haud dubitanter vtiliſſimos fieri ait, quia nec hyeme rigent, nec candent æſtate: ſecundum laudat ferulas, quòd ijs quoque, cùm ſint naturæ corticis ſimiles, commodè vaſa texantur. Sed ſi neutrum adeſt, opere textorio ſalicibus, inquit, connectuntur: vel ſi nec hæc ſuppetent, ligno cauatæ arboris, aut in tabulas diſſectæ fabricari iubet. Deterrimam eſſe conditionem fictilium, quia & accendantur æſtatis vaporibus, & gelentur hyemis frigoribus. [e] Florentinus apud Conſtantinum Cæſarem aluearia optima eſſe ait ex tabulis oxæ nis, aut ſiculneis, ſimiliter ex pineis, aut fagineis. Fagineorum quoque meminit [f] Claudianus, cùm canit: F

[c] *Lib. 9. cap. 105.*
[d] *Lib. 9. c. 6.*
Cur ex corticibus ſuberis laudentur.
Cur fictilia reijciantur.
[e] *Li. 15. c. 2.*
[f] *Lib. 2. de rapt. Proſerpinæ.*

—— *Fagiq; cauo demiſſus ab aluo*
*Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.*

Idem Ilicem etiam plenam fauis paulò antè dixerat, ac ſi & huius arboris tabulæ Apibus promouendis ſint vtiliores, quàm aliæ, quòd quoque mihi Virgilius innuere videtur, hiſce verſibus: G

*Nec non torrentem nudam leuis innatat alnus*
*Miſſa Pado: nec non & Apes examina condunt,*
*Corticibusq; canis, vitioſaq; Ilicis aluo.*

Annotat etiam ex viminibus fieri & corticibus.

*Ipſa autem ſeu corticibus mihi ſuta cauatis,*
*Seu lento fuerint aluearia vimine texta.*

[g] *Lib. 1. de reme. Amo.*

Vimineorum quoq; meminit [g] Ouidius:

*Quid cùm ſuppoſitos fugiunt examina fumos*
*Vt releuent dempti vimina curua fani.*

[h] *Lib. 9. c. 6.*
Cur ex lateribus, & ex fimo non laudentur.

Reliqua modò alueorum genera duo eſſe exiſtimauit [h] Columella, vt vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur: quorum, inquit, alterum iure damnauit Celſus, quoniam maximè eſt ignibus obnoxium: alterum probauit, quamuis incommodum eius præcipuum non diſſimulauerit, quòd ſi res poſtulet, transferri non poſſit. Itaque non aſſentitur ei, qui putat nihilominus eius generis habendos eſſe aluos: neq; enim id ſolum repugnat rationibus domini, quòd immobiles ſint, cùm vendere, aut alios agros inſtruere velit (hoc enim commodum pertinet ad vtilitatem ſolius patrisfamilias) ſed quòd ipſarum Apium cauſa fieri debet, cùm aut morbo, aut ſterilitate, aut penuria locorum vexatas conueniat in aliam regionem mitti, nec propter prædictam cauſam moueri poterunt, hoc maximè vitandum eſt. Itaq; quamuis doctiſſimi viri autoritatem reuerebar, inquit idem Columella, tamen ambitione ſubmota, quid ipſe cenſerem, non omiſi. Nam quod maximè mouet Celſum, ne ſint ſtabula vel igni, vel furibus obnoxia, poteſt vitari opere lateritio circumſtructis aluis, & impediatur rapina prædonis, & contra flammarum violentiam protegantur: eaſdemq; cùm fuerint mouendæ, reſolutis ſtructurę compagibus, licebit transferre. [i] Plinius quoq; optima ait eſſe aluearia è cortice, ſecunda ferula, tertia vimine. Circumlini alueos fimo bubulo vtiliſſimum, operculũ à tergo eſſe ambulatorium, vt proferatur intus, ſi magnus ſit alueus, aut ſterilis operatio, ne deſperatione curã abijciant: id paulatim reduci fallente operis incremento. Aluearia hyeme ſtramento operiri, crebro ſuffiri, maximè fimo bubulo. Sic ille. In agro noſtro ex quibuslibet H

Aluearia ne furibus ſint obnoxia.
[i] *Li. 11. c. 9.*

tabulis

A tabulis fiunt, vnde fortè non propagantur feliciter: nam id ego ipse, cùm Apes speculandi earum laborum causa emisse m, obseruaui, Cùm enim primò feliciter satis egissent, post triẽnium tamen araneas passæ interierunt. Hollandi, & fortassis cęteri Belgæ alueos suos ex stramine conficiunt, rotundos, suprà vbi regis sedes est angustos, dein paulò semper latiores, donec in fundo ad pedis ferè latitudinem extendantur: aiuntq; felicissimos in ijs Apes prouentus facere. Plinius autor est aliquos speculari lapide facere aluearia, vt operantes intrò speculentur. [k] Tradit etiam quomodo intus incubent, spectatum Romæ Consularis cuiusdam suburbano alueis cornu laternæ translucido factis. Iubet porrò Florentinus referente [l] Constantino Cæsare vasa hæc, vt forinsecus calce, aut bubuli stercoris tectorio oblinantur: sic enim minùs, inquit, putrescent. Vult etiam perforari, quo venti leniter inspirantes, tùm Aranearum telas, tùm alia marcescentia resiccent, & perfrigerent. Crescentiensis loco paulò antè citato autoritate exercitati mellarij melius esse iudicat, vt iaceant anteriùs parum decliuia, quàm erecta, quò commodè possint acies (vtor interim eius verbis) vna super alteram collocari, vultq;, vt fundus eorum ita sit dispositus, vt inde facilè dimoueri queant, & mella commodiùs eximi: item vt foramina, per quæ egrediuntur, & ingrediuntur Apes,
B sint in anteriori parte aluei bina, in posteriori vnum tantùm, idq; propè fundum: quod sanè postremum prçceptum vllibi obseruari nondum noui: qui volet, experiatur. Dicebat idem ille mellarius sese didicisse longo vsu, quòd meliùs, & diligentiùs operentur in obscuro intus alueo, ideoq; foramina debere esse minora, & rimulas omnes optimè obturatas: nam aliàs ipsçmet Apes, cùm plus æquo magna sunt ea foramina, cera ea obturant, vno tantùmmodo relicto, quod sibi magnitudine æquale sit. Præterea ex recentioribus Augustinus cognomento Gallus, qui de agricultura Italico sermone non illepidum opus condidit, probat vt aluearia omnia non sint eiusdem magnitudinis, quia, inquit, maius requirit alueare examen numerosum, & magnum, quàm mediocre, & mediocre maius, quàm exiguum; item quemadmodum examen paruum in vasto aliquo alueari malè operatur, animum scilicet despondens, ita quoque quod numerosius, & magnum in paruo operari ritè non potest. Vultq;, vt maximum alueare non excedat longitudinem vnciarum viginti duarum, & minora sexde cim saltem vncias expleant; latæq; verò sint singulæ tabulç vncias quinq;. Fiunt autem vulgò ex quatuor tabulis simul coniunctis, & alia quæ pro tegmine est. Sunt qui, &
C aliam pro fundo adiungant: quod plurimùm laudo: quia Lacertæ, & similia Apes alioqui vexantia animalia faciliùs arcentur. Laudat Augustinus, vt ita coniungantur tabulæ, vt quç à lateribus sunt illæsis alijs duabus, cùm opus est vel opus earum inspicere, vel purgare, vel castrare, seperari possint. Hetruscorum præterea alueos laudat, quòd Apes in ijs non infestentur à noxijs animantibus, & quia neq; à Solis ardoribus, neq; hyemis frigoribus lædantur, aitq; esse similes quadratæ pyxidi, viginti vncias vix superare longitudine, nec esse latiores octo, tegmine ita posito, vt tabulam priorem non contingat, sed Apes egredientes, & ingredientes admittat, & cooperiat, nec aliud foramen habere. Cùm itaq; optimas sibi aluos fecerit Apiarius, casam aliquam, in qua poni debeant, eligat aptam, Græci μελιττῶναν & μελιτροφεῖον vocant: quidam, teste [m] Varrone mellarium, item Apiarium, vt Gellius an-
» notauit: quod quale esse debeat, & vbi collocandum, [n] Varro sic scribit: Primùm secundum
» villam, potissimùm vbi non resonent imagines: hic enim sonus, harum fugæ causa existi-
» matur esse. Procerum esse oportet aëre temperato, neq; æstate feruido, neque hyeme non
» aprico, vt spectet potissimùm ad hybernos ortus: quæ propè se loca habeat, ea vbi pabulum
» sit frequens, & aqua pura. [o] Plinius quoq; hortis coronamentisq; maximè aluearia, & Apes
» conuenire ait. Atq; Virgilius Echûs resonantiam damnat, & vicinos tetros odores, dũ canit:

D
*—— Alta ne crede paludi*
*Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsu,*
*Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago.*

Gaudent enim maximè quiete, & hominum conspectum ægrè ferunt. Florentinus ante alueos murum circumstrui ex raris lapidibus iubet, quo ipsæ per cauernas inuolãtes, tum aues insidiantes, tùm rorem effugere possint. Sed non vbiq; çquè aptè mellaria extruuntur, quod innuens Aristoteles locum çstate vetat esse feruidum, contrà hyeme vult esse tepidum. Flo-
» rentinus, locus, inquit, in quo Apes futuræ sunt ad hybernum, aut vernum solis exortum
» conuersus esse debet: quo & hyeme, & çstate calefiant, & auræ inspirantes ipsas recreent. Itẽ
[q] Plinius, aluearia iubet, vt Oriẽtem çquinoctialem spectent, Aquilonemq; euitent, nec minus Fauonium. Sed de sedibus Apũ eligendis ea nobis sufficere debeant, quç memoriç pro-
» didit diligẽtissimus [r] Columella his verbis: Sedes Apibus collocanda est contra brumalem
» meridiẽ procul à tumultu, & cętu hominum, ac pecudum, nec calido loco, nec frigido, nam

Aluearia ex stramine.
Ex lapide speculari.
[k] *Lib.* 11. *cap.* 16.
[l] *Lib.* 15. *cap.* 2.
Vt sistẽda;
Aluearia cur obturanda.
Cur non eiusdẽ debeant esse magnitudinis.
Magnitudo qualis esse debeat
Aluearia Hetruscorum.
[m] *Lib.* 3. *cap.* 16.
[n] *Li.* 2. *c.* 20.
Mellarium vbi ponendũ, & quale esse debeat.
[o] *Lib.* 21. *cap.* 12.
[p] *Li.* 9. *c.* 40.
Mellariorũ aptus locus
[q] *Lib.* 11. *cap.* 9.
[r] *Lib.* 9. *c.* 5.

vtrac; re infeſtantur. Hęc autē ſit ima parte vallis, & vt vacuę cùm prodeunt pabulatū Apes, E
faciliùs editioribus aduolent, & collectis vtenſilibus, cum onere per procliuia non ægrè de- „
uclent. Si villę ſitus ita competit, non eſt dubitandum, quin ędificio iunctum Apiarium ma- „
ceria circumdemus, ſed in ea parte, quæ tetris latrinæ, ſterquilinijq́; , & balinei libera eſt „
odoribus. Verùm ſi poſitio repugnabit, nec maxima tamen incommoda congruent, ſic quo- „
que magis expedit, & ſub oculis domini eſſe apiarium: ſin autem cuncta fuerint inimica, „
certè vicina vallis occupetur, quò ſæpius deſcendere non ſit graue poſſidenti. Nam res „
iſta maximam fidem deſiderat, quæ quoniam rariſſima eſt, interuentu domini tutiùs cuſto- „
ditur: neque ea curatorem fraudulentum tantùm, ſed etiam immundæ ſęgnitiæ, peroſa eſt: „
Apes ſegnes & fures oderūt. æque enim dedignatur, ſi minùs purè habita eſt, ac ſi tractetur fraudulenter. Sed vbicunque „
fuerint aluearia, non editiſſimo clauduntur muro, qui ſi metu prędonum ſublimior placue- „
rit, tribus elatis ab humo pedibus, exiguis in ordinem feneſtellis Apibus ſit peruius: iun- „
gaturq́; tugurium, quò & cuſtodes habitent, & condatur inſtrumentum: ſitq́; maximè re- „
pletum præparatis alueis ad vſum nouorum examinum, nec minùs herbis ſalutaribus, & ſi „
qua ſunt alia, quæ languentibus adhibentur. „

*Palmaq́; veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret,* F
*Et cùm prima noui ducent examina reges,*
*Vere ſuo, ludetq́; fauis emiſſa iuuentus,*
*Vicina inuitet decedere ripa calori,*
*Obuiaq́; hoſpitijs teneat frondentibus arbos.*

Tùm perennis aqua, ſi eſt facultas, inducatur, vel extructo canali manu detur, ſine qua „
Aquæ propè mellariū neceſſitas. neque faui, neq; mella, nec pulli deniq; figurari queunt. Siue igitur, vt dixi, præterluens „
vnda vel putealis, canalibus immiſſa fuerit, virgis ac lapidibus aggeretur Apum cauſa,

*Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, & alas*
*Pandere ad æſtiuum Solem, ſi forte morantes*
*Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus.*

Hucuſque Columella. Inſuper hoc quoque experimento compertum eſt, in locis monta-
Apes maritima loca amant. nis, maritimis tamen propter ſolitos maris halitus, & floſculorum copiam, Apes vſq; adeò
propagari, vt vaga illarum examina arborum corticibus inſidentia, obiectis aluearibus faci-
lè capiantur, modò ipſa aluearia ſale muriaúe illita fuerint: tantus illis propagandi appeti-
tus ineſt, quem vi ſalis multò vberiùs expleri præſentiunt. Cùm verò in locis maritimis G
Ventus Apib° nocet. ventorum frequentior ſoleat eſſe ſpiratio, itaque ita collocandi ſunt aluei, vt minùs ab ijs
infeſtentur, quot quoq; in alijs ſemper locis obſeruandum eſt, item ne noxia accedant ani-
mantia, qualia ſunt rubetæ, quæ ſimul, & flatu lędunt, & Apes attrahunt, adde Picos, Me-
Animalia Apibus noxia. ropesq́; & Hirundines, Araneas, Crabrones, Papiliones, Blattas, ſerpentes, lacertas, aliaq́;
quàm plurima. Vnde dicebat Virgilius.

*Quo neq; ſit ventis aditus, nam pabula venti*
*Ferre domum prohibent, nec oues, hædiq́; petulci*
*Floribus inſultent, aut errans bubula campo*
*Excutiant rorem, & ſurgentes atterat herbas.*
*Abſint & picti ſqualentia terga lacerti*
*Pinguibus à ſtabulis, Meropesq́; aliæq́; volucres*
*Et manibus Progne pectus ſignata cruentum,*
*Omnia nam latè vaſtant, ipſasq́; volantes*
*Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.*

Et rurſus pòſt: H

*—— Nam ſæpè fauos ignotus adedit*
*Stellio, & lucifugis congeſta cubilia Blattis,*
*Immaniſq́; ſedens aliena ad pabula Fucus,*
*Aut aſper Crabro imparibus ſe immiſcuit armis,*
*Aut durum Tinea genus, aut inuiſa Minerua*
*In foribus laxos ſuſpendit Aranea caſſes.*

Animalia Apibus noxia vt occidantur. Quòd ſi modò Apiario alius non ſit locus, cogaturque Apiarium habere, vbi huiuſmodi
animalculorum copia eſt, ad profligenda iſtęc animum applicare debet. [s] Aelianus, co-
[s] *Li. 1. c. 58.* nyzæ ſuffimento, aut viridi papauere ante alueos poſito ſtratoúe peritos Apiarios de-
Veſpæ vt prehendantur. pellere ſcribit: Veſpaſque priuatim hoc modo comprehendere: Ante earum nidos, in-
quit, naſſam, in qua priùs paruulam Mœnam, aut exiguam membradem cùm Iope,
vel Chalcide imponi conuenit, appendunt: eæ verò ſua natura edaci eſca illectæ,

freqüentes

A frequentes in nassam incidunt, quibus nassa comprehensis, non amplius regredi licet. Intereunt autem faciliùs si conspergantur aqua, aut igni crementur. Lacertæ item insidias in Apes faciunt, ac terreni Crocodili; pestem pernitiemq; illis instruunt farina cùm veratro subacta, aut tithymali liquore, maluæq; succo suffusa, & ante alueos dispersa, gustantibus illis modò commemoratis pernitiem adfert. Sic ille. [t] Aristoteles, cùm & ipse Vespas ab auiculis, quas Paros vocant, atque etiam Hirundine & Merope, tum verò ranis solitarijs, vbi ad aquas accesserint, impugnari dixisset, Vespas apiarios venari scribit, constituta olla, & carne in ea posita: vbi enim, inquit, multæ iam ad carnem accesserint, appositio operculo super ollam ponunt. Absint præterea ab Apiario oues. Etenim difficilè se à lanis earum Apes explicant. Absint & Muliones dicti in Culicum genere, & Papiliones ignaui luminibus accensis aduolantes, pestiferi non vno modo: nam & ceras erodunt, & relinquunt excrementa, quibus Teredines gignuntur. Nascuntur & in ligno Teredines, quæ ceras præcipuè appetunt. [u] Aristoteles quoq; quasdam bestiolas, ait innasci, quæ fauis officiant: vermiculum item specie aranei, nocere fauis, quem alij Clerum, alij Pyraustam vocant. Hic sibi, inquit, similem forma aranei parit in fauo, & facit vt examen ægrotet. Obest etiam alia B quædam bestiola similis Sepiolo Papilioni, qui lucernarum luminibus aduolat. Hæc pluuerem spirando in alueo parit, nec aculeo ab Apibus stimulatur, sed tantùm fumo abigitur. Sic ille. Aranei verò omnium maximè hostiles sunt, nam cùm præualuêre alueos enecant, & filis suis, quacunq; incesserint, alarum Apum lanugines obtexunt. Quarum omnium pestium non tantùm [x] Plinius meminit, sed quo modo abigantur, etiam docet his verbis.

„ Cognatum est Apibus fimum bibulum, innascentes bestiolas necat, Araneos Papiliones,
„ Teredines, Apesq; ipsas excitat. Et Araneorum quidem exitium faciliùs est: Papilionum
„ maior pestis. Tollitur verò cùm maturescit malua noctu, interlunio, cælo sereno, accensis
„ lucernis ante alueos. In eam flammam sese ingerunt. Idem Columella scripsit, vt infra patebit. In vastis Sarmatiæ syluis, vbi in cauernis abietum sedes habent, Vrsi mellis cupiditatem in subrectum felium more ascendunt, domicilia Apum inuadentes. Aduersus hoc apiarij malleum ingente grauique pondere suspendunt ante Apum vestibula, Vrsus malleum amoturus, quo maiore impetu malleum repellit, hoc vehementiùs in reijcientem recidit, eoque remedio tuentur Apes. Absint longè etiam herbæ nocentes, vt tithymalus, veratrum, thapsia, absynthium, & cucumis syluestris; nam mel vitiosum ex his C conficiunt, Maximusque earum annuus labor est initio Veris, quo tithymali flores, & quo sameram vlmi promunt. Nam sicut nouis pomis, ita his primitiuis floribus illectæ auidæ vescuntur post hybernam inediam, nihil alioqui citra satietatem tali nocente cibo, quo cùm se repleuerint, profluuio alui, nisi celeriter succurratur, intereunt. Soluit autem tithymalus, etiam aliorum animalium ventrem. Vlmus autem peculiariter Apum aluum citam reddit. Quare in ijs regionibus, in quibus eius generis arbores crebræ sunt, Apes rarò durant. Oliuæ florem ab Apibus non attingi testatur [y] Plinius; ideoque constare hanc arborem cùm procul absit, melius esse. Cornum item arborem cauere iubet, quoniam flore eius degustato, aluo concitata moriuntur. Taxi esum quoque Apibus pernitiem adferre per omnes scriptores constat, melque ex ea arbore noxium, atque insaluberrimum, & venenosum conficere. Vnde dicebat * Scaliger:

*Apumq; nulla dulcibus laboribus*
*Venena luctuosa taxus ingeret.*

Hisce igitur omnibus nocentibus, & animantibus, & stirpibus, vel præuertendis, vel D amoliendis inuigilabit diligens Apium custos, vt herbæ, inquam, ac frutices propinquæ, quibus offenduntur, euellantur & extirpentur, animalia inimica procul arceantur. Eę verò res, quibus delectantur, & conseruantur, adhibendæ, cùm plantas aliquas, vt Plinij verbis utar, quàm proximè seri conueniat, quæ, & euolantium examina inuitent, nec longiùs abire patiantur. In ambitu itaque hospitij arbusculæ parui incrementi, & frutices herbæque conseruentur, cùm propter salubritatem, tùm propter vtilitatem, maximè dulcis, & suauis odoris. Quarum ergo causa [z] Plinius seri vult, thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cythisum, fabam, eruilam, cunilam, papauer, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen. Virgilius:

*Hæc circum casiæ virides, & olentia latè*
*Serpylla, & grauiter spirantis copia thymbræ*
*Floreat: irriguumq; bibant violaria fontem.*

[t] *Li. 9. Hist. cap. 40.*

Oues Apibus noxiæ. Muliones. Papiliones. Teredines.

[u] *Li. 8. Hist. cap. 27.*

Aranea.

[x] *Lib. 21. cap. 14.*

Vrsi mella ne diripiat.

Herbæ noxiæ.

Tithymalꝰ & Samera, vt Apibus noceant.

Oliuæ flos.

[y] *Lib. 31. cap. 10.*

Cornus. Taxus.

* *In Archilocha.*

Plantę quę propè alueos serendæ.

[z] *Lib. 21. cap. 12.*

[a] *Li.3.c.16.* Atque hoc eſt, quod dixerat [a] Varro loquens de Apiarij ſitu, prope ſe loca habeat, vbi pabulum ſit frequens, & aqua pura. Si pabulum naturale non eſt, ea oportet dominum ſerere, quæ maximè ſequuntur Apes. Ea ſunt roſa, ſerpyllum, apiaſtrum, papauer, faba, lens, piſum, ocymum, cyperum, medica: & maximè cythiſum, quod valentibus vtiliſſimum eſt. Etenim ab æquinoctio verno florere incipit, & permanet ad alterum æquinoctium autumni. Sed vt hoc aptiſſimum ad ſanitatem Apium, ſic ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quòd ibi thymum bonum, & frequens eſt. Itaque quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida: eo conſpergunt omnia ſeminaria conſita Apium cauſa. Quod ad locum pertinet, hoc genus potiſſimùm eligendum iuxta villam, non quòd non in villæ portico quoq; quidam (quò tutius eſſent) aluearia collocarint. [b] Columella verò paulò aliter hęc repetit, Conſeri deinde, inquit, circa totum apiarium debent arbuſculæ incrementi parui, maximeq; propter ſalubritatem. Nam ſunt etiam remedio languentibus cythiſi, tum deinde caſiæ, atque pini, & roſmarinus, quin etiam cunilæ, & thymi frutices: itemq; violarum, & quæcunq; vtiliter deponi patitur qualitas terræ. Grauis & tetri odoris non ſolùm virentia, ſed & quælibet res prohibeantur, ſicuti cancri nidor cùm eſt ignibus aduſtus, aut odor paluſtris cœni, nec minus vitentur cauæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἠχὼς vocant. Sed ea de re iam dictum eſt. Commendantur mirum in modum propè apiarium arbores fructiferæ, vt poma, pyra, pruna, ceraſa, amygdala, mala Perſica, Armeniacaq;, & ſimiles aliæ, item ſpini pruna ferentes, vua criſpina, lentiſcus, terebinthus, idq; genus humiles aliæ, quibus exeuntes cùm adhuc tenellæ ſunt Apes aduolare queant, atque inſiſtentes ſeſe reficere. Idem [c] Columella iam antè ſcripſerat quales paſtiones, & qui ſitus earum eſſe debeat, quæ nos poſtea adferemus, vbi quid obſeruandũ emptis iam Apibus ſit, diſſeremus; nunc verò, vt ad locum apiarij aptum reuertamur, quemadmodum ſcilicet aluei collocandi ſint, paulo altiùs ex eodem [d] Columella repetemus, vt clariùs pateat, ea quæ diximus, tam perito Geoponico non repugnare. Sed quoniam, inquit hic, pleriſq; videtur iſtud operoſum (ſcilicet alueos transferre aliò) qualiacunq; vaſa placuerint collocari, debebit ſuggeſtus lapideus extendi per totum apiarium in tres pedes altitudinis, totidemq; craſſitudinis, isq; fic extructus, diligenter opere tectorio leuigari, ita ne aſcenſus lacertis, aut anguibus, alijsue noxijs animalibus præbeatur, ſuperponuntur deinde, ſiue (vt Celſo placet) lateribus facta domicilia, ſiue (vt nobis) aluearia, præterquam à tergo circumſtructa, ſeu quòd pene omnium in vſu eſt, qui modò diligenter iſta cutant, per ordinem vaſa diſpoſita ligantur, vel laterculis, vel cementis, ita vt ſingula binis parietibus anguſtis contineantur, liberęq; frontes vtrinque ſint. Nam & quà procedunt, nonnunquàm patefaciendę ſunt; & multo magis à tergo, quia ſubinde curantur examina. Sin autem nulli parietes alueis interuenient, ſic tamen collocandę erunt, vt paulùm altera ab altera diſtet, ne cùm inſpiciuntur ea, quę in curatione tractantur, hęrentem ſibi alteram concutiat, vicinasq; Apes conterat, quę omnem notum imbecillis cereis operibus ſuis, tanquam ruinam timent. Ordines quidem vaſorum ſuperinſtructos in altitudinem tres eſſe abundè eſt, quoniam ſummum ſic quoq; parùm commodè curator inſpicit. Ora cauearum, quę prębent Apibus veſtibula; proniora ſint, quàm terga, ne influant imbres, & ſi fortè tamen ingreſſi fuerint, non immorentur, ſed per aditum effluant. Propter quod conuenit aluearia porticibus ſupermuniri. Sin aliter, luto punico frondibus illitis adumbrari; quòd tegmen cùm frigora, & pluuias, tùm ęſtus arcet. Nec tamen ita nocet huic generi caloris ęſtus, vt hyems, itaq; ſemper ędificium ſit poſt apiarium, quòd aquilonis excipiat iniuriam, ſtabulisque prębeat teporem. Nec minùs ipſa domicilia, quamuis ędificio protegantur, obuerſę tamen ad hybernum orientem componi debebunt, vt apricum habeant Apes matutinum egreſſum, & ſint experrectiores. Nam frigus ignauiam creat, propter quod etiam foramina, quibus exitus, aut introitus datur, anguſtiſſima eſſe debent, vt quàm minimum frigus admittant: eaq; fatis eſt ita forari, ne poſſint capere plus vnius Apis incrementum, ſic nec venenatus Stellio, nec obſcœnum Scarabæi, vel Papilionis genus, lucifugęq; Blattę, vt ait Maro, per laxiora ſpatia ianuę fauos populantur: atq; vtiliſſimum eſt pro frequentia domicilij, duos vel tres aditus in eodem operculo diſtantes intra ſe fieri contra fallaciam lacerti, qui velut cuſtos veſtibuli prodeuntibus inhians Apibus affert exitium, eęq; pauciores intereũt, cum licet vitare peſtis obſidia per aliud vadentibus effugium. Hęc itaque [e] Columella, ex quo, vt videtur Palladius, cùm meliora, quę ſint aluearia dixiſſet, item quę peiora: Sed inter ea loca, inquit, quę munire debere prącepimus, podia ternis alta pedibus fabricentur inducta teſtaceo, & albario opere leuigata propter lacertarum, cęterorumq; animalium noxam, quibus eſt moris irrepere: & ſupra hęc podia aluearia collocentur, ita vt non poſſint imbre

Cythiſi vſus neceſſarius.

Mel Siculũ cur laudatum.

[b] *Lib.9.c.5.*

[c] *Cap.4.*

[d] *Cap.7.* Aluei quẽadmodum collocandi.

Ne influãt imbres.

Ne noxia animantia ingrediantur.

[e] *Lib.1. Tit.38.*

A imbre penetrari, spatiolis inter se patentibus segregata. Angustus tamen aditus admittat
„ examina propter frigoris, & caloris iniuriam. Sanè ventis frigidioris altus paries resistat, Ne frigus
„ qui locum possit defensis sedibus apricare. Aditus omnes Soli opponantur hyberno, qui noceat.
„ in vno corpore duo, vel tres esse debebunt ea magnitudine, quæ Apis formam non possit ex-
„ cedere. Sic enim noxijs animalibus ingressu resistetur angusto, vel si Apes obsidere volue-
rint exeuntes, alio, vbi non fuerint, vtentur egressu. Mellarius itaque eo modo, eoq; quo
dictum est loco, collocatis aluearibus, Apes emat, oportet: in quibus emendis multa quoq; Quid in e-
„ obseruanda veniunt. Idem [f] Palladius prouidere eum monet, vt plena aluearia comparen- mendis Apibus obseruandū.
„ tur: quam rem, inquit, vel murmuris magnitudo, vel frequentia monstrat commeantis, ac [f] L. 1. Ti. 39.
„ remeantis examinis, & ex vicina potiùs, quàm ex longinqua regione, ne aëris nouitate ten-
„ tentur. Si verò longius aduehendæ sunt, collo nocte portentur. nec collocare, nec aperire
„ aluearia, nisi vespere instante debemus. Speculemur deinde per triduum, ne omne ianuas
suas egrediatur examen. Hoc enim signo fugam meditantur assumere. Contra hæc, & cę-
tera suo vnumquodq; mense reuidebimus. Tamen creduntur non fugere, si stercus primo- Vt non fu-
geniti vituli adlinamus oribus vasculorum. Sed hęc quoq; ex [g] Columella transcripta sunt, giant.
B qui de comparandis Apibus, ita diligentissimè scriptum reliquit. Atq; hæc, inquit, de pa- [g] Li. 9. c. 8.
„ bulationibus, domicilijs, & sedibus eligendis abundè diximus: quibus prouisis sequitur,
„ vt examina desideremus. Ea porro, vel ære parta, vel gratuita contingunt. Sed quas pretio Apes qua-
„ comparabimus, studiosiùs prædictis comprobemus notis, & earum frequentiā priùs, quàm les emędę.
„ mercemur apertis aluearibus considerabimus: vel si non fuerit inspiciendi facultas, certè id
„ quod contemplari licet, notabimus: vt in vestibulo ianuæ complures consistant, & vehemēs
„ sonus intus murmurantium exaudiatur, atq; etiam (si omnes intra domicilium silentes for- Apum mul-
„ tè conquiescant) labris foramini aditus admotis, & inflato spiritu ex respondente earum su- titudo, &
„ bito fremitu poterimus æstimare, vel multitudinem, vel paucitatem. Prœcipuè autem cu- paucitas
„ stodiendum est, vt ex vicinia potiùs, quàm ex peregrinis regionibus petantur, quoniam so- vnde æsti-
„ lent cæli nouitate lacessiri: quod si non contingit, ac necesse habuerimus longinquis itineri- manda.
„ bus aduehere, curabimus, ne salebris solicitentur, optimeq; noctibus collo portabuntur. Cur in vi-
„ Nam diebus requies danda est, & infundendi sunt grati Apibus liquores, quibus intra clau- cinis locis
„ sum alantur. Mox cùm perlatæ domum fuerint, si dies superuenerit, nec aperiri, nec collo- emendæ.
„ cari oportebit alueum, nisi vesperi, vt Apes placidè manè post totius noctis requiem egre- Apes em-
C diantur, specularíq; debemus ferè triduo, an vniuersæ se profundant. quod cùm faciunt, fu- ptæ quādo
„ gam meditantur. Ea remedia quibus debeant inhiberi, mox præcipiemus. At quæ dono, aperiri de-
„ vel aucupio contingunt, minus scrupulosè probantur, quanquam nec sic quidem velim nisi beant.
„ optimas possidere, cùm & impensum, & eandem operam custodis postulent bonæ, atq; im- Fugę signū
probæ, & quod maximè refert, non sunt degeneres intermiscendæ, quę infament, generosas. Cur dege-
Nam minor fructus mellis respondet, cùm segniora interueniunt examina. [h] Varronis quo- neres non
que prœceptum est, vt in emendo emptor videat, valeant, an ægræ sint. Aitq; sanitatis signa admiscēdæ
esse, si sunt frequentes in examine, & si nitidæ, & si opus, quod faciunt, est æquabile, ac leue. bonis.
Minus verò valentium signa esse, si sunt pilosæ, ac horridæ, vt puluerulentæ, nisi officij eas [h] Li. 3. c. 16.
vrget tempus: tum enim, inquit, propter laborem asperantur, ac macrescunt. Vult item pro- Sanitatis
uidendum esse, ne infirmiores à valentioribus opprimantur, quoniam eo minuatur fructus. signa.
„ Itaque imbecilliores secretas subijcere sub alterum Regem. [i] Plutarchus quoq;, qui Apum, [i] Li de reip.
„ inquit, curæ atque educationis periti sunt, eum alueum maximè sanas, & feliciter agentes guber. præ-
„ Apes putant habere, ad quem strepitus est, tumultusq; plurimùm. Et ante omnes [k] Aristo- ceptis.
„ teles; dignoscitur examen valere, inquit, susurri frequentia, & exeundi ingrediendiq; ver- [k] Li. 9. Hist.
D tiginosa agitatione, tunc enim nouellæ operantur. Vt itaq; susurrus, ac tumultus earum cap. 40.
sanitatis inditium est, ita contrà tristitia, ac silentium morbi: βλαψιγονίαν Græci dicunt, Blapsigo-
cùm Apes morbo, ignauia, aut in fœcunditate fœtum non peragunt. [l] Plinius quoq; Apes nia quid.
suapte natura morbos sentire dicens, indicem eorum tristitiam torpentem esse asserit, & cùm [l] Lib. 11.
ante fores in teporem solis promotis aliæ cibos ministrant, cùm defunctas progerunt, fune- cap. 18.
rantiumq; more comitantur exequias. Et ante ipsum Maro canebat: Mortuos
suos efferūt
& quid si-
gnificet.

*Si vero (quoniam casus Apibus quoq; nostros*
*Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:*
*Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis.*
*Continuo est ægris alius color: horrida vultum*
*Deformat macies: tum corpora luce carentum*
*Exportant tectis, & tristia funera ducunt,*
*Aut illa pedibus connexa ad limina pendent,*

*Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes,* E
*Ignauæq́ fame, & contracto frigore pigræ.*
*Tum ſonus auditur grauior, tractimq́ ſuſurrant,*
*Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter,*
*Vt mare ſollicitum ſtridet reſluentibus vndis,*
*Aeſtuat vt clauſis rapidis fornacibus ignis.*

Hoc modo laborantibus Apibus ſequentibus remedijs medetur, idem Poëta:

Vt ſanẽtur.

*Hic iam galbaneos ſuadebo incendere odores,*
*Mellaq́ arundineis inferre canalibus, vltrò*
*Hortantem, & fiſſas ad pabula nota vocantem*
*Proderit, & tonſum gallæ admiſcere ſaporem*
*Arenteſq́ roſas, aut igni pinguia multo*
*Defruta, vel Pſithia paſſos de vite racemos,*
*Cecropiumq́ thymum & graue olentia centaurea:*
*Eſt etiam flos in pratis; cui nomen amello*
*Fecêre agricolæ; facilis quærentibus herba,* F
*Namque vno ingentem tollit de cæſpite ſyluam*
*Aureus ipſe, ſed in folijs, quæ plurima circum*
*Funduntur; violæ ſublucet purpura nigræ.*
*Sæpe dcûm nixis ornatæ torquibus aræ*
*Aſper in ore ſapor, tonſis in vallibus illum*
*Paſtores, & curua legunt propè flumina Mellæ.*
*Huius odorato radices incoque Baccho,*
*Pabulaq́ in foribus plenis appone caniſtris*

Pediculi Apum morbus.

Infeſtantur quoq; pediculis, quos Florentinus curari tradit ramulis mali arboris, & caprifici incenſis ac ſuffumigatis; hebetudine item videndi, quam origani foliorum ſuffitu curamus eodem teſte. Quod ex tithymali nimia depaſtione, profluuio alui corripiantur, & ſæpè inde perire viſæ ſint, antè diximus. Itaq: veris principio ſi medicatos cibos præbeas, ijſdem remedijs ſecundum [m] Columellam & prouideri poteſt, ne tali peſte vexentur, & cùm iam laborant ſanari: nam illud, quod Hyginius maiores ſecutus autores prodidit, ipſe non expertus aſſeuerare, non audeo, volentibus tamen licebit experiri. Siquidem præcipit Apum corpora, quæ cùm huiuſmodi peſtis inceſſit, ſub fauis aceruatim enectæ reperiuntur, ſicco loco per hyemem repoſita circa æquinoctium vernum, cum clementia diei ſuaſerit, poſt horam tertiam in ſolem proferre, ficulneoq́; cinere obruere. Quo facto, affirmat intra duas horas, cum viuido halitu caloris animatæ ſunt, reſumpto ſpiritu in præparatum vas, ſi obijciatur, irrepere. Nos magis ne intereant, quæ deinceps dicturi ſumus, ægris examinibus exhibenda cenſemus: nam vel grana mali punici tuſa & vino amineo conſperſa, vel vuæ paſſæ cum rore Syriaco pari menſura pinſitæ, & auſtero vino inſuccatę dari debent, vel ſi per ſe iſta fruſtra ſunt, omnia eadem æquis ponderibus in vnum leuigata, & fictili vaſe cum amineo vino inferuefacta, mox etiam refrigerata ligneis canalibus apponi. Nonnulli rorem matutinũ aqua mulſa decoctum cùm gelauerit, imbricibus infuſum præbent libandum. Quidam bubulam, vel hominis vrinam (ſicut Higinius affirmat) alueis apponunt: nec non etiam ille morbus maximè eſt conſpicuus, qui horridas contractaſq́; carpit, cùm frequenter aliæ mortuarum corpora domicilijs ſuis efferunt; aliæ intra tecta vt in publico luctu, mœſto ſilentio torpent. Id cùm accidit, arundineis infuſi canalibus offeruntur cibi maximè decocti mellis, & cum galla, vel arida roſa detriti. Galbanum etiã, vt eius odore medicentur, incendi conuenit, paſſoq́; & defruto vetere feſſas ſuſtinere. Optimè facit amelli radix, cuius eſt frutex luteus, purpureus flos: ea cum vetere amineo vino decocta exprimitur, & ita liquatus eius ſuccus datur. Hyginius quidem in eo libro, quem de Apibus ſcripſit, Ariſtomachus inquit, hoc modo ſuccurrendum laborantibus exiſtimat. Primùm, vt omnes vitioſi faui tollantur, & cibus ex integro recens ponatur, deinde vt fumigentur. Prodeſſe etiam putat Apibus vetuſtate corruptis examen nouum contribuere, quamuis periculum ſit, ne ſeditione conſummentur, verũtamen adiecta multitudine lætaturas. Sed vt concordes maneant earum Apiũ, quæ ex alio domicilio transferuntur, quaſi peregrinæ plebis ſubmouere Reges debere: nec tamen dubium, quin frequentiſſimorum examinum faui, qui iam maturos habent pullos, transferri & ſubijci paucioribus debeant, vt tãquam nouæ prolis adoptione domicilia confirmentur, ſed & id cùm fiet, animaduertẽdum, vt eos fauos ſubijciamus, quorum pulli iam ſedes ſuas adaperiunt, & velut opercula foraminum obductas ceras erodunt exerentes capita:

Hebetudo.

Vt fluxu laborãtes ſanentur.

[m] *L. 9. c. 13.*

Vt reuiuiſcant.

Quid ęgris exhibẽdũ.

Ariſtomachus, vt Apibus medetur.

Aluei qui transferendi.

A pita: nam si fauos immaturo fœtu transtulerimus, emoriuntur pulli, cùm foueri desierint. Sæpè etiam vitio quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt. Siquidem cùm sit hæc Apium consuetudo, vt prius tantum cerarum confingant, quantum putãt explere se posse, nonnunquam euenit, vt consummatis operibus cereis, examen conquirendi mellis causa longiùs euagatum subitis imbribus, aut turbinibus in syluis opprimatur, & maiorem partem plebis amittat: quod vbi factum est, reliqua paucitas fauis complendis non sufficit, tunc quæ vacuæ cerarum partes computrescunt, & vitijs paulatim serpentibus corrupto melle ipsæ quoque Apes intereunt. Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere: vel si non est facultas alterius examinis, ipsos fauos antequàm putrescant, vacuis partibus acutissimo ferro liberare: nam hoc quoq; refert, ne admodum hebes ferramentũ (quia non facilè penetret) vehementiùs impressum fauos sedibus suis commoueat. Quòd si factũ est, Apes domicilium derelinquunt. Est & illa causa interitus, quod interdum continuis annis plurimi flores proueniunt, & Apes magis mellificijs, quàm fœtibus student: itaque nonnulli, quibus est minor harum rerum scientia, magnis fructibus delectantur, ignorantes exitium Apibus imminere, quoniam & nimio fatigatæ opere plurimę pereunt, nec vllis iuuen-

B tutis supplementis frequentatæ nouissimæ reliquæ intereunt: itaq; si tale Ver incessit, vt & prata, & arua floribus abundent, vtilissimum est tertio quoq; die alueorum exitus præcludi, exiguis foraminibus relictis, per quæ non possint Apes exire, vt ab opere mellificio euocatæ, quoniam non se sperent posse ceras omnes liquoribus stipare, fœtibus expleant. Aegrotant verò omnium maximè, teste [n] Aristotele, cùm sylua flores æruginosos tulerit, atque etiam temporibus siccis. Inuadit eas nonnunquam, quamquam raro pestilentia, cuius præcipuum remedium, quod in cœtero pecore præcepit Columella, nempè, vt longius aluei transferantur. Atque his ferè morbis corripiuntur Apes, ijsq;, quæ adduximus, remedijs curantur. Quæ omnia cùm nouerit Apiarius, Apes emendas sanas & eligere, & conseruare sciet, quare quomodo & quando in aluos condendæ sint, & quomodo syluestria examina inuenienda sint, item quomodo fugere volentes cognoscantur, fugientesq; cohibeantur, dicendum venit. [o] Plinius affirmat, estq; ab omnibus præstantissimis Geoponicis exaratum, Apes, si earum aluearia melyssophyllo, siue melittide purgentur, non fugituras. Nullo enim inquit, magis gaudent flore, & copia istius examina facilè continentur. Laudantur & aliæ stirpes odoratæ, vt fœniculum. Florẽtinus referente [p] Cæsare Constantino aluos, in quibus sunt, &

C esse debent Apes, thymi aut populi albæ floribus diligenter oblini iubet, præsertim vt domicilia sua diligant, & in ipsis maneant; eaq; gratia etiam nardi herbę & myrrhæ pares portiones teri vult quadruplo mellis ammixto, indeq; vasa oblini. Quod si primo anno obseruauerit mellarius, sequenti magnum Apes suas prouentum, tam in propagatione sobolis, quàm in mellificio feciſſe animaduertet: quo tempore mense potissimùm Iunio, vt [q] Palladius docet, nouorum examinum curam dlligenter habere debet, quia nouellæ Apes vagantibus animis iuuentute, nisi seruentur, effugiunt. Exeuntia in aditu suo morantur vno, aut duobus diebus, quæ statim nouis aluearijs excipienda sunt. Obseruabit autem custos ille assiduus vsque in octauam, vel nonam horam, quia post hæc tempora non facilè fugere, aut emigrare consueuerunt, quàmuis aliæ statim & procedere & abire non dubitent. Signa Var-
» ro bina recensет: Cùm examen, inquit, exiturum est (quod fieri solet cùm adnatæ prosperè
» sint multæ, ac progeniem veteres emittere volunt: vt olim crebrò Sabini factitauerunt pro-
» pter multitudinem liberorum) huius quòd duo solent præire signa, scitur. Vnum quòd su-
» perioribus diebus maximè vespertinis, multæ ante foramen & vuæ, aliæ ex alijs pendent
» conglobatæ. Alterum quòd, cùm iam euolaturæ sunt, aut etiam incœperunt, consonant ve-

D hementer proindè, vt milites faciunt, cùm castra mouent. Quę primæ cùm exierunt, in con-
» spectu volitant, reliquas, quæ nondum congregatæ sunt, respectantes, dum conueniãt. Cùm
» à mellario id feciſſe sunt animaduersæ, iaciundo in eas puluerem, & circumtinniendo ære,
» perterritas, quò voluerit, perducet. Non longè inde oblinunt (ramum scilicet, vel simile
» quid) erithace, atq; apiastro, cæterisque rebus quibus delectantur. Vbi consederunt, affe-
» runt aluum propè ijsdem illicijs illitam intus, & propè appositа, fumo leni circumeundo co-
» gunt eas intrare, vt quæ in nouam coloniam cùm introierunt, permanent adeo libenter, vt
» etiam si proximam posueris illam aluum, vnde exierunt, tamen nouo domicilio potiùs sint
cõtentæ. [r] Columella eandem mellarij curam sedulò notauit, eamque sedulò agendam scripsit his verbis. Deinceps talis altera est ratio, vernacula examina retinendi: semper quidem
» custos sedulè circumire debet aluearia: neque enim vllum tempus est, quo non curam desi-
» derent, sed eam postulant diligentiorem, cùm vernant, & exundant nouis fœtibus, qui nisi
» curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiunt: quippè talis est Apium natura, vt pari-

ter

Phagadena.

Si pluuia interierint quid faciẽdum.

Ex nimio opere mori.

[n] L. 9. Hist. cap. 17.

Peste rarò laborãt, & vt curetur.

[o] L. 21. c. 20. Vt in aluos condendæ ne fugiant.

[p] Li. 15. c. 2.

[q] In Iunio tit. 7.

Quando examinum cura magos habenda, & vt exitura cognoscãtur.

Ne examine fugiant.

[r] Li. 9. c. 12.

ter quæq; plebs generetur cum regibus, qui vbi euolandi vires adepti ſunt, conſortia dedignantur vetuſtiorum, multoq; magis imperia: quippe cùm rationabili genere mortalium, tùm magis egentibus cõſilij mutis animalibus nulla ſit regni ſocietas: itaq; noui duces procedunt cum ſua iuuentute, quæ vno, aut altero die in ipſo domicilij veſtibulo glomerata conſiſtens, egreſſu ſuo propriæ deſiderium ſedis oſtendit: eaq; velut patria contenta eſt, ſi à procuratore protinus aſſignetur. Sin autem defuit cuſtos velut iniuria repulſa peregrinam regionem petit: quòd ne fiat, boni curatoris eſt, vernis temporibus obſeruare alueos in octauam ferè diei horam, poſtquàm non temerè ſe noua proripiunt agmina, eorumq; egreſſus regreſſuſq; vt diligentiùs cuſtodiat. Nam quædam ſolẽt cùm ſubitò euaſerunt, ſine cunctatione ſe proripere. Proripiunt autem ſe incredibili numero, vt innuit eleganter etiam [s] Arioſtus, tanta multitudine mulieres ad ſpectandum pugnam Guidonis, & Marſicani concurriſſe tradens: E

Cur vernẽt Apes, & cur à mellatio tunc maximè obſeruandæ.

[s] Cant. 20. Stan. 32.

*Come Api del ſuo chioſtro empie la ſoglia,*
*Che mutar regno al nouo tempo voglia.*

Poterit exploratam fugam præſciſcere cuſtos veſpertinis temporibus, aurem ſingulis alueis admouendo: ſiquidem ferè ante triduum, quàm eruptionem facturæ ſunt, velut militaria ſigna, mouentium tumultus, ac murmur exoritur: ex quo, vt veriſſimè dicit Virgilius: F

*Corda licet vulgi præſciſcere, namq; morantes*
*Martius ille aris rauci canor increpat, & vox*
*Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.*

Vt colligãtur examina.

Sed Virgilius, vt colligantur noua iſtæc examina docuit ſic:

*Hæc vbi iam emiſſum caueis ad ſydera cæli,*
*Nare per æſtatem liquidum ſuſpexeris agmen*
*Obſcuramq; trahi vento mirabere nubem*
*Contemplator, aquas dulces & frondea ſemper*
*Tecta petunt, hinc tu iuſſos aſperge ſapores*
*Trita meliphylla, & cerintha ignobile gramen:*
*Tinnitusq; cie & Matris quate cymbala circum:*
*Ipſa conſident medicatis ſedibus: ipſa*
*Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.*

Hac itaq; ratione vernacula examina in nouas aluos conduntur: veruntamen quoniam, vt G
[r] Lib. 9. c. 8. Examina ſylueſtria, vt inueſtigentur.
ait [r] Columella, interdum propter conditionem locorum, vel mediocre pecus parandum „
eſt, curam veſtigandis examinibus hac ratione adhibebimus. Vbicunque ſaltus, inquit, „
ille, docens vt inueſtigantur, ſunt idonei, mellifici nihil antiquius, quàm Apes, quibus vtantur, vicinos eligunt fontes: eos itaque conuenit plerunq; ab hora ſecunda obſideri ſpecularíq; quæ turba ſit aquantium. Nam ſi paucæ admodum circunuolant (niſi tamen complura capita riuorum diductas faciunt rariores) intelligenda eſt earum penuria, propter „
quam locum quoque non eſſe mellificum ſuſpicabimur. Primùm, quàm longè ſint, explorandum eſt, præparandumq; in hanc rem liquida rubrica, qua cum feſtucis illitis contigeris Apum terga fontem libantium, commoratus eodem loco faciliùs redeuntes agnoſcere „
Vt cognoſcantur longiùs euolare.
poteris. At ſi non tardè id facient, ſcias eas in vicino conſiſtere. Sin autem ſeriùs, pro morę „
tempore æſtimabis diſtantiam loci: ſed cùm animaduerteris celeriter redeuntes, ſi non ægrè „
perſequeris iter volantium, ad ſedem perduceris examinis. In ijs autem, quæ longiùs mea- „
Vt diſtãtia longè examina inueniantur.
re videbuntur, ſolertior adhibebitur cura, quæ talis eſt. Arundinis internodium cùm ſuis ar- „
ticulis exciditur, & terebratur ab latere talea, & per id foramen exiguo melle, vel de fruto „
inſtillato, ponitur iuxta fontem: deinde cùm ad odorem dulcis liquoris complures Apes ir- H
repſerint, tollitur talea, & appoſito foramini pollice non emittitur, niſi vna, quæ cum euaſit, „
fugam ſuam demonſtrat obſeruanti, atque is, dum ſuffecit, perſequitur euolantem. Cùm de- „
inde conſpicere deſijt Apem, tum alteram emittit; & ſi eandem petit cæli partem veſtigijs „
prioribus inhæret, etſi minùs aliam quoq;, atque aliam foramine adaperto patitur egredi, „
Vt eximantur à ſpecu.
regionemq; notet, in quam plures reuolent, & eas perſequatur, donec ad latebram perduca- „
tur examinis: quòd ſi eſt ablatum ſpecu, fumo elicitur, & cùm erupit, æris ſtrepitu coercetur. „
Nam ſtatim ſono territum, vel in frutice, vel in editiore ſyluæ fronde conſidet, & à veſtiga- „
Vt ex cauo arboris eximantur.
tore præparato vaſe reconditur. Sin autem ſedem habet arboris cauæ, & aut extat ramus, „
quem obtinent, aut ſunt in ipſius arboris trunco, tunc, ſi mediocritas patitur, acutiſſima „
ſerra, quò celeriùs id fiat, præciditur primùm ſuperior pars, quæ ab Apibus vacat, deinde „
inferior, quatenus videtur inhabitari, tũ reciſus vtraq; parte mundo veſtimento contegitur, „
quoniam hoc quoq; plurimum refert, ac ſi quibus rimis hiat illinitur, & ad locum perfertur. „

reli-

A relictisq; paruis (vt iam dixi) foraminibus, more cæterarum aluorum collocatur. Sed indagatorem conuenit matutina tempora vestigandi eligere, vt spatium diei habeat, quò exploret commeatus Apum: sæpè enim si seriùs cœpit eas denotare, etiã cùm in propinquo sunt, iustis operum peractis se recipiunt, nec remeant ad aquam: quo euenit vt vestigator ignoret, quàm longè fonte distet examen: sunt qui per initia Veris apiastrum, & (vt ille vates ait) tri ta meliphylla & cærinthe ignobile gramen, aliasq; colligant similes herbas, quibus id genus animalium delectatur, & in aluos perfricent, vt odor & succus vasi inhæreat: quæ deinde mundata exiguo melle respergant, & per nemora non latè à fontibus disponant, eaque cùm repleta sunt examinibus, domum referãt, sed hoc nisi locis, quibus abundant Apes, facere non expedit. Nam sæpè inania vasa nacti, qui fortè prætereunt, secum auferunt; neque tamen est tanti vacua perdere complura, vt vno vel altero potiare pleno: at in maiore copia etiam si multa intercipiuntur, plus est quod in repertis Apibus acquiritur. Ne verò captans syluestres fallatur, nosse debet suas ab illis distinguere, ne suas pro alienis prosequatur. Aristoteles Apiarios suas scribit cognoscere farina in prato respersa. Captaturus itaq; eo signo suas agnoscet. Atq; hæc est ratio capiendi syluestria examina. Sed vt ad vernaculorum cu-

Quo tẽpore eximẽda

[u] *Lib. 9. Hist. cap. 40.*

B ram reuertamur, quæ nimirùm maior esse debet; scire licet nonnunquam fugam capessere, alueosque derelinquere, idque varias ob causas, vt mox patebit; quamobrẽ à mellario, cùm eo quo dictum est, modo, ante triduum, quàm erumpent, tumultuantur & murmurãt, maximè obseruari debent, vt siue patriam fastidientes sedem, ad fugam longiorem capessendam sese accingant, aut ad pugnam (nam inter se tanquam ciuilibus bellis, & cum alteris, quasi cum externis gentibus prœliantur) erumpant. Fugam moliri id significat, cùm sic Apis euadit vestibulum, vt nulla intrò reuoluat, sed se confestim leuet sublimiùs. Aut cùm, vt Aristoteles scribit, mutuo inter se annexu alia ex alia dependet in alueo. Præstò sit ad vtrumque casum paratus custos. Crepitaculis æreis aut testarum plerumq; vulgo iacentium sonitu terretur fugiens iuuentus, vt ait [x] Columella. Ita quoq; Lucanus commonstrat lib. 9. comparans celeritatem iuuentutis redeuntis è nauibus ad littus cum Apibus, tinnitum æris sequentibus his versibus:

Cur fugiãt examina.

Fugæ signa quæ.

Tinnitu terrentur.

[x] *Li. 9. c. 12.*

*Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes,*
*Quàm simul effatas linquunt examina ceras,*
*Atq; oblita faui non miscent nexibus alas.*
C *Sed sibi quisque volat, nec iam degustat amarum*
*Desidiosa thymum, tùm si sonus increpat æris*
*Attonita posuêre fugam, studiumq; laboris*
*Floriferi repetunt, & sparsi mellis amorem.*
*Gaudet in Hyblæo securus gramine pastor*
*Diuitias seruasse casa.*

Meminit & eleganter [y] Claudianus dum canit:

[y] *Lib. 8.*

*——Qualis Cybeleia quassans*
*Hyblæus procul æra senex, renouare fugaces*
*Tinnitu conatur Apes, quæ sponte relictis*
*Desciuêre fauis, sonituq; exhaustus inani*
*Raptas mellis opes, solitæq; oblita latebræ*
*Perfida deplorat vacuis examina ceris.*

Sed quantoperè tinnitus, æriq; manuumq; pulsus sequantur, non fugam tantùm molientes Apes, sed nouas sedes etiam quærentia noua examina, innuit [z] Ouidius, vbi Bacchum

[z] *L. 3. Fastor*

D Apes inuenisse scribit, cuius suprà meminimus.

*Ibat arenoso satyris comitatus ab Hebro,*
*Non habet ignotos fabula nostra iocos.*
*Iamque erat ad Rhodopem, Pangæaq; flumina ventum,*
*Aerifera comitum concrepuere manus,*
*Ecce nouæ volucres cocunt tinnitibus actæ,*
*Quoque mouent sonitus æra, sequuntur Apes,*
*Colligit errantes, & in arbore claudit inani*
*Liber, & inuenti præmia mellis habet.*

Sunt qui huius rei, hoc est, cur tinnitu coërceantur, & gaudere videãtur, rationem reddant, quòd harmoniæ musicalis amatrices sint. Nam & Varro Musarum aues eas vocauit. sed si sono isto ceu dulcedine quadam afficerentur, dicendum etiam esset, ipsas audire, quod nos negauimus. Quare, vt ad fugientem iuuentutem regrediatur oratiò, iubet Columella, vt

ea quæ

ea quæ vel pauida, cùm repetierit aluum maternam, & in eius aditu glomerata pependerit, vel ſtatim ſe ad proximam frondem contulerit, protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinſecùs prædictis herbis: deinde guttis mellis reſperſum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas Apes recondat. Atque vti debet adhibita cętera cura, diligenter compoſitum & illitum vas interim patiatur in eodem loco eſſe, dum adueſperaſcat. Primo deinde crepuſculo transferat, & reponat in ordinem reliquorũ alueorum. Oportet autem etiam vacua domicilia collocata in Apiarijs habere: nam ſunt nonnulla examina, quæ cùm proceſſerint, ſtatim ſedem ſibi quærant in proximo, eandemq; occupent, quam vacuam repererint. Ariſtoteles Apiarios ait, ne fugiant Apes alueis afflare ex vino dulci.[a] Varro, ſi trãſituræ, inquit, ſunt Apes, aluearia apiaſtro perfricanda, quòd illicium hoc illis, & faui melliti intus ponendi à faucibus non longè, ne cùm animaduerterint, aut inopiam eſcæ habuiſſe dicantur, aut cùm ſunt Apes morbidæ propter primores vernos paſtus, qui ex floribus nucis Græcæ, & cornus fiunt, cæliacas fieri, atq; vrina pota refici. Iubet etiam, ſi ex aluo minus frequentes euadunt, ac ſubſidit aliqua pars, ſuffumigandum & propè apponendum bene olentium herbarum, maximè apiaſtrum & thymum. Author eſt[b] Plinius puluere è veſtigio anguiũ collecto, ſparſas Apes in aluearia reuerti. Et Apuleius tradit examina non diffugere ſuſpenſo vaſis earum acoro, quod inde piper Apium vocari aſſerit. Quod ad pugnam attinet, ea quidem, vel vnius inter ſe diſſidentis, vel duorum examinum diſcordantium facilè compeſcitur puluueris in eas iactu, aut mulſo, paſſoûe, aut alio quouis liquore ſimili reſperſo, videlicet familiari dulcedine ſæuientium iras mitigãte: nam eadem mirè etiam diſſidentes reges conciliant. Sunt enim ſæpè plures vnius populi duces, & quaſi procerum ſeditione plebs in partes deducitur: quod frequenter fieri prohibendum eſt, quoniam inteſtino bello totæ gentes conſumuntur. Itaq; ſi conſtat principibus gratia, manet pax incruenta. Sin autem ſæpius aciem dimicantes notaueris, duces ſeditionum interficere curabis: dimicantium verò prælia prædictis remedijs ſedantur: ac deinde cum agmen glomeratum in proximè frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animaduertito, an totum examen in ſpeciem vnius vuæ dependeat, idq; ſignum erit, aut vnum regem ineſſe, aut certè plures bona fide reconciliatos, quos ſic patieris, dum in ſuum reuolent domicilium: ſin autem duobus, aut etiam compluribus velut vberibus diductum fuerit examen, ne dubitaueris & plures proceres & adhuc iratos eſſe, atq; in ijs partibus, quib. maximè videris Apes glomerari, requirere duces debebis: itaque ſucco prædictarum herbarum, maximè apiaſtri manu illita ne ad tactum diffugiant, leuiter inferes digitos, & diductas Apes ſcrutaberis, donec autorem pugnæ, quem elidere debes, reperias. Quæ ferè omnia hiſce verſibus complexus eſt Maro:

Ne fugiant quid agendum.

Cur vacuis alueareis opus ſit.

[a] *Lib. 3. c. 16*

[b] *L. 31. c. 16*

Pugna vt coerceat.

Pugnæ cauſæ quæ.

Vt vnum, aut plures reges eſſe conſtet.

Vt rex inueniatur.

*Sin autem ad pugnam exierint (nam ſæpe duobus*
*Regibus inceſſit magno diſcordia motu)*
*Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello*
*Corda, licet longè præſciſcere: namq; morantes,*
*Martius ille æris rauci canor increpat, & vox*
*Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.*
*Tum trepidæ inter ſe coeunt, pennisq; coruſcant*
*Spiculaq; exacuunt roſtris, aptantq; lacertos*
*Et circa regem atq; ipſa ad prætoria denſæ*
*Miſcentur; magniſque vocant clamoribus hoſtem.*
*Ergo vbi ver nactæ ſudum camposq; patentes,*
*Erumpunt portis: concurritur æthere in alto,*
*Fit ſonitus, magnum miſtæ glomerantur in orbem:*
*Præcipiteſque cadunt: non denſior aëre grando,*
*Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.*
*Ipſi per medias acies, inſignibus alis*
*Ingentes animos angusto in pectore verſant,*
*Vſque adeo obnixi non cedere: dum grauis aut hos,*
*Aut hos verſa fuga victor dare terga coegit.*
*Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta*
*Puluueris extingui iactu compreſſa quieſcent.*
*Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos*
*Deterior qui viſus eum, ne prodigus obſit,*
*Dede neci: melior vacua ſine regnet in aula.*

Ariſtoteles

A [c] Aristoteles etiam perire Apes scribit, tum alijs casibus, tùm verò cùm multi principes orti sint, & partem quisque secum, quo libuit, abducat. Quod si verò vnicus tantùm rex sit, isq; boni regis signa (quæ suprà attulimus) possideat, tamen, vbi sæpius cum suo exa-
Regis fuga vt cohibeatur.
mine conatur fugere, & ipse cohibendus est à fuga, cohibetur autem amputatis alis: nam sic quasi compede retinebitur detractis alis, fugæque destitutus præsidio, fines regni non audet excedere, propter quod ne cæteris ditionis suæ Apibus permittit longiùs euagari. Virgilius:

*At cùm incerta volant, cœloq; examina ludunt*
*Contemnuntq; fauos & frigida tecta relinquunt*
*Instabiles animos ludo prohibebis inani,*
*Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas*
*Eripe. non illis quisquam cunctantibus, altum*
*Ire iter, aut castris audebit vellere signa.*

Regis sedes.
Reges autem in supremis fauis reperiuntur. Oportet autem singulis aluearibus vnum relinquere, & reliquos abolere, vt dictum est. nam præterquam, quòd inter populum se-
Cur vnus tantùm rex relinquendus.
B ditionem mouent Apes, etiam congregatæ iuxta singulos dissident, & ab opere cessant. Est & alia pugnæ causa: nam cùm alicuius aluei cibus defecerit, inquit [d] Plinius, impetum in proximas faciunt rapinæ propositò. At illæ contra dirigunt aciem, & si custos adsit, alterutra pars, quæ suis fauere sentit, non appetit eum. maxima rixa in conuehendis floribus exorta, & suos quibusq; euocantibus. In Germania sæuitiam sic coercent: vetusti lintei frusto ambusto fumum excitant, eoq; nidore Apes in priorem partem domicilij, & interdum extra vestibulum adigunt, atque sic fit potestas inspiciendi. Varro quæ crebriùs inter se pugnant, aspergi iubet aqua mulsa, quo nempe facto non modò desistunt à pugna, sed etiam confarciunt se lingentes: eo magis, inquit, si mulso sunt aspersæ, quo propter odorem auidiùs applicant se, atque obstupescunt potantes. Sed Plinius de pugna agens, quæ ex conuehendis floribus inter eas exoritur, dimicationem interiectu pulueris, aut fumo totam discuti ait. Reconciliari verò lacte, vel aqua mulsa. Sed est & altera pugnę causa, cùm scilicet breues teste [c] Aristotele contra longas odio flagrant, easq; alueis pellere co-
[d] *Lib.* 11. *cap.* 17.
[c] *Li.* 9. *Hist. cap.* 40.
nentur. Qua in pugna, inquit, si illę vicerint, optimum ita fore examen putatur: sed si hę solę remanserint, ocioseę viuunt, & nihil boni integrè faciunt: pereunt & ipsę antequam
C autumnus sit. Scribit etiam nullum eas animal ~~nisi~~ sui generis fugere: pręliari enim inter se, & cum Vespis. Sed cùm ruri sunt, nec sibi inuicem, neque vllis alijs iniuriari: at apud suos alueos pugnare acerrimè, & hostes quos vicerint, enecare. Quam verò acriter inter sese pugnent Apes, & quanto numero ad pugnam concurrant, dęmonum ab inferno exeuntium & numero & studio innuit Hieronymus Vida:

*Non tam olim densa sublimes nube per auras,*
*Florilegæ glomerantur Apes æstate serena,*
*Nubifugo Borea, & madidis cessantibus Austris,*
*Si quando exorta est inter discordia reges,*
*Sæuaq; collatis inuadunt prælia signis.*

Eleganter etiam P.* Angelius Bargæus Turcarum & Christianorum pugnam, Apibus in-
* *Lib.* 12. *Syriad.*
ter se dimicantibus comparat, canens:

*Non aliter quàm cùm geminos discordia reges,*
*Cogit Apum tectis in apertum exire relictis,*
*Stipatos studijs sectantum atque agmine gentis,*
D *Quemq; suæ, fit pugna atrox & ab æthere summo*
*Corpora cæsarum complent labentia terram.*

Fucorum insuper nimia copia excrescens, cùm opera Apum consumunt, dissidia in aluo excitant, causaque sunt exigui, aut nullius prouentus: Ad quos tollendos vetus Demo-
Fuci cur dissidia inter Apes excitent.
criti præceptum est, vt vespere incipiente opercula vasorum intrinsecus aqua irrorentur, & circa diluculum vasa aperiantur: quo facto Fucos inuenies guttis operculorum
Fuci vt occidantur.
insidentes. Semper enim melle repleti sticuloſi sunt, & aquæ appetentia insatiabili ab humore operculorum non descendunt. Quare possibile fuerit ipsos omnes dispердere, ita vt ne vnus quidem aufugiat. Sunt autem magni, aculeoque carentes, &
* *Li.* 28. *c.* 7.
ignaui. * Plinius tradit Apes (vt ad eas reuertamur) certum esse fugere tactis aluearijs: quod quantopere hominum consortia auersentur, ante omnia indicat; quare
Cur accessus hominũ prohibeatur.
mellarius hominum accessum ad aluearia prohibere debet. Atque hæc de fuga sufficiant

Aluearia plena esse cognosces ex suprà allatis signis, maximè ex frequenti altoq; Apium E
susurro. Sed si nulla nascantur examina, vel quæ habet, soboli non studeant propagandæ,
paucitate laborantia, minimè ignorare debet mellarius, quomodo duo, vel tria aluearia in
vnum conferantur, & paucitas earum emendetur: qua de re audi iterum Columellam.
Nonnunquam, inquit, necandus est rex, cùm vetus alueare numero Apum destituitur, atq; „
Rex quando necandus. infrequentia eius aliquo examine replenda est. Itaq; cùm primo vere in eo vase nata est pul- „
lities, nouus rex eliditur, vt multitudo sine discordia cum parentibus suis conuersetur, quòd „
si nullam progeniem tulerint faui, duas vel tres alueorum plebes in vnum contribuere li- „
cebit, sed prius respersas dulci liquore: tum demum includere, & posito cibo dum conuer- „
sari consuescant, exiguis spiramentis relictis triduo ferè clausas habere. Sunt qui seniorem „
potiùs regem submoueant, quod est contrarium: quippe turba vetustior, si elidatur velut „
quidam senatus iunioribus pareat necesse est, & si quæ sint imperia validiorum contumaci- „
ter spernentes, pœnis, ac mortibus afficiuntur: illud tamen incommodum iuniori examini „
solet accidere, cùm antiquarum Apium relictus à nobis rex senectute deficit, quòd tan- „
quam domino mortuo familia nimia licentia discordat, cui facilè occurritur. nam ex ijs al- „
ueis, quæ plures habent principes, dux vnus elicitur; isq; translatus ad eas, quæ sine im- F
perio sunt, rector constituitur. Potest autem minore molestia in ijs domicilijs, quæ aliqua „
peste vexantur, paucitas Apium emendari. Nam vbi cognita est clades infrequentis al- „
uei, quos habeat fauos, oportet considerare; tum deinde ceræ, quæ semina pullorum con- „
tinet, partem recidere, in qua regij generis proles animatur: est autem facilis conspectu „
Rex vbi generetur. quoniam ferè in ipso fine cerarum velut papilla vberis apparet eminentior, & laxioris si- „
stulæ, quàm sint reliqua foramina, quibus popularis notæ pulli detinentur. Celsus qui- „
dem affirmat in extremis fauis transuersas fistulas esse, quæ contineant regios pullos. Hi- „
ginius quoque authoritatem Græcorum sequens negat ex vernaculo (vt cæteras Apes) fieri „
ducem, sed in circuitu fauorum paulò maiora, quàm sint plebei seminis inueniri recta fora- „
mina repleta quasi sorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur. Sic ille, quæ
[f] Palladius sic repetit: Sed si nulla, inquit, nascantur examina, duorum vel trium vascu- „
[f] *In Iunio Tit. 7.* lorum multitudinem in vnum conferre possumus: dulci tamen liquore conspersas Apes, „
atque inclusas, per triduum tenebimus appositio cibo mellis, & exigua tantùm spiracula „
relinquimus in cella. Quod si velis aluearium, cui per aliquam pestem multitudo subacta „
est, populi abiectione reparare, considerabis in alijs abundantibus ceras fauorum, & extre- G
mitates, quæ pullos habent, & vbi signum nascituri regis inueneris, cum sobole sua recides, „
& in id aluearium pones. Est autem hoc futuri regis signum. Inter cætera foramina, quæ „
pullos continent, vnum maius, ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferendi sunt, „
Quando reges in aliã aluum trãsferendi. quando erosis cooperculis ad nascendum maturi capita nituntur exerere: nam, si immatu- „
turos transtuleris, interibunt. Si autem se subitum leuabit examen, strepitu æris terrea- „
tur, aut testulæ: tunc ad aluearium redibit, aut in proxima fronde pendebit, & inde in „
nouum vas herbis consuetis, & melle consperſum manu attrahatur, aut trulla, & cum in „
Quibus stirpibus gaudeant. eo loco requieuerit, vespere inter alia collocetur. Dicendum verò iam nunc restat quibus „
stirpibus gaudeant (quam rem suprà etiam tetigimus) & quomodo nutriantur, item quid
ex singulis herbis faciant, qualemq; aquam ad potum recipiant. Scribit [g] Aristoteles Apes
[g] *Li. 4. Hist. cap. 10.* ad nullam rem putidam aduolare, sed dulcia petere; quamobrem cauebit mellarius ne
propè apiarium, quid putidum offendatur, ipseq; mundus semper ad eas accedat, & florum
odoratorum præcipue, si locus patiatur, copiam in vicino habeat. Cùm enim alueum,
inquit idem [h] philosophus, receperint mundum, construere incipiunt fauos, deferentes ex „
[h] *L. 9. Hist. cap. 40.* floribus, atque etiam arborum lachrymis, salicis, & vlmi, & reliquarum quæ glutinum H
pariunt. Populi, teste [i] Plinio, ferunt & foliis guttam, ex qua Apes propolim faciunt. „
[i] *Lib. 24. cap. 8.* Neque enim, inquit [k] Varro, quæ afferuntur, ad quatuor res faciendas, propolim, eri- „
[k] *De re rust. lib. 3. c. 16.* thacen, fauum, mel, ex ijsdem omnia rebus carpere dicuntur simplex: quod è malo „
punico, & asparago cibum carpant solum, ex olea arbore ceram, è fico mel, sed non bo- „
num. Duplex ministerium præberi, vt è faba, apiastro, cucurbita, brassica, ceram & ci- „
bum. Nec non aliter duplex, quod fit è malo, & pyris sylvestribus, cibum & mel. „
Item aliter duplex, quod è papauere, ceram & mel. Triplex ministerium quoque fieri, „
vti ex nuce Græca, & è Lapsana, cibum, mel, ceram. Item ex alijs floribus ita carpere,
vt alia ad singulas res sumant, alia ad plures. Mel quoque, eodem Varrone tradente,
ex alia re faciunt liquidum, vt ex siseris flore: ex alia contra spissum, vt è rore mari-
no. Sic ex alia re, vt è fico mel insuaue, è cithyso bonum, è thymo optimum.

Ceterùm

A Cæterùm quanta auiditate ad flores euolent, ostendit his versibus Pet. Angelius Bargæus: [l] Lib. 2. Syriad.

*Ac velati ingenti vitiosæ ex ilicis alueo,*
*Corticibusq; cauis densæ simul vndiq; nubes*
*Egrediuntur Apum, volitantq; ad florea tempe,*
*Rura cateruatim nusquam tamen vna petentes,*
*Sed varios vario populantes agmine saltus.*

Imitatus autem est [m] Bargæus Homerum, qui sic cecinit: [m] Iliad. B.

Ὑπὲ ἔθνεα ἔστι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰὲν νέον ἐρχομενάων,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Αἱ μὲν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα.
*Sicut examina eunt Apum frequentium*
*Petra ex cauata semper recens venientium,*
*Racematim volant super flores vernos,*
B *Hæ quidem huc confertim volant; aliæ autem illuc.*

Huc spectat, & hoc quoque Virgilij:

*Ac veluti in pratis, vbi Apes æstate serena*
*Floribus insidunt varijs, & candida circum*
*Lilia funduntur; strepit omnis murmure campus.*

Item illud Theocriti. [n] Eidyl. 23.

—— ὑψηλαὶ δὲ πεφύκεσαν ἀγκόθι πεῦκαι
Λεῦκαίτε, πλατανόιτε καὶ ἀκρόκομοι κυπάρισσοι,
Ἄνθεατ' εὐώδη, λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις,
Ὅσσ' ἔαρος λήγοντος ἐπιβρύει ἄνθεα λειμῶνας.
—— *Sublimes autem propè natæ erant tedæ,*
*Populiq; plataniq; & frondosæ cupressi,*
*Floresq; odoriferi, gratum opus hirtis Apiculis,*
*Qui sub finem veris vigent in pratis.*

[n] Ouidius de re stupenda.

C *Non Apis inde tulit collectos sedula flores.*

Luculenter verò etiam, atque elegantissimè [o] Claudianus Veneris socias Apibus assimilans eas ait flores carpere, quæ natura duce Apes prosequi solent. [o] Lib. 2. de rapt. Proserpinæ.

*Huc elapsa cohors gaudet, per florea rura,*
*Hortatur Cytheræa legant; nunc ite sorores,*
*Dum matutinis præsudat solibus aër,*
*Dum meus humectat flauentes lucifer agros*
*Roranti prouectus equo. Sic fata doloris,*
*Carpit signa sui, varios tunc cætera saltus*
*Inuasêre cohors, credas examina fundi*
*Hyblaum raptura thymum, cùm cætera reges*
*Castra mouent, fagiq; cauo demissus ab alueo*
*Mellifer electis exercitus ostrepit herbis.*
*Pratorum spoliatur honos, hæc lilia fuscis*
*Intexit violis, hanc mollis amaracus ornat,*
D *Hæc graditur stellata rosis, hæc alba ligustris:*
*Te quoque flebilibus metunt hyacynthe figuris*
*Narcissumq; metunt, tunc inclyta gramina Veris.*

Sed nota quæso, quod clarissimus ille Poëta nymphas illas eos flores, ac herbas carpere facit, quæ Apibus gratissimæ esse solent, vt ex sequentibus patebit. [p] Columella vult, ac præcipit vt regio, in qua Apes habentur fœcunda sit fruticis exigui, & maximè thymi, tum etiam thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satyreiam Rusticis vocari ait. Post hæc frequeus sit incrementi maioris surculus, vt rosmarinus, & vtraque cythisus. Est enim, inquit, satiua, & altera suæ spontis; itemq; semper sit virens pinus, & minor ilex. nam prolixior ab omnibus improbatur. Hederę quoque non propter bonitatem recipiũtur, sed quia præbent plurimum mellis. Arbores verò sunt probatissimæ, rutila atq; alba ziziphus, nec minus amaranthus, tum etiam amygdalæ, & Persici, atq; pyri, denique pomiferarum plereq;, ne singulis immorer. At syluestrium commodissimè faciunt glandifera robora, quin [p] Lib. 9. c. 4. Apes in quæ regione habendæ.

Tilia & taxus improbantur.

etiam terebinthus, nec diſſimilis huic lentiſcus, & odorata cedrus. At tiliæ ſolæ ex omnibus ſunt nocentes, taxi repudiantur. Mille præterea ſemina, vel crudo ceſpite virentia, vel ſubacta ſulco, flores amiciſſimos Apibus creant, vt ſunt in irriguo ſolo frutices amelli: caules acanthini, ſcapus aſphodeli, gladiolus narciſſi. At in hortenſi lira conſita nitent candida Lilia, nec his ſordidiora leucoia, tùm punicæ roſæ, luteolæq; & ſarranæ violæ, nec minus cæleſtis numinis hyacinthus, coritius item, Siculusq; bulbus croci deponitur,

Herbæ ex quibus cera colligitur.

qui coloret odoretq; mella. Iam verò notæ vilioris innumerabiles naſcuntur herbæ, cultisq; atque paſcuis regionibus, quæ fauorum ceras exuberant, vt vulgares Lapſanæ, nec his pretioſior armoratia, rapiſtriq; olus, & intubi ſylueſtris, ac nigri papaueris flores. Tùm agreſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita, quàm Græci σαφυλῖνον vocant. Verùm ex cunctis, quæ propoſui, quæq; omiſi tempotis compendia ſequens (nam inexputabilis

Mel ex quibus herbis præſtantius & ex quibus illaudatum.

erat numerus) ſaporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima thymbra, ſerpillumq; & origanum. Tertiæ notæ, ſed adhuc generoſæ, marinus ros, & noſtras cuniq; quam dixi ſatureiam. Mediocris deinde guſtus amaranthini, ac ziziphi flores, reliquaque, quæ propoſuimus cibaria, ſed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto, atque arbuto prouenit: villaticum quod naſcitur in oleribus, & ſtercoroſis herbis. Hactenus Columella. Quam pretioſum autem mel ex amaraco Apes gignant, &

Vt amaraco gaudeat Apes.

quantopere eo gaudeant, eleganter oſtendit Pontanus Batillam ſuam exhortans, vt eam herbam colat in ſuo horto:

*Felices ſed Apes, nemus beatum*
*Qua circumuolitant, leguntq; flores,*
*Et rorem ſimul, & tuos labores,*
*In tectis relinunt, liquantq; nectar,*
*O qui Meſopij liquoris auram:*
*Hyblæ & quæritis & valere Hymettum.*

[q] *Li. 9. Hiſt. cap. 40.*

Thymum verò etiam laudauit [q] Ariſtoteles, dum inquit: Paſtus gratiſſimus Apibus thymum eſt; ſed rubidum albido præfertur. Et rurſus alijs cum herbis id nominans; eſt ijs, inquit, pro cibo thymus, fuſus agreſtus, ſertula campana, albucum, myrtus, phleus, vitex, geniſta. Cum ex thymo conficiunt, aquam admiſcent antequam fauus occupetur. Claudianus:

—— *Credas examina fundi*
*Hyblæum raptura thymum cum cerea reges*
*Caſtra mouent, fagiq; cauo demiſſus ab aluo,*
*Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.*

[r] *Lib. 1. Amor.*

Laudat, & thymum [r] Pontanus.

*Ne time, leuiter ſuauiabor,*
*Apes, vt tenero ſtudens liquori,*
*Libat ſumma thymi, & crocum rubentem.*

Virgilius:

*Dumq; thymo paſcuntur Apes, dum rore Cicadæ.*

Florentinus deniq; thymi pabulo maximè gaudere aſſerit, & ex eo abundè paſtas, & plurimùm mel conficere, & ſobolem parere. Saluia quoque, inquit, & thymbra, & cithyſus iucundiſſima ſunt Apibus pabula, & recentia examina cithyſo maximè adhærent, eoq; minore labore fruuntur. Democritus & Ariſtomachus, teſte [s] Plinio, promittunt Apes nunquam defore cithyſi pabulo apiarium cingente. [t] Petrarcha eleganti comparatione quoque oſtendit, quantopere ea ſtirpe oblectentur. Etenim Stupens amator ſeſe tam ſuauiter canere iactitat, vt etiam Apes auſcultaturæ cithyſum ſpernerent, capellæ à pabulo deſiſterent, Cicadæ obmuteſcerent:

[s] *Lib. 13. cap. 24.*

[t] *Egloga. 3.*

*Sapè quidem ramum vidi dulcedine tentas*
*Linquere, & attonitas in me ſpectare capellas.*
*Spernere Apes cithyſum, mutas æſtate Cicadas.*

[u] *Eglog. 10.*

Sed antè [u] Petrarcham Virgilius dicebat:

*Nec Cithyſo ſaturantur Apes, nec fronde Capellæ.*

[x] *Lib. 21. cap. 12.*

[x] Plinius etiam Apum cauſa ſinapi ſeri ſcripſit; item geniſtas circumſeri aluearijs gratiſſimum eſſe. Fagos quoque amant, vnde [y] Calphurnius:

[y] *Egloga. 2.*

*Rorantes fagos damus, & liquentia mella.*

[z] *Eglog. 2.*

Item caſiam, de qua meminit etiam [z] Virgilius:

*Vix humiles Apibus caſias, roremq; miniſtrat.*

Ericæ

A Ericæ denique floribus gaudent, vt Nicander meminit, quanquam teste [a] Dioscoride reprobum mel ex ijs colligant.

[a] *In theriaca.*

*Λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην*
*Ἥντε, μελισσαῖος περιβόσκεται ὀλαμὸς ἕρπων*
*Floribus atq; etiam folijs insignis Erica*
*Cæditur: hanc Apium volitant examina circum.*

Atque hæc de stirpibus, quæ Apium causa, si fieri licet, propè Apiarium conseri debent. Iubet autem [b] Palladius, vt arbores à Septentrionali parte sint dispositæ: frutices atq; virgulta ordines suos sub macerijs exequantur. Herbas deinde in plano post frutices conseramus. Amant autem mirum in modum consueta pascua, & si habitationes innouent, ac mutent, non volentes ad pabulum exeunt, & ob id in regione ipsas seruare oportet, si verò emptori cuipiam, aut etiam ob aliam causam necesse sit ipsas transferre, noctu & placidè, & obligatis cum pellibus vasis, eas tollat ante diem. Hac enim fallacia neque fauos perturbabis, neque animalia contristabis ipsa molestando. Quia autem paucis locis ea felicitas, vt & æstiua, & hyberna præbeant pabula, proinde quibus locis post Veris tempus (quo B Fabæ, raparum salicis, aliarumq; & fruticum, & herbarum flores suppeditantur passim) flores deficiunt, tùm à quibusdam deferuntur, (noctu, vt dixi) in ea loca, vbi serotinis floribus veluti thymi, origani, tymbræq; benigniùs, ac vberiùs alantur. Et sicut olim ex Achaiæ regionibus in Atticas pastiones transferri consueuisse Apes scribit Columella, & aliunde alia: ita nostris locis, vbi verni flores absumpti, ad æstiuos trifolij, & similium, atque post hos circa autumnum deferimus Apes in ea loca, vt tamaricis, & ericæ floribus pascantur serotinis. Varro, si ita transferrendæ sunt alui in alium locum, id facere diligenter iubet, & tempora quibus id potissimùm facias, animaduertendum; & loca, quò transferas, idonea prouidendum. Tempora, vt verno potiùs quàm hyberno; quòd hyeme difficulter consuescunt, quò sunt translatæ, manere: itaque, inquit, fugiunt plęrumque. Si è bono loco transtuleris eò, vbi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. Nec si ex aluo in aluum in eodem loco traijcias, negligenter faciendum. Cibi pars denique, vt idem Varro ait, quoque est potio, & eam ipsis aquam liquidam, vnde bibant esse oportet, eamq; propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat, ita vt ne altitudine ascendat duos aut tres digitos, in qua aqua iaceant testę, aut lapilli, ita vt extent paulum, vbi assidere, & C bibere possint. In qua diligenter habenda cura, vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Florentinus quoque Apum aquam optimam esse ait, quæ per asperos calculos defluit, incorruptaq; ac minimè turbida existit. Nam & sanitatem, inquit, & bonum mel facit. Verùm petrarum saxa, itemque ligna collocare, inquit, oportet aquam paululum supereminentia, quibus insidientes absque labore bibant. Si verò non sit fluens à terra aqua, ex puteo exhauriatur, aut è fonte, & per canales inducatur. Sint autem hi propè Apes, ne ex aquæ gestatione ægrotent. [c] Aristoteles quoque bibere Apes tradit, si fluuius sit propinquus, non aliunde, quàm ex eo posito onere: sin minus aliunde humore hausto pergere ad mel euomendum, confestimq; negotium repetere. Addit insuper, tunc aquam potissimùm potare, cùm prolem nutriunt. [d] Alibi rursus, cùm Apem nullis putidis assidere dixisset, nec alio cibo vti, quàm dulci. Aquam etiam, inquit libentissimè inde hauriunt, quam synceri clarissimiq; fontes scaturiunt. Qualis verò fons ille esse debeat, optimè cecinit Virgilius his versibus:

[b] *Li. 1. ti. 37.* Plantarum positio circum aluearia. Quando transferendæ Apes. Vbi transferendæ. Quid in translatione obseruãdum. Potio cibi pars est. Aqua qualis esse debeat, & quid in ea obseruandum.

[c] *L. 9. Hist. cap. 40.*

[d] *Li. 8. Hist. cap. 11.*

*At liquidi fontes, & stagna virentia musco*
*Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus.*
D *Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret,*
*Vt cùm prima noui ducent examina reges*
*Vere suo, ludetq; fauis emissa iuuentus,*
*Vicina inuitet decedere ripa calori,*
*Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos,*
*In medium seu stabis iners, seu profluet humor,*
*Transuersas salices, & grandia conijce saxa,*
*Pontibus, vt crebris possint consistere: & alas*
*Pandere ad æstiuum solem; si fortè morantes*
*Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus.*
*Hæc circum casiæ virides, & olentia latè*
*Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbræ*
*Floreat, irriguumq; bibant violaria fontem.*

Quid mellario quolibet tempore agendū. Mense Martio quid agendum.

Iam verò, quid quolibet anni tempore diligenter mellario faciendum sit, examinemus, E quò maior vtilitas, atque emolumentum ipsi ex altione hac cedat. Hanc autem partem Columella exactè prosecutus est ex Higinio, quo iubente illa totius anni cura, ab Aequinoctio primo (quod Mense Martio circa VIII. Calendas Aprilis in octaua parte arietis conficitur,) ad exortum Vergiliarum dies verni temporis habentur duodequinquaginta, per hos Apes curantur adapertis alueis, vt omnia purgamenta, quæ sunt hyberno tempore congesta, eximantur, & vt Araneis, qui fauos corrumpunt, detractis, fumus immittatur factus incenso bubulo fimo, hic enim quasi quadam cognatione generis maximè est Apibus aptus. Vermiculi quoque, qui Tineæ vocantur, & item Papiliones enecandi sunt. Quæ pestes plerunq; fauis adhærentes decidunt, si fimo medullam bubulam misceas, & his incensis nidorem admoueas. Hac cura per id tempus, quod diximus, examina firmabuntur: eaq; fortiùs operibus inseruient. Verùm maximè custodiendum est curatori, qui Apes nutrit, cùm aluos tractare debebit, vti pridiè castus sit ab rebus Venereis, neue temulentus, nec nisi lotus ad eas accedat, abstineatq; ferè ab omnibus redolentibus esculentis, vt sunt salsamenta, & eorum omnia eliquamina, itemq; fœtentibus acrimonijs allij, vel cęparum, cęterarumq; rerum similium. Duodequinquagesimo die ab æquinoctio verno, cùm fit Vergiliarum exortus circa F V. Idus Maias incipiunt examina viribus, & numero augeri. Sed & ijsdem diebus intereunt, quæ paucas, & ægras Apes habent: eodemq; tempore progenerantur in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis fœtus, quàm sint cæterarum Apum, eosq; nonnulli putant esse Reges. Verùm quidam Græcorum autores οἴστρους appellant, ab eo, quòd exagitent, neque patiantur examina conquiescere. Itaq; præcipiunt eos necari. Ab exortu Vergiliarum ad solstitium, quod fit vltimo mense Iunio circa octauam partem cancri ferè, examinant alui, quo tempore vehementiùs custodiri debent, ne nouæ soboles diffugiant. Tuncq; peracto solstitio, vsq; ad ortum caniculæ, qui ferè dies triginta sunt, pariter frumenta & faui demetuntur. Sed ij quemadmodum tolli debeant, mox deinde, cùm de confectura mellis, præcipiemus. Cæterùm hoc eodem tempore progenerari posse Apes iuuenco perempto, Democritus & Mago, nec minus Virgilius prodiderunt. Mago quidem ventribus etiam bubulis idem fieri affirmat. Quam rationem diligentiùs prosequi superuacuum puto, consentiens Celso, qui prudentissimè ait, non tanto interitu pecus istud admitti, vt sic requirendum sit; verùm hoc tempore, & vsq; in autumni æquinoctium decimo quoq; die alui aperiendæ sunt, & fumigandæ. Quod cùm sit molestum examinibus, saluberrimum tamen esse conuenit. Suffitas deinde, & æstuantes Apes refrigerare oportet, conspersis vacuis partibus aluorum, & quàm recentissimi rigoris aqua infusa, deinde si quid ablui non poterit, pinnis Aquilæ, aut etiam cuiuslibet vastæ alitis, quæ rigorem habent, emundari. Prętera vt Tineę, si apparuerint, euerrantur, Papiliones enecentur, qui plerunq; inter aluos morantes Apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo Vermes progenerant, quos aluorum Tineas appellamus. Itaq; quo tempore maluæ florent, cùm est eadem maxima multitudo, si vas ęneum simile miliario vespere ponatur inter aluos, & in fundum eius lumę aliquod demittatur, vndiq; Papiliones concurrunt: dumq; circa flammulam volitant, aduruntur, quod nec facilè ex angusto rursum euolare, nec rursus longiùs ab igne possunt recedere, cùm laterib. æneis circumueniantur, ideoq; propinquo ardore consumuntur. A canicula ferè post diem quinquagesimum Arcturus oritur, cùm irroratis floribus thymi, & cunilæ, tymbræq; Apes mella conficiunt: idq; optimæ notæ enitescit autumni æquinoctio, quod est ante calendas Octobris, cùm octauam partem Libræ Sol attigit. Sed inter caniculę, & arcturi exortum cauendum erit, ne Apes intercipiantur violentia Crabronum, qui ante aluearia plærunque obsidiantur prodeuntibus. Post arcturi exortum circa æquinoctium Libręsicut dixi) fauorum secunda est exemptio. Ab æquinoctio deinde, quòd conficitur circa VIII. Cal. Octobris ad Virgiliarum occasum diebus xi. & floribus tamaricis, & sylueſtribus frutetis Apes collecta mella cibarijs hyemis reponunt, quibus nihil est omnino detrahendum, ne sæpius iniuria contristatæ, velut desperatione rerum profugiant. Ab occasu Vergiliarum ad brumam, quæ ferè conficitur circa VIII. Cal. Ianuarij, in octaua parte Capricorni iam recondito melle vtuntur examina, eoq; vsq; ad arcturi exortum sustinentur. Mel enim teste [c] Aristotele cibus earum est. Cuius, inquit, rei inditium faciunt: cùm apiarij eximere » incipiunt fauos: quamuis enim suffiantur, vehementerq; ex fumo laborent, tamen plus » mellis tunc edunt, quàm priùs. Quod enim cibi causa sibi recondiderint, parciùs eo tem- » poribus cæteris vtuntur: sed habent etiam quo altero cibo alantur, quod quidem ceragi- » nem, alij cerum vocant, verùm hoc deterius est, & dulcedine propè ficus. Et [f] alibi rursus: » Non desunt, inquit, quæ cibo sui generis vtantur, vt Apes, vt Aranei: Apes enim melle, & »

quibusdam

Fimus bubulus cur laudetur.

Curator qualis esse debeat, & à quibus abstinere.

Maio Mense quid agendum.

Oestrorum generatio similis Regum.

Aluei quādo magis custodiendi.

Apes quo tempore generentur è bobus, & quomodo.

Papilionis in aluo noxæ, & vt capiatur.

Quid inter caniculā & arcturū sit agendum.

Secunda messis.

Quando nihil mellis detrahendum.

Mel cibus.

[c] *Li. 9. Hist. cap. 40.*

Ceragoqd.

[f] *Li. 1. Hist. cap. 1.*

A quibusdam alijs dulcibus aluntur. Ergo Vergiliarum occasu primò statim conueniet aperire aluos, & depurgare, quicquid immundi est, diligentiusq; curare, quoniam per tempora hyemis non expedit mouere, aut patefacere vasa. Quam ob causam dum adhuc autumni reliquiæ sunt apricissimo die purgatis domicilijs opercula intus vsq; ad fauos admouenda sunt, omni vacua parte, sed eis exclusa, quò faciliùs angustiæ cauearum per hyemem concalescant, idq; semper faciendum est etiam in ijs aluis, quę paucitate plebis infrequentes sunt. Quicquid deinde rimarum est, aut foraminum, luto & fimo bubulo mistis illinemus extrinsecus, nec nisi aditus, quibus commeent, relinquemus. Et quamuis porticu protecta vasa, nihilominus congestu culmorum, & frondium supertegemus, quantumq; res patietur à frigore, & tempestatibus muniemus. Quidam exemptis interaneis occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis suis delitescentibus Apibus præbent teporem. Tum etiam si sunt absumpta cibaria, commodè pascuntur esurientes, nec nisi ossa earum relinquunt. Sin autem faui sufficient, permanent illibatæ. Nec quamuis amantissimas munditiarum offendunt odore suo. Meliùs tamen esse nos existimamus tempore byberno fame laborantibus, ad ipsos aditus in canaliculis, vel contusam, & aqua madefactam ficum aridam, vel defrutum, aut passum præbere. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt insistentes Apes quasi per syphonem succum euocent. Vuas etiam passas, cùm infregerimus, paulùm aqua respersas probè dabimus: atq; his cibarijs non solùm hyeme, sed etiam quibus temporibus (vt iam supra dixi) tithymalus, atque etiam vlmi florebunt, sustinendæ sunt. Post confectam brumam diebus ferè quadraginta, quicquid est repositi mellis (nisi liberaliùs à curatore relictum sit) consumunt, & sæpè etiàm vacuatis ceris vsque in ortum arcturi, qui est idibus Februarijs ieiunę fauis accubantes torpent more serpentum, & quiete sua spiritum conseruant, quem tamen ne amittant, si longior fames incesserit, optimum est per aditum vestibuli syphonibus dulcia liquamina immittere, & ita penuriam temporum sustinere, dum arcturi ortus, & Hirundinis aduentus commodiores polliceantur futuras tempestates. Itaque post hoc tempus, cùm diei permittit hilaritas, procedere audent in pascua. Nam ab æquinoctio verno sine cunctatione iam passim vagantur, & idoneos ad fœtum decerpunt, atq; intra tecta comportant. Hęc obseruanda tempora diligentissimè Higinius prędpit. Hactenus Columella. [g] Plinius quoque, si cibus deesse, inquit, censeatur Apibus vuas passas siccasue, ficosq; tusas ad fores earum posuisse conuenit. Item lanas tra-

B ctas madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa, gallinarum etiam crudas carnes. Cibi autem quantitas nisi à perito mellario prędscribi poterit: siquidem [h] Aristoteles esurire potissimum ab hyeme scribit, cùm opus incipiunt, reddiq; otiosiores, si in eximendis fauis plus mellis relinquatur, itaque pro examinis numero relinquendum esse: item etiam agere anxius, si plus demetatur, quàm vt residuum cibo sufficiat. Atque etiam si alueus iusto amplior sit, desidiosiores reddi; ęgriùs enim, quasi desperent, operi incumbere. Verùm vt de cibo, qui hyeme offerendus est, nonnulla addamus, quæ vel obiter tantùm Columella tetigit, vel alij recentiores adiecerunt, scire licet, esse qui calidam, in qua mellis decima portio immixta fuit, in canaliculis exhibeant. Nonnulli addunt farinam milij, siliginis, aut castanearum, quę propter dulcedinem Apibus grata sunt pabula, & non parum nutrimenti prębent. Alij eam aquam tantummodo offerunt, qua saccos abluêre, quibus mel exprimitur. Alij ficus decoquunt in aqua, & velut ad offas reductas exhibent. Alij rursus vuas passas, & ficus eadem quantitate in defruto coctas eodem modo Apibus propè alueare collocant depascendas. Sunt item, qui Persicorum siccorum cuique librę, mellis vnciam vnam adijciunt, simulq; in aqua ebulliunt, alij deniq; lac prębent, maximè caprillum ceu ad hoc

D prestantius. Sed videndum, ne istiusmodi cibi ita offerantur, vt diutiùs in frigido aëre Apes versentur: siquidem hyems eis summopere inimica est. [i] Pontanus.

*Sæuit hyems dira & pecori ferus ingruit aër*
*Atq; Apibus, tandem ò tandem miteſcet & aër,*
*Et Zephyri ver diffundent.*

Varro tradit prouidendum esse vehemẽter, ne propter ęstum, aut propter frigus dispereant: docetq; vt reuiuiscant, si quando subito imbri in pastu sunt oppressę, aut frigore subito, antequã ipsę prouiderint id fore, (quòd accidit rarò vt decipiantur) & imbris guttis vbribus offensę iacent prostratę, & afflictę. Vult autem colligi eas in vas aliquod, & reponi in tecto loco, ac tepido, pronoq; ad meridiem, cęlo quam maximè clementi, & vas ipsum cinere facto è siculneis lignis infriandum paulò plus calido, quàm tepidiore. Deinde concutiendum leuiter, vt manu non tangas, & ponendas in sole. Quę enim sic, inquit coaluerunt, restituunt se, ac reuiuiscunt, vt solet similiter fieri in Musćis aqua necatis. Hoc faciendum

Fauorũ vacua pars abscendenda.

Vt calore plumarum foueantur. Hyeme vt cibandæ.

Quandiu hyeme cibandæ.

[g] *Lib. 11. cap. 14.*

[h] *Li. 9. Hist. cap. 40.*

Quid offerendum.

Hyems Apibus inimica.

[i] *In Melisseo.*

Vt frigore, aut ex imbre mortuę reuiuiscãt.

dum ſecundum aluos, vt reconciliatæ ad ſuum quæq; opus, & domicilium redeant. Varroni ſubſcribens Columella, ſubdit de Apibus coaceruatim ſub fauis repertis mortuis, eas ſcilicet ſicco loco per hyemem ſeruatas circa vernum æquinoctium, cùm cæli benignitas inuitat in ſolem proferendas, ficulnoq; cinere obrutas, intra paucas horas caloris habitu animari. Quòd præterea non omnis tempeſtas Apes ad paſtum prodire longiùs patitur, itaq; præparandus, vt idem Varro ait, ipſis cibus, ne tum melle cogantur ſolo viuere, aut relinquere exinanitos aluos. Ipſe ficorum pinguium circiter decem pondo decoqui ait in aquæ congijs ſex, eaſque coctas in offas propè apponi. Alij aquam mulſam in vaſculis propè vt ſit curant. In quæ addunt lanam purpuream, per quam ſugant vno tempore, ne potu nimium implean tur, aut ne incidant in aquam. Singula vaſa ponunt ad aluos ſingulas, & hac ſupplentur. Alij vuam paſſam & ficum cùm pinſerunt, affundunt ſapam, atq; ex eo factas offas apponũt ibi, cùm foras hyeme in pabulum procedere tamen poſſint, (alij legunt, non poſſint.) [k] Plinius quibuſdam etiam æſtatibus, eoſdem cibos præſtandos eſſe ſcribit (vuas paſſas nempe, & ficos tuſas) cùm ſiccitas continua florum alimentum abſtulit. His itaq; omnibus diligenter obſeruatis aluearia & melle, & cera, propter quæ duo totius anni labor exercetur, haud dubio implebuntur. Quamobrem dicẽdum modò venit, vt profeciſſe cognoſcat mellarius, & quoties, & quomodo caſtrare ea debeat, & quantum Apibus relinquere, ne fame pereant. Matura eſſe ad mellis reditum aluearia, ſignis, vt inquit [l] Palladius, quampluribus inſtruemur. Primùm, ſi plena ſunt, Apum ſubtile murmur audimus. Nam vacuæ ſedes fauorum, velut concaua ædificia, voces, quas acceperint, in maius extollunt. Quare cùm murmuris ſonus magnus & raucus eſt, agnoſcimus non eſſe idoneas ad metendum crates fauorum. Item cùm Fucos à ſedibus ſuis, qui ſunt Apes maiores, grandi intentione deturbant, matura mella teſtãtur. Quod poſtremum ſignum etiam poſuit [m] Columella; ſicuti primum [n] Varro his verbis. Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis, cùm plenas aluos habent, & cùm illos geminauerint, ex Apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum, & cùm introeunt, ac foras trepidant, & ſi opercula alui cùm remota ſint, fauorum foramina obducta videntur mellis membranis. Tres ſunt vindemię, vernum ex floribus conſtructo fauo Anthinum dictum: alterum thymoſum, ſolſtitio, thymo florente confectum: Tertium eſtiuũ à tempeſtate præcipua Syrio explendeſcente, horreum vocitatum. Varro eximendorum fauorum, inquit, primum tempus putant eſſe tempus vergiliarũ exortu: ſecundum eſtate acta, antequam totus exoriatur arcturus. Tertium poſt Virgiliarum occaſum. Virgilius verò duo tantùm tempora meminit, dum canit:

*Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora meſſis*
*Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum*
*Pleias: & Oceani ſpretos pede repulit amnes*
*Aut eadem ſydus fugiens, vbi piſcis aquoſi*
*Triſtior hybernas cœlo deſcendit in vndas.*

Sed Virgilius potiora tantùm tempora recenſuit. Ita quoq; Ariſtoteles vindemiari ſcribit initio caprifici, aitq; tũc mellationis terminum eſſe. Ego ſuaderem, alueos inſpiciendas eſſe, & ſi bene profecerint Apes, caſtrentur, ſin minus, expectandum. Non enim vbique eadam pabuli felicitas, neq; noſtro ęuo mellaria tanto ſumptu fiunt, qualia veteres recenſent. Multi nunc ſemel tantummodò caſtrant, quod non probo, ſi feliciter agant. nam pòſt minus operantur, & velut ſecordes domi reſident, mella collecta conſumentes. Sed quantum eximendum? Cùm ſint repleti melle, inquit Varro, in eximendo quidam dicunt oportere nouem partes tollere, decimam relinquere. Quod ſi omne eximas, fore vt diſcedant. Alij hoc plus relinquunt, quam dixi: vt in aratis, qui faciunt reſtibiles ſegetes, plus tollunt frumenti ex interuallis: ſic in aluis, ſi non quotannis eximas, aut non quoq; multum, & magis his aſſiduas habeas Apes, & magis fructuoſas. Dionyſius Thaſeus quoq; decimam partem relinquendam ęſtiua mellatione exiſtimauit, ſi pleni fuerint alui, ſi minus pro rata portione, ſi inanes, omninò non attingi. Plinius tradit mel Anthinum (quaſi vernum, aut ex floribus collectum dixeris) nõ attingi, propterea à quibuſdam, vt largo alimento valida exeat ſoboles. alij ex nullo minus Apibus relinquunt, quòd magna ſequatur vbertas, & herbę tum florere incipiant, quæ cellis præcipuam materiam ſuppeditent: qui ſunt diligentiores duodecimam partem relinquere Apibus ex hac vindemia, idq; die triceſima ab educto examine atque hanc vindemiam fere Maio includi. Eximentur autem veteres ac vitioſi, relinquendi maximè integri & melle pleni faui. Et ſi qui tandem pullos continent, vt examini progenerando reſeruẽtur. Rurſus alij poſteriore meſſe examina numeroſiora propter immenſas minuenda eſſe cenſent, & partem cum ipſis fauis condiendam, quo minus per hyemem pabuli

Quid dandum cum euolare nõ poſſunt.

Cur lana addatur.

[k] *L. 21. c. 14*

Quid in ſica hyeme dandum.

Signa plenitudinis alueorum.

[l] *In Iunio. tit. 7.*

Fuci vt aluos plenas indicent.

[m] *L. 9. c. 15*

[n] *Li. 3. c. 16.*

Vindemiæ mellis quot

Vindemiarũ tẽpora.

Mellationis terminus.

Quantum eximendũ.

Mel Anthenum.

Prima vindemia.

Faui qui eximendi.

Qua vindemia plus vel minus relinquendum.

A opus est. Contra [o] Columella rursus priore messe, cùm adhuc rura pastionibus abundant quintam partem fauorum; posteriore, cùm iam metuitur hyems, tertiam relinquendam censet. Atq; Varro de tertio vindemię tempore loquens, ait si fœcunda sit aluus, vt non plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur. Si verò aluus nõ sit fertilis, vbi quid eximatur, exemptio cùm est maior, neque vniuersam, neque palàm facere oportere, ne deficiant animum. Didymus verò, optimum quidem putat esse tempus vindemię mellis & fauorum, ortum Pleiadum: secundum Romanos verò mensis Maij principium: secundam vindemiam esse incipiente autumno: tertiam Pleiadibus occidentibus circa Octobr. mensem: sed nisi tamen definitis ac certis diebus, ac iuxta fauorum perfectionem. Si enim, inquit antequam perfectè contexti sunt faui, mella eximantur, ægrè ferunt, & cessant præ siti. Idem facere etiamsi auarior omnem fructum ademeris, & aluearia penitus euacuaris. Oportere enim decimam partem ipsis relinquere, tum vere, tum æstate: hyeme verò duabus relictis ipsis partibus, tertiam tantùm esse auferendam. Sic enim neq; animum præ tristitia despondere, & alimentum abundè suppetere. Delinquunt ergo nunc in eo plurimi, tertio quoque anno Apes excindentes, vacuantesque aluearia. nam ita coguntur nouellis in vacuos alueos B immissis, rursum tertium annum expectare ob disciplinam amissam. Quamobrem laudandi mihi videntur mellarij apud Germanos, qui priore messe non nisi cellas inanes rescindunt, vsq; ad fauos, in quibus mella, cauentq; ne ea lædant: posteriore nempe autumnali vindemia mellitos fauos eximunt: veteres Apes cadis condunt, nouæ Apes seruantur semper ferè. In Aquilonaribus regionibus, vbi magnum Apum melliſque studium est, cùm mella de alueis exempta sunt, mos est, vt refert [p] Olaus Magnus, genti tantum nouellis Apibus mellis dimittere, quantum eis sufficere videtur ad hyemalem victum, scilicet duas partes: quia inquit, in hyeme, ac principio veris, antequam flores apparent, ex melle contritis ficis ac vuis passis aliunde quæsitis, maximè viuunt. Vt ergo vindemiæ siue messis tempus variat, ita quoq; non quouis diei tempore castrandi sunt aluei. Dies enim, teste Columella, ferè matutinus occupandus est: neque enim conuenit, inquit, æstu medio exasperatas Apes lacessiri. Duobus ferramentis ad hũc vsum opus est sesquipedali, vel paulò ampliore mensura factis: quorum alter sit culter oblõgus, ex vtraq; parte acie lata, vno capite aduncum habens scalprum: alterum prima fronte planum & acutissimum, quo meliùs hoc faui succidantur, illo eradantur, & quicquid sordidum deciderit, retrahatur. Fumo coercentur, & ceu torpidæ red C duntur, cùm alias vindemiatorem insigniter vlciscantur, vt suprà, ex Homero alijsq; ostendimus: Est autem hoc antiquorum inuentum; Virgilius:

*Si quando sedem angustam, seruataq; mella*
*Thesauros relines, prius haustus sparsus aquarum*
*Ore foue, fumosq; manu prætende sequaces.*

Et rursus [q] alibi facta hinc similitudine, ait:

*Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor*
*Vestigauit Apes, fumoq; impleuit amaro:*
*Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra*
*Discurrunt, magnisq; acuunt stridoribus iras*
*Voluitur ater odor tectis, nunc murmure cæco*
*Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.*

Meminere plurimi alij Poëtæ, quorum versus ad alios quoq; sensus torsimus. Meminit & [r] Ouidius, cùm canit:

D *Quid cùm suppositos fugiunt examina fumos*
*Vt releuent dempti vimina curua faui.*

Sed inter alios quantopere fumus Apum sæuitiam domet, ostendit Cassandra apud Lycophronem, Græcis inquiens, etsi fratrem eius occidissent, non profutura omnia sua robora, sed vt Apes fumo, ita & illos aliorum virtute superandos iri. Non minus eleganter etiam [s] Bargæus:

*Si quando impendet capiti commune periclum,*
*Vt fumo cùm pastor Apes exegit amaro*
*Dulcia lecturus mella ex aluearibus, illæ*
*Destituunt trepidæ cellas, & rege relicto*
*In diuersa abeunt, fusæq; per arua vagantur.*

Verùm ne quid nimis. nimio enim fumo, teste [t] Plinio, inficiuntur. Columella fumum admoueri iubet factum galbano, vel arido fimo, ac si istiusmodi fimus ad eum vsum præstet. Non ita tamen fumo coercentur, quin pungant etiamnum; quare & alia facere oportet.

Maluæ

[o] *Cap.* 15.

Germanorum in castrãdo mos.

[p] *Li.* 22. *c.* 3.

Dies castrationis aptę.

Instrumẽta castrationi apta.

Apes fumo coercẽtur.

[q] *L.* 12. *Aeneid.*

[r] *L.* 1. *de remed. amoris.*

[s] *Li.* 11. *Syr.*

[t] *L.* 11. *c.* 16

Fumę qualis laudetur.

Ne pugnãt Apes.

Maluæ ſucco, vt aiunt, ſi quis ſe oleo mixto, perunxerit, ab Apibus negatur feriri, quod tetigit Paxamus, docens vt vindemiator mellis non pungatur. Ad farinam, inquit, fœnugręci torrefacti maluæ ſylueſtris ſuccum affundito cum oleo, factaq; mellis ſpiſſitudine, faciem & nudas corporis partes largiter illine. Cæterùm omnium tutiſſimum eſt faciem, & manus velare tegereq; quemadmodum vulgo mellarios facere videmus. Fumo tamen interim opus eſt, ne Apes ſecando occidamus, quò vt commodiùs pellantur, Columella galbanum, aut ſimum aridum vaſe fictili prunis immiſta condit: aitq; vas iſtud anſatum ſimile anguſtæ ollæ figurari, ita vt altera pars ſit acutior, per quam modico foramine fumus emanet, altera latior, & ore patulo, per quam poſſit afflari. Talis olla, inquit, cùm eſt alueari obiecta, ſpiritu admoto fumus ad Apes promouetur, quæ confeſtim nidoris impatientes in priorem partem domicilij, & interdum extra veſtibulum ſe conferunt, atque vbi poteſtas facta eſt liberiùs inſpiciendi ferè, ſi duo ſunt examina, duo genera quoque fauorum inueniuntur. Si ceræ dependentes in longitudinem decurrunt, eo ferramento, quod eſt ſimile cultro, inſecandi ſunt faui; deinde ſubiectis duobus brachijs excipiendi, atque ita promendi. Sin autem tranſuerſi tectis cauearum inhærent, tunc ſcalprato ferramento eſt opus, vt aduerſa fronte impreſſi deſecentur. Eximi autem debent, vt dixi antè, veteres vel vitioſi, & relinqui maximè integri, & melle pleni. Et ſi qui tandem pullos continent, vt examini progenerando reſeruentur. Omnis deinde copia fauorum conferenda eſt in eum locum, in quo mel confi-
cere voles: linendaq; ſunt diligentur foramina parietum, & feneſtrarum, ne quid ſit Apibus peruium, quę velut amiſſas opes ſuas pertinaciter veſtigant, & perſecutæ conſumunt. Itaq; ex ijſdem rebus fumus etiam in aditu loci faciendus eſt, qui propulſet intrare tentantes. Caſtratæ deinde alui, ſi quę tranſuerſos fauos in aditu habebunt, conuertendę erunt, vt alterna vice poſteriores partes veſtibula fiant. Sic enim proximè cùm caſtrabuntur, veteres potiùs faui, quàm noui eximentur, ceræq; nouabuntur, quę tantò deteriores ſunt, quantò vetuſtiores. Quod ſi fortè aluearia circumſtructa, & immobilia fuerint, curę erit, nobis, vt modò à poſteriore, modò à priore parte caſtrentur: idq; fieri antè quintam diei horam debebit: deinde repeti, vel poſt nonam, vel poſtero mane. Sed quocunq; faui ſunt demeſſi die, dum tepent, mella conficere conuenit. Plinius plenilunio ſcribit, vberiùs capi, ſerenaq; die pinguiùs. Saligneus qualus, vel tenui vimine rariùs contextus ſaccus inuerſę metæ ſimilis, qualis eſt quo vinum liquatur, obſcuro loco ſuſpenditur: in eum deinde carptim congeruntur faui. Sed adhibenda cura eſt, vt ſeparentur eę partes cerarum, quę vel pullos habent, vel rubras ſordes: nam ſunt mali ſaporis, & ſucco ſuo mella corrumpunt. Deinde vbi liquatum mel in ſubiectum alueum defluxit, transfertur in vaſa fictilia, quæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferueſcat: isq; ſæpiùs ligula purgandus eſt. Mox deinde fragmina fauorum, quę in ſacco remanſerunt, retractata exprimuntur. Atq; id ſecundæ notæ mel defluit, & à diligentioribus ſeorſum reponitur, ne quod eſt optimi ſaporis, hoc adhibito, fiat deterius. Expreſſæ fauorum reliquiæ poſteaquam diligenter dulci aqua perlutæ ſunt, in vas æneum conijciuntur, adiectaq; aqua igne liquantur. Quod vbi factum, cera per ſtramenta vel iuncos defuſa colatur, ac iterum de integro coquitur, & in orbes vel alias quaslibet formas aqua prius adiecta diffunditur, ceraq; concreta ex aqua facilè eximitur. Plinius fauos ſcribit antè purificari aqua triduoq; in tenebris ſiccari, & quarta die liquatos igni in nouo fictili, aqua fauos tegẽte, ac poſtea ſporta colari, rurſumq; in eadem olla coqui ceram cum eadem aqua, excipiq; aqua frigida vaſis melle circumlitis. [1] Ariſtoteles confici ceram ait, cùm ſtirpes florent, quamobrem eximendam per id tempus ceram de alueo eſſe; continuò enim reparari. Atque hæc de mellarij officio ſufficiant.

Cur fumo coerceri debeant.
Olla ad excipiẽdum fumum.
Vt faui diſſecentur.
Faui qui eximendi & qui non.
Cur feneſtræ claudendæ.
Mella quãdo conficienda, & quomodo.
Mel ſecundæ notæ.
Ceræ conficiendæ ratio.
[1] *Li. 9. Hiſt. cap. 40.*

# VOCABVLORVM ALIQVOT, QVÆ IN OPERIBVS APVM OCCVRRVNT, EXPLICATIO.

MEL quid ſit, quod item cera, rudi etiam plebeculæ notum eſt, non autem quid fauus, quid propolis, quid comoſis, quid piſſoceros, quid ſandaraca, reliquaque, quæ in Apum operibus obſeruantur. Quamobrem ne rudior quiſpiam mellarius ſimul omnia confundat, operępretium videtur, ea explicare. Fauus itaque eſt, earum domicilium, in quo melificant, & fœtus incubant, vnde fauũ à fouendo dici volunt. Gręci κηρίον appellãt. Heſiodus de Apum opificio.

Fauus, quid ſit & vnde dictus. κηρίον.

A —— Πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἠμάτιαι σπεύδουσι, τιθῆσί τε κηρία λευκά. hoc est:
*Illæ quidem per totum diem ad solem occidentem:*
*Diurnæ festinant, & faciunt fauos albos.*

Apud Athenæum Ariston Chius tradit quosdam circa Olympum Lydiæ nectar parare, οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντες εἰς ταυτὰ καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν ἐυώδη. Plinius verò κηρία interdum ceram, & ceras vertit, interdum cellas. Quod enim Aristoteles dicit, τὰ δὲ κηρία κηφήνια ἐλάττω ὄζι τῶν μελιττῶν: ipse sic interpretatus est: Fucis cellarum minimæ, sed ipsis maiores Apibus. Rursum quod [a] Aristoteles ait, εἰσί δὲ καὶ μέλιτται αἱ ποιοῦσι τρίπλα κηρία ἐν τῇ γῇ, ipse [b] dicit esse, quæ sub terra triplici cerarum ordine mellificent. Κήρωσις vocatur materia illa, ex qua cera conficitur. Fauus & cella Suidæ etiam ἀγκοπήνια dicitur, alijs item κυβῆτρα, & κύτταρος. Veruntamen inter fauos, & cellulas Apum siue ceras, ita distingui oportere videtur, vt faui plærunq; accipiantur pro cellulis illis melle plenis, vt apud Plinium iuniorem: Buccellam panis dedit, & fauum mellis, & sic accipiuntur loci ex Athenæo citati. Ipsum tamen vocabulum fauus, pro vacuis quoq; cellulis capitur, vt apud Ti-
B bullum, cùm dicit melle complere fauos Apem. Sed quid si ita distinguamus, vt fauus sit plures cellulas complectens continensúe, cella verò vnicum tantùm loculamentum: nam & Varro de fauo loquens, Fauus est, inquit, quem fingunt multicauatum è cera veluti cellam, cùm singula caua, sena latera habeant, quot fingulis pedes dedit natura, ita sexangulæ omnes cellæ, & singulorum pedum opere melle vno alteroúe ad summum die cellas replent. Κηριάζειν est fauos construere, aut conficere: Plinius etiam interpretatur cerificare: nam quod Aristoteles de purpuris (quibus hoc quoque conuenit) dicit: ὅταν δὲ κηριάζωσιν αἱ πορφύραι, τότε χείριστον ἔχουσι τὸ ἄνθος, ipse [c] ita interpretatur. Cùm cerificauere, fluxos habent succos. Sic enim legendum esse, Aristotelis autoritas confirmat, & non fœtificare, vt in quibusdam exemplaribus legitur. Sed sunt qui malunt interpretari, Fauificare, quàm cum Plinio cerificare. Faui enim sunt, qui melle farciuntur ab Apibus, quanquam habeant etiam alterum cibum, teste [d] Aristotele, quo alantur, quod quidam, inquit, interprete Gaza ceraginem, alij cereum vocant, sed de hoc postea. Crabronum autem, & Vesparum faui dupliciter ab Apum fauis discrepant, materia scilicet, & situ: Materia sicciori, aridioriq; ac ad vsum inutili, situ ab vno latere tantùm cellas obtinente, cùm in Apibus ab vtroque latere
C conspiciantur. [e] Plinius prima operis fundamenta commosim appellari scribit, secunda pissoceron, tertia propolim inter coria ceraśq; magni ad medicamina vsus. Esse autem commosim primam crustam, saporis amari: Pisseceron super eam venire picantium modo ceu dilutiorem: ceræ initium plærunq; è mitiore gummi: Propolim, crassioris iam materiæ, additis floribus, nondum tamen esse ceram, sed fauorum stabilimentum, qua omnes frigoris, aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiamnum graui, vt qua pleriq; pro galbano vtantur. Præter hæc conuehitur, inquit Erithace, quam alij Sandaracham, alij Cerinthum vocant. Hic erit Apum dum operantur, cibus, qui sæpè inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis. Gignitur autem rore verno, & arborum succo, gummi modo, Africi minor, Austri flatu nigrior: Aquilonibus melior, & rubens, plurimus in Græcis nucibus. Menecrates florem esse dicit, futuræ messis inditium, sed nemo præter eum. Hæc omnia [f] Plinius. Turnebus pro commosi legendum arbitratus est sæpè conesin, vel coniasin, vt tectorium quoddam, & illitionem intelligeremus, quæ Apes prima fauis, vt Maro dicit, ponunt fundamina. Sed quia ab Aristotele ita quoq; scribitur, καλοῦσι δὲ οἱ μελιτουργοὶ τοῦτο κώνησιν: Gaza tamen apud [g] Aristotelem verba Plinij, vt circumferuntur,
D approbat, & μίτυν commosim interpretatur, quando præter imum tectorium est & μίτυς apud Aristotelem, quæ commosi respondere videtur. Commosis tamen etiam retinet Turnebus auctoritate Hesychij adductus, in quo scribitur κόμμωσις ὁ τοῦ σώματος ὡραϊσμός, καὶ ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμιλώδους διάχρισις. Vocatur Aristoteli ea operis pars modò μίτυς, modò κόνυσις, & non κόμμωσις, sed hæc dictio ab Hesychio conficta videtur, ad propositam tamen rem significandam accommodata, si à κόμμι hoc est, gummi deriuemus, Gaza verò κώμωσιν imum tectorium transtulit. μύτιν commosim ex Plinio nimirum, quem vel perperam intellectum secutus, vel quod verisimilius est, deprauato codice vsus Sipontinus, Metyn interpretatur purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem Apes illinunt. Etenim eandem partem [h] Columella gummitionem vocare videtur, & Virgilius gluten. nam & Plinius ait ceræ initium esse è mitiore gummi. Veruntamen [i] Varro priorum horum operum minimè meminit, De his propolim vocant, inquit, è quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maximè æstate. Quam rem etiam

[a] *Li.5.Hist. cap.22.*
[b] *Lib.11. cap.18.*
κήρωσις. Fauus, & cella vt differant.
κηριάζειν. Cerificare.
[c] *Li.9.c.38.*
Fauificare.
[d] *Li.9.Hist. cap.40.*
Cerago.
[e] *Li.11.c.7.*
Commosis. Pissoceros. Propolis.
Erithace. Sandaraca. Cerinthus.
[f] *L.23.Aduers. c.13.*
Conesis. Coniasis.
[g] *Li.9.Hist. cap.40.*
μίτυς quid.
κώνυσις. κώμωσις vnde dicatur.
[h] *Lib.12. cap.50.*
[i] *Lib.3.c.16.*

nomine

nomine eodem medici utuntur in emplaſtris . Propter quam rem etiam carius in ſacra E
Erithace. uia, quàm mel uenit. Erithacen uocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinent, quod
eſt aliud melle, propoli: itaq; in hoc vim eſſe illiciendi. Quocirca examen vbi volunt conſiſte "
[k] *L.2.c.109* re, eum ramum, aliamúe quã rem oblinunt hoc, admixto apiaſtro. Propolis teſte [k] Dioſco- "
Cera virginea. ride reperitur ἐν τοῖς κόμασι σμηνίων, id eſt, in ore aluearioru̇. [l] Actuarius ceram virgineam "
[l] *Li. de compoſ. med.* vocari ſcribit. Serapioni Mum dicitur, Pandectario etiam Algiſtros, nonnullis fex aluearis,
Mum. Hiſpanis Alceda, aut Hiez de Colmena. Quæ ex populo nigra fit, Aegirina dicitur. Populi
Aegirina. autem maximè propolim generant. [m] Plinius, Populi ferunt, inquit, ex folijs guttam, ex qua "
[m] *Lib. 24.c. 7.* Apes propolim faciunt. Gutta quoq; aquæ propolis ex aqua remedium quàm efficax eſt. "
[n] *Li. 11.c.8.* Sic [n] ille: ſed antè ſcripſerat è gummi populorum ac uitium piſſoceron fieri, non propolim. "
[o] *L.22.c.24* Quare duo ex populis facere Apes dicendum eſt, piſſoceron ſcilicet è gummi, propolim ex "
Propolis facultas. gutta foliorum. [o] Alibi de uirtute eiuſdem ſic ſcripſit. Prima propolis alueorum aculeos & "
omnia infixa corpori extrahit, tubera diſcutit, dura concoquit, dolores neruorum mulcet, "
vlceraq; iam diſperantia cicatrice includit. Dioſcorides propolim vult eſſe iucundi odoris "
& ad Styracem accedentis: quod Plinio repugnat. Qui pro galbano utuntur, facultatem "
Sãdaraca. eius tantùm, non odorem ſpectãt, id quod Plinium fefellit. Sandaracæ item meminit [p] Ari- F
[p] *Lib.9.Hi. cap.40.* ſtoteles his verbis. Mel Apibus tum æſtate, tum hyeme in cibo eſt. Sed recondunt alterum
quoq; cibarij genus, cui durities ceræ proxima, quod Sandaracham nonnulli appellant. Et "
antè in eodem capite cerinthum vocauerat, ſed Gaza, ut ſuprà mõſtrauimus, ceraginem red
didit, voce ficta ad Græcam exprimendam: Sed textum citabo: Habent etiam Apes (habet
Gaza,) alterum cibum quo alantur, quod quidam ceraginem, alij cereum vocãt, verùm hoc "
deterius eſt, & dulcedine prope ſicus. Congerunt id quoq; ſuis cruribus. Plinius itaque in "
eo Ariſtoteli ſubſcribit, quod ſit pro cibo etiam Apibus, cùm operantur: contrà Varro (vt "
[q] *Georg.4.* ex allatis ſuprà eius verbis cuilibet conſtare poteſt) non cibum eſſe vult, ſed gluten ad glu-
tinandos fauos. [q] Virgilius quoque illius Apum glutinis meminiſſe uidetur, cùm canit:

*Vtraque uis Apibus pariter metuenda, neq; illæ*
*Nequicquam in tectis certatim tenuia cera*
*Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras*
*Explent, collectumq; hac ipſa ad munera gluten,*
*Exuiſco, & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.*

[r] *Lib.5.Hi. cap.22.* Vocauit id denique etiam [r] Ariſtoteles Erithacen. A Dioſcoride Ceranthemos dicitur, vul- G
Ceranthemos. go, ut ait Hermolaus uernigo, quia, inquit, genita eſt è verno rore. Eſt verò etiam Ἐρυθάκη τὸ
Vernigo. ἐγκόιλιον τῶν ἰχθύων μαλακῶν, καὶ τὰ τῶν ὑῶν ἐμβρυα. Ita enim, inquit quidam, reponen-
Erithaces, dum videtur. Item Sandaracha aliàs eſt ſuccus cõcretus, terreuſq; & quodammodo uſtus;
& Sandaracæ æquiuoca. in metallis ferè ijſdem, in quibus & arſenicum, id eſt, auripigmẽtum, proueniens. Plinius in
aurarijs & agentarijs metallis inueniri ſcribit. Sandarachę eſt maximè ἀνθηρὸν χρῶμα, id eſt,
floridus color: ideoque ἄνθηρον Sandaracham expoſuit Heſychius. Duplexq; autem eſt San-
daracha, vna foſſititia, colore cinnabaris, quam arſenicum rubrum uocant: altera factitia: id
eſt ceruſſa in fornace cremata, quam Sandycem uocant: de natiua conſule Dioſcoridem, &
Sandix qd. Matthiolum. Vitruuius id quod fit ex ceruſſa in fictile coniecta cremata Sandaracham ob ſi-
[s] *Lib. 6. de Hiſt. plant. cap.7.* militudinem coloris uocat: ſed ipſum Dioſcor. σάνδυκα ſcribit appellari. Arabibus rurſus
Sandaracha eſt gummi arboris, quam Iuniperũ Latini, Græci ἄρκευθον appellant. Poſtremò
Cerinthũ quid Theophraſto. Cerinthũ à [s] Theophraſt. numeratur inter flores æſtiuos. Itaq; decepit Menecratẽ ambiguus
cerinthi ſignificatus, quo nunc herbam floremque intelligimus, nunc uel Apum cibum, vel
gluten, quo obturãtur fauorum foramina. Videtur autem cerinthum à Theophraſto uocari,
[t] *L.21.c.12* id quod cerinthen vocant Vergilius & [t] Plinius, ubi de Apum pabulo loquuntur. H

# LEGES DE APIBVS.

Apes occupantis fiũt. CVM de captis Apibus ſæpe lis oriri ſoleat inter mellarios, itaque non abſur-
dum fuerit eas quas Apibus leges nobis præſcripſerint iuris periti, hoc loco
recenſere. Apium quoque inquit Vlpianus, fera eſt natura. Itaq; Apes, quæ
in arbore tua cõſederint, antequã à te alueo includantur, non magis tuę in-
telliguntur, quàm volucres quæ in arbore tua nidum fecerint, ſed primùm
occupantis fiunt. Fauos quoque ſi quos hæ fecerint, cuilibet eximere licet,
& ſi in agro tuo ſint. Apum examen ſi tuis alueis relictis euolarit, eò vſq; tui eſſe dominij in-
telligitur, donec tuis ſubiacet oculis, & eius perſecutio non eſt difficilis. Si enim aut difficilis

eſt perſecutio,

A est persecutio, aut tuum conspectum effugit, sit occupantis. Si autem priusquam alius fauos contigerit, præuidens ego ingredi ipsum fundum meum prohibuerim (possum enim secundū leges id facere) capiam fauos nemine impediente, vt ait Theophilus in §. Apium. Planè in Apibus animus non redeundi facilè intelligitur: cùm enim fugam cogitant, foras exeunt turmatim, ibi se agglomerant, cæloq; examina ludunt, vt dixit poëta. Reuocantur creberrimè in alueos, & fugientes persequi possum in fundum alienum, vel inuito domino, ac vetante. l. thesaurus. §. ad exhibend. quia ius cuiq; acquisitum ei conseruari debet. l. patre. §. de ijs, qui sunt sui. Secus si Apes feras nouè in alieno prædio captarem. §. Apium in fine de rerum diuisione. [a] Plato verò si quis Apum voluptati indulgens, & pulsando alienum examen sibi vindicauerit, vult vt damnū rependat. Lege salica tit. 9. de furt. Apium §. 1. Legitur sic: Qui Apes claue conclusas reserato tecto rapuerit, 1800. denarios, id est, solidos 45. soluere debet. Sic iure ciuili Apes in alueis nostris conclusæ, nostræ sunt: si tamen euolauerint, vt persequi extra conspectum nostrum nequeamus, vel in arbore sint, occupantium fiunt, vt dictum est. Accursius syluestres Apes, quæ in arbore consederunt, eius esse domini, si arborem signauerit, ex lege Longobardorum ait. Lege Gothorum, si quis ingenuus deprehēsus sit in Apia-

B rio furti causa, ex eo solo tres solidos debet, & quinquaginta flagella: si sustulerit centum verberibus subijcitur, & si dominus eius noluerit, addicitur domino seruiturus. In legibus VVisigothorum est, & hæc. Si quis Apiaria in ciuitate, aut in villa forsitan construxerit, & alij damnum intulerit, statim moneatur, vt eas in abditis locis transferre debeat, aut fortè in eodem loco hominibus, aut animalibus damnum inferant. Et qui hæc præcepta, aut testationem neglexerit, & damnum suffocationis in quadrupedes intulerint, quod mortuum fuerit duplum restituant, quod verò debilitatum ille obtineat, & simile damno reddat, & pro iudicis contestatione, quam audire neglexit, quinq; solidos coactus componat.

Vt non redituræ cognoscātur.

[a] *Lib. de Legibus.*

# PRÆSAGIA.

C SI Apes prope sua aluearia (quòd longius progredi formident) flosculos ad mellificium sedulo excerpant, tempestuosam, ac pluuiam auræ constitutionem augurantur. Hoc nimirum faciunt, vt superueniente aëris prouisa perturbatione, citò, tutè & iocundè possint euadere. Sūt enim imbecillæ bestiolæ, quę subitas, & violentas temporum mutationes difficulter sustinent. Meminit huius præsagitionis, sed paulo diuerso sensu [a] Aristoteles, cùm inquit:

Pluuiæ & tempestatis præsagium.

[a] *Li. 9 Hist. cap. 40.*

Præsagiunt Apes, & hyemem, & imbres; cuius rei inditium est, quòd non auolant, sed sereno adhuc in alueo volutantur: quo apiarij hyemem expectant. [b] Theophrastus tamen id repetit, quemadmodum nos diximus, Cùm Apes, inquit, non longiùs auolant, sed sereno adhuc circa alueum volitant, tempestatem futuram monent. Vterq; vt apparet, ex Arato transcripsit, qui ita canebat:

[b] *Libide sig. tempest.*

Οὐδ' ἂν ἐπιξυθὰι μεγάλε χειμῶνος ἐόντος
Πρόσω ποιήσαντο νομὸν κηροιο μέλισσαι
Αλλ' (αὐτε) μέλιτάς τε καὶ ἔργων ὀλίσσονται, id est
*Neque sanè subflauæ, magna tempestate instante,*
*Antè facere solent pabulum faui Apes*
*Sed intus melleq; & structuris occupantur.*

Meminit item Maro:

D *Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt*
*Longiùs; aut credunt cœlo, aduentantibus Euris*
*Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur,*
*Excursusq; breues tentant.*

Quòd si verò ad pabula longiùs ab vrbe sua, vt Virgillus vocat, euolauerint, præuiderintq; tunc imminentem aliquam turpem tēpestatem, totis viribus, & quò celeriùs per alarū debilitatē fieri licet, ad alueos suos proparant, vt eleganter nobis innuit Silius Italicus, dum ait:

Vt pluuiā fugiant.

*Aut vbi Cecropius formidine nubis aquosæ*
*Sparsa super flores examina tollit Hymettus,*
*Ad dulces ceras, & odori corticis antra*
*Mellis Apes grauidæ properant, densoq; volatu*
*Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.*

Alibi quoq; [c] Aristoteles Apes, inquit, solstitia denunciare videntur, suo ad labores egressu, quòd & melitopolis certo argumento est, quippe quæ tum quietem agant.

[c] *Li. de mirab. Auscul.*

# AVGVRIA.

APES quoq; ſuo examine dira oſtenta ſæpè, & triſte auſpicium fecêre: nonnunquam tamen felicem euentum habuêre. Tunc autem teſte [a] Plinio oſtenta faciunt priuata, ac publica, vua dependente in domibus templisúe, ſæpè expiata magnis euentibus. Ad quod alluſit [b] Iuuenalis his verſibus:

*Egregium ſanctumq́; virum ſi cerno, bimembri*
*Hoc monſtrum puero, & miranti iam ſub aratro*
*Piſcibus inuentis, & fœta comparo mula,*
*Sollicitus tanquam lapides effuderit imber,*
*Examenq́; Apium longa conſederit vua*
*Culmine delubri; tanquam in mare fluxerit amnis*
*Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.*

Quando oſtenta faciant.
[a] *Lib. 11. cap. 17.*
[b] *Satyr. 13.*

Sed examina quocũq; ſe dimiſiſſent, polluere & infortunare locum credita ſunt; quare quoties in vrbe comparuerunt, luſtratam vrbem ex Sybillinis inſtitutis legimus. Si examen Apum, inquit [c] Cicero, ludis in ſcenam veniſſet, aruſpices acciendos ex Hetruria putaremus: Videmus vniuerſi repẽte examina tanta ſeruorum immiſſa in populum Ro. ſeptum atq; incluſum, & non commouemur? Atq; in Apum fortaſſe examine nos ex Hetruſcorum ſcriptis aruſpices, vt à ſeruitio caueremus, monerent. Pro infelici in primis augurio habebatur, ſi in ara inſediſſent, vt ante pugnam Pharſalicam Pompei cum Cęſare eueniſſe [d] Appianus prodidit: quanquam [e] Dion Niceus, & [f] Valerius Maximus inter ſigna Pompeij cladem denunciantia ſcribant Apes Pompeij ſignis militaribus inſediſſe. Cneum etiam Pompeium, inquit Valerius, Iupiter omnipotens omnino monuerat, ne cum C. Cæſare vltimam belli fortunam experiri contenderet. Egreſſo à Dyrrachio aduerſa agmini eius fulmina iaciens, examinibus Apum ſigna obſcurando, ſubita triſtitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus; ab ipſis altaribus hoſtiarum fuga, &c. Meminit etiam [g] Iulius Obſequens. Calamitoſos quoq; caſus prænotabant Apes, & cladem pernitioſam, quando in nauibus per æquora latæ conſpicerentur: quod de Dione referunt. [h] Plutarchus tamen id paulo aliter refert. At cùm, inquit, exameu Apum circa Dionis naues à puppe conſpectum eſſet, de illo ſeparatim ſibi, & amicis explicauit. Timere enim ſe ne res illius gerendæ, cùm honeſtate, quidem plenæ ſint, vbi perfloruerint, breui contabeſcant tempore. Præterea in Bruti caſtris conſpecto examine, aruſpices caſtra mutari voluerunt, ne quid diri portenderent. Refert hoc etiam idem [i] Plutarchus pugnam Bruti, & Caſſij cum Auguſto, & Antonio ad Philippos deſcribens. Oſtentum, inquit, Caſſio in luſtratione infauſtum perhibent factũ: nimirum ei coronam inuerſam à lictore porrectam. Prius quoq; in quodam ſpectaculo, & pompa ferunt eum, qui Caſſij aureum trophæum ferret, corruiſſe. Porro & aues multæ carniuoræ interdiu ſuper caſtra conſpectæ, & examina Apum ad locum quendam intra caſtra conuenerunt: eum locum aruſpices exterminauerunt, ſuſpicionem amolientes, quę militum animos planè occupârat, & ipſum iam Caſſium ab Epicuri decretis ad ſe paulatim ſubducebat. Itaq; ergo in præſentia prœlio decernere non admodum cogitabat, trahẽdumq; bellum ſuadebat, &c. Et rurſus de poſtrema Bruti cum Antonio pugna, Volumnius, inquit, homo philoſophia imbutus, & qui caſtra Bruti eſt ſecutus, primam Aquilam ait Apum plenam extitiſſe, & cuiuſdam qui primos ordines duceret, brachiũ ſua ſpõte vnguento roſaceo fluxiſſe, fruſtraq; id ſępè abſterſum fuiſse: ante ipſam etiam pugnam duas Aquilas in medio acierum depugnaſſe, incredibiliq; exercituum ſilentio ſpectatas fuiſſe, conceſſiſſe tandem, & fugiſſe eam quę à Bruti parta erat. Prœterea M. Aſinio, vel vt alij legunt Aſilino, M. Acillo Coſs. mutationem teſte [k] Tacito in deterius portendi cognitum eſt crebris prodigijs. Signa enim, ac tentoria militum igne cęleſti arſere. Faſtigio Capitolij examen Apium inſedit. Biformes hominum partus: & Suis fœtus editur cui Accipitrũ vngues erant. Ad quem locum doctiſſimus Iuſtus Lipſius hoc adijcit ſcoliolum: Quod ſemper, inquit, inter portenta, cùm viſum (ſcilicet Apum examen) loco inſolenti. [l] Silium Italicum emendari velim de prodigijs, quæ ante pugnam Cannenſem:

*Obſeditq́; frequens caſtrorum limina Bubo*
*Nec denſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes.*
*Ceſſaruntq́; Aquilis: non vnus crine coruſco*
*Regnorum euerſor, rubuit lethale cometes.*

ſcribiq; *Nec denſæ trepidis Apium ſe inuoluere nubes* *Ceſſarunt Aquilis*, Nubes Apium, examina

[c] *In Orat. de de Aruſpic. reſponſis.*
In ara ſedẽtes quid portendãt.
[d] *Lib. 2. de bello ciuili.*
[e] *Lib. 41.*
[f] *Lib. 1. c. 6.*
[g] *Cap. 124. Prodig.*
In nauibus edentes Apes.
[h] *In Dione.*
Caſtra propter Apes mutata.
[i] *In Bruto.*
Aquila Apibus plena.
Aquilę duę pugnantes.
[k] *Lib. 12. Annal.*
Apes faſtigio Capitolij inſidentes.
[l] *Lib. 8.*
Silius Italicus correctus.

A examina vocat, quæ insederunt signa. Sic Lipsius: cui addi potest illud Claudiani de victoria Stiliconis contra Alaricum:

*Et si quod fortasse quies neglexerit omen*
*Addit cura nouis Lapidosos grandinis ictus,*
*Molitasq; examen Apes.*

Iam verò Apes rursus apicem arboris insedisse, oppugnationis futuræ, & teterrimi belli afferre signa, multi annotarunt: idq; Lauri exemplo docuit Virgilius cùm canit: Apes apicem arboris insidere malum.

*Huius Apes summum densa (mirabile dictu)*
*Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ*
*Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis*
*Examen subitum ramo frondente pependit.*
*Continuò vates, Externum cernimus, inquit,*
*Aduentare virum, & partes petere agmen eadem*
*Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.*

„ Nonnunquam felicem euentum portenderunt, vt mox subinde patebit. [m] Plinius sediſſe in
B castris Drusi Imperatoris scribit, cùm prosperrimè pugnatum apud Arbalonem est, haud-
„ quaquam perpetua, inquit, aruspicum coniectura, qui dirum id ostentum existimant sem-
„ per. Sed aliter [n] Iulius Obsequens. In Germania, inquit, in castris Drusi, examen Apum
„ in tabernaculo Hostilij Rutilij præfecti castrorum, consedit, ita vt funem prætendentem,
„ præfixamq; tentorio lanceam amplecteretur. Multitudo per insidias subiecta est. Item
[o] Dion Drusum, ait imprudentibus hostibus regionem peragrasse, VVisurgum etiam transiturum, nisi alimentorum inopia hyemis propinquitas, & visum in castris Apum examen deterruisset. Itaq; cum [p] Tacitus scribat Germanicum ad aras barbaras contra Gernos prospere dimicasse; quidam legunt: in castris Germanici imperat. cùm prosperrimè pugnatum ad aras barbaras est. Quidam Arbalonem Salam Germaniæ flumen esse putant, ad quem Drusus Augusti priuignus insignem cladem accepit: quidam Ardfeld VVestphaliæ oppidũ, quod magis placet ob nominis vicinitatem: quidam deniq; Arusberg, vrbem eiusdem prouinciæ. Vt ergo dubium est, nunquid vel prosperitatem, vel infelicitatem Druso portenderit Apum examen, ita contra clarum est, Dionysio, paulò antè quàm regnare cœpit, feliciter oblatum esse, cùm equum è voraginibus, in quas demersus erat, nulla prorsus contentione
C extrahere posset; nam cùm id egrè ferens, longiùs discessisset, audito mox equi hinnitu reuersus, alacrem lætus aspexit, videns in eius iuba examen Apum considere, imperij, quòd oc-
„ cupauit inditium. [q] Aelianus hoc sic refert. Dionysium, inquit, Hermocratis filium, aiunt,
„ flumen equo traiecisse, cumq; in luto equus concideret, eum disiluisse, & ripæ cõpotem esse
„ factum: atq; sic relicto postmodum equo quasi non amplius suo discessisse. Cùm autem se-
„ queretur equus, & hinniret, reuersum esse, cùmq; apprehenderet eius iubam ad ascenden-
„ dum, Apum examen continuò manum circundedisse: atq; de his interroganti, respondisse
„ Dionysio Galeotas, monarchiam ea re præsignificari. Feliciter quoque Trophonium oracu-
lum, cùm antea prorsus ignoraretur, ex huiusmodi casu, vt refert [r] Pausanias, ad Bœotos eius peruenit notitia. Cùm vnum & alterum iam annum nullis terra imbribus irrigaretur, è singulis ciuitatibus Delphos missi sunt, qui opem implorarent. His siccitatis remedium exposcẽtibus, Pythius Apollo imperauit, vt Labadean euntes à Trophonio mali auxilium quærerent. Labadean itaq; profecti, cùm oraculũ reperire nõ possent, Saon quidam Acræphniensis, collegarum natu maximus, cùm Apum examen conspexisset, quocunq; illæ diuertissent, sequi statuit. Vbi igitur eas ad specum aduolantes vidit, & ipse subiẽs, oraculum, quod quæ-
D rebant, illud esse intellexit. Saonem hunc cùm ea quorum caussa missus fuerat, tum sacrorũ omnem ritum, & quæ inter consulendum fieri fas est, edoctum à Trophonio memorant. Hæc Pausanias. Quæ etiam Apes in ora infantis Platonis aduolarunt, haud dubiam spem eius ma-
„ gnitudinis attulerunt. Sedere, inquit, [s] Plinius, in ore infantis tum etiam Platonis, suauita-
„ tem illam prædulcis eloquij portendentes. [t] Valerius Maximus verò: Formicis, inquit, Mi-
„ dæ iure, meritoq; Apes Platonis prætulerim: illæ enim caducæ, ac fragiles; hæ solidæ, &
„ æternæ felicitatis indices extiterunt: dormientis in cunis paruuli labellis mel inserendo.
„ Qua re audita, prodigiorum interpretes singularẽ eloquij suauitatem ore eius emanaturam
„ dixerunt. At mihi quidem illæ Apes non montem Hymetum thymi flore redolentem, sed
„ Musarum Heliconios colles, omni genere doctrinæ virentes, dearum instinctu depastæ, ma-
„ ximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instillasse videntur. Idem prodigium
„ prout successit, ita recenset [u] Aelianus; Platonem in vlnis ferebat Periction e. Cùm verò
„ Ariston sacra litaret in Hymetto Musis, aut Nymphis, dum dulcedine rei diuinæ darent

[m] *Lib.* 11. *cap.* 17.
[n] *Prodig. cap.* 132.
[o] *Lib.* 54.
[p] *Lib.* 1. *Annal.* Arbalon quid.
Felix augurium.
[q] *Lib.* 12. *Var. Hist. cap.* 46.
Trophonij oraculi inuentio.
[r] *In Bœoticis.*
Apes in ore Platonis.
[s] *L.* 11. *c.* 17
[t] *Lib.* 1. *c.* 6.
[u] *Li.* 10. *Var. hist. c.* 21.

operam, illa Platonem in proximis myrtis, densis & opacis reposuit. Cui repente exa- E
men Apum, Hymettij mellis opifices, in os insidentes, suis strepebant bombis: præsi- „
gnificantes ita Platonis eloquentiam, & linguæ facundiam. Et rursus: de Platone, inquit, „
dicitur, quod Apes in ipsius ore fauum effecerint. Meminit huius etiam [x] Cicero. Simile „
planè augurium Pindaro celeberrimo, ac suauissimo poëtæ contigisse narrant, dicentes cùm
adolescentulus esset etiamnum, æstiuoq; tempore Thebis Thespias iret, æstu meridiano fa-
tigatum, præ somno, ac lassitudine paululum è via declinasse, prostratusq; cùm dormiret,
aduolantes ad eius os Apes, in labris eius mellificasse. [y] Aelianus verò hoc aliter refert,
nimirum Pindarum, cùm è patria domo fuisset expositus, aluisse Apes, pro lacte mella fe-
rentes. Idem de Virgilio adhuc infante canit [z] Pontanus his versibus:

*Hæc* (Melissa) *natum gremio excipiens, flauentia mella*
*Instillat puero, & dulci rore illinit ora.*
*Ille faui ducens tenerum de nectare succum*
*Paulatim somno capitur, circumq; frequentes*
*Ora vagantur Apes, lectumq; è flore liquorem*
*Intingunt labris, & rora madentia fingunt.* F

Sed reuera præter Pontanum nemo alius, quod obseruauerim huc vsq;, de Marone id tradit: puto autem illud ipsum ab eo scriptum, vt miram poëtæ eloquentiam naturaliter inditam fuisse indicaret, atque ita sæpè Apes in disertorum scriptorum ora aduolasse, & mellificasse dicimus. De Lucano poëta, cùm adhuc infans in cunis cubaret, id in eius vita legitur. Hieroni quoque iussu patris exposito, propterea, quòd ex ancilla natus esset, ne nobilitati paternę dedecori foret, tamen ita humanę opis indigenti, Apes in os mella congessere: quo ostento pater ab aruspicibus admonitus, filium recolligendum duxit, moribus & disciplinis ijs erudiendum curauit, per quas postmodum ad præmonstratam regni maiestatem facilè peruenit. De Diuo Ambrosio illo magno Mediolanensium Episcopo id quoq; verè narrat Paulinus, qui illius gesta scriptis mandauit, diuinamq; viri eloquentiam præmonstrasse: nam cùm, & [a] sacra pagina testetur in ore Leonis occisi Apes examen confecisse, & fauum mellis, significata est dulcedo doctrinæ, & sapientiæ Christi morituri. Cùm itaque Apes eo modo, & Platonem, & Ambrosium magni feciisse videantur, ferentes nempe iudicium, futuros & veridicos, & eloquentissimos: tamen nobis non ita visum est Platonicam doctrinam comparandam Ambrosianæ: cui cum liberalibus disciplinis accessit, & G
Christi fides, sacrarumq; literarum eximia cognitio, qua Platonicos errores confutauit: & si quæ vera docuerat Plato ante Christi aduentum, circa rerum diuinarum intelligentiam, eum non à se suopteúe ingenio perscrutatum constat, sed Hieremiæ libris doctrinaq; didicisse, Christo doctore, vt ipse idem S. Ambrosius apertissimè demonstrauit Platonico in hac re confutando, qui sibi pietatem Christianam ascribebat, suoque auctori Platoni. Beatissimus enim ipse Ambrosius euidenter aperuit, perspicuumq; fecit, disputans cum Platonicis, quidquid philosophicè de diuinis rebus tradiderat Plato, in Aegypto id didicisse ab Hieremiæ discipulis, quos Christus ipse, ac Spiritus sanctus edocuerant, cùm de fide illi narrassent: sic enim Ambrosius ipse habet libro, quem inscripsit de Sacramentis, siue de prophetia: cuius rei meminit etiam D. [b] Augustinus. Apes igitur si quid præmonstrarunt in Platone futurum, ad eam partem spectat, qua humana sapientia, atque eloquentia inter philosophos eminere sperabatur, vt verè excelluit. At in Ambrosio reuera longè maiora prænunciauit illud Apum examen, quòd scilicet verbum spiritusq; Dei diuinarum rerum integra cognitio ei conferenda per gratiam foret, ac de Christo Sacramentis omnibus imbuendus tam eximia fide, & fœcundia, vt exquisitè omnia, tùm verbo, tùm scripto aperi- H
ret. Tantùm itaque ausim dicere Platonica ab Ambrosianis abesse, quantùm Apes ipsæ ab homine. Meminit huiusce augurij Baptista Mantuanus, qui quoque vitam Ambrosij scripsit, sed carmine:

*Cùm puer in cunis olim dormiret apertis,*
*Fortè labris examen Apum super illius ora*
*Sedit, & ingrediens buccas, tenerumq; palatum*
*Inuenisse fauis tectum se credidit: at mox*
*In sublime volans altos discessit in Austros.*
*Hoc pater augurio latus, si vixeris, inquit,*
*Chare puer, tua te mittet facundia ad astra.*

[x] *Lib. 1. de diuinat.*

Apes Pindarum alentes.

[y] *Li. 12. var. hist.*

[z] *Lib. 2. de Stellis.*

Hieron ab Apibus nutritus.

[a] *Iudic. 14.*

Platonis & Ambrosij cõparatio.

Plato quid ab Hieremia propheta didicerit.

[b] *Lib. 2. de doct. Christ. cap. 28.*

DENO-

A

# DENOMINATA.

MELISSA vulgo officinisq; dicta herba, nobis melladella notissima est, vt passim secus fossas viarum enascens. Græci à μελίσσα id est Ape μελισσόφυλλον, quasi Apis folium vocant, μελισσοβοτάνιον nonnulli etiam. Plinius priorem dictionem seruat, Melissophyllum latinè etiam nuncupans. Ita vocari putant herbarij, quoniam Apes teste Plinio, & Aristotele hac herba plurimùm delectentur. Aiunt enim, si hac herba aluearia purgentur, non fugituras Apes. Quare eadem ratione Latini etiam Apiastrum reddiderunt. quo nomine Melissophyllum [a] Plinius ab Hygino Apiastrum vocari scribit: quanquam interim ipse inter [b] ea, quæ Apibus gratissima sunt, seorsum melissophyllum, seorsum Apiastrum recenset. Nicander μελίφυλλον nominat, quod mellis folium indicat, quòd hinc nimirum Apes mellis materiam copiosè colligant; alij μελίτεινον, Theocritus μελίτεινον. Dicitur denique

B & μέλιττις, & μελίνος, eadem, vt apparet, ratione. Vuis Apianis scribit [c] Plinius Apes de-
» disse cognomen, præcipuè earum auidas. Aitq; ex his duo esse genera, lanugine & ipsa pu-
» bescere. Distare autem, quòd altera celeriùs maturescat, quanquam & altera properante. Et [d] rursus vbi de quatuordecim generibus dulcium vinorum agit, Passum, inquit, à
» Cretico Cilicium probatur, & Africum, & in Italia, finitimisq; prouincijs. Fieri certum
» est ex vua, quam Græci sticam vocant, nos Apianam. Verùm quæ vua isthæc Plinio, & Græcis stica sit, arduum est scire. Ego semper existimaui eam esse, quæ in agro nostro Moscatella vulgò nominatur, quam meam opinionem etiam in quodam opusculo, quod de moschum redolentibus rebus scripsi, inserui, & nunc eò magis id credo, quoniam, & Iacobus Dalechampius priorem Plinij locum commentans, Gallicè id vinum, siue eam vuam potius exponit Moscat, quasi Moscatellam (. Addens insuper eas vuas è vinea longè suauiores esse, quàm pergulis, iugo, arbusto: & nobis reuera nisi è vinea laudantur, & in collibus natæ.) & [e] Andreas Baccius id prorsus approbare confirmareq; videtur: qui inter reliqua, quæ de hoc vino Moscatello scribit: videtur nobis, inquit, rationi esse consentaneum, quòd solum Italicum adeo frugiferum, ac vinis gignendis idoneum, non potuerit vnquam
C hoc nobili vini genere carere: sed exoleto potiùs vetusto nomine (vt momentaneę sunt nominum mutationes, ac studia exolescunt vetera, insurgunt noua) id vini delitioſi genus non aliud extitisse apud veteres, quàm quod à dulcedine, & ab Apum etymologia, ex Apicia fieret vua apud Catonem, quæ & Apiana à Columella; eademq; σίκα à Græcis fuerit nuncupata, ac vinum ipsum Græcum. Quomodo verò vinum hoc Græcum ex Apicia siue Apiana vua fiat, & ex moscatella consule eundem Baccium, qui doctissimè ea de re disserit: nobis enim rem explicasse tantùm, & indicasse sufficit. Idem [f] Plinius Catonem scribit brassicæ genera facere tria; vnam extentis folijs, caule magno, alteram crispo folio, quam, inquit, apianam vocat: tertiam minutis caulibus, lenem, teneram minimè probare. Eadem tria genera alio postea loco idem [g] Plinius repetit, & quæ Apiana brassica sit explicat quodammodo. In tres species, inquit, diuisere eam (brassicam) Græci antiquissi-
» mi. Crispam quam Selinada vocauerunt à similitudine apij foliorum, stomacho vtilem,
» aluum modicè mollientem. Alteram læam &c. Non itaque Apiana brassica ab Apibus no-
» men habuit, sed ab ápio, quod selinon Græci dicunt: neque ad hunc locum pertinet, Ad-
D ditum tamen est propter nominis similitudinem. Nominantur denique [h] Plinio de cedrinis mensis agenti mensæ apiatæ. Mensis, inquit, prȩcipua dos in vena crispis, vel in verti-
» ce varijs. Illud oblongo euenit discursu, ideoque triginæ appellantur: hoc intorto, & ideo
» tales pantherinæ vocantur. Sunt & vndatim crispę maiore gratia, si Pauonum caudę ocu-
» los imitentur. Magna verò post has gratia extra prędictas crispis densa veluti grani congerie, quas ob id Apianas vocant. Iunius, & Dalecampius ita dictas existimant, quod Apum aut Muscarum excrementa passim aspersa imitentur. Addit tamen Dalecampius alios legere Apiculatas, crebris veluti Apiculis notatas.

Melissophyllū vnde dictum, eiusq; synonyma.

Apiastrum

[a] *Lib.* 20. *cap.* 11.

[b] *Lib.* 21. *cap.* 9.

[c] *Li.* 14. *c.* 2.

Vua Apiana.

[d] *Cap.* 11.

Vua stica.

Vua Moscatella.

[e] *Lib.* 5. *de vinis Italicis.*

Vinum moscatellum semper in Italia fuisse

Apicia vua.

Vinum Græcum.

[f] *Li.* 19. *c.* 8.

Brassicę genera.

Brassica Apiana.

[g] *Li.* 20. *c.* 9.

[h] *Lib.* 13. *cap.* 15.

Mensa apiata.

Pantherinę mensæ.

E

# MYSTICA.

[a] *Li.3.de re ruſt.c.16.*

APES Muſis ſacras fuiſſe apud veteres innuit [a] Varro his verbis: Neq; tamen neſciæ ſuæ imbecillitatis, quæ cùm cauſa Muſarum eſſe dicantur volucres, quòd & ſi quando diſplicatæ ſunt, cymbalis & plauſibus numero reducunt in locum vnum. Et vt his Dijs Helicona, atque Olympum attribuerunt homines, ſic his floridos, & incultos natura attribuit montes. Hæc Varro: ſed [b] Claudianus Apes Heliconia quoq; colere vnà cum Muſis ſcribit, mellaq; Helicona nuncupat his verſibus:

[b] *In Epigr.*

*Dic mihi Calliope, tanto cur tempore differs,*
*Pierio meritam ſerto redimere Serenam.*
*Vile putas donum ſolitam conſurgere gemmis,*
*Aut rubro radiare mari, ſi floribus ornes*
*Regina regina comam: ſed floribus illis* F
*Quos neq; frigoribus Boreas, nec Syrius vrit*
*Aeſtibus, æterno ſed veris honore rubentes,*
*Fons Aganippea Parnaſſius educat vnda.*
*Vnde piæ paſcuntur Apes, & prata legentes*
*Tranſmittunt ſæclis Heliconia mella futuris.*

Cur Muſis ſint ſacræ.

Cur verò Muſis ſacræ haberentur, alij aliam cauſam afferunt. Multi Varronis exemplo dum crepitaculis in vnum locum reducuntur, eo ſono tanquam muſica, aliqua harmonia affici volunt, quod & Plinius credidit, ſed auditu eas carere nos aſſeruimus. Alij, quos ego ſequi malim, Apes Muſarum volucres putant propter incorruptam virginitatem, & caſtum animi propoſitum, quod antea celebrauimus; vel quòd Muſarum exemplo in montibus degant, locis ſcilicet ab hominum conſortio remotis, qualia ſtudioſi Muſarum diſcipuli amare, & ex quibus mella deferre Apes ſolent. Quod Plutarchus non videtur inficiari dum ait: Indignum verò eſt è culinis & proſtibulis accerſitas voluptates cum his contendendo, dedecus inferre Muſis & Heliconi. „

*Neq; vero paſtor paſcere conatur pecus:* G
*Ferroq; ſunt intacta loca.* „

Apes Cereri ſacræ.

Nam mathematicæ hę voluptates verè ſunt paſcua Apum, vitij exſortia. Fuêre item & Cereri ſacræ: nam Pindari interpres, ad hæc verba, οἱ δὲ ἐν τούτῳ λόγῳ χρησμὸς ὄρθησε μελίσσας: propriè quidem, inquit, Apes ſacras Cereris miniſtras appellauit, impropriè verò omnes alias propter animalis puritatem. Nam & alibi ſacris eam Apibus delectari ſcribit.

# HIEROGLYPHICA.

Populi regi ſuo obediẽtiſſimi hieroglyphicum.

AEGYPTII illi ſacerdotes, ſi populum qui Regi vbicunq; & per omnia eſſet obſequentiſſimus, ſymbolo aliquo hieroglyphico exprimere vellent, Apem pingebant, ſed non omnem, verùm eam tantùm, qualem laudauit Ariſtoteles, breuem vtiq;, variam & in rotunditatem compactilem. Hoc enim diuinum propè animalculum, ex omnibus alijs animantibus ſolum Regem habet more hominum, & quàm mira fidelitate ei obſequatur, cùm H ſuperiùs abundè ſcriptum ſit, hîc non repeto: ſicut quoq; quanta prudentia Rex earum regni gubernacula teneat, ac beneuolentia. Quare nimirum Regem ſignificare volentes, qui vnanimi benignitate clementiaq; populos ſuos deuinxerit, id per Apum quoque regem facere conſueuerunt. [a] Pierius Valerianus, ſed ſine authore, per examen Apum Regem indicari ait, quod non credo, ſiquidem totum examẽ populum eiuſq; obſequium erga regem potius denotat. Vbicunque autem conſedit, inquit Plinius, ibi cunctarum caſtra ſunt: hoc eſt, po- „ pulus fideliter proſequitur, & protegit. Ita verò nomini regio fauorabiles ſunt Apes, vt in cauſa fuerint, ne Oneſili Regis Cyprij caput, quod in ludibrium Amathuſij ſuprà portam vrbis ſuſpenderant, inſepultum diutiùs maneret: in id enim iam exanimatũ, examen Apum, vt ex Herodoto antea narrauimus, mella contulerunt, fauisq; refarſerunt. Vnde loci incolæ oraculi ſuper hoc requiſiti reſponſo moniti, caput honorificè ſepelierunt, Oneſiloq; quotannis, vt heroi, ſacra inſtituerunt. Habet ſanè multa præterea hieroglyphica Pierius, quę, cùm

Regis hieroglyphicum.

[a] *Lib.26. Hierogl.*

Vt reges amẽt Apiũlæ.

ipſe

A ipse fecisse videatur, nos, ne quid deesse possit in hoc operis tractatu, quod lectorem iuuare queat, hîc eodem, quo ipse, ordine transcribemus, omisso vno, de regno nempe, quod inter auguria reiecimus, ad quæ planè erat referendum. Addunt nonnulli, inquit, suauem eloquentiam per hieroglyphicum Apis significari. Quanquam Diogenes suæ morem gesturus mordacitati, orationem blandam, vtpote ad fallendum, vel ad gratiam parandam, mellitum laqueum vocitabat. Irridebat is Platonem perlibenter, cui paruulo in cunis dormienti Apes in labellis consedissent, &c. (Recitat autem aliquo, alia exempla, quæ nos inter auguria recensuimus) Et paulò post. Et ita demum, quemcumq; veteres ab eloquentiæ suauitate commendarent, eum ab Apibus enutritum dictitabant. Sic & Theocritus Comatam beatissimũ ait, cui huiusmodi nutricatio contigisset. Apud Hesiodum Musæ amicorum linguis rorem instillant. In castigatis enim exemplaribus, non ἀοιδὴν, sed ἐέρσιν legitur, vbi interpres ἐέρσην, δρόσος interpretatur, ac perinde mel intelligi debere, inde verò eloquentiæ suauitatem. Sanè Pindarus amabile mel Isthmijs posuit ἐν δ' ἐραθεινῷ μέλιτι pro felici successu, quem Iupiter propinat: vbi commentatores gaudium intelligi volunt, quòd ex commendatione, & laudibus percipitur, si præsertim illæ ab eloquenti, & erudito viro optimè prædi-

Eloquẽtiæ hieroglyphicum.

Oratio mellitus laqueus dicta.

B centur: qua quidem voce, teste Themistocle, nulla suauior exaudiri potest. Hactenùs ille. Addo ego: Suidas Xenophontem scribit, Atticam Apem esse apellatam, inde nempe, quòd incredibili, ac mira facundia primus philosophorum vitas, mirabiliaq; & facta, & dicta eorum descripserit. Et Sophoclem legimus non ob aliam causam μελιστόμον vocatum esse. [b] Petrarcha Diuos Ambrosium & Augustinum Apes appellat cęlestis faui, & diuini eloquij. Huc item spectat elegantissimus de Nestore (qui Homero, conuenienti & Musis, & poëtis epitheto ἡδυεπής, hoc est suauiloquus nominatur) locus [c] Plinij Cæcilij secundi ad Auso-
» nium: Nam & loquenti tibi, inquit, illa Homerici senis mella profluere, & quæ scribis com-
» plere Apes floribus, & innectere videntur. Denique & hoc Apulei. [d] Pylius orator eloquio
» comis, experimentis cautus, senecta venerabilis, cui omnes sciebant corpus annis abire, ani-
» mum prudentia vigere, verba dulcedine affluere. Eleganter etiam apud [e] Pontanum Lepidina canit:

Xenophon Attica Apis dictus.

Sophocles μελιστόμος dictus.

[b] *In Epist.*

[c] *Li. 4. Epi.*

[d] *Li. de Deo Socrat.*

[e] *Pompa. 7.*

*O Macron nympha hæc lepido vt sermone locuta est*
*Illi mel labris, fauus illi stillat ab ore.*

Respondet Macron.

C *O Coniux nympha hæc longè est ditissima melle,*
*Centum habet hæc Apium tabulata, examina centum.*

Vt modò ad Pierij hieroglyphica reuertamur, omnium, inquit, consensu receptum est, per Apis hieroglyphicum poëticam intelligere amœnitatem, vt apud Horatium: Fidis enim
» manare poëtica mella, &, vt ait doctissimus Varro, Apes causa Musarum esse dicuntur volu-
» cres: quod si quando displicatæ sunt, cymbalis & plausibus, & numeris reducuntur in vnum locum. Pindarus hymnorum suauitatem, & elegantiam per mel candido lacte commixtum intelligendum dedit, vbi Nemeis dicit: ἐγῷ τόδετοι πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι. Lac ponit Pindarus, quod à natura est, ac perinde genium, & venam indicat. Mel verò, propterea quòd magno Apum labore conficitur, artem & diligentiam significat. Hinc clamat Horatius:

Poëtica amœnitas.

Mel diligẽtiam denotat.

*Vos ô*
*Quintilius sanguis carmen reprendite, quod non*
*Multa dies & multa litura coërcuit, & quod*
*Perfectum decies non castigauit ad vnguem.*

D Et ipse de se, quantum pertinet ad laborem, & diligentiam, quam scribundis versibus adhiberi ait:

*Ego Apis Matinæ More modoq;*

Non enim temere vsque adeo assurgit Pindaro tam honorificè, cuius hymnum agnoscat, & vena diuite copiosum, & magno studio, & arte simul elaboratum. Quin suam fert super hoc loco sententiam:

*Naturâ fieret laudabile carmen, an arte,*
*Quæsitum est: Ego quid studium sine diuite vena,*
*Nec rude quid possit video ingenium, alterius sic*
*Altera poscit opem res, & coniurat amicè.*

Sic Pierius. Sed quidsi etiam poëticam hanc amœnitatem ita per Apis hieroglyphicum intelligamus, vt quemadmodum Apes dulcia instillant mella, ita Musæ carminum dulcedinem elargiri poëtis dicuntur: in quo sensu Pontanus ad Constantiam:

Musarum dona.

*Insedere*

*Inſedere tuis Apes labellis,* E
*In labris reſidens tuis Meliſſa,*
*Hyblæum liquat Atticumq́ rorem*
*Quem ſtillent Paphiæq́ Gratiæq́.*
*O qui Caſtalios lacus poëtæ*
*Quiq́; & Theſpiadum ſititis amnes*
*Hinc & Caſtalij lacus liquores,*
*Hinc & Theſpiadum petatis vndas.*
*Has Conſtantia mollibus labellis*
*Inſtillat, quibus Atticæ camenæ*
*Rorarunt Venerem ſuam, Charinq́*
*Quæ Muſis comes & comes poëtis.*

Futuri ſæculi beatitudo. Sequitur porro aliud hieroglyphicum inſcriptum ab ipſo: Futuri ſeculi beatitudo; de quo hæc ſcripta reliquit. Quæſierit hîc ſanè aliquis, cur polliceatur dominus ducturum ſe populum ſuum in terram lacte, & melle fluentem: paſſim enim hieroglyphicum aliquid ſapit diuinarum litterarum. Igitur theologi noſtri, referente Heſychio, hoc ad futuri ſæculi deli- F
cias beatitudinemq́; transferunt, quòd ex cibis, quibus hîc vtimur, nihil his ſuauius dulciusq́; reperitur: tum quia ſine labore comparantur, & nulla indigent præparatione. Nam bona illa abſq; vlla ſolicitudine, ſine dolore, ſtudio nullo, apparatu nullo, condituræ nullius egentia, tanquam effuſo copiæ cornu effunduntur. Aliud. Apes autem quia dulcia tan-

Homo dulcibus tantũ gaudens. tùm guſtant, ſi paſcentes pingantur, hominem hieroglyphicè ſignificant, qui dulcibus tantùm rebus delectetur, dulciaq́; omni cura ſtudioq́; perquirat. Horatius cùm dulcedinem, & ſuauitatem, quodq́; maximè placeret, exprimere vellet. *Si iuuat & melli eſt*, inquit. [f] Plu- „
[f] *Lib. de cõiugalib. præceptis.* tarchus: Mulier, ait, quæ viri primo congreſſu territa coniugalem inde copulam ſubfugitat, „
ſimilis eſt ijs, qui Apicularum aculeis patienter ſe offerunt, mella ipſa reformidant. Ad ean- „

Paſſer mellitus. dem reſpiciens iucunditatem Catullus, ſuum illum Paſſerem, Lęsbiæ ſuæ delicias, cùm maximè lepidum indicare velit, mellitum fuiſſe dicit. Deniq; Virgilianus Damœtas cùm Pollionis amicis optat mella fluere, nihil aliud ſibi vult, niſi vt copioſiſſima rerum omnium, quę

Mel quid Pindaro. ſuauiſſimæ iudicentur, vbertate diteſcat. Egregiè verò Pindaricum eſt, mel pro ſuaui, tranquillo, & maximè expetendo, amabiliq́; bono ponere: quare de Olympijs victoribus ait, ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφιβίοτον ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν: quod exponunt interpretes: victores vi- G
tæ reliquum agere in terra melliflua, hoc eſt, tranquilla deinceps ſuauiq́; perfrui quiete.

Mel ſatietatem habet. Idem cùm χορὸν ἔχει καὶ μέλι dixit, mel etiam ſatietatem habet, nihil aliud voluit exprimere, niſi ſupremam quandam ſuauitatem, atq; dulcedinem ineſſe melli, quę tametſi ſupremè delectabilis eſt, ſacietatem tamen afferat: quam ſententiam παραδοξικῶς protulit. Paulò ſecius Horatius ſenſum eundem attigit vbi dixit: *Dulcia ſe in bilem vertunt*: quòd tamen „

Vitę proſperitatis & lõgę ſanitatis hieroglyphicum. ex phyſica diſciplina eſt ab eo ſumptum. Aiunt enim medici, cibaria dulcia confeſtim in bilem abire. Aliud. Inuenio vitæ proſperitatem, ac inoffenſam valetudinem in longa æui ſpacia productam per hieroglyphicum Apum in fœcundo oleæ ramo conſidentium ſignificari: id quòd mihi Democrati reſponſum in memoriam adducit, qui olim interrogatus, qua ratione quis longiorem vitam aſſequi poſſet: Interiora, reſpondit, melle irriganda, exteriora verò oleo perungenda: quod hieroglyphicè acceptum oſtendit, animum quantacunque fieri poteſt ſuauitate permulcendum, hilaritatemq́; vndiquaq; captandam, omniq́; prorſus amaritudine atq; acerbitate procul oblegata, neq; quicquam, quod exulceret, intromittendum: corpus verò exercitio conſolidandum, quòd quidem in ocio torpeſcere ne-

Oleũ quid ſignet. ceſſe ſit. Nam vt commentario ſuo dictum, oleum inter alia ſignificata, exercitium quoq; H
denotat. Sed enim Ariſtoxenus Pythagoricos plurimùm melle vſos tradit. Neq; tantùm calidi panis ſuffitu Democritus vitam dies aliquot in amicorum obſequium produxiſſe fertur, verùm & vapore mellis naribus admoto. Omnino autem ferunt, quibus mellis vſus

Cyrnij longęui cur dicti. frequentior fuerit vitam diutiùs producere. Contrà verò qui cibis acidis delectentur, breuioris eſſe vitæ. Sanè Cyrnios populos, qui ſcilicet Corſicam incolebant, longæuos vixiſſe tradit Athenæus, quòd aſſiduè mellis vterentur cibo. Nã & Diophanes, qui de re ruſtica libros conſcripſit, longæuos euadere dicit, qui mellis eſitatione delectati fuerint. Præſtat verò in ſenecta ipſa plurimùm pane, & melle paſci: neque enim ſolùm, vt is aſſerit, viuacitatem adiuuat, ſed & ſenſus omnes ſanos, & integros cuſtodit. Quamuis quod ad Athenęum

Mel Corſicum quale. ſpectat, noſtri mel Corſicum dicunt habere aliquid in ſe, quod amaritudinem ſapiat: vnde dixerit Ouidius de nefanda atque exitiali cera:

*Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ*

Tuq́

A *Tuq; negaturis cera referta notis:*
*Quam puto de longa collectam flore cicutæ*
*Melle ſub infami Corſica miſit Apis.* Et
*Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,*

Maro prius dixerat. Inſanioſum mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copioſiùs ediſſent, & vomere & excernere cogebantur: neq; quidem omninò ſtare poterant. Hæc circa id hieroglyphycum Pierius, quorum pleraque nos antea tetigimus. Aliud ex eodem. Sed quoniam trahente rerum fluxu impegimus in mellis uitia, minimè diſſimulãdum quod quadrageſimis Hebræorum caſtris Hieronymus putat Ionathan cõtra deteſtationem patris guſtaſſe mel intellectu myſtico, quod ſcilicet deſtillat à labijs mulieris meretricis, & ſorte deprehenſum, vix populi precibus liberatum. Porrò mel non offertur in ſacrificijs dei: & cera quæ dulcia continet, non lucebat in tabernaculo, ſed oleum puriſſimum, quod de oliuarum exprimitur amaritudiue. Quod verò ſit veriſimilis Hieronymi coniectura ſuper Ionatha, Ariſtoteles tum milites pleroſque omnes mulieroſos eſſe, tum ſcriptores rerum, qui recenſent Hebræorum mores, gentem eam eſſe ponunt ſalaciſſimam. Sed Ionathan pro innocentia ſua dicentem mihi videor audire. Cur igitur ego conqueſtus palam ſum, ſatis imprudenter feciſſe patrem meum, qui populum tam longè addixerit eſuritioni, vt vel modico cibo, quem ſors obtuliſſet, ſuorum vires vetuerit inſtaurari? Quorſum ulla hîc impudicitia? Nam quomodo ego, qui à Sole exoriente hoſtes uno tãtùm comitatus famulo, cùm per inacceſſas crepidines ad eos irrepſiſſem, quotquot obuiam habui aggreſſus, cecidi & in fugam verti, & mox accitis meis, ad veſperam vſque perſeuerantiſſima occidione perſecutus ſum, quo pacto delicijs & genio vacare potuiſſem, qui pro ſumma dei noſtri honore, populiſque totius incolumitate, ad extremam vſque delaſſationem confectus eram? quare illa obſecro adulterina, conficta, ſubditicia, nequaquàm à tam probo, tam pio, tam acri veritatis propugnaculo, tam immeritò de me vnquã cogitata crederitis. Aliud. Vt verò nos mellis damna proſequamur, id etiam addemus, quod Hieroſolimitanus Heſychius non poëticam tantùm, verùm omnem gentium doctrinam per mellis Apumuè hieroglyphicum ſignificari tradit, quod in ſuauitate verborum & eloquij dulcedine tota conſiſtit, rerum autem inanis eſt. Eo-
„ que trahunt Solomonis illud ex prouerbijs. Non reſpicies ad mulierem meretricem, fauus
„ enim deſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouiſſima autem illius amara,
C quaſi abſynthium. Quo minus miremur, ſi qui longo pòſt tempore ſucceſſit, Plato quoque Muſas ſui temporis meretriculas appellauit. Præceptum verò, vti paulò antè dicebamus, diuinis literis, ne quicquam mellis in ſacrificium domino adoleatur, ſed in munus primitiæ eius offerri poſſint. Præcipit enim ex parte, illius ſapientię primitias offerri, non autem, pleniùs ea vti, quippè, ut fides noſtra non in ſapientia hominum conſiſtere videatur, ſed in virtute Dei, ut [g] Paulus ait. Ea uerò de cauſa mel, ut ait Eucherius, in ſacrificijs offerri prohibebatur, quia reſoluti blandimentis deliciarum aut dulcedine voluptatum, non poſſunt myſteriorum Dei eſſe participes. Hinc paſcha domini comedi cum amaritudine iubetur, quia ſit ſemper auſtera diſtrictio. Aliud. Attingemus ea quoq;, quæ complexu rerum poſſint in orationem abſolutam coaleſcere, ut ſi quis amaritudinem aliquam, aut infortunium, quod anteactæ uitæ ſuauiſſimum otium & tranquillitatem exaſperet, per huius generis hieroglyphica explicare voluerit, non alia congruentiùs pictura ſignoúe vtetur, quàm figurato mellis fauo, de ſummo cuius abſynthium pullulet, herba nimirum amariſſima: quod quidem Lucretianum illud ſapere videtur, quod in noſtræ uitæ conditione frequenter occurrit:

——*Medio de fonte leporum*
D *Surgit amari aliquid, quod in ipſis faucibus angat.*

Aliud. Commenti ſunt nonnulli popularem fugam per examen Apum & ſubiectum fumũ indicare: quandoquidem Apes nulla re magis conſternantur, in fugamque vertuntur, quàm fumo ſuppoſito. Atque hac ſimilitudine utitur Apollonius Argonautis in deſcribenda Bebryciorum fuga, ſimulatque interemptum Amycum conſpexere. Aliud. Sed longè ſuauius illud eſt, quod per Apes ex cadaueroſi Leonis ore prodeuntes innuitur. Pingi poteſt hoc, vbi quis aut à detractoribus male habitus, inſigniorem fuerit exiſtimationem conſecutus, aut inimicorum contumelijs affectus clarior euaſerit, aut ex illatis iniurijs creuerit. Mordaciſſimus eſt enim Leo, violentus & ferox. Apes verò in eius faucibus mellificantes proſpera & ſuauia quæ ſubſequuntur, indicant. Verùm hiſtoria uetus anſam huic hieroglyphico ſubminiſtrauit, quippe Sanſon Dauidanus cùm in ferociſſimi Leonis occurſum illapſus eſſet, vltro belluam adortus, eam ſtrangulauit, peremptamque ex publica uia in ſyluam proximam pertraxit, eamque ibi in abſcondito reliquit. Paucis verò poſt diebus prouectæ belluæ cadauer

Mel inſanioſum.

Meretricis hieroglyphicum. Ionathan melle guſtato vix ab ſoluitur.

Exoticę diſciplinę hieroglyphicum.

[g] *Epiſt. 1. ad Corinth.*

Mel eur in ſacrificijs offerri prohibitum.

De Vitæ dulcedine amarities.

Popularis fuga.

Mel in ore Leonis mortui quid ſignificet.

dauer inuiſurus: eò redijt, vbi mira res oculis obiecta eſt: nam frequens Apum examen in tabidis eius faucibus fauos fabricare occœperant. Vnde illi poſtea quæſtionis argumentum fuit, quam Palæſtinæ iuuentuti diſſoluendam propoſuit. Quî fieri poſſet, ut trucùlenta immaniſque res, eademq; voraciſſima, ſuauiſſimum èx ore cibũ erogaret. Cuius quidem quæſtionis hiſtoriam ſolius vxoris ſilẽtio crediderat, eius fidem & taciturnitatem exploraturus. Hinc illa mox medio conuiuio, ob rem ab vxore proditam, exclamatio Sanſonis plena acerbitatis exaudita. Nihil eſſe fœmina fallacius. Aliud. Minimè verò prætereũda ſunt etiã alia, quæ ſacris noſtrorum literis traduntur: Quàm dulcia faucibus noſtris eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo. Et alibi. Dei dulciora ſuper mel & fauum. Omnis enim prophetia ſuaues cæleſtis doctrinæ fauos & dulcia diuini eloquij mella componit. Et debbora libro Iudicum prophetiæ particeps facta, Apis interpretatur, vt ait Adamantius. Et omnes denique prophetæ ſub Apis nomine comprehenduntur, eorumque faui ea ſunt oracula, quæ literis mandauêre. Atque hoc eſt bonum illud mel, quod comeſſe iubemur. Quicunque enim oracula ea diuina meditatione complectitur, ſcriptis vatum noſtrorum ſermonibus alitur & recreatur, is mandatum id diuinum exequitur, quo præceptum eſt, Comede mel fili: bonumq; id eſſe re ipſa protinus experitur. Quod autem de Aſſertore noſtro prædictum eſt, mel comedet: mel hîc Adamantius noſtra de virtute colloquia ſignificare profitetur. Quotieſcunque enim de abſtinendo à voluptatibus, de domitanda nequitia, de iuſtitia, de prudentia ex animo diſſerimus, ſermonis iſtiuſmodi ſuauitatem libentiſſimè paſcitur Deus, hoſq; liquores aſſiduè ſitibundus inquirit, cui ſi nequitiæ, ſi puſillanimitates, ſi ſcelerum & ſtultitiæ amarulenta pocula propinauerimus, guſtum vt offenſus refugit, & vt fel odioſum auerſatur. Aliud. Et quia moris erat infantes à lauacro ſuſceptos lactis & mellis guſtu primùm imbuere, nonnulli hoc ad concordiæ ſignificationem factum autumant: Tertulliano ita dicente: Inde ſuſceptis lactis & mellis concordiam præguſtamus. D. etiam Hieronymus aduerſus Luciferarios de hac ipſa re in hunc modum. Nam & multa alia quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruãtur, autoritatem ſibi ſcriptæ legis uſurparunt, vt in lauacro ter caput mergitare, deinde egreſſos lactis & mellis præguſtare concordiam. Id tametſi faciunt iam adulti, quandam tamen infantiæ ſignificationem præ ſe ferunt. Fuit uerò aliquibus mos, ut loco mellis, vinum cum lacte propinaretur. Nam apud Occidentis populos diu obſeruatum eſt, ut tinctis ſacro lauacro ad eius modi innocentiæ, quę præcipua eſt in parua ea ętatula ſimilitudinẽ quandã, vinum & lac tribueretur. Eoq; Tertull. Eſaiæ dictum ttahit. Venite, emite abſq; argento, & abſq; cõmutatione uinũ & lac. Aliud. Incorruptam ad hæc virginitatem & caſtũ animi propoſitum, per Apem ſignificari id argumento eſt, quod ipſæ homines à coitu olidos acriter oderunt &c. Aliud. Verùm aliud ex Ape. hieroglyphicum ponit Eucherius, nempe ſimulacrum eam eſſe adulatoris, vtpotè quæ mel in ore habeat, in occulto caudæ ſpiculum, atque ita homines qui lingua blandiuntur, latenter uerè feriunt, ſignificare: loquendo enim mellis dulcedinem proponunt, re verò ipſa vulnus inferunt. Aliud. Neque defuerunt veteres Theologi, qui Apem ultionis & iracundię ſignum in diuinis litteris eſſe dicerẽt, citatis ex Prophetalocis: Et Apis quæ eſt in Aſſur. Et circundederunt me ſicut Apes. Aliud, cui inſcriptum eſt Artificium. Nam illud quod Salomon ait. Vade ad Apem & diſce ab ea quàm laborioſa ſit operatrix, vnicuique manifeſtum eſt artificij ſedulitatiſque illam eſſe hieroglyphicum, Vergilio præſertim naturam eius tam luculenter explicante, ut uerſus eos & decies & centies memoria repetiſſe neminem vnum pœnitere poſſit. Democritus tamen dicacitate, liber tateque illa fretus ſua, diligentiam hanc & aſſiduam in refacienda curam improbaturus, par cos dicebat Apibus eſſe ſimiles, quę vti ſemper uicturæ laborarent. In quam ſententiam Virgilianum illud potiùs detorquerem.

Prophetarũ oracula.

Prophetæ Apes dicti.

Concordię hieroglyphicum.

Caſtitatis hieroglyphicum.

Adulatoris typus.

Vltiones hieroglyphicum.

Artificij.

*Sic vos non vobis mellificatis Apes.*

Aliud. Eſt & ſolſtitij æſtuiui hieroglyphicum Apis, quod ſuo ad labores egreſſu, ut apud Ariſtotelem habetur, ſolſtitium id denunciat, eo quippe tempore, quaſi ferias quaſdam celebrent, quieſcentes. Hæc itaq; omnia Pierius Valerianus, quæ ad moralia potiùs, quàm ad Aegyptiorum hieroglyphica pertinent.

Solſtitij hieroglyphicum.

A

# MORALIA.

APES, quæ non ex vno duntaxat floſculo, ſed ex varijs mella ſua colligunt, docent nos non omnes omnium virtutes in vnum collatas, ſed ſingulorum ſuas in ſingulis ſuſpiciendas, non ſolùm, quia nemo vnus facilè videt omnia, tantumúe præſtat ſolus, quantum ſeparatim multi; ſed etiam quòd clariùs luceant natiua fictitijs, propria alienis, vera fucatis. Faciliùs enim in Iſocrate iucunditatem, in Platone copiam, in Demoſthene vim natiuam, genuinam ac propriam ſeparatim animaduertas, & imiteris: quàm ſimul haſce dotes in vnũ Ciceronem imperfectè, languidè, & fucatè tranſlatas. Scitum etiam eſt illud Zeuxidis, qui cùm Crotoniatis eſſet picturus Venerem, non vnam aliquam inſignem puellam, ſed multas ſibi propoſuit, vt quid in ſingulis emineret imitaretur; & Homerus cùm Agamemnonem omnibus numeris abſolutum non ab vno aliquo deo, ſed à multis eſt mutuatus membra,
B quibus quiſq; præſtabat. [a] Seneca, vt de liberalibus ſtudijs ſit tantum ſermo, quicquid le- [a] *Epiſt. 184.*
„ ctione collectum eſt, Stylus, inquit, redigat in corpus. Apes debemus imitari, quæ vagan-
„ tur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde, quicquid attulere, diſponunt, ac
„ per fauos digerunt, &c. & paucis interpoſitis rurſus. Nos quoq; Apes, inquit, debemus imi-
„ tari, & quæcunq; ex diuerſa lectione congeſſimus, ſeparare: meliùs enim diſtincta ſeruantur:
„ deinde adhibita ingenij noſtri cura, & facultate, in vnum ſaporem varia illa libamenta con-
„ fundere: vt etiam ſi apparuerit, vnde ſumptum ſit, aliud tamen eſse, quam vnde ſumptum
eſt, appareat. Facetè equidem [b] Lucianus, Platonis, Socratisq; atq; aliorum philoſophorũ, [b] *In piſcato-*
„ à quibus erat vapulaturus, beneficia erga ſe recenſens, inter alia quæ adfert, vbinam, inquit, *re.*
„ vel quando vos iniuria affeci, qui ſemper ſum philoſophiam admiratus, ac vos ipſos ſummis
„ extuli laudibus, cùm ſermonibus quoq; à vobis derelictis aſſiduè conuerſatus? Quin & hęc
„ ipſa, quæ proloquor, vnde quàm à vobis accepi, ac inſtar Apiculæ decerpens, hominibus
„ oſtendo? at illi laudant, ac vniuſcuiuſq; florem, vnde, à quo, & quemadmodum collegerim,
„ cognoſcunt, neq; oratione ob florigeram hanc meſsem commendant: ſed veriùs vos ipſos,
„ ac prata veſtra amœniſſima, qui tam varia, & verſicolora produxiſtis, extollunt; quæ ſi quis
C rectè ſecernere, connectere, ac concinnare nouerit, ita vt minimè alterum ab altero diſcre-
„ pet, nunquid cùm tam egregiè à vobis affectus fuerit, obloqui conabitur viris benefacto-
ribus? &c. Sed quemadmodum Apes ad omnes quidem flores aduolant, quanquam interdum amari aliquid, vel acris in ſe contineant humoris, quales ſunt ranunculi, & alij plurimi ſimiles; nihilominus tamen ſuccum quendam vtilem inde exerunt, ex quo non ſine admiratione mel parant, quod dulciſſimum eſt: Sic etiam ſedulo magnoq; ſtudio, ac iudicio viris bonis, ac doctis annitendum, vt non ſolùm ex optimis, ac ſelectiſſimis autoribus, ſed alijs etiam non adeo commendabilibus ſcriptis, ſi quid boni illis inſit, omnia ad vnicam vtilitatem publicam colligant, & poſteritati commendent, vt hac ratione prodeſse plurimis, nemini autem, ſi fieri queat, nocere poſſint. Sic [c] Baptiſta Mantuanus Athenienſes ait, vt nihil [c] *Li. 1. Dio-*
tandem ipſos lateret, in omnes ferè profectos eſse terras, atque more Apum, quæ ex nullis *nyſ. Areop.*
non floribus mella colligunt, domum omni ſcientiarum genere onuſtos redijſse, & ab omnibus aliquid didiciſse:

D *Nec minus eſt, quod naturas cognoſcere rerum,*
*Quòd potuêre oculis homines his collibus orti,*
*Gens propè cæleſtis, cauſas penetrare latentes.*
*Nec ſat erat inuenta domi, peregrina ſecabant*
*Aequora, fatidicam Memphim, ſuppoſtaq; cancro*
*Aethiopum regna, & combuſtam ardore Syenen*
*Perpetuo, menſam ſolis, ſtatuamq; loquentem.*
*Infinita ibant quæſitum ambage viarum,*
*Chaldæos etiam, nudisq; habitata ſophiſtis*
*Trans Indî, trans Gangis aquas deſerta petebant*
*Tanta explorandi ſitis & ſolertia veri.*
*Prædati tandem ſophias orientis & Auſtri*
*In Patriam ſimiles Apibus, quæ rura volantes*
*Per longinqua legunt flauentia mella, redibant.*

Atq; etiam Ludouicus Viues, Franciſcum Philadelphum propter variam lectionem, atque

ſcientiam

scientiam laudaturus : Apes, inquit, animalia vatibus multùm cantata, in diuersos hortos volantes, ex vario florum genere, imitabilem hominibus (vt inquit, Fabius Quintilianus) laborem conficiunt dulcissimum : planè, ut norunt omnes eas, nobis imitandas (quo & nos dulcissimum opus efficiamus) boni authores complures proponunt: volant (nec dubium) per plurimos hortos, qui plurimis ornati scientijs multos variarum arborũ flores degustarunt; vnde quæ faciunt opera, tãto sunt Apũ melle dulciora, quanto spiritalis dulcedo corporea præstat. Cùm voluisset igitur Philelphus mellifica videri Apis, delectatus lectionum distinctione, librum hunc (de conuiuijs nempe) omni eloquentia edidit &c. E

[d] *Lib. de Auditione.* Elegãter [d] Plutarchus oportere tradit, copia & vanitate dictionis remota, ipsum persequi fructum, imitarique non eas, quæ serta plectunt, mulierculas, sed Apes; illæ enim, inquit, florida & odorata sectantes folia, conserunt, atque pertexũt opus, iucundum quidem illud, sed in diem duntaxat durans atque infrugiferum. Hæ sæpenumerò prata prouolitantes, violarum, rosarum, hyacinthorumque copia consita, in thymum asperrimum atque gustus acerrimi deferuntur, eique adsident mel meditantes flauum, perceptoque vtili succo ad suum reuolant opus. Eo itaque modo debet sincerus artisque studiosus auditor omittere florida & luxuriosa verba, resque ad actiones scenicas aut spectacula pertinentes, eaque putare pro pabulo Fucorum sophisticen ambiẽtium: animo autem in ipsos orationis sensus penetrare, intentionemq; dicentis, & quod vtile est atque commodum, ad se trahere. Huc spectat doctis- F

[e] *Lib. 8. Variar. lect. c. 1* sima illa Poëtarum & Apum cõparatio, quam nobis scriptam reliquit [e] M. Antonius Muretus incomparabilis doctrinæ vir, his uerbis: Libenter ac sæpe faciunt poëtæ, vt se quidem Apibus, studium autem suum mellificio cuidam comparent. neque si quis diligenter inspiciat, parum multa vtrisque inter se similia reperientur. Apes instruendis operibus suis naturam tantùm magistram sequuntur, artem non adhibent: Sic & poëtæ natura tantùm valent: arte si qui se poëtarum nomen tueri posse confidunt, eos grauissimus auctor Plato pronunciat, nihil vnquam egregium ac memorabile effecturos. Itaque Pindarus eo se gloriatur aduersarijs suis, Bacchilide nimirum, & Simonide, esse superiorem: quòd ipse natura poëta, illi autem didicerint à magistris; in quo tantũ esse vult, ut eo potissimùm nomine se Aquilæ, illos Coruorum similes esse dicat. Σόφος, inquit, ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ μάθοντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὡς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιθα θεῖον. Apes, nisi irritentur, innocuę sunt; irritatæ, figunt aculeis eos à quibus læsæ sunt, & acerbissimos eis dolores infligunt. Idẽ poëtis ingenium: nulla, vbi non læduntur, innocentior hominum natio, lacessiti ita se vlciscuntur, ut interdum eos, quibus offensi erant, ad mortem adegisse narrentur. Nam præter id quod de Archilocho accepimus, noui ego, qui hac ætate tantũ versibus suis inimico dolorẽ G

[f] *Horatius Epod. 6.* inusserit, ut ex eo ille sit mortuus. Neq; nõ hoc de seipsis [f] poëtæ prædicant, quorũ sunt illa.

*Caue, caue; namque in malos asperrimus,*
*—— Parata tollo cornua.* [g] &
*Ne quisquam noceat cupido mihi pacis.* at ille
*Qui me commorit: (melius non tangere clamo)*
*Flebit, & insignis tota cantabitur vrbe.*

[g] *Idem lib. 2 Saty. 1.*

Quocirca Plato in Minoe præcipit ijs, qui bonæ famę studiosi sunt, vt diligenter caueant, ne cum poëtis inimicitias suscipiant. Apes è varijs floribus suecum exprimentes, opus dulcissimum conficiunt: Poëtæ quoq; vagantes per hortos illos Gratiarum & Veneris, de quibus est apud Pindarum, & ex ijs bellissimum quodque carpẽtes, ea concinnant carmina, quibus

[h] *Lucre. li. 3* ne mel quidem ipsum mellitius videri potest. Inde [h] igitur illa sunt.

*Floriferis ut Apes in saltibus omnia libant,*
*Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,* H
*Aurea perpetua semper dignissima vita.*
*—— Ego* [i] *Apis matinæ*
*More modoque*
*Grata carpentis thyma per laborem*
*Plurimum, circa nemus, vuidique*
*Tyburis ripas, operosa paruus*
*Carmina fingo.*

[i] *Horat l. 4. Carm. Od. 2.*

Meritò igitur Eustathius ait Apem ζῶον εἶναι συγγενὲς τῇ ποιήσει, διάτε τὸν μόχθον τὸν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ, καὶ δὶα τὶν τὲ ἔργε γλυκύτητα, καὶ τὸ τὲ κηρὸς εὐσύνθετον. ἔν πάντων μετέχει καὶ ἡ ποίησις, πόνῳ τε προϊοῦσα, δὲν γὰρ τῶν καλῶν πόνε χωρὶς, ἔχουσα δὲ καὶ γλυκύτητα ἐκ ὀλίγου, ἐναγλαϊζομένη δὲ καὶ τῇ τὲ μέτρε εὐσυνθεσίᾳ. Est etiam cùm poëtæ iucundissima quadam allegoria vtentes, poëmata sua coronas vocant, quibus aiunt ornari, ac redimiri

A dimiri à se caput illius, quem laudant: vt in Pythijs: σὺν εὐμωλπίᾳ δέξαι στέφανωμα τόδε. & alibi sæpe, quod imitatus [k] Horatius dixit: [k] Lib. 1. Od. 26.

*—— ô quæ fontibus integris*
*Gaudes, apricos nectis flores,*
*Nectis meo Lamiæ coronam*
*Pimplia dulcis;*

Deliciæ autem meæ [l] Euripides, Hippolytum quoque de hymno, quo Dianam celebrauerat, ita vt de corona quapiam loquentem facit. [l] In Hippo. Act. 2.

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ
Οὐδ' ἦλθε πώ σίδηρος. ἀλλ' ἀκήρατον
Μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται.
Ἁγνὰς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.
Οἷσοις διδακτὸν μηδέν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
B Τὸ σωφρονεῖν ἔλαχεν, ἐς τὰ πάντ' ἀσὴ,
Τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.
Ἀλλ' ὦ φίλη δέσποινα χρυσέας κόμης
Ἀνάδημα δέξαι, χειρὸς εὐ-βέβυς ἀπό.

atque equidem hos, si potero, vel potiùs, vtcunque potero, Latinè exprimam: vt etiam ij qui Græcè nesciunt, singularem eorum suauitatem, quoquo modo odorentur. ab ijs autem, qui Græca per se satis intelligunt, valde peto, vt hæc mea, aut ne legant, aut conniuentibus oculis legant.

*Tibi hanc corollam diua nexilem fero,*
*Aptam è virentis pratuli intonsa coma:*
*Quo neq; proteruum pastor vnquam inigit pecus*
*Neque falsis vnquam venit acies improba.*
*Apis vna flores vere libat integros.*
*Puris honestus ques rigat lymphis pudor.*
C *Illis, magistri quos sine opera, perpetem*
*Natura docuit ipsa temperantiam*
*Fas carpere illinc: improbis atq; nefas.*
*At tu aurea regina vinculum coma*
*Amica suscipe, pia quod porgit manus:*

Hæc itaque M. Ant. Muretus. Huc spectat præterea locus [m] Platonis, quo Apum more „ poëtæ volitare dicuntur. Affirmant poëtæ, inquit, se è fontibus quibusdam melleo latice „ dimanantibus, & quibusdam musarum hortis, & viridarijs, carmina illa decerpere, quæ „ nobis offerant, quemadmodum & Apes, ipsi quoque poëtæ volitantes. Et verum quidem „ dicunt. Poëta enim res leuis quædam, & volatilis est, & sacra: neque potest priùs versus „ condere, quàm correptus Deo fuerit, & extra mentem suam positus, & proinde ipsius „ mens in seipso ampliùs minimè fuerit. Quamdiu enim quis suis compos est, minimè fieri „ potest, vt carmina condat, aut vaticinetur. Itaq; non arte quidem multas, & præclaras fa- „ ciunt, cuiusmodi de Homero commemorant; sed diuina quadam sorte illud tantùm vnus- „ quisq; facere potest, ad quod ipsum Musa impellit. Sic ille. Philosophi præterea Princi- Princeps Api similis, & Christus.
D pem cum Ape compararunt. Si quidem quemadmodum hęc mel habet, atq; spiculum; ita bono principi lenitas necessaria est ad bonos contra malorum insolentiam, atq; arrogantiam subleuandos, & seueritas ad improbos coercendos. Sed ipse Saluator noster Iesus Christus, qui princeps principum est, ea quoq; ratione Api similis dicitur, quòd sicut quietis, ac modestis Apes mellificant, & hostes suos aculeo impetunt: ita Christus peccatoribus tartaro concesso iustos ad cęlos accersit. Vel potiùs puer etiamnum Api comparabitur: atque [n] In vigil. ni. ita [n] Iacobus Vitriacus S.R.E. Cardinalis de pueri proprietatibus loquens in disertissima illa concione de natiuitate Domini, inter alias, ipse autem, inquit, valde dulcis est, & amabilis, dum tanquam puer cogitatur. Vnde in Ecclesiastico; Breuis in volatilibus Apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Initialis dulcedo cordis est natiuitas huius pueri, Apis autem modica est, & Christus paruulus, secundum quod homo: vnde comparat se grano Sinapi in euangelio. Hęc Apis in aluearibus nouis mellificat, quia corda per gratiam innouata dulcedine sua, replet & satiat. Apis laboriosa est, & ociosa animalia propellendo fugat, &

Christus Api ſimilis. Monachi Apes.

Christus natus ad laborem, ſeruum à bono opere torpentem damnat. Apis floribus pa- E
ſcitur, & Christus qui paſcitur inter lilia virtutum flagrantia delectatur. Apis ſecundum
regulam, & ordinatè cuncta peragit, & Christus Eccleſiam ſuam regulariter ordinauit.
Monachorum quoque vita ſancta, vitam moresq; Apum perquam exactè exprimit, vt di-
ſertiſſimè oſtendit D. Aſcanius Martinengus Brixianus Canon. Regul. ſed quod omnibus
Monachis conuenit, ille priuatim Regularibus, quia Regularis erat, aſcribit. Nil certè,
inquit, expreſſius Apum exemplum patefacit, quàm Regularium (Monachorum potiùs)
clauſtratam vitam: quæ enim Ambroſius de Republicis prodidit, elegantiq́ue narratione
proſecutus eſt, ea de Regulari congregatione interpretari poſſe non ineptè exiſtimo. Pri-
mo itaque in loco inueſtigandum nobis eſt de Regularium communibus legibus, & nor-
mis. Communem, inquit, Ambroſius ſobolem habent, communem manſionem, com-
munem laborem, communem cibum, communem vitæ ſeriem, communem voluntatem,
communemq; prolem. Perpendam hæc ſingula. Regulares, vt Apes, communem quan-
dam proſapiam trahunt, quoniam in vnaquaq; congregatione, ſicuti omnes vno, & eo-
dem veſtimento veſtiuntur: ita omnes vnius, & eiuſdem nobilitatis ſunt cenſendi. Germi-
na quæ ex diuerſo loco in hortum regium complantantur, ipſius tantùm in qua conſident, F
terræ nobilitate inſigniuntur: ita Iuuenes, qui ex diuerſis proſapijs ad religionem ſeligun-
tur, vt in regio ſolo conſiti, Chriſtiq; nobilitatis compotes effecti, nullam de nobilitate ſæ-
culi præſeferre debent arrogantiam, & faſtum, quòd vnum omnes ſint in Chriſto. Com-
munes manſiones habent Regulares, vt Apes, nempe clauſtrum: Arca Noëtica ſiquidem
ſunt clauſtra, in qua manſiones plures ſunt, plures cellulæ, & non niſi bini, & bini exeunt ex
ſanctis maiorum ſuorum conſtitutionibus. Communis eſt, vt Apibus, labor ipſis Regula-
ribus. Duplex autem eſt Apum labor, gratam in volatu melodiam reddere, & flores legere:
Apes ſiquidem raucum, ſed ſuauem concentum emittunt: & præcipuum Regularium mu-
nus eſt pſallere, ſuauiſſimeq; modulari in Eccleſijs eo concentu, de quo Apoſtolus; Pſallam
ſpiritu, pſallam & mente. Delibant flores Apes nitidoq; rore paſcuntur: & Regularium
partes ſunt ex patrum ſententijs, quaſi ex floribus, perpetuis lucubrationibus, intelligen-
tias, tum literales, tum myſticas Scripturarum cum ſuauitate elicere. Communem cibum
habent Apes, rorem ſcilicet ex floribus hauſtum, non ſine florum ſucco. Flores tenues par-
ſimoniæ frugalitatisq; ſunt indicium, qua Regulares ſuo in victu præcipuè vtuntur. Ros ve-
rò eſt ſacra Scripturarum lectio, qua ſimul animi reficiuntur, cùm non ſolæ fauces ſumant G
cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum. Communem vitæ ſeriem habent Apes, ſimul
egrediuntur, ſimul redeunt, ſimul volant, & quod potiſſimum eſt, ſimili induuntur ami-
ctu. Nec ſiquidem aliæ alas aureas, & aliæ argenteas, ſeu aliæ candidas, & aliæ rubentes
ferunt. Ex quo diſcant Regulares, quantum in habitu, & indumentis conuenire ipſos de-
ceat; inſtitutionesq; ſuas in his non violare, quæ maximè eò proſpiciunt, ne ſcandalum pu-
ſillis afferatur. Chriſti veſtis inconſutilis erat deſuper contexta per totum, vt ſciamus, Chri-
ſti nomen habitumq; ferentium eſſe veſtem, nec vlla temeritate vnquam diſcernendam,
cùm nec milites improbi ſecare ipſam auſi ſint. Communis voluntas eſt in Apibus, & Re-
gulares vnam ſibi conſtituere debent voluntatem, quę eſt voluntas Prælati; Atq; ſicut Iſraë-
litæ duce columna ignea in nocte, & lucida nube in die per arenoſa deſerta iter ſuum con-
ficiebant: ita Prælati voluntatem, nutum, iuſſaq; proſequi ſtudeant Regulares, quę vtinam
clareſcat, & fulgeat puritate, & charitate. Communis tandem eſt Apibus proles, Regula-
res, vt Apes integritate corporis virginali pollere debent nulloque concubitu miſceri, nec
libidine reſolui. Attamen maximum filiorum examen emittunt Apes, è folijs, & herbis
elicientes ore prolem ſuam: ſumma, inquam, caſtitate Regulares clari, filios plures ſibi H
gignunt ſpiritales, prædicationis, & confeſſionis munere. Regulares, vt Apes regem ſibi
eligunt non ſorte; ne melioribus peiores caſu præferantur; non communibus omnium
calculis, quòd imperita multitudo, nec virtutis merita agnoſcat, neque emolumenta pu-
blicæ vtilitatis rimetur: non tandem ſucceſſione, quòd eruditus ſæpe aſſumptus non eſſet,
delicijsq;, atque adulationibus eneruata ſtirps illa parum publico prodeſſet: ſed optima-
tum tandem conſilijs, & voto. Debet igitur prælatus talis eligi, qualis ab Apibus regulus
earum eligitur, nempe ſingulari magnitudine, & ſpetie corporis præſtans: magnitudine,
quàm & pulchritudine morum celebris, & vocatus à Deo, tanquam Aaron: ſiquidem
is Antiſtes renunciandus eſt, qui vt virga Aaron inter cæteros floreſcat exemplis ſancti-
tatis, & prudentiæ, ac literarum munumentis. Floreſcat igitur, vt Aaron virga, amyg-
dalaq́ue proferat, adeo vt eius cortex amarus ſit; vita nimirum extrinſecus mortificata, &
auſtera; intus autem medulla ſuauis, & lenis: animus omni manſuetudine, & charitate

præcla-

A præclarus; nam si habet aculeum, videlicet auctoritatem, ea non ad vindicandum, sed ad saluandum vti debet; Naturæ enim lex est, vt leniores sint ad puniendum, qui maxima potestate in mansuetudine potiuntur. Aculeum igitur habet prælatus, sicut Apum Regulus, quo contumaces, atque obedientiæ rebelles compescat, & puniat. Aculeus correctio est, tum secreta, tum publica, iniunctis etiam iustis pœnis. Hic gladius est versatilis igneus in manu Cherub: versatilis, quia non eadem correctio omnibus adhibenda est, sed alijs lenior, alijs seuerior, nonnullis mitis, quibusdam asperior. Igneus, quia charitas est illi iungenda; In manu Cherub, cùm Prælatus sit Angelus, officioque, & munere Angelico fungatur. Aculeus excommunicatio est, qua perduelles interemit. Hic ensis est ab vtraque parte acutus, cùm non tantùm confodiat animam, à sacramentorum vsu, ex quibus omnis gratia profluit, eam seiungens; sed vt corporis commoda grauiter lædit, cùm à cœtu fidelium, cæterorumq; claustratorum disiungat. Quis verò feratur fructus à Regularibus, ex Apum similitudine prolixiori oratione demonstrat Ambrosius, cuius orationis argumentum est. Apes haustis floribus madidis rore, suis in cellulis gignunt ceram, atque mel. Et præcipuum est Regularium munus ex sacræ scripturæ sensibus, tanquam B ex floribus, rore spiritus Sancti madefactis, perpetuis suis lucubrationibus elicere ceram, id est, cordis mollitiem, & mel, mentis hilaritatem. Cera enim mirificè ardet, pabulumque est ignis aptissimum. Et cor dum scripturarum contemplationibus emollitum est, diuino amore faciliùs exardescit. Mel autem dulce est; nam nihil dulcius melle; & mens dulcescit, quia suaues sunt intelligentiæ Scripturarum, & nihil dulcius, quàm studijs sacris incumbere. Verùm cera ardens illuminat: ita Regularis diuino amore efflagrans, exemplo vitæ in Ecclesia summopere refulget. Mel verò est medicamentum lene, & cibus pascens: Pari euentu doctrina Catholica ex ore Regularium, corda lenit peccatorum, & mirificam escam mentibus sanis præbet. Vnde Sponsa: Comedi fauum mellis cum lacte meo; quasi ipsi adeò iucundum fuerit mel doctrinæ sibi delatæ, vt quasi lac id fuxerit. Hactenus eo modo Apis vita, cum vita claustratorum monachorum congruere ostensa est ex Martinengo, sed idem feciisse videtur mihi longè ante illum D.° Io: Chrysostomus his

Aculeus quid denotet.

» verbis: Quare qui huius portus continua tranquillitate lætantur, quasi gratissimam tem- » pestatem tumultus fugiunt vniuersos, nec canentes, atque orantes solùm, sed diuinis » etiam libris affixi iucundissimè afficiuntur. choro enim solo dissoluto plærunque alius cum C Esaia colloquitur, alius cum Apostolis disserit, alius ab alijs elaborata lectitat, & philo- » sophatur de Deo, de creaturis, de visibilibus, de inuisibilibus, de vtilitate huius vitæ, de » beatitudine futura. Ita non brutorum animalium dococtas sibi carnes, vt alantur, assu- » munt; sed Dei verba melle, atque fauo iucundiora, melioraque cibo etiam Ioannis, quo » in deserto alebatur: hoc mel non syluestres è floribus Apes collegerunt, nec rorem con- » coctum suis aluearibus immiserunt, sed spiritus gratia constituens pro fauis, & aluearibus, » atque fistulis in animis sanctorum imposuit, vt quicunque vult, continuè possit comedere. » Apes igitur imitantes sacrorum fauis librorum circumuolant, magnam inde voluptatem » carpentes. Si ergo volueris, qualis hæc mensa illorum sit perdiscere, propriùs ad eos ac- » cedas, & senties suauissimas, & spiritualis plenas odoris eructationes illorum. Nullum » turpe verbum ab ore illorum vnquam profertur, non dicax, non asperum, sed cælo vni- » uersa digna sunt. Quare non ab re quispiam facere poterit, si ora istorum, qui versantur » in foro, qui secularium rerum rabie furiunt, cloacis sordidissimis comparet: illorum verò » fontibus, vnde riuis liquidissimis fluenta mellis emanent. Sic ille. Cæterùm eodemmet

° *Hom. 59. in cap. 21. Mathei.*

Monachæ Apibus similes.

modò claustratarum virginum vita, cum Apibus quadrare dici possit, nam Apes, vt dixi- D mus, non tantùm non vtuntur venereo inter se complectu, sed coëuntes etiam, ac maximè adulteros oderunt. De qua virginitate loquens D.P Ambrosius: Fauus itaque mel- » lis, inquit, tua opera componat. Digna enim virginitas, quæ Apibus comparetur: sic » laboriosa, sic pudica, sic continens. Rore pascitur Apes, nescit concubitus, mella com- » ponit. Ros quoque virgineus est sermo diuinus; quia sicut ros verba Dei descendunt. » Pudor virginis est intemerata natura. Partus virginis fœtus labiorum, expers amaritu- » dinis, fertilis suauitatis, in commune labor, communis est fructus. Quàm te velim filia » imitatricem esse huius Apiculæ, cui cibus flos est, ore soboles legitur, ore componitur? » Hanc imitare tu filia, verba tua nullum doli velamen obtendant, nullum habeant frau- » dis inuolucrum, vt & puritatem habeant. Hæc & plura Ambrosius. Possunt denique Apes alio adhuc modo religiosos eleganter exprimere. Sicut enim horum insectorum alia futuros imbres præsagiunt, aliæ cibo vehendæ intentæ sunt, alia fabricæ cellarum: Ita illorum etiam alij res cælestes contemplando, futurum Dei iudicium præui-

P *Lib. prim. de sancta virginitate*

dent, alij ſibi ipſis intenti, ſeſe ſæpe cibo diuino cibant, ſiue manna ſacramentali, aſſiduiſq; E
lectionibus ſacris nouum cibum ſolo à Deo procurant, nonnulli confitentes audiendo, bonaque conſilia dando viam ad cœlos ſibi parant. Vnde ipſamet pariter ſancta Eccleſia Apibus quodammodo comparatur ab eodem Ambroſio his verbis: Manducaui panem „
meum cum melle meo. Quòd diuerſarum virtutum concretum floribus, illarum Apum, quæ ſapientiam prædicant, conſono opere congregatum Sancta Eccleſia in fauis condit,
Iuſtus Apis dictus. vt cibus Chriſti ſit. Etiam iuſtus ab eodem Apis dicitur, cùm ait. Rectè ergo Dauid ait propheta. Voluntaria oris mei comproba Domine. Oris ſui Domino conferens ſacrificium voluntarium, eò quòd, vt Apis illa prophetica bonos flores colligere ore conſueuerit, fauos ore confingere, mella ore componere, & ex herbis ſuauibus ore filios legere: quę cùm ſit, inquit, robore infirma, ſapientiæ prædicatione ſubſtantiæ ſuæ producit ætatem. Veruntamen ſapientia melior eſt melle Apum, vt ipſe etiam innuit, dum ait: Fauum diſtillant labia tua ſponſa, & lac ſub lingua tua. Os enim iuſti deſtillat ſapientiam, de ore iuſti ſuauitatis, & miſericordiæ mella procedunt. In ore iuſti nullus dolus, nulla fallacia, nulla eſt amaritudo peccati. Audit Eccleſia verba Chriſti, audit plebs Dei præcepta ſapientis, delectatur alloquij ſuauitate, moralis diſputationis iucunditate mulcetur dicens: F
Quàm dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel & fauum ori meo: quia mel Apum ad horam delectat, ſed citò ſapor eius vaneſcit, & plærunque viſcera vitioſa læduntur, verborum autem moralium, etſi pungunt mella, non lædunt. Inueniuntur item prophetæ Apes
Prophetæ Apes ſint. eſſe. Fingunt ſiquidem ceras, & mella conficiunt, & ſi audienti mihi (inquit Origenes) expedit dicere, faui eorum ſcripturæ ſunt, quas reliquerunt. Quòd autem dicitur, Vade ad Apem, iſtiuſmodi eſt. Eſt quædam (vt ita dicam) Apis ſuper Apes, & quomodo inter Apes rex quidam eſt, qui nominatur eſſe rex: Sic princeps Apum, dominus meus eſt Ieſus Chriſtus, ad quem mittit me ſpiritus ſanctus, vt comedam mel. Iubet nos D. Auguſtinus velut Apes prudentiſſimæ ad alueare Chriſti fideliter feſtinare, vt dulcedinem ſpiritualis mellis ex diuinis lectionibus poſſimus accipere, cum propheta dicentes, quèm dul- „
cia faucibus meis eloquia tua &c. Contra verò maledicos idem Auguſtinus ſic ait: Sunt qui non vt Apes mella ſpiritualia colligunt, ſed quaſi Veſpæ crudelia venena diffundunt: quando flammis iracundiæ ſuæ incenduntur, odium in corde recondunt, murmurationibus alios corrodunt, ventoq; ſuperbiæ ſe etiam de tranquillitatis, ac patientiæ portu faciunt
Pœnitentes cur Apibus ſimiles. naufragare. Sic ille. Paruæ, & laborioſæ Apes S. Antonio Patauino pœnitentes referunt, G
quoniam & hi ſunt magni laboris, & ſemper, inquit, aliquid operis faciunt, ne domum ſuam diabolus inueniat vacuam, & ocioſam. Et quemadmodum, vt ait D. Chryſoſtomus, vbi quidem eſt cœnum, eò porci concurrunt; vbi autem ſunt aromata, & ſuffitus, Apes illic habitant: ita vbi ſunt quidem meretricia cantica, illic congregantur Dæmones; vbi autem cantica ſpiritualia, illic aduolat ſpiritus gratia, & os ſanctificat animam. Idem expli-
[q] *Comment. in Epiſt. Pauli ad Epheſ. cap. 14. Homil. 15.* cans hæc D. [q] Pauli verba: Omnis amaritudo & ira, & indignatio & clamor, & blaſphemia „
tollatur à vobis cum omni malitia: Quomodo, inquit, in vas, & veſtimentum immundum nunquam ſe dimiſerit genus Apum. Propterea enim, & ſuffitibus, & vnguentis, bonisque odoribus locum aſpergunt, qui harum rerum ſunt periti, vinisq; ſuaue olentibus, & alijs omnibus illinunt calathiſcos, in quibus ſunt inſeſſuræ exeuntes ex alueis, ne grauis odor, & inſuauis eas rurſus abigat: Ita etiam in ſancto Spiritu. Vas quoddam, & quidem calathiſcus eſt noſtra anima referta ad excipienda examina gratiarum ſpiritualium: ſed ſi ſit intus bilis, & amaritudo & ira, euolant examina. Propterea beatus hîc, & ſapiens Agricola, pulchrè purgat vaſa noſtra non falcem tenens, neque vllum aliud inſtrumentum ferreum. Et nos vocat examen hoc ſpirituale, & congregans ipſum purgat preci- H
bus, & laboribus, & alijs omnibus. Vide ergo quomodo expurgat, & emundat cor noſtrum &c. D. etiam Baſilius ab eadem Apum munditia morale captans. Sicut, inquit, fumus fugat Apes, & Columbas expellit fœtor; ita & cuſtodem vitæ noſtræ Angelum à nobis
[r] *Homi. 68. ad Pop. Antiochen.* exigit lachrymoſum, & fœtidum peccatum. Rurſus D. [r] Chryſoſtomus docens, quod infeſtantem, magnaminiter ferre propter Deum, maius ſit, quàm benefacere, non oportet, inquit, mortuum vlciſci, ſed orare pro eo, vt eruatur à morte. Nonné vides Apem, quemadmodum immoritur aculeo? Per illud nos animal docet Deus, ne proximos afficiamus triſtitia, ipſi namque priùs mortem excipimus. Et illos quidem fortè paululum lædimus, nos autem non amplius viuemus, quemadmodum nec illud animal. Et ſi laudat illud ſcriptura, quod operarium ſit afferens, cuius opes reges, & priuati ad ſanitatem offerunt: nihil tamen ipſi prodeſt ne moriatur, ſed omnino moriatur eſt opus. Ergo ſi illam non liberat malefacientem in reliquis præſtantia, multò minus nos. Fera-

rum

Arum est verè sæuissimarum, nemine quempiam lædente iniuriam incipere; imo verò neque ferarum. Illæ namq; si permittas in deserto se pascere, neque coangustans in necessitatem redegeris, nunquam lædent, nunquam impetent, nunquam mordebunt, sed propriam transibunt viam &c. Ab Apibus itaque discere oportet Christianos nulli malum pro malo reddere, sed vincere in bonum malum. Quemadmodum verò Apes mel in ore ferunt, sed aculeis pungunt, ita quoq; multi etiam lingua blandiuntur, sed percutiunt latenter, de quibus scilicet dicebat [s] Dauid: Circumdederunt me sicut Apes &c. Est autem huiusmodi nequam hominum genus foris candida Columba, intus verò vulpes vafra, & vt dicitur in prouerbio Foris Cato, intus Nero: qui nempe foris benignitatem, & affabilitatem dulcem ostendunt, intus verò reconditam habent malitiam, qua alios perstringunt, & lædunt, quos mulcere videbantur. Vnde Charon apud [t] Lucianum, ciuitates, inquit, conspicio, Apum examinibus similes, in quibus proprium quendam peculiaremq; singuli habent aculeum, quo sibi vicinos pungunt. Quidam autem ex ipsis velut Crabrones agunt, feriuntq; imbecilliorem, & viribus infirmiorem. Dicebat etiam Ariostus.

[s] *Psal.* 117.

[t] *In Charonte.*

*Ma non gli dir oltraggio, & apparecchi*
*Cento odirne per vno, e chi ti punge*
*Più che punger non suol Vespi ne Pecchi.*

[u] Plutarchus asserens vtilem non esse amicorum multitudinem, quando illis nequaquam varia postulantibus, inseruire possimus, & sæpenumerò cùm id non præstetur, quod petunt, se offensos arbitrantur, & cùm amicitia vera consistat in binario, non autem in grege, quia qui vult coloniam amicorum, in plures inimicos, inquit, incidet, iuxta illud Timesij oraculum quærentis de colonia ducenda, cui responsum fuit: quære examina Apum, Vesparum & habebis abundè. Ita qui amicorum gregem quærunt, incaucti in examina inimicorum incidunt: qui multa Crabronum Apumúe examina habent, sæpenumerò ab aculeis eorum petuntur, & summo dolore afficiuntur, ex eorum veneficis ictibus. Ideo etiam Esaias Assyrios Apes vocat, teste D.[x] Hieronymo: quia, vt Apes stimulum emittunt: sic Assyrij vsu sagittarum erant instructissimi, & velut Apes volantes, & solicitæ ad prælium velociter, & solicitè veniebant. D.[y] Cyrillus, Apis, inquit, gens est Assyriorum. Variegata enim est Apis, & pulchrè colorata, & multis modis notata, ac maculata. Tales quidem ferè, quantum ad amictum, & ornatum pertinet, erant & Assyrij, & Persę: nam & elegantiæ studiosi erant, & variegatam vestem semper plurimi æstimabant, & præterea erant etiam aculeati.

[u] *Li. de mul tit. amic.*

[x] *In Esaiam cap. 7.*

[y] *In Comm. Orat V.*

Gens Assyriorum Api simile.

„ Tangit & eundem locum Eusebius Pamphilus, citans textum Esaiæ: Sibilabit Dominus
„ Muscis in die illa, quæ dominantur in parte fluminis Aegypti: & Api, quæ est in terra Assyriorum. Vbi virorum prius simulacra adorantium animas, inquit, aut etiam quasdã immundas, & infestas potestates, Muscas arbitror nominari: & Muscas Aegiptiacas, quæ sacrificijs, & cruoribus simulacrorum gaudent. Apis verò est animal aculeo armatum, & quod regnandi, ac sub rege degendi, bellandiq; scientiam habet, & vlcisci, ac vulnerare aduersantes idoneum est. Porro Apis eodem planè modo dicta est gentilitas, inquit Iacobus Vitriacus propter mel carnalis voluptatis, adulationis, & seductionis, & aculeum iniquitatis. Habebant enim hypocritæ, & philosophi illius gentis mel in ore, sed aculeum in cauda. Apes, vt diximus hyeme conduntur propter virium imbecillitatem niues geluq; ac flatus Aquilonis ferre non potẽtes, Vere verò florente faba denuo ad labores exeunt, nullaq; earum est, quę non sedulo laborẽ suum exerceat, nulla inquam est ociosa, nulla tempus frustra terit, cęterùm antè omnia ex cera cellas faciunt, dein foboli incumbunt, moxq; mella parant. Hyems illud nobis exprimit moraliter tempus, quod fuit ante Seruatoris nostri incarnationem, cùm nondum sanctę fidei firmiter iacta essent fundamẽta, Apes sanctos, vel tempus gratię notant, faba Virginem, flos ipsum Iesum Christum nostrum Seruatorem. Hyeme enim, siue antè eius incarnationem, cùm etiamnum frigus veræ fidei frigeret, Apes hoc est sancti latitabant in cauernis suis, siquidem sæuissimo Aquiloni, id est, dæmonis tentationibus resistere non poterant, sed postmodum faba hoc est B. Virgine florem proferente, hoc est Iesum Christum vnicum suum filium pariente, & procelloso Aquilonis spiramine cessante, hoc est, profligatis Satanæ tentationibus, lęti ad opera sua exierunt. Sicut Apes triplici crustarum munimine fauos suos muniunt, prima saporis amari, altera diluciore, tertia crassiore, quæ fauorum fundamentum est. Ita boni, & pœnitentes pro munimento fauorum suorum, hoc est bonorum operum, ac virtutum, tres habeant crustas necesse est, primam autem amaram, quæ dolor est verę contritionis, alteram dulcem, quę typus est confessionis, tertiam crassiorem, quę pœnitentiam exprimit. Apes ex floribus tantùm mella sua colligunt, & nullis putidis assident rebus, vnde nisi, vbi degunt, florum sit copia, spe-

culatores aliò inueſtigandum emittunt. Sic viri boni relictis abominatisq; putidis, hoc E
eſt peccatis, & peccatoribus in putido peccatorum ſuorum cœno marceſcentibus, floribus odoratis, hoc eſt, viris ſapientia, pietate, alijsq; virtutibus ornatis adhærere debent; & niſi adſint, ſpeculatores aliò mittere, quò nanciſci liceat. Apis nocte dormientes vna triplici bombo ad opera ſolita excitatis ſummo manè, prædicatoris munus obire videtur, qui manè, hoc eſt, oriente ſole iuſtitiæ homines in vtramuis aurem dormientes, velut pectatorum mole ſopitos triplici bombo, nimirum pœnæ incuſſa formidine, iuxta illud Horatij:

Apis dormiẽtes excitãs quid ſignificet.

*Oderunt peccare mali formidine pœnæ:*

demonſtrationeq; quàm fragilia ſunt, quæ hîc poſſidemus, & quis in ijs poſſidendis ſcrupulus exiſtat, item deniq; æternitatis promiſſione, ad bona faciendum opera excitat. Rurſus verò cùm adueſperaſcit, eadem quæ dormientes excitauit Apis, eodem bombo omnes quietem capere iubet, ac tunc omnes ocyus conticeſcunt. Ita quoq; nos, cùm veſperaſcit, hoc eſt, cùm dies vitæ noſtræ declinat, hoc eſt, cùm annorum mole obruimur, in ſenectute inquam noſtra, ad aluearia noſtra, hoc eſt conſcientiæ examinationem deuenire conuenit, bomboq; eiuſdem qui nos excitauit, prædicatoris, audito quieſcere, & tandem ab ijs, quæ F
facere ſolebamus, abſtinere. Cùm in opere ſunt Apes, rex intus omnia circumit, lictoribus ſuis ſtipatus. Eodem modo Sancti Patres, cùm etiamnum laborarent, & velut in ærumna eſſent ante natum Chriſtum, qui enim erat in cælo lictoribus ſuis aculeatis, nimirum Angelis aculeum diuini feruoris ferentibus vallatus. Et ſicut Apum rex, niſi & totum ſubſequatur examen, alueare ſuum non exit, ita pariter Chriſtus videndum ſe non præbet, niſi ab Apibus ſuis hoc eſt, ſanctis & angelis comitatus, quod ſcilicet fiet in tremendo die extremi iudicij. Sed rurſus Apum regem cum examine exiturum ſtrepitus triduanus indicat, & Chriſti exitus ad iudicium per ſanctos, & prophetas in Eccleſiæ alueari nunciatus eſt, idq; per tres dies, id eſt, tempore naturæ, tempore legis, & tempore gratiæ, & maximè in ipſo ſcietur fine, qnando ſcilicet maximo buccinarum ſtrepitu totus Apum exercitus murmurabit. Iam verò etiam Apes viſo rege animantur, perdito totus exercitus dilabitur. Ita mortuo Chriſto turbati ſunt diſcipuli, & diſperſi, eodemq; viſo poſt reſurrectionem gauiſi ſunt, & animati. Eodemq; modo bonus paſtor præſentia ſua ſubditos ſuos lætificat, moriens dolorem ac triſtitiam affert. In aluearibus etiam Fuci ſunt, & Fures dictæ Apes, quę mella conſumunt, ſed ſi ab Apibus apprehenduntur, necantur. Sic quoque in alueari ſanctæ Eccle- G
ſiæ eiuſcemodi Fuci, furesq; irrepunt, Symoniaci, hypocritæ, hæretici, item ambitioſi, qui mel bonarum Apum abſumunt, hoc eſt, dignitates Eccleſiaſticas ſuffurantur, ſed vbi cognoſcuntur, falſitatemq; ſuam produnt, ab alueari ejiciuntur. Cùm humidum eſt ver multiplicatur Apum ſoboles, ſed mellis minus colligunt: contrà cùm ver eſt ſiccum, mellis vbertas maior, ſobolis verò minor prouentus. Ver illud humidum, proſpera nobis tempora denotant, cùm ſcilicet diuitijs, & delicijs affluimus: ſiccũ verò contraria illis indicat tempora, quibus nempe paupertatis onere obruimur, aut fortunæ cuiuſuis aduerſitatibus contriſtamur: ſoboles amicorum, mel bonorum facultatumq; index eſt. Humido itaq; exiſtẽte Vere, hoc eſt, cùm nobis omnia ex animi noſtri ſententia eueniunt, non aliter atq; Apes numeroſiſſima nobis proles eſt, hoc eſt, vndiq; amici accurrunt, iuxta illud Ouidij:

Fucis qui ſimiles.

*Cenſus amicitias vtilitate probat.*

Vnde tunc mel, hoc eſt, diuitiæ facilè minuuntur. Contrarijs temporibus, hoc eſt, ſicco exiſtente Vere, vti neq; Apum ſoboles proficit, itaq; neque nobis amici ſunt, mel verò augetur, nobis ſcilicet rem familiarem amplificare conantibus. Dicebat enim idem Ouidius:

*Cùm fueris felix multos numerabis amicos,*
*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.* H

Et Petronius Arbiter:

*Cùm fors vna manet, vultum ſeruatis amicì,*
*Cùm cecidit, turpi vertitis ora fugâ.*

Apes amiſſo aculeo quid denotent.

Apes, vt dictum eſt amiſſo aculeo ceu viribus caſtratæ non tantùm non ampliùs nocere alijs, nec ſibi ipſis mellificando prodeſſe queunt, verùm etiam non diu ſuperuiuunt. Aculei pungentis exemplo conſcientiæ noſtræ ſtimulus intelligitur, vel etiam timor domini: quæ duo ſi amiſerimus, omnia in nobis pia bonaq; opera ceſſabunt, moriemurq; in Deo, quando nec prodeſſe nobis non poſſumus abſq; timore domini, nec nocere dæmonibus: quia niſi in timore domini tenueris te, citò ſubuertetur domus tua. Si alueare mundum inuenerint Apes immunda fugientes, in eo libentiſſimè mellificant, cæteraq; ſua opera exercent. Sic Seruator noſter Ieſus Chriſtus, ſi in nobis vas mundum, id eſt, conſcientiam puram mũdamq;, innocentem atque caſtam offenderit, in ea libenter habitat, & mella gratiæ æternæ in eam ingerit.

A ingerit. Vnde fortè dicebat Sapientissimus [z] Regum : Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum, habebit amicum Regem. Apes cellas sibi primùm conficiunt, deinde mella: ita quoq; nos antequam mellificare, hoc est opes nobis parare studeamus, cælestia primùm habitacula fabricare, vel saltem quærere debemus, iuxta illud vulgatum; Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Apes in proprijs tantummodo domicilijs habitãt, & quælibet in suo loco, nec aliena domicilia inuadunt: eodem modo nostrum quilibet sua conditione, & quam Deus obtulit, sorte contentus esse debet, nec ambitione motus, aliena inuadere regna. Apes quoque scripsimus ex verberatorum occisorumq; boum cadaueribus enasci. Quæ sanè generatio moraliter accepta eleganter ad eos torqueri potest, qui martyrum sanctorum exemplo sese veræ fidei adiunxere, & velut ex eorum sanguine nati videntur. Volens enim Deus omnipotens in alueari Ecclesiæ suæ perditas Apes, hoc est fideles aliquo pacto recuperare, tauros suos, hoc est sanctos martyres tyrannis verberandos, laniandos atq; necandos tradidit, vt ex eorum sanguine ingens, atq; incredibilis Apum, hoc est fidelium vis emanaret. Quot verò millia hominum, exemplo illorum martyrum veram fidem amplexi sint, passim nulla non historia Ecclesiasti-
B ca testis est. Primùm enim Ecclesiæ fundamentum est sanguis Domini nostri Iesu Christi,
» & sanctorum martyrum. Atque ad hunc sensum torqueri potest illud [a] Zachariæ: Tu au- [a] Cap. 9.
» tem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. In toto Apum examine nullam diximus esse ociosam, & cùm tot diuersa opera conficiant, tamq; diuersis inter se muneribus fungantur, nullam alienis insidiari laboribus, nullamq; è rapto viuere, sed proprio labore, propriaq; industria ex stirpibus, & floribus victum sibi parare. Sic in Ecclesia Dei, imo in toto hoc hæmispherio nemo semper ocia colere debet, sunt enim puluinar Diaboli, & ea si tollas, periere Cupidinis arcus, vt ille canit; sed quisq; quam didicit artem, & ad quod munus à Deo vocatus est, diligenter exercere atque obire. Quæ certant cum alijs Apes, milites exprimunt & duces, principes, qui vt Apes pręliari debent, hoc est suos defendere, & hęreticis, furibusq; se opponere, ne pessimum hoc hominum genus alueare bonarum Apum occupet. Quæ circa victum occupantur, agricolas significant, & Apes vt agricolas & mercatores, quorum opera nobis omnibus victus procuratur: sicuti doctores, & prædicatores, quæ futuros explorant imbres: hi enim venturam felicitatem prædicunt bonis, malis mercatores de notant.
contrà aduersitatem æternam. vel istiusmodi præsagientes Apes, eos potiùs in hoc mundo
C significabunt, quorum munus est, prospicere, ne quid in futuro ad victum desideretur, vulgus eos dispensatores nuncupat. Circa mel, & ceram conficienda occupatæ, rursus prędicatores sunt: siquidem vt Apes modò cellas parant rotundas, modò quadras; sic isti doctrina sua sancta cælestes in animis nostris domos extruunt, nunc rotundas propter velocitatem, & obedientiam, nunc quadras propter firmitatem, & constantiam. Deniq; vt Apes ex proprio labore viuunt, nec aliena surripiunt; ita quoq; nos nostra nobis industria prospicere debemus, nec alienis sudoribus inhiare, & si datur occasio, surripere. Quemadmodum verò etiam Apes ex herbis, & floribus mella colligunt, alueiq; sui ostiolum obturant, ne noxia animalia subintrent, atq; opera sua corrumpant, ac absumant. Sic boni quoq; atq; pij flores in alueos suos ferre debent, id est exempla sanctorum, vel sanctas sacrę paginæ sententias, quibus mel æternæ gratiæ parent; debent etiam ita alueorum suorum, id est cordium foramina obstruere, ne noxia animantia, id est, satanæ tentationes irrepant, malæq; cogitationes, atq; peccata. Apes nisi puram limpidamq; potant aquam, & si fæces ibi egesserint, non repetunt. Ita etiam qui verè Christiani sunt, aquam puram, id est sacram theologiam, siue scientiam theologicam imbibere in animum debẽt, in qua nempe veritatis claritas exi-
D stit sine vlla turbulentia, contrà ac in cæteris scientijs. Aquam verò quam semel fæcibus suis conspurcarunt, hoc est mundanis delicijs contaminarunt, vel vbi immiscuerunt varia peccata & vitia, vitare debent, & non ampliùs ex illa bibere. Dictum etiam est Apes sono çris ceu harmonia, quadam oblectari, eodemq; ad alueum reuocari, si egressæ fuerint. Hæ bonos significant, qui prędicatoris vocem salutaria docentem audiunt ex animo, & harmoniam laudis diuinę; & si de alueo suo, id est à statu gratię relapsi fuerint propter peccata sua, eadem voce facilè reuocantur eò, ibiq; pœnitentiam agunt. Vel potiùs Apes çris sono gaugaudentes, erunt auari, quibus nummorum sonus gratior est, quàm quid aliud, imo quam ipsius verbi Dei auditio. In quo sensu iurisperitus sanè ijs causidicos Apibus [b] L. etiam §. de verbor. significat. comparat, qui nimirum præ cęteris inhiant pecunijs: cęterùm Apes, [b] inquit, ipsę çris plausu, & çris tinnitu alliciuntur maximè, & hoc habent commune cum causidicis, vt sono çris blandiri sibi gaudeant: çris verò nomine nunc, & aureos nummos comprehendo. Apes ex quocunque germine flores lectissimos carpunt, spinas reijciunt, vt in cellula

fauos

fauos conſtruant, quibus deinde expreſſis, mel à cera ſeiungatur: Ita Chriſticola ſapiens ex quocunque euentu ſibi vtilia elicit documenta, vt in cellula contemplationis, mel à cera ſecernat: ex catholico flagitioſo, & ſceleſto, doctrinam hauriet, ſed exempla reſpuet, ſi probitate emicabit, amplectetur. E

# SYMBOLA.

Apes circa alueare volantes quid denotent.

APVM alueus, circa quem plurimę Apes volitent, & ingredi conentur, cum verbis *omnibus idem ardor*, ſignificat hominem, qui vno eodemq; cum ſocijs ſuis virtutis amore flagrare demonſtrat: nam quemadmodum Apes eodem omnes conatu, ac ſtudio mella, & ceras conficere tentant, cùm ad ſuam, tùm ad aliorum etiam vtilitatem: ita illi vnanimi voluntate alijs ſibiq; ipſis prodeſſe conantur. Apes autem in hoc ſymbolo viros probos denotant, & in virtutis ſtudio operantes; mel fructum, quem virtutis ſtudium parit, eundemq; cera ſignificat. Apes vir ſceptrum habens in manu reſpiciens, principatum denotat obtinentem, hæ enim Regem habent, & nihil ſine eo operantur, is verò etiam nihil ſine ſenatu agit. Apis libans ſuccum è floribus, cum verbis, *vt proſim*, ſignificat virum, qui omnibus prodeſſe ſtudet. Eadem euolans ad flores, vt mel referat in alueum, cum verbis: *Sic vos non vobis*, viri ſimiliter ſymbolum eſt conantis pro viribus, vt alij quoq; ex operibus eius commoda atq; vtilitatem capiant. Operationes etiam Apum, prudentium dicta ſunt, iuxta illud, Fauus mellis, ſermones boni. Apud amatores Apis ſignificat amorem pium, & induſtrium, & qui voluptatem habeat pro fine. Apes videre in ſomnijs, iuſtos videre ſignificare volunt: vnam ex ijs videre mellificantem, Regem iucundè imperantem: ab ea ſe lędi, Cardanus ſe iudicio damnandum ſignificare aſſerit. F

# EMBLEMATA.

EMBLEMA And. Alciati inſcriptum, *Dulcia quandoq; amara fieri:*

*Matre procul licta, paulum ſeceſſerat infans*
*Lydius: hunc diræ ſed rapuiſtis Apes.*
*Venerat hic ad vos, placidas ratus eſſe volucres*
*Cùm nec ita immitis vipera ſæua foret.*
*Quæ datis, ah, dulci ſtimulos pro munere mellis?*
*Proh dolor. Heu ſine te gratia nulla datur.* G

Duo ſunt epigrammata Græca, vnde hoc ſumptum eſt emblema. Antipatri alterum, alterum Bianori, inſcriptum εἰς θάνατον. ad quod cùm magis accedere videatur Alciatus, illud apponam.

Κοῦρον ποπλανίην ἐπιμάζιον ἑρμώνακτα
Ψεῦ βρέφος ὡς ἀδίκως εἵλετε βουγενέες.
Ηγνοίησεν ὁ δείλαιος ἐς ὑμέας οἷα μέλισσα
Ἐλθών. αἰδ' ἔχεων ἦτε χερειότεραι.
Αντὶ δὲ οἱ θόινης ἐσεμάξατε φόινια κέντρα
Ὦ πικραὶ, γλυκερῆς ἀντίπαλοι χάριτος.

Simile ferè eiuſdem ex Theocrito. H

*Alueolis dum mella legit, percuſſit amorem*
*Furacem mala Apes, & ſummis ſpicula liquit*
*In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue.*
*Et quatit errabundus humum: Veneriq; dolorem*
*Indicat, & grauiter quæritur, quod Apicula paruum*
*Ipſa inferre animal tam noxia vulnera poſſit.*
*Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoq;, dixit*
*Nate feram; cui das tot noxia vulnera paruus.*

Integrum autem eſt Theocriti eidyllion, cuius titulus eſt, *Cupido mellilegus.*

Τὸν κλέπταν ποτ' ἔρωτα κακὰ κέντρασε μέλισσα,
Κηρίον ἐκ σίμβλων συλευμένον. ἀκρὰ δὲ χειρῶν
Δάκτυλα πάνθ' ὑπένυζεν. Ὁ δὲ ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσσῃ,

Καὶ

A Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο. τᾷ δ' ἀφροδίτᾳ
Λᾷξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὄπιγε τυπθών
Θηρίον ἐν τὶ μέλισσα καὶ ἀλίκα τραύματα ποιεῖ.
Χ' ἁ μάτηρ γελάσασα, τίδ' ἐν ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις,
Χ' ὠ τυπθὸς μέν ἐνς, τὰ δὲ τραύματα ἀλίκα ποιεῖς.

Stroza filius admodum venustè vertit sic:

*Dum Veneris puer alueolos furatus Hymetti,*
*Furanti dignum cuspide fixit Apis.*
*Indoluit grauiter, pueriliaq; ora rigauit*
*Fletibus, & matri spicula questus ait.*
*Vnde hæ tantillis vires animantibus? vnde*
*Exilì possunt lædere aculeolo?*
*Cui Dea subridens, inquit, non tu quoque nate*
*Corpore non magno vulnera magna facis?*

[a] Iulius Cæsar Scaliger sic, sed ex Moscho, apud quem ego id non reperio: [a] *In Farragine.*

B *Dum cellas vexat digitis, furtimq; pusilla*
*Surripit argutus mella Cupido manu.*
*Parca operis vindex securum & plura parantem*
*Verrere, sæua fero vulnera fixit Apes.*
*Excutit ille hostem, ac terram pede pulsat, & udo*
*Ter quater incensam perflat ab ore manum.*
*Ignea tum lachrymans ostendit vulnera matri*
*Singultans pressis blæsa supercilijs.*
*Quodque adeò tenui sæuisset barbara telo*
*Tantula sit tanti vulneris autor Apes.*
*Cui ridens genetrix: Ne me his incesse querelis,*
*Tu quoque tam paruus vulnera quanta facis?*

Significat autem illud emblema siue ἐδύλλιον Theocriti, voluptati dolorem & calamitatem plerunq; comitem esse: Ita [b] Boëtius quoq; voluptatem stimulis Apum similem facit his versibus, qui ad hunc locum pertinere videntur: [b] *Lib. 3. de consola. philos. metro. 7.*

C *Habet hic voluptas omnis*
*Stimulis agit furentes*
*Apiumq; par volantum*
*Vbi grata mella fudit,*
*Fugit, & minus tenaci*
*Ferit icta corda morsu.*

Aliud est emblema Alciati inscriptum EX BELLO PAX.

*En galea intrepidus, quam miles gesserat, & qua*
*Sæpius hostili sparsa cruore fuit.*
*Parta pace Apibus tenuis concessit in vsum*
*Alueoli: atq; fauos gratáq; mella gerit.*
*Arma procul iaceant, fas sit tunc sumere bellum*
*Quando aliter pacis non potes arte frui.*

Emblematibus ascribi etiã potest hoc Scaligeri carmen inscriptum AVARA MILITIA.

D *Formica & Apes: vtraque deponit in annum;*
*Hanc sedulitas, hanc studium facit virilem.*
*Huic alueus: illi satis est cauum pusillum.*
*Ast vni homini non satis, & dies, & annus.*
*Nec terra sua propria, vicinaue circum:*
*Sed protinus vlterius prorogare fines,*
*Conatur. Erit tamen huic inuenire finem.*
*Fortasse suis artibus hic erit ferendus:*
*Ni se misere, ni populetur ipse sese*
*Ni in militiam se tribus assibus propinet.*

[c] Aliud eiusdem cum verbis *Labor pater fruitionis.* [c] *Epidorp. lib. 3.*

*Formica & Apes nos operariæ docebunt*
*Pro parte laborare, dein frui labore.*

EPI-

# EPIGRAMMATA.

EIVSDEM Scaligeri epigramma inſcriptum legitur his verbis: *Flores ex diuinitate Pholoës facti lethales.*

*Quacunq; aërio per inania munera cliuo*
*Rorilegæ ſaltus ſolicitatis Apes.*
*Ah vos decipiat falſi ne floris imago,*
*Candida qua Pholoæ colla reclinat Amor.*
*Illic frigida vis taxi, & ſedere venenæ*
*Maſcula: nec Cyrno lenior vmbra fuit.*
*Fulgida quinetiam ſic fulminis aura coruſci*
*Auræ vitalis ſoluere iura ſolet.*

Aliud Marij Moſſę elegantiſſimum epigramma ex Grecis deſumptum:

*Ferrea noſtra olim preſſis erepta carinis*
*Quæ Nili fractas teſtificamur opes.*
*Ecce Apibus pandans parcis præpandimus aulas*
*Congeſto redolent (quis putet) æra thymo.*
*Cæſaris hæc ingens laus eſt, quo vindice pacis*
*Iucundos fructus arma inimica ferunt.*

Aliud Scaligeri inſcriptum *Tibi primùm, deinde operario.*

*Vt villatica, vel villaticus alucaria caſtrat*
*Partim ſibi, partim Apibus, dans atq; relinquens,*
*Sic te ex opera quod redit, hoc tollere fas eſt*
*Tum pro meritis plenè operario repones.*

# ÆNIGMA.

IDEM Scaliger de alueo Apiario tale habet ænigma.

*Nobilis vrbs, populus iuſto ſub rege laborat,*
*Vix ædes, largæ vix numerantur opes.*
*Non me coctilibus ſurgentia mœnia plinthis,*
*Vnica perpetuo ſed pede teſta capit.*
*Sæpe etiam ſolo cingit me ſtipite murus,*
*Sæpe etiam texta cratibus orbe tegor.*
*Intus nulla via eſt, ſecto quæ limite quadret.*
*In medio tota eſt, ſed ſine lite forum.*
*Aſt vbi ſeditio varijs ſub regibus orta eſt,*
*Soluitur antiqua relligione fides.*

# EPITHETA.

APES λασιαι hoc eſt hirtę vocantur Theocrito, à corporis hirſutię: item à colore ξυται, id eſt flauę. A loco Ouidio Atticę dicuntur, Virgilio, Martiali, & Auſonio Cecropię eadem ratione: quia ſunt qui putauere primùm viſas fuiſſe in Attica regione, vbi regnauit Cecrops: vnde & mel Atticum, & Hymettium nominatur, nimirùm propter Hymettum Atticæ montem, vt ſuprà meminimus, quare etiam Hymetti populatrices Martialis elegantiſſimè cognominauit. Ab Hybla Siciliæ monte Virgilio, Martiali, Auſonio, Pontano alijsq; paſſim poëtis Hybleæ dicuntur; Aelio Iulio Crottæ etiam Siculæ Martiali Sicaniæ ab eodem monte:

*Florida per varios vt pingitur Hybla colores*
*Cùm breue Sicaniæ ver populantur Apes.*

Quoniam perpetuam colat caſtitatem, Baptiſta Mantuanus Inubam vocauit; Claudianus inde fortè piam, Aelius Iulius Crotta ſimplicem. Ab ingenio Phocilidi ἠτροφοιτος

&

A & ἀριζοπόνος. Virgilio Dædala, id est ingeniosa, quo postremo epitheto vsus est Politianus. A laboris assiduitate, Ouidius & Tibullus sedulam vocarũt, quidam item studiosam, Pontanus alacrẽ. Παναχρὶς dicitur apud Callimachum, ut quę omnia florum fastigia peruolitet. Dicuntur & ἐυαγὲς, id est Agiles, quòd per aërem citò ferãtur & facilè, ut in vulgari Lexico exponitur ex Iani Lascaris viri doctissimi sententia, deducentis ab εὖ, & ἄγω. Scaliger quoq; Apem agilem dixit. A legendis floribus florilegas Ouidio & Crottæ; à rore legendo, rorilegæ Scaligero, à melle ferendo, Ouidio melliferę: Iano Grutero melligena, Petrarchæ mellificæ; auidę mellis Silio Italico: quia verò mel conficiant, Varro mellis matres nuncupauit. A me, inquit, Rauisius Textor fauifluæ dicuntur dictione, quam finxit Architrenius dicens:

*——Pluuioque fauiflua lacte*
*Filius exilio fessa dedit vbera matri.*

A fuga, quam nonnũquam moliuntur, fugaces Claudianus appellauit; à volatus corporisq; leuitate leues Tibullus, Marullus etiam vagas: nonnulli pariter aërias. Dicitur postremò Virgilio, Martiali, Pontano, Baptistæ Fieræ parca: Alciato parua:

## B VSVS IN CIBIS: ET IN MEDICINA.

QVÆ ad hasce rubricas pertineant, hîc nõ habemus, dicturi ea fusissimè cùm de melle agemus. Nolo tamen interim latere lectorem incolas Cumanæ regionis Apibus vesci. Si pilos vel barbã citò nasci voles, cinere combustarũ Apum & soricis stercore cum rosaceo linimentum compone, & locum pilis vel cæsarie vestiendum ac decorandum dies aliquot inunge. Poteris addere cinerem corticis auellanę, castaneæ, dactylorum, vel fabalium. Apibus insuper vim aliquam ad amorem conciliandum inesse credebat stolida antiquitas: atque ita Æopulus apud Theocritum susurrans Apicula fieri cupit, inquiens: Barba vt cito nascatur.

——Αἴθε γενοίμαν
Ἀβομβεῦσα μέλισσα, καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἰκοίμαν.
——*Vtinam fierem*
C *Susurrans Apicula, atque in tuum antrum venirem.*

## VSVS IN BELLO.

APES irritatæ quàm asperos acutosq; dolores puncturis suis inferant, nulli non notum est, si irritentur; irritãtur autem maximè, si aluei proijciãtur, vnde sunt qui eos in hostes suos proiecere, vt donec ab Apũ ictibus sese vindicare studerẽt, eos facili modo opprimerent. Tradit [a] Appianus Themyschyrẽses à Lucullianis obsessos, cùm contra eos turribus vterentur Romani & aggeribus & cuniculos tam amplos foderent, ut in eis pugnę cõmitterentur subterraneæ: supernè aperuisse, & per foramina demisisse in operarios vrsas, aliasque bestias & Apum examina. Cùm Amurates Turcarum rex Albam Græcam oppugnaret, oppidani, teste [b] Bõfinio præter alia, etiam Apum examina in Turcas mittebant, vt aculeis petiti grauiter angerentur. Immo Henrici Imp. Dux obsessus à Giselberto Lothoringiæ rege (lego duce) irrumpentes equites, obiectis Apum aluearibus inhibuit: quarum aculeis in furorem versi equi sessores, ut ait [c] Vitichindus, vel excussere, vel ad pugnandum inutiles reddidere. Anno salutis 1512 auspicijs Emmanuelis Lusitaniæ regis, Lupus Barriga in Mauritaniæ oppidũ Xiamaticense quod appellant Tornli, impetum fecit referẽte [d] Orosio. Hostes cùm se in vltimum discrimen adductos cernerent, aluearia Apum innumerabilia, quibus abundabãt incensa in mœnibus dimisere. Lusitani & aluearium flammis ambusti & Apũ aculeis stimulati oppugnationem diferre coacti sunt. Multi etiam vulnera ab hostibus accepere, ne Apibus tantùm ea propugnatio ascribi possit. Ipseque Berriga grauiter vulneratus abscessit.

D

[a] *Lib. de bell. Mithr.*

[b] *L. 4. dec. 3*

[c] *Li. 1. gest. Sax.*

[d] *Lib. 8. rer. Emman.*

PRO-

# PROVERBIA.

Cicadam Api compa ras.

ΤΕττιγι μὲν τὴν μέλιτταν συγκρίνεις. id eſt, Cicadæ Apem comparas. Nam Cicada cum maior, tum canora, cùm Apis ſit non modò minuto corpuſculo, verùm etiam pœnè muta. Simile eſt adagium illi αὐλὸν σαλπίγγι συγκρίνεις, id eſt, Tibiam tubæ comparas. Conuenit vtrumq; in res ſupra modum impares. propterea quòd exilem vocem edat fiſtula, tuba prægrandem. Lucianus vtrumq; attingit his verbis: τοσοῦτον ὑπερφωνοῦντα εὑρήσεις, ὑπόσον ἡ σάλπιγξ τῆς αὐλοῦ, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μέλιττας, id eſt, Inuenies tantò voce ſuperiorem, quantò tuba ſuperat tibias, Apes Cicadæ.

Aſinus inter Apes.

Ὄνος ἐν μελίτταις, Aſinus inter Apes: Conſimilem habet ſenſum cum hoc: Ὄνος ἐν πιθήκοις, Aſinus inter ſimias. Dici vtrumq; ſolet, vbi quis infeliciter incidit in homines improbos atq; importunos. Metaphora per ſe liquet, quanquam adagium ab euentu quopiam natum videri poteſt. Meminit Suidas. Nihil autem vetat, quominus etiam vſurpetur, vbi quis in negocium incidit vehementer moleſtum, aut in infortunium aliquod, vnde ſe non queat extricare. Εἰς μελίττας ἐκώμασας, id eſt, in Apes inſiliſti. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur, quemadmodum euenire ſolet ijs, qui imprudentes in Apum nidos incidunt. Circumuolantibus, & impetentibus vndiq; illis, & fugientem etiam inſequentibus, haud facilè diſcedit ſine vulnere quiſquis inciderit. Solent autem iuuenes commeſſabundi in conuiuium æqualium irruere; quemadmodum Alcibiades apud Platonem irruit in conuiuium Agathonis. Et Syrus in Adelphis de Demea, qui ſe proripit in conuiuium filij. Abijt, commeſſatorem haud ſanè commodum præfertim Cteſiphoni. Μήτε μέλι, μήτε μέλισσας, Neq; mel, neq; Apes. In eos dici ſolitum, qui recuſant incommodum ferre, quod ſit cum commodo quopiam coniunctum. Veluti ſi quis Apes, quòd ſint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Res enim mortalium ita temperauerunt Superi, vt ſemper incommoditas comes ſit commoditatum. Tryphon Grammaticus in figuris hoc exemplum adfert parœmiæ, citatq; ex Sappho poëtria Lesbia: μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα: neq; mihi mel, neque Apis. Celebratur minus ad hanc faciens ſententiam.

In Apes incidere.

Neq; mel, neq; Apes.

*Feras quod ladit, & quod prodeſt, per feras.*

Eodem pertinet illud Plautinum:

*Fortiter malum qui patitur, pòſt potitur bonum.*

Idem obſcuriùs quidem, ſed tamen eleganter innuit Homerus, vt opinamur per herbam moly, cui radicem nigram, florem lacteum attribuit: radicis nigræ ſymbolo, laboris moleſtiam ſignificans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, virtutis abſolutæ præmium.

Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα

*Siren amicum nunciat, Apis hoſpitem.*

Quoties complures eadem de re bene ominantur, aut vbi ſuæ quiſq; ſpei blandiens ex quãlibet leuibus argumentis diuinat futurum, quod optat. Nam Siren hoc loco non vnam ex illis virginibus Homericis ſignificat; verùm Inſecti genus, Api non diſſimile authore Suida, quanquam apud Heſychium σείρη legitur, non σειρήν. M. [a] Tullius de re interſe quàm ſimillima hoc protulit prouerbij loco: Vt ſimilia ſunt, & oua ouorum, & Apes Apum. Vbi ſcilicet iocatur in Democriti mundos, vſquequaq; ſimiles inter ſeſe. Simili forma dicunt: Quam ouis eſt oui ſimilis. *Primum Apes abigendæ.* [b] Agathius de bello Gothico. Placebant hæc dicta Vlilago Herulorum præfecto, vnde id vſurpatum prouerbium, & barbarum & parui momenti, vtile tamen, & alicuius energiæ. Identidem prædicabat, primùm abigendas Apes, deinde & mel ſubſtrahendum. Senſit Buzes hoſtium copias aduentantes eſſe ſubmouendas, quo poſſint Aſia potiri, ſumptum à curatoribus Apum, qui quò mel eripiant ex aluearibus, Apes fumo, aut alio quouis modo abigunt. Prouerbialiter quoq; à [c] Platone ſcriptum eſt, *relicto vt Apis aculeo diſcedere.* Si quid, inquit, verum dicere videor aſſentiamini; ſin minus omni ratione mihi aduerſamini, hoc vnum prouidentes, ne ego pro vehementi meo hoc ſtudio, & me & vos in errorem inducam, relictoq; vt Apis aculeo diſcedam, ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἴχησομαι. Simile eſt illi adagio: Infixo aculeo fugere: βάλων φεύξεσθαι οἴεις; id eſt Iaculo immiſſo fugiturum te putas? Metaphora hæc eſt prouerbialis, vbi quis dicto conuitio, ſeu maleficio quopiam peracto, ſtatim ſubducit ſeſe, ne vel tueri cogatur, quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Erixymachus medicus in con-

[a] *In Acad. Quæſt.*

[b] *Lib. 3.*

[c] *In Phædone.*

uiuio

A uiuio Platonis, Aristophani discedere paranti, ne cogeretur, & ipse laudare Cupidinem, ac iocis quibusdam poëticis eludenti: βαλὼν γε φάνει ὦ Ἀριστόφανες οἴει ἐκφεύξεσθαι, ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν, καὶ οὕτως λέγε ὡς δώσων λόγον. ἴσως μέντοι ἂν δόξῃ μοὶ, ἀφήσω σε: Vt videtur, inquit, Aristophanes, immisso in nos iaculo fugiturum te credis? Quin tu animum aduerte, atq; ita loquere tanquam rationem redditurus. Sanè si mihi videbitur, fortassis te dimittam. Vtitur item aliàs in Phœdone, & in primo de repub. libro quanquam hoc loco mutet metaphoram, & ad balneatorem iniecta aqua discedentem refert, ταῦτα εἰπὼν ὑθρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν, ἀπιέναι, ὥπερ βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν ἂν λόγον. Hæc locutus Thrausymach. in animo habebat discedere, ceu balneator quispiam, offusis in aures copiosis, ac multis verbis. Ac mox eodem in libro: ὅιον ἐμβαλὼν λόγον, ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, id est, velut iniecto dicto paras discedere. Respexit ad prouerbium Plutarchus in commentario de ijs, qui tardè puniuntur à numine: ἀλλ' οὐδ' εἰ βαλὼν, εἶπεν ἀπηλλάγῃ καλὸν εἶχε περιορᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον, id est, quin etiam si discessit, inquit, immisso iaculo, non conuenit telum inhærens negligere. Allusit ad hanc etiam parœmiam [d] Aristoteles. Refellens enim Anaxagoræ sententiam, qui dixisset, infinitum im-
B motum esse, & in seipso conquiescere. negat satis esse dixisse tantùm, & aufugere, cùm causam etiam reddere debuerit, quamobrem infinitum moueri non posset, εἰ γὰρ, inquit, ἱκανὸν, τὸν οὕτως εἰπόντα ἀπηλλαχθῶναι. Quadrabit igitur in eos, qui velut oracula quædam pronunciant, alijs coniectandi materiam ministrantes, vt qui non interpretentur, quamobrem ita senserint. Translatum videtur ab Apibus, aut Vespis, quæ infixo aculeo statim aufugiunt. Id enim innuit Plato in Phœdone. Potest & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hostem, mox equis versis se fuga proripiunt, nec audent cominus congredi. Simillimum est huic, quod est apud [e] Ciceronem: Scrupulum, inquit, abeunti, sed videbimus. Solet enim scrupulus esse molestus ambulantibus. Idem apertiùs alio in loco: [f] Flacco verò quid profuit? qui valuit tam diù, dum huc prodiret. Mortuus est aculeo iam demisso, ac dicto testimonio. Prouerbialiter item à Theocrito prolatum hoc apparet:

[d] *Lib. 3. nat. audit.*

[e] *Lib. 4. de Finib. mal. & bonor.*

[f] *In Orat. pro Flacco.*

—— οὔτε γὰρ ὕπνος
Οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὐτεμελίσσαι
Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν μῶσαι φίλαι. id est
—— *Neque enim somnus*
C *Nec ver subitum dulcius est: neq; tam Apibus*
*Flores, quàm mihi Musa chara sunt,*

Illud item Plutarchi:

*Neque Musca lac, neque fauos Apis amat.*

Ἀγρία μέλιττα teste Suida, id est Apis agrestis, dicitur vice prouerbij in valde improbos, & crudeles. Examinis deniq; Apum multitudo in prouerb. ad quod spectat illud [g] Sanazarij:

[g] *Li. 1. Epig.*

*Da mihi, quot cœlum stellas, quot littus arenas*
*Syluaq; quot frondes, gramina campus habet.*
*Aëre quot volucres, quot sint & in æquore pisces*
*Quot noua Cecropiæ mella tuentur Apes.*

[h] *Cant. 18. Stan. 16.*

Atq; huc referendum illud [h] Ariosti:

*V'abunda adhor adhor spessa, com' Ape*
*La turba, che vi vien per ogni via.*

Est & nobis commune aduerbium: Aua (Ape) morta non caga miel: dicitur de ijs, à quibus aliquid expectandum est, donec sunt in viuis: non enim mortua Apis mellificat ampliùs,
D nec talis post mortem prodest alijs.

# HISTORICA.

MENNÆ Samnitum prouinciæ Solitario (vt Gregorius tradit) paucula tantùm Apum aluearia cibum ac victum suppeditabant. Quæ cùm Longobardus quidam latro rapuisset, à diabolo obsessus fuit, donec eum suis precibus Menna liberauit, vt scribit [a] Marullus ex [b] Gregorio. Comates in Sicilia heri diuitis pecora pascens, consueuerat nonnunquam Musis, aliquid de gregibus domini offerre. Id cùm resciuisset herus, duriter seruum increpauit. Orat Comates, ne succenseat, fore enim, vt Musarum beneficio omnia cumulatè reddantur. At herus, age, inquit, experiamur, an Musæ te sint alituræ,

[a] *Lib. 1. c. 8.*

[b] *Li. 4. Dial.*

Comates arbori mel vsus ab Apibus alitur.

& ſeruum in arborem excauatam incluſit, atque ab eo diſceſſit, relicto vt fame moriretur. Exacto anno, cùm ad eum locum redijſset, ſeruum viuum, atq; incolumen inuenit, & multùm fauorum circum eum in arbore, vnde victitauerat incluſus. Apes enim in eam arborem per rimas penetrantes ſuauiter ipſum aluerant. Refertur hæc hiſtoria à [c] Theocrito, qui ſic canit:

[c] Lib. 1. Narrat. Eidyl. 7.

Ἀσεῖ δ' ὡς ποκ' ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ
Ζωὸν ἐόντα, κακῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ἄνακτος.
Ὥς τέ μιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι,
Κέδρον ἐς ἀδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι.
Οὕνεκά οἱ γλυκὺ μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.
Ὦ μακαριστὲ Κομάτα, τὺ θὴν τάδε τερπνὰ πεπόνθας,
Καὶ τὺ κατεκλάσθης ἐς λάρνακα, καὶ τὺ μελισσᾶν
Κηρία φερβόμενος, ἔτος ὥριον ἐξετέλεσσας.
*Cantabitq́; quomodo olim exceperit paſtorem ampla arca*
*Viuum, ob malam impietatem heri:*
*Et quomodo ipſum ſimæ aluerunt in pratis venientes*
*In Cedrum dulcem, mollibus floribus Apes,*
*Eò quòd illi Muſa dulce nectar in os infuderat.*
*O beate Comata, tibi hæc iucunda acciderunt:*
*Et tu in arcam incluſus fuiſti, atq; tu Apum*
*Fauis paſtus, totum annum exegiſti.*

Significat autem hæc imago, ſtudia doctrinæ, & ſcholaſticos Deo curæ eſse, & ab eo ali, ac defendi, licet in mundo inopes, & deſtituti videantur. [d] Thomas Bozius Eugubinus aſſerturus in Euchariſtia verum Chriſti corpus eſſe, adducit etiam animalia rationis expertia, quæ hanc veritatem ſuo teſtimonio conſignarunt, atq; inter hæc Apes primo, & ſecundo exemplo. Primum verò refert ex Cæſario; qui ſic ſcripſit: Cùm mulier quædam ſimplicis ingenij nonnulla Apum aluearia poſſideret, neq; illæ redderent expetitum fructum, ſed lue quadam tabeſcentes morerentur; de conſilio alterius fæminæ ſimplicioris, acceſſit ad Sacerdotem perceptura Euchariſtiam: quam ſumptam tamen ore continuit, domumq́; reuerſa extractam collocauit in vno ex aluearijs. Lues ceſſauit, mella effluebant. Itaque ſuo tempore mulier, apertis, vt mel educeret, aluearijs, vidit (miranda res) exædificatum ab Apibus ſacellum, conſtructum altare, parietes miro architecturæ artificio ſuis feneſtris appoſitè ſuis locis ornatos, oſtium, turrim cum ſuis tintinnabulis, Euchariſtiam verò in altari repoſitam, circumuolabant ſuaui ſuſurro perſtrepentes Apes. tanto miraculo attonita mulier confeſſa rem detulit ad ſacerdotem, qui confluentibus vndiq́; multis eo progreſſus Euchariſtiam retulit in ædes ſacras. Huic exemplum ſecundum ſubijcitur, quod auctor libri Apum, refert. Quidam fures, vt argenteum vaſculum, in quo condita erat Euchariſtia, auferunt, & illam ſecum abſtulerunt, ſacratiſſimum verò Chriſti corpus ſub alueari proiecerunt. Poſt aliquot dies dominus aluearis videt Apes certis horis ſexies demiſſis operis ad cibos conuehendos totos eſſe in quodam mellifluo concentu edendo. Cumq́; forte de media nocte exſurrexiſſet, conſpicatur ſuper alueare illuſtriſſimam lucem, ſuauiſſimeq́; ſuper omnem modum modulantes Apes. Rei nouitate inuſitata, & prorſus admiranda perculſus, Deiq́; monitu intimo agitatus rem defert ad Epiſcopum. Is plurimis ſecum aſſumptis eò ſe conferens, aperto alueari, videt vaſculum elegantiſſimè effectum è candidiſſima cera prope aluearis faſtigium: in eo repoſita erat Euchariſtia, circa illud choros Apum circumſonantes, & excubias agentes. Acceptum igitur Epiſcopus ſacramentum maximo cum honore in templum reportauit, quo multi accedentes ab innumeris ſunt morbis curati. Hęc ille. Aliud miraculum de hiſce Inſectis narrat Auguſtinus cognomento Gallus, ſed quod Apes caſtitatis amatrices eſſe demonſtrat: id autem tale eſt: Apes in quodam ſepulchro (Veronæ in templo S. Cruci ſacro) in quo diuerſo quidem tempore, nimirum anno 1558, & 1562 ſorores duæ clariſſimi Iuriſperiti Bartholomei Vitalis virgines erant conditæ, per rimas proximi parietis, qui horto erat contiguus, non intrarunt modò, ſed mel etiam, fauosq́; copiosè admodum inter vtrumq; cadauer, confecerunt, donec tandem anno 1566. fulmine abſq; vlla vel cadauerum eorum, vel etiam fauorum læſione apertum, fauos ipſos Apesq́; numeroſiſſimè, ac diligentiſſimè mellificantes coram omnibus demonſtraret.

[d] Lib. 14. cap. 3.

Apes euchariſtię ſacellum ædificant.

Apes in ſepulchro virginum mellificant.

APO-

A

## APOLOGVS.

IN mellarium ingressus quidam domino absente, fauum abstulit. Hic autem reuersus, vt alueolos vidit inanes, stando quòd in his erat, perscrutabatur. Apes autem è pastu redeuntes, vt deprehenderunt ipsum aculeis percutiebant, pessimeq; tractabant. Hic autem ad eas, ò pessimæ animantes furatum vestros fauos illæsum dimisistis, me verò satagentem vestri percutitis. Fabula significat, sic hominum quosdam ob ignorantiam inimicos non cauere, amicos autem, vt insidiatores repellere.

## FABVLOSA.

B ARISTÆVS Apollinis filius cùm Euridicę Orphei vxoris amore captus vim ei inferre conaretur, illa per auia fugiens morsu serpentis est occisa, in cuius vltionẽ Nymphę omnes Apes ipsius perdiderunt: quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea cõsulendum perduxit: à quo infortunij causam edoctus Euridicem sacrificijs placare iussus est, quod cùm faceret, taurosq; quatuor, & totidem iuuencas immolaret, ingens Apum multitudo è bobus erupit, atque hoc pacto Apes suas recuperauit, vt satis diffusè tradidit [a] Virgilius: quem quilibet per se legere poterit. Fabula verò quo Apes aduolasse dicuntur, atq; os pueri adhuc Iouis melle compleſse, inde orta est, quòd Melissa, & Amalthea eius soror, vtraq; Melissei Cretensium regis (qui primus Dijs sacrificauit, ac ritus nouos sacrorumq; pompas introduxit) filia ipsum infantem caprino lacte, & melle nutrierunt: quanquam alij Melissam vnam Oreadum Nympharum fuisse velint, quæ primæ mortales à mutuo carnium esu diuerterunt, cùm in montibus versantes castaneis, & glandibus vescerentur: reuocasse verò in primis Melissam, quæ fauos melle plenos reperiens in Peloponneso cæteras Nymphas ad degustandum adhortata est. Isq; cibus cùm suauissimus fuisset visus, tanto gaudio omnes aiunt esse persusas, vt Apes ipsas de nymphæ nomine Melissas Græci C appellauerint. [b] Antonius verò Liberalis Iouem scribit ex Bœo in Creta ab Apibus in antro quodam enutritum fuisse. In Creta, inquit, fertur esse antrum Apibus sacrum, in quo fabulantur Iouem à Rhea editum partu: & vel Deum, vel hominem quenquam præterire, est religio. Certo autem cuiusq; anni tempore plurimus cernitur ex antro effulgens ignis: fieriq; id fabulantur tum, cùm sanguis de Iouis partu efferuescit. Obtinent speluncam eam sacræ Apes, Iouis nutrices. Hoc antrum intrare ausi sunt, Laius, Celeus, & Cerberus, & Aegolius, quamplurimi mellis exhauriendi causa: & corporibus vndiq; ære obtectis, mel Apũ hauserunt, Iouisq; viderunt cunabula. Tum & æs circum eorum ruptum est corpora: & Iupiter intonuit fulmenq; intendit. Sed eum Parcæ, ac fas inhibuerunt, quod fas non esset eo loco quemquam mori. Ergo Iupiter eos omnes in auium naturam transtulit: ab ijsq; sunt genera auium, quæ Laij, Colœoi (id est Graeculi) Cerberi, & Aegolij vocantur: suntq; boni auspicij: & præ alijs rebus, quod prædicunt, perficiunt, eò quòd Iouis sanguinem viderunt. Hæc Liberalis.

Aristæi fabula.

[a] *Lib. Geor. in fine.*

Iupiter ab Apibus nutritus.

[b] *Metamorph. 19.*

## D DE PVNCTVRA APVM, EIVSQVE SYMPTOMATIBVS, ET CVRA.

APES, Vespæ, Crabrones, Oestra, Erucæq; nonnullę morsu punctura aũe vulnerata cute ingentem dolorem inferunt, propter veneni, quod in corpus per corpus immittunt, duritatem, haud semper tamen læthalem, quanquam si quando densiore agmine in hominem inuolent, interficere possunt. Atq; ita intelligendus est [a] Nicander, alijq; qui Apis aculei ictum læthalem esse dicunt. Stesichorus amore nimio conflagrans, quos dolores eiusmodi punctura inferat, congruè ostendit apud [b] Athenæum, sese sine obitu liquescere inquiens, ac si ab Apibus morsus esset. Quin visi sunt, & homines, & animantes ictibus Apum interijsse, quemadmodum supra de Hermonace, & Marco sene scripsi-

[a] *In Theriacis.*

[b] *Lib. 13. cap. 27.*

mus, & quemadmodum de boue Aristoteles alijq; referunt. Quia itaque ab hisce Insectis E
punctì, aut alioqui icti propter doloris acerbitatem à virulentiore, & lethaliore animali vulnus sibi inflictum putant: sciendum, quæ istiusmodi ictus signa comitentur. Ingens igitur statim dolor oboritur, qui eousq; perseuerat, quoad denticuli aculeiue in parte relicti, exempti fuerint, rubore pars suffunditur, tumore circum attollitur, pustula deniq; vesiculaue assurgit, vt legere est apud principem [e] Auicennam. Aduersus ictum vtendum extrahentibus,
[e] *Li. 4. Fen. 6. tract. 5. cap. 14.*
vt stercore bubulo aceto macerato, succo fici vel mori, sed valent etiam relaxantia, sicut ad ictum Vesparum & Crabronum. [d] Dioscorides adhibet maluam illitam, & farinam hordeaceam cum oleo. Valent exiccantia, vt creta Cimolia, & perfusio muriæ, & aceti. Vtiliter autem bibi ait Auicenna tenera lauri folia ad drachmas duas ex vino astringente. Remedio est è vestigio ictum suxisse vehementiùs, suctuq; infixos aculeos reuulsisse: quod si sic reuelli nequeant, locus si nihil impediat, incidendus est, vel cineres cum fermento oleo subacti imponendi. Salubriter etiam in calentem aquam pars demergitur, & per integram ferè horam fouetur, tandemq; aqua marina abluitur. Nasturtium tritum, & impositum, dolorem sedat, humoremq; tumore contentum discutit. Sunt qui eadem animalcula trita parti illinunt, & imponunt. Dolor etiam statim sedabitur, si illinantur Muscæ: idem præstant fabæ F
[d] *Li. 6. c. 41.*
præmansæ, & impositæ. Acetum mel, & sal calidissimè imposita prosunt, si præterea intinctus pannus relinquatur in parte remedio est, & sulphur viuum saliua humana subactum. Ficuum immaturarum lac melli concorporatum efficacius esse putant, multum tamen theriaca illita præstat. Si qui puncti ab Ape, aut Vespa vel Crabrone fuerint, inquit Sextus [e] philosophus, lotio infantis eum foueas locum, vbi puncti sunt. Medetur ijsdem ictibus impositio luti ex aceto, panniq; aceto infusi, & niuis epithema. Non vtatur patiens vino, nisi lymphato. Si calor vehemens sentitur, accipiat rob succi vuæ acerbæ cum psyllio, vsus lactucarum, vel portulacæ, intuborumq; ex aceto, & sale modico maximè probatur. Epithema etiã ex sale, aceto, & bolo Armena plurimùm pollet. Tardiuus laudat rutam vstam, & ex aqua
[e] *Cap. 17.*
impositam. Confert etiam secundum [f] Damascenum viriditas ea, quæ nascitur in cisternis, & aqua aceto permixta, item folia sesami, vel ex eo oleum. [g] Plinius folia pastinacæ, ictibus illita mederi scribit. Lenticula palustris apposita vulneri iuuat plurimùm, magis tamẽ aqua niuis locum lauisse prodest, donec stupidus reddatur, deindeq; camphora, vel aqua rosacea linatur sæpiùs reiterando. [h] Plinius negari ait ab Apibus pungi, qui asparago trito cum oleo peruncti fuerint: item qui arborarij [i] Pici rostrum habeant, & mella eximant ab eisdem G
[f] *Li. 7. c. 19.*
[g] *Lib. 20. cap. 4.*
[h] *Lib. 20. cap. 10.*
[i] *Lib. 31. cap. 16.*
non attingi. Mirum etiam à Scorpione aliquando occisos, nunquam postea ab Apibus Crabronibusq; aut Vespis feriri.

# NVMISMATA.

NVMISMATIS, quod hîc priore loco delineatum datur, inspiciundi potestatem mihi fecit Fuluius Capibouius Bonon. antiquitatum non studiosus modò, sed etiam peritus apprimè. Pendet drachmam vnam, siliquas duas. Argenteum est. Ab vno latere conspicitur Apis expansis alis, velut volans. A dextra capitis E, à sinistra Φ. Ab altero ceruus erecto capite, cornibus proceris, palmaq; procera, & comata, fructibus prægnans, cum hac dictione ΔHMHTPIO. Demetrij itaque nummus est. Demetrij verò multi: Capibouius, vel ad Syrię reges, vel ad regem Macedonum Antigoni filium pertinere putat, ac ita fermè mysteriũ H
nummi interpretatur. Ceruus ille velut velociter cursurus celeritatem Demetrij in peragendis bellis, aut etiã morum comitatem, incolumitatem, ac regni diuturnitatem denotare videtur, quoniam cerui cornua potentiæ, imperijq; inditia sint, argumento illius, quod Venetorum Dux gestat, regiæ potentiæ symbolum. Palma grauida dactylis suis terræ fertilitatem; ac simul etiam vitæ diuturnitatem regi auguratur; palmarum enim vita diuturna est. Apis Demetrij erga populum studium, clementiamq;, & qui nocere, & nolit, & nesciat, quoniam Apum rex aculeum non habeat. Litteris E & Φ, vel Ephesus significatur vrbs, in qua cusus fuerit



A




B




C




rit numus, vel ἔφορος, id est, præses vrbis, siue præfectus. Secundo loco expressum numum similiter argenteum, formaq; & pondere, cæterisq; superiori consimilem, sed nomine, ac palmæ icone differentem videndi copiam fecit Iulius Cæsar Velius, ciuis Bononiensis in antiquitatibus enodandis valde versatus. Loco ΔΗΜΗΤΡΙΟ, habet ΚΑΛΛΙΣΤΡΑ. & palma sex tantùm ramis instructa est: vtpotè quæ crescere etiamnum habeat. De Callistrato verò obscurior est memoria. Legimus interim apud [a] Aristotelem Callistratum quendam cùm in Macedonia magistratum gereret, fecisse vt portorium duplo veniret eius, quod antea veniebat. Quare suspicandum esse apparet, à magistratu eo in illius honorem cusum esse eum nummum, ad beneficij scilicet præstiti memoriam. Hubertus Goltzius inter alia Siciliæ, & Magnæ Græciæ numismata, nonnulla etiam depingit cum insectis volucribus, quæ quanquam ille Muscas, vel Cicadas esse iudicet; ego tamen Apes esse potiùs opinor.

[a] *Lib. 2. Oeconom.*

D Ecquid enim Musca in numis significaret? Cicadæ si essent, latiori, & maiori corpore pingerentur. Numisma itaq; tertio à nobis expressum loco, argenteum, Messanensium est, vt indicat inscriptio in vtroque latere. A fronte enim, vbi leporis est icon arrectis auribus, & pedibus ad cursum institutis, & Insecti volucris (quod Apem esse iudicaui, licet aluo pictum sit proceriori, procerioribusq; antennis, & exiliori item capite quàm par est) circumscriptũ legitur ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. A tergo bigæ insistit uir, habenas, & scuticam manibus tenens, quibus duas mulas iunctas ad cursum incitat: infra quem duo sunt delphini. Goltzius numum ab Anaxila Messanensium principe cusum tradit, eumq; cùm in Olympijs, mulabus vicisset, epulo ob victoriam Græcis exhibito, Messanam reuersum, numum hunc cum binis iunctis mulabus signari iussisse: partem verò eiusdem alteram Leporem habere, quia cùm Sicilia prius Lepores non gigneret, Anaxilas eos prius à se importatos nutrierit. Sed de Insecto nihil, nihil item de delphinis. Sed vtrorumq; ibi copiam esse, vulgò est notissimum. Delphinorum quotannis in Sicilia venatio instituitur: melle Hybleo nihil in orbe celebrius: vn-

Numismata cum insectis volucribus.

Anaxilæ numus.

de eſt, quòd Apem eſſe diuinem, quin certo mihi perſuadeam. In hac parte ſcriptum eſt E
ΜΕΣΣΑΝΟ. In multis Neapolitanorum nummis ab eodem Goltzio depictis Minotaurus cernitur laureo ſerto à victoria donandus, & Diana ab altera eorum parte, quemadmodum etiam in hîc à me depicto, in quo inter pedes Minotauri legitur ΓΑΑ. ſub ijſdem verò ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ. In altera parte ΑΡΤΕΜΙΣ. vbi poſt Dianæ caput conſpicitur figura inſecti volantis, quod quoq; Apem eſſe iudicaui, propter regionis clementiam, fœcunditatemq; qua ceu commendatiſſimam à veteribus celebratam cernimus, tanto ſcribentium conſenſu, vt vel hinc nonnulli non modò Italiæ, ſed totius terrarum orbis pulcherrimam vocare non dubitarint. Nihil enim mollius cælo Campano, aut clementius: nam bis floribus vernat, nihil ſolo vberius, vt mirum non debeat videri, ſi per Apem bis ibi omnia florere Indicauerint. Ex floribus enim ſua opera hauriunt hæc volucria. Minotauri figura opinatur Goltzius Neapolitanos originem ſuam ad Theſeum, maioresq; ſuos Athenienſes, quorum coloni Chalcidenſes erant, voluiſſe referre: ſuper qua re ipſe conſulendus eſt. In tertio Brutiorum nūmo ab eodē authore ſculpto, ab vno latere cernitur Iuno regina cū volatili inſecto, quod inquit ille, forſan Cicada fuerit, quòd in agro Rhegino, qui & ipſe Brutiorum erat, ob Iunonis, quam multa religione, & cum ſilentio Brutij colebant, reuerentiam ſilere Cicadæ F
crederentur, & obmuteſcere, quæ vltra flumen in Locris canoræ eſſent. Sed cùm Apem potiùs, quòd depingitur inſectum, quàm Cicadam referat, ego Apem eſſe dicerem, indicaſſeq; hac Brutios, cùm olim ipſis cibus eſſet tantùm venatica præda, potum ſuum fuiſſe mellis, & fontium liquorem, eoq; ad labores bellicos induratos fuiſſe. Ab altera parte eſt imago Iouis haſtam ſiniſtra tenentis erectam, dextra femori incumbentis, & ſiniſtro pede ceſpiti cuiquam inſiſtentis. A dextra eius eſt Aquila expanſis alis, pedibus laureum ſertum prehendens, à ſiniſtra ſcriptum eſt ΒΡΕΤΙΩΝ. Inter Metapontinorum numiſmata, quæ idem Goltzius edidit, nonum, & decimum inſculptum habent volatile inſectum. In nono ab auerſo latere facies Martis eſt (ni fallor) galeati, & in galeæ vertice depictam habentis Sirenem; ante ſcriptum eſt ΤΟ. ab aduerſo latere duæ ſunt ſpicæ tritici ariſtati, & inſecti Culiciformis. Diuino tamen Apem voluiſſe exprimere, qui id priùs pinxerunt. Quid enim Culex? Nam vt agri Metapontinorum fertilitatem ſpicæ illæ triticeæ ſignificant, ita quoque Apis mellis ibidem redundantiā fuiſſe indicat. Ad latera ſcriptum eſt ΜΕΤΑ. In decimo eorundem numo, à nobis nouiſſimo loco depicto Apis icon rectiùs exprimitur, vt per hanc ſuperior reſtituēda videri poſſit: Hîc ſupra triticeas ſpicas eadem inſcriptio legitur. Ab altera parte Mars eſt galeatus, vt in ſuperiori, ſed pro Sirene depingitur in galea hippocampus, & à dextrò latere ſcriptum eſt ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ. G

Campaniæ amœnitas.

Metapontinorum agri fertilitas.

# DE MELLE. Cap. II.

RES non tantummodò ardua, ac difficilis erat de melle, & cera, in Apum hiſtoria agere (nam duos hoſce ſaluberrimos ſuccos, atq; hominibus vtiliſſimos illis debemus), verùm etiam, maximam, quam ſemper euitare ſtudui, confuſionem paritura. Quamobrem, quæ de melle priuatim, item quæ priuatim de cera ab autoribus ſunt tradita; ego pariter priuatim mihi tradenda eſſe cenſui, vt omnis, quo ad fieri licebit, confuſio euitetur.

## ÆQVIVOCA. H

SVCCVS Lilij, qui flore expreſſus eſt, ab alijs mel vocatur, authore [a] Plinio, cuius hæc ipſa verba ſunt, ab alijs Syrium, ad emolliendas vuluas, ſudoresq; faciendos, & ſuppurationes coquendas. [b] Theophraſtus, plantam mel frugum appellat, atque inter loti genera recenſet his verbis. Quædam enim formis pluribus conſtant, quanquam nomen vnum ſortiantur, vt ita fermè æquiuoca ſint, ceu lotus. Huius enim genera plura redundant, folio, caule, flore fructuq; diſcrepata. Inter quæ vel illud redditur, quod mel frugum appellatur, diuerſis tum viribus in vſu cibario, tùm quòd non eadem loca deſideret. Non deſunt, inquit, [c] Matthiolus, qui trifolium odoratum eſſe velint. Aliud eſt mel frugum apud [d] Plinium. Panicum, inquit, Diocles medicus mel frugum appellauit. Diocles Græcè habet μέλινος, vt legere eſt in [e] hiſtoria omnium plantarum, inter reliqua panici ſynonyma.

[a] *Lib. 22. cap. 19.* Mel frugū.
[b] *Lib. 7. hiſt. plant. c. 14.*
[c] *Lib. 4. cap. 108.*
[d] *Lib. 22. cap. 15.* Panicū mel frugūdictū.
[e] *Li. 4. c. 19.*

A ma. Diciturq; etiam μελίνη, testibus Dioscoride, & Galeno. Notari autem hîc ab omnibus velim in historia omnium plantarum, cuius author Iacobus Dalechampius vulgò putatur, prorsus contrarium illius vocis etymum legi, ab eo quod notauit ille in commento ad Plinium: vtrumq; ascribam: Plinio, inquit illic, mel frugum: quæ vox è Meline sumpta melleum quippiam significat, non autem nigrum, ἀπὸ τῆ μέλανος, quidam enim Mellinen Panteum nigrum esse volunt, ab alijs generibus colore distinctum. Elymum certè, ac Melinen tanquam diuersa, Theophrastus locis aliquot memorat, &c. In commentario verò ad Plinium habet sic: μελίας σῖτος authore Theophrasto, vt & lotus, vna voce multa significat, diuersa viribus, locis natalibus, & vsu cibario. Nunc enim priscis μελίνη, ἔλυμος est, authore etiam [g] Galeno. Nunc verò semen aliud est, quàm panicum, & milium, vtriq; tamen simile, à colore nigro, ἀπὸ τῆ μέλανος, sic vocatum, non à melleo sapore ἀπὸ τῆς μελιττώδους γεύσεως, quemadmodum Plinius indicauit, qui mel frugum vocat, nisi legamus, Panicum Diocles medicus melian frugem appellauit. Quidam milium nigrum esse putant, haud præter rationem. Quidam verò granum in Melita frequens, incolis Cuneno dictum, Canarijs insulis familiare, Massiliæ notum, nigrum, oblongum, milio simile, quo Canarios Passeres canendi suauitate, & assiduitate nobiles præcipuè nutriunt. Granum id cùm seuissem, prodijt phalaris, vt probabile sit alteram melian Theophrasti, à panico diuersam, phalarim esse, cuius nusquam alibi meminit idem author. Hactenus Dalechampius.

Meline. Panteum nigrum.

[f] *Li. 22. cap. vlti.*

[g] *Lib. de Alimen. & de bon. & mal. suc.*

Cuneno.

B

# SYNONYMA.

DEBASCH דבש apud Hebræos mel est. Dicitur, inquit Pagninus, & generaliter de omni alia dulcedine fluente. In distinctione per Kaméts scribitur. Genes. 43. & parum רבש mellis. Et est masculeum. 1. Sem. 14. & fuit רבש mel super faciem agri: & rursus: & ecce ambulatio (id est, fluxus) דבש mellis; & iterum: parum דבשהוה mellis huius. Et Exodi 3. ad terram fluentem lacte וידבש & melle. Et secundum Rab. Dauid תמרים dactyli appellantur דבש ob eorum nempe dulcedinem 2. Paralip. 31. multiplicâuerunt filij Israél primitias frumenti, viui, & olei, ודבש & dactyli. Si quidem de melle non potest intelligi, quia non offerebantur primitiæ mellis. Et ita doctores Hebræorum exponunt illud Deuter. 8. Terram frumenti, &c. olei, ודבש, & dactyli & 1. Sem. 14. & intinxit eam in fauum הדבש mellis. Exodi 16. ברבש in melle. Iudic. 14. Quid dulcius ברבש melle? Cant. 5. Comedi fauum meum cum דבשי melle meo. Ab hoc fit רבשת Gibbus camelorum, siue tuberculum, quod est super dorsum camelorum. Elias nominis rationem affert, quòd eius fructum melle sanent: intempestiuè meo iudicio. Alij vocem peregrinam putant. Hæc omnia itaque Pagninus. Apud Græcos quoq;, nec non Latinos synonymia caret, illis enim μέλι, his mel tantùm nominatur, [a] Plutarchus Latinos nomen suum à Græcis mutuatos esse scribit. [b] Isidorus verò mel, inquit, Græcę appellationis est, quod ab Apibus nomen habere probatur. Nam Apis Græcè μέλισσα dicitur. Antea autem mella de rore erant, inueniebaturq; in arundinum folijs, vnde Virgilius:

Debasch.

Dactylus.

Camelorũ gibbus.

[a] *Li. 8. Sym pos. quæst. 6.*

[b] *Lib. 20. Origin.*

C

*Hactenus aërij mellis cælestia dona.*

Neq; præteriunda mihi est etymologia [c] Ioannis Goropij, qui mel à Belgarum Me vocali longâ deriuat, quod potum ipsis significat è melle confectum, vt infrà suo loco dicetur. Hinc inquit apud Latinos Mel remansit, & apud Græcos μέλι, vocabulum compositum ex me & hel, quorum hoc altum, & excellens signat, ita vt Mehel, & compositione per Syncopam coalescente, M'el, id sit, quod vehementissimè nos iuuat. Sicut igitur Mel excellentiam adiumenti denotat; ita mele linctum iuuantem, & sic iuuantem, vt citra eius adiumentum homo vix queat vitam suam tueri. Italis melle vocatur, Gallis miel, sicut & Hispanis, Germanis cùm superioribus, tùm inferioribus honigh, Polonis miod, Hungaris mez, Anglis honie: incolis sinus magni Gili tentello, vt legitur in diario nautico itineris Batauorum in Indiam Orientalem. Faui synonyma, quòd quandoq; apud poëtas pro melle sumatur, adijcere libuit. Græci ἀνθρίσκον vocant, item κηρίον, dicitur & πλώη, χάρις, μελίδριον, μελικηρίς, ὕριον & ὕρον. Vocatur autem fauus secundum Isidorum, quia comeditur magis, quàm bibitur. φάγειν enim (inquit) Græci comedere appellant. Aiunt enim medici, & qui de humorum corporum scripsere naturis, præcipueq; Galenus puerorum, & iuuenum, ac perfectæ ætatis virorum mulierumq; corpora insito calore feruere, & noxios esse ijs ætatibus cibos qui calorem augeant, sanitatiq; conducere frigida quæq; in esum sumere, sicut contrario

[c] *In Gallicis.*

D

Faui synonyma.

Faui etymum.

trario ſenibus, qui pituita laborant, & frigore, calidos cibos, & vina vetera prodeſſe. Sic E
ille. Aliàs vocatur cella Apum, loculamentum, operis fundamentum. Italis vna breſchia
di mele. Hiſpanis Panal de la miel. Belgis Honichſraet. Gallis Bournal, ou rayon de miel.

# QVID SIT.

SVNT qui dicunt mel eſſe cæli ſudorem, alij ſiderum ſaliuam, alij purgantis ſe aëris ſuccum. Conſtat ſanè ex aëre decidere, atque ita ſiderum maximè exortu ſublucanis temporibus. Vnde ſub primam auroram folia arborum melle roſcida reperiuntur. Diuino igitur ore dixit [a] Virgilius:

*Protinus aërij mellis cælestia dona.*

[a] *Georg. 4.* Mel roſcidam eſſe materiam.

Roſcida profectò materia omninò exiſtit, & ab Apibus collecta infertur aluearijs, formamq; ibi accipit mellis, fotuné Apum aliquo, an qua alia ratione, videndum. Nam quod alicubi decutitur arborum folijs mel, aut melleum quid, ſicuti mannæ vocatæ genus, vt roris quoq; materia adſit, aliam induere ſub dio naturam videtur, & noctis F
frigoribus concretum calore diſſoluitur, nec eo pacto coit, vt peculiarem eſſe mellis naturam credamus. Rorem autem eſſe ita probat [b] philoſophus: fauos (vt dictum eſt) floribus „
faciunt; mel autem non ipſas facere Apes, ſed rorem cadentem deferre, argumento eſt, quòd „
vno, aut altero die cellas melle repletas inueniunt Apiarij. Item autumno mel, poſtquam „
detractum eſt, non reparatur, cùm tamen illo etiam tempore flores proueniant. Et rurſus „
ibidem: Mella, inquit, ex rore aëris ſiderum exortu potiſſimùm, & arcus cæleſtis incubitu „
contrahunt. Omnino ante Vergiliarum exortum mel non fit. Eadem ferè apud [c] Plinium le- „
guntur ſic: Venit hoc ex aëre, & maximè ſiderum exortu, præcipuéq; ipſo Sirio explende- „
ſcente fit, nec omnino priùs Virgiliarum exortu ſublucanis temporibus. Itaque tum prima „
aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur, ac ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas hu- „
more veſtes, capillumq; concretum ſentiunt: ſiue ille eſt cæli ſudor, ſiue quædam ſiderum „
ſaliua, ſiue purgantis ſe aëris ſuccus, vtinamq; eſſet & purus, ac liquidus, & ſuæ naturæ, „
qualis defluit primò: nunc verò è tanta cadens altitudine, multumq; dum venit ſordeſcens, „
& obuio terræ halitu infectus, præterea è fronde, ac pabulis potus, & in vterculos congeſtus „
Apum (ore enim vomunt) adhæc ſucco florum corruptus, & alueis maceratus, totieſq; mu- G
tatus, manna tamen cæleſtis naturæ voluptatem affert. Locum illum Ariſtotelis mendo- „
ſum eſſe putat, & ſic reſtituit [d] Hieronymus Mercurialis ætatis noſtræ doctiſſimus, cæliq;
noſtri lucidiſſimum ſidus. Vulgarium, inquit, quorundam iam diu fuit opinio mellis pro-
uentum maximè præmonſtrari, quando frequentiores arcus cæleſtes apparent. Quod pro-
bant nonnulli hiſce verbis Ariſtotelis: μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ἡ ἶρις. Sed ego hanc ſententiam ſemper ſuſpectam habui: propterea, quòd Ariſtoteles eodem in loco ita ſcribens, ἀλλ' αὐχμῶ μὲν ὄντος μέλι ἐργάζονται μᾶλλον, ἐπ' ὀμβρίας δὲ γόνον, id clarè affirmat, quòd etiam omnium ferè com-
muni experimento conſtat, nimirùm in ſummis ſiccitatibus maiorem mellis ſuper herbas,
quas depaſcuntur Apes, copiam ambundare. Iccirco, quin in Ariſtotelis codicibus impreſſis error aliquis lateat, nemini dubitandum puto: eò magis quòd in vetuſtiſſimo Scipionis Garteromachi codice, quem mihi opera eruditiſſimi Fuluij Vrſini videre contigit, in hunc modum ſcriptum inueni: καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ὁ σείριος. Quam lectionem, vt vehementer probem, in primis publica ferè experientia admonet: deinde [e] Plinij ſcriptoris inter latinos grauiſſimi authoritas, qui, cùm omnia ex Ari- H
ſtotele acceperit, ſenſiſſe videtur optimum mel Sirio exoriente produci, apparente verò arcu cæleſti, ſi imber non ſequatur, medicamenta oculis, & nonnulla fieri. Quid porro aſtrorum exortus Ariſtoteli ſignificarent, ſcio alios diuerſa ſentire: mihi verò probatur magis, vt Canem, & Procyonem interpretemur: quandoquidem [f] Theophraſtus Canem τὸ ἄστρον per excellentiam, vt pleriq; alij vocaſſe, inuenitur. Cùm enim (vt Hipparchas, & Hygi-
nus declarant) ſidus canis plures ſtellas contineat, quarum vna Sirius, & Canicula vocatur: Ariſtotelem id ſignificaſſe arbitror, quòd mel tunc maximè ab aëre cadit, quando aſtra, videlicet Procyon, Canis, & præſertim Sirius, qui Canis ſtella eſt, exoriuntur: eo namq; tempore ardere terram, & ſiccitates maiores inſtare, vnde roris melli vbertas naſcatur, nemo neſcit. Hucusq; Mercurialis. Vt modò, vnde digreſſa eſt, regrediatur oratio, mel, inquit [g] Albertus, eſt occultus ros cadens ſuper flores, & alias plantas, & ſuper lapides, quod Apes colligunt. Apud Athenæum Alcmam. mel vocat ὀπώραν κηρινὰν, ceræ aut cereum fructum.

[b] *Li. 5. Hiſt. cap. 22.*

[c] *Lib. 11. cap. 12.*

[d] *Lib. 2. Var. lect. cap. 24.* Ariſtoteles correctus.

Mellis quã do maior copia.

[e] *Lib. 11. Cap. 14.* Aſtrorum ortus quid Ariſtoteli.

[f] *Lib. 1. de cauſis plãt. cap. 6. & alibi.*

[g] *lib. 2. Meteor.*

Epi-

A Epicarmus verò πρώτον ὄρθριον, matutinum mare, quòd sublucano tempore ex aëre fluat. [h] Galenus, cùm omnem alimentorum materiam, duobus generibus comprehendisset, quorum alterum quidem ipsorum à plantis, alterum verò ab animalibus sumebatur: ab vtroque dein ipsorum mel secretum esse dicebat. Oririq; in plantarum solijs: esse autem, neq; succum earum, neq; fructum, neq; partem, sed eiusdem, cum rore generis: non tamen assiduè, nec copiosè, vt ille prouenire, meminisseq; aliquando, cùm æstate super arborum, ac fruticum, herbarumq; folia mel, quàm plurimum fuisset repertum, agricolas velut ludentes ceciniisse, *Iupiter melle pluit*. Præcesserat autem, inquit, nox, vt per æstatem, benè frigida (nam tum tempus anni æstiuum erat) pridieq; calida, & ficca fuerat aëris temperies. Peritis quidem naturæ interpretibus videbatur halitus è terra, & aquis à solis calore sublatos, ac deinde exactè tenuatos, ac coctos, à frigore secutæ noctis concretos coaluisse. Apud nos verò rarò id accidit: in monte autem Libano quotannis persæpe. Itaq; coria super terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, & ollas ac fictilia melle implent; vocantq; id drosomeli, & aëromeli, id est mel roscidum, & aëreum. Proinde constat materiam, ex qua mel generatur rori esse congenerem. Apud [i] Athenæum, vbi mel

B cereum fructum vocat, Epicharmus in libro de terra & mari, de melle sic inquit: matutino coquenda est puls hoc est, vt Dalechampius exponit, melleus succus, qui matutino è cælo cadit. Et Amynthas (apud eundem) libro primo de Asiæ mansionibus, cùm tractat de aërio melle, ita scribit. Simul cùm solijs id decerpentes componunt, & fingunt adinstar Syriacę massæ (Caricarum pinguium, quæ è Syria conuehuntur, vt exponit idem Dalechampius). Quidam globos ex eo faciunt, & vbi fumere collibitum est, dilutum antea, & colatum bibunt, gustu simili, ac si quis mel dilutum bibat, sed multò iucundiore. [k] Aelianus præterea roris materiam esse mel etiam scripsit, etenim in Media, ait mel ex arboribus stillare se accepisse, & vt ait [l] Euripides, in Cithærone dulces è ramis guttas manare. [m] Alibi quoque in India prodidit, & maximè in Prasiorum regione, liquido melle pluere: quod in herbas, ac palustrium arundinum comas decidens, mirificas pastiones ouillo, ac bubilo pecori præstat, quod quidem (inquit) ipsum à pastoribus eò, vbi dulcis plus roris de cælo delapsum est, agitur: & sic illis pastionibus tanquam epulis iucundè accipitur, pastoresq; vicissim suaui epulo compensat. nam ex pecore illi suauissimum lac exprimunt, neq; (sicuti Græci faciunt) mel miscere, & temperare habent necesse. Sed iam satis probatum est mel roscidam

C esse materiam. Ros verò iste nihilominus mel non est, nisi ab Apibus colligatur, cogaturq; nam cùm sponte cogitur, fit quod manna sicca nuncupatur: sin non cogatur, tum fit manna liquida, eaq; est, vt ros congelatus, viscida, & gustui maximè iucunda. Ex quo genere etiam est, quæ Cedria vocatur, cuius meminit [n] Hippocrates: nam tota penè manna colligitur in coniferis, vt cedro, larice: colligitur & in salice, sed pauca, multoq; minus in alijs arboribus, neque in tota arbore vlla, sed solùm in cacuminibus, & maximè coniferarum. causa est aër, qui vndiq; circumambit propter foliorum exilitatem; nam in solijs latioribus spargitur. Neque aliud Hippocrati cedria est, quàm quod apud Hębręos manna. Sed communis interpres perperam oleum cedrinum apud Hippocratem transtulit, videturque κεδρολαιον legisse, cùm μέλι κέδριον ibi legatur. Lapsus autem is est dupliciter, primò quòd textum inuerterit, secundò quod ignorarit, cedrinum oleum ex alia arbore parari, nimirum ex cedro minore seu cedrula, quæ oxycedrus nominatur, cùm mel in cedro maiori tantùm colligatur in monte Libano, & in monte Sinai, vt obseruauit [o] Petrus Bellonius, quem consulere poteris. Sunt qui Plinium volunt in præcitatis verbis de manna tantùm locutum esse, quod falsum est. nam & mel (vt id obiter repetam) ex eadem materia ab Apibus

D colligitur. Diuersissimum verò est ab eo, quod [p] Dioscorides saccharon, nos nunc saccharum, Auicenna salem Indum nuncupat, vtpotè quod in arundinibus inuenitur, nunc etiam apud Siculos, Dioscoridis temporibus in India, qui tamen mellis concreti genus esse scribit, & [q] Aphrodisæus: quod autem sacchar Indi, inquit, appellant, mellis coagulum est, sole cogente rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinem: quod idem etiam monte Libano fieri certum est, &c.

[h] *Lib.3. de Aliment. facult.cap.39.* Mellis ortus est in folijs plantarum.

Drosomeli quid.

Aëromeli.

[i] *Lib.4.*

[k] *Lib.5. cap. 42.*

[l] *In Bacchis*

[m] *Lib. 15. cap.7.*

Ros non est mel.

Manna sicca.

Manna liquida.

Cedria.

[n] *Lib.de vulnerib.*

Manna in quibus arboribus collligatur.

Oleum cedrinum.

Cornarij duplex error.

[o] *Lib.2.Obs. cap.65.*

[p] *Lib.2.cap. 101. Saccharon.*

[q] *Li.2. Problc.74.*

E

# GENVS. DIFFERENTIÆ.

Mel duplex.

MVLTA de aërio melle, quod nondum ab Apibus collectum, hîc quoq; dicentur: nam omnia mellis genera ex rore conſtare putamus. Mel autem vel natiuum eſt, vel fictitium, de quo poſtea, natiuum vel domeſticum, & vulgo notũ, vel ſylueſtre, de quo ſuo quoq; pòſt loco dicetur. Plurimę equidem in melle differentię obſeruantur. Aliud bonum eſt, laudabile, & ſalutare: aliud prauum, illaudabile, & venenoſum: aliud dulce, amarum aliud, aliud auſterum; aliud liquidum, aliud craſſum & conſiſtentis ſubſtantiæ. Ab ætate quoque & colore differentiæ ſumuntur, item à natalitio loco, alijſque vt patebit. A ſapore acerbo omphacomeli Hermolao Barbaro nominatur. Mellis quod vinũ ſapit, meminit [a] Galenus, meminit & amari, de quo pòſt plura, vt loci ratione differre dicemus, teſtaturq; patrem ſuũ mel habuiſſe ita amarũ vetuſtate redditum, ac ſi in Põto natum videretur. Quamobrem non ineptè Seruius explicans illud poëtę: *dulcia mella premes:* dulcia inquit, non eſt ſuperfluum epitheton, quia etiam ſunt amara. Fit & acre temporis nimio progreſſu, vt docet idem [b] Galenus. item tenuius & calidius. Albicantis mellis meminit [c] Ariſtoteles, quod negat è ſyncero thymo confectum eſſe; ſed id oculis commodius & vlceribus applicari aſſerit. Mel rubeũ legitur in indice Braſauolæ, in Galenum, citatque librum primum de Antidotis fol. 101. D. ſed ibi hoc non reperitur. Communiter autẽ flauum eſt: vnde Clearchus apud [d] Athenæum tradit aquam & lac candida vocari; nectar & vinum, rubra; mel ac oleum flaua, χλωρὰ. Sed flauum ne an album præſtet, mox examinabimus. A tempore quo colligitur, triplex ſortitur nomen; Vere collectum, ſiue vernum, Græci ἀνθινὸν, hoc eſt, floridum appellant, æſtiuum ὡραῖον, quaſi ſuo tempore collectum, nam quæ vigent, & pulchra ſunt ὡραῖα dicuntur, item ſacra ὡραῖα, τὰ κατ' ὥραν συντελέμενα, oportunè celebrata, vel ſacra tempeſtiua, & ὡραῖα δοῦναι, eſt frugum primitias ſacrificare. Autumnale quod autumno. Anthinnm Gratius ſolitum vocat, vt [e] Turnebus autumat, nimirùm quod è floribus colligitur: Sic enim emendat illius poëtæ locum de melle agentem, vbi inquit, vitioſè legitur: *Præterea ſolſtitio, cùm thymum, & vua florere incipiunt.* Pro ſolſtitio in libris ſanctæ antiquitatis ſoliti, inquit, reperio, quam veriſſimam ſcripturam certum habeo. Triplicis iſtius temporis, vel potiùs collectionis diſtinctio debetur [f] Plinio, apud quem hæc omnia leguntur: Vernum ex floribus conſtructo fauo, quod ideo vocatur anthinum. Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat ſoboles, alij ex nullo minus Apibus relinquunt, quoniam magna ſequatnr vbertas magnorũ ſiderum exortu. Prętera ſolſtitio, cùm thymum & vua florere incipiunt, præcipua cellarum materia &c. & paulo pòſt. Alterum genus eſt mellis æſtiui, quod ideo vocatur horæum à tẽpeſtiuitate precipua, ipſo Sirio explendeſcente poſt ſolſtitium diebus triginta ferè. Immenſa circa hoc ſubtilitas naturæ mortalibus patefacta eſt, niſi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. Namque ab exortu ſideris cuiuſcunque, ſed nobilium maximè, aut cæleſtis arcus, ſi non ſequantur imbres, ſed ros tepeſcat. Solis radijs medicamenta, non mella gignuntur, oculis, vlceribus, interniſque viſceribus dona cæleſtia. Quod ſi ſeruetur hoc Sirio exorente, caſuque congruat in eundem diem, vt ſæpè Veneris, aut Iouis, Mercurijque exortus nõ alia ſuauitas, viſque mortalium malis à morte vocandis, quàm diuini nectaris fiat. Hæc itaq; Plinius. Sed antequam de tertio genere, cuius aliàs meminit, agam, rurſus, quem ſupra ex Mercuriale correxi, locum, eũdem prius ex [g] Marſilio Cagnato, qui diligenter eundẽ emendauit, corrigã. Legi idem apud Ariſtotelem ait in veteri Vaticano exemplari calamo notato non ἴρις, ſed σίριος. Vtra ergo, inquit, lectio melior cenſenda eſt? Ego, inquit, ut ab alijs etiã factum notaueram, perpendebam Plinij verba (ea ſcilicet quæ ego iam nouiſſimè citaui) ut ſi Ariſtotelem ille ſecutus eſſet, quid de hac dubitatione ſtatuendum foret, ex eo concludemus. Verba eius ſunt: Ab exortu ſideris cuiuſcunque, ſed nobilium maximè aut cæleſtis arcus &c. Hæc autem oratio non aliud docet quàm quo tempore mel præſtantius gigni contigerit, tamen Ariſtoteles non de præſtantia mellis, ſed ſolùm de tempore, quo mel naſcitur, verba facere videtur: de mellis præſtantia paulò antè locutus fuerat. ἄμεινον δὲ ἐστὶ τὸ μετωπωρινὸν μέλι, mel autumnale præſtantius. Hic uerò de ſolo tempore, cùm illud concludat, omninò non fieri mel ante exortum Vergiliarum, quod præſtantiam non ſignificat, & quæ de ſuauitate, ac vi in medendis malis, & de concurſu ſiderum à Plinio dicũtur, ex Ariſtotelis verbis colligi nequaquam poſſunt. Quamobrem probabile eſt, quod Plinius alium, quàm Ariſtotelem, ſecutus authorem fuerit. Alioqui cùm Plinius non Sirij tantùm, ſed etiã

Omphacomeli.

[a] *Lib. 1. de Antid. c. 2.*

Mel amarum.

[b] *L. 3. de Cõpoſit. medic. ſecund. gen.*

[c] *Lib. 9. Hiſtor. ca. 40.*

Mel rubeũ.

[d] *Lib. 1.*

Differentię à tempore anni.

ὡραῖον q. d.

[e] *Li. 5. Adu. cap. 14.*

[f] *L. 11. c. 14.*

[g] *Li. 2. Var. Obſer. c. 4.*

arcus

A arcus cælestis, mentionem fecerit, videretur potiùs concludendum, quod vtraq; lectio esset retinenda. Immò si diligentiùs consideres, Iris potiùs legendum videbitur: nã Sirij ita mentionem facit, ut cum eo coniungat arcum cælestem: arcus autem cælestis mentionem per se facit: dixerat enim ab exortu illius, si non sequãtur imbres, fieri medicamenta, non mella &c. Sirij mentione penitus omissa. Postea verò inquit: quòd si seruetur hoc Sirio exoriente &c. quorum hæc sententia est, si Sirio exoriente arcus cælestis appareat, nec sequatur imber, ut dixerat, eodemque die Venus, aut Iupiter, aut Mercurius oriatur, non alia suauitas &c. in quibus cùm cælestis arcus mentio sit adiuncta cum Sirij mentione, indicium habemus præcipuam auctori fuisse arcus cælestis mentionem. Quamobrem si illa desumpta ab Aristotele esse constaret, etiam apud Aristotelem ipsum Iris legendum esset. Sed non esse desumpta video mihi satis probabiliter coniecisse, ac apertè, paulò antè exposuisse. An potior lectio existimanda est σείριος, quoniam in siccitatibus mel magis prouenit, quàm in imbribus, ἀυχμῶ μᾶλλον ὄντος μέλι ἐργάζονται μᾶλλον, ἐπομβρίας δὲ γόνον, ut Aristoteles scribit eodem loco, ac repetit libr. tertio de generatione animalium, & Plinius eiusdẽ libri cap. decimoseptimo, inquiens. Humido vere melior fœtus, sicco mel copiosius (quãquam quod dixit, vere, fortè

B minus ex Aristotelis sententia locutus est, ut intelliget, qui rectè locis, in quos diximus, verba eius examinauerit, quoniam sermo est, non priuatim de vere, sed communiter ac promiscuè, de quocunque tempore: & tertio de generat. animal. manifestus sermo est de toto anno, quandoquidem inquit, ἐν εὐυετηρίαις, quod significat totius anni salubritatem ac prosperitatem) igitur ad procreandos fœtus humidam tempestatem esse magis idoneam, negari non debet, namque de hominibus etiam [h] Hippocrates inquit, λαγνίαν δὲ ὕδατος ἐφόδων γιγομένων πλείονα. in aquarum incursu Veneri operam magis dandam esse. Est enim verisimile genituram in pluuijs, quàm in siccitatibus magis abundare. Ad mellis autem prouẽtum siccitate opus esse ratio euidens est, quòd mel ros quidam est, ut ait [i] Galenus, quæ sententia non abest ab ijs, quę vetustiores dixêre, quoniam mel uenire ex aëre Arist. author est hoc loco, & Theophrastus lib. tertio de plant. Ros autem, ut etiam pruina in serenitate & tranquillitate nascitur, vt ait Aristoteles primo lib. meteoron. Iris autem, etsi neque pluuios, neque serenos dies cum fide portendit, ut ait [k] Plinius, & accidat, ut arcum cęlestem imbres non sequantur, ut [l] idem est author, non tamen in siccitatibus & serenitatibus, sed humido cælo ac perturbato fieri solet. quapropter roscida, imbrifera, & nimborum creatrix à veterib. dicta est, atque ideo Sirij mentio, quàm iridis, probabilior uidetur. Præterea locus est Plinij qui legendum Sirius penitus persuadet. namque vndecimi libri cap. 14. visus est interpretari verba illa Aristotelis, quæ principio retulimus: Venit hoc, inquit, ex aëre, & maximè siderũ exortu, præcipueque ipso sirio explendescente, nec omninò prius Vergiliarum exortu. Etsi cùm dixisset præcipuè, non ex Aristotelis sententia puto dixisse. Aristoteles enim non dixit. μάλιστα de Sirio, sed de astrorum exortu. neque experimẽtis respondet, quod maximè Sirio explendescẽte mel ex aëre decidat. maximè enim id autumno contingit, cùm scilicet mellis vindemia fit. quod & ratio suadet, quia in ardoribus vapor, ex quo ros fit, exuritur: Itaq; fieri traditur ab Aristot. [m] ἐν τῇ εὐδίᾳ, quod est, cæli clementia, ut alibi explicabimus, & ipse [n] Plinius, inquit, rores neq; gelu, neque ardoribus existunt: neque crediderim Aristotelem dixisse astrorum exortum, ut canem tantùm intelligeremus. nam etsi Theophastus aliquãdo astri nomine canem κατ' ἐξοχὴν appellauit, tamen cùm numero multitudinis astra dicuntur canis non intelligitur. [o] Aristoteles in problem. καὶ ἐπιτολαὶ τῶν ἄστρων, ὥσπερ ὠρίωνος, καὶ ἀρκτοῦρος, καὶ πλειάδος, καὶ κύνος, exortus, inquit, astrorum, velut Orion, & Arcturus; & pleias, & Canis. & Hippocrates libro de aëre, aquis, & locis, δεῖ δὲ καὶ τῶν ἄστρων ἐπιτολὰς

D φυλάσσεσθαι, καὶ μάλιστα τὸν κυνὸς, ἔπειτα ἀρκτοῦρου, καὶ ἐπὶ πλειάδων δύσιν. Oportet autem austrorum exortus obseruare, & in primis canis, deinde arcturi, & occasum pleiadum. Quibus ostenditur, astra multitudinis numero, siderum multitudinem significare. Sed crediderim Aristotelem post communem astrorum appellationem, qua Pleias, Canis, Arcturus, & alia comprehenduntur, Sirium priuatim nominasse, ne quis existimaret, eo tempore mel minimè fieri, ea adductus ratione, quoniam ardor eximius vaporem omnem, ex quo ros fieri solet, exureret; sed sciret tunc quoque nasci, quia eodem loco æstiuum & autumnale mel esse dixerat, licet nono de historia vernum ac autumnale memorauerit, omissa æstiui mentione. Theophrastus autem primo lib. de causis plantarum copiosè docuit, etiam sub cane humorem effatu dignum reperiri. Si itaque, ut videtur, Aristotelem Plinius secutus est, melius legi Sirius, quàm Iris, hic locus ostẽdit. Tertium genus mellis, inquit [p] Plinius, (ego id autumnale supra vocaui) minimè probatum, syluestre, quod Ericæum vocant. Conuehitur post primos autumni imbres, cùm Erica sola floret in syluis, ob id arenoso simile, Gignitur

Humidum tempus generationi animalium aptũ esse.

[h] *Lib. 2. de dieta.*

[i] *Lib. 3. de Alim. fac.*

[m] *Li. 1. meteor.*

[n] *Li. 2. c. 60.*

[o] *Sect. prima, probl. 3.*

[p] *L. 11. c. 16* Mel æricæum.

tur id maximè Arcturi exortu à pridie idus Septembris. Quidam eſtiuam mellationem ad E
Arcturi exortum proferunt, quoniam ad æquinoctium autumni ab eo ſuperſint dies xiiij. &
ab æquinoctio ad Vergiliarum occaſum, diebus xlviij. plurima ſit erice. Athenienſes te-
tralicem appellant, Euboea ſiſaram, quam putant Apibus eſſe gratiſſimam, fortaſſis quia nul
la tunc aliàs ſit copia. Hæc ergo mellificatio fine vindemiæ, & Vergiliarum occaſu, Idibus
[q] *L.9.c.40. hiſt. animal.* Nouembris ferè includitur.[q] Ariſtoteles verò duo mellis conficiendi tempora eſſe ſcripſit,
ver, atq; autumnum: ſed vernum ſuauius, candidius, omnino præſtantius autumnali eſſe;
[r] *Li.5.c.22.* item confici melius ex noua cera, nouellisq; ſtirpibus. Meminit tamen etiam æſtiui, [r] vbi
ait: Cibi cauſa mellificant, tam æſtate, quàm autumno, ſed melius mel autumnale eſt. „
Autumnale itaq; ſecundum bonitatis locum obtinebit, primum, quod Vere colligitur, po-
ſtremum æſtiuum. De melle anthino in libro de mirabilibus auſcultationibus eidem Ari-
ſtoteli nuncupato ſic legitur. A quibuſdam fertur, mel anthinum, vt vocant, circa Melum „
Cnidumq; naſci, odore quidem ſuaui, ſed neutiquam durabile, id erithacam fieri. Per- „
Mel plantarum naturam refert, ex quibus colligitur. magni ſemper refert, vnde mel colligatur, quando plantarum, quibus inſidet, naturam mi-
rum in modum referat, vt venenatum, furioſum, & amarum reperiatur, non aliunde accepta
qualitate, quàm ex venenatis, furioſis, amarisq; plantis; vt è contrà ſaluberrimum eſt, quod F
ex ſaluberrimis plantis accipitur. Laudatiſſimum gignitur in locis, vbi thymus, & herbæ,
& frutices temperamento calidæ, & ſiccæ proueniunt, vt docuit [s] Galenus, & Plinius: ibi,
Mel vbi laudatiſſimū. inquit, optimum ſemper, vbi optimorum doliolis florum conditur. Atticæ regionis hic & „
[s] *Lib. 3. de Alim. facul.* Siculæ, Hymetto & Hybla ab locis, mox Calydna inſula. Higinius quoque optima mel- „
la naſci ait, vbi thymus, tymbra, cunila origanum, viola pullulare ſoleant, quod fieri teſtatur
Achaiæ montibus, vbi transferuntur Atticæ paſtiones, & in Euboea, inſulisq; Cycladibus,
[t] *Lib.2.* nec minus in Sicilia, & Hybla. [t] Dioſcorides Attico Hymettio melli honorem detulit; in ſe-
[u] *In xenijs.* cundo ordine Hybleum mel eſt, quare cecinit [u] Martialis:

*Cùm dederis Siculos media de collibus Hyblæ*
*Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.*

Mel bithymum. Bithymum vocatur mel, quod ex vtroq; thymo paratur, albo ſcilicet, & nigro, id album fieri negat [x] Plinius, ſed oculis, & vlceribus aptiſſimum exiſtimari. [y] Galenus conijci in anti-
[x] *Lib. 11. cap. 16.* dotos iubet mella quantum fieri poteſt optima, Hymettia, Thaſia, aut certè Attica: quibus
ſi careamus è Cycladibus aduectum mel vult imponi, quodcunque ſimilius Attico fuerit.
[y] *Lib.1. de Antid.4.* Quanquam in Iſthmo quoq; bonum mel prouenit, ita Iſthmiacum à loco, vbi naſcitur, co- G
Mel Iſthmiacum. gnominatum, ſicut & Tubreum, quòd & ipſum nomen adeptum eſt. Aitq; hæc celebrata
mella eſſe, in alijs etiam tamen regionibus confici, ſed cùm ob exiguitatem ab incolis to-
tum abſumatur, in alias prouincias non exire, nomenq; idcirco vllum non habere. Noſtra
Mel bonū in patria Galeni. ſiquidem, inquit, in Aſia collis quidam inter Pergamum, & Eleam vrbem maritimam por-
rigitur, thymo ſcatens, in quo Apes optimum mel reponunt, quod ibidem totum abſumi-
tur: In Myſia quoq; qua parte noſtræ prouinciæ finitima eſt, tractus occurrit, quem Britum
appellant, in quo mel Attico ſimile penitus magna cum admiratione conſpexi, quanquam
deteriora planè mella ibi quoq; proueniant. Extabat autem ibi quoq; monticulus quidam
non magnus ſaxoſus totus, thymo atq; origano plenus, ad cuius radices agri cythiſo quam
Mel dulciſſimum. plurimo abundabant. Ex eo collis dominus mel vſq; adeo dulce colligebat, vt hac in par-
te Atticum etiam ſuperaret: acre tamen vt Atticum, non erat: ſtatimq; idcirco ſe guſtan-
tes ſubuertebat, & nauſeam citò commouebat, ſi paulò liberalius comeſum fuiſſet. Hoc ſi-
Mellis plurimum ex cythiſo. quidem de cythiſo ſcriptores vno ore tradunt, Apes ex cythiſi floribus plurimùm mellis ex-
cerpere. Hæc Galenus. [z] Ouidius quoque mel commendat, quod ex cythiſo, thymo ac
[z] *Lib.5.Faſtorum.* viola collectum eſt. H

*Mella meum munus, volucres ego mella daturas*
*Ad violam, & cythiſos, & thyma cana voco.*

Mel Atticū cur laudatum. Sed vt ad Atticæ regionis mel reuertamur, [a] Alexander Aphrodiſæus Hymetto monti laudem præcipuam eſſe ſcribit, propter florum ſingularem præſtantiam: non ergo tantam propter thymum, vt multi volunt: quanquam tamen thymum præcipua ſit herba, à qua laus ea dimanet. Scribit [b] Tzetzes Muſcas eiuſmodi mel fugere propter thymum.

[a] *Li.7.Probl.79.*
[b] *Li.7.Chiliad. 93.*

Τῆς Ἀττικῆς τῶν Ἀθηνῶν ὁ ὑμηττὸς τὸ ὄρος
Μέλι γεννᾷ τὸ κάλλιστον μελίτων τῶν ἁπάντων
Τοῦτο δὲ σοὶ τὸ γνώρισμα ταχῶς νυῖ παραστήσω.
Μῦα ἐὰν ἐπικάθηται μέλιτι ὑμηττίῳ,
Ἐκ θύμων γὰρ αἱ μέλισσαι τοῦτο κηροποιοῦσι.
Μῦια γοῦν ἐνιζήσασα φεύγει θυμῷ τοῦ θύμου.

Attica

A *Atticæ Athenienſium, Hymettus mons*
*Mel generat optimum mellium omnium.*
*Huius autem tibi argumentum manifeſtum nunc exhibebo,*
*Muſca non inſedit melli Hymettio,*
*Ex thymis enim Apes hos componunt fauos.*
*Muſca igitur inſidere fugit animo thymum.*

„ Sed [c] Plinius, hoc de Cretæ quodam monte ſcripſit his verbis: Aliud in Creta miraculum
„ mellis: Mons eſt Carina ix.mil.paſſuum ambitu: intra quod ſpatium Muſcæ non reperiun-
„ tur: natumq; ibi mel nuſquam attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamentis eli-
gitur. Mel è Cnido aduectum, ſi quis ſigna, inquit Galenus præcitato loco, quæ modò re-
tulimus, attendat, optimum adeo cenſebit, vt ipſum Thaſio, & Hymettio proximum eſſe
iudicet: quod tamen, vbi conſenuit, vitium haud paruum oſtendit: vini namq; conditio-
nes aſſumit. Idem quoque Rhodio accidit. [d] Strabo mel ait euehi ex Tuditania, id eſt Be-
tica Hiſpania. Hiſpanico autem nunc palma datur. Omnium optimum eſſe iudicat,
[e] Aphrodiſienſis, quod in inſulis & locis maritimis naſcitur; hæc enim, inquit, ſicciora ſunt,
B & ſynceriora. Summæ bonitatis eſt, quod ex Cephalenia inſula aduehitur, vt refert
[f] Cardanus, cui id guſtanti ſuauius ſaccharo viſum eſt. Suauiſſimum quoque gignit Inſu-
la portus ſancti, adeo vt nullibi dicant eſſe præſtantius. Cardanus citato loco, in locis ca-
lidioribus, quoniam ros ibi ſit concoctior, præſtantiora mella prouenire iudicat; mouetq;
ſubinde quæſtionem, quomodo mel in Samogithia, quæ vltra Moſcouiam ſub Borea ſita
eſt, optimum eſſe poſſit, tum purum, & calidiſſimum. Sex modis, inquit, id verè dici po-
teſt. Aut quia non ſimpliciter, ſed (velut dicimus) in Germania bonum vinum iuxta
Rhenum; non ſimpliciter ſed Germanico comparatum: ita hoc non Cephalenico, aut
Hiſpanico, ſed Germanico comparatum. Aut quia ex rore cadente ſuper flores certi ge-
neris, in ea regione abundantes, qui rorem ipſum meliorem reddant, vnde mel. Aut quo-
niam regio inæqualis, calorem aliquando ſentiat: nam & ibi hominum corpora, quandoq;
magna, quandoq; parua. Aut propter ventos familiares loco, qui aërem purgent. Aut
propter id quòd meridiei ſit expoſita, montibus Septentrionem occupantibus. Vel quia
contingat contrarium eius, quod in aliquibus regionibus Perù, quamuis calidis, quæ prau-
C um mel efficiunt, & dilutum, quòd Apes ſint Muſcis ſimiles. Ita in Samogithia, Apes ro-
buſtiores: quod veriſimilius eſt, cùm in frigida regione non viuerent, niſi admodum robu-
ſtæ, melius ac diligentiùs repurgent mel, ac elaborent. Nam in Germania, pabuli aut roris
potiùs vitio, quàm Apum, mel ignobile eſt. Manifeſtum eſt etiam, quòd, cùm manna ex
his cauſis non ſufficiat, plures forſitan ſimul concurrent ad mellis boni in ea regione gene-
rationem. Sic Cardanus. Mel quoddam galbanarium vocari teſtatur [g] Aphrodiſienſis, idq;
tertium mellis diſcrimen explere, paſtu ſcilicet Apum, quem galbana vitiat: prodeſt hoc,
inquit, illitum ad oculorum claritatem. [h] Plinius ſcribit optimum ſorberi, & minimè fron-
de infectum, è quercus tiliç, & arundinum foliis. [i] Strabo cùm mel Atticum cuncta bonitate
ſuperare dixiſſet, eo verò longè præſtantius eſſe ait, quod ad argentarias gignitur, quod qui-
dem etiam inquit, ἀκάπνιςον, id eſt, à fumo purgatum aiunt, quodam apparitionis modo.
Sed [k] Plinius, cùm nimio fumo Apes infici dixiſſet, earumq; iniuriam celerrimè ſentire
mella, vel minimo contactu roris acescentia: ob id, inquit, inter genera ſeruatur, quod acap-
non vocant: In Troglodyticæ parte, quæ dicitur Balgada, mel eſt candidum adeo, vt ne ni-
uibus quidem cedat; durum verò quaſi lapis: ſolidum etiam ita, vt ſportis contineatur: quo
D de conſule [l] Iulium Cæſarem Scaligerum. [m] Ælianus eſſe ſcribit, qui dicunt in Cappado-
cia Apes mel ſine fauis conficere, idq; vt oleum perinde craſſum eſſe. Apud Halizonas, te-
ſte [n] Pauſania, ita concretum eſt, vt à cera nequeas ſeiungere. Fit & in Thracia mel non
perindè ſolidum, ſed arenoſum, vt legitur in libro de mirabilibus auſcultationibus. Si-
cut, & hoc. In Lydia aiunt ex arboribus mella copioſa colligi, vnde paſtillos abſque cera
indigenæ conficiunt duritia tanta, vt niſi vehementiore attritu nihil demi inde poſſit. Ad
Amiſum conuehitur à locis ſuperioribus mel candidum, teſte [o] Ariſtotele, craſſumq; ma-
iorem in modum, quod Apes faciunt arboribus ſine fauo, quale etiam fieri in Ponto cogni-
tum eſt. Ægyptium verò humidum dilutumque eſt, vt ait [p] Aphrodiſienſis, videlicet
ea de cauſa, quòd flores tractus illius immodicè hument, ex larga Nili amnis irrigatio-
ne. Q. Curtius arbores ait in Hyrcania conſpici, quarum folia multo melle tingantur.
Faciem autem mellis habere, ac niſi ſolis ortum incolæ præuerterint, fore vt medio tem-
pore ſuccus is extinguatur. Refert [q] Pomponius Mela, tam pinguis alicubi, & tam fe-
racis ſoli eſſe Indiam, vt in eo mella, ex arborum frondibus defluant. In Media

[c] *Lib.21. cap.14.* Muſcæ vbi mel nō attingant.
[d] *Li.3.Geog.*
[e] *2.Prob.74.*
[f] *Lib.6. de Variet. rer. cap.25.* Mel præſtãtius in locis calidioribus. Cur bonũ & calidum in locis frigidis.
Apes vbi robuſtiores.
[g] *2.Prob.74*
[h] *Lib.11. cap.13.*
[i] *Li.9.Geog.* Mel acapniſton.
[k] *L.11.c.16* Mel acapnon.
Mel niueũ & duriſſimum.
[l] *Exer.132.*
[m] *Lib.5. cap.42.*
[n] *In Atticis.* Mel arenoſum.
[o] *Lib.5.hiſt. anim. c.22.* Mel dilutum.
[p] *2.Prob.74*
[q] *Lib.3.de ſitu Orbis.*

[q] *In Bacchis* item ab arboribus mella ſtillare, ſicut cecinit [r] Euripides, apud Citheronem dulces à ramis E guttas manare. verùm & in Thracia mel item arboreum ſuppetere proditum ſcio. Arbores item mellifluas Hyrcaniæ, in pagis qui fortunati, dicantur, celebrat hiſtoria. Memi-

[s] *Cant.* 18. nit [s] Taſſus.

*Rugiadoſa di manna era ogni fronda*
*E deſtillaua de le ſcorze il mele.*

[t] *Lib.* 15. *Geogr.* Apud Indos melle fluxiſſe tradit [t] Strabo quoſdam fontes. De terra lacte, & melle fluente ſæpè meminerunt ſacræ litteræ. Eſt autem mel ipſum, inquit [u] Plinius, initio dilutum „

[u] *Lib.* 11. *cap.* 13. vt aqua, primisq; diebus feruet, vt muſtum, ſeque purgat, viceſimo die craſſeſcit, mox „ obducitur tenui membrana, qua feruoris ipſius ſpuma concreſcit. Quam ſententiam ab

[x] *Lib.* 5. *cap.* 22. [x] Ariſtotele mutuatus videtur, qui ſic ait: Craſſeſcit autem mel concoctum iam tempore. „ Initio enim, vt aqua dilutum eſt, & primis diebus ſine craſſitudine cernitur. Quod ſi „ exemptum eo tempore ſit, craſſitudine caret: tum viceſimo maximè die ſpiſſatur. Cæterùm „ mella omnia, vt in lib. de mirab. auſcultationibus legitur, concreta eandem craſſitiem ſeruant, diuerſam ab aqua, & liquidis reliquis. Reliqua enim omnia concreta nonnihil ſic-

Melacœtó. Mel acraton. ceſcunt, attenuanturq;. Acœton vocatur, quod ſine recremento eſt, Acraton, purum atq; F integrum, quod neq; aceſcere cœpit, nec vllum paſſum eſt vitium. Amarum frequentius

Vbi amarum. iuxta Phaſim eſt, teſte [y] Strabone. Mel in Heraclia Ponti, vbi aconitum gigni ſolet, inue- „

[y] *Lib.* 11. *Geog.* nitur, inquit [z] Dioſcorides, quod qui edunt bibuntúe, non ſecus afflictantur, quàm qui „ aconitum ebiberunt. Quem Dioſcoridis locum legiſſe [a] Plinius non videtur, nam hoc

[z] *Lib.* 6. *c.* 8. longè aliter narrat. Heracleæ, inquit, in Ponto, quibuſdam annis pernitioſiſſima exi- „

[a] *Lib.* 21. *cap.* 4 ſtunt, ab ijſdem Apibus facta. Nec dixêre auctores, è quibus floribus ea fierent. Nos tra- „ demus, quæ comperimus. Herba eſt ab exitio & iumentorum quidem, ſed præcipuè ca- „

Ægolethrõ herba. prarum appellata ægolethron. Huius flores concipiunt noxium virus aquoſo vere marce- „ ſcentes. Ita fit, vt non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Sed Petrus Bellonius, qui eas „ vrbes peragrauit, illius veneni nullam aliam cauſam ſeſe refert inueniſſe, niſi quòd ea regio chamæleone nigro abundat, cuius radici excreſcentia quædam adnaſcitur nomine Ixia, quæ pernitioſum venenum eſt, & eos qui deguſtant illico necat. Quod ſi Apes mellis ſubſtantiam, inquit, ex eius Chamæleonis floribus ſuſcipiant, non dubitamus quin id mel hominibus admodum ſit pernitioſum: non ignoramus autem Apes mellis materiam ex ipſis floribus non colligere, ſed ex folijs duntaxat, pingui rore cælitus delapto obſitis. G

Mel mænomenon. Et paulò pòſt Plinius aliud ait eſſe genus in eodem Ponto gente Sannorum, mellis, quod ab inſania quam gignit, mænomenon vocant. Id exiſtimatur contrahi flore rhododendri, quo ſcatent ſyluæ. Gensq; ea cùm ceram in tributa Romanis præſtet, mel (quod exitiale eſt) non vendit. Et in Perſide, & in Mauritaniæ Cæſarienſis Getulia, contermina Maſſæſulis, venenati ſaui gignuntur, quidamq; à parte, quo nihil fallacius eſſe poteſt, niſi quod liuore deprehenduntur. [b] Ælianus verò etiam in Trapezunte Pontica ex buxo mel fieri

[b] *Li.* 5. *c.* 42. ſeſe accepiſſe ſcribit: eſſe autem odoratu graue, quod eos, qui eò deducti ſunt, demente vel comitiale correpti, ad ſanitatem reſtituat: ſanos verò dementet. Idem legitur in libro de mirabilibus auſcultationibus. Apud Colchos ex arborum frondibus mella ſtillare legimus, quibus guſtatis proſternantur exanimes, diemq; integrum pro mortuo guſtator habetur.

[c] *Lib.* 12. [c] Strabo ſcribit Heptacometas populos vltra Colchidem tres Pompei cohortes obtruncauiſſe, dum montana pertranſirent. Miſcentes enim, inquit, crateras furentis mellis, quòd rami arborum ferunt, potus & mente alienatos facilè interimerunt. Græci quoq; referente

[d] *Lib.* 14. [d] Diodoro è Babylone redeuntes, cùm in agrum Colchorum deſcendiſſent, ibiq; ingentem aluearíorum per ea loca multitudinem conſpexiſſent, & ſauos multo melle redundantes ad H vſum eripuiſſent, guſtaſſentq;, in quendam incredibilem caſum inciderunt. Nam deglutito mellis liquore, repente in dementiam verſi, humiq; mox proſtrati, extinctis ſimiles videbantur: cumq; multos dulcedo ad edendum traxiſſet, breui creuit proſtratorum eadem cauſa numerus. Poſtera die qua ceciderant hora, ad ſe omnes redire cœperunt, primumq; vires, ac

Mel in Sardinia peſſimum. paulò pòſt etiam mẽtem recepere; inde mox humo ſe attollere, mẽbraq; perinde affecta habebant, atq; illos videmus, qui fortè aliquo veneno poto periculũ euaſerũt. In Sardinia, cùm nullum animal homini peſtiferum in ea inſula naſci perhibeatur, mel, quod mirũ eſt, proge-

[e] *Li.* 2. *c.* 75. [f] *Lib.* 7. *de ſimpl. facul. med.* nitum, virus habet. [e] Dioſcorides obamarum eſſe ſcripſit, quoniã Apes abſynthio veſcantur, quo ait vitia cutis in facie, & maculas aptiſſimè perũgi. Meminit eiuſdem amaritudinis [f] Ga-

Athenæi error. lenus his verbis: Cæterùm ſi quod mel amarum eſt ceu Sardoũ clarum eſt, & ipſum miſtę eſ- „ ſe facultatis, tanquã ſi noſtrum quippiam ei abſynthium admiſcuiſſet. Falluntur Græci, inter „ quos & Athenæus, qui Cyrnos, hoc eſt Corſicæ inſulę populos aiunt πολυχρονιωτάτους διὰ τὸ

μέλιτι

A μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι hoc est, multum viuentes ob assiduum mellis vsus: quando ob copiam taxorum arborum, quibus ea opacatur insula, mel sit notæ pessimæ, etiam Virgilij sententia cùm inquit:

*Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.*

Et Ouidius de nefasta & exitiali cæna, nulla tamen facta taxi mentione

*Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ,*
*Tuq; negaturis cera referta notis.*
*Quam puto de longæ collecta flore Cicutæ,*
*Melle sub infami Corsica mittit Apis.*

Meminit quoq; [g] Martialis, sed non taxi.

*Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci,*
*Et thyma Cecropiæ Corsica ponit Apis.*

[g] *Lib.11.ad Cæ anūcii.*

Quamobrem scribunt locupletissimi in litteris testimonij viri (vtor autem verbis [h] Adriani Turnebi) buxi potiùs, quàm taxi sapore infectum, & vitiatum esse, vt [i] Diodorus, cuius verba subscribam: φύεται δὲ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην καὶ πύξος πλείστη, καὶ δίκφορος, δι'

[h] *Lib. 22. Aduersar. cap. 24.*

B ὧν καὶ τὸ μέλι τὸ γινόμενον ἐν αὐτῇ παντελῶς γίνεται πικρόν. Insimulare summum poëtam, vel negligentiæ vel vanitatis, non ausim: non enim dubito, quin alicuius boni auctoris fide fretus, & fiducia id scripserit: ab eius tamen sententia Diodorus, qui & ipse multos, vt opinor, testes suæ sententiæ producere potuisset, recedit. Nos tamen neutrum accusemus, & vtrumque verum scripsisse censeamus. Insanios um mel apud Macronas memorat [k] Xenophon, quod qui copiosius edissent, & vomere, & excernere cogebantur, neque quidem omnino stare poterant. Quærit [l] Plinius quid sibi voluisse naturam ijs arbitremur insidijs, vt ab ijsdem Apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis fauis? Parum enim erat, inquit, genuisse rem, in qua venenum facillimè daretur, etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi vt cautiorem minusq; auidum faceret hominem? Non enim ipsi melli, sed Apibus iam cuspides dederat, & quidem venenatas remedio aduersus has, vtique non differendo. Affirmat insuper venenati mellis signa esse, cùm omnino non densatur, quòd color magis rutilus est, odor alienus, sternumenta protinus mouens, quod ponderosius innoxio. Qui edere, abijciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. Ait denique remedia esse multa, quæ, inquit, suis locis dicemus. Sed quoniam statim repræsentari aliqua in tantis insidijs oportet, mulsum vetus, inquit, è melle optimo, & ruta: salsamenta etiam si reijciantur, sumpta crebrò. Certumque est, id malum per excrementa ad canes etiam prouenire, similiterque torqueri eos. Mulsum tamen ex eo inueteratum, innocuum esse constat, & fœminarum cutem nullo melius emendari cum costo, suggillata cum aloe. [m] Aliàs rursus de remedijs aduersus prauitatem mellis, habet hæc: Venenato melli auxilio est piscis aurata in cibo, vel si ex melle syncero fastidium cruditasue, quæ sit grauissima incidat: testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda decoctam antidotum esse, author est Pelops, scincumq; Apelles. [n] Dioscorides quoque eos scribit, qui mel, quòd in Heraclia Ponti colligitur, edunt, bibuntue, non secus afflictari, quàm qui aconitum ebiberunt; additque insuper eadem ijs, quæ poto aconito conuenire: Adiuuari autem in primis continuo vini mulsi potu, cui rutæ folia sunt adiecta. Hoc itaque remedium Plinius ex Dioscoride hausit. Habentur præterea, & alia mellis praui genera, quæ roscida non sunt, sed ex plantis nascuntur, vt illud, quod ex Anacardijs fluere Arabes scribunt, & inter Græcos [o] Strabo ex arborum siliquis, quas arbores proferunt, denorum digitorum longitudine,

[k] *Lib. 4. de Cyri minor. expedit.*

[l] *L. 11. c. 14* Mel cur natura etiam venenati fecit.

Mellis venenati inditia.

Mellis venenati remedia.

[m] *Lib. 32. ca. 5.*

[n] *Lib. 6. c. 8.*

Mel venenatum ex plantis.

[o] *Lib. 15. Geor.*

D mellis plenas, quod qui ederint, non facilè euadunt. Iam verò syluestria mella ea dici volunt, quæ Vespæ, & Crabrones faciunt, quæ, inquiunt, adeo melle Apum inferiora esse suauitate, & paucitate, vt inter mella referri non mereantur. Ego mellificare Vespas negem: sed syluestres Apes, quæplerunq; in cauernulis terræ habitant, quarum mel insipidum est, & prauum. In cuius mellis mentionem, quia inciderim, nodus quidam in sacra pagina occurrit explicandus de Diuo Ioanne Baptista, quem [p] testatur in deserto mel syluestre comedisse: De hoc enim variæ sunt doctorum sententiæ. Theophilactus interpretatur τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον ἐν δένδροις εὑρισκόμενον καὶ πέτραις, quòd Apes syluestres faciunt in arboribus, & petris. Contrà [q] Beda in eo deserto arbores esse scribit folia lata, & rotunda lactei coloris, & melliti saporis habentes, quæ, inquit, natura fragilia manibus confricantur, & eduntur: Hoc esse mel syluestre dici. Sanctus [r] Isidorus Peluſiota herbam esse negat, verùm mel esse montanum, quod ab agrestibus Apibus conficitur, summeque amarum est, & gustatui omni infestum, atque inimicum. Quibus

Mel syluestriaque. Mel quale comederit Io. Baptist.

[p] *Matt. c. 3. sui euangel.*

[q] *In lib. de locis sanctis.*

[r] *Epist. 132.*

ex rebus, inquit, singularem quandam, ac penè incredibilem corporis afflictionem Ioannes præ se ferebat, vt qui non inedia duntaxat, verùm etiam victus asperitate omnem corporis appetitionem amaram redderet. Sed Alphonsus Tostatus similes opiniones refutare videtur, existimans commune illud mel fuisse, quod Apes sponte in cauis arborum ponunt, syluestre autem ab Euangelista nominari, quia in syluis sine cura humana proueniret. Suidæ syluestre mel manna est, vt scribit[s] Ioannes Monardes in suis epistolis. Alijs quoque ἐρικάϊον nominatur ab Erica frutice, quam & gisarum vocant: de quo suprà. Factitium mel non vna ex re paratur: Ex nuce Indica fieri scribit[t] Strabo. Exprimitur etiamnum è vulgaribus siliquis, quæ Græcis χεράτια dicuntur, quo tam Indi, quàm qui Troglodyticam Arabiam incolunt, zinziberis radices recentes viridesque asseruant, ac etiamnum myrabolana omne genus. Quod facilè conijcitur ex ijs, quæ ex Alexandria Ægypti, Venetias quotannis comportantur. Illud verò admiratione dignum est, quod Eudoxus Cnidius apud Apollonium refert, in Africa quandam gentem esse, quæ supra Syrtes, & Carthaginem incolat, Gyzanteres vocata, hancque exerceat artem, vt flores istis in locis colligat, melque ea copia, & qualitate ex ijs conficiat, vt Apum æquet mellificium.

[s] *Lib. 2. Epist. 2.*

*Mel factitium.*

[t] *Lib. 15.*

*Mel ex floribus.*

# ELECTIO.

MEL quale optimum sit, Galenus sæpenumerò declarauit. Vult enim esse purum atque omnino sine sordibus, pellucidum, flauum, boni odoris, gustu paulùm acre, sed suauissimum, cohærens ita, vt si attollatur, continuum defluat. Easdem fermè notas licet ex Hippocrate colligere, qui tunc mulsam incoquendam esse ait, cùm mel vitiosum sit, scilicet sordidum, nigrum, mali odoris. Quare si contrariorum contraria sunt consequentia, id bonum esse dicemus, quod contrarias conditiones habet. Probatiora etiam mella à Dioscoride sic describuntur. Probatius in omni genere, quod dulcius, odoratius, acre, rutilo colore, non liquidum, sed ponderosum, firmumq;, & quod tractum digitos sequaci lentore sequitur: ad quæ omnia [a] Plinius videtur sic alludisse. Mel plenilunio vberius capitur, serena die pinguius. In omni melle, quod per se fluit, vt mustum, oleum, appellaturq; acœton, maximè laudabile est. Æstiuum omne rutilum, vt diebus confectum siccioribus. Aptissimum existimatur è thymo coloris aurei, saporis gratissimi, quod sit palam doliolis, pingue, marino è rore spissum. Quod concrescit autem, hoc minimè laudatur. Thymosinum non coit, & tactu prætenuia fila mittit: quod primum grauitatis argumentum est. Abrumpi statim, & resilire guttas, vtilitatis inditium habetur. Sequens probatio, vt sit odoratum, ex dulci acre, glutinosum, perlucidum. Quærit Aphrodisiensis, cur mel illud commendemus, quod acrius sentitur, & mediocriter hoc idem calidum esse existimemus, cùm acritudo non nisi per calorem immodicum consistere soleat? Censendum, inquit, non acre mel, sed temperatum id esse; verùm linguam suo calore pleniùs calefaciendo in acritudinem vertere: dulce etenim omne acre primùm incalescens amarum redditur. [b] Aristoteles indicium perfectionis in sapore potissimùm esse tradidit: dulcius enim, inquit, quod crassius. [c] Alibi quoque mellis exiliorem partem, ait fluitare, eamq; iubet eximi: puram verò, & validam subsidere. [d] Athenæus quoque præstantius vnguentum viliori affusum in superficie manere ait, contrà deteriori melli superiniectum, quod est melius, pessum ire, & tanquam vi cogere erumpere, quod bonitate inferius est. Item Disarius apud [e] Macrobium interrogatus quale mel optimum foret, respondit id, quod reliquo ponderosius est. In vase igitur mellis, pars quæ in imo est, vtique præstat pondere, & ideo supernatante præstantior est. [f] Galenus itaque cùm mel optimum perhiberi dixisset, quod dulcissimum est, & acerrimum, eoq; mellis natura acrimoniam dulcedini iunctam habet. primæ inquit, optimi mellis notæ ex hisce sumuntur: secundæ verò ex accidentibus colliguntur, naturam eius consequentibus, colore, odore, & corpore. Colore namque luteum mel sit, oportet: corpore verò, neque crassum, neque concretum, neq; valdè dilutum, sed vniforme totum: atq; ita tenax, vt si digito particulam ex ipso sustuleris, defluereq; permiseris, perinde atque viscum descendat, non cæsim, non frustatim. Quanquam ob ista mel optimum quidem non est, sed cùm suapte natura optimum est, tum hæc se consequentia signa semper habet, ipsumq; idcirco optimum esse ista significant. [g] Alibi rursus habet sic:

[a] *L. 11. c. 15* *Mel acœtō.*

*Mel thymosinum cur non laudetur.*

*Mel acrius cur commēdemus.*

[b] *Lib. 5. de Animal. cap. 22.*

[c] *Lib. 9. cap. 40.*

[d] *Lib. 15.*

[e] *Lib. 2. Saturn.*

[f] *Lib. 1. de Antid. 2.*

[g] *7. Meth. cap. 5.*

Quod

A Quod igitur mel colore flauum sit, & odore suaui, tum purum adeo, vt totum pelluceat, ac gustanti parum acre, iucundissimumq;, præterea tam sibi cohærens, vt si digito attollatur, continuum sibi, nec interciſum ad humum defluat: id omnium est optimum. Et rursus [h] alibi, sed parum aliter: nec parua sanè, inquit, in melle differentia: prauum certè, quod, aut malè olet, aut gustatum extraneæ cuiusdam qualitatis admixtionem detegit: nec mel quidem censendum. Inculpati verò mellis differentiæ in eo versantur, quòd magis minusq; aliud alio dulce, atque acre sit: in quo quod dulcissimum, atque acerrimum fuerit, primas virtutis partes obtinet. Alij album laudant. Mel optimum est, inquit [i] Alexander Petronius, quod colore ad albidum, velut Hispanum vergit, quod ceræ, aut odorem, aut saporem nullo modo refert: quod nullum alium saporem, quàm dulcem obtinet: vtpotè quod sine acrimonia quoque sit. Id enim non ab illius bonitate (vt plurimi putarunt), sed ab eo, quod aut in Apibus, aut in eorum alimento vitium est (vt quidam existimant) acquirit. Sunt qui commendent, quod modicè tum pingue, tum tenue est. [k] Virgilius durum laudasse videtur, cùm ait:

[h] *Lib. de bon succ.*

[i] *Lib. 3. de vict. Rom. cap. 20.*

[k] *Li. 1. Aeneid.*

—— *Aut cùm liquentia mella Stipant.*

B Optimum quoque, quod vernum est, deinde æstiuum, inutile hybernum. Principem locum obtinet, inquit Dioscorides, quod Atticæ regionis est, præcipuè ex Hymetto, mox Cycladibus insulis, & è Sicilia, cognomine Hyblæum. Galenus modò Atticum siue Hymettium summopere laudat, modò quodammodo reijciendum iudicat. [l] Alibi mel Hymettium vnum ex simplicibus theriacam ingredientibus esse scribit, quæ sibi videntur difficulter haberi. [m] Vbi enim de theriacæ compositione, ætate, probatione, dosiq; agit. Oportet, inquit, „ mel esse Hymettium: nam Apes in eo colle Atticæ, quia thymum pascuntur, mel optimum „ conficiunt. Contrà aliàs [n] alibi post optimi mellis signa: Si verò, inquit, abrumpitur (mel) „ nec demissum ad terram vsq; continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut „ anomœomeres. Voco autem anomœomeres (quod sanè & nomen ipsum indicat,) quod „ ἐξ ἀνομοίων μερῶν, id est, ex dissimilibus partibus, est compositum. Deprehendas autem id, „ si diligentiùs inspicias, aut crassitudines, aut humiditates habere innatantes, quę nec inter se „ sint similes, nec etiam toti. Cerosum itaque magis mel est, quod & crassius est, & cui tales „ quæpiam crassitudines innatant. Excrementosius verò, ac perfici concoquiq; difficilius, tum „ quod totum humidum est, tum in quo multæ in partibus sparsæ apparent humoris guttæ:

[l] *Lib. 1. de Antidot.*

[m] *Li. de theriaca ad Pisonem.*

[n] *Lib. 7. Methodi.*

Mel cerosum.

C porrò in quo vel ceræ qualitas aliqua vel propolis, vel id genus aliud gustu deprehenditur, „ adeo non est optimum, vt etiam malum sit: quippe nullam penitus alterius cuiusquam rei „ eminentem in se continere qualitatem debet. Quocirca quod thymum planè redolet, „ non probo: est enim id parum consummatum, nec planè quodam modo mel. Quanquam „ non ignoro à quibusdam id laudari, eoq; fieri, vt nonnulli venditores inciſum thymum il- „ li inijciant, quò id redoleat, videaturq; optimum. Ipse tamen, quod tam improbè thy- „ mum olet, non laudo: multoque minus, si cui iniectum thymum sit. Quod autem confusam quandam qualitatem odore, gustuúe prę se ferat, id non vitupero. Ex quibus Galeni verbis colligere est, thymum nihil vel parum saltem ad mellis præstantiam facere. Si enim Atticum difficulter, vt testatur, haberi possit, quid nocuerit, parum thymi in melle alio probato imponere? eoq; maximè cùm propter thymum, vt ex antè citatis patuit, mel Atticum ipse probauerit? Optimum mel, inquit, Diophanes apud [o] Constantinum Cæsarem, est Atticum, & Attici Hymettion. Bonum est, & quod in Insulis fit. Siculi optimum est Hyblæum. Cretici Acramaumorion, Cyprij Chytrium, Coi Calymnium. Dein hoc insuper addit: Cùm autem omne mel multo tempore resiccetur, Atticum liquidum

Mel thymũ planè redolens reijcitur.

[o] *Li. 15. c. 7*

D permanet, colore autem nigrescit. Hanc itaque ob causam fortassis rectiùs id damnasset Galenus. Nam & [p] Varro Siculum præfert omnibus, quòd ibi thymum bonum frequensq; sit, quo ad mellificium nihil ait esse præstantius. Strabo è Cycladibus, & inter Cycladas Calymnium anteponit omnibus: nimirum propter thymum. Malum quidem mel teste [q] Galeno multam egerit spumam, quo etiam diutiùs coqui debebit. Optimum verò, vt breuissimo tempore coquitur, ita minimum spumę euomit, vnde nec pari ei coctione est opus. Caueri quoq; debet inueteratum, nam hoc omnem suum humorem amittit, qui aliàs immodicum calorem temperare solet. Optimum quale sit mel, postremò [r] Andreas Matthiolus in examine suo simplicium, quæ Theriacam ingrediuntur, scribit his verbis. Mel Galeno probatur, quod in Græcia prouenit, nempe Atticum ex Hymetto monte, & omne ferè aliud, quod in adiacentibus colligitur locis: nihil tamen hoc impedit, cùm in alijs etiam regionibus mel præstantissimum reperiri possit, vt ipsemet fatetur Galenus. Siquidem affertur ex Creta, & alijs quibusdam Ægæi maris insulis, quin etiam ex Dalmatia,

[p] *Li. 3. c. 16.*

[q] *L. 4. de sanit. tu. c. 6.*

[r] *Li. 5. Epi.*

quod omnes mellis optimi notas oſtendit. Sunt etiam in Italia loca quædam, ac pariter E in Sicilia, vbi præſtantiſſimum habetur. Quò fit vt cuiuſuis loci mel ſumi poſſit, ſi tamen notas omnes admiſerit, quæ ſelectiſſimi mellis indicium præbent. Eligatur itaq; bimum. Hoc enim vetuſtiore, ac etiam recentiore, longè præſtantius eſt. Ideoq; aberrant, qui putant vetuſtate mel fieri optimum: amareſcit enim, (vt inquit Galenus) quod veteraſcit, & ingratum guſtui redditur. Sit præterea odoratum, ſapore dulciſſimum, atq; etiam acre, colore pallidum, vel flauum, craſſum ſubſtantia non ſit, ſed ſibi ipſi vnitum, & tanto præditum lentore, vt ſi rude, vel digito auferatur, viſci modo ferè in longum trahatur, antequam ſecedat. Tale enim, quòd fuerit, præſtantiſſimum dici poterit. Sunt improbi ſeplaſiarij teſte [s] Cardano, qui, vt candidius, denſius, ac dulcius mel videatur, farinam milij miſcent: quo nihil eſt nocentius. Eſt enim, inquit Cardanus, fomes morborum, cùm farina illa nunquam concoquatur. Mel, quod mirum eſt, panis intinctu corrumpitur; quamobrem cauendum ne panis vaſis immittatur. Muſcas ante notauimus Atticum mel non attingere, id verò de Scarabeis alij tradiderunt, de quibus facta comparatione [t] Dion Chryſoſtomus ſic ſcribit: Quemadmodum quidam ait Scarabeos in Attica, licet illic mel ſit puriſſimum, illud tamen „ nunquam guſtare neque ſi effundatur, ſed potiùs alium cibum: ita & vos ſermones de vir- F tute virosq; ſapientes non curatis, ſed eſtis hilares, & ad cauillandum omnium facundiſ- „ ſimi.

Mel eligendum quale.

[s] *Lib. 3. de ſanit. tu. cap. 78.*

Mellis adulteratio.

Pane iniecto mel corrumpitur.

Scarabei quæ mella non attingant.

[t] *Orat. 32.*

# DENOMINATA.

Μελιτοπώλης Ariſtophani eſt, qui Latinis mellis venditor dicitur, μελιτοφόρος alijs, qui mel fert, μελιτουργός, Mellarius, Meliturgus, quorum vtroque vtitur Varro: ſicut μελιτουργεῖον locus, in quo mel fit: μελιτουργία ipſa mellificatio, opus mellarij: item mellificium apud Ariſtotelem: μελίπεσις mellis vindemia, cùm mel eximitur. Μελίτρεπτος qui melle nutritur, μελιγαθὴς qui eo gaudet, & ſæpius eo in cibis vtitur. Μελίβρομος, & μελίγηρις, melleum & dulcem ſonitum, aut melleam vocem edens, hoc eſt, ſuauiloquus, ſuauiſonus. Μελίγλωσσος melleas papillas habens, dulcis aſpectu: μελιηδὴς mellis dulcedine præditus, dulcis inſtar mellis, quanquam Hippocrates μελιηδέα ὄινον vocauit, non tantùm G vinum quod ſuaue eſt, ſed etiam quod cum melle miſtum eſt, quod & ipſe μελίχρουν nominat, vt Galenus in Lexico annotauit. De melitite vino, & melicrato, ſimilibusq; cum melle factis potionibus infra dicetur. de quibus quæ in theſauro Græcæ linguæ leguntur, legenda ſunt cum iudicio. μελίπηκτον eſt placenta ex melle, aut opus piſtorium melle conditum: & apud Plutarchum libum melle confectum: opus piſtorium dulciariorum, quale id de quo Martialis:

μελιηδὲς vinum.

Placenta melipectō.

*Mille tibi dulces operum manus iſta figuras*
*Extruit: huic vni parca laborat Apis.*

Melitoma. Melimelū.

Sed de his quoq; poſtea. Eſt & μελίτωμα, opus dulciarium ex melle; Placenta mellita, opus piſtorium melle conditum. Μελίμηλον genus mali dictum à mellea dulcedine: alio nomine γλυκύμηλον, vt tradit [a] Dioſcorides. μελίμηλον, inquit Gorræus, pomum dulce: ſic dictum à melleo ſapore. Sunt tamen, qui melimelum vocant non omne quod dulce eſt, ſed quod natum ex malo inſerta pyro ſylueſtri, aut cotoneo: ex qua miſcella creari dicunt, quę propriè Athenienſes μελίμηλα, hoc eſt dulcia, & mellita poma, nominarunt. Alij melimela Varroni muſtea dici volunt, quod [b] Plinius quoq; videtur ſenſiſſe, cum ait: Muſtea à H celeritate miteſcendi (matureſcendi legunt alij) quæ nunc melimela dicuntur, à ſapore melleo. Melimela tamen non ſolùm natura prouenire, ſed etiam mellis conditura fieri, ac dici alia mala poſſe indicat [c] Martialis hoc diſticho.

[a] *Lib. 1. cap. 162.*

Mala muſtea.

[b] *Lib. 15. cap. 14.*

[c] *In xenijs.*

*Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle*
*Ponentur, dicas hæc melimela licet.*

Quam cuſtodiendorum, & condiendorum Cydoniorum rationem expoſuit [d] Columella, eiusq; condituræ liquorem Melimeli appellari ſcripſit. quo loco pro melimeli [e] Turnebus melomeli legendum iudicat, vt ſucci nomen ſit é cotoneis malis, & melle: nam melimela, inquit, quæ in malorum genere numerantur, nomenq; ex eo ſibi peperere, quòd melleum palato ſaporem præbeant, nihil ad melomeli pertinent, quod è cotonei ſucco, & mellis ſapore temperatum eſt. Μελίλωτος ſiue μελίλωτον, & Latinis etiam Melilotus, & Melilotum, quaſi Lotus melligenus vocatur; vnde & Apum cauſa feritur teſte Plinio. aliàs

[d] *Lib. 12. cap. 45.*

[e] *L. 17. Aduerſ. c. 13.*

Melilotus. Lotus melligenus.

fer-

A sertula Campana dicta. Cunilaginem, inquit [f] Plinius, quæ conyza, melissophyllon, quod apiastrum, Melilotum, quod Sertulam Cãpanam appellamus. Est enim in Campania Italiæ laudatissima, Græcis in Sunio. Coronas ex hac antiquitùs factitatas, inditio est nomen sertulæ: vnde μελιλώτινοι στέφανοι, coronæ ex meliloto. Μελίχρυσοι λίθοι dicuntur [g] Plinio veluti per aurum sincero melle translucente: quos India mittit, quanquam ad iniuriam fragiles. Est & μελιτίτης λίθος, Lapis melitites, qui succum melleum dulcemq; tusus remittit, vt idem [h] Plinius refert his verbis: Melitites lapis succum remittit dulcem, mellitumq; tusus. Et ceræ mistus eruptionibus pituitæ, maculisq; corporis medetur, & faucium exulcerationi. Epinyctidas tollit, & vuluarum dolores impositus velleri. Meminit eiusdem huius lapidis [i] Dioscorides, ὁ δὲ μελιτίτης κατὰ πάντα ἔοικε τῷ γαλακτίτῃ, διαφέρων ἐν τῷ γλυκύτερον ἀνιέναι τὸν χυλόν. ποιεῖ δὲ πρὸς ἃ καὶ ὁ γαλακτίτης. Melitites per omnia Galactitæ similis, hoc tantùm interest, quòd dulciorem succum remittit. Eiusdē, vt Galactites effectus. Μελίκηρις malum est ex melle & cera nomen habens, similiterq; ad tumores pituitæ sub apostematis nomine pertinet. [k] Galenus quid melli simile in meliceridibus inueniri ait, melli,

B inquam, Hymettio, vt ipse habet, quodq; ea membrana secta, non aliter quàm mel è fauis diffluit. Hinc quoq; μελικήρια sanies dicitur, quæ crassior, & glutinosior, subalbida, melliq; albo subsimilis, ex malis vlceribus fertur, ubi nerui circa articulos læsi sunt, vt docet [l] Corn. Celsus: de qua tamen scriptura dubitatur. Dicitur eodem etiam nomine aliud vlceris genus, quod propriè κηρίον appellatum est, vt legitur apud [m] Aetium, similiter & apud [n] Celsum. Neque enim dubium esse potest, inquit Gorræus, quin duæ illæ Meliceridis species, quas Celsus descripsit, sint species τῆς κηρίδος, non autem μελικηρίδος prius descriptæ: quæ apostema est, quæq; dissecta cauitatem vnam habet, & intus vno loco atq; spatio humorem suũ continet, eumq; non multis foraminibus, vt κηρίον, sed vno ore effundit, posteaquam ferro aut medicamento, aperta fuerit. Est igitur τῆς μελικηρίδος nomen æquiuocum, propriè quidem, & frequentiùs tumorem prius definitum significãs, interdum verò vlceris illud genus,

C quod κηρίον peculiari vocabulo appellatur, quodq; à propriè dicta meliceride differt non modò notis prius explicatis, sed etiam, quòd κηρίον non nisi pilosis locis, magisq; ad cutem, μελικηρὶς verò pro more reliquorum abscessuum, in omni musculo possit excitari. Hæc inter alia Gorræus, cui apud Celsum perperam scribi videtur μελικηρία & μελίκηρον. Sed tamen apud [o] Plinium quoque reperitur meliceria, vt vbi de Oxylapatho agit: radice, inquit, melicerias, & lepras curant. At [p] aliàs habet sic: Peculiariter & contra meliceridas efficax: de meliloto loquitur, de quo etiam [q] Dioscorides ait: θεραπεύει καὶ μελικηρίδας. Μελικηρὶς Hesychio est species quædam vitis, & herba. Μελίκηρα Aristoteli est, vt vertit Gaza, fauago purpurarum: lentor cuiusdam ceræ, quem purpuræ verno tempore congregatæ mutuo attritu

D saliuant: quod Plinius cerificare dixit, vt alibi ostendimus. Apud Athenæum μελίκηρα scribitur paroxytonως. Hesychius autem videtur μελίκηρα facere neutrum plurale. Mellini vestimenti meminit Plautus. Dionysius Lambinus eius scholiastes interpretatur, mellei coloris: cęterùm qualis sit iste color, in controuersiam vocari possit. Etenim [r] Plinius agens de coloribus, Melinum quoq;, inquit, coloris candidi species est. Optimum ex Melo Insula: cùm aliàs clarum sit melleum, aut melinum colorem aureum, aut flauum esse. Pliniana certè hæc sententia Marcellum, & Brasauolam imposuit, qui inde hyperico, cuius florem melino colore Dioscorides esse prodidit, albos flores tribuendos esse existimabant, haud satis aduertentes Melinum Plinio, non à melle, sed à Melo insula nominari. Multis enim plantis Dioscorides melinum colorem in floribus tribuit, quos sanè aureos esse omnes norunt, vt ranunculi, fertulæ Campanæ, hieracij, peucedani, conyzæ, alterius nympheæ, buphthalmi, gallij aliarumq; multarum. Color iste insuper μελίχροος siue μελίχρως, & μελίχρωος dicitur. Vocatur & μελίχρως, vt colligitur ex [s] Plinio dicente. Colos appellauit χρυσόλιθον, aureum, χρυσόπρασον, herbaceum; melleum μελιχρῶτα: quamuis plura eius genera sint. Μελίχλωρος etiam mellis instar flauus est, [t] Theocrito dicenti:

— Σύραν καλέοντι τὸν πάντες,
Ἰχνάν, ἁλιόκναυστον. ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

Vnde [u] Lucretius de amatorum miserijs, qui amasiarum vitia extenuant.

*Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe.*
*Nigra, μελίχροος est, immunda & fœtida, ἄκοσμος.*

Qui locus facit, vt Scholiastem legisse putem μελίχλωον, cùm exponat ἐοικυῖαν κατὰ τὸν χρῶμα μέλιτι. Μελίχλωρος porro est gemma apud [x] Plinium, quam gemini coloris esse tradit. μελιτόεις, & μελίτηρος melleus, mellitus, & vt Plinius quoque vertit, melligenus. Μελίφυρτος melle mixtus, μελίφρων, qui mellea dulcedine animum perfundit & oblectat:

de quibus

Sertula Cãpana.
[f] *Lib. 21. cap. 9.*
Coronæ ex meliloto.
[g] *Lib. 37. cap. 9.*
Melitites lapis.
[h] *Lib. 36. cap. 19.*
[i] *Lib. 5. cap. 151.*
Meliceris qui morbi.
[k] *Lib. 3. de tum.*
Meliceria cur sanies dicta.
[l] *Li. 5. c. 26.*
[m] *L. 6. c. 68.*
[n] *Li. 5. c. 28.*
Meliceris vox est æquiuoca.
[o] *Lib. 20. cap. 21.*
[p] *Lib. 21. cap. 20.*
[q] *L. 3. c. 48.*
Fauago.
Cerificare.
Mellinum vestimentũ
Melleus color.
[r] *L. 35. c. 7.*
Marcellus & Brasauola decepti.
[s] *L. 37. c. 11.*
[t] *Eidyll. 10.*
[u] *Lib. 4.*
[x] *L. 37. c. 11*

Mellona dea. [y] *Lib.4.contra gentes.* Mellaria vrbs. [z] *Plin.lib.3 capit.1.*

de quibus & alijs conſule theſaurum linguæ Græcæ, ex quo iſthæc excerpſimus. Mellona, vel vt [y] Arnobius legit, Mellonia, erat mellificationis dea: de qua ille ſic: Mellonia dea eſt, pollens, potenſque in Apibus, mellis curans cuſtodienſque dulcedinem. Dicite ſi omnino non eſſent Apes, dea Mellonia non eſſet &c. Mellaria Plinio, Pomponio, & Antonino, vrbs Hiſpaniæ Bæticæ, in littore freti Gaditani, Ptolomæo corruptè μεγραλία, & μηλάρια Stephano. Stephanus Aqueus à mellis copia dictam ſcribit: vnde forte Morali Beiar de la miel nominatur.

## VSVS IN SACRIS.

[a] *Lib.3.c.16* [b] *L.28.c.27* Mel multorum fuit ſymbolũ. Leontica ſacra. Saturnus melle conſopitus. [c] *L.4.de præpar. Euang. cap.3.*

MARCVS [a] Varro de melle loquens, dulciſſimum quod eſt, inquit, Dijs & hominibus eſt acceptum, quod fauus venit in altaria &c. [b] Cælius notauit Theologis priſcis multorum ſymbolum fuiſſe mel, quoniam ex pluribus conſtet poteſtatibus. Nam vbi ſacris initiabatur (quæ Leontica vocant) quis, aquæ loco in manus mel affundebant, ab omnibus noxijs ſceleribuſq; ac triſtitiam inferentibus ſic expurgari arbitrantes. Linguam item melle detergebant ab omni peccati labe. Apud Orpheum Saturnus ab Ioue mellis appetitur inſidijs; Inde enim conſopitur, velut temulentus: ſicuti apud Platonem Porus nectare oppletus. Quo innuitur per voluptatem illam eſſe oblaqueatum, qua & ad generationem producantur diuina. Quantoperè autem Dij mellis libatione gauderent, innuit Apollo apud [c] Euſebium Pamphilum:

*——Mel verò Nymphæ atque liquentia vina*
*Offerri latantur, ac ignem accendier aris*
*Quæ circumuolitant terram ſibi numina quærunt*
*Imponiq; atrum corpus, tum thura ſimulq;*
*Inijcier ſalſas fruges, & dulcia mella.*

[d] *In Ephemerid.*

Idem innuit [d] Auſonius.

*Nec thus cremandum poſtulo*
*Nec liba cruſti mellei*
*Foculumq; viui ceſpitis*
*Vanis relinquo altaribus.*

Libum vnde fieret. Mel Baccho ſacrificatum. [e] *Li.2.Car. Ode.18.*

Libum autem illud fiebat ex farre, melle, & oleo. Μελίσπορδος libamentum mellis eſt. Sacrificabant autem mella in primis ex fauis & examinibus Baccho, quæ ex arboribus erant extracta. Atque hoc eſt quod dicebat [e] Horatius:

*——Euæ parce Liber*
*Parce graui metuende tyrſo.*
*Fas peruicaceis eſt mihi Thyadas,*
*Viniq; fontem, lactis & vberes*
*Cantare riuos, atque truncis*
*Lapſa cauis iterare mella.*

De Baccho quoque canebat Tibullus:

*Sic venias hodierne tibi dem thuris honores,*
*Liba & Mopſopio dulcia melle feram.*

Bacch⁹ cur Bryſeus vocatus. [f] *Lib.3.Faſt.*

Bacchum nonnulli Bryſeum appellatum putant ab antiquo verbo βρύω, quod eſt Scaturio, quia ſcilicet mella ex aluearibus, vel vinũ ex vuis exprimere primus docuerit. [f] Ouidius non tantùm mellis inuentorem facit, ſed mel quoq; ei ſacrificari ſcribit his verſibus:

*Nomine ab authoris ducunt libamina nomen*
*Libaq; quod ſacris pars datur inde focis.*
*Liba deo fiunt: ſuccis quia dulcibus idem*
*Gaudet, & à Baccho vina reperta ferunt.*

Ægyptijq; mel comederent. [g] *L. de Iſid. & Oſir.* [h] *In Eliacis.* [i] *Li.3.c.12.* [k] *Lib.13.*

Ægyptij cùm feſtum Mercurij celebrarent edebant mel & ficus, vt innuerẽt veritatem dulce quid eſſe, vt ſcripſit [g] Plutarchus. Eleos verò Dianæ in Prytaneo monte ſacra facientes ſcribit [h] Pauſanias, thura & melle ſubactum triticum adoleuiſſe, & aras oleagina fronde velaſſe, vinoq; in libando vſos eſſe. In Aſopo, in æde Eumenidũ, niſi mulſo libare, & pro coronis flores vſurpare, licuiſſe legimus apud [i] Alexandrum ab Alexandro. Pluto quoq; melle placabatur, vt meminit [k] Silius Italicus cùm canit:

*Duc prædicta ſacris duro placamina Ditì*
*Mella ſimul tecum & puri ſer dona Lyei.*

Et paucis interiectis:

*Ordine*

A *Ordine mactari pecudes iubet. Acer operto*
*Ante omnes taurus Regi &c.*
*Fundunt mella super, Bacchiq; & lactis honorem.*

Placenta Cerbero cur oblata à mortuis.

Dabant etiam mellitam placentam mortuis, vt eam Cerbero offerrent, vt & ipse placaretur: vnde legitur apud Suidam: ἴσον ὅτι μελιτῶττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς εἰς τὸν Κέρβερον. Ita Sybilla apud [d] Virgil. cum Aenea, ad inferos descendens, ne à Cerbero offenderetur:

[d] *Li. 6. Aen.*

*Melle saporatam & medicatis frugibus offam*
*Obijcit.*

Virgilius emãdatus.

Ita autem legere malim cum Turnebo, quàm soporatam, vt omnes passim codices habent, nulla enim in melle soporandi facultas. At enim Maro intelligit, inquiunt, qui soporatam legunt, non tantùm melle soporatam offam esse, sed & medicatis frugibus. Sed non se expediunt. Esset enim necesse ista ratione vim etiam in melle soporiferam, & ex copulationis natura & conditione esse dicere. Nam Maro offam soporatam esse melle, & soporatam esse medicatis frugibus dicens, sic mandragoræ vim aut papaueris in melle poneret, quod aspernatur ratio, medicina improbat. Nunc itaq; rationi, cui qui aduersatur, se & poëtam insciticæ condemnat, addi potest, quod in peruetusto Prisciani libro saporatam scriptũ

B reperit idem Turnebus. Accedunt præterea alia quę sic legendum esse suadent. Melle enim veteres in omni dulciario opere vtebãtur, vt nos saccharo, illiusq; condimento saporis gratiam palato parabant, & quę tristioris erant & amarioris saporis, melle, quò minus offenderentur, condiebant, & imbibebant, sic medicamentorum virus emendabãt; vt ex hoc [m] Lucretij in primis constat:

Mellis vsus ad dulcorandum.

[m] *Lib. 1.*

*Sed veluti pueris absinthia tetra medentes*
*Cùm dare conantur, prius oras pocula circum,*
*Contingunt mellis dulci flauoq; liquore.*

Sic Maga apud [n] eundem Virgiliũ papauer oblinit melle, vt auidiùs liguriatur à serpente.

[n] *Li. 4. Aen.*

*Spargens*, inquit, *humida mella soporiferumq; papauer.*

Humidum hic dixit mel, non soporiferum. Ex quo facilè prior lectio restituitur. Vt enim hîc mel ad condimentum papaueris adhibetur: sic illic ad gratiam saporis adijci medicatis frugibus, id est, papaueri & alijs id genus dubitandum non est. Quod si beneficium soporis in melle inesset, quid alijs frugibus opus esset? Saporata igitur offa dicitur, & medicatis frugibus, non quòd frugibus saporata sit, sed hoc dictum accipio, vt

C *Ille Quirinali lituo paruaq; sedebat*
*Succinctus trabea.*

Saporata offa cur dicatur.

non enim succingi poterat lituo: sic *Domus sanie, dapibusque eruentis.* Quo genere loquendi Maro vtitur. In multis tamen codicibus, non me præterit, & medicatam frugibus, reperiri. Quod Pierius adnotauit; & nostram sententiam magis confirmat. Nam si frugibus medicata sit, non erit soporata melle. Apud [o] Valerium Flaccum etiam Medea melle venena temperat, & condit ad draconis epulas, inquiens:

[o] *Lib. 1. Argonaut.*

*Et dabat hesterno liuentia mella veneno.*

Venena melle temperata.

Reis etiam venenum potaturis, simul cum eo mella mixta offerebant. [p] Ouidius de Socrate morituro:

[p] *In Ibin.*

*Vtque duobus idem dictis mihi nomen habentê*
*Præfocent animæ Gnosia mella viam.*
*Solicitoq; bibas, vultu, doctissimus olim*
*Imperturbato quod bibit ore reus.*

D Sed & Turnebi causam in primis adiuuat, quod mellita placenta, vt diximus, mortuis dari solet, qua Cerberum placarent. Denique [q] Septimius Florens, & Ammianus, qui pœticis vocabulis delectantur, saporare ex isto Maronis loco sumpsisse videntur: quorum ille sic scri

[q] *Lib. 3. de Spectac.*

» bit. Nemo venenum temperat felle, & elleboro, sed conditis pulmentis & bene saporatis,
» & plurimùm dulcibus id mali inijcit. Et iste: in vita visi sunt sua asperi, vt neq; igni, neq;
» saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cuiusuis pecoris
carne vescantur. Verùm vt vnde digressa est, reuertatur oratio, alijs præterea Dijs offæ mel-
» litæ, aut placentæ offerebantur. [r] Pausanias de Sosipoli Eliacorum genio. Ad Cronij mon-
» tis, inquit, radices, Septentrionem versus, medio inter montem & thesauros spatio, Lucinæ
» fanum est. In eo Sosipolis patrius Eleorum genius certis celebratur honoribus. Ipsam certè
» Lucinam Olimpiam cognõminant: quæq; ei sacra faciat, annuam sacerdotem deligunt. At
» anus ea, quæ Sosipolin placat, Eleorum ritu operatur: piamina infert, & apponit deo melle
» subactas offas. In antica sanè templi parte est Lucinæ ara, & ad eam duplex hominibus adi-
» tus. Foris Sosipolis colitur: neq; ad eum aditus patet cuiquam, præterquam vni illi sacri-

[r] *In Eliacis.*

Sosipoli deo mellitæ placẽtæ oblatæ.

Lucina Olympia.

ficulæ,

Liba Priapo oblata. ficulæ, quæ capite & facie candido textili velata, ad numinis ſimulacrum accedit &c. Priapo E hortorum deo liba offerebant, vnde apud [s] Calphurnium legimus:

[s] *Eglog. 2.*

*Nos quoq; pomiferi Laribus conſueuimus horti*
*Mittere primitias, & figere liba Priapo*
*Rorantes fagos damus & liquentia mella,*
*Nec fore grata minus, quàm ſi caper imbuat aras.*

[t] *Eglog. 7.* Et apud [t] Virgilium ait Thyrſis.

*Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis*
*Expectare ſat eſt: cuſtos es pauperis horti.*

Terminalia feſta. In terminalibus feſtis, quę menſe Februario celebrabantur, ara Deo Termino ſtatuebatur à dominis vtrimque: ligna conciſa foco imponebantur: igni fruges caniſtro inſpargebantur: puella fauos porrigebat; alij & vinum. Numę lege nullum animal immolabatur: vt Plutarchus & Halicarnaſſeus tradidere. [u] Ouidius tamen porcam, & agnam ſacrificari ait his verſibus:

[u] *Lib. 2. Faſtorum.*

*Termine, ſiue lapis, ſiue es defoſſus in agro,*
*Stipes ab antiquis, tu quoq; nomen habes.* F
*Te duo diuerſa domini de parte coronant,*
*Binaq; ſerta tibi, binaq; dona ferunt.*
*Ara fit hîc: igni curua fert ruſtica texta*
*Sumptum de tepidis ipſa colona focis.*
*Ligna ſenex minuit, conciſaq; conſtruit arte,*
*Et ſolida ramos figere pugnat humo.*
*Tum ſicco primas irritat cortice flammas*
*Stat puer; & manibus lata caniſtra tenet.*
*Inde vbi ter fruges medios immiſit in ignes*
*Porrigit inciſos filia parua fauos,*
*Vina parant alij, libantur ſingula flammis*
*Spectant, & linguis candida turba fauet.*
*Spargitur & cæſo communis terminus agno,*
*Nec queritur lactens, cùm ſibi porca datur.*
*Conueniunt, celebratq; dapes vicinia ſupplex;* G
*Et cantant laudes Termine ſancte tuas.*

Idem teſtatur Horatius, dum ait:

*Vel agna feſtis cæſa Terminalibus.*

Ambaruale ſacrum. Prudentius Terminum cingi faſcijs ſolitum, & rogari pulmone Gallinæ ſcribit. Fuit & Ambaruale ſacrum, quo maturis frugibus, cùm lacte, vino, fauo libatum fuiſſet, porca grauida, aut vitula immolabatur, velut & Cereri porca præcidanea, priuſquam ſeges meteretur.

[x] *Sympoſ. quæſt. 5.* [x] Plutarchus author eſt Græcos nephalia, id eſt, ſobria, & libationes melleas Dijs offerre, quòd vino maximè aduerſam naturam mel habeat. Athenienſes nonis Iulij Oſchophoria celebrant: in quibus oleæ ramum, paneficio, cotyla mellis, & fructuum primitijs onuſtum, per ingenuos pueros appendebant ciuitatis, vt ſcribit [y] Alexander ab Alexandro. Suidas dicit ὀσχοφόρια feſtum ramorum, quæ ὄσχα vocantur, ſic dictum Latinè, & ὀσχοφόρος duos iuuenes ingenuos, & diuites, qui ſcilicet Mineruæ ſacros eos ramos ferebant, tanquam ramigeros. Mortuis quoque mella infundebant Græci, Achilles in Patrocli funere apud [z] Homerum multa animalia mactat, ijſq; excoriatis infundit mellis, & olei amphoras, atque ita cremat. Et Iphigenia apud [a] Euripidem inquit. H

Nephalia cur dijs oblata.

Oſchophoria.

[y] *Lib. 3. cap. 18.*

Mortuis mella infuſa.

[z] *Iliad. 10.*

[a] *In Iphig. in Tauris. act. 3.*

Πολύιτε γὰρ σοὶ κόσμον ἐνθήτω τάφῳ
Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάλως,
Ξουθῆς μελίσσης εἰς πῦρ ἐμβαλῶ σέθεν.
*Sed multo tum ornatu decorabo tumulum*
*Et Apis populatricis montium*
*Liquorem floreum tuo infundam rogo.*

Babylonij corpora ſua in melle ſepeliebant, cùm vt à putredine tuerentur, tum etiam, vt innuerent animum omni dulcedine mitigandum eſſe, atque amoliendam omnem acerbitatem, & amaritudinem, cauendumq; ne quid admittatur; quod inquinet eum, exulceret exaſperatúe, deniq; corpus exercitandum eſſe, ne otio putreſcat. Contrà mel erat apud Græcos ſymbolum mortis, vt fel vitæ, vnde mellis libamina terreſtribus infundebantur, quoniam per voluptates obrepat animæ mors, quæ per amaritudinem reuiuiſcat: nam & Dijs offere-

batur

A batur fel, aut quia mors laborum meta est, quibus exuberat vita. Solebant ad hæc veteres Calendis Ianuarij mella, caricas & caryotides, tum Deo, tum amicis elargiri, vt dulces noui anni dies à dulcibus auspicarentur: at non vescebantur modò melle, sed condita eo etiam potabant vina, vt innuit [b] Ouidius, dum canit:

Dulcis anni votum.

[b] *Lib. 1. Fasto.*

*Quid vult palma sibi, rugosaq; carica, dixi,*
*Et data sub niueo condita mella cado.*
*Omen ait causa est, vt res sapor ille sequatur*
*Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.*
*Dulcia cur dentur; video, stipis adÿce causam*
*Pars mihi de festo ne labat vlla tuo.*
*Risit: & ô quam te fallunt tua sæcula, dixit,*
*Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas.*

Nuptiarũ ritus.

In nuptiali cęna papaueris succum cum lacte & melle dilutum exhibebant, vt idem quoque nobis [c] Ouidius testatur, canens:

[c] *Li. 4. Fast.*

*Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer*
B *Sumere & expressis mella liquata fauis.*
*Cùm primùm cupido Venus est deducta marito*
*Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.*

Hæc autem robur addere ad res Venereas docuit princeps Auicenna. Quemadmodum itaque apud gentiles mel Dijs oblatum gratissimum fuit, & in multis, quorum aliqua enarrauimus, festis fuit vsus; ità è contra verus noster Deus eius oblationem non tantùm non admisit, verùm etiam, vt sacræ litteræ attestantur, prohibuit, quod ex ethnicis tetigit quidem [d] Plutarchus de Iudæis loquens, sed veram rationem minimè assecutus ait: Porro mel sacrificijs non adhibent: quòd de eius admixtione vinum corrumpi videatur, eoq; libabatur, & ebrietas parabatur, antequam vitis extitisset. Opinabatur autem Plutarchus Iudęos Bacchum colere, eiq; sacrificare: vnde subinde addit: Bacchum autem à Iudæis coli, id quoque argumento non leui est, quòd inter multas pœnarum formas vna maximè odiosa est qua vino interdicitur damnatis ad certũ tempus &c. Cæterùm cur melle sacrificari noluerit Deus, iam exponamus. Omnis oblatio, inquit scriptura, quæ offertur domino, absq; fermento fiet, nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificium domino. Quo loco Isychius: Nihil communionis, inquit, vult habere doctrina Dei cum exteriori scientia. Quòd enim fermentum alienam doctrinam appellat, apertè ipse dominus docuit, dicęs [e] discipulis suis: Attendite à fermento Pharisæorum, & Sabducæorum. Ipsis autem ignorantibus, quæ dicebantur, addidit. Necdum intelligitis neq; cognoscitis, quia non de panibus dixi vobis. Et tunc cognouerunt, quia de doctrina Scribarum & Pharisæorum dixisset. Mel verò paganorum doctrinam intelligi, propter suauitatem verborum, & dulcedinem eloquij: [f] Solomon in prouerbijs docet, dicens: Non respicies ad mulierem meretricem. fauus enim destillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara, quasi absynthium. Nouissima autem quæ? quando videlicet inter veram sapientiam & fictam, falsoq; vtentem nomine, discernere cæperis. Nam licet Ecclesiæ in [g] Canticis Canticorum dicat, *Mel & lac sub lingua tua*; non contradicit præsentibus, sed & valde consentit. Neq; enim dixit in lingua tua, sed sub lingua, vt ostenderet, quia paganorum sapientia, & Iudęorum litera, linguæ Ecclesiæ, id est doctrinæ subiecta est. Ergo horum non vult integram Deo doctrinam offerri. Hæc Isychius. Alij dicunt mel in dei sacrificijs non offerri, quia apud illum nihil voluptuosum, nihil suaue huius mundi placet. Nihil enim, quod non habeat mordacitatis aliquid, veritati acceptum est: vnde & Pascha cum amaritudine manducatur. In quo sensu D. [h] Hieronymus in Epistola ad Eustochium de acceptis muniD sculis: Parua specie, inquit, sed caritate sunt magna, munera accepisse à virgine, armillas, epistolam, & Columbas: & quoniam mel in Dei sacrificium non offertur, nimia dulcedo arte mutata est, & quadam, vt ita dicam, piperis austeritate condita. Apud Deum enim nihil voluptuosum, nihil tantum suaue placet, nisi quod in se habet mordacis aliquid veritatis. Pascha Christi cum amaritudine manducatur. Tetigit hoc quoque D. [i] Ioann. Chrysostomus his verbis, loquens de D. Ioanne Baptista: Locustas & mel quoque ipse comedebat, non domesticum, sed syluestre, inter feras, inter bestias, non in domo, non in Ecclesia, sed extra ecclesiam. Syluestre enim mel deficiebat in lege, vnde & mel nunquam in sacrificijs oblatum legimus. Miretur aliquis & dicat. Quare cùm oleum, cùm simila, cùm aries, cùm agnus, cùm sanguis pecudum, cùm cætera offeruntur in sacrificio Dei, mel tantùm non offerretur? Deniq; quod dicit: Et quodcunq; offertur, sale conditum offertur in sacrificio: & sermo

Mel cur Deus sibi sacrificari noluerit.

[d] *Li. 4. Sym pos. quæst. 5.*

[e] *Matt. 16.*

Mel paganorum doctrinam notat.

[f] *Prouer. 5.*

[g] *Cant. 4.*

Quæ Deo placeãt offerri & quę non.

[h] *Epist. 19.*

[i] *Homil. 2. in Marc.*

Mel voluptatis inditium. fermo veſter ſit ſale conditus. Mel penitus non offertur. Mel ſanè voluptatis inditium eſt, E
& ſuauitatis: ſemper enim voluptas mortificat; ſemper voluptas Deo non placet: quodcunq; dulcedinem habet, in dei ſacrificijs non offertur. Mel quidem ipſum videtur dulce eſſe, & ſenſum ſuauitate demulcens, ſicut & voluptas, ſicut & libido, ſicut & laſciuiæ. Mel videtur quidem hinc inde confectum eſſe de floribus, ſed ſi reſpicias inter ipſos flores & cadauera, & putredines habebũt, & cætera iſtiuſmodi. Ergo mel non ſolùm de floribus, ſed &
de quocunque voluptuoſo eſt. Videtur quidem ſuaue eſſe, ſed ſi diſcrimen reſpicias, mortiferum eſt. Hucuſque Chryſoſtomus. Quomodo verò mella Deo offerre poſſimus, ſic tra-

Mel vt Deo offerri poſſit. dit [k] Rodulphus Flauiacenſis: Mellis quoq; primitias Domino offerre poſſumus, cùm (verbi gratia) ſimplici oculo edendi vſum ſuſcipientes, vt ſcilicet ad domino ſeruiendum vires
corpori præbeamns, repentè in voluptatem lapſi, gulæ deſiderio ſatisfacimus. Inde igitur
venalis iſte reatus eſt, quod rectum noſtræ intentionis propoſitum, infirmitas humana detorſit in vitium. Quòd ſi quis infirmior animi deſtinatione licitis vtatur voluptatibus, & delicatioribus cibis ſe aſſueſcens, gulæ illecebris ſeruiat, ſi eaſdem delicias ſuas indigentibus
communicet, quaſi de melle offert domino munera: quæ tamen ſuauitatis odorem nequa- F
quam domino exhibeant, ſed reatum diſſolutionis illius vtcunq; excuſent. Non enim magni eſt elymoſina meriti, quæ ex ſuperabundanti, & cum nimia deliciarum reſolutione tribuitur. Illa omnino, illa accepta eſt, quæ ſic indigenti conſulitur, vt & tribuentis nonnulla
indigẽtia ſubſequatur. Et fermenti itaq; & mellis primitias domino, muneraq; offerrimus,
cùm quædam noſtra reprehenſibilia, bonis ſuis principijs coram domino humiliter excuſamus, & ſi quid perperam conſummauimus, poſtea in vſum virtutis conuertentes, culpam
præcedentem boni operis ſubſequentia tegimus. Neq; fermentum, neq; mel coram domino ponitur in altari: quia quod vitioſum eſt, nunquam à domino poterit approbari. Cæſar
Baronius S.R.E. Cardinalis Claudium quendam prius Chriſtiani nominis hoſtem, ac ini-

Antiquus baptizandi ritus. micum, cùm à Caio Pont. Max. fidei Chriſtianę initiaretur, obtuliſſe Deo ſacrificium ſcribit, & conſecraſſe corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & lac & mel, & fontem.
Aitq; ſe hæc ipſa verba reddidiſſe ex Actis ipſis, quo illius Eccleſiæ conſuetudinis vſus, cu-

[l] *De coron. milit. cap. 4.* ius meminit [l] Tertullianus, eiuſmodi relinquatur teſtatus exemplo. Ille quidem recenſens
antiquas in Eccleſia catholica præſcriptas conſuetudines, cùm de baptiſmatis ritibus locutus eſt, addidit: Inde ſuſcepti lactis, & mellis concordiam præguſtamus &c. Typum quidem G
hæc gerebant, quod per baptiſmi gratiam, qui antea erant filij iræ, habitantes (vt ait pſalmus) in terra deſerta, loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis: per baptiſmum terram illam promiſſionis viderentur ingreſſi, quam lacte, & melle manantem, præ ſui excellentia, diuina
ſcriptura nominare conſueuit.

# MORALIA.

Teſtamentum nouũ & vetus p mel & fauũ notantur. MEL & fauus apud theologiæ doctores plura ſignificant. Simul poſita vtrũque teſtamentum adobumbrant, vt habemus apud Caſſiodorum exponentem hæc verba diuini Pſaltis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, „
ſuper mel & fauum. Spiritualibus, inquit, delicijs magna vbertate ſaginatus populus beatus exclamat. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. „
Dicendo, quàm magnam quidem dulcedinem ſibi eſſe profeſſus eſt, ſed
nunquam lingua potuiſſet exprimere. Nam, cùm omnis guſtus ſapiat in palato, conſyderandum eſt hîc, quare dixit, *Faucibus meis*. Fauces enim ſunt gutturis noſtri via, vbi iam deglu- H
tita dulcedo nulla ſentitur. Sed quia de eloquijs domini erat abſolutè dicturus, mirabiliter
illam partem poſuit, vt cito ad cordis noſtri penetralia peruenirent. Eloquia enim Domini
non in palato ſapiunt, ſed magis cùm fuerint deglutita, dulceſcunt. Super mel & fauum ori
meo. Mel ad vetus, fauus ad nouum pertinet vtiq; teſtamentum. Nam licet vtraq; ſint dul-

Mel eſt aperta doctrina ſapientiæ. cia, tamen faui ſapor eſt ſuauior, quia gratia nouitatis maiore cumulatur. Poteſt etiam per
mel intelligi aperta doctrina ſapientiæ, per fauũ verò, quæ in quibuſdam profundis cellulis
probatur eſſe recondita. Quod vtrumq; in ſcripturis diuinis non eſt dubium reperiri. Addidit, *ori meo*, quando reuera ipſam ſapientiam, quam faucibus deglutiuerat, ore prædicabat.

Fauus eſt allegorica doctrina. Significat præterea fauus etiam allegoricam locutionem, iuxta illud: Comede fili mi mel, „
quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ, quã, „
cùm inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit. Vbi D. Hieronymus hoc „
pacto ſcribit, Patet facillimè, quare doctrinam ſapientiæ, melli comparet & fauo, quia ni-

mirum,

A mirum, sicut illud cibis, ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præstat. Sed hoc inter vtriusque significantiam distat, quia mel, quod in promptu est ad comedendum, mortalem literæ superficiem insinuat: fauus autem, in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figuratè denunciat, vt subducto literæ velamine, suauitas sensus spiritualis aliquanto cum labore, vel mora percipiatur. Hæc ille, & rursus ad illa[a] verba. *Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim destillans labia meretricis:* Rectè, inquit, sapientia huius mundi, atq; concupiscentia eius, fallax mulier dicitur, quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborum, dum demulcet, à Deo meretricari facit, & de vana spe præsentis sæculi deceptos fallit. Aliter. Cùm in ore hæreticorum dulcedo eloquentiæ, non ad sufficientiam solummodo, verùm etiam ad superfluitatem resonat, ob id falsitas, quia aptè proferri cernitur, veritas à stultis existimatur. Et eodem in libro scriptum est. [b] *Fauus mellis, verba composita, dulcedo animæ, sanitas ossium.* Multi, inquit idem Diuus Hieronymus, per eloquentiam possunt amantibus, & fauentibus suauiter pronunciare bona, quæ ipsi non amant, ea autem solùm verba ad sanitatem ossium tuorum, hoc est, ad virtutum tuarum spiritualia incrementa proficiunt, quæ ex interna

B animæ tuæ dulcedine procedunt. Et rursum alio in loco, inquit. *Anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet.* Hoc est, Anima diuitum, vt idem ait Hieronymus, qui habent consolationem suam, & quibus dicitur à domino: *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis, spernit auditam cælestis regni dulcedinem.* Anima autem eorum, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, etiam aduersa sæculi pro domino, imo etiam ipsam mortem perpeti, dulce habet sciens se per poculum amaritudinis, ad gaudia perpetuæ salutis esse venturum. Et Diuus Ambrosius, exponens illud Psalmistæ: *Quàm dulcia faucibus meis verba tua, super mel & fauum ori meo.* Et bene, inquit, dulcia, quibus prædicatur remissio peccatorum, vitæ perennitas, resurrectio etiam defunctorum, quæ perpetuæ mortis, & acerbæ, amaritudinem temperant. Per hæc, mortem cœpimus non timere, qui cœpimus dicere. *Vbi est mors victoria tua?* Et bene faucibus dulcia, eò quod intimis infusa visceribus gratia spiritualis sit. *Super mel & fauum*, inquit, *ori meo dulcia.* Et ideo, quia nobis dulcia verba tua esse cœperunt, dicit ad Ecclesiam: *Fauum destillant labia tua sponsa.* Qui sit fauus, doce nos Salomon. Tu enim dixisti: *Fauus mellis, sermones boni.* Et verè bonus fauus, quem manducat Eccle-

C sia, multorum prophetarum, velut Apum spirituali vbertate congesta melle, redolentem. Hoc est mel, de quo ait. *Manducaui panem meum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* Mysticus sermo cælestium scripturarum sicut panis est, qui confirmat cor hominis, velut fortior cibus verbi. Suauorius autem ethicus dulcis, & mollior, eò quòd Ethica prædicatione, mentis interna mulcentur. Amara febribus, id est, pœnitentia delictorum, miti corda sermone dulcescunt. Stillant mel labia prædicantis quando collisa duris casibus, vel ruinis, lapsæ animæ membra refouentur. Est etiam vis feruentior verbi, sicut & vini, &c. Et paucis interiectis, Rectè ergò, inquit, sponsæ dicitur: *Fauum destillant labia tua, mel & lac sub lingua tua.* Os enim iusti destillat sapientiam, de ore iusti suauitatis, & misericordiæ mella procedunt. In ore iusti nullus dolus, nulla fallaccia, nulla est amaritudo peccati. Audit Ecclesia verba iusti, audit plebs Dei præcepta sapientis, de-

D lectatur alloquij suauitate, moralis disputationis iocunditate mulcetur, dicens: *Quam dulcia faucibus meis verba tua super mel & fauum ori meo:* quia mel Apum ad horam delectat, sed citò sapor eius euanescit, & plerunque viscera vitiosa lædunturr: verborum autem mortalium, etsi pungunt mella, non lædunt. Cognosce tamen cui illa credantur. Scriptum est enim. *In aurem insipientis nihil dicas, ne quando irrideat prudentes sermones tuos. Euomet enim, & reijciet sermonem tuum stultus, qui eius non potest sentire suauitatem.* Et Diuus Augustinus exponens eundem Psaltis locum, *Et dulciora super mel & fauum.* Et siue (inquit) quisque iam sit mel, qui iam solutus vinculis huius vitæ, expectat diem, quo veniat in epulas Dei, siue adhuc sit fauus, vt quasi cera circumplicetur hac vita, non huic concretus, sed implens eam cùm opus sit aliqua pressura, non opprimentis, sed exprimentis manus Dei, qua de temporali vita in æternam eliquetur, dulciora illi sunt iudicia Dei, quàm sibi ipsi est, quia super mel & fauum illi dulciora sunt. Et exponens illud eiusdem Psalmistæ: *Quàm dulcia faucibus meis verba tua* (vel quod de Græco expressius) *eloquia tua super mel & fauum ori meo.* Hæc est, inquit, illa suauitas, quam Deus dat, vt terra nostra det fructum suum, vt bonum verè benè, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritualis delectatione faciamus. Nonnulli sanè codices non habent fauum, sed plures habent mel, Melli autem est similis aperta doctrina sapientię, fauo verò occulta doctrina sa-

[a] *Prouer. 5.*

Fallax mulier quæ in sacris dicatur.

[b] *Proue. 16.*

Os iusti destillat sapientiam.

pientię, quę de abſtruſioribus ſacramentis, tam de cellis cereis ore diſſerentis, velut man- E
dentis exprimitur, verùm ori cordis, non carnis eſt dulcis. Chriſtus poſt reſurrectionem ſpe-
Chriſtꝰ cur mel comederit, & piſcem aſſatum. ctantibus diſcipulis ſuis de piſce aſſato, & fauo mellis comedit, vt Luc. 24. ſcriptum eſt: non φυσικῶς, inquit, Theophilactus, quoniam cibo amplius non indigebat, ſed ὁ οἰκονομικῶς, nempe, & reſurrectionis, & veri ſui corporis confirmandi gratia. Fauus autem ille ex Apibus interprete Theophilacto, γλυκέων τῶ θεῶ λογίων, id eſt dulciſſimorum oraculorum diuinorum fuit ſymbolum. Nam vt κηρίον κηφωνῶδες, fauus ex Fucis, ſapientiæ Græcanicæ, ita κηρίον μελίσσιον ſapientiæ diuinæ eſt ſymbolum. Origenes ad ea verba: *Butyrum & mel comedet*. Quomodo, inquit Chriſtus prophetatur butyrum, & mel comeſturus? Si hoc fuerit expoſitum, domino tribuente, rurſus ea quæ ſequuntur, aliam nobis ingerent quæſtionem. Vtinamq; omnes faceremus illud, quod ſcriptum eſt: *Scrutamini ſcripturas*. Plura ex corporalibus cibis nominata ſunt in ſcripturis pro eſcis ſpiritualibus. Quaſi modo nati
Lac rationabile & deſiderabile. paruuli rationabile ſine dolo lac deſyderate. Ergo & ſine dubio lac rationabile. Et oportet nobis iſtiuſmodi lac quærere. Rurſum in prouerbijs de Melle ſcriptum: Mel inueniens, comede quod ſufficit, ne fortè plenus euomas. Non curauit Spiritus ſanctus de melle iſto, quod notum eſt, ne fortè plus comedamus? Sed ſciens vtique Spiritus ſanctus mel F
Prophetæ Apes. ſpirituale, ait: *Mel inueniens comede quod ſufficit*. Quid autem ſentiens ſpiritus Sanctus præcepit nobis, vt ſi inueniremus mel (inuenibile eſt ſiquidem mel) comedamus? quid ſufficit? *Vade* (inquit) *ad Apem & diſce quomodo operatrix eſt*. Et inueniuntur Prophetæ Apes eſſe. Fingunt ſiquidem ceras, & mella conficiunt: & ſi audenti mihi expedit di-
Faui ſunt ſcripturæ. cere, faui eorum ſcripturæ ſunt, quas reliquerunt. Et volens veni ad ſcripturas, & inueni mel. Sed comede mel: Et in prouerbijs rurſus dicitur: *Bonus enim eſt fauus, vt indulcentur faui*. Cui putas ne hoc dicit Spiritus ſanctus, *Comede mel, quod in vſu eſt, bonum enim eſt*? Ego non audeo dicere, quia de melle corporeo mihi præcipit Spiritus ſanctus: *Comede mel*: Ecce non habeo; aut certè naturæ huiuſmodi ſum, vt de melle comedere non poſſim, qua ratione mihi dicit, *Comede mel, & noli comedere carnes, ſed comede fili mel, bonum eſt enim*. Si videas Apes prophetas, & opus eorum mella vel fauos. tunc videbis quomodo pro dignitate Sancti ſpiritus intelligas, *Comede mel fili, bonum eſt enim*. Si quis meditatur eloquia diuina, & nutritur ſermonibus ſcripturarum, complet mandatum diuinum, iubens, *Comede mel fili*, & faciens, quod iuſſum eſt, potitur ſermone qui ſequi-
Apes ſuper Apes. tur: bonum eſt enim. *Quia bonum eſt hoc mel*, quod in ſcripturis inuenitur. Quod au- G
tem dicitur: *Vade ad Apem*, iſtiuſmodi eſt. Eſt quædam, vt ita dicam, Apis ſuper Apes, & quomodo inter Apes rex quidam eſt, qui nominatur eſſe rex: ſic princeps Apum dominus meus eſt Ieſus Chriſtus, ad quem mittit me Spiritus ſanctus, vt comedam mel: bonum eſt enim, & fauus eius, vt indulcentur fauces meæ. Et fortè ſubtiliores litteræ faui erunt, mel verò eſt, qui in his eſt intellectus. Iſte porrò, qui natus eſt ex Virgine Emmanuel, butyrum & mel manducat, & quærit ab vnoquoque noſtrum butyrum manducare. Quomodo à ſingulis noſtrum butyrum quærit, & mel, ſermo edocebit. Opera noſtra dulcia, ſermones noſtri ſuauiſſimi, & vtiles, mella ſunt, quæ manducat Emmanuel, quæ manducat iſte, qui natus eſt de virgine. Si verò ſermones noſtri amaritudine pleni ſint, ira, animoſitate, moleſtia, turpiloquio, vitijs, contentione, dedit in os meum fel, & non comedit de his ſermonibus ſeruator. Comedet autem ſeruator de ſermonibus, qui ſunt apud homines, ſi fuerint ſermones eorum mel. Et Diuus Hieronymus ſuper illud Ezechielis. *Similam & mel, & oleum comediſti &c.* Poſt veſtitum, inquit, ciborum curam gerat, vt comedat Hieruſalem ſimilam, mel & oleum: vel per partes, vt plærique æſtimant, vel commixtione trium, dulciorem panem, qui panis de cœlo deſcendit. ac ſub H
tribus nominibus, vt nonnulli putant, ſacramentum indicat trinitatis: non quo alia atq; alia ſubſtantia ſit, ſed quo diuerſis ſimile, & mellis, & olei nominibus, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vna dulcedo monſtretur. Et hoc animaduertendum, quod in multis ſacrificijs offeratur ſimila, medulla frumenti, atque puriſſima: de qua ſcriptum eſt: *Et de adi-*
Farina hordei quando offertur. *pe frumenti ſaturauit eos*: non de hordeo, nec de farina, quæ tunc ſolùm offertur, quando maritus zelotypiæ ſpiritu commouetur. In Iudicum volumine Deboram legimus, quæ interpretatur Apis; cuius prophetia mella dulciſſima ſunt, & refertur ad Spiritum ſanctum, qui apud Hæbręos appellatur genere fœminino Ruach. [c] Arboreus exponens ea Salomonis verba: Comede fili mi mel, quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gu- »
[c] *In Comment. in Prouer. Salom.* turi tuo. Sic, & doctrina ſapientię animę tuę: quam cùm inueneris, habebis in no- »
uiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit. Terra, inquit, promiſſionis, in qua regnauit Salomon, fluebat melle, & lacte, quibus exprimebatur vbertas, & ſuauitas illius »

terrę.

A terræ. Et hoc in loco Salomon confert doctrinam sapientiæ optimo melli, & fauo suauissimo. Nam quemadmodum mel cibis dulcedinem, sic doctrina sapientiæ cæteris disciplinis miram suauitatem adfert: quam qui assiduis studijs, & duris laboribus inuenit, in eiusq; exercitio, & iugi meditatione, & bonis operibus optimè proficit, spem habet assequendi felicitatem æternam: nec spes vlla peribit. Etenim spes est certa expectatio futuræ beatitudinis. [d] Beda quoque per mel eliquatum intelligi ait patentem sapientiæ doctrinam, per fauum verò occultam sapientiam doctrinæ, quæ abstrusioribus sacramentis, sicut mel in fauo clauditur. Est item fauus diuinitas Christi in humanitate, vt notauit
» Ludolphus Saxo ad ea verba. *At illi obtulerunt ei partem piscis assi* (cuius fortè, & aliam partem comederant) *& fauum mellis*. Fuerunt autem ei hæc, inquit, duo conuenienter oblata: ipse enim erat piscis assus, per naturæ humanæ passionem: sed fauus mellis, per naturæ diuinæ dulcedinem. In fauo quippe mellis vtraque natura suæ personæ exprimitur: fauus enim est mel in cera: hoc est diuinitas, seu diuinitatis dulcedo in humanitate. hæc autem duo Domino oblata, significant duo, quæ & nos debemus domino offerre, scilicet piscem assum, per carnis mortificationem, & fauum mellis, per mentis deuotio-
B nem: vel in cibo suo Dominus pisci asso coniungi voluit fauum mellis: quia ipse, vt piscis latere dignatus est in aquis humani generis, & tundi mundi fluctibus, ac capi laqueo nostræ mortis, & assari igne, & tribulatione sua passionis, & decoqui in ara crucis. Et qui piscis assus fuit in passione, fauus mellis, & melle dulcior nobis extitit in resurrectione. Piscem ergo assum, & fauum mellis ei offerunt, qui fidem passionis, & resurrectionis eius tenent; vel secundum Theophilum, per piscem assum significat vitam actiuam, consummentem nostram humiditatem laborum prunis: contemplationem verò significat per fauum mellis propter dulcedinem eloquiorum Dei, & manducauit coram eis, per quod se ostendit habere corpus viuum, anima vegetatiua animatam. Sed hæc suprà tetigimus ex Theophilacto: Mel item humanæ laudis fauorem denotat D. [e] Bernardo ad ea verba:
» Mel inueniſti, noli multum comedere, ne fortè satiatus euomas illud. Potest, inquit, hoc loco non incongruè mellis nomine, fauor humanæ laudis intelligi. Meritoq; non ab omni, sed ad immoderato mellis huius edulio prohibemur. Est enim cùm vtiliter humanas laudes recipimus, fraternæ duntaxat intuitu charitatis, & ad salutem eorum, qui nobis præterea faciliùs acquiescunt. Hac ergo parcitate seruata, mellis huius moderata comeC stio non nocebit. Si quid verò amplius est, à malo est, & in perniciem conuertetur. Inuento enim melle immoderatiùs vescitur, quisquis omnino apponens cor suum fauore humanæ laudis inflatur, incrassatur, impinguatur, à quo se propheta sanctus custodiri deprecatur à domino, non quidem mellis, sed olei satis vicina appellatione, ipsum (quem præ-
» diximus) fauorem exprimens: vbi [f] ait: *Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum*. Vis nosse, quando euomat immoderatus epulator mellis edulium, quod vsque ad saturitatem sumens, modum parcitatis excessit? Tunc sine dubio laudes, quibus satiebatur, non alium fructum quærens, sed fauore ipso contentus humano, tunc (inquam) multa cum anxietate euomit, quod cum pernitiosa delectatione comedit, cùm alium quemlibet laudari audiens, inuidia contabescit. Mens enim dedita vanitati, & arrogantia tumens, laudem alterius, suam reputat vituperationem. Eleganter sancti exprimuntur per fauum illum mellis in ore Leonis à Samsone interempti, vt ostendit Iacobus de Vitriaco Cardinalis, in concione habita in die sancto Paschæ. Hodie, inquit, Samson noster hostibus suis maxilla asini interfectis, id est, patientia, quam exhibuit, & cruce, quam
D pertulit, & Leone, id est diabolo, dilaniato, fauum mellis de ore Leonis extraxit, dum cum sanctis suis victor ab inferno remeauit. De comedente enim exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, id est, de inferno, qui animas deuorabat, & absordebat, Sancti egressi sunt, qui per examen Apum, quod inuenit Samson in ore Leonis intelliguntur. Intelliguntur & per fauum, quem destillant labia sponsæ, doctores Ecclesiæ sanctæ, vt docet Theodoretus in explicatione huius loci: *Fauum destillant labia tua, sponsa mel: & lac sub lingua tua*. Ecclesiæ, inquit, doctores significat, qui piam tradunt disciplinam, & quasi fauos Apum in labris gerunt, & mellis defluunt stillis: Nec verò mel tantùm habentes, sed etiam lac: cuique cibum promunt salutarem, & cum infantibus commodum, cum perfectis etiam congruentem. Iam faui mellis, qui in doctorum gestantur labris, sunt diuinæ scripturæ, quæ continent Apes tum ceræ, tum mellis effectrices, sacros nimirum prophetas, & Apostolos, qui per Spiritus sancti prata volitantes, & diuinarum scripturarum construentes cellas, easque doctrinę melle, ac nectare distendentes vtilitatem ad nos transmiserunt. Ac cerę quidem litera videtur similis, mel-

Mel doctrina sapientiæ.

[d] *In Cõmen. Psal. 19.*

Fauus est diuinitas Christi in humanitate.

Piscis assus vita actiua.

[e] *Serm. 47. paruo. serm.*

Mel fauus humanæ laudis.

[f] *Psal. 140.*

Sancti per fauum mellis denotati.

Doctores Ecclesię per fauum denotãtur.

Ceræ litera similis, mellis sensus.

li verò ſenſus, qui in eo reconditus eſt. Huius mellis ſtillæ piorum doctorum è labris manant: eorum item è lingua lac fluit indigentibus lacte. Sic ille, & Pſellus ferè in eodem ſenſu ad eadem verba: Docendi, inquit, rationem ac modum ſeruant labia tua ſic inſtructum, vt ab Apicula fauum confectum cernimus. Neque enim vnica ratione cunctis audientibus affers vtilitatem; ſed pro cuiusq; modulo te ſingulis accommodas, vt & perfectioribus, & rudioribus ſatisfacias. Ac mentem quidem eorum, qui ſunt perfecti, diuinioribus verbis, tanquam melle, dulciſſimam reddis. Qui verò rudes, tyronesq; ſunt, eorũ animos tanquam lacte, naturalibus exples inſtitutis. Duplex hæc igitur, nempe diuinior & humanior docendi ratio, ita viget ſub lingua tua, vt eas haud intempeſtiuè promas, ſed opportunè, atq; accommodatè ad eorum, quæ inſtituuntur, vtilitatem. Et Beda ad ea verba, *Fauus deſtillans labia tua ſponſa*. Fauus, ait, mel in cera eſt, mel autem in cera, ſpiritalis eſt diuinorum eloquiorum ſenſus in litera, qui rectè fauus deſtillans dicitur. Deſtillat quippe fauus, cùm plus habet mellis, quàm illæ cæterarum thecæ capiant: quia talis nimirum eſt ſanctarum fœcunditas ſcripturarum, vt verſus, qui breui in linea ſcribi conſueuerat, multas impleat paginas, ſi diligentiùs ſcrutando expreſſus, quantam interius dulcedinem intelligentiæ ſpiritalis contineat, probetur. Et paucis interiectis. Fauus ergo, non ſolùm plenus melle, ſed etiam deſtillans, labia ſunt ſponſæ, cùm doctores Eccleſiæ, vel in figuris legalibus, vel in dictis propheticis, vel in ipſis domini verbis, ſiue factis myſticis multiplicem interioris ſuauitatis copiam ineſſe demonſtrat, atq; ex his dulciſſimas membris eius fidelibus, id eſt, bonis auditoribus, ac ſaluberrimas mentis epulas parant. Nec repugnat, quòd ſuprà ſponſæ labia vittæ, & nunc comparantur fauo: cùm hîc ſatiando fauces delectet, illa crines vinciendo conſtringat: iſte intus reficiat, illa foris liget. Ijdem namq; doctores, & vittę ſunt in præceptis ſalutaribus, & fauus in promiſſis cæleſtibus. Vittæ, cùm nos à fluxu carnalium voluptatum refrenant: fauus, cùm ſupernorum nobis gaudiorum dona promittunt. Item vittæ ſunt in eis, quæ apertè agenda, vel vitanda eſſe docent: fauus in illis, quæ typicè geſta vel dicta, quid intus arcani ſalutaris habent, pandunt. Et rurſus in expoſitione ſententiæ ſubſequentis: *Mel & lac, ſub lingua tua*, In lacte, inquit, eruditio paruulorum: in melle ea, quę perfectioribus competit, doctrina ſignatur. Docet Apoſtolus de lacte, cùm quibuſdam à fide lapſis improperando dicit, Et facti eſtis, quibus lac opus ſit, non ſolido cibo. Docet de melle ſapientia, cùm dicit, ſicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur potentia. Non autem mel comedere, ſed multum comedere vetat: quia non omnimodo maieſtatem Dei ſcrutari prohibemur, præſertim cùm ipſi in laude iuſtorum canatur, Magnificentiam maieſtatis tuæ, & ſanctitatem tuam loquentur: ſed à tentandis, his quæ menſuram noſtram excedunt, reuocamur. Vnde & aliàs de amatoribus ſapientię cęleſtis ait: Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne ſatiatus euomas illud. Bene autem mel, & lac ſub lingua memoratur habere. Habet enim in lingua verbum Dei, cùm loquendo profert: habet ſub lingua, cùm ſedulò in corde, quæ proferri debeant, meditatur habet mel, & lac ſub lingua, cùm rectè nouit diſcernere, quæ incipientibus, quæ ſint dicenda proficientibus: quæ item eis, qui in ſcientia ſunt eius, & charitate perfecti. Atq; hæc ipſa, vbi tempus congruerit miniſterio linguæ pro audientium capacitate diſpenſat. Ait idem alibi Beda, Mel iucundum ſanę menti, non febricitanti. Eſt enim, inquit, mel aliquis, qui iam ſolutus à vinculis huius vitę, tanquam à fauo expreſſus expectat diem, qua veniat in epulas Dei, Fauus verò eſt ille, qui adhuc circumplicatur in hac vita non concretus ei, ſed implens eam. Mel ſylueſtre quod comedebat Io. Baptiſta in deſerto, ſunt folia arboris, inquit idem Beda, miræ dulcedinis, quod doctrinæ Ioannis nimiam ſuauitatem oſtendit. Ioachim per Locuſtas, & ſylueſtre mel intelligi vult ſcientiam exteriorum, per mel domeſticum, & piſcem aſſum, quem comedebat Ieſus Chriſtus, ſapientiam interiorum. Aitq; ſcientiam exteriorum reſpicere ad ſecundum ſtatum; interiorum ad tertium. Vel mel illud ſylueſtre, quo veſcebatur D. Io. Baptiſta typus eſt iuſtitiæ terrenæ, & veteris teſtamenti: ſicut domeſticum & piſcis aſſus, quo veſcebatur, Saluator, iuſtitiæ cæleſtis, & noui teſtamenti. Ad priorem ſenſum reſpexiſſe mihi videtur D. Auguſtinus in enarratione huius Dauidici, *Et de petra melle ſaturauit eos*: O ingratos, inquit, cibauit ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. In Eremo de petra aquam produxit, non mel. Mel ſapientia eſt primatum dulcoris tenens in eſcis cordis. Quam multi ergo inimici domini mentientes domino cibantur, non ſolùm ex adipe frumenti, ſed etiam de petra melle, de ſapientia Chriſti: quam multi delectantur verbo eius ex cognitione ſacramentorum eius, ſolutione parabolarum eius, quã multi delectantur, quàm multi clamant? Et non eſt hoc mel de quolibet homine, ſed de petra. Petra autem erat Chriſtus. Quam multi ergo ſatiantur de melle iſto, clamant, dicunt,

Doctores vt vittæ dicantur.

Mel multũ comedere iuſſi.

g *In Comm. Pſal.* 118.

h *In Commento.*

Mel ſylueſtre quid denotet.

i *Pſalm.* 81.

Chriſtus eſt petra.

Suaue,

A Suaue est, dicunt, nihil melius est, nihil dulcius, vel intelligi, vel dici potuit. Et tamen inimici domini mentiti sunt ei, &c.

# SIMILITVDINES.

ELEGANS in primis similitudo legitur apud [a] Plutarchum de vero amico, & melle his verbis: Vera & amici propria libertas peccantes adoritur, adfertq; salutarē, & tutelarem dolorem, mellis in morem: quod cùm vlceroſas partes mordeat, atq; expurget, cætera vtile est, ac dulce. Comparatur non minus illepidè mel amori prospero, fel quem dolor exagitat, vnde dicebat lepidissimus [b] Plautus: [a] *Li. de adulat. & amic. discr.*

*Namq; Ecastor, amor & melle, & felle est fœcundissimus.*
*Gustu dat dulce: amarum ad satietatem vsq; aggerit.*

Quam eandem similitudinem exactissimè expressit [c] Torquatus Tassus, sed pro felle habet
B absynthium, sed non refert, vtrumq; enim est amarissimū; & ab vtroq; remedia à medicis accipiuntur. Canit autem: [b] *In Cistellaria.* [c] *Cant. 4.*

*Ahi crudo Amor, ch'egualmente n'ancide*
*L'assentio è'l mel, che tu frà noi dispensi,*
*E d'ogni tempo egualmente mortali*
*Vengon da te le medicine e i mali.*

Melli & felli optimè etiam assimilantur ij, qui aliud habent in ore, aliud in corde, hypocritę, videlicet & sycophantæ, qui, cùm blandiuntur, intus pessima nobis mala machinantur. In hoc quoq; sensu idem dicebat Comicus: Melli & felli qui similes.

*In melle sunt lingua sita vostræ, atq; orationes:*
*Corda in felle sunt sita atq; acerbo aceto.*

Atque hoc est, quod dicunt Hetrusci:

*Hauer il miel in bocca, & il rasoro à cintola.*

Et [d] Ausonius in contrario sensu simili vsus est similitudine de Nepotiano Grammatico: [d] *In Tuscul.*

*Facete, comis, animo iuuenili senex*
C *Cui felle nullo, melle multo mens madens*
*Aeuum per omne nil amarum miscuit.*

Melle eloquentiam & facundiam denotari, atq; assimilari, tam notum est, vt probatione non egeat: adducam tamen authoritatem: [e] Symmacus de stylo Ciceronis: erat quippe in his oblata Tulliano melli festiuitas. Eleganter [f] Statius: Melle eloquętia denotatur. [e] *In Epist.* [f] *Li. 2. Sylu.*

*Et mixta risu lachryma? penitusq; loquentis*
*Hyblais vox mixta fauis.*

Et ex Hetruscis [g] Tassus: [g] *Cant. 2.*

*Cominciò poscia, e di sua bocca vscieno*
*Più che mel dolci, d'eloquenza i fiumi.*

Ad quod respiciens Pindarus, melle & lacte pasci voluit; quanquam hoc etiam alij interpretentur, vt lac fœcunditatem, mel labore artem partam significet. Pindarus cur melle & lacte pasci voluit.

# PROBLEMATA.

D QVÆRIT [a] Aristoteles, quam ob causam cùm mel tenacius, quàm aqua sit, farina mulso subacta rigidior reddatur, vbi decocta est, quā aqua subacta? An quod, inquit, aqua feruore ignis cogitur, atq; consistit: mel cōtrahit quidem, sed non sine assiccatione: itaq; rem facit rigidiorem: causa namq; rigoris in siccitate est. Aliud ex [b] Alexādro Aphrodisęo: Mel cur vlceribus acre, gustui dulce sentitur? Quòniam vlceribus horridis, reficcatisq;, mellis tenuitas occurrit: tenue autem omne acre est. At gustus quia humidus est, mellis percipere potest lenitatem. [c] Idem quærens, cur à regio morbo laborantibus mel sentiatur amarum? quia, inquit, eorum lingua bile amara redundat. Aliud [d] Antonij Ludouici Olyssiponensis medici, Cur vinum, quòd in medio natat, mel quod in imo sidet, oleum quod in alto fluitat, longè antecellunt? An quia vinum quodcunq; in fundo subsistit, crassiusculum id fæculentumq; & vapidum est, quod verò in summo defertur, ab aēre circumstante, [a] *Sect. 21. Probl. 11.* Rigoris causa. [b] *Sect. 1. Proble. 130.* [c] *Sect. 1. Proble. 99.* [d] *Li. 1. Sect. 3. Probl. 4.*

Dolia humo cur defodiantur.

& potiſſimùm ſi calidior ſit, afficitur, & à ſua natura permutatur. Vnde & agricolæ dolia humo defodiunt, atq; recondunt, & cellas vinarias ad Aquilonem obuertunt, ne ab aëre prompte patiatur. Quod autem in medio eſt, nec craſſitie fæcis præditum, nec ambientis iniuria alteratum, haud immeritò præſtantius eſt. Ad hæc fæces (quas floces antiqui dixerunt) ſunt tanquam acies roburq; vini, & vicem radicis obtinent. Vt autem radici truncus propior, craſſior, corpulentiorq; eſt, & veluti quia ventriculo proximior, vbi cibi conficiuntur, obeſo turget omento, popa venter, præq; adipe, & pinguitudine pinguis aqualiculus tremit; ita & medium ob eam cauſam bonitate præcellit. Et tanquam radice abſciſſa, planta viuere non ampliùs poteſt, & ſua ſede diuulſa arbos exareſcit, ita & vina ſi à fœcibus, quę fulcimentum præſtant, elutrientur, inq; alia vaſa traſponantur, franguntur, atq; caſtrantur, & mulieribus potiùs, quàm viris bibendo ſunt apta, & in ſaccos transfuſa amittunt vires & effœminantur. Porro mel, quod ſuis ponderibus libratam in imum deſcendit, ideo magis probatur, quia ponderoſiſſimum eſſe arguitur, quæ in eo eximiæ bonitatis præcipua eſt nota.

Floces quæ antiquis.

Oleũ quod optimum.

Oleum autem, quod in ſupremo bullit, omnium optimum eſt, quia aëri magis proximat, cuius naturæ eſt: quod inde patet, quia in aqua innatat, & fomenta igni & commodiſſima pabula ſuppeditat, quantumq; in eo excrementitium eſt, ab aëre proximo emungitur & emulgetur. Deſumptum eſt problema ex [c] Plutarcho, cuius verba præteriri nolim. Deridebat, » inquit, ſocer noſter Alexion Heſiodum, qui è ſummo & imo dolio iuberet vinum bibere, » medio parcere, quòd ibi vinum eſſet optimum. Quis enim ignorat, aiebat, vini medium, olei » ſummum, mellis infimum eſſe optimum? At Heſiodus nos vultu omiſſo, quod in dolij medio » eſt vino expectare, donec dolio deficiente vinum deterius fiat. » His dictis valere iuſſo He- » ſiodo, ſe contulerunt ad cauſam diuerſitatis inquirendam. » At de melle quidem ratio non » multum nobis exhibuit negocij: cùm nemo ferè neſciat, id quod leuiſſimum eſt, ob raritatẽ » eſſe leuiſſimum, denſa ob grauitatem ſubſidere. Atq; etiam ſi vas ſubuertas, tamen rurſum » exiguo tempore vtrumq; ſuum locum occupauerit, graui ſe demergente, leui ad ſuperfi- » ciem efferrente. Nec de vino defuerunt probabilia argumenta. Primùm vis eius calor cùm » ſit, conſentaneum eſt eum maximè in medium conduci, idq; ibi optimum conſeruare. dein- » de quod in fundo eſt, fæce vitiari, quod in ſummo, ab aëre vicino corrumpi. Nam nouimus » ab aëre vinum lædi: ideoq; dolia defodere, aut integere ſolemus, vt quàm minimum aëris » ea tangat, & quod maximum habet momentum, aër non ita facilè nocet pleno vaſe vino, » vt aliquantum vacuato: nam in exhauſti locum aër confertim ſubiens, maiorem infert mutationem: in plenis dolijs vinum ipſum ſeſe ſuſtentat, non multum extrinſecus admittens, » vnde vitiari poſſit. De oleo non vilis incidit diſputatio. Quidam imum olei dicebat eſſe de- » terrimum, quia id amurca conturbetur: neq; ideo ſummum eſſe optimum, verùm ideo vide- » ri, quia ab eo, quod ei officit, longiſſimè abſit. Alius denſitatem cauſabatur, ob quam nulla » cum re permiſcetur, neq; vllum alium humorem in ſe admittit, niſi violentia, & ictu diffin- » datur. Vnde fit, vt aërem quoq; non recipiat, ſed eum tenuitate, atq; cõtinentia ſuarum par- » tium à ſe repellat, neq; ab eo, vtpote non prævalente, corrumpatur. Huic rationi Ariſtote- » les videbatur repugnare, qui (vt ait) obſeruaſſet oleum, quod in reconditis eſt vaſis, odora- » tius fieri, & omnino melius, deinde aëri cauſam, quòd reddatur melius, adſcribit. Eſt enim » largior magisq; prævalet ſi ſubeat in vas nõ repletum. Quid verò, inquam ego, ſi aër eadem » vi & prodeſt oleo, & obeſt vino. Etenim vetuſtas vino conducit, oleo nocet: aër vtriq; acci- » dens aufert. Nam humorem refrigeratum digerit: Oleum autem ob continuitatem exſpira- » tione carens, facilè veteraſcit. dictum probabiliter, quia in ſuperficie accidens aër, recentia » facit. Itaque vini ſummum eſt viliſſimum, olei optimum. nam ætas oleum peſſimè, vinum » optimè adficit. Hucuſq; Plutarchus. Aliud problema ex [f] Macrobio, ſitne mel recens melius vetuſto? Non idem ſentiendum eſt de melle & vino: quia mel recentiſſimum, vinum autem vetuſtiſſimum melius eſt. Nam vini natura humida eſt, mellis arida, quod ex medicinis facilè notamus, quæ enim humectanda ſunt, vino fouentur, quæ ſiccanda, melle teguntur. Aliud. Cur ſi mel in vini vaſe ponatur, fæces ipſius vini ſurſum eleuat, cùm per oppoſitum quorumcumq; aliorum fæx, tanquam grauior inferiorem locum teneat? Etenim fæcis materia, vt ſpiſſa & terrena, cæteris humoribus pondere præſtat melle vincitur: mel enim grauitate naturali deorſum ad fundum decidit, & fæcem, vt læuiorem ſurſum pellit. Aliud Ambroſij Leonis Nolani, cur ſeuum cum tantundem olei miſcetur, & vtraq; hæc ſimiliter cum melle coeunt; mel item cum aqua miſcetur, oleum verò atq; ſeuum cum aquâ non miſcetur. An quia in eis adeſſe accidit rationem contrariorum & medij. Nam contrariorum alterum conſentit cum medio, & medium cum reliquo contrario conuenit: contrarium cum contrario non conſentit. Quamobrem, neq; eandem contingit eſſe rationem

[c] 7. Sympoſ. qu. 3.

Vinum vbi optimum.

Mel in fundo cur melius.

Olei imum cur deterrimum.

Aer prodeſt oleo & obeſt vino.

[f] Lib. 7. Satur. cap. 12.

Mel recens an melius vetuſto.

Mel cur vini fæces eleuet.

Oleum & ſeuum cur non cum aqua miſceantur, cum mel id faciat.

miſtionum,

A miſtionum, quod ex hiſce ſpectare eſt. Seuum enim & oleum, cùm veluti ſpuma ſint humorum, in natura aërea, quam multam continent, conueniunt, ſuntque cum tenacitate quadam quamobrem & ſe tangunt, & confracta miſcentur, miſtaq; ſe continent. Item mel tenacitatem, atque craſſitudinem indeptum eſt, quam videre eſt euidenter, cùm parum coquitur, tũ enim tenacitate tãta pollet, ut in longa fila diducatur: vergit item tum ad ſiccitatem, tum ad humiditatem. Obdureſcit enim & molleſcit; Qua pro re mel per tenacitatem & craſſitudinẽ attingit oleum, atq; ſeuum, & attingendo hæret, atque confractum cum eis per tenacitatem communem ſeruat confractionem, ſed eò meliùs cum illis coierit, quo mel fuerit durius, atque ſiccius. Mel item vbi liquatile ſit, ob inclinationem ad humiditatem humeſcens, facilè cum aqua miſcetur, ſed aqua cum oleo non habet commune quicquam, & ſi quicquam habeant humiditatis & mollitudinis; oleum tamen tenax eſt, aqua nullam tenacitatem habet: quamobrem in frangendo non ſeruat fracturas: atque omnes particulæ olei confractæ, non aliquo pacto retentę ab aqua ſtatim tempore de miſcella ſurſum aſcẽdũt, prorſuſq; ab aqua vindicantur, nec aliter ſeuum agit. Hactenus Nolanus. Aliud ex Georgio Pictorio: Propter quid ſurculi in melle ſepulti de regione in regionem recentes poſſunt deportari? Quo-

B niam mellis humidum tenue eſt, dulce, & temperatum, non pingue, nec putredini obnoxium. Vnde alendis germinibus teneris commodiſſimum eſt. Problematibus denique adſcribam hoc ex § Iulio Cæſare Scaligero, cur mel coctum amareſcat. Is autem explicans hanc authoris libri de plantis Ariſtoteli adſcripti ſententiam. Amarus gignitur fructus, vbi calor & humiditas non ſunt abſoluta in coctione. Frigus enim & ſiccitas impediunt perfectionem, atque ita fructus in amaritudinem vertitur. Huius argumentum rei eſt: quod amarum, in ignem ſi mittatur, dulceſcit. Fateamur à calore & humido certa lege diſtributis, atque temperatis, dulces fructus euenire. A cruditate, inquit, fieri negamus amaritudinem. Abſynthium vetus amarius eſt nouello: ſic intubi gènera: ſic lactucarum. A frigido autem amarum prodire, ſicuti dicebamus, falſum putant, qui ad aras Galeni dixerunt ſacramentum. Mel quoque porrò coctum amareſcit. In partibus ergo terreſtribus interdum eſſe amarorem, quæ ſint etiamnum incoctæ. Itaque per calorem eas digerentem, fit acceſſio dulcorationis in fructibus. Mellis autem partes abſumi teneriores vlteriore percoctione: relinqui terreſtris, atque amareſcere. Ab exemplis enim naturę petendas eſſe rationes noſtras, non ab argumentis noſtris rerum naturas ſubuertendas, iubet Ariſtoteles. Hæc & plura

C Scaliger.

Surculi in melle cur longinquè portentur recentes.

§ *In lib. 2. de plant.*

Mel coctũ cur amareſcat.

Amaritudo nõ fit à cruditate.

# EPIGRAMMA.

INter doctiſſima Claudiani epigrammata, etiam hoc legitur, ſcriptum ad Maximum, qui ſibi mel miſerat.

*Dulcia dona mihi, tu mittis Maxime ſemper*
*Et quicquid mittis, mella putare decet.*

# PROVERBIA.

D Μέλιτος μυελός. i. *Mellis medulla.* Dicitur, teſte Suida, de rebus malorem in modum ſuauibus. Vnde & Ennius apud M. Tullium, M. Cornelium Cethegum Suadę medullam appellat, ob ſingularem ſuauiloquentiam. Nã quod optimum eſt, id naturę videtur intimè recondidiſſe. Vnde & illa paſſim obuia, in medullis & medullitùs amare, nõ diſſident à ſimulacro prouerbiali. Huius eſt formæ, τῆς ἑλλάδος ἑλλάς. *Mel ſummis digitis delibandum.* χρὴ τὸ μέλιτος ἄκρῳ δακτύλῳ ἀλλὰ μὴ κοίλῃ χειρὶ γεύεσθαι, hoc eſt, mel ſummo digito, haud caua manu delibandum eſt. Dionyſius Mileſius apud familiares ſuos identidem dicere ſolebat, Philoſtratus lib. 1. de Sophiſtarum uitis commemorat. Tranſlationibus alijſq; delicijs, quibus oratio ornatur, parcè vtendum eſt, non affluenter, & ad faſtidium vſque. Voluptatibus modicè frui pro re nota, illaudatum non eſt, modò ne totum te ijs immergas. Vti adagio cõueniet, quoties moderatum rei alicuius vſum laudabimus. *Melle litus gladius*, in pernitioſam adulationem dici ſolitum. Alluſum eſt ad morem barbaricum, qui ſolent tela venenis tingere, quo vulnus eſſet immedicabile: præſentiſſimum malum erat oleum incẽdiariũ, quod illitum telo, ſicubi hæſiſſet in corpore, tenaciter cremabat, incẽdium aqua iniecta irritabatur, ſolo puluere inſperſo conſopiri poterat, vt author eſt [a] Marcellinus. Θανάσιμον μελίκρατον,

Mellis medulla.

Mel sũmis digitis delibandum.

Melle litus gladius.

[a] *Lib. 23.*

Lethale mulsum.

χρατον, id est, *lethale mulsum*. Eandem cum nouissimo habet sententiam. Diogenes formosa scorta θανάσιμον μελίκρατον, id est, *lethiferum mulsum* appellare consueuit, tametsi nihil vetabit, & in assentationem, in fœdas voluptates torquere, breuiter, quicquid ita iucundum est, vt idem sit pernitiosum. Legimus & mellitum venenum apud Plininm, & idem Diogenes orationem ad gratiam comparatam, auriumque pruritum, μελιτίνην ἀρκόνλω, id est, *melleam præfocationem* appellabat, quod assentatione quidem delectaret, cæterùm mendacio

Mellitum venenum.

[b] *L. 3. c. 19.*

strangularet admittentem. Ad hanc formã attinet, quod refert [b] Irenæus; lacte gypsum male misceri: præsens enim venenum habet gypsum, & additum lacti fallit.

In melle te ipsum obnoluis.

Ε'ν μέλιτι σ' αυτὸν καταπάττεις, hoc est, *in melle teipsum obnoluis, oblinisq;*, ac si dicas, Melle teipsum perungis, hoc est, molliter suauiterq; vitam agis, quasi parum sit vesci melle, nisi totus sis melleus. Extat apud Diogenianum. Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέζη, id est, *Glaucus poto melle reuixit*. Dici solitum, quoties aliquis vulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & quasi rediuiuus apparet ijs, quibus persuasum fuerat eum vita defunctum esse. Satis cõstat ab euẽtu natum. Nempe Glaucum, quempiam præter omnium existimationem, gustato mellito pharmaco reualuisse. Eamq; rem in iocũ popularem versam fuisse. Quidam enarrant in hũc modum: Glaucus quidam poto melle, ob bilem penè examinatus est. Ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba, quam draconem vocant, eum restituit. *Scarabeus citiùs faciet mel*, ad ἀδυνάτων classem pertinet, quæ referuntur in epigrammate Palladæ: citiùs mel facit Scarabeus, aut lac Culex.

Glauc⁹ poto melle reuixit.

Polyidos herba quæ.

Draco.

Scarabeus citiùs faciet mel.

Θᾶττον ποιησει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ.

*Mel citiùs faciet Scarabeus, & antè Culex lac.*

Plus aloes quàm mellis habet.

*Plus aloes, quàm Mellis habet*: prouerbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestiæ quàm voluptatis. Nam aloe frutex quędam est, odore graui, gustu amarissimo, cuius meminit [c] Dioscorides. Ad hoc adagium alluisse videtur [d] Plautus. *Ita cuique comparatum est in ætate hominum, ita Dijs placitum, Voluptati vt mœror comes consequatur. Quin incommodi plus maliq; adsit, boni si obtigit quid*. Apud eundem alicubi legitur, vitam hominis plus aloes quàm mellis habere. Et Iuuenalis de vxore.

[c] *Lib. 3.*

[d] *In Amphitryone.*

——*Plus aloes, quàm mellis habet.*

[e] *In Floridis*

[c] Apuleius citra metaphoram sic extulit. Sed verum verbum est profectò, quod aiunt, nihil quidquam tam prosperè diuinitùs hominibus datum, quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum vices, ac tristium lætorumq; mixturam [f] Homerus perquam elegãter indicauit figmento duorum doliorum, quæ scribit in Iouis limine sita esse, quorum alterum sit plenum tristibus, alterum lætis: Ex quibus ille mortalium fortunas temperans.

[f] *Iliad. Ω.*

Αλλοτε μέν τε κακῷ ὄγε κυρήσας ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

*Nunc lætis vitam miscet, nunc tristibus idem.*

quemadmodũ & superiùs indicauimus. Verùm admodum malignè temperat Iuppiter Homericus nimio plus admiscens malorum, quàm bonorum, vt si suam quisque fortunam ad calculos vocet, minima sit futura ratio eorum, quæ nobis ex animi sententia euenerunt. Id quod eleganter dictum est à [g] Pindaro in Pythijs hymnis. ἐν γὰρ παρ' ἐσθλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βρωτοῖς ἀθάνατοι, id est. Ad vnum enim bonum duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. [h] Plinius sententiam inuertit, cùm ait, nihil esse tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam sit adiunctum. Quãdoquidem compertũ est etiam aconito, quo non aliud venenum nocẽtius, inesse remedium, cùm ad alia, tum ad oculorum vitia. Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho:

[g] *In Pythijs.*

[h] *Lib. 27.*

Aconiti vsus.

Ο'υκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ κακά.

Αλλ' ἐςί τις σύγκρασις, id est.

*Bona seperare non licet malis, sed est*

*Mixtura quædam.*

[i] *Lib. de remed. Fort.*

Prouerbialiter à [i] Seneca prolatum videtur: Mel Muscæ sequuntur, cadauera Lupi, frumenta Formicæ, Prædam sequitur ista turba, non hominem. Loquitur autem de diuite, quem multi comitantur. Conueniet in adulatores, qui plærumq; alios comitantur, donec aliquid largiantur. Muscæ verò quantoperè mella prosequantur, nulli non in confesso est. Quamobrem Persæ, vt scribit [k] Plutarchus, scapharum supplicio necandis mel lacti permixtum in potu dabant, vt scilicet mel & lac olentes, & sanguinem etiam dulciorem generantes magis à Muscis infestarentur. Supplicij id genus quale sit, Plutarchus tradit his verbis. Duas scaphas, qua mutuo quadrant accipiunt, in alteram harum is, qui plectendus est, supinus collocatur: alteram imponunt, itaque aptant, vt caput, manus, pedesque promineant, totum alio-

Mel Muscę sequuntur.

[k] *In Artoxerse.*

Mel lacti mixtum in potu datũ Scapharũ supplicio.

quin

A quin corpus occultetur. Ita incluso cibus præbetur: ac si edere nolit, oculos cõpungendo eũ cogunt: cùm edit, mel lacti mixtum ei potus loco infundunt: ita verò semper eum collocant, vt aduersus Solem oculos habeat. Porrò autem Muscarum identidem assedentium multitudine facies eius tota obtegitur, & cùm in scaphis interius ea faciat, quæ necesse est hominem cibo potuq; fruentẽ facere, ex putrefactione & corruptione excrementorũ Tarmes atq; Vermes pullulãt, qui in intestina subrepentes, corpus consumunt. Cùm enim iam constat mortuum esse remota superiori scapha intuentur carnes quidem deuoratas, intestinis autem inhærentia huiusmodi animalculorum examina: Ab eodem [l] Plutarcho alibi loco adagij pro-
» latum hoc videtur: *tanquam per mel venenum sumas*. Nam mali, inquit, quanto magis nos
» apprehendere student, tanto magis sentium instar amoliendi, & transiliendi sunt, & si probi
» ad non probos ducant, nequaquam est obsequendum, neque admittendum, vt tanquam per mel sumas venenum, amicum parando paruum. Solebant enim venenum bibituris ut supra monuimus, mella permiscere. [m] Ouidius quoq; prouerbialiter ait de ἀδυνατῷ.

*Si quis idem sperat, laturas poma miricas,*
*Speret, & è medio flumine mella petat.*

[l] *7. Sympos. qu. 6.* Per mel venenum sumere.

[m] *Lib. 1. de Arte.*

B Huc spectat & hocce [n] Ioan: Tzetzæ, *σύγγνωθι τῷ μαραχίῳ, τοὺ μέλι πόνον μελίττης κηρύττοντι*, hoc est, *parce adolescenti, mel laborem Apis prædicanti*. Intelligendum ait per ironiam, quoniam nemo est qui ignoret mel Apum esse laborem.

Τοῦτο τοὺ σχῆμα (inquit) γίνωσκε τυγχάνειν εἰρωνείας
Καὶ τίς γὰρ, ὅς ἠγνόηκε πόνον μελίσσης μέλι,
Μεθοδῷ δὲ δεινότητος, εἴτως αὐτοὺς εἴρηκεν,
Συγγνῶθι τούτῳ λέγοντι, τῶν μελισσῶν τοὺ μέλι,
Ητοι τοὺς πόνους τοὺς ἐμοὺς, ἐμοὺς εἶναι φαμένῳ.

*Hanc figuram scito esse Ironiæ*
*Et quis enim qui ignorauit, laborem Apis mel?*
*Methodo autem vehementiæ sic ipse dixeram,*
*Parce huic dicenti, Apum mel:*
*Siue labores meos, meos esse fatenti.*

[n] *Lib 8. Chiliad. 208.*

° Polydorus Vergilius fuisse scribit iam inde ab initio modum istum loquẽdi valde prouerbialem. *Terra lacte & melle fluit, mel manat*: Is apud sacros autores passim obuius est & præ-
C sertim, inquit, apud Mosen, qui cùm in Exodo & Leuitico, tum in Numeris eo vtitur. Est autem metaphora ab aquis sumpta, quod terra fluminibus irrigua pariter pinguis sit, in qua armenta pascuntur, quæ lactis copiam præbent, ac amœna, vbi Apes nutriuntur, quæ mella ferunt, & floribus gaudent. Locus prouerbio perappositus erit, cùm significauerimus in regione aliqua rerum omnium abundantiam similiter atque amœnitatem inesse. *Sugere mel de petra, & oleum de saxo durissimo*. Hyperbole prouerbialis ex Cantico Mosis desumpta, per quam ille docuit populum de vbertate terræ à deo promissæ: nunc autem, inquit idem [p] Polydorus Vergilius, in prouerbium recepta, vsui passim est, cùm significatur locum quempiam affatim quiduis rerum suppeditare. Porrò haud dubitanter ille locus felix est, vbi saxa mel & oleum sudant. Verùm venustius dicitur de homine industrio, qui suo labore, eo loci norit lucrum facere, quo alij antea nihil tulissent commodi. Illud faciunt optimi agricolæ, qui saxosos montes fructus ferre cogunt, quod cernere licet apud Italos, vbi passim oliueta vinetaque in montibus altis, magno cum labore, tum arte agricolarum consita, crescunt. Italis prouerbialis locutio est, *bisogna gustar il miel con la punta del dito*, hoc est, extremis digitis mel degustari debet.

° *Li. Adag. 455.* Terra lacte, & melle pluit.

Sugere mel de petra.

[p] *Ada. 504.* Mellis vsus ad dulcorandum.

D

# VSVS IN CIBIS.

MELLE veteres in omni dulciario opere solebant vti, vt nunc nos saccharo, quod illis erat incognitum. Mellis enim cõdimento saporis gratiam palato parabant, & quæ tristioris erant & amarioris saporis, eo, quò minus homines offenderentur, condiebant & imbibebant, & multa etiam panificia & potus concinnabant, ut rectè Vergilius mel cælestia dona, Plinius diuinum nectar vocauerint. Tantoperè autem placebat dulcedo mellis, vt passim allegoricè, quodcunq; iucundum ac delectabile essent expressuri, id exemplo melliis facerent. Stalino senex apud [a] Plautum:

*Et quia te tango, mel mihi videor lingere,*

[a] *In Cæsina.*

Et Dinarchus

[b] *In Truculento.* Et Dinarchus Phroneſium meretricem amplectens [b] ait: E

*Ah hoc eſt mel melle dulci dulcius.*

[c] *In Moſtellaria.* Item [c] Callidamates adoleſcens;

*Oh ocellus meus es tu, tuus ſum mel meum.*

[d] *In Aſinaria.* Item [d] Argyrippus, *O melle dulci dulcior mihi tu es.* Stalino [e] ſeruus. *Nunc pol demum ego ſum*

[e] *In Caſina.* *liber, meum corculum, melculum.* Huc ſpectat illud eiuſdem, *Mulſa loquitur.* Item illud Plau-

[f] *Lib. 2. de re ruſt. cap. 5.* tij apud [f] Varronem, cùm Hirrium prætorem renunciatum in Senatum ſcriptum diceret: Sed bono, inquit, animo es, non minus ſatisfaciam tibi, quàm qui bugoniam ſcripſit. Varro enim Hirrium Senatorem in Senatum ſcriptum iri optabat, quem ordinem aſſequebantur ediles, & prętores, alijq; magiſtratus. Cùm itaq; eum prætorem audiſſet renunciatum Plautius, Varroni dixit, Mulſam tibi offero, affero tibi optabile nuncium: tam tibi ſatisfaciam, quàm qui bugoniam, id eſt apiarium, aut qui de Apibus ſcripſit. Ac ſi diceret. Mel qui tibi daret, gratior & iucundior non eſſet, nec tibi magis ſatisfaceret, quàm impræſentia faciam. Nuncio enim tibi Hirrium prætorem eſſe renunciatum. Sed & Apum iucunda, & dulcis ob

Bugoniaquid.

[g] *In Curcul.* mellificium eis memoria erat. [g] Plautus in hoc ſenſu:

*Egon' Apicularum opera congeſtum non feram?* F

Eleganter etiam Cælius ad Ciceronem ſcribens: Scito, inquit, C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumnias maximo plauſu tuliſſe. Item ipſe Cicero ad Atticum, Ita ſum ab omnibus deſtitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone conſumitur. Et in eiuſdem fragmentis legimus etiam hoc. Quod alterius ingeniũ ſic dulce, vt acetum Ægyptium: alterius ſic acre, vt mel Hymettium dicimus. Plures ſimiles allegorias in ſacris litteris legimus, vt *dulciora ſuper mel & fauum eloquia tua. Comede fili mi mel.* Item, *comedi fauum cum melle meo.* Item, *erit dulcis tanquam mel, &c.* Saporis itaq;

[h] *Lib. 2. de rer. nat.* gratia mel in pretio erat apud priſcos, de quo dicebat [h] Lucretius.

*Huc accedit vti mellis lactiſq; liquores*
*Iocundo ſenſu linguæ tractentur in ore.*

[i] *Eidyll. 1.* Et caprarius quidam apud [i] Theocritum.

Πλήρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν ϛόμα Θύρσι γένοιτο
Πλῆρες δ' ἀδόνων. hoc eſt.
*Vtinam tibi ò Thyrſis melle plenum ſit pulchrum os*
*Plenum & fauis.* &c. [k] Et Menalcas Daphnidi, G

[k] *Eidyll. 8.* *Quam tibi os dulce eſt*, inquit, *& vox amabilis, ò Daphnis,*
*Iucundiùs eſt te audire canentem, quàm mel lingere.*

[l] *Eidyll. 5.* Et [l] Comates paſtor Laconi pollicetur octo cymbia mellis plenos habentia fauos. Apud

[m] *Iliad. 3.* [m] Homerum Venus Pandari filias orphanas caſeo & melle, & ſuaui vino nutrire dicitur, item Machaoni, & Neſtori pro obſonio apponitur mel, & cæpa, item Neſtoris vxor Patro-

[n] *In Pluto.* clo cępam potioni condimentum, & mel recens apponit in aurea lance. Mercurius [n] Ariſtophanis queritur non ampliùs ſibi à cauponibus mel præberi, placentas, & caricas:

Πρότερον γὰρ εἶχον μὲν παρὰ ταῖς καπηλίσι
Πάντ' ἀγαθ', ἑωθεν εὐθὺς οἰνέτταν, μέλι,
Ἰχαδας, ὅσ' ἐκὸς ἐϛιν ἐρμὴν ἐδίαν.
*Prius enim habebam quidem apud cauponas*
*Omnia bona, mane ſtatim placentam, mel,*
*Caricas, quacunq; decens eſt Mercurium comedere.*

Mel dijs & hominibus gratum cur dictum.

Rectè itaq; Varro, & Dijs & hominibus gratum eſſe dixit. Moſchion iubet, vt nutrix os infantis melle illinat, & mulſam tepidam inſtillet, & ſic ſecunda die lac offerat. Ita apud [o] Na- H

[o] *Li. 4. Faſt.* ſonem Triptolemo infanti, lac, poma & mella edenda dantur:

*Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte*
*Pomaq́, & in ceris aurea mella ſuis.*

[p] *Lib. 3. de part. Virg.* [p] Iacobus Sanazarius etiam ſcribit Angelum paſtoribus Saluatorem natum nunciantem iubere, vt inter alia etiam ei mella offerant, cibum nempe infantulo congruum.

*Tunc ait: O parui vigiles gregis, o bona pubes*
*Syluarum, ſuperis gratum genus, ite beati*
*Paſtores, ite antra nouis intendite ſertis:*
*Reginam ad cunas, poſitumq́ in ſtramine regem*
*(Certa fides) alti iam iam moderator Olympi*
*Cernere dat. properate: nouiq́ tepentia lactis*
*Munera, cumq; ſuo date condita ſubere mella.*

Alluſit

A Allusit poëta ad illud Esaiæ (loquentis de nascituro Saluatore, atq; innuentis, & Deum & hominem fore,) *vocabunt nomen eius Emanuel; butyrum & mel comedet*. Quæ doctrina quoq; est D. Chrysostomi. Mos enim, inquit, est, vt his cibis peculiariter pascantur pueri, mox vt nati fuerint. Zeno philosophus referente Diogine Laërtio modicè panem, & mel edebat, & suauis vini paululum bibebat. Et Pythagoram (inquit) solo melle sine fauo, ac pane contentum vixisse quidam autumant, vinumq; interdiu non gustare solitum. [q] Eustathius quoq; docet mellis vsum apud veteres plurimum fuisse, & mel esse τρόφιμον, Pythagoræ testimonio comprobat, qui cùm frugalissimè, inquit, viueret, sæpè solo melle erat contentus. Quin & eiusdem consectatorum mensa pane constabat & melle, vt Aristoxenus scribit. Democritum Abderitem ob tœdium senectutis, cùm mortem sibi consciscere decreuisset, fama est, inquit, [r] Athenæus, de quotidiano cibo aliquid detrahentem, instantibus iam festis diebus Thesmophoriorum, rogantibus domesticis mulieribus, ne per id celebritatis tempus moreretur, sibi vt liceret solennes, ac festiuos illos dies agere: annuisse, & mellis vas sibi iussisse propius admoueri, atq; sic in multos dies vitam prorogasse, solo mellis odore, & halitu continuatam, interijsseq; diebus post aliquot asportato melle, quo semper is delectatus fuerat,

Qui melle vixerint.

[q] *Iliad. 10.*

[r] *Lib. 2. c. 5.* Democrit. mellis odo. revixit diu.

B adeo vt cuidam percontanti, qua ratione vitam sanus degeret, is responderit, si corporis interiora melle rigaret, exteriora oleo. Sed vt ad odorem reuertamur. Ego, inquit [s] Marsilius Ficinus, existimo illum, si modò vsus est melle, mel vino liquefactum albo calentibus panibus infudisse. Neq; enim spernendus est mellis odor. Flos namq; florum mel existit, nec parum nutrit ipsa dulcedine, ac diu qualitate sua res integras à putrefactione tuetur. Itaq; si quis nouerit hoc etiam ad cibum ita vesci, vt nec dulcedine nimia meatus oppleat, nec tali quoq; calore bilem adaugeat, certum habebit longioris vitę subsidium. Atq; hoc est, quod innuit [t] Apuleus, inquiens: Heus tu Scolastice; dulce & amarum gustulum carpis: Caue ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem trahas. Adprimè enim, vt ait Terentianus Sosia, in vita vtile est, vt ne quid nimis. Nam alioqui [u] Aristoxenus teste Athenęo author est, eos nunquam morbum aliquem sensuros, qui pransuri melle quotidiè vescantur. Sed vt ad Democritum reuertamur, is philosophus ita melle, vt diximus, oblectatus, in annum centesimum nonumq; fati diem distulisse creditur. Centesimum annum mulsi potu

[s] *Lib. 2. de diæta. c. 18.* Mellis odor cur nutriri possit.

[t] *Lib. 2. de Asin. aur.*

[u] *Lib. 2. c. 3.* Mella edęs nunquam ægrotat.

„ excessit Pollio Romulus teste [x] Plinio his verbis: Corpora auget. Multi senectam longam

„ mulsi tantùm nutritu tolerauere, neq; alio vllo cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo.

[x] *Lib. 23. cap. 24.*

C Centesimum annum excedentem cum Diuus Augustus hospes interrogauit, quanam maximè ratione vigorem illum animi, corporisq; custodisset. At ille respondit: intus mulso, foris oleo: Haud immerito Chrysippus itaq; prouidentiam laudat, apud [y] Plutarchum, quæ mel præbuerit, pisces, aues, & vinum, & alius apud [z] eundem, ideo sumptuosam ait esse vrbem, quòd mellis hemina vendatur quinq; denarijs. Neq; esset equidem mellis authoritas minor quàm sacchari, nisi vbiq; nasceretur; Verùm quia plerumq; ventri, ac gulæ domestica sordent; his nauigandum fuit ad Indos, vt saccharum habeant; cùm mel ferè se vltro porrigit. At exotica condimenta magis placent. Quare ita puto à natura comparatum, vt omnium rerum cupido elanguescat, quarum facilis sit occasio. In quo sensu dicebat [a] Plinius: Non esset mellis authoritas in pretio minor, quàm laseris, ni vbique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gignendo animal, vt diximus, innumeros ad vsus, si quoties miscetur æstimemus. [b] Varro scribit mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administrari. Atq; idem ferè mos fuit apud Lacedęmonios, nam & hi referente [c] Alexandro ab Alexandro ouum, & mel initium cænæ fecerunt, & in secundis mensis poma, & mel dari consueuêre. [d] Tranquillus Neronem testatur indixisse familiaribus cænas, quarum mellita

[y] *Lib. de Stoic. repug.*

[z] *Li. de trăq. animi.*

Mel cur vile sit.

[a] *Lib. 22. cap. 24.*

[b] *Lib. 3. de re rust. c. 16.*

[c] *Li. 5. c. 21.*

[d] *In Nerone.*

D quadragies sestertiũm constarent. Budæus mellitorum appellatione mellita dulciora fercula intelligit, quæ, inquit, vltimis mensis apponuntur, vt hodie saccharati missus epularum à pistore dulciario, & omnia quę bellariorum nomine continentur, & saccharei operis strues in adijcialibus cænis, atq; nuptialibus, quæ in lancibus argenteis ad ostentationem traducuntur, magis vt delibentur interdum quàm esitentur. Hæc si centenis millibus aureorum nostrorum æstimantur, quanti cæna ipsa æstimari poterit? Hęc Budęus, cui quamquam non contradixerim; putarem tamen posse quoque mellitorum nomine placentas largo melle irrigatas intelligi; quas nimirum [e] Plutarchus inter multas alias cupedias recenset his

„ verbis: Mittamus in præsentia hoc, quod ad corporis voluptates natura multiplici sumptu

„ atq; impendijs indiget, neq; in iure & lente dulcissimum inest: sed appetitiones deditorum

„ fruendis voluptatibus obsonia requirunt, & Thasium vinum, & vnguenta, & cupedias, &

„ placentas melle largo rigatas: præterea formosas, & ætate integra mulieres &c. Meliceridas vocari suprà annotauimus. Eas autem in pretio habitas esse liquet ex hoc Pherecratis in

Neronis cęna.

Mellita quę dicantur.

Mellitę placentæ.

[e] *Lib. non posse suauiter viui sec. Epicur.*

Meliceridarum pretium.

Tran-

Transfugis: Veluti capella (ἱπποναῦς hoc dictum de aliquo, cui fœtebat anima) ore is mellicridas obolet. Huc ſpectat paroemia [f] Ioan: Tzetzæ ex Ariſtophane: Noſtrum omnino, non alterius cuiuſdam facies eſſe pyramuntem. Pyramus enim erat apud antiquos placenta mellis, ex tritico & melle quodammodo apparata. Noſtrum facies autem dixit pyramuntem, ſiue niceterium, voluptatem victoriæ, ſiue prœmium, etenim Nicephoris, inquit, prœmia dabantur placentæ victorijs. Exiſtimarim etiam millitas placentas [g] Apuleo ſcitamenta mellita nominari, cùm ait: Multas numero partes in cellulam ſuam mel ſolebant reportare domini, ille porcorum, pullorum, piſcium & eiuſmodi pulmentorum largiſſimas reliquias: hic panes, cruſtula, iunculos, hamos, lacertulos, plura ſcitamenta mellita. Quantum verò alimenti corpori addat mel, etiam dicendum eſt. Galenus id exiguum eſſe credidit, nimirum ſi per ſe ſolum comedatur, vt teſtatum reliquit [h] Hippocrates, cùm inquit; Mel cum alijs quidem comeſtum & nutrit, & bonum colorem exhibet; ipſum autem per ſe ipſum attenuat magis, quàm reficit; nam per vrinam & ſeceſſum plus iuſto expurgatur. Vbi namq; ſine alijs cibis, aut cum his quidem, ſed perquam exiguis affatim comeditur, vt in ventriculum, in inteſtina, in venas, & reliquum corpus fundatur, oportet, ita quantò copioſius eſt, acri & abſtergente facultate ſua, per aluum, & per veſicam erumpens, corpus tãtò magis expurgat, & gracile reddit. Quamobrem ſi moderatè deuoretur, per ſeſe etiã alere non Democriti tantùm exemplo, & aliorum conſtat, ſed ipſiuſmet etiam medicorum principis [i] Hippocratis teſtimonio confirmatur dicentis: Vinum & mel optima iudicata ſunt in hominibus, ſi iuxta naturam & ſanis, & debilibus cum temporis oportunitate, ac mediocritate exhibeantur. Et bona quidem ſunt ipſa per ſe ipſa: bona verò etiam permiſta, & tum alia & quæcunq; memorabilem vtilitatem habent. Quęcunq; ſanis commoda ſunt, ea etiam ægrotis exhibita fortiora ſunt. Et oportet detracto ipſorum vigore ea dare, alioqui non feret ipſa corpus, ſed magis lędunt, quàm proſunt. Optima vocat venerandus ille ſenex, non ſolùm quia non obſunt, verùm etiam quia plurimùm nutriunt. Nutrire autem mel, lapſasq; vires reſtaurare, ac impreſentiarum reficere plurimum, ex Ionathæ Saulis filij exemplo egregiè diſcimus. Hic enim in eo bello, quod Saul geſſit contra Paleſtinos, immemor edicti paterni, ne quis militum ante veſperam, & partam victoriam, cibum vllum caperet, fame impulſus, mel quod in ſylua quadam decurrebat, cęteris ab eo abſtinentibus deguſtauit, cuius eſu oculi eius fuerunt illuminati, hoc eſt, totius corporis vires inedia fractę, atq; debilitatę, fuerunt inſtauratæ. Nam ſicut inedia oculi excęcantur, & caligant, ita cibo reficiuntur, ac quodammodo illuminantur. Quamobrem nõ debebat tantoperè [k] Celſum admirari Gul. Pantinus, mel inter valentiſſima, plurimumq; alimenti largientia recenſentem. Neq; enim mihi Celſus mellita liba placentasq; & quęcunq; cum melle conficiuntur, intellexiſſe videtur, vt Pantinus iudicat, quoniam verè valentiſſimi, ſi vllo pacto cõcoquantur, ſunt generis, ſed ipſummet mel, quoniam placentarum nullibi meminit: prętera placentę illud genus, quod ex melle & farina conficitur, Itrion dictum, difficilis habetur concoctionis, vel ipſo [l] Galeno teſte, maximè ſi glutinoſa fuerit farina: veriſimum tamen eſt, ſi conficiatur in ventriculo, haud malum parere ſuccum. Nutrit itaque mel, non modò, quia quoddam alimentum eſt, ſed etiam quia dulcedine ſua reliquis commixtum, cauſa eſt, vt hęc eadem per totum corpus facilè ferantur ſimul, atq; iucundè attrahantur. Omnia enim (vt quiſq; hactenus exiſtimauit) aut dulci, aut commixto nutriuntur. Bonum colorem efficit, quoniam eius dulcedine cum aliorum mixtura delectatę partes, plus nutrimenti ad ſe rapiunt, retinent, in ſimile ſibi conuertunt, innatus calor augetur, ſubinde color, aucto naturali alimento, floreſcit. Senibus plurimo vtendum conſulit [m] Valleriola in ſuis locis communibus, ſi modo ſuæ valetudinis rationem habere velint, illęſamq; ſenectam in multum æui producere. Idq; aſſerit Antiochi medici, & Telephi Grammatici exemplis, qui ſenes annoſi, Attico melle & pane, alicaũe excepto plurimùm vtebantur, teſte [n] Galeno, melle, inquam, ſępius cocto, rariùs crudo. Idem Galenus poſt de victu ſenum loquens pro ratione affectuum, quibus infeſtantur, ſi quando, inquit, propter obſtructionis ſuſpitionem ad cibos medicamẽtaũe, quę obſtructos meatus liberent, conuertimur: quo minus tamen humidi temperamenti cibi ſint, nec illo ipſo die committendum, multoq; magis poſtero die eidem propoſito hęrendum, ac far cum melle exhibendum, acetiq; aliquid ei miſcendum, vtiq; cum ptiſſanę ritu pręparamus, ex mulſo vinoũe Falerno ſumere iubendum, aut lacte, vt prędixi, vtendum, aut ptiſſana bene cocta, quę pipęris pollinem accepit. Panis quoque, ita, vt dixi, pręparatus, aut cum melle, aut cum mulſo, aut cum vino aliquo idoneo. &c. Clarum autem eſt ad diſtributionem, & concoctionem, ablata acrimonia conuenientiſſimum omnibus reddi: quę tum optimè tollitur, vbi multùm illi aquę commiſcetur, ac deinde tantiſper coquitur, donec ſpumare deſinat, ſpuma aſſiduo deterſa.

[f] 13. Chilia. 478.

Scitamenta mellita.

[g] Lib. 10. de Aſin. aur.

Mel vt nutriat.

[h] Li. de Affect.

Mel ſolum nutrire.

[i] Lib. de affectionibus in fine.

Ionatha ex ſolo melle reſtauratur.

[k] Li. 2. c. 18.

Itrion placenta.

[l] Lib. 10. de morb. curat.

Dulci omnia nutriũtur.

Senibus cõuenire mel.

[m] Lib. 3.

[n] Lib. 3. de ſanit. tuend. cap. 4. & cap. 8.

Mellis acrimonia vt auferatur.

A deterſa. Nam ita nec inteſtina flatibus diſtendet, & vrinam ciebit, & ſputa craſſa incidet, educetúe. Pharmacopolæ aliter depurant, nimirum cum dupla aquæ quantitate, ebullientes ad dimidiæ partis conſumptionem, detracta aſſiduè ſpuma: tunc addunt albumina ouorum, ſingulis libris ſingula, deinde calidum colant, atq; eo modo clarificant. Galenus vetat multis in locis longam, ac diutinam coctionem, propter amarorem, quem inde acquirit. Apud quem præterea plurima de melle lector videre poterit. Ait [q] alibi eſſe qui mellis eſum auerſentur, quamobrem ex [r] Cardano ſubiungam gratiſſimum quendam coctionis modum, vt eo fortaſſis nauſeabundi non fiant. Mel coctum, inquit, quod iucundum eſt, & leuiter mouet ventrem, in vaſe mundo mel puriſſimum coquitur: aſſiduè circumagitur, ac mouetur ligno, quod ſpiſſum, ac tenax fuerit, circumagitur in ferro, vel ligno oleo illito, ducitur in modum penidiarum, ſic enim vocant ſaccharum eodem modo coctum, & agitatum. Spargitur præciſum ſuper marmoream tabulam, farina prius ſubſtrata. Sunt qui in fine addunt piper, aut aniſum, aut cinamomum: ego zinziberi albo nihil prætulerim. Atque hæc de cibis mellis dicta ſufficiant, qui plura volet, ipſos authores, ac potiſſimùm Galenum adeat.

Cur nõ diu coquendũ.

[q] *Lib. 4. de ſanit.*

[r] *Lib. 13. de var. rer. cap. 66.*

B

# VSVS IN POTV.

MVLSVM quod apud antiquos in ſumma habebatur exiſtimatione, noſtro æuo, quod mirandum eſt, neglectum eſt omnino. Fiebat id ex melle, & vino, vt teſtatur [a] Platina ex ipſo Plinio. Sed [b] hic mulſum ſcribit ex vetere vino vtiliſſimum fieri, quod facillimè concorporatur. Optimum autem, vt Dioſcorides ſcribit, ex vino auſtero, & melle: propterea q; ex Maſſico vino, & melle Attico commendabatur, vt conſtat ex hoc Martialis:

Mulſi vſus antiquus & vnde fieret.

[a] *Lib. 2.*

[b] *Lib. 22. cap. 24.*

*Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama Nardo*
*Maſſica Theſæis tam bene vina fauis.*

Maſſicum autem vinum ſiue Marſicum naſcebatur, referente Athenæo, & Galeno, in monte Gaurano, in Puteolorum, Baiarumq; proſpectu. Et licet apud omnes ferè Latinos celebretur, craſſum tamen, ac turbidum aliquanto fuiſſe, ex hiſce Horatij verbis colligit doctiſſimus [c] Mercurialis:

Vinũ Maſſicum quale.

[c] *Lib. 2. Var. lect. cap. 17.*

C

*Maſſica ſi cœlo ſupponas vina ſereno*
*Nocturna ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura*
*Et decedet odor neruis inimicus; at illa*
*Integrum perdunt lino vitiata ſaporem.*

Idem [d] Horatius Aufidium damnat, quòd vino Falerno, quod auſteritate caret, mel miſceret:

[d] *Lib. 2. Satyr. 4.*

*Aufidius forti miſcebat mella Falerno*
*Mendoſè; quoniam vacuis committere venis*
*Nil niſi lene decet: leni præcordia mulſo*
*Prolueris melius, ſi dura morabitur aluus.*

Canit tamen Martialis:

*Attica nectareo turbatis mella Falerno*
*Miſceri decet hoc à Ganymede merum.*

Et antea ſcripſerat ipſe [e] Horatius:

[e] *Li. 2. Sa. 2*

D

*Cùm labor extuderit faſtidia, ſiccus, inanis*
*Sperne cibum vilem, niſi Hymettia mella Falerno*
*Ne biberis diluta.*

Atq; [f] idcirco Corippus Riſattica vina, ſuapte natura dulcia, non egere melle canit:

Riſattica vina dulcia.

[f] *Lib. 3.*

*Fuſca dabant fuluo Riſattica vina metallo.*
*Quæ natura paret liquidi non indiga mellis.*

Mella autem vino miſcere antiquiſſimum eſt. Plautus mulſi ſæpiſſimè meminit, ac inter cætera, [g] vbi ait:

[g] *In Perſa.*

*Commiſce mulſum, Struthea, coluthea q; appara.*

Circe ſocijs Vlyſſis mel recens vino Pramnio apud [h] Homerum miſcet. Nicander Theiateirenus, vt [i] Athenæus refert, maior calix, inquit, ex iudicibus, ac magiſtratibus in Prytaneio verſantibus Thecleidi admotus eſt, vt mellitum vinum hauriret, ex ſuauiter olente Lepaſta: vbi exponit Dalechampius, melliti coloris, ſaporis, quod non placet. Meminit etiam Mulſi Varro, meminit Virgilius, item Celſus, & ante omnes

[h] *Odiſſ. K.*

[i] *Lib. 11.*

[k] 8. *Sympoſ. quæſt. 9.* ipſe ſenex Hippocrates, adeo vt mirum videatur, quod ſcribit [k] Plutarchus multa eorum, quæ guſtari olim, & comedi non ſolebant, nunc pro ſuauiſſimis haberi; qualia, inquit, ſunt mulſum, vina, mel, & vulua. Cùm tamen [l] Ariſtænetum Nicænum teſtetur dicere, in quibuſdam ſe libris legiſſe, idq; memoria recolere, dulcia vino admixta reprimere ebrietatem, & medicorum nonnullos præcipere ebrijs, vt dormituri panem melli intinctum edant. Quare Mercurialis Plutarchum vel erraſſe, vel eius codicem deprauatum haberi autumat, vbi legitur, veteres mulſum non guſtaſſe: ne præteream, inquit, Plinium, qui Ariſtæum Thracium huiuſmodi potionem primum inueniſſe tradit. Romani certè mulſum maximi fecerunt, quia non pauci longam ſenectam mulſi tantùm nutritu toleraue-re, neque alio vllo cibo. Eſt in exemplis Pollio Romulus, de quo ſuprà ex Plinio diximus. Mulſum autem vini naturam referre ait [m] Plutarchus, vbi multis diſputat vinum frigidum eſſe. Ipſum mel, inquit, nonne aqua pluuia, vel niue temperantes in vinum vertunt, frigore dulcedinem ob cognationem ſi exuperet in auſteritatem mutante. Dictum aiunt eſſe mulſum à mulcendo, hoc eſt, molliendo, eò quòd vini auſteritas mellis dulcedine molliatur. Cui adde. Mulſum ſi calidum bibatur, vocem permulcet: ſi frigidum exaſperat. Meminit eius [n] Cicero. Quum vocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, vt mulſum frigidum biberet, ſimul ac domum redijſſet. Perdam (inquit) vocem ſi id effecero. Vlpianus vini appellatione, ait mulſum non contineri, œnomeli contineri, interpretaturq; οἰνόμελι, vinum dulciſſimum. Quæ ſententia ſi vera eſt, mulſum non erit idem quod œnomeli. Si quis tamen ea, quæ paulò ante de mulſo ex Plinio annotauimus, diligentiùs conferat cum ijs, quæ [o] Dioſcorides de œnomelitos confectione tradit, facilè intelliget alterum ab altero non differre. Οἰνόμελι, inquit Dioſcorides, Ruellius Mulſum vertit, è vetere vino auſteroq; & bono melle factum præfertur: minus enim inflat, ac celeriter id genus in vſum venit. Vetus corpus alit, media ætate, aluo prodeſt, vrinam pellit: à ſummo cibo ſumptum nocet; & inter initia potum, implet: dein appetendi auiditatem reuocat. Fit mulſum duabus partibus vini metetris, admixta vna mellis. Aliqui, quò celeriùs præberi poſſit, mel cum vino coquunt, & ita transfundunt. Alij vtilitatis gratia, ad ſextarios ſex muſti feruentis, vnum mellis adijciunt, & vbi ferbuerit, vaſe recondunt. Dulce autem permanet. Hęc Dioſcorides [p] Plinius quoque ex vetere vino vtiliſſimum tradit, facilliméq; cum melle concorporari, quod in dulci, inquit, nunquam euenit. Ex auſtero factum non implere ſtomachum, neque ex decocto melle, minusq; inflare, quod ferè euenit. Appetendi quoque reuocare auiditatem cibi. Aluum mollire frigido potu pluribus, calido ſiſtere. Corpora augere &c. Eiuſdem σκευασίαν tradit [q] Conſtantinus Cæſar, vinum mulſum, & œnomelites ſynonyma faciens. Deſcribit autem aliter: Mel Atticum, inquit, in cacabum teſtaceum inditum, ad calidum cinerem ponito, quo ſpuma ſurſum feratur, & vbi iam calefactum eſt mel, ad ſextarium mellis, vini ſextarios quatuor additò, ac deinde ipſum vinum mulſum in probe picato vaſe condito, & coſti ſcrupulos duodecim contuſos, & linteolo illigatos, in vinum mulſum ſuſpendito, additoq; operculo in ſecundæ contignationis cænaculo reponito. Quidam folij malabatri ſcrupulos duodecim œnomeliti ammiſcent, & poſt dies quindecim præter expectationem reperiunt. Inueterato autem nihil comparari meretur. Alij œnomeli ſic faciunt. Myrrhæ ſcrupulos ſex. caſiæ ſcrupulos xij. coſti ſcrupulos xij. nardi ſcrupulos iiij. piperis ſcrupulos iiij. Mellis Attici ſextarios vj. Vini ſextarios xxiiij. commiſcent, & exponunt ad ſolem ſub caniculæ ortum ad dies xl. & hoc nectar vocant. Pollux melicratum, cum œnomeli confundit. Fiebat præterea œnomeli etiam ex muſto, hoc modo, vt notat idem Conſtantinus Cæſar. Collocato, inquit, & deponito muſtum vſquequo conſtiterit, & ſedatum fuerit ad dimidiam partem, & ad decem ſextarios mellis Attici ſextarium vnum ammiſceto, & in dolium fundito, gypſoq; oblinito, & in vmbram deponito. At verò, quod cognitum eſſe expedit, œnomeli de muſto flatuoſum eſt, & ſtomachò incongruum, ventri autem aptum. Erat & melitites vinum, de quo ſic Dioſcorides: Melitites vinum datur in longis febribus, quæ ſtomachum infirmarunt; namque aluum leuiter emollit, vrinam ciet, ſtomachum expurgat. Prodeſt articulario morbo, renum vitijs, imbecillo capiti, & mulieribus abſtemijs: odoratum ſiquidem eſt, & corpus alit. Diſtat à mulſo, quod fit è vino vetere, auſtero, & melle exiguo. Melitites autem adiecto ad quinq; congios auſteri muſti, mellis congio, & ſalis cyatho. Cortinis magnis ad efferueſcendum locus pateat, fieri oportet, ſenſim aſperſo ſale, cùmq; efferuere deſierit, in alia vaſa transfunditur. Hactenus Dioſcorides. Neſcio an ſit Mellina apud [r] Plautum:

*Niſi ſi in uidulo aut in mellina attulisti:*

[k] 8. *Sympoſ. quæſt. 9.*

[l] 3. *Sympoſ. quæſt. 7.*

Mulſi inuentio.

[m] *Sympoſ. quæſt. 5.*

Mulſum vnde dictum.

[n] *Lib. 2. de Oratore.*

Vlpiani error.

Mulſum & œnomeli idem eſſe.

[o] *Li. 5. c. 16.*

[p] *Lib. 22. cap. 24.*

[q] *Li. 8. Geopon. c. 24.*

Vinum melitites & eius facultas.

Mellina quid.

[r] *In Epidico.*

nam

A nam sunt, qui exponunt: nisi si in scortea eum habes mantica, aut in œnophoro, vel lagena mellinæ. Alij melinam volunt esse Melis pellem. Est autem Melis animal cineritij coloris. Atque hoc pacto per simplex l. scribendum esset. Alij per mellinam hic significari volunt vestimenti genus scænicum, quo vtebantur peregrè venientes, eratq; color medius inter candidum, & fuscum. Fit præterea ex melle potus genus toti nunc Sarmatiæ, vicinisq; Moscouitis familiare; vnde etiam per totam Europam ferè, præcipuè per Germaniam, tàm superiorem, quàm inferiorem deuehitur. Decoquitur multipliciter aromate addito: Medonem vocant, tam nobile sæpè, vt laudatiorum tantùm mensarum sit, & primates solùm bibant, tam vinosum autem, vt non ipsomet minùs vino inebriare feratur. Antiquitùs alio fiebat modo, vt ex [s] Plutarcho colligitur, vbi scribit Iudæos ideo mel in sa- » crificijs suis non adhibere, quòd eius admixtione vinum corrumpi videatur, eoq;, inquit, » libabatur, & ebrietas parabatur, antequàm vitis extitisset, & hodie barbari, qui vino ca- » rent, dulcedinem radicibus austeris, & vini saporem æmulantibus medicamentis, mulsum » bibunt: Græcè μελιτίου legitur, pro qua voce apud Hesychium, ni fallor, μελιτίον scribitur, quod esse dicit πώματι Σκυτικὸν, μέλιτος ἑψομένου σὺν ὕδατι καὶ πόᾳ τινί. Apud Ety-
B mologum reperio μελύγαιον, quod esse dicit, πομάτιον γινόμενον ἐκ μόνε μέλιτος, μεθ' ὕδατος, βοτάνης τινὸς ἐμβαλλομένης. Sed non dubitatur, quin apud eum reponendum sit μελιτεῖον, vt apud Plutarchum scribitur: at in vulgari lexico peius adhuc scribitur μελίγγον. Sed μελίδαιον Suidæ est κηρίον, id est fauus. [t] Diodorus quoque Celtiberos scribit potum mellis confeciisse. Legimus præterea in mirabilibus auscultationibus libro Aristotelis nomine inscripto Illyrios ferri, quos Taulantinos vocant, ex melle vina reddere. Fauos enim aqua superfusa exprimere, ac simul aheno ad mediam vsque partem incoctam primum fictilibus infundere, iam tum dulcissimam: dehinc vasis ligneis reseruare in multa tempora, donec per omnia vini saporem contrahat, cætera potum dulcem, & amabilem, & syncerum. Eaq; verò etiam industria in Græcia aliquando paratum ferri, vt à vino vetere nihil differret: verùm mistionem deinceps perquisitam explorari non potuisse. [u] Plinius quoque vini meminit, quod ex aqua, & melle tantùm fit. Quinquennio, inquit, ad hoc seruari cæleste iubent. Aliqui prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis veteris adijciunt, deinde quadraginta diebus Canis ortu in sole habent. Alij diffusa ita decima die obturant. Hoc vocatur Hydromeli, & vetustate saporem vini assequi-
C tur, nunquam laudatius, quàm in Phrygia. [x] Dioscorides aliter describit: quamobrem existimo Plinij hydromeli sitis extinguendæ gratia bibi solere, id verò, quod ponit Dioscorides, nisi ab ægris, sed verba adijciam. Fit hydromelum, inquit, duabus mensuris aquæ coctæ, & sub caniculæ sydus insolatæ, additis ad vnam melomelitis facti ex cotoneis. Vis huius eadem est. Suprà autem de melomelite dixerat, Melomeli, quod & Cydonomeli nominant, sic fit: Cotonea mala seminibus suis castrata, in quam plurimum mellis, quo penitus demersa contegantur, conijciuntur: id post annum mitescit, mulso non dissimile, præstat eadem, quæ Cydonites. Quod itaque cydonomeli Dioscoridi vocatur, Hydromelum [y] Constantino Cæsari fortè dicetur, quanquam mala simpliciter nominet. Parat tamen etiam aliter. Mala, inquit, optima xxxij, in tenuia frusta per arundinem secato, & eiectis nucleis, ipsa in mellis sextarios viij. mittito, in quo vbi menses octo
D manserint, aquæ pluuialis veteris sextarios xij. ammisceto, & in caniculæ ardoribus insolato, pluuia & rore vitatis. Alij melius facientes hydromelum sic præparant. Mala optima vigorosa contundunt, & exsuccant, indeque succi sextarios quatuor, & mellis optimi sextarios octo, aquæ pluuialis sextarios duodecim miscent, insolant, & mediocriter coquunt, ac vtuntur. Alij duplici vase coquunt, quo aqua magis quàm igne coctura fiat, quemadmodum apud Hispanos mos est. De melicrato similibusq; alijs potionibus paulo pòst dicetur: quia ad medicinam potiùs, quàm sitis sedandæ causa inuenta sunt. Docet præterea Ioan: Bapt. Porta, quomodo ex melle fiat vinum. Affunduntur, inquit, in nouem aquæ dolijs duodeuiginti libræ mellis in æris cortinis, siue ahenis, stanno oblitis, & diutissimè ferueant, rudiculis ligneis agitando, & scopulis tumentes, siue vndantes spumas eluendo, decapulentur, indanturque vinario vase. Assumantur mox tartari vini rubri libræ duæ, & aqua conferuescant, donec dissoluantur, cui dolij octaua pars aceti addatur, vt sapor vber fastidiosæ, & ingratæ mellis dulcedinis pereat, permisceanturque: demum bina optimi vini dolia superfundantur, actutum resideat, post aliquot dies transmittantur per cilicium colum, vel stamen, quo sordes, & quisquiliæ eluantur, ex his latex emanabit ad persimoniam, & rei familiaris compendium, quo in aduersa, & secunda valetudine, vti poteris, operculator, & vtitor. Hæc ille. Quod si quis

Melis animal quale.

Medo potus ex melle.

[s] 4. Sympos. quæst. 5.

[t] Lib. 5. c. 9.

[u] Lib. 14. cap. 17.

Hydromeli quid.

[x] Lib. 5. cap. 30.

Hydromelum vt fiat.

Melomelites quid & eius vsus.

[y] L. 8. Geop. cap. 26.

Vinum vt fiat ex melle.

Vinum rubrum ex albo.

ex albo vino rubrum efficere velit, id abſq; vllo detrimento præſtare poterit, ſi puluerem mellis ad lapideam conſiſtentiam decocti, & ſiccati in vinum album proiecerit, & tranſuaſando miſcuerit. Idem, & minore negotio præſtabit radix omnium lapathorum, ſi recens vel ſicca in vinum mittatur. Recenſet hocce ſecretum Mizaldus. Sunt qui mel, & lac in vino infundunt, vt videant, an purum ſit vinum. Adijciam ceu pro corollario tria epigrammata Auſonij de dodrali potione, nam ex nouem ingredientibus, vnum ac fortè præcipuum mel eſt. E

Secretum an purum ſit vinum.

de dodrali potione epigrammata.

*Dodra ex dodrante eſt: ſic collige, ius, aqua, vinum,*
*Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem*

De eadem.

*Dodra vocor. Quæ cauſa? nouem ſpecies gero. Quæ ſunt?*
*Ius, aqua, mel, vinum, panis, piper, herba, oleum, Sal.*

Aliud.

Δόδρα πότος, καὶ ἀριθμὸς, ἔχω μέλι, ὄξος, ἔλαιον. F
Ἄρτον, ἅλας, βοτάνλω, ζωμὸν, ὕδωρ, πίπερι.

# TEMPERIES.

Mel vt vētrem mouēat.

MEL aiunt medici calidum eſſe, & ſiccum in ſecundo gradu, partiumq; tenuium, atq; mundandi vim habere, & aliquid acrimoniæ, cuius nomine ventrem ad excretionem ſtimulet, magisq; etiam vrinam cieat. Tenuium eſſe partium duobus in locis ſcripſit Galenus, ex quo etiam habemus, & tenuem, & tenuiſſimum ſuccum generare, tenuare quibus miſcetur, exterſorium eſſe, multum detergere cùm intus, tum foris; ſed magis Hymettium, non coctum ſuper omnia mundare. Cùm verò dulcia omnia humida ſint natura, & calidiori tamen conſtent, mel ex hiſce calidiſſimus liquor eſt, adeo vt ſi à calidis hominibus ſumatur, in bilem mutetur, aut ſi etiam ad ignem decoquatur, amarum præ nimio calore fiat. Quo nomine cùm calida omnia magis penetrent, quàm frigida, melq; ſit admodum calidum, rectè dicitur à Platone, naturæ meatus penetrare. Idem enim palati linguæque meatus aperiens, dulcem efficit ſaporem, Dulcia autem, magis penetrant, quia calor eorum meatus aperit, & in venarum receptacula, vt author eſt [a] Macrobius, ſubit.

Mel inter dulcia caliditſimum.

Mel cur naturæ meatus dicatur penetrare.

[a] *Lib. 7. Satur.*

# VSVS IN MEDICINA.

[a] *Lib. 22. cap. 24.*

MELLIS quidem natura, inquit [a] Plinius, talis eſt, vt putreſcere corpora non ſinat, iucundo ſapore, atq; non aſpero, alia quàm ſalis natura. Faucibus, tonſillis, anginæ, omnibusq; oris deſiderijs vtiliſſimum, areſcentiq; in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis, pleuriticis, decoctum. Item vulneribus à ſerpente percuſſis. Et contra venena fungorum. Paralyticis in mulſo: quanquam ſuæ mulſo dotes conſtant. Mel auribus inſtillatur cum roſaceo: lendes & fœda capitis animalia necat. Vſus deſpumati ſemper aptior, ſtomachum tamen inflat, bilem auget, faſtidium creat, & oculis per ſe inutile aliqui arbitrantur. Rurſus quidam angulos exulceratos, melle tangi ſuadent. Hæc Plinius. Eadem ferè apud [b] Dioſcoridem legere eſt. Mel, inquit, abſtergendi vim habet: ora venarum aperit, humores euocat, qua ratione in ſordida vlcera ſinusque commodiſſimè infunditur. Decoctum, atque impoſitum, abſcedentem carnem glutinat, medetur impetigini coctum cum liquido alumine, & illitum, item aurium ſonitui, & dolori, cum foſſili ſale trito, tepidum inſtillatur: lendes, & fœda capitis animalia illitum necat, nudam glandem recutitis operit, præſertim quæ circumciſione aperta non eſt, ſi melle præputium à balneo triginta diebus emolliatur: oculorum caliginem diſcutit, faucibus, tonſillis, anginæ collutum, gargarizatumq; medetur. Vrinam ciet, auxiliatur tuſſi, & à ſerpente percuſſis, contra hauſtum meconium, cum roſaceo calidum aſſumitur: aduerſus venena fungorum, & rabioſi canis morſus linctum, aut potum proficit: crudum tamen aluum inflat, tuſſim laceſſit, & ea da re deſpumati vſus aptior eſt. Hippocra- G H

Nocumenta mellis.

[b] *Lib. 2. cap. 101.*

tes

A tes plurimis in morbis melle vsus est, adeo vt si loca omnia colligere libuisset, in magnam nimis molem scriptura nostra excreuisset, quam ob rem leuiter tantùm ea attingam. In secunda pleuritidis spetie præbet fauum in aqua maceratum. Conuoluulo laborantem mel optimum lingere iubet, & vinum splendidum vernaculum bibere. Ex alto delapsis in potu præscribit fauorũ cremorem decoctũ, aqua, aut aceto mulso dulci: vetat autẽ vini potum. Fauum quoque mellis in frigidissima aqua maceratum in repletione pulmonis exhibet. In curatione prolapsi ani mel adhibet: ad quem locum Vidius; Indulget, inquit, ægrotanti in potione vini dulcis, quod partim nutrit, partim soluit aluum, quæ si nec sic quidem liquatur, mel crudum inungit, quod acrius est, & deiectionem educit. Plura etiam loca sunt apud Galenum, sed quę & ipsa sicco pede transcurram, cùm lector per se ea colligere queat ex indice Brasauolę. In frigidis affectionibus maximè ait esse idoneum, è contrario calidis aduersum: in calidis fieri bilem, in bilem conuersum non nutrire, insalubre esse iuueni & bilioso, inimicum esse calidis morbis; depuratum cibum esse optimum ventriculo frigido, pessimum calido, dentientibus giugiuis adhiberi vtiliter, misceri oportere cum mitigatorijs, ex eo confecta promouere sputum, cutis & vulnerum sordes auferre, B facere vt medicamenta simul transeant celeriter, vrinam ciere, humiditatem per vrinam educere: aures purgare, miscendum esse in medicamentis vlceris, thoracis, & pulmonis, omnibus antidotis commisceri, vulnerum sorditiem adhibitum comedere, faucibus exiccatis illini deducendo humores aperire, pruna in eius aqua infusa ventrem lenire, claritati oculorum, & faciei prodesse, oculorum cænoticum esse, sed Atticum melius haberi ad claritatem faciei, & oculorum, eo fricandam esse linguam asperam, eo vtendum ante balnea, eo mouendas vrinas in senibus, ad sinuosorum vlcerum glutinationem prodesse, sputum crassum attenuare, & ad spuendum adiuuare: herpeti exedenti conuenire; dandum ijs esse, qui cibum in acidum vertunt: Si delingatur sine aquæ admixtione, nutrire infirmiùs, sed aluum deijcere; per se copiosius sumptum purgare per aluum: ab eo abstinendum esse in tertiana, pituitosis morbis amicum esse. Hæc & multa alia Galenus. [c] Plinius ait auribus quoque vtilissimum esse, in quo Apes emortuæ sunt: item oculis, & in faciei vitijs, vt [d] aliàs quoq; habet: Mel ex Apibus mellificantibus in tumulo Hippocratis medebatur vlcusculis oris puerorum. Aiunt si super vinum edatur, non sinere, vt impetatur caput, & appetentiæ interitum ex materia præsertim pituitosa reuocare, & exuscitare. [e] Cornelius Celsus mel coctum enumerat inter res, quę aluum astringunt. Ratio est, quia coquendo acrimonia detrahitur, quæ aluum citare, & alimenti virtutem minuere est solita. [f] Nicander mel contra opium laudat.

Mel in frigidis morbis maximè idoneum.

[c] *L.29.c.6.*

[d] *Lib. 30.u aap 4.*

[e] *Li.2.c.30.* Mel coctũ aluum constringit.

[f] *In Alexi.*

*Tu ne cede metu, sed curæ accingere morbi*
*Dulcia propinans & feruida vina trahenti,*
*Vix animum nonnunquam & Hymettia mella remiscens*
*Ex Apium deprompta fauis quarum agmina densis &c.*

C [g] Martialis ad tussim quoq; celebrat, dum canit,

[g] *Lib. 11. Epig.*

*Lenitat vt fauces medicus, quos aspera vexat*
*Assiduè tussis Parthenopæ tibi*
*Mella dari, nucleosq; iubet, dulcesq; placentas*
*Et quicquid pueros non sinit esse truces.*
*At tu non cessas totis tussire diebus*
*Non est hæc tussis Parthenopæ, gula est.*

D Ouidius ad ciendam Venerem:

*Candidus Alcathoe qui mittitur vrbe Pelasga*
*Bulbus & ex horto, quæ venit herba salax.*
*Ouaq; sumantur, sumantur Hymettia mella*
*Quasq; tulit folio pinus acuta nuces.*

Aqua mellita barbam procreat. Aqua mulsa tussientibus vtilis traditur. Calfacta incitat vomitiones. Contra venenum cerussæ salutaris, item contusa hyoscyamum cum lacte maximè Asinino. Infunditur & genitaliũ fistulis. Vuluis imponitur cũ pane molli, subitis tumoribus, luxatis, liniendisq; omnibus. Inueteratę vsum damnauêre posteri, minus innocentem aqua, minusq; vino firmum. Hæc ferè ex [h] Plinio. [i] Dioscorides quoq; mirum in modum aquam mulsam siue melicratũ commẽdat his verbis: Aqua mulsa eadem quas mulsum vires habet. Cruda vtimur, cùm moliri deiectionem, aut vomitionem incitare volumus, vt ijs qui venena hauserunt, ex oleo. Decocta datur imbecillis, & hominibus elangueſcentis pulsus, quos illi dixere microsphyctos, tussientibus, peripneumonicis, & ijs qui immodico sudore digeruntur

Aqua mellita.

Aqua mulsa & eius facultas & vsus.

[h] *Lib. 22. cap. 24.*

[i] *Li. 5. c. 17.*

runtur. Iam paratum conditiuumq; quod aliqui hydromeli propriè vocant, media ætate E
adynamo vino, aut loræ in recreandis viribus reſpondet, & ſimilem vim adipiſcitur: quare
inflammationibus alicuius membri plus quàm lora prodeſt, Inueterati tamen vſus damna-
Hydromeli. tur, inflammatis, aut conſtrictis, ſed laboranti ſtomacho, aut cibum faſtidienti, ſudatoribusue
conuenit. Fit duabus pluuiæ aquę veteris ad vnam mellis partem additis, & inſolatis. Alij
fontanam aquam adijciunt, & ad tertias partes decoquunt, & ita recondunt. Nec deſunt qui
hydromeli appellent, quod à melle elutis aqua fauis confici, ac ſeruari ſoleat: ſed meracius
fieri conuenit: aliqui id coquunt. Ægrotantibus noxium eſt, quoniam plurimùm cera-
ginis ſibi vendicant. Erat præter melicratum ſiue aquam mulſam, etiam alia apud Græcos
in vſu potio, quæ ὀξυγλυκὶς vocatur teſte Galeno in explicatione horum Hippocratis
ὀξυγλυκὶς. verborum: Sed à cibis, & ſorbitionibus abſtinendum (in fracturæ curatione) potioneque
vtendum aquæ, non vino, ſed fauorum cremore decocto, aut aceto mulſo dulci. Quo, in-
quam, loco ſcribit Galenus in Græcia etiam fieri huiuſmodi potionem (quam ait eſſe aquam
mulſam auſteram) in hunc modum: Fauos expreſſo melle in ollam mundam aqua plenam
inijciunt, ac macerant, deinde eatenus decoquunt, quoad ſatis ipſis viſum fuerit, vt faui hu-
morem omnem quem in ſe habent, decoctura in aqua deponere potuerit, poſtea ita recon- F
Aqua mulſa auſtera. dunt, ac ſeruant, vtunturq; æſtate, vtpote ſitim ſedante aqua frigida adiecta. Sed alia ſanè
aquę mulſę ratio, inquit Andreas Matthiolus, apud Mauritaniæ familiæ authores, ab hac
quæ hîc à Dioſcoride traditur. Inter Arabas namq; Meſues de ea ſic ſcribit. Aqua mulſa ex
Aqua mulſa Arabum. antiquorum ſententia, magnis vtiq; viribus prædita eſt. Sitim etenim arcet; frigidis affecti-
bus, præſertim cerebri, & neruorum, & articulorum auxiliatur. Loco vini pota humida ex-
tuſſientibus prodeſt: quin & pus, & lentam craſſamq; pituitam è pectore trahit. Inteſtina,
viſcera, vrinariosq; meatus purgat, terget, ac lauat: quapropter conuenit coli doloribus, alu-
um ſubducit, & calculum gigni prohibet. Fit è libra laudatiſſima mellis, non tamen vete-
ris, colore pallido, odore iucundo, ſapore cum dulcedine modicè acri, cum aquæ fontanæ
libris octo, in vaſe lapideo, vel fictili vitreato, lento igni decocta, deſpumataq; & demum
linteo percolata. Verùm ſi aqua hæc paulò pòſt bibenda erit, aquatior fiat, & ſtatim à ſu-
blata ſpuma percoletur. Nam quæ longa coctione iulapij conſiſtentiam acquirit, diutiùs
quidem ſeruari poteſt, ſed ęgrius penetrat in remotas corporis partes, facileq; in bilem ver-
titur, ob ſuam exuperantem dulcedinem. vnde ſitim accendit, niſi plurima affuſa aqua diſ-
ſoluatur, adeo vt aquæ ferè modo reddatur inſipida. Variant autem mulſæ facultates, pro G
diuerſę coctionis ratione; quippe quę breui coquitur tempore, flatus in ventriculo parit,
aluum magis mouet, & minus nutrit; quæ verò longiori coquitur tempore, flatus diſcutit,
magis nutrit, minusq; aluum ſtimulat. Sunt qui mulſę aromata quoq; addant, nempe gin-
giber, crocum, cinnamomum, macim & id genus alia. Alij galliam muſcatam officinis vo-
catam, & agallochum adijciunt. Fit pręterea ex parte vna mellis, & aquę fontanę partibus
octo, fermenti (aliàs fęni greci) in his diſſoluti vncijs tribus, & propriè ad centum mulſę li-
bras. Quę deniq; omnia muſti modo efferueſcenda in ligneum cadum conijciuntur, non
tamen ad ſummum repletum, ne ferueſcens reſiliat. Vbi verò deferbuerit obturato vaſe, aſ-
ſeruetur vini modo ad potandum, veruntamen non bibatur, niſi tertio mẽſe tranſacto. Huic
mulſę aromata quoq; admiſceri poſſunt linteolo incluſa, & adalligata in cadum demiſſa.
Medo Ger manorum. Hęc omnia Meſues, cuius vltimam mulſæ parandæ rationem, Germani Medònem vocant,
qui tamen fermentum addunt, non ex cerealium genere aliquo paratum, ſed ex vini muſti
recremento, & lupi ſalictarij floribus, quibus etiam vtuntur ad zythum conficiendum, quod
Ceruiſiam appellant. Medonis plurimùm bibunt Poloni & Lituani, quod melle plurimùm
[k] L. 8. Geop. cap. 27. abundent. Hactenus Matthiolus. Et [k] Conſtantinus Cæſar, qui Hydromeli compoſitionem H
ab Hydromelitis ſiue aquæ mulſæ præparatione diſtinguit ſeparatis capitibus, Hydromeli-
tem ſiue aquam mulſam ſic prępărat Aquam pluuialem veterem, aut aliàs ad tertias deco-
ctam, inquit, accipito, & mellis, quod ſatis eſt ammiſceto, & in vas coniecta in vmbram ad
dies decem deponito, foramine relicto ad perſpirationem, & ſic vtitor. Inueteratum melius
redditur. Hoc enim empirici medici in ægritudinibus vtuntur ſcientes, quòd ex ſola aqua,
& melle ſit compoſitum. Alij niuem per ſe cum melle committũt, & trita reponunt. Hinc in
Apomeli quid & ei⁹ facultas. æſtuoſis febribus medela petitur, & Chionomeli, hoc eſt, nix mulſa appellatur. Habebant ve
teres pręterea Apomeli vocatum, cuius conficiẽdi ratio traditur ab Aetio. A fauis niueo can
dore ſplendentibus mel pellucidũ manibus exprimitur. Optima fontis aqua permiſcetur. Si
quod deſtrictum manauit, melle craſſius apparebit, quaternas aquæ partes ad mellis ſingu-
las adieciſſe ſat eſt: ſin liquidius profluxit, ternas. Si aridiores ſint faui, diſſecantur, & ma-
nibus ſubacti diſtringuntur. hæc in olla fictili, in qua prius inferbuerit aqua, vt terreſtris elua-

tur

A tur sordes, igni decoquuntur, nullum fumum eiaculãte, detersa iugiter spuma, quæ vel summatim enatat, vel faucibus obhæret. At vbi septima, vel octaua pars mensuræ totius fuerit absumpta, reliqua refrigerari perfectè sinitur, vinariaq; cella reconditur. Apomeli deterget, digerit, aluo bilioſum humorem excernit, vrinas ciet. Aduersatur calidioribus, & sicciori-
bus naturis. Damnatur in calidis valetudinibus, & præcordijs inflammationem sentientibus: sitim tamen nec excitat, nec extinguit. Dari debet ante sorbitiunculas, namq; cibis intermistum noxam infert. Notandum quòd Actuarius de melicrato, siue aqua mulsa agens (vbi Dioscorides, vt suprà citauimus, habet; nec desunt qui hydromeli vocent &c.) habet sic: nec desunt qui inter hydromelitis genera enumerent, quod à melle elutis aqua fauis consici soleat, & Apomeli nominent; hoc tamen meracius fieri conuenit. Quod thalassomeli vocabatur, Dioscorides vehementer purgare testatur. Temperari autem æquis portionibus maris, mellis & imbris ex alto defæcatis, & picato vase per Canis æstus insolatis. Alij ad binas partes marinæ coctę singulas mellis adijciunt, & vase condunt: huiusmodi moderatius est aqua marina, & mitius. Quin & acetum, teste [l] Plinio, melle temperabatur: adeo nihil intentatum vitæ fuit. Oxymeli hoc, inquit, vocarunt, mellis decem libris, aceti veteris
B heminis quinq;, salis marini libra, aquæ pluuię sextarijs quinq; sufferuefactis decies, mox elutriatis, atq; ita inueteratis. Et rursus [m] alibi: Oxymeli antiqui (vt Dieuches tradit) hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinq;, salis marini pondo, nymbrę quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinq; pariter coquebant, decies deferuescente cortina, atq; ita diffundebant, inueterabantq;. Sustulit totum id Asclepiades, coarguitq;. Nam etiam in febribus dabant. Profuisse tamen fatentur contra serpentes, quas sepas vocant & contra meconium, ac viscum & anginas, calidum gargarizatum, & auribus & oris gutturisq; desiderijs, quæ nunc omnia oxalme contingunt: id sale & aceto recente efficatius est. Apud Dioscoridem hæc leguntur sic: Acetum mulsum, quod oxymel vocant, hoc modo temperatur: Aceti heminas quinq; salis marini pondo, mellis minas decem, aquæ sextarios quinq; pariter coquito, decies efferuescente cortina: atque vbi refrixerit, diffundito. Sumptum crassos humores extrahere, & ischiadicis, comitialibus, & articulorum morbo conflictatis prodesse creditur. Contra morsum eius viperæ, quam Sepa vocant, haustum meconium, ixiamúe, auxilio est. Anginis vtiliter gargarizatur. Sed hîc obiter notandus est Pli-
C nij lapsus, qui pro ἰξιᾷ, quod chamæleontis nigri venenum est, viscum transtulit. Triplicem oxymelitis componendi rationem posteritatis memoriæ tradidit [n] Galenus, qui tamen sal nulli commiscuit, vt eius verba loco dicto apertè testantur, quæ ita sequuntur. Vni aceti parti, mellis, à quo spuma detracta est, duplum est miscendum: deinde ambo in leni igni coquenda, donec eorum qualitates in vnum coierint: ita enim, nec acetum ampliùs crudum apparebit. Cum aqua verò statim ita facies oxymeli. Melli quadruplum optimæ aquæ miscebis: dein coques modico igni, quoad spumare desinat. Ac malum quidem mel multam egerit spumam, quo etiam diutius coqui debebit. Optimum verò, vt breuissimo tempore coquitur, ita minimum spumæ euomit, vnde nec pari ei coctione est opus. Plurimum certè quartam partem eius, quod ab initio est inditum, amittit: post verò dimidio aceti adiecto, rursus coquendum, donec qualitatum omnino sit vnitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur sanè oxymeli etiam tribus statim ab initio mistis, ad hunc modum. Aceti vni parti additur mellis duplum, & aquæ quadruplum: atque hæc ad tertiam partem coquuntur, vel etiam quartam, spuma interim detracta. Quod si valentius id facere studes, tantundem inijcies aceti, quantum mellis. Huc vsque Galenus. Quem secutus Me-
D sues, ipse quoque de oxymelite sic scripsit. Oxymeli fit ex aqua, aceto & melle. Aqua verò miscetur, vt longa coctione resoluatur id, quod in oxymelite flatus excitat, vt etiam promptiùs despumetur, vt denique medicamenti huius facultas, aquæ mistione tenuior facta, faciliùs in corpus distribuatur. Mel verò additur, ad oppugnandam pituitam. Ex melle denique, & aceto mistis, facultas quædam tertia, quæ neutri eorum ineſt, tanta consurgit, vt efficacissima sit, atque certissima ad attenuandum, incidendum, resoluendumque crassa, lentaque excrementa, quæ in ventriculo, & iecore existunt longo tempore genita: quin & ea, quæ articulorum compagines defluxerunt, & diuturnas procrearunt febres: ea namque, & incidit, & coquit. Fit ex aceti parte vna, mellis partibus duabus, aquæ partibus quatuor. Primùm autem mel, & aqua simul coquuntur, vbi despumata probè sunt, addito aceto percoquuntur, semper quoque despumando. Datur ab vncia vna ad vncias tres. Hæc ille. Aqua ex melle destillata quater per alembicum, dummodo mel primò fuerit coctum, pulcherrimos reddit capillos, pediculosq; interficit & lendes res pueris optima & dominabus expetitissima. nam non flauescunt tantùm, sed etiam molli-

Thalassomeli, & eius facultas.

Acetũ melle temperatum.

[l] *Lib.* 14. *cap.* 17. Oxymeli.

[m] *Lib.* 23. *cap.* 2.

Plinij error.

Ixia quid.

[n] *Lib.* 4. *de uict. tuend.*

Cur aqua misceatur in oxymelite.

Aquæ ex melle destillatæ facultas.

molleſcunt & augentur, præſertim ſi ea madefiant in Sole: defluuia præterea cappillorum E emẽdat. Oculis tumidis ac lippis medetur, & aquoſas eorum tunicas & caliginem diſcutit. Angulos oculorũ lęſos & vlceroſos ſanat. Locis ambuſtis egregiè medetur, præſertim mollibus & teneris, ita vt nulla citatrix relinquatur. Deſtillaturus autem in cucurbita vitrea, puram & bene lotam arenam admiſcebis & ignem lentum facies. Aqua prima abijcitur, colligitur verò ſecunda, cui color aureus & ſub finem ruffus. Ruffa expurgat pus & ſaniem in putridis vlceribus, ſi ea lauentur, & imponantur madida inde lintea, & cùm ea repurgarit, carnem etiam producit. Mel inter deſtillandum inflari, & exundare ſolet, cùm incalfactum eſt. Hoc cauetur, cum deſtillatio fit in roſario communi, ſuperimpoſito in patella ligneo cribro (cum ſetis equinis) ita ut mel attingat.° Hieronymus Rubeus aliter deſtillat, aliaſque addit cautiones: E melle, inquit, difficile aqua elicitur, quod facilè vi ignis ferueat, & totum aſcendat, quamobrem alij vitrum commiſcent, alij arenam, pleriq́ue oleo cucurbitam interius inungunt, ſed melius ſyncerum deſtillatur, pręſertim, vbi etiam fæcibus vti conſilium eſt, lineiſque pannis aqua madentibus, pileo & cucurbitę aſſiduè circumpoſitis, exiguoq́ue igne inferius admoto, tumenti feruentiq; reſiſtimus, multum vacui in ipſa cucurbita relinquentes, ſic vt quinta ſolùm parte impleatur, aut ad ſummum quarta. Quoniam autem igne F ſatis vehementi tandem opus eſt, idcirco optimè luto incruſtari debet cucurbita, quam nonnulli etiam curuam accipiunt. Primò autem aqua exit alba, auctiore mox igne, flaua, & tandem rubra, quæ ſeorſim colligitur, cùm ignis odorem ſapiat, & ad alia adhibeatur, quàm duæ priores. nam ad vlcera profunda, ſerpentia, ſordida, cum vnguentis vtiliter miſcetur, & cappillos tingit. ſuperiores alba & flaua, purgato iam corpore, ſuffuſiones & albugines oculorum ſanant; lenior tamen ea putatur, quæ è melle roſaceo, deinde quæ ex melle communi, poſt etiam ex ſcillitico. quod ſi oculares herbas infuderis, nempe ſeſeli, euphragiam, chelidoniam, rutam, ſummitates atq; etiam ſemen fœniculi, ſagapenum, modicum ſaccharum candi, ammoniacum, galbanum, multo efficacius medicamentum effeceris. Caſui pilorum, ipſiſque producendis ac ruffandis, optimè faciunt eædem aquæ, & earum, quas ipſis infuderis, rerum virus ad ſe trahunt, perinde ac aqua ardens. Sunt qui aquas omnes deſtillantes vnico vaſe recipiant, & vbi pars craſſior ad fundum vaſis, in quo ſeruantur, deſcenderit, perſpicuaq́ue aqua euaſerit, tepentis aquæ balneo iterum deſtillant, idque ſexies, aut ſepties repetunt; rufo enim colore amiſſo, aureum acquiret hic liquor, cuius in tuenda valetudine, producendaq́ue vita admirabiles penè, vires prædicant. catharro, tuſſi, lieni pro- G deſt; imbecillas vires reſtituit, ſtipationes reſerat, putredinem arcet, venenis reſiſtit, ac vrinam ſiſtit. Deſtillatur præterea ex melle oleum, de quo ſic P Andernacus: Mel cum ſuis fauis vaſi fictili imponitur, & in fimo equi calido maceratur, dum cera à melle ſeparata ſupernatet; qua ablata, melli ſilices minutiſſimi permiſcentur, & ampullę induntur, diſtillaturq́; primùm aqua acerrima, deinde oleum. Singulare eſt ad dolores podagricos ſedandos, vulneraq́ue curanda remedium.

° *Sect. 2. cap. 8.* Alia deſtillatio.

Oleum ex melle & eius facultas.

P *Dial. 7. commen. 2.*

# HISTORICA.

DE melle in aurũ conuerſo hanc hiſtoriam narrat Baronius. Nihil ergo (neſcio quomodo) ex eo repreſſus vir ille admirabilis Nicetas, vocat eos, qui ſequebantur, & ſtatim iubet tollere pecunias, nihil aliud relinquens Patriarchę, niſi ſolas centum libras auri. Interim autem dum deſcendebant ij, qui eas portabant occurrunt: quibuſdam aſcendentibus ad Patriarcham, qui H mellis amphoras afferebant ad eum, in quarum nonnullis inſcriptum erat. MEL PRIMARIVM. in alijs autem MEL FVMO CARENS. Poſtquam ergo vidit Patricius, & agnouit inſcriptionem, ſignificauit Patriarchæ, vt ad ipſum mittatur vna ex amphoris. Cùm is autem cuius fidei hæc commiſſa fuerant, eorum (vt mos eſt) feciſſet periculum, & deinde intellexiſſet, quòd in eis factum erat miraculum, & Beato Ioanni ſignificaſſet, quòd ſunt omnia auri plena; illico vnum mittit ad Patricium, quod inſcriptum erat MEL PRIMARIVM. Ad eum autem mittit etiam litteras, quarum hæc erat vis. Dominus, qui dixit: Non te dimittam, nec te derelinquam: ipſe pro ijs, quas tua celſitudo nunc abſtulit, pecunijs reddidit alias: id autem tibi declarabit, quæ nunc ad te miſſa fuit amphora, quæ eſt vna ex ijs. Scias ergo quod Deum, qui ſpiritum, & alimentum omnibus ſuppeditat, homo in quem cadit interitus, nequaquam poterit in anguſtum redigere. hæc breuiter ad Nicetam Patricium Patriarcha.

NOCV-

A

# NOCVMENTVM.

RECTE[a] Galenus mel aliquibus salubre, aliquibus verò insalubre esse dixit: item neque simpliciter salubre, neque insalubre habendum. [b] Clemens Alexandrinus, mel, inquit, cùm sit dulcissimum, bilem generat, quemadmodum quod bonum est, contemptum: bilem autem maximè generat mel in corporibus calidis, qualia sunt potissimùm iuuenum. Galenus oculis & auribus ait esse mordax, nonnullis mixtum causare singultum & in hectica febre id subtrahit, si copiosè sumatur, stomachum pungit & incisionem facit, si non coquitur, flatus in ventriculo & intestinis parit: coctum teste [c] Hippocrate æstuosum est, & typhum morbum generat. Cleocho ex lassitudinibus & exercitijs melle per aliquot dies vtenti, tumor ad genu dextrum, inquit idem [d] Hippocrat. obortus est, imò potius ad infernam partem circa tendines sub genu. [e] Idem ait mellita ructum acidum facere & bilis fluxum super-

B nè ac infernè, & tormen & flatum & repletionem. Sunt qui flatus excitare credunt, vbi crudum est; coctum verò sine illo esse, vtpotè quod vbi coquitur, spumam amittit: cuius causa flatum in eo dissipari credunt. Cæterùm quia Hippocrates mel nisi vitiosum sit, coquere vanum esse perhibet, idemq; vbi coctum est, si rursus coquatur, non minus ferè quàm antequam coqueretur, aut spumat aut in tumorem attollitur, rectiùs videbitur inflationes parere, quoniam à partibus corporis, quas attingit, auidè quidem propter suam dulcedinem, retinetur, sed potissimùm quia lentum est. Interim enim calefiat, oportet; ob calorem verò quasi feruet; feruescens extenditur quidem, sed ob lentorem, quo minus facilè dissoluatur, partibus propter suauitatem obnixè simul ad se trahentibus, prohibetur. Hoc pacto & iecur & lien melle potissimùm intumescunt. Sic mel etiam ieiuno sumptum, subito saturat. Adeo.n. illud siue stomacho, siue iocinori ob lentorem dulcedini cõiunctum apponitur, affigiturq;, vt neque alios cibos admitti, nec ipsum aliò distribui facilè sinat. Aiunt frequentiùs esum etiam scabiem procreare. [f] Gaudentius Merula obseruauit infantem naribus & labijs exesis natum, cùm illius causas scisciteretur à matre, nihil aliud respondit, quàm se cogitare id accidisse iusanti ex plurimo mellis vsu, quo prægnans, cùm pica laboraret, vsa

C fuerat.

[a] *L. 1. de alim. facult.*
[b] *Li. 1. Padag. c. 11.* In quibus bilem generet.
[c] *L. de inter. Affect.*
[d] *Li. 7. de morb. pop.*
[e] *L. de affec.*
Cur inflationes pariat.
Iecur & liẽ melle tumescunt.
[f] *Li. 4. mem. cap. 14.*

# VSVS AD CONSERVANDA CADAVERA, ALIAQ; PLERAQ;.

MVLTAS atq; omni ex parte homini vtilissimas vires, inquit [a] Hieronymus Mercurialis, à natura obtinuit mel, sed illa reliquarum præstantissima putanda, quòd vitia coërceat, nec serpere ea patiatur. Qua ex causa etiam exanimum, vt [b] Columella tradit, corpus hominis per annos plurimos innoxium conseruat. Nam Plinius refert principatu Claudij Hippocẽtaurum in Thessalia natum, ex Aegypto ad Imper. allatum. Ante [c] Plinium verò Xenophon morem quandoq; sepeliendi mortuos in melle, vt conseruarentur, extitisse tradit; quod in tertio Lucretium intellexisse puto cùm scripsit.

D

*Aut in melle situm suffocari, atq; rigere*
*Frigore, cùm in summo gelidi cubat æquore saxi:*

Varro in Sciomachia. Quare Heraclides Ponticus (Pontificus mendosè legitur apud [d] Nonium, vt annotat Pet. Victorius) plus sapit qui præcepit, vt comburerent; quàm Democritus, qui vt in melle seruarent; quem si vulgus secutus esset, peream si centum denarijs calicẽ mulsi emere possimus. Aemilius etiam Probus, siue Cornelius Nepos in Agesilai vita refert, ipsum inter Cyrenas & Aegyptum ex morbo decessisse, ibiq; amicos quo Spartam facilius perferre possent, inopia mellis cera circumfudisse, atq; domum ita incorruptum detulisse. Vt hac ratione valeant medici in vsu mellis esse audaciores, vbi præsertim corruptionibus occurrere, atq; putredinem compescere necessarium est. Alioqui si cum siccitate contendatur, detrimentum potiùs, quàm commodum mellis vsui succedere, meritò innuit Galenus, dum bilioſis vtpotè siccis magno studio id cauendum præcipit. Hæc ille. Huc spectant [e] Papinij versus ex doctis illis syluulis, in Metij Celeris propemptico.

[a] *Li. 2. c. 24. Var. lec. c. 1.*
[b] *Lib. 2.*
[c] *L. 5. Grac. rer.*
[d] *L. 19. Var lect. cap. 1.*
[e] *Lib. 3. Syl.*

*Duc &*

*Duc & ad æmathios manes, vbi belliger Vrbis* E
*Conditor, Hyblæo perfuſus nectare durat.*

Babylonij quoq; , vt ſupra notauimus, mortuos ſuos in melle ſeruabant. Huc referamus
[f] *Lib.3.* præterea hoſce Corripi de [f] Iuſtino Auguſto minore anunculi funus condente verſus:

*Thura Sabæa cremant, flagrantia mella locatis*
*Infundunt pateris, & odoro balſama ſucco*
*Centum alia ſpecies, vnguentaq; mira feruntur*
*Tempus in æternum ſacrum ſeruantia corpus.*

Si itaq; mella cadauera ſeruentur incorrupta, quanto magis, quæ minus ſunt corruptibilia. Purpuram pretioſiſſimum olim colorem melle conſeruari ſolitam apud priſcos legimus, vt apud [g] Plutarchũ, qui Alexandrum Suſis captis ingentes theſauros comperiſſe cùm
[g] *In Alexãdro.* dixiſſet, eosq; enumerare pergeret, hæc quoq; ſcripta reliquit. Vbi narrat etiam purpuræ Hermionicæ inuenta eſſe quinq; millia talentûm, compoſitæ quidem iam annos ante centum nonaginta, ſed recentem adhuc florem, & nouum ſeruantis. Cauſam autem huius ferunt eſſe, quod tinctura melle fiat punicearum, oleo verò albo candidarum, quippe quarũ ætate pari ſplendor purus, & fulgens conſpiciatur. Quomodo verò purpuræ melle, & oleo F
conſeruentur, in purpurarum hiſtoria Deo dante explicabo, poteritq; interea lector [h] Mercurialem conſulere, qui hunc eundem Plutarchi locum diligentiſſimè in varijs ſuis lectio-
[h] *Lib.6. cap.26.* nibus tetigit, atq; enodauit. Porro de mellis conſeruandi potentia plura quis adducere
[i] *Lib.de cõpoſ.medic.* queat, potiſſimùm cùm Actuarius tradat, [i] diutiſſimè omnium antidota permanere, melle ſibi vindicante naturam, vt ſua commiſtione diutius inoffenſa ea perdurent. Verùm enimuerò mel duplicem ob cauſam theriacę ſimilibusq; antidotis cõmiſcetur, tùm quia conſeruet vſu longo, vt dixi, tum quia etiam eadem excipiat, & quàm apta reddat: ad hæc ſuſceptorum vires miſcet, & colligit, prohibetq; ne ambiens aër exhauriat, extraneos ſapores temperat, proprio lentore mediocrem conſiſtentiam andidoto conſeruat. Notandum verò eſt, mellis menſuram non ſemper eandem in antidotis requiri. In quibuſdam enim vix quadruplum ſatis eſt, quibuſdam triplum, alia neq; duplum requirunt. Nam ſi materia omnis arida ex herbarum comis, & radicibus fiat, quæ molem faciunt, & facilè turgent, & intumeſcunt, ijs vix quadruplum ſufficere experientia docet; ita in Diacalamintha accidit. Quorum materia grauior, ſolidior & non multùm intumeſcens, vt Myrabolani, triplum in his ſupereſſe non dubito. Succorum materia quæ non adeo eſt arida, & mellis minimum combibit, minore G
quàm dupla menſura mediocrem conſiſtentiam retinet. Verùm antidota non ex vno tantùm genere rerum componuntur, cùm plerumq; & herbas, & ſuccos, & foſſilia, & animantium partes recipiant, quare fit, vt raro extremis menſuris vtantur. Idcirco Græci, vt plurimum triplo vtuntur, cùm vinum non immittunt; ſin vinum admittunt duplo, aut paulò ampliùs, quod in theriaca apparet, in qua mel ad libras decem ponunt, vt deſpumatum ad duplum deueniat. Mellitas ex Hiſpania placentas ſuo tempore afferri Romam ſolitas cõſtat, tãto terrarum tractu durabiles ex cydonijs, cum melle coctas; ſeptem item perennaſſe annos compoſitionem Diacydonitem, coctam itidem cum melle, additis pipere, zinzibere, & aceto legimus apud Galenum. Antea notatum eſt, ſurculos in melle ſepultos, in alias regio-
[k] *Lib.8. de ſubtil.* nes incorruptos, & propagationi aptos deferri, quod [k] Cardanus quoq; tradidit, rationem afferens, quandoquidem mellis humidum, tenue eſt, dulce ac temperatum, non pingue, non putredini obnoxium: atq; hoc alendis teneris germinibus vtiliſſimum eſſe. Quamobrem, inquit, & iuglandes toto anno virides in eo ſeruantur; fructus verò, & caro non paucis diebus abſq; putredine. Verùm Cardanus, quod mel neget pingue eſſe in eo ſibi ipſi refragatur, cùm ſubinde pingue eſſe ipſemet profiteatur, quamobrem rectè hanc exercitationem in H
*Exerc.179.* ipſum ſcripſit [l] Scaliger. Arborum, inquis, ſurculi in melle ſepulti ſeruantur: quia mellis humidum tenue eſt, & dulce, ac temperatum, non pingue, non putredini obnoxium. Hoc autem alendis teneris germinibus commodiſſimum. Quaſi velis dicere, pinguia putreſcere. Quæ tamen res haud ſæpè contingit. Rancida namq; & lachrymæ, & gummi non ſolùm non putreſcunt, ſed etiam depoſita ſumma fide ſeruant, vt Cedria, pix, mirrha, aloe, & eiuſmodi complura. Mel verò quanam audacia, è pinguium genere eximebas? Accuratius igitur horum conſeruantium rationem ineamus. Quatuor in primis eſſe vulgo nota, huiuſce facultatis. Mel, eiusq; pars, vel affinis, cera. Oleum & oleoſa, quæ analoga vocant philoſophi. Et Acetum. In his liquidis, omnia, ſed alia in alijs ſeruantur: fructus, caſei, hyſicia. Aceto propter ſiccitatem. Amplectitur internum calorem naturalem, arcetq; quo minus exeat. Eademq; potentia prohibet externi vim, atq; inuaſionem. Olei denſitas obſiſtit aeri, & ſupernatat ambiens humiditatem ſeruati corporis interiorem: qua non cedente

humidi-

A humiditatibus peregrinis,nõ fit corruptio,vt in problematis,de Alno sub aqua, dicebamus. Olei namque peculiare pingue auersatur humorem, tum aqueum, tum aëreum. Ideo non contrahunt rubiginem gladij oleo aut seuo peruncti. Melle verò seruantur multa: multa etiam vitiantur. Humor enim ei natiuus,non imbecillis. Quare ipsum sibi incorruptum corrumpit aliena. Iccirco fructus humidiores sibi creditos ab iniuria non tuetur. Cuius rei periculum fecimus. Iuglandes quidem in eo seruant naturam suam incorruptam propter oleaginem peculiarem,qua illius humido resistũt. At ficus,persica, pyra, mala tabo fluida fiunt. Aceto persica & sub hyemem olim seruata Mantuæ: & hoc anno mense Februario vini fęcis beneficio hîc vidimus facie quidem solida atque incorrupta, sed tristi, sapore verò ingustabili. Hæc itaque Scaliger. cui quidem quod de ficis, pyris, malisque tradit, credendum est, sed meo iudicio ita credendum est, si haud debito modo condantur. Quid enim humano cadauere pronius aptiusq; ad concipiendam putredinem tabemq; ? id melle seruari solitum iam demonstratum est. Non debito autem modo condiuntur, cùm mel nimis eliquatur, quod ex Plutarcho colligo,qui sic de melle scriptum reliquit. Calor cùm alia,tũ mel quoq; sua qualitate exuit: quod crudum alia quoque à corruptela defendens, elixando perditur. [m] *Lib. sympos. quæst. 348.*

B

# DE CERA CAP. III.

CERANE' an mel præferri debeat,in dubium vocari potest. Quin sanè cera vel ea saltem ratione melli præferenda videtur, quia mel ipsum hac contineatur,quanquam in nonnullis locis mel sine fauis nasci demonstratum sit. Vtilissimum homini, immo planè necessarium mel est ad vitam sustentandam. Ceræ non minor vtilitas, potissimùm ad præbendam lucem in tenebris,& ad sacrũ in Ecclesia Romana ritum. Maiorq; eius erat apud veteres vsus. In hac animi sui conceptus, vti nos modò in papyro, exprimebant, hac pingebant, hac imagines maiorum suorum, qui vel domi, vel in bello clari fuissent conficiebant, & ad varios alios haud pęnitendos vsus,conseruabant; Mel nihilominus, de industria prætulimus, naturam ipsam imitantes,quæ mellis causa ceram fauosue genuisse videtur.

Mellis & Cerę vtilitas.

De melle cur prius egerit author.

C

# ÆQVIVOCA.

K ῆρος teste [a] Eustathio Armeniæ fluuius est: quod miror à nemine annotari. Cera (κήρα) [b] Theophr. brassica sylvestris est. Sed quamnam herbã ita appellet, haud ita constare video. Crispinus vulgaris lexici author, exponit pastinaca sylvestris, putatq; ita dici à fibrata, & capillata radice. In qua sententia etiam [c] Celius est, sed pastinacam cum armoracia confundit. Apud Theophrastum, inquit, obseruauimus, armoraciam, quæ sylvestris est raphanus, ut scribit Palladius, ab cornu imagine κήρας nuncupari. Quod pastinacis nomen est communicatum, Dauco tamen in primis, fortè ab radicis capillatæ augumento, [d] Ruellius verò de cera herba hæc scripta reliquit: Lapsana olus sylvestre est, pedalis altitudinis, trium foliorum napi simillimorum, nisi candidior esset flore, coquitur in cibo. Hanc diui Iulij carminibus præcipuè iociscque militaribus celebratam Plinius tradit: alternis quippe versibus exprobrauere, ea se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum persimoniam cauillantes. Hæc est, quam rura sanuas albas, quasi

D sylvestres napos vocant. Quod satis Dioscorides testatur, tradens à Romanis napum appellari. Namque sylvestre hoc olus pedali altitudine prodit, tribus hirsutis folijs, cætera napi similis, nisi flos esset aliquantò candidior. Ea virent arua, & in pauperum cœnas plærumq; venit. Apud Arcades eam nasci, quam illi brassicam sylvestrem appellant medici quidam ceram, Theophrastus testatum reliquit. Herbæ cuiusdam, quæ cara nominabatur, meminit Hirtius, qua cum lacte victitauit exercitus, radice vsus, non folio. Hec ille, & rursus in eodem libro, capite de brassica. Et cera, inquit, Theophrasto sylvestris brassica, quam alij erraticam, alij petręam dixerunt. Plinius speciali nomine cramben, coma leui, parua, rotunda, ramis, floribusq; permultis conditã, satiua candidiorem, succo aspero, & instar medicamenti amaro. Hæc eadem illa est quę tot exercuit, imò ferè occidit grammaticos, illo Satyrici senario lo vaticinante quantùm crucis nostris olim criticis poneret.

*Occidit miseros crambe repetita magistros.*

Hæc Ruellius. Mihi verò cara radix Hirtij longè alia, videtur quàm Cera apud Theophrastum.

Cerus fluuius.

[a] *Im Odyss. M.*

Cera herba.

[b] *Li. 9. Hist. plant. c. 13.*

[c] *Li. 7. Ant. lect. cap.*

[d] *Lib. 2. de nat. stirp. c. 50.*

Lapsana

Sanua alba.

Napus sylvestris.

Cera herba.

[d] *Cap. 54. Crãbe quæ Plinio.*

ſtum. Hæc enim braſſicæ genus eſt ſylueſtris, diuerſum tamen à braſſica ſyl. Dioſcoridis, E
nimirum Lãpſana, cuius folia caulesq́; teſte eodem Dioſcoride coquuntur in cibo: cùm cara
radice tantùm, non folio, vt Hirtius ſcribit, veſcerentur obſeſſi Romani: quia nimirum fo-
Cara radix quę Hirtio. lia eſui non erant. Eorum tamen opinionem approbare nolim, qui radicem Hirtio caram
nuncupatam, paſtinacam eſſe volunt, quia ſcilicet hæc omnium maximè edulis ſit, eam
autem, cuius eſui tantoperè indulgent Belgæ (non enim niſi ſata colitur in hortis: non ſua-
pta natura ſecus vias, & per agros prouenit) cæterùm ſylueſtrem paſtinacam, quæ nullibi
non per agros obuia eſt, quæ licet non ſit, vt domeſtica, ad guſtum grata, in fame tamen
optimum erat condimentum, maximè ſimul cum lacte comeſa: cùm ſatiua per ſe eſui ſit,
neq; lactis condimento egeat, quod in cara radice Hirtius requiri mihi innuere videtur, cùm
ea cum lacte victitaſſe exercitum tradat. Videtur deniq; mihi κήρας, non κίρας apud Theo-
Theophraſtus correctus. phraſtum ſcribendum, vt videlicet peculiarem huius herbæ in ſubminiſtrando ceram natu-
ram nobis manifeſtaret. Mirum enim eſt, quantum ex hac herba ceræ colligant Apes, quod
[c] Columellam exactiſſimum de re ruſtica ſcriptorem minimè latuit. Præcepit enim Lapſa-
[c] Lib. 9. c. 4. nam prope aluearia ſerendam eſſe, quòd copioſam ex ea ceram Apes colligant. Iam verò, „
inquit notæ vilioris innumerabiles herbæ, cultisq; atq; paſcuis regionibus, quæ fauorum F
ceras exuberant, vt vulgares lapſanæ, nec his pretioſior armoracia, rapiſtriq; olus &c. „

# SYNONYMA.

נכאת cum Aleph vice Vau in Bereſith Rabbáh exponitur שעוה Cera. Rabbi Dauid in lib. Radicum dicitur res deſiderabilis. Vox, inquit Pagninus, videtur peregrina pro aromate, vel omni eo, quod ex aromatibus artificiosè confectum eſt. Geneſ. 37. Et cameli eorum portantes נכאת, res deſiderabiles, vel ceram. Hieron. aromata. lxx. θυμιαμάτων, id eſt ſuffitis. Pſalmo 22. & 68. דנג vertitur cera. Sicut liqueſcit דנג cera à facie ignis. Pſalm. 22. Fuit cor meum כדונג ſicut cera. Ieſ. 41. ne השחץ paucas; quia ſum Deus tuus, Doctores Hebræorum exponunt, ne ſis ſicut שעוה cera, quæ ſcilicet liquefit, & diſſoluitur à facie ignis, id eſt, ne liquefias, ne diſſoluaris. Rabbi Ioséph exponit, ne debiliteris. Rab. Selom. Ne liquefiat (aut diſſoluatur) cor tuum, ſicut cera. In dictionario Syrochaldaico נכאות idem eſſe dicitur, quod שעיות ceræ: Item שעוה & שעיתא idem, quod דונג cera. Arabibus nomi- G
Hamaha. natur Hamaha, & Semha. Græcis κηρός, & apud Dores κᾶρος. [a] Euſtathius τῷ κηρῷ καὶ
[a] In Ody M μάλιτος etymum eodem modo indagandum eſſe ab Apis diligentia, curaq́; in conuehendo innuit, κηρὸν tradens dici ἀπὸ τῆ κηραίνειν, τὸ μέλι ἀπὸ τῆ μέλειν. Vtrumq; enim verbum curare & ſolicitare ſignificat. Accipitur verò etiam κηρός pro ceræ picisq́; mixtura; vnde ceratæ naues dici meruerunt, cera piceq́; ſimul confuſis oblitæ, de quibus pòſt ſuo loco ſermo fiet. Cera etiam teſte [b] Galeno μάλθη vocatur; atq; ita Hippocrati nuncupari ſcribit
[b] In Exegeſi. Hermolaus. Sed propriè μάλθη ſiue μάλθα cera eſt emollita, μεμαλαγμένος κηρός, vt Heſychius exponit: in quo ſignificato capitur à Polluce, qui inter δικαϛικὰ quædam σκεύη ponit πινάκιον τιμητικὸν, μάλθῳ, ἢ κατήλειπτο τὸ πινακίον. Plura quoque in eodem ſignificato poſtmodum citabuntur. Eſt præterea μάλθη Heſychio μαλακία & τρυφερή. Item ῥύπος κηρός. Pollux autem ῥύπον accipi pro cera qua tabellæ ſcriptoriæ inducuntur, ſcripſit, ita vt μάλθη generalius pro cera tam dura, quàm mollita vſurpetur. Diuerſa ab ea eſt Latinorum maltha, permiſtio nimirum picis liquida, vnguinis ſiue auxungiæ, ſiue ſeui, & calcis,
Maltha qd Latinis. ad ſtrigmenti craſſitiem; qua in ciſternis, piſcinis, vel puteis rimas, & lacunas, cùm aqua per H
ſaxa manat, reſarciunt, atq; pauimenti, vel parietis tecturam ſuccumbentem reparant: cu-
[c] Lib. 1. cap. 17. ius compoſitionem docet [c] Palladius. [d] Plinius verò aliud genus docet hoc modo: Maltha „
[d] Lib. 36. cap. 24. è calce fit recenti; tunditur cum adipe ſuillo, & ficu, duplici linamento; quæ res omnium „
[e] Lib. 2. cap. 104. tenaciſſima, & duritiem lapidis antecedens: Aliter autem accipit [e] alibi, In Commagenes „
vrbe Samoſitis ſtagnum eſt emittens Limum (maltham vocant) flagrantem. Cùm quid at- „
tigit ſolidi, adhæret: præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendêre muros oppugnan- „
te Lucullo: flagrabatq́; miles armis ſuis. Aquis etiam accenditur: terra tantùm reſtingui, „
docuêre experimenta. Similis eſt natura naphtæ. Latini ſynonymia carent. Accipitur tamen ſæpiſſimè fauus pro cera, quemadmodum etiam pro melle, vt dictum eſt. Itali latinam vocem ſeruârunt. Hiſpanis parum immutata ciera dicitur, Gallis ciere, Germanis ſuperioribus vvaſchs, inferioribus vvas, Vandalis vvaskis, Polonis vvósk, Vngaris viaſz, Anglis vvaxe.

QVID

A

# QVID SIT. VNDE FIAT.

MEL donum esse cęleste siue aëreum iam dictum est. Ceram eisdem, quibus mel, locis Apes colligunt, in plantis videlicet, nonnunquam ijsdem, nonnunquam diuersis. Constant tamen materia planè diuersa, vtpotè mel ex rore matutino, cera ex ipsa tenaciori plantarum substantia: quod vel ex [a] Arist. constare puto, dicente ex lachryma arborum Apes ceram conficere. Quod verò etiam ceram ex ijsdem plantis, quibus mel, colligant, colli-
» gitur ex eodem [b] Aristotele scribente: Conficiunt ceram, cùm stirpes florent; quamobrem
» eximenda per id tempus cera de alueo est: continuò enim reparatur. Hæc sunt, vnde acci-
» piunt, thymus, fusus agrestis, sertula Cāpana, albucum, myrtus, phlœus, vitex, genista. Cùm
» ex thymo conficiunt, aquam admiscent, antequam fauus occupatur. Alibi quoq; albucum
» siue asphodelum gratam herbam Apibus esse scribit, indeq; ceram accipi. [c] Plinius ceras ex
B omnium arborum satorumq; floribus confingere author est, excepta rumice, & chenopode. (alij legunt, echinopode, alij equinopode: pro quo quidam tribulum interpretantur, alij echion, alij spinæ genus). Falsò excipi spartum (non intelligit iuncum sterilem, & flore fructuq; priuatum, descriptum lib. decimonono cap. 2. sed genistam ijsdem, quibus ille iuncus,
» nascentem, flore Apibus iucundissimo) cùm in Hispania multa in spartarijs mella herbam
» illam sapiant. Falsò & oleas excipi arbitratur, quippe oliuæ, inquit, prouentu plurima examina gigni certum est. [d] Alibi tamen sui oblitus affirmat Oliuæ florem ab Apibus non attingi, ideoq; hanc arborem procul esse, satius esse putat. Sed prior assertio vera est: nam & Maro præcipit, vt

*Palmaq; vestibulum, atq; ingens oleaster obumbret.*

» Sed & [e] Aristoteles, Ceræ, inquit, congestio notari potuit in oleis, cùm diutius in eadem mo-
» rentur, propter frondem eius arboris spissiorem. Lampsana item maximum ceræ prouentum præstat, vti paulò antè ex Columella diximus. Sunt præterea & aliæ plantæ, ex quibus, & mel & ceram eximant. Ait alibi Arist. ceram suis Apes cruribus aggerere: Obseruaui id quàm sæpissimè, etiam in syluestribus: quarum nuperrimè vnam ita crura cera flauescente onusta habentem conspexi, vt vix propter pondus prouolare posset, tum etiam quia
C totam crurum flexuram cerâ impleuerat. Asseruerat idem [f] Philosophus ceram, perreptando flores, capere Apes, priorum acumine pedum; mox verò priores in medios abstergere, & rursus medios in blæsa posteriorum, atq; ita onustas discedere, & quidem grauari, premiq; onere cerni, quoties redeunt. Repetit hæc [g] Plinius breuiùs quidem, sed diligentiùs,
» dum ait: Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra, pedes priores rostro;
totæq; onustæ remeant. Quæ cùm ita sint, cùm inquam sit luce clarius mel & ceram in eodem loco nasci, diuersam tamen esse rem, diuersamq; esse substantiam, illius roridam, huius aëriam quidem etiam, sed ex lachrymosa, ac gummosa plantarum insita natura oriri, & diuersimodè ab Apibus ferri in aluearia, illud nempe ore, hanc pedibus, illud liquidum, hanc solidam, firmamq;, atq; aptam ad illud conseruandū. Itaq; planè omnibus notum esse existimo ceram esse nihil aliud, quàm fauos, ex quibus mel est expressum. Quomodo autem
» mel exprimatur suo loco docuimus. Cera fit, inquit, [h] Plinius, expressis fauis, sed ante pu-
» rificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili, aqua fa-
» uos tegente, tunc sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, ex-
» cipiturq; alia frigida, vasis melle circumlitis. Videtur hîc Plinius alluisse ad [i] Columellæ
D placita, quæ de cera facienda memoriæ prodita reliquit his verbis: Ceræ fructus, quamuis
» æris exigui, non tamen omittendus est, cùm sit eius vsus ad multa necessarius. Expressæ fa-
» uorum reliquiæ, posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum conijciun-
» tur: adiecta deinde aqua liquantur ignibus, quod vbi factum, cera per stramenta, & iuncos
» (sporta, Plinius) defusa colatur, atq; iterum similiter de integro coquitur, & in quas quisq;
» voluit formas, aqua prius adiecta, defunditur, eamq; concretam facilè est eximere, quo-
» niam qui subest humor, non patitur formis inhærere.

[a] *Li. 3. Hist. cap. 21.*
[b] *Li. 9. c. 40. Hist. anim.*
Vnde cerā Apes colligant.
[c] *Lib. 11. cap. 8.*
Spartum quid Plinio.
[d] *Lib. 21. cap. 12.*
[e] *Lib. 9. cap. 40.*
[f] *Lib. 9. cap. 40.*
[g] *Lib. 11. cap. 10.*
Cera quid.
[h] *Lib. 11. cap. 14.*
Cera vt fiat.
[i] *Lib. 9. cap. 16.*

# DIFFERENTIÆ. ELECTIO.

Cera adipi ſimilis vbi.

Cera duriſſima.

IOANNES Guinterius Andarnacus, ceram ait aliam eſſe flauam, aliam albam; aliam rurſus pinguem adipi ſimilem, qualis, inquit, ex Moſcouia, & Polonia affertur, aliam ſiccam & denſam. Ego ceram naturaliter albam nondum obſeruaui, neq; pręterea capio facilè, quam ſiccam denſamúe vocet. Quæ enim ſicca ſimul & denſa ſunt, ſolida ſunt, ac dura, quod ceræ naturæ aduerſatur. Habeo tamen ego in muſæo meo ceram Indicam colore flauo, viridi & rubro, item nigro, quæ lapidea prorſus eſt duritia. Sed hæc naturalis non eſt, quin ex lacca confici ab Acoſta didici. Propriè enim cera ad tactum mollis eſt, in quo ſenſu venuſtè admodum dixit Plinius Iunior:

*Vt laus eſt ceræ mollis, cedenſq; ſequatur.*

Ceræ optimæ notæ.

[a] *Lib. 2. cap. 76.*

Optima eſt iudicio [a] Dioſcoridis, ſubflaua, ſubpinguis, pura, odorata, & halitum quadamtenus melleum referens, natione Pontica, aut Cretica. [b] Plinius vel inuertit hunc Dioſcoridis locum, vel alterius ſcriptoris doctrinam ſecutus eſt in eligenda cera. Ait enim optimam eſſe, quæ Punica vocatur (hoc eſt, vt Iacobus Dalechampius etiam exponit,) omnium candidiſſima. Proximam, quàm maximè ſuluam odorisq; mellei, puram, natione autem Ponticam, quam conſtare equidem miratur inter venenata mella. Deinde Creticam. Plurimum enim ex propoli habere. Poſt has Corſicam, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putari. [c] Iacobus Hollerius cùm dixiſſet in ceratis cera vtendum eſſe, quam adoleſcentior Apum populus conficit, alioqui, inquit, cera alba vtendum eſt, non ſponte quidē nata, ſed factitia, qualis olim Tyrrhenica, quia ſuauior eſt, & acrimonia hoc genus remediorum carere debet. Sed de hac ſæpe apud Galenum fit mētio, quem quiſq; adire poterit. Idem tradit Ponticam naturaliter amaram eſſe, amaritudinemq; ex abſynthio obtinere, nec non eam lotione non deponere. Candida, authore Dioſcoride, fit hoc modo. Ex ea radunt album, ſyncerumq;, atq; transfundunt in vas, quod ſatis habeat marinę ex alto petitæ, inſperſoq; nitri momento, decoquunt; cùmq; iterum, tertioúe inferbuit, ſeparatum vas refrigerant, ac cerę paſtillum eximunt, deterſa ſorde, ſi qua fortè adhęſit: tum denuo indita noua maris aqua feruet, vti retulimus, & vaſe dempto ex igne, fundum ollulę nouę aqua frigida madefactum, in ceram ſummam ſuſpenſa manu intingunt; quò celerius concreſcat, & quàm minima portio extrahatur. Suſcepto primo ceræ orbiculo, iterum vaſis imum aqua refrigeratum, tantiſper in ceram immitti debet, dum tota excipiatur. Orbiculi lino conſuti, interuacante ſpatio ſuſpenduntur, & interdiu continuò ſub ſole, noctu ſub luna aſperguntur, vſq; dum perfectè albeſcant. Verùm ſi eximius ille candor deſideretur, eadem factitari, & identidem recoqui operępretium eſt. Nec deſunt, qui pro marina, in muria quàm acerrima ſemel, aut iterum excoquant; dein laguncula tenui, rotunda, anſam habente extrahunt: poſtea orbiculos ſubſtrato affatim ceſpite herboſo, inſolant, donec candorem ſummum cōtraxerint. Prędpiunt hoc obeundum munus Vere, cùm Sol remiſſa vehementia humorem pariat, vt non facilè liquetur. Hæc itaq; Dioſcorides, ex quo [d] Plinius, Punica fit, inquit, hoc modo: Ventilatur ſub dio ſæpius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florem, id eſt, cādidiſſima quędq;, trāsfunduntq; in vas quod exiguum frigidæ habeat. Et rurſus marina decoquunt ſeparatim, dein vas ipſum refrigerāt. Et cùm hæc ter fecere, iuncea crate ſub dio ſiccant ſole, lunaq; hęc enim candorem facit. Sic cantes ne liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidiſſima verò fit poſt inſolationem etiānum recocta. Punica medicis vtiliſſima. Sic ille. Binas quoq; dealbandi ceram rationes nobis deſcriptas reliquit [e] Io: Anglicus in ſua roſa Anglica, quarum prima eſt, vt cera tam diu in aqua decoquatur, permutando continuo aquam, donec candida reddatur; altera vt dū in aqua diſſoluitur ab igne, vitreum vas aqua perlutum diſſolutę cerę immergatur, & quod adhęſerit, ſole lunaq; ſiccetur, idq; tandiu continuetur, donec ita omnem ceram exemeris, & ſub dio expoſueris. Albeſcit autem ſolis vi (vt de aqua nihil dicamus prętera) quoniam ita tollitur à cera mel, eęq; partes expirant, quarum tenuitate color conflatur. Quod tetigit omnium doctiſſimus [f] Iulius Cæſar Scaliger. Fieri albū, inquit, ab igni ſcribit Ariſt. in oct. Sect. propoſitarum quæſtionum. Quod patet in cera, pilis, cinere. Et in ſeptima idem ſentit, & in quinto de generat. animal. & in primo Meteorum. Solem enim eſſe candidum. Vbi duplex ſententia explicanda eſt. Nam vbi ſolem dicit album, poteſt albi miſtione candoris confectionem profiteri. At cera non hac ratione fit alba, ſed quaſi ab efficiente. Ἐξημάζεται nam que mel ab igne, quamobrem exuctæ candor relinquitur. Idem modus in pilis, & cinere. Et candorem ſuprà ſtatuebamus in ſicco. Tametſi ne hoc quidem videtur. Aqua enim humidiſſima

[b] *Lib. 21. cap. 14.*

Ceræ Punicæ omnium candidiſſima.

[c] *Li. 6. Inſt. Chirur. c. 1.*

Pontica cera cur amara.

Cera alba vt fiat.

[d] *Lib. 21. cap. 14.*

Cera candidiſſima quādo fiat.

[e] *Lib. 5. c. 1.*

Cur ſolis vi albeſcat.

[f] *Exer. 325. 12.*

Sol candidus.

midissima in suis primordijs apparet alba. Itaque ab aqua etiam creari albedinem gummi Aqua alba.
indicant; ea namq; si soluantur, albescunt. Quanquam hîc quoque tolli tum sordes, tum
densitatem, atque inæqualitatem, nec minus elui tenuiores partes insolatas, in quibus ali-
quid coloris insit, obijci potest, &c. Aiunt Venetijs candidissimam ideo fieri, quia ea vrbs
non vt aliæ ciuitates puluerulenta est. Candidam ceram ἀνιγματικῶς Varro in Prometheo Cera cur Venetijs cãdidior quã alibi fiat.
apud Nonium referente Iacobo Dalechampio, his verbis significat: Chrysosandolos lo-
cat sibi, & amiculam de lacte (quidam lacteam à cera legunt) ac cera Tarentina, quam Apes
Milesiæ cogerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse, & neruis, puram, putam, proce-
ram, candidam, teneram, formosam. [g] Turnebus verò Varronem amicam scribit ceream
vocare pro tenera, & pulchra, propter cereas imagines, quas in atrijs habebant, (veteres)
aliaq; opera, quæ sequaci, & flexibili ceræ natura pulcherrima faciebant, & mollia erant.
Præterea cera tractando inalbescit: vnde τράκτος κηρὸς Ætio vocatur, quæ tractando inal-
buit, & τρακταίζω Phauorino est λευκάινω, inalbesco. τράκτα meminit [h] Hermolaus his
verbis: Capyridia sunt, quæ alio nomine Tracta dicimus, vt Athenæo placet: cuius vocis,
& apud Catonem mentio est, vbi de placenta, & spira, & scriblita loquitur: quo verbo ipse
non panificium, sed portiones tota materia detractas, & in solum, hoc est, stratum in tabel-
la, siue alueolo diffusas congestasq; significat: proinde in hoc vsu Græci sic loquuntur, ἔλκειν
λαγάνα pro eo, quod est tracta facere: Hinc, & cera candida tracton dici à Græcis quoque Tracton.
author est Phocion, à quo, & verbum τρακταίζειν pro eo, quod perficere, ac subigere, vt
alba fiat cera. Paulus quoque ceram tractam ad psoras commendat. Mihi capuridia viden-
tur tracta dici, quoniam & tractata manibus albescant, & etiam igne vsta, hoc est cocta,
quemadmodum in panis massa obseruamus, quæ manibus cõtrectata, candescit quidẽ, sed
coctione fit postmodũ candidissimus panis. Eustathius in hoc fortè sensu καπυρὸν composi-
tum esse tradit ἐκ τῆ κάειν, καῦ πυρουν. indeq; καπυρίδια apud Dipnosophistam appellari.
Cæterùm illud in primis in cera candida obseruandum est, ne sit impostura, nonnulli enim Cera alba vt adulteretur.
terebinthinam cerę communi miscent, atq; addita cerusa dealbant. Sunt qui ceram candi-
dam, virgineam vocent. Sed ceram virgineam propolim esse habemus ex Actuario, & ante Cera virginea.
hunc ex Scribonio Largo: & nescio quàm bene [i] Hollerius ceram virgineam esse putat, quã
adolescentior Apum populus conficit. Laudari tamen satis eiusmodi cera ad plurimos vsus
non potest. Est enim quàm recentissima, & cariem nondum sensit. Laudatissimę autem cerę
notæ sunt, vt sit quàm maximè recens; quo enim recentior, eò odoratior existit, puriorq; & Ceræ nouæ laus.
ad diuersarum impressionum, & figurarum susceptionẽ aptior, & tam formę susceptę, quàm
scripturę in ea impressę durabilior. Cęteras notas bonitatis ex Dioscoride, & Plinio diximus,
inter quas etiam non postremo loco ponitur, vt sit odorifera, odore autem melleo. Nunquid
verò cera odorata siue laudabili odore esse queat, vt mihi facilè persuadeo, quispiam in du- Cera an sit odorata.
bium vocare queat ea ratione, qua cera plerumq; ex arborum lachrymis constat, quarũ odor
sanè gratus non est, tum etiam quatenus propolis grauissimi planè odoris ei permiscetur. In
quam disputationem postquam inciderimus, obiter locum [k] Plinij restituam, apud quem [k] Lib. 13. cap. 3.
alibi sic legitur: In M. Ciceronis monumentis inuenitur, vnguẽta gratiora esse, quæ terram,
quàm quæ crocum sapiant: quando etiam corruptissimo in genere, magistamen iuuat ipsius Plinius correctus.
vitij seueritas. Ego legendum puto non terram, sed ceram: nam apud ipsum [l] Ciceronem ita [l] Lib. 3. de Oratore.
scriptum inuenitur. Vnguentis minus diù nos delectari summa, & acerrima suauitate con-
ditis, quàm his moderatis: & magis laudari, quod cęram, quàm quod crocum olere videa-
tur. Vnguenta enim ceram recipere notissimum est, cùm terram odoris conciliandi gratia
ad ea recipi nemo dixerit. Videturq; mihi innuere Cicero doctrinarum lux altera, odoratis- Cicero explicatus.
sima vnguenta, qualia sunt, quę crocũ pręstantissimi, atq; acutissimi odoris aroma accipiunt,
nimio odore caput sensusq; ferire, ideoq; abominari: moderata, quę tam acuti odoris aroma-
ta non recipiebant, sed ceram ipsam odore vix superabant, ideo esse gratiora, quòd nullam
capiti sensibusq; noxam inferant: putauerimq; deniq; Ciceronem moderata vnguenta per
ceram potiùs, quàm aliquod aroma significasse, cùm quòd aliud non sit inter ingredientia
valentiùs, tùm verò potissimùm, quòd vnguentis suam (vt vocant) consistentiam prębeat.
Frustra itaq; mihi [m] Cęlius Calcagninus Ciceronis locum per Plinium restituere conatur. [m] Lib. 4. Epist.
Adducendum enim esset aliquod vnguentum, quod terram odoris causa conciliandi reci-
pit. neque insuper verum est ceram ideo grauissimi odoris esse, quoniam ex lachrymis ar-
borum ab Apibus colligatur, resinaq;: nam & eodem modo mel, quod sæpè ex inodoris
plantis deferunt, & ingratum habentibus odorem, vel inodorum sæpè, vel ingrati odoris
esse deberet, quod falsum est. quin cera non solùm ex resinis colligitur, sed ex odoratis-
simis quoque plantis, sicuti paulò antè ex Aristotele, Plinioq; demonstrauimus. Quam-

[n] *Lib. 12. cap. 15.* obrem vbi odoratiores ſunt plantæ, odoratior etiam cera naſcitur: vt in Creta, Attica, E Sicilia, Cypro. Quam poſtremam (Cypriam) tam odoratam agnoſcit [n] Plinius, vt balſamum ea vitiari ſcribat, quod omnibus odoribus præferri ipſe quoq; teſtatur.

# ADVLTERATIO. COLORATIO.

Ceræ pondus vt augeatur.

NONNVLLI quæſtus faciendi cauſa, ceram adulterantes, pondus eius excreſcunt hoc modo. Picis Græcę in pollinem reductæ libras duas, librę mellis permiſcent ſimul ad ignem, deinde proijciunt in aquam, & paulatim eximunt, ſeruantes ad futurum vſum. Cùm iam vti volunt, ceræ recentis libris ſex ſeui veruecini vncias ſex adijciunt, ſimulq; miſcentes iterum ebulliunt. Alij addunt ceræ farinam fabaceam optimè contritam, nimirum in candelis, aiuntq; ardere ſine excrementis, augere pondus, & magnitudinem, & vix detegi fraudem. Nigreſcit cera authore [a] Plinio addito chartarum cinere, ſicut anchuſa admiſta rubet: variosq; in colo- F

[a] *Lib. 21. cap. 14.*

Vt nigreſcat.

res pigmentis, inquit, trahitur ad reddendas ſimilitudines, & innumeros mortalium vſus, parietumq; & armorum tutelam. Sed de his poſtea. Rubram ſigillandis litteris hodie ſic faciunt elegantiſſimam. Ceræ libris tribus terebinthinæ vncias tres miſcentes ad ignem, cinnabari in oleo diſſoluti vncias totidem adijciunt. Viridis fit eodem modo ex flore æris; aurea ex minio trito, flaua ex auripigmento, carnea ex lacca & ceruſa.

Cera rubra pro ſigillis.

Cera viridis.

# VT SINE APVM OPERA COLLIGATVR.

[a] *Lib. 2. Alchim. tract. 1. cap. 45.*

[a] ANDREAS Libauius docet quomodo mel & cera ab homine ſine Apum opera eximi queat, quod quanquam laborioſum ſit, ceraq; ita collecta pluris, quàm quæ ab Apibus recolligitur, conſtare debeat, colligentemq; fruſta ita tempus perdere iudicem, curioſis hominibus illud tamen hîc repetere placuit. Ille autem ſic ſcribit. In genere plantarum floribus folijsq; mel „ aëreum, & cera inſiſtunt. Cera per ſublimationem facilè ſegregatur, quod G mihi in roſis euenit, inſtrumento ſigulino cum pannis refrigerantibus. Putauerim, & mel „ ſegregari poſſe per macerationem in aqua deſtillata, & poſtea ad conſiſtentiam mellis coa- „ gulata. Sed flores eligendi ſunt tunc, cùm maximè eis Apes inſiſtunt, aut inditium eſt mel „ aëreum cecidiſſe: & illi qui decerpti nihil afferunt detrimenti. Requiritur etiam induſtria „ in macerando. Hæc ille.

# LOCVS.

[a] *Lib. 10. Metam.*
[b] *Li 5. Epig.*
[c] *Lib. 14.*
[d] *Lib. 6. cap. 28.*
[e] *Lib. 6. c. 4. rer. antiq.*

Cera pro tributo.

[f] *Li 4. c. 24.*
[g] *Dec. 4 l. 2.*
[h] *In Eridano*

VBI Apum copia eſt, ibi & mellis ceræq; haud dubio prouentus. Qualia multa loca antè celebrauimus. Ab Hymetto Atticæ monte, in quo Apes propter læta paſcua abundare diximus, Hymettia cera [a] Ouidio, Attica [b] Martiali, & Cecropia [c] Silio Italico appellatur. [d] Plinius apud Sabęos plurimùm cerę melliſq; prouentum eſſe tradit. Corſica etiam propter ceræ abundantiam celebris eſt, adeo vt [e] Diodorus ſcribat Tyrrhenos vrbibus, quę in ea inſula ſunt, ſubactis, reſinę, ceręq; ac mellis, quorum, inquit, ea fertilis eſt inſu- H la, tributa impoſuiſſe. Sed & Romanos legimus à Corſis centum millia pondo cerę, tributi nomine exegiſſe, vt ſcribit [f] Alexander ab Alexandro, ex [g] Liuio, vt apparet, qui tamen ducenta millia pondo accepiſſe notauit. Ex Ponto quoq; pro melle, quia id ibi prauum eſt, ceram pro tributo eoſdem Romanos extorſiſſe antè diximus. Sicilia quoque cera abundat. [h] Pontanus commendat ceram Mantuanam.

*Electro felix, felix Mantoide cera,*

Ex Hiſpania quoque in alias regiones defertur. [i] Strabo è Tuditania euehi tradit; & Baſtetanis Hiſpanię Beticę populis cerea vaſa, vt Gallis in vſu fuiſſe. Idem author eſt iuxta Phaſim in Aſia plurimam ceram gigni. Polonia, Ruſſia, Pruſſia, Podolia, Moſcouia, vbi ceram permutant cum pannis, Liuonia, & tota Septentrionalis plaga copiosè ceram præbent. Teſtaturque Iouius Moſcouitas ceram in omnem Europam mittere. Liuones olim (nam ſub Friderico primo credidere CHRISTO) tanta fuiſſe ſimpli-

[i] *Li. 3. Geog.*

Liuonum ſimplicitas.

A simplicitate [k] Crantzius author est, vt expresso melle ceram velut purgamenta reijcerent, fecit inquit, pretium illi Germanorum diligentia: quod illi primùm mirantes acceperunt, pòst verò comperta rei æstimatione, accreuerunt. Eiusdem vsum ignorant Acuzamil, & Nigri Sanegæ incolæ, item & in Hea Africæ regione, vbi Io. Leo Africanus contemni, atque proijci ab incolis testatur. Ingens vis ceræ aduehitur ad Mombazzæ Indiæ Orientalis vrbem. Abundat & in Quiloa, & Cambaia, Cortesius plurimum mellis, & ceræ eduxit ex Auxamil. Teculeth Africę vrbs, & Agla ab eodem Africano celebrantur, aitq; Rabonę montis in eo tractu incolas nihil agere præterea, quàm quòd saponem, & ceram purgent: esseq; & alium ibi montem Beni Fensecare nomine, ad quem omnes concurrant ad emendam ceram: ac aliam deniq; qui Beni Abusaib nuncupetur, esse, cuius habitatores ceram Christianis vendant, indeq; ingentes sibi comparent diuitias, quemadmodum, & in Cholia vrbe. In Melinda Indiæ ciuitate miram aiunt esse ceræ abundantiam. Regnum præsbyteri Iani, Iucatan, Insula S. Laurentij, totaq; China ceram vili pretio habet, & in plerisq; mundi noui locis abundè colligitur.

[k] *Lib 16. VVand. c. 9.*

Ceræ vsum qui ignorent.

B

# DENOMINATA.

DE cereo substantiuo, siue candela cerea maiori, vulgus torzam vocat, pòst dicetur. Cereus adiectiuum duplici in significato accipi video, pro coloris genere, & pro mollitie: [a] Horatius cerea brachia in postremo sensu dixit his verbis:

Cerei significatio.

[a] *Lib. 1. Ode 13.*

Brachea cerea.

*Cum tu Lydia Telephi*
*Ceruicem roseam, cerea Telephi*
*Laudas brachia.*

Vetus enim interpres, cerea exponit mollia, aut in modum ceræ flexilia. Atq; ita [b] Pontanus:

[b] *Lib. 4. de Stellis.*

*Corporaq; extento iactent pendentia fune,*
*In gyrum cogant artus, & cerea membra*
*Perq; enses moueant nudis vestigia plantis.*

Ita quoque Pet. Angel. Bargęus canebat:

C —— *Tum pulchræ leuia miris*
*Flectunt colla modis, & cerea membra puellæ.*

Perperam itaq; nonnulli solida, nonnulli etiam malè candida interpretantur. nec rectè mihi exponere videtur [c] Adrianus Turnebus pulchra, & formosa, ac si ad pulchritudinem imaginum cerearum, quas in atrijs habebant nobiliores Romani, alluserit poëta, aut aliorum operum, quæ è cera fingebantur elegantissima. Nam & ipse Horatius hominem pronum ad malum, cereum, hoc est, facilem ad flectendum dixit hoc versu:

[c] *Lib. 29. cap. 2. & li. 27. 24. 2.*

Cereus homo.

*Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.*

Iam verò pro flauo colore cereum sumpsit [d] Martialis, cùm canit:

[d] *Lib. 1. Epi.*

*Cerea si pendet lumbis & trita lacerna*
*Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.*

id est, vt exponit quoq; [e] Turnebus, detrita, & decolor, flauescensq; flore coloris exolescente. Dixit tamen idem [f] Epigrammatarius abollam vestem tragicam, & grauiorum personarum, etiam ceream:

[e] *Lib. 17. cap. 24.*
[f] *Lib. 4.*

Cereus color.

*Cerea quem nudum tegit vxor aballa grabati.*

D Dixit [g] & Ficedulam ceream, hoc est, præ pinguedine flauam, transluccente nimirum flaua per cutem pinguedine.

[g] *Lib. 13.*

*Cerea quæ patulo lucet Ficedula lumbo*
*Cùm tibi fortè datur, si sapis, adde piper.*

Dixit [h] deniq; cerea pruna ab eodem colore.

[h] *Lib. 10.*

*Mittimus autumni cerea pruna mei.*

Et ante ipsum [i] Virgilius:

[i] *Eglo. 2.*

*Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.*

Vbi Seruius exponit cerei coloris, sed qui sit, non explicat. Plato quoq; κηρινον πλακουντα dixit, κηρίνας ὄρνιθες Athenæus inter fercula. Et κηρίναν ὀπώραν sunt qui apud eundem interpretentur mel. Sed hoc loco ingens Cardani lapsus à [k] Scaligero annotatus, prętereundus non est, vtpote qui colorem cereum cum cæruleo ineptissimè eundem arbitratus sit. » Quid sit cæruleus (color) inquit aduersus eum Scaliger, hìc planè ostendis te ignorare.

[k] *Exer. 325. 13.*

Cardanus lapsus.

Eum namq; propolidi, ac ceræ nouæ attribuis. Obſcurior, inquis, paulò colore maris tranquilli. Quid mariné an propolidi color idem? Vtrum tibi ignotum eſt? Quod verò ais: „ Cerulum a cera, nullum habes authorem. Sed κήρινον & κηριοειδὲς: quod nos cereum, vt apud „ poëtam, qui pruna cerea vocat. Hæc ille. [1] Plinius ſmaragdorum genera recenſens, quinto loco eos poſuit, qui cerini nuncupantur, à cerino ſcilicet colore, (quanquam ſint, qui acerini legunt.) Nam & alibi ait: Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atq; purpurea. Et [n] Plauto cerinum veſtimentum eſt, quod & mellinum eidem appellatur à melleo ſiue flauo colore, à quo veſtes aliquas dictas eſſe innuit etiam Ouidius, canens:

*Et ſua velleribus nomina cera facit.*

Turnebus apud [o] Plautum carinarios dici putat eos, qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera inquit, Doricè κάρος dicitur, quæ alijs Græcorum linguis κήρος vocatur. Libentius autem à Doribus, & Æolibus Latini mutuum ſumunt, quàm ab alijs Græcis, ad quos in mercatum non proficiſcuntur dictionarium, &c. Ceroplaſtæ dicuntur, qui ceram exercent, & qui imagines ex ea, ſimiliaq; conficiunt. Latinè cerarij. Plutarchus χαλκοτύποις μὲν πείθονται, καὶ λιθοξόοις, καὶ κηροπλάσταις, ἀνθρωπομορφα τῶν θεῶν τὰ σώματα εἶναι. Vnde κηροπλαστέω, ex ceris fingo, in ceris fingo. Eubulus apud Athenæum lib. 13. Τίς ὦ ὁ γράψας, πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα Ἡ κηροπλαστήσας ἔρωθ' ὑπόπτερον. Aceipitur & pro ceras fingo nimirum de Apibus. Item comæ ornatores, ſed tunc κηροπλάσται ſcribendum, quia κήρας etiam ſit coma, quod apud Plutarchum indicat Homerus, cùm Paridem κηρ' ἀγλαὸν dicit. Ceroſtrata quoque à cera nomen non obtinent, ſed à cornibus, quæ & ipſa κήρατα Græcis dicuntur. De his conſule Vitruuium & Plinium. Proditum eſt ex vrorum cornibus effici, quę Romani ad ſuas delicias tranſtulerunt, nunc tincta, nunc ſublita. Nunc quæ ceroſtrata picturæ genere dicerentur, ad ſellas principum, atque lectícas parantur, quales Ægyptij reges inter cætera ornamenta habuiſſe feruntur. Hiſpani neſcio an à cera ceream vocant, quam nos cereuiſiam, Ægyptij zytum. Fit ex frugibus coctis, & lupo falictario. Ceroferarium eſt inſtrumentum quo cereus fixus continetur. In [p] decretis canonicis eius fit mentio: Acolythus accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda lumina mancipare. Primicerius eſt nunc primus inter clericos, & diaconos, quibus præeſt in docendo, ſubditus archidiacono. Butrigarius ratus eſt primicerium accipi pro cantore, quoniam officium cantandi etiam ad eum pertineat. Colligitur autem ex reſcripto Innocentij ad Tullenſes Canonicos, primiceriatum eſſe beneficium cum dignitate: Aliud tamen ab officio primiceriatus, quod habet primus inter notarios ſummi Pontificis, antea dictus notariorum decanus, & protoſcrinarius, vulgò Caponotario. In quo ſignificato legitur quoq; apud [q] Celium Rhodog. Primicerius, inquit, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus: „ ſicut ſequens appellatur ſecundicerius. κηρὸς autem cera eſt, & in ceratis tabulis ſcribebant „ antiqui. Alius etiam erat primicerius, qui diem, ſeu vt loquuntur, datus adijciebat diplomatibus pontificialibus, quas nunc bibliotecarius apponit. Primicerius itaq; cantor dicitur, veluti primus in choro, & primus ratione cantus: alioquin non is primus ſimpliciter dicendus, cùm is ſubordinetur archidiacono. Exigit enim pronunciatio nominis primicerij, adiectionem ex relatione alicuius, vel poſtulat ſubintelligi. Quòd primicerius in omnibus is dici poſſit, qui primus, & aliqua dignitate eſt anteſignanus, vel primus in aliquo: ſic dicimus primicerium menſorem, inter menſores primum, & primicerios ex corpore decanorũ: primicerium fabricæ, primicerium protectorum, domeſticorum, equitum. Sic de ſimilibus. Nam primicerus & πρωτοκήρος, & πρῶτος τάξεως, eſt primus ordine quolibet ceræ ſeu ſcripturæ. Mos enim erat apud veteres in tabulis ceratis ſcribere, quas Græci κηρώματα dicunt: quanquam ceroma etiam ſit apud Columellam ceratura. Eſtq; item vnguentum, quod fit ſubacta oleo cera, qua in paleſtris vtebantur athletæ. In quo ſenſu Plutarchus libro quem edidit, an ſeni ſit adminiſtranda reſpublica; ἀσκηθὴς δὲ οὐκ ἐν παλαίστραις, καὶ κηρώμασιν ἀκινδύνως εὐρύθμων σοφιστῶν, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἐν Ὀλυμπιακοῖς, καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσι. Vnde κηρωματικὸς ceromate vnctus dicitur Iuuenali:

*Et ceromatico fert niceteria collo.*

Item κηρωματιστὴς, qui ceromate aliquem vngit. Alij ceroma exponunt oleum, quo perungerentur athletæ ad robur adijciendum corpori, adhibito quodam terræ genere. Sunt qui pathon dici putent cœnum ceromati, hoc eſt, oleo, vt ipſi interpretantur, permixtum. Non addebatur autem quælibet terra, ſed quæ robuſtiora corpora & ad tolerandos æſtus algoresq; reddebãt firmiora. Quamobrem meo iudicio ceroma dupliciter fiebat, vel ex oleo cum cera permixto, vt nomen quoq; à cera ſit deductum, vel ex oleo cùm terra, vt dictum eſt. [r] Plinio verò ceroma eſt locus, in quo athletę certabant, vel vngebantur. Ijdẽ, inquit, paleſtras athle- „

tarum

[1] *Lib. 37. cap. 5.* Smaragdi cerini.

[n] *In Epidico.* Cerinum.

[o] *Lib. 13. cap 5.* [o] *In Aulularia.* Ceroplaſtę qui.

Ceroferarium. [p] *Diſtin 24.*

Primicerius qui. Primiceriat⁹ dignitas.

[q] *Lib. 12. cap. 6.*

Secundicerius.

κηρώματα quæ. Ceratura.

Ceromaticus.

Ceroma duplex. [r] *Lib. 35. cap. 4.*

A tarum imaginibus, & ceromata sua illustrant. Vitruu. eum locũ χονιςήριον nominat, alij ἐλαιοθησίαν malunt, quòd scilicet cera oleo diluta vngebantur. De Ceragine dictũ est. Cerites Plinio est gemma ceræ similis, Idem alterius gemmæ meminit, quam cerachatem nuncupat.

Cerites gẽma.
[1] Li. 37 c. 10.
Cerachates.

# PROBLEMATA.

QVÆRIT [a] Aristoteles, cur oleum & cera Solis calore candefiunt, caro verò nigrescit? An illa, inquit, Sol propterea candefacere possit, quòd humorem nimium eximit: nigricat enim per naturam, quod præhumidum est, propter humoris terreni mistionem. Carnem verò, quod nullam inde humoris copiam detrahit, adurit, atroq; afficit colore. Attigimus nos suprà hoc problema ex Scalig. Aliud Ambrosij Leonis Nolani, cur cera, sulfur, seuũ, dum liquefacta, sunt, sunt pellucida, coacta dum sunt, opaca sunt: Vitrum & liquefactũ & coactum est pellucidũ, metalla tam liquefacta quàm coacta sunt opaca. An quia sunt duę B qualitates, altera pellucida. i. quæ potẽtia est lucida, altera opaca, quæ neq; actu, neq; potentia est lucida; atq; vtraq; & magis & minus contingit inesse corpori tam multũ quàm parum liquabili, & coactili. Cera itaq; sulphur & seuũ & alia id genus constant è corpore multũ liquabili, in quo paucum opacum, pellucidum multum inest. Cùm ergo igne soluitur eorum aliquod, tum idem corpus generata quantitate secundũ omne spatium amplius extat, quod liquescere est: in eo statu partes paucæ opacæ distenduntur, & distendendo tenuantur, & tenuando vincuntur, & opprimuntur à partibus multis pellucidis & tenuatis: Quamobrem omnis substantia, apparet pellucida: quod & in vino & alijs liquoribus spectare est, cùm verò idem cogitur, tum corrupta maiore quantitate in minorem redit corpus, partesque opacæ contrahũtur & crassescunt, & pellucidæ etiam stringuntur adeo opacis subsint: in quibus cum opacę præstant, efficiunt omnia opaca. Vitri autem substantia tota aut maxima, ex parte pellucida est: quamobrem nullo pacto perturbat opacum in eo. In metallis conditio contraria est. nam maxima eorum pars aut multa opaca est; parua aut minima pellucida: qua pro re siue liquefacta siue coacta sint, opaca semper in eis vincunt, & manent opaca. Esse autem C aliud liquabile, & coactile, quàm opacum, compertum est. Nam etsi vtraque illa contingit esse opaca, tamen eadem contingit esse cum opposito opaci, quod est pellucidum. Item alia esse quàm pellucidum, namq; cum opposito pellucidi, quod est opacum, cõiunguntur. Sed tamen vt liquabile adiuuat magis pellucidum, quàm opacum. Ita coactile magis consert opaco, quàm pellucido. Verùm alia ratio est eorum cum lucido & deferẽte lumen, nam liquescens ineptum est ei, quod vult lucere; aptum illi; quod deferre lumen amat. Coactile contra commodo est volenti lucere; ineptum amanti deferre lumẽ: quamobrem soli melius est esse coactili, cœlo aptius esse liquabili. Aliud ex Leonardo Iacchino, cur cera facillimè oleo confunditur, non vino, non aqua? An quòd simile simili facilè admiscetur? Cera igitur, & quæcunque pingui atque aëreo humido abundant, ut resinæ ac plantarum succi, qui facilè ignem concipiũt, cognata oleo sunt, ideo & statim vnà coalescunt. At quæ natura dispari oleo confundi nequeunt, quale papaueris succus & hypocistidis, qui tamen vino aut aqua facillimè permiscentur.

[a] Sect. 38. Probl. 1.
Cera cur à sole cãdeficiat.
Cera cur liquefacta pellucida, coacta uerò opaca.
Vitri substãtia cur pellucida.
Metalla cur opaca.
Cur cera facile oleo, non aqua aut vino fundatur.

# D CVR, ET QVAM FACILE CALORE LIQVESCAT.

QVAMVIS neminem latere probè nouerim, ceram quàm facillimè calore dissolui, solis scilicet atque ignis, placuit id tamen nonnullis, quas studendo annotaui, authoritatibus, poëtarum, potissimùm corroborare. [a] Lucretius:

*Denique cera liquescit in eius* (ignis) *posta vapore.*

[b] Ouidius:

*Non tulit vlterius, sed ut intabescere flauæ*
*Igne leui ceræ, matutinaque pruinæ*
*Sole tepente solent.*

[c] Idem de Icaro, cuius alas cerâ humeris conglutinatas sol resoluit.

*Mellis odoratas pennarum vincula ceras:*

Cera quam facile colore liquescat.
[a] Lib. 6.
[b] Li. 3. metam.
[c] Lib. 8. M.

Tabuerant

*Tabuerant cera.* [d] Alibi rurſus de eodem: E

*Vincla labant, & cera Deo propriore liqueſcit.*

Et antea dixerat:

*Ibimus, impatiens cera caloris erit.*

Dantes de eodem:

*Ne quando Icaro miſero le reni*
*Sentì ſpennar per la ſcaldata cera*
*Gridando'l padre à lui, mala via tieni.*

[d] *Lib. 1. de Arte.*

[e] *Lib. 9.* [e] Lucanus: —— *Calido non ocyus Auſtro*
*Nix reſoluta cadit, nec ſolem cera ſequetur.*

Virgilius:

*Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit*
*Vno eodemq; igni, ſic noſtro Daphnis amore.*

Cui conſimile eſt hoc Petrarchæ:

*Amor m'hà poſto, come ſegno à ſtrale*
*Com'al ſol neue, come cera al fuoco.* F

[f] *Cant. 33. Stant. 58.* [f] Arioſtus:

*Se di cera noi foſſimo, ò di paglia*
*E di fuoco egli, aſſai fora quel grido.*

[g] *Pſal. 77.* [h] *Cap. 1.* [i] *Lib. aduerſus Stoic.* Luculenter dicebat diuinus [g] Pſaltes, ſicut deficit fumus, deficiant, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Item [h] Micheas: ſicut cera ſcindentur à facie ignis. Eleganter etiam [i] Plutarchus Stoicos inſectatus autumantes Deos vi ignis perituros, ac ſi, inquit, cerei eſſent, aut ſtannei. Item vbi aduerſus in Platonem inſurgentes diſputat, dicentem orationem verbo, & nomine conſtare, cùm plura requiri dicant exemplo galbani, & ceræ, quæ commiſceri non queant abſq; vi ignis. Quod modò ad cauſam attinet, quare Sol ceram emolliat, eam reddit [k] Alexander Aphrodiſeus, quòd Sol humorem penitiorem

[k] *Lib. 1. Probl 87.* Ceram pinguem eſſe. euocans, omnem emollit. Sed quid ſi liqueſcentiam hanc ceræ pinguedini tribuamus. Pinguem autem ceram eſſe, vel inde conſtat, quòd ſola inter omnium liquorum feces ſupernatat, & cùm incaleſcit, ad fundum non deſcendit, ſed potiùs quærens ſuperficiem ſurſum tendit propter igneas partes, & aëreas, quæ in ea dominantur. Vnde cera in aqua calida deorſum premit aquam, & per eius ſuperficiem ſe diffundit; vel, inquam, inde potiſſimùm G conſtat, quòd accenſa, vt alia pinguedo non flammam tantùmmodo concipit, ſed diu ardere conſpiciatur, vnde candelarum cerearum nobilis vſus.

# VSVS IN SACRIS. EORVMQVE ORIGO.

Cerei cur in Eccleſijs accendantur.

NOTISSIMVS equidem cereorum in S. Romanę Eccleſ. myſterijs vſus eſt. His ſacra omnia, tam antemeridiana, quàm pomeridiana celebrantur, his ſanctorum reliquiæ, & diuorum imagines aliàs occultæ capſiſq;, & thecis abditæ oſtenduntur, his funera efferuntur, terraq; conduntur. Sine his nullum ferè myſterium peragitur. Non accenduntur autem ad lucem tantùm inducendam, ſed ad pium religionis cultum amplificandum, in honorem inquam numinis, ſanctorumq; martyrum. Ritus eſt vetuſtiſſimus, quod vel ce- H

Cereorum vſus in templis, & eius antiquitas.

roferariorum clericorum exemplo facillimè conſtat, ac lucidiſſimè, cùm ab ipſo Eccleſiæ initio ordinem fuiſſe in ea conſtet eorum, qui & Acolithi dicebantur, vt ad ſacram myſteriorum pompam, ſicut apud Cyprianum legimus, & Euſebium, & in Romano ſub Syluestro concilio, accenſos ferrent cereos. Idem in Orientis Eccleſijs fieri ſolitum, Hieronymus agens contra Vigilantium fidei deſertorem, iſthæc in Catholicos exprobrantem, planè teſtatur his verbis: Abſq; Martyrum reliquijs per totas Orientis Eccleſias, quando legen- "
dum eſt euangelium accendunt Luminaria iam ſole rutilante, non vtiq; ad fugandas tene- "
bras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum. Quod verò ad diurnum ſpectat lumen, ſic di- "
cit. Cæreos autem non clara luce accendimus, ſicut fruſtra calumniaris, ſed vt noctis te- "
nebras hoc ſolatio temperemus, & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tene- "
bris &c. non ipſum diem per lucem claram intelligens, ſed lumen ipſum quo cerei accen-

Cereroferariorum munus.

Hieronymus explicatus.

duntur, vt ſit ſenſus non fulgenti lumine accendimus cereos, vt tu dicis, ad illuſtrandos

Martyres

A Martyres. Immo idipsum factitari solitum in Ecclesia eadem Occidentali testatur S.[a] Paulinus illi æqualis, his versibus:

[a] *In Nat. 3. 5. Fel.*

*Clara coronantur densis altaria lychnis*
*Limina ceratis adolentur odore papyri,*
*Nocte dieque micant. Sic nox splendorque diei*
*Fulget, & ipsa dies cælesti illustris honore*
*Plus micat innumeris lucem geminata lucernis:*

Præterea eiusmodi pietatis cultum à se probari, Hieronymus in eodem commentario paulò inferiùs, & suprà eodem argumento, ad Riparium scribens, apertè æquè ac liberè profite
» tur, dum ait: Accensi ante tumulos eorum cerei, idololatrię insignia sunt? Fatetur tamen in-
» terim Hieronymus ritum ab antiquis Romanis defluxisse, dum ait. Idolatras appellas hu-
» iusmodi homines? Non diffiteor, omnes nos qui in Christo credimus, de errore idololatriæ
» venisse; non enim nascimur, sed renascimur Christiani. Et quia quondam colebamus idola,
» num colere deum non debemus, ne simili eum videamur cum idolis honore venerari? Illud

Cerei accendantur & vnde is ritus ortus.

B fiebat idolis, & idcirco detestatum est: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiẽdũ est. Alibiq; rursus. Ipsaque, inquit, Roma orbis domina in singulis insulis, domibusque tutelæ simula-
» crum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem ædium isto appellant nomine, vt tam
» intrantes quàm exeuntes domus suas inoliti semper commoneantur erroris. Damascenus in sermone de dormientibus docet cereos, oleum, & huiusmodi offerri. Dum enim cerei circa altare, feretrum, ac tumulos incenduntur ex persona defunctorum, Christum verum lumen & æternum, eiusdemq; fidem, quæ lumen est intellectus viatoris profitemur. Oblationum cereorum in Ecclesia ritus, qui nobis nunc valdè familiaris est, etiam in antiqua Romana Ecclesia fuit, vt liquet ex sanctissimis Patribus eius seculi, qui eiusmodi oblationes à fidelibus fieri solitas maximoperè commendant, adeò vt Sanctus[c] Augustinus ad hæc ipsa
» præstanda populum ipsum exhortatus sit, dicens: Qui possunt, aut cereolos, aut oleum, quod
» in cicindelibus mittatur, exhibeant. Idem iubet Paulinus his versibus:

[b] *Lib. 16. in Esai. ca. 77.*

Cereorum oblationis antiquitas.

[c] *De temp. serm. 215.*

*Ast alij pictis accendant lumina ceris*
*Multiforesq; cauis lychnos laquearibus aptent.*
*Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.*

C [d] Corippus Iustinum Imper. iuniorem & Sophiam, antequam imperij gubernaculum arriperent, Deo ceram obtulisse canit:

[d] *L. 2. in pri.*

*Ilicet Angelici pergens ad limina templi*
*Imposuit pia thura focis, ceraq; micantes*
*Obtulit, & supplex lachrymis ita cœpit obortis.*

Est & Commentarius Euodij Vzalensis Episcopi, cuius meminit sæpius Augustinus, vbi de cereis afferri solitis ad reliquias S. Stephani, ijsdemque diuinitùs in visione monstratis agit: deq; eo, qui obtulit candelam argenteam. Deplorat[e] Athanasius cereos à fidelibus oblatos, sed ab Arrianis sublatos, & idolis incensos. Offerrimus item cerea simulacra, vel integra, vel mutilata, vel partes tantùm, puta manum, brachium, pedem, cùm scilicet vel morbo aliquo curati sumus, vel diuina implorata ope curari cupimus. Meminit[f] Ludouicus Ariostus:

[e] *Li. 1. c. 13.* Cerea simulacra curofferamus.

[f] *Cant. 19. Stan. 86.*

*Lo partì, dico, per dritta misura*
*De le coste e de l'anche à le confine*
*E lo fè rimaner meza figura,*
D *Qual dinanzi à l'imagine diuine*
*Poste d'argento, o piu di cera pura*
*Son da genti lontane e da vicine*
*Ch'à ringratiarle e sciorre il voto vanno*
*De le domande pie, ch'ottennute hanno.*

Hunc autem ritum ab antiquissima idolomania dimanasse sic ostendit[g] Polydorus Virgilius: Consimiliter (ac festis diebus exornare templa) ritus offerendi cereas imagines, antiquorũ obseruationibus affines sunt. Cùm enim Pelasgi, teste Dionysio Halicar. sedibus pulsi Dodonam peruenissent, ibi accepto responso, quo admoniti sunt, ut Siculorum continentem terram quęrerent, in Latium demum per multos errores venientes in lacu Cutillienſi enatam deprehenderunt insulam, quam Cotilliam nominarunt: Hoc igitur quasi omine susceptо has sibi prædictas esse sedes didicerunt, pulsisque inde Sicilienſibus incolis, regionem ipsi tenuerũt, decima pręda secundũ responsum Apollini consecrata, erectoq; Diti sacello &

[g] *Libr. 5. de Inuent. rer. cap. 1.*

Pelasgi ut Siciliam obtinuerint.

Saturno

Saturno ara, illum humanis capitibus, hunc virorum victimis placare ſe exiſtimabant, propter oraculum, in quo erat: E

*Et capiti inferno, & patri tranſmittite lumen.*

Saturnalia. Saturni ſacra, vt quidam volunt, ſaturnalia nominantes. Poſt hæc ferunt Herculem, cum Geryonis pecore per Italiam redeuntem ſuaſiſſe illorum poſteris, vt fauſtis ſacrificijs infauſta mutarent, offerentes Diti non hominum capita, ſed oſcilla ad humanam effigiem formata, quaſi parua ora, vt pars pro toto foret: & Saturni aras, non mactatis viris, ſed accenſis cereis excolentes, quia φῶς non ſolùm virum, ſed etiam lumen ſignificat. Inde ergo valuit conſuetudo, vt ſaturnalibus & cerei miſſitarentur, & ſigilla, id eſt oſcilla arte fictili fingerentur, ac venalia exponerentur, quæ homines pro ſe, ac ſuis piaculis Diti, & Saturno offerrent. Hæc quodammodo noſtra vaticinabantur ſacra: nam ſic & nos eadem ex cera ſigillaria, hoc eſt imagunculas templis offerimus, & oſcilla: quoties enim corporis pars aliqua læſa fuerit, vt puta manus, pes, mamilla, ſtatim vota facimus Deo, & eius diuis, quibus mox recuperata ſanitate, illam manum, illum pedem, illam mamillam ex cera formatam offerimus. Quæ conſuetudo pia, & religioſa ſic increbuit hactenus, vt iſtiuſmodi ſigillaria ab hominibus ad reliqua animalia tranſierint: ſanè ſic pro boue, ſic pro equo, ſic pro oue, oſcilla templis ponimus. Hactenus ille. Erat præterea apud gentiles ceræ vſus in ſolemnibus votis. Vota enim ſua nuncupata, & in charta concepta conſcriptaq; deorum genibus cerâ

Saturno quando oſcilla offerri cœpta. F

[h] *Satyr.10.* obſignata adfigebant: quod è ſitu vetuſtatis erutum patefaciet [h] Iuuenalis verſus:

*Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.*

Incerabant enim Deorum genua, qui votum ſuſceptum ſignabant, & ſe voti reum conſtituebat. Tetigit eum ritum Prudentius:

*—— Guſtauerat inter*
*Vagitus de farre molæ ſaxi illita ceris*
*Viderat, vnguentoq; lares humeſcere nigro.*

[i] *Satyr.12.* Ad prædicta quoque referendum videtur hoc eiuſdem [i] Iuuenalis:

*Inde domum repetam graciles vbi parua coronas*
*Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cerâ.*

Cereus Paſchalis qd ſignificet. G

[k] *Lib.6. cap.22.* Vt modò ad cereos reuertamur, hi ſabbato paſchæ benedici ſolent ex Zoſimi Pont. Max. inſtituto, vt Platina, cæteriq; Eccleſiaſtici ſcriptores teſtantur. [k] Fredericus Nauſea qui de Catholicæ Eccleſiæ ceremonijs libros condidit, per paſchalem illum cereum (ſic enim vocant) Chriſtum tradit ſignificari ob tria, quæ ſunt in eo. Lychnum Chriſti animã, ceram corpus, lumen diuinitatem indicare. Benedici verò cereum propter gloriam reſurrectionis eius, quem & pater benedixit, ſuper omnia benedictus. Atq; tum imprimi cereo thus in modum crucis, ac per hoc ſignificari Chriſtum in Cruce fuiſſe ſacrificium veſpertinum, de quo Dauid: cuius paſſio, & oratio pro nobis, vt fumus thuris adſcendit ad patrem in odorem ſuauitatis. Antiquitatem huiuſce cerei paſchalis benedictionis teſtantur quoque Prudentius,

[l] *Cap.5.* qui de ea elegantiſſimum carmen conſcripſit, Sanctus [l] Ambroſius in Sermone de myſterio paſchæ, Concilium Toletanum, Amalarius Fortunatus Epiſcopus Treuirenſis, Vvolfangus

[m] *Lib.4. Syntag. hiſt. Deor.* Lazius, alijq;. [m] Lilius Gregorius Gyraldus eiuſcemodi benedictionem ex ignis Veſtalium ceremonia acceptam eſſe putat, ſcribens: Illud autem apud ſcriptores proditum obſeruaui extincto igne Veſtales à pontifice verberari ſolitas, quibus mos erat tabulam felicis materiæ tam diu verberare, donec ignis conciperetur, qui cribro aheneo in ædem à virgine deferebatur: quotannis tamen, & nouus ignis excitabatur à Veſtalibus, ſicut & à noſtris in ce-

[n] *In Faſtis.* rei paſchalis (qui dicitur) conſecratione. [n] Ouidius. H

*Adde quod arcana fieri nouus ignis in æde*
*Dicitur, & vires flamma refecta capit.*

Ex Paſchali cereo alijs puris admixtam ceram, agni, qui Chriſti typus eſt, impreſſam habentem imaginem, vnde & agnus Dei vulgò vocatur, ſacro Chriſmate delibutam, & benedictione ſanctificatam, recens natis potiſſimùm ad collum ferendam damus, eaq; multa ſæpè miracula facta obſeruata ſunt. Et hunc autem ritum gentilitatem ſapere omnibus, qui vel aliquo pacto in veterum monumẽtis verſati ſunt, notum eſt. Nam cùm ſuis infantibus Gentiles bullas ad auertendas faſcinationes, vt docet Varro, re turpicula conſignatas, vel aliter ſuperſtitionibus auctas ad collum appenderent, ad eas abolendas, placuit, inquit, Baronius, ſuperſtitione in religionem mutata, ex eiuſmodi ſacris ceris bullas confici, quas agni Chriſtum præferentis imagine inſignitas geniti in Chriſto geſtarent. Cordis item imaginem in bullis ſuis Gentiles ferre conſueuerant, quo, vt tradit Macrobius, ſic noſcerent ſe eſſe homi-

nes

A nes, si corde præstarent: Christiani verò Christi agni imagine discerent eius exemplo esse mites & humiles corde. Solet præterea etiam Summus Pontifex solenni diuæ matris Deiparæ Mariæ festo postridie Kalend. Februarij non solùm consecrare cereos, ac inter suos distribuere: verùm & populus Christianus vbiq; locorum ad sacra antemeridiana conueniens ex vetere ritu illos ad Templum adferre, & à sacerdote pijs votis verbisq; conceptis benedictos accendere & gestare. Recolens nimirùm animo lumen illud salutare, quod eodem die Simeoni semitypum mũdi representanti affulsit in spiritu: cùm Christum recens natum infantem in Templo ex lege comparentem, vt verum mundi lucem, ambabus exciperet manibus. Quocirca Deum tum precatur Ecclesia Christiana, vti frigida corda nostra calore suæ charitatis accendat, & vt accensa candela noctis, ita Sancti Spiritus splendor mentis nostræ tenebras ad nominis sui gloriam nostramq; salutem illuminet. Laurentius Renatus de labarre Tertulliani Scholiastes author est non posse negari, ceremonias ardentium cereorum quos hodie Christiani eo die qui purificatæ Marię dicatus est, ex more circumferimus, à Februalibus Romanorum sacris non planè abhorrere. Pertinaci paganismo mutatione subuentum esse, quem rei in totum sublatio potiùs inquit, irritasset. Hinc Februarius mensis dictus est, quòd tum extremo anni mense populus februaretur, id est purgaretur cõtinuis duodecim diebus, hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificijsque circa sepulchra accensis, fascibus cereisq; intentus erat, dicens se februare, id est interprete Nonio, pura facere. Tetigit hoc quoque Fridericus Nausea, qui

B

» de huiusce ritus ceremonijs & mysterio sic scripsit: Tertio nominatur hęc ipsa dies, dies can-
» delabria siue luminaris, ob catholicas in ea ceremonias, quas Ecclesia Catholica, authore
» Papa Sergio eius nominis primo, post Christum natum anno DCXIIII. passim recepit,
» cùm antea Purificationis festum fuerat institutum sub glorioſissimo Imper. Iustiniano pri-
» mo, ab ipso Pontifice Sancto Agapeto, anno post Christum natum DXXXIIII. cum pe-
» stis horrenda graſſaretur Constantinopoli, quæ propter institutionem festiuitatis eiusdem
» statim mirabiliter sedata traditur. Ceremoniæ verò sunt tales, quod in ea ipsa die candelæ
» cereæ diuinis orationibus ex verbo Dei desumptis, ab ipso sacerdote cõsecrantur: deindeq;
» solenni processione deferuntur ardentes, donec peruenitur ad cancellos, vbi cantatur: Re-
» sponsum accepit Simeon. Quę quidem ceremoniæ non modo sunt institutæ ad submouen-

C

» dam erroneam & impiam gentilium, maximeq; Romanorum, consuetudinem, qua isti sem
» per anno quinto Kal. Februarij vrbem cereis ac facibus lustrarunt ad honorem matris Mar-
» tis, vt is propterea concederet eis victoriam contra hostes, prout eorum idolatriam in hoc
» etiam scriptura videtur damnasse, sed & longè potiùs ad significationem mysticam & admo
» nitionem nostram mortalem. Candela cerea eademq; succensa significat duo. Primò qui-
» dem significat Mariam Virginem, quę tam sit pura, quàm est ignis ipse, non modo nihil im-
» puritatis habens, sed & res omnes ab impuritate purificans: secundò significat Christum es-
» se verum & æternum illud lumen, quod Maria, tanquam pulcherrima & puriſſima illa au-
» rora in Canticis & stella matutina, peperit ac incendit, quod sua gratia, vita & doctrina illu-
» minat omnem hominem, venientem in hunc mundum, de se dicens: Ego sum lux mundi:
» qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ æternæ. In cuius lumi-
» nis ortu Magi ab Oriente vsque ad Bethleem citra errorem ambulauerunt. Quod & ipse Si-
» meon, senex venerandus, summa cum lætitia & congratulatione testatus est, dicens: Nunc
» dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei
» salutare tuũ, quod parasti ante faciem omniũ populorum, lumẽ ad reuelationem gentiũ. Et

D

» significatur admodum rectè Christus dominus per lucentem eandemq; ceream candelam
quòd hæc contineat, quæ ipsius sunt Iesu Christi. Primò quidem cera signat eius carnem
» quæ sine corruptione nata est de glorioſa Virgine Maria, sicut cera fit ab Apibus sine alteru-
» trorum permixtione: Secundo lychnus significat animam Christi, quòd ipsa latuerit in car-
» ne, sicut Lychnus in cera: tertiò ignis verè signat eius diuinitatem, quia Deus noster, ait scri-
» ptura, consumens est ignis. Quod mysterium his versibus complexus est Baptista Fiera.

*Libat Apis sudo ceram de vertice florum*
*Impolluta artis, Cynthie, candor opus,*
*Christus homo, est sacro matris de sanguinis haustu*
*Impolluti vteri gloria, virginitas,*
*Christum cera, deam candor: quibus omnia dicas*
*Februa, quid matus candida cera ferat?*

Inter sex ceremonias quibus fit benedictio aquæ baptismatis, quarta fit, cereo in aquam immergendo. Quo denotatur mysterio, Christum, qui vbiq; cerei typo exprimitur, suo baptismo aquas

Cereorum vsus in festo purgationis diuæ matris Dei.

Februalia Romanorum. Februarius vnde dict°

° *Lib. 6. de cerem. Eccl. cap. 5.*

Ceremoniæ in die purificationis circa cereos.

Cãdela cerea duo significat.

Cera signat carnẽ Christi.

Cerei vsus ī aqua baptismatis.

mo aquas ſanctificaſſe, ac ijs vim regenerandi contuliſſe. Poſtremò quàm antiquum ſit mortuos cereis accenſis ad ſepulchrum efferre, docet Cardinalis [p] Baronius exemplo beati Cypriani, qui præcedente clero diuerſarum claſſium, atq; ſcholarum accenſas faces geſtantibus ſingulis magna cum pompa, & (vt habent Acta) magno triumpho ſepultus eſt. Athanaſius in ſermone illo vndecunq; concinno, quem in eos, qui obdormierunt ſcripſit, ſcitè dixit. Si quis diem obierit, licet in aërem deponatur inhumatus, ne omiſeris oleum, & ceram, inuocato Chriſto Deo ad ſepulturam accendere. Accepta enim Deo ſunt, plurimamq; ſecum referunt retributionem. Oleum enim, & cera, holocauſtum eſt. Incruenta autem hoſtiæ oblatio, propiciatio eſt, &c. Euſebius deſcribens funus Conſtantini: hic, inquit, milites arreptum cadauer aurea capſula includunt, & vndiq; purpura veſte contectum, Conſtantinopolim perducunt. Ibi tum in omnium magnificentiſſimis Imperatorijs ædibus celſo, atque edito loco deponunt, luminibusq; circum funus aurea ſuper candelabra accenſis, admirabile ſpectaculum intuentibus præbebant. Sic ille. Corrippus de Iuſtino celebrante funus patris ſui, canebat:

*[p] To. 1. Annal. Eccleſ.*

*—— Non plura moratus*
*Auguſtus nutu tolli ſublime feretrum*
*Imperat, & tota populus proceſſit ab aula*
*Mœſtaq; funereas accendunt agmina ceras.*

Sed hunc quoque ritum à Romanis ad Eccleſiam dimanaſſe putem. Author eſt [q] Suetonius cùm Diuum Iulium pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompei deſtinaret, repentè duos gladijs ſuccinctos, ac bina iacula geſtantes, ardentibus cereis rogum ſuccendiſſe. Præterea ad ſtatuas eorum, qui præclarè quid geſſerant, cereos accendebant. Cicero: Marius à ſubſellijs in roſtra recta, idq; quòd communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit, & ea res (ſi quęris) ei magno honore fuit, omnibus vicis ſtatuæ, ad eas thus & cerei. Quid multa? nemo vnquam multitudini fuit carior. Quod miror à Baronio non animaduerſum, cùm alioqui cæteros enumeratos ritus elegantiſſimè dilucidiſſimèq; à gentilibus originem habuiſſe demonſtret; & ne quis eos propterea calumnietur, aut vitio vertat, quis prohibet, inquit, prophana per verbum Dei ſanctificata, in ſacrum transferri vſum? Nonne conſtet ex Ægyptiorum auro, & argento, Dei iuſſu, ſacra vaſa ad diuinum cultum eſſe conflata? Multa quidem ex ſuperſtitione gentilitia in Chriſtianam religionem laudabiliter eſſe tranſlata, pluribus exemplis ſuperiùs, patrumq; autoritate ſunt demonſtrata. Sed quod ad cereos, de quibus eſt ſermo, ſpectare videtur; quis iure calumniam faciet, ſi qui olim idolis (vt ait Hieronymus) ijdem modo martyribus offerantur? Si qui in Saturnalibus cerei erogabantur, in ſolemnitatem occurſus Domini & Sanctiſſimæ eius genitricis fuerint permutati? Quid, inquam, mirum ſi inolitas apud Gentiles conſuetudines, à quibus eos, quamuis Chriſtiani effecti, ſanctiſſimi Epiſcopi conceſſerunt? Hæc & plura Baronius, quæ ſtudioſus antiquitatis lector per ſe videre poterit. Offeramus itaq; & cereos, candelas, faces, oleum ad Dei ampliorem cultum, & honorificentiorem Eccleſiarum ornatum, circa altare, circa feretrum, circa tumulos, vice defunctorum: profitentes Chriſtum dominum eſſe verum lumen, & æternum, ac in primis cum Patre, & Spiritu ſancto adorandum, eiuſdemq; fidem eſſe ſanctum lumen Chriſtianorum, non ſolùm viuorum, ſed etiam mortuorum cum charitate viam vniuerſæ carnis ingreſſorum. Cùm verò Saturnalium ſacrorum obiter facta ſit mentio, ego de cereorum in ijs vſu iam proſequar. Addam tamen hoc ceu corollarium, incolas Tlaxcalan principi ſuo idolo quandoq; etiam cereos offerre. Contrà Iudæi in ſuis ceremonijs non vtebantur cera, ſed oleo, quod tetigit [r] Perſius, cùm canit:

*[q] In Cæſare cap. 84.*

Cereis more gentiliũ vti in Eccleſia non eſt calumniandum.

Indi ceram Idolo offerunt.

Iudæi non vtuntur cerea.

*[r] Satyr. 5.*

*——— At cùm*
*Herodis venere dies, vnctaq; feneſtra*
*Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.*

Gentiles etiam ſimili religione, qua Iudæi lucernas incendere conſueuiſſe, inter alios teſtis eſt Iuuenalis hoc verſu:

*Et matutinis operantur feſta lucernis.*

Sed hæc huius loci non ſunt. Quòd verò Iudæi non vterentur cera, etiam teſtatur D. Hieronymus, & rationem reddit: cùm enim demonſtraſſet quantopere corporis voluptates Deo deſpliceant, eas melli comparat. Mel enim deſtillare labia meretricis, quod ad tempus impinguat veſcentium fauces, & poſtea felle amarius inuenitur: vnde, inquit, & in domini ſacrificijs mel non offerunt, ceraq; contempta, quæ mellis hoſpitium eſt, oleum accenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliuarum.

VSVS

A

# VSVS IN SATVRNALIBVS.

CEREOS mitti solere in Saturnalibus muneris loco, notissimum quidem est, sed non satis explorata causa monimentis antiquorum. Alij enim scribunt missos fuisse, vt satisfieret oraculo (cuius suprà mentio facta est) quod iusserat τὰ φῶτα dari Saturno. Alij huius instituti referunt ad Publicium tribunum plebis, qui cùm patroni grauiora munera exigerent à clientibus, voluit vt cerei tantùm mitterentur ditioribus. Vtriusque opinionis author est Macrobius, quem quilibet consulere poterit. [a] Varro tradit Saturnum à satu dictum, vel quòd ignis saturnalibus, hoc est, cerei superioribus mittantur. Ad quem locum commentans Iosephus Scaliger. Saturnalibus, inquit, cereos proceribus mittebant pauperes „ clientes, quod vulgatissimum est ex vno Macrobio, vt alios taceam. Sic intelligendum epigramma Antipatri ex sexto Anthologiæ.

Cerei quãdo in Saturnalibus mitti cœpere.

[a] *Lib. 4. de ling. lat.*

B

Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνε τυφλὸν λύχνον,
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ,
Αντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας. ὣ δὲ μ' ἀνάψας
Εὔξηται, λάμψω φέγγος ἀκοιμήτοις θεόν.

Nam λαμπὰς κηροχίτων est cereus. Κρόνε dicit esse, quia Saturnalibus mittebatur; deinde γέρας vocat, quòd honorarium cliens debebat patrono. Quod addit, ὣ δὲ μ' ἀνάψας εὔξηται, hoc vocabant lucem facere Saturno. Cereis enim accensis illis preces concipiebantur. quanquam Paulus Diaconus mutilator Festi, dicit lucem facere Saturno, esse caput detegere Saturno. Cuius quidem ritus ne nos quoque ignari sumus, cùm sciamus etiam causam eius superstitionis. Non dubitamus tamen, quin quòd cerei accendebantur Saturno, propterea potiùs dixisse veteres, lucem facere Saturno, quàm quia caput detegerent. Reliquis enim Dijs caput obnuebant, cùm concipiebant preces. Hæc Scaliger. Porrò à clientibus ad ditiores mitti solere cereos, vel vnicus, ac præcipuus testis est Martialis, canens:

Lampas κηροχίτων.

*Absit cereus aridi clientis*

C id est, pauperis. Quo verò tempore darentur ex eodem Martiale discimus dicente:

*Quod tibi Decembri mense, quo volant mappæ*
*Gracilesq; ligulæ, cereiq;, chartæq;*
*Et acuta senibus testa cum Damascenis*
*Præter libellos vernulas nihil mitto.*

Cerei quãdo mitterentur.

[b] *Lib. 5.*

Ait inquam se mittere in Saturnalibus non munera, quæ tunc mitti solent, sed versus: quoniam ea munera, quæ mittuntur à pauperibus, diuitibus, sunt dolosa, & plus petunt, quàm afferant. Mittebant itaque veteres, donabantq; cereos mense Decembri: qui sanè ritus etiamnum durat. Nam & nos obsequij testandi causa primatibus vrbium, nec non prælatis, ac summæ autoritatis viris, patronisq;, ipsa in vigilia natiuitatis Saluatoris nostri, die, inquam, vigesimaquarta Decembris cereos offerimus: qui eos more veterum ad futurum domus vsum reponunt. Sunt qui existimant cereos non ob aliam causam inter Saturnalia munera mitti, quàm quòd sub Saturno à tenebrosa vita quasi ad lucem, & bonarum artium scientiam simus euocati.

D

# MORALIA.

INCOGNITVS quidam, qui in Dauidicos Psalmos commentaria edidit, explicans hæc [a] Psaltis verba: Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. notandum esse monet, tres per ceram virtutes significari, tribus præcipuis vitijs oppositas, humilitatem, castitatem, & charitatem. Nam author de rerum proprietatibus, inter alias ceræ proprietates, ceram ait calori non resistere: in quo, inquit ille, notatur humilitas, quæ calori veri ignis scilicet Deo, non resistit per superbiam: sed liquescit, se diuinæ voluntati prorsus committens. Etenim cera, vt quotidiana docet experientia, liquefacta, faciliter ducitur, & tractatur ad libitum: sic qui reuera humilis est, sine vlla repugnantia diuinis acquiescit, obtemperatq; præceptis, non aliter, ac sponsa de se inquiens: [b] Anima

[a] *Psal. 64.*

Cera tres virtutes denotat.

Humilitas.

[b] *Cantic. 5.*

mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Quid enim eſt dilectum nobis loqui niſi Deum E
ſua præcepta nobis inſpirare: ad cuius vocem anima liqueſcit, quando ſine reſiſtentia omnibus Dei mandatis ſe ſubijcit. Et aduerte, non ſolùm humilitatis virtutem ceræ typo denotari, verùm etiam præmium eiuſdem, quod eſt exaltatio, quia omnis qui ſe humiliat, vt eſt apud Lucam, exaltabitur. Ecquid autem exaltationem animæ expreſſius ſignificat, quàm cera? Hæc enim ceræ eſt proprietas, vt ſuper omnes liquores ſupernatet, & cùm liquefit, non deſcendat, ſed è contrario potiùs tendat ad ſuperiora, quia ſcilicet partes in ea igneæ plurimæ prædominantur. Eodem planè modo humilis, prædominante in ſe amore Dei ceu igne, ac aëre, nequit deprimi, ſed exaltatur. Secundò cera caſtitatem ſignificat; quoniam & hæc Apibus peculiaris eſt, vtpotè quę nunquam aliquo maculantur coitu, ſed virginitatis illibitatę decorem perpetuò ſeruant. Caſtitas autem nos Deo, quàm maximè ſimiles reddit, qui eſt ſpeculum ſine macula. Atque hæc quoque ſimilitudo in cera denotatur; nam cera inter cętera aptiſſima eſt ad recipiendam rei ſibi imprimendę figuram, vt patet in ſigillis: Sic & caſtitas perquàm apta eſt, nos Deo ſimiles reddere. Charitas tertio in cera deſignatur. Tria enim, quę proximo noſtro pręſtare debemus, per ceram denotantur. Iubemur enim proximo in aduerſis opem ferre, & aduerſum eadem defendere, ſecundò ne occulta eius releuemus; tertiò ad ea, quę præſtanda ſunt, inſtruere. Primum ſignificatur per linteum cera imbibitum, quo incluſa ab imbrium tempeſtatumq; iniurijs vindicamus: ſecundum per cerea ſigilla, quibus arcana occultantur, & reuelantur; tertium per cereos, qui in tenebris lucem ſubminiſtrant. Idem author explicans alium eiuſdem prophetę locum: Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei. „
Per cor accipiendam eſſe dicit Chriſti doctrinam Euangelicam, vel ſacramenta, à quibus ſicut à corde vita procedit: per ventrem, ipſum corpus eccleſiæ, in cuius medio conſiſtit corpus Chriſti; ſcilicet ſacramenta nouę legis, vt ſic ſit ſenſus, per paſſionem Chriſti in medio ventris, ſcilicet eccleſię factum eſt cor Chriſti molle, id eſt ſacramenta, ſicut cera liqueſcens. Sacramenta enim antiqua erant dura, & aſpera, vt patet in Circumciſione, ſed noua ſunt placida, & ſic per Chriſti paſſionem duritia Sacramentorum in mollitiem conuerſa eſt, ſicut cera dura ad ignem poſita molleſcit. Alij de Chriſto in cruce pendente locum illum intelligunt, quem aiunt ſe ijs verbis ſignificaſſe deſtitutum eſſe vitali virtute: defluxit enim cor, in quo reſidet vita, ad modum ceræ dum igni admouetur. [c] Plato hominum ingenia ceræ ſimilia eſſe dicebat, cùm diuerſæ hominum memoriæ tenacioris, & labidę cauſas exprimeret. Ait autem in hominum ingenijs vim quandam ceræ ſimillimam; quę faciat, & acutos ad intelligendum, & celeres ad ediſcendum, & eoſdem ſubinde obliuioſos. Item alios quidem tardos ad ediſcendum, verùm iugiter memores. Quoſdam ita ingenioſos, vt citò diſcant, & diu memoria vigeant. Nam quorum in animo ceræ illa ſimilitudo, quam Homerum dicit cognominaſſe κήρινον, fluxior ſolutiorq; erit: facilè quidem diſcunt, ſed citò amittunt, obſoletis ob nimiam remiſſionem ceræ ſignaculis. Contra ingenij, mentisq; durior cera vix recipit formas, quę imprimuntur; ſed ſi vnquam recepe-
rit, diu conſeruat operosè impreſſas figuras, vtpotè ſtabili materia locatas. Tertia diuinę felicitatis concretio, cùm ceræ ſimilitudo ſic ſolida eſt, vt neque reſpuat formas, nec renitatur aduerſum impreſſionem ſignaculorum, nec ita fluxa recipiat ſede, vt incertæ minimęq; viſibiles impreſſiones ſint.

Cera cur animę exaltationem ſignificet.

Caſtitatem cur denotat.

Charitas denotata.

F

Cordoctrinam Chriſti denotat.

Sacramenta ceræ ſimilia.

[c] *In Thæteto.*

Ingenia hominum ceræ ſimilia.

G

# VSVS IN SCRIBENDO.

H

DE veterum more in tabulis ceratis ſcribendi, cùm notiſſimus ſit in eorum ſcriptis verſatis, ſubſequentia loca colligimus, non tanquam teſtimonia (vnus enim, vel duo tantùm ſuffeciſſent) ſed vt curioſis lectoribus ſatisfieret. Solebant itaque priſci in tabulis ceratis ſcribere, præcipuè antę chartę, & membranę inuentionem, tentatis pluribus ſcribendi materijs, de quibus agit [a] Plinius de papyro loquens; hanc inquit, Alexandri magni victoria repertam eſſe autor eſt M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. Et antea „
non fuiſſe chartarum vſum, ſed in palmarum folijs primum fuiſſe ſcriptitatum: quarun- „
dam arborum libris: poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priua- „
ta linteis confici cœpta, aut ceris: pugillarium enim vſum fuiſſe etiam ante Troiana „
tempora

Quando in tabulis ceratis ſcribe rent veteres.

[a] *Lib. 13. cap. 11.*

A tempora inuenimus apud Homerum: & post etiam mansit cerarum vsus. χηρώματα Ceromata.
diximus tabulas illas ceratas, in quibus scribebant. Inuentio Græcis tribuitur. [b] Isido- [b] Lib. 6.
» rus: Ceræ litterarum materies paruulorum nutrices, ipsæ dant ingenium pueris, primor-
» dia sensus, quarum studium primi Græci tradidisse probantur. Hinc passim cera pro ip- [c] In Asinaria.
» sis tabulis accipitur. [c] Plautus. Ne vlla sit cera, vbi facere possit litteras. [d] Idem. Dum [d] In Cucul.
» scribo, expleui totas ceras quatuor. Facetè apud [e] eundem Calidorus, lege, inquit, vel [e] In Pseud.
» tabellas redde. Tu hinc eum ex cera cita. Respondet Pseudolus: Eccam in tabellis, in ce- [f] Lib. 1. Amor.
» ra cubat. [f] Ouidius.

*Cætera fert blandâ cera notata manu.*

[g] Laertius de libris Platonis; plerique, inquit, autumant Philippum Opuntium ipsius (Pla- [g] In vita Plato.
tonis) leges, quæ erant in cera, transcripsisse. Dilucidissimè etiam Iuuenalis.

*Nonne libet medio ceras implere capaces*
*Quadrimio?*

Hinc quoque profecta sunt illa loquendi genera, quæ persæpè apud veteres occurrunt: in Testamenta Romanorum vt notarentur.
prima cera, in secunda cera, in ima cera, in extrema cera. Romani enim sua testamenta
B in huiusmodi tabulis ceratis perscribebant. [h] Suetonius de testamento Cæsaris: Q. Pedium [h] In Cæsare.
ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera; hoc est, in vltima parte testamenti. Ima cera.
Huc spectat illud Horatij:

*Qui testamentum tradet tibi cunq; legendi*
*Abnuere, & tabulas à te remouere memento,*
*Sic tamen, vt limis rapias, quid prima secundo*
*Cera velit versu:*

Vbi commentator, pro prima cera primam tabulam exponit; nam in primæ, inquit, ta- Prima cera quid.
bulæ secundo versu hæredis nomen continetur: testatoris autem nomen erat in primo, vt
liquet etiam ex Suetonio in Nerone: in ima verò cera, id est, in extrema parte tabulæ
cætera pro testatoris voluntate notabantur. Martialis quoque testamentum vocat vlti- Vltima cera.
mas ceras:

*Nil Ammiano, præter aridam vestem*
*Moriens reliquit vltimis pater ceris.*

Atq; hoc modò extremam ceram lib. 3. Ciceronis in Verrem interpretatus est Asconius vl-
C timam tabulam, vltimam partem tabulæ. Alibi verò [i] Martialis raucas ceras, libellos fo- [i] Lib. 8.
renses nuncupat; inquiens:

*Cùm modo distulerint raucæ vadimonia ceræ.*

hoc est, cùm peregerint iudicia, nam hora tertia in foro obuersabantur. [k] Ouidius: [k] Lib. 1. Amor.

*Aptius hæc capiunt vadimonia garrula ceræ.*

» Stylus vocabatur, quo in ceratis tabulis, siue in ceris scribebant. Chrysalus seruus apud Styl⁹ quid.
» [l] Plautum Mnesiloco ait: Cape stylum properè, & tabellas tu has tibi. Mnesilocus. Quid [l] In Bacch.
» pòst. Chr. Quod iubebo, scribito istic, nam propterea te volo scribere, vt pater cogno-
» scat litteras, quando legat. Mnes. Quid scribam? Chr. salutem tuo patri verbis tuis. Pist.
» Quid si potiùs morbum mortem scribat? Mnes. ne interturba iam imparatum in cera est.
Alibi idem Chrysalus Pistoclero, Nunc tu, inquit, abi intus Pistoclere ad Bacchidem, &
effer citò. Pist. Quid? Chr. stylum, & tabellas, & linum: Linum autem quo tabellas exa- Lino obligabant litteras suas veteres.
» ratas obligabant. Ex quo liceat intelligere veteres lino tabellas, & litteras, & reliqua, quę
» obsignabant, obligare consueuisse. [m] Lucianus: Posteaquam autem signum ablatum fue- [m] In Timone.
» rit, & linum incisum, & tabellæ apertæ, & declaratus meus nouus dominus. Et [n] Cicero: [n] Lib. 3. Catilin.
D Ac ne longum sit Quirites tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur datæ. pri-
mùm ostendimus Cethego; signum cognouit, nos linum incidimus. Sed reuertentes ad
» stylum, plurimorum de eo authoritates adducere possim, sed breuitatis causa paucis agam.
» [o] Plinius iunior: Erat in proximum non venabulum, aut lancea, sed stylus aut pugillaris: [o] Lib. 2. Epi.
» meditabar aliqua, annotabamq; vt si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.
» [p] Tertullianus; Zacharias temporali vocis oratione multatus, cum animo conlocutus [p] Li. de Idol.
» linguam inritam transit, manibus suis à corde dictat, & nomen filij sine ore pronunciat, [q] Lib. 9. Metam.
» loquitur in stylo, auditur in cera, manu omni sono conclarior, litera omni ore vocalior.
Luculenter [q] Ouidius de Biblide:

*Et meditata manu componit verba trementi.*
*Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram:*
*Incipit: & dubitat, scribit, damnatq; tabellas:*
*Et notat, & delet, mutat, culpatq; probatq;:*

*Inq́ vicem ſumptas ponit, poſitasq́ reſumit*
*Quid velit, ignorat, quicquid factura videtur,*
*Diſplicet: in vultu eſt audacia mixta pudori.*
*Scripta ſoror fuerat: viſum eſt delere ſororem,*
*Verbaq́ correptis incidere talia ceris.*

Stylum vertere. Hinc prouerbialiter *ſtylum vertere*, eſt mutare quod ſcripſeris. Horatius. *Sæpe ſtilum vertas.* Hieronymus in eodem ſenſu aduerſus Ruffinum. Quamdiu non renuebam laudationem tuam, ſequebaris vt magiſtrum, fratrem & collegam vocabas, & catholicum in omnibus fatebaris. Poſtquam verò non agnoui laudes tuas, & me indignum tanti viri præconio iudicaui, vertis ſtylum, & omnia laudata priùs, vituperas, de eodem ore, & dulce proferens, & amarum. Hieronymus imitatus eſt [r] Ciceronem, qui ſcribit in hunc modum: Timuit aliquando, & commotus eſt: vertit ſtylum in tabulis ſuis, quo facto cauſam omnem euertit ſuam. Inuenitur, & *Stylum infigere*, & *ſtylo appetere*, pro eo quod eſt ſcriptis inſectari, atq; inuehi. Prudentius metaphoricos Caſſiani martyris corpus eiuſmodi ſtylis à tortoribus infixum canit:

[r] *Act. 4. In Ver.*

*Innumeri circum pueri miſerabile viſu*
*Confoſſa paruis membra figebant ſtylis,*
*Vnde pugillares ſoliti percurrere ceras*
*Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.*

Et paulò pòſt de eodem Caſſiano:

*Buxa crepant cerata genis impacta cruentis*
*Rubetq́ ac ictu curta tum & pagina,*
*Inde alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,*
*Qua parte æratis cera ſulcis ſcribitur.*

γλαφυρον. Stylum eiuſcemodi Græci γραφιον dicunt. [s] Athenæus de Eurip. πινακίδα, καὶ γραφιον ἐξηρτημένον ἔχοντα, hoc eſt, tabulam ſcriptoriam, & ſtylum præparatum (ad ſcribendum) habentem. Vocatur alio etiam nomine penicillus, ſiue peniculus, ſed hic potiùs picturæ inſeruit, & mollis eſt, vtpotè ex cauda animalium, quam antiqui penem vocabant. [t] Ouidius Græcam dictionem ſeruauit, cùm canit:

[s] *Lib. 13.*

Penicillus. Peniculus.

[t] *L. 2. Amor*

*Quid digitos opus eſt graphium laſſare tenendo*
*Hoc habeat ſcriptum tota tabella veni.*

Graphium. Vnde graphiarium dicebatur, graphij repoſitorium. Martialis.

*Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.*

Pugillaris quid. id eſt graphio intus incluſo: tale apud nos eſt, quòd vocamus calamarium, in quo calami reponuntur, quamuis hac pauci hodiè dictione vtantur. Sed vt ad tabulas reuertamur, has quoq; pugillares appellabant, ſiue cereæ eſſent, ſiue ligneæ, ſiue alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribebatur, ita dictæ quòd pugno comprehenderentur; vel à pungendo, quòd ſcilicet ſtylo in his pungendo ſcriberent. Legitur & pugillar in ſingulari numero apud Auſonium: *Bipatens pugillar expedi.* [u] Alexander ab Alexandro agens de varijs chartarum generibus, pugillarium ſiue tabellarum genera recenſet his verbis: Erant quoq;, inquit, tabellæ cera illitæ, in quibus monumenta literis nonnunquam mandari legimus, aliquando duplices, plerumq; triplices, aut quintuplices, colore diuerſæ. Nam & luteæ erant, virides, croceæ, purpureæ. In triplicibus epiſtolas, in quintuplicibus honores, & magiſtratus: in duplicibus, ſi quid eſſet arcanum, & ſubticendum, interioresq; animi notas magis adnotabant. Hæc ille. Erant autem etiam pugillares citrei, eborei, membraneiq;, qui ex citro, ebore, & membrana erant confecti. De Citreis ſic [x] Martialis.

[u] *Lib. 2. cap. 30.*

[x] *Lib. 13.*

*Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas*
*Eſſemus Lybici nobile dentis opus.*

De quintuplicibus canebat ſic:

*Cede iuuencorum domini caret area felix,*
*Quintuplici cera cùm datur altus honor.*

Pugillares eburnei ex eodem:

*Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ*
*Nigra tibi niueum litera pingat ebur.*

Eburnei cur darentur ſenib⁹. Pugillares enim eburnei dabantur ſenibus, & lippis, vt apertior his eſſet viſus ad ſcribendum. Triplices ex eodem.

*Tunc triplices noſtros non vilia dona putabis*
*Cùm ſe venturam ſcribet amica tibi.*

Pugillares

A Pugillares membranei ex eodem.

*Esse puta ceras; licet hæc membrana vocetur,*
*Delebis, quoties scripta nouare volet.*

Erat deniq; cera alia legitima, alia infamis dicta. Vtriusq; meminit [y] Tullius his verbis: Et ait idem, vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam, certos esse in consilio, quibus ostendi tabellas velit: id esse per facilè, non enim singulos ferre sententiam, sed vniuersos constituere: ceratam vnicuiq; tabellam dari cera legitima, non illa infami, ac nefaria. Huc spectat illud [z] eiusdem: Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. Quod modò ad ipsam scriptionem attinet in cera, fueritné facilis, ac celer, aut è contrario disci potest ex Fabio [a] Quintiliano, qui hoc quæsitum videtur tetigisse his verbis: Illa quoque minora (sed nihil in studijs paruum est) non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi fortè visus infirmior membranarum potiùs vsum exiget: quæ vt iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt. Relinquendæ autem in quolibet genere vacuæ tabellæ, in quibus libera adijcienti sit excursio. Nam interim pigritiam emendandi angustiæ B faciunt, aut certè nouorum interpositione priora confundunt. Ne latas quidem vltra modum ceras esse velim, expertus iuuenem studiosum alioqui prælongos habuisse sermones, quia illos numero versuum metiebatur: idq; vitium, quòd frequenti admonitione corrigi non poterat, mutatis codicibus esse sublatum. Sic ille: Laudans inde cereas tabellas, cùm quòd facillimè, ac sine litura, quid in ijs poterat deleri, tùm etiam, quòd longè celeriùs in ijs scriberetur, quàm vel in membrana, vel charta, quoniam hæ scribentis manum, dum calamum atramento intingit, nimis remorentur. Celer equidem scriptio, vt ex ijsdem Quintiliani recitatis verbis constat, scribentibus quid seriò, perquàm necessaria, vt quod iam mente concepit, quam primùm, exprimere scribendo possit. Quod [b] alibi etiam meminerat antè his verbis: Non excludo autem, id quod est, irritandæ ad discendum infantiæ gratia, eburneas etiam literarum formas in lusum offerre, vel si quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inueniri potest, quod tractare, intueri, nominare, iucundum sit. Cùm verò iam ductus sequi cœperit, non inutile erit eas tabellæ, quàm optimè insculpi, vt per illos velut sulcos ducatur stylus. Nam neq; errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim vtrimq; marginibus) neq; extra præscriptum poterit egredi, & celeriùs ac sæpiùs sequendo certa vestigia, C firmabit articulos: neq; egebit adiutorio manum suam manu superimposita regentis. Non est aliena res, quæ ferè ab honestis negligi solet, cura bene, ac velociter scribendi. Nam cum sit in studijs præcipuum, quoq; solo verus ille profectus, & altis radicibus nixus paretur, scribere: tardior stylus cogitationem moratur, rudis & confusus intellectu caret: vnde sequitur alter dictandi, quæ ex his transferenda sunt labor. Hactenus Quintilianus. De facilitate verò delendi, quæ in cereis tabellis scripta erant, vulgo natum erat adagium, idq; etiamnum in vsu est, *Imis ceris radere*, pro eo, quod est, penitus delere, sic vt nullum omnino memoriæ pristinæ vestigium extet.

[y] *Diuinit. in Q. Cæcil.*

[z] *Lib. 1. in Verrem.*

An fuerit vtile scribere in cera.

[a] *Lib. 10. Inst. Orat. cap. 3.*

Ceræ cur debeant esse latæ.

Celer scriptio cur scribenti necessaria.

[b] *Lib. 1.*

Celeris, & bonæ scriptionis laus.

Imis ceris radere qd.

# VSVS AD SIGILLANDVM.

D SIGILLARE quid dicimus, cùm signum, siue sigillum nostrum alicui rei imprimimus: quod equidem in nulla re aptiùs fieri potest, quàm in cera, vt non solùm ad hoc, vt dixi aptissima cera est, sed ad simulacra etiam, ac imagines conficiendas propter facilem ductilitatem. In quo sensu [a] Tullius dicebat. Sed verba nos cùm iacentia sustulimus è medio, sicut nobilissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus. Veteres verò non solùm tabulas suas, & tabellas siue epistolas, verùm etiam cellas, & similia nonnulla, vt & lagenas obsignare consueuerunt. [b] Q. Frater ad Tironem: Sicut olim matrem meam facere memini: quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse. In eodem sensu [c] Horatius:

*Comis in vxorem posset qui ignoscere seruis*
*Et signo lato non insanire lagenæ.*

Item [d] Plautus:

*Triparcos homines vetulos, auidos, aridos,*
*Bene admonere, qui salinum seruo obsignant cum sale.*

Sigillare quid.

[a] *De Oratore.*

Quæ veteres obsignarent.

[b] *Li. 16 Epi.*

[c] *Lib. 2. Epist. 2.*

[d] *In Persa.*

*In Caſina.* Et [c] aliàs dilucidiùs. E

*Obſignate cellas, referte annulum ad me.*
*Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam.*

Ex quo nouiſſimo loco conſtat antiquos etiam annullis obſignauiſſe, vt & nonnulli hodie faciunt. Iſq; vſus vel ſimilis Bononiæ percrebuit aduerſus famulorum ſecretas commeſſationes, vel etiam tacitas rapinas, quanquam vaſa tantùm vinaria ſigillent. [f] Vlpianus meminit eiuſdem ritus: Signum autem vtrum annulo tantùm impreſſo adhibemus, an verò & ſine annulo, verùm alio quodam impreſſo? Variè enim homines ſignant. Et magis eſt, vt tantùm annulo quis poſſit ſignare, dum tamen habet χαραχτῆρα. Sigillis præterea eiuſmodi cereis litterę etiãnum muniuntur, vt & olim, & ſignantur & ſecreta occultantur, priuilegiaq; confirmantur, atq; ita confirmantur, vt niſi ſigillo cereo principis concedentis munitum fuerit, nullius planè exiſtat valoris. Cerarium apud [g] Ciceronem accipi videtur pro tali munimine, quod ceræ nomine penditur, cuiuſmodi, inquam eſt, quod etiam hodie pro diplomatum ſigillis exoluimus. Ex omni, inquit, pecunia, quam oratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductionibus fieri ſolebant, primò pro ſpectatione, & collybo; deinde neſcio pro quo cerario. Annulum obſignatorium Galli, ac Belgę vulgo dicunt vn ſignet, quia F ſcilicet inſigne familiæ ſuæ ei ſit impreſſum, quod à veterum quoq; ritu dimanauit, qui imagine ſua eum honeſtarent. [h] Plautus:

*Et cauſa miles hîc reliquit ſymbolum*
*Expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem,*
*Vt qui huc afferret eius ſimilem ſymbolum*
*Cum eo ſimul me mitteret.*

Et rurſus in eadem comœdia:

*Eccum in tabellas porrectum; in cera cubat.*

Quin & Deorum ſuorum ſimulacra in ſigillis exprimebant, vt me docet [i] Plutarchus, dum ait: Ergo fabris ærarijs, lapicidis, ac ijs qui cerea ſigilla fingunt, credentes humano corpori ſimilia putant eſſe deorum corpora, ac talia fingunt, adornantq; & adorant: philoſophos autem, & ciuiles viros deſpiciunt, qui deorum maieſtatem docent, cum bonitate, magnanimitate, benignitateq; & procuratione illi coniunctam. Rhypon pro ſigillari cera acceptum, quandoq; tradit Iulius Pollux ab authoribus, niſi quis typon, non rhypon in Polluce, inquit [k] Hermolaus, lectitet. Sed & apud [l] Ciceronem rhypos ſcriptum eſt pro ceris ſiue formis, vnde ſigilla fingebantur, fortaſſis à ſitu vetuſtatis appellatas: quanquam etiam ſtrigmenta ita vocentur, vt ex Celſo Plinioq; colligimus. Maltha quoq; eidem [m] Polluci, vt tradit Turnebus, cera qua tabellæ iudicum illinebantur, & interprete Feſto pix erat cum cera mixta. Similis eſt, inquit, quam in Verrem Cicero ceram legitimam vocat, qua tabellæ iudiciales incerabantur: [n] Heſychio cera mollis eſt. Ritum verò hunc cum cera ſigillandi G ſæpe [o] Dantes celebrat, vt

*Se foſſe à punto la cera dedutta*
*Et foſſe il cielo in ſua virtù ſuprema*
*La luce del ſuggel parebbe tutta.*

Et [p] aliàs:

*Et hauea in atto impreſſo eſsa fauella*
*Ecce Ancilla Dei ſi propriamente*
*Come figura in cera ſi ſugella.*

Et rurſus [q] alibi:

*Et io, ſi come cera da ſuggello* H
*Che la figura impreſſa non traſmuta*
*Segnai'e hor da voi lo mio ceruello.*

Democritus verò aiunt, ea quæ eſſet expertus homini eſſe ſalutaria ſignaſſe cera minio infecta, cui ſignum annulo eſſet impreſſum, idq; feciſſe, vt quorum periculum non feciſſet, internoſcerentur, & data occaſione experiretur, aut ſi ædere non poſſet, haberent qui lecturi erant, quę ſequerentur, haberent, & de quibus non liqueret. Meminit [r] Vitruuius inquiens: Admiror etiam Democriti de rerum natura volumina, & eius commentarium, quod inſcribitur χαροτονητὸν, in quo etiam vtebatur annulo, ſignans cera ex milto, quæ eſſet expertus hoc eſt, vt Georgius Philander Caſtilionius, doctiſſimus Vitruuij interpres exponit, miniata cerula, vt (inquit) loquitur Cicero ad Atticum lib. decimoquinto, & miniatula cerula, vt lib. decimoſexto: quibus in locis indicat Atticum, quæ in ipſius ſcriptis non probraret, miniata cera notare ſolitum. Μίλτον, autem Græcos etiam minium vocare, vnus fuerit

[b] *Li. 28. Digeſt. tit. pr.*

Cerarium quid Ciceroni.

[g] *Lib. 5. in Verrem.*

Annulus obſignatorius.

[h] *In Pſeud.*

Deorum imagines in cera.

[i] *Lib. de ſuperſt.*

Rhypon quid.

[k] *In Coroll. 34. ad Dioſc.*

[l] *In Epiſt. ad Attic.*

[m] *Lib. 8. cap. 4.*

[n] *Lib. 6. c. 9.*

[o] *Cant. 13. Parad.*

[p] *Cant. 2.*

[q] *Cant. 33.*

Democritus mos in ſignando.

[r] *Lib. 9. cap. 3.*

Miniata cerula.

Μίλτον minium ſignificare.

A rit locupletissimus testis [s] Plinius. Neque enim nobis suspecta est ea scriptio, etiamsi visa fuerit [t] Ioanni Monardo, inter eos, qui medicinam cum bonis litteris coniunxere, publico omnium consensu celeberrimo. Nam μίλτος vocabulum esse πολύσημον vidisse Plinium non possumus non credere, vt Theophrasti atq; Dioscoridis ἄμμιον id est, minium, exitialem vel tractantibus in officinis puluerem significârit, & eam quæ Vitruuium ipsum, cæteroſq; secutis rubrica vertitur, quæq; hausta non vni medetur morbo, tantùm abest, vt respirando tracta noceat. Nihilo scilicet insolentius atque à Celso graui, & latinæ linguæ autore, quinto ac sexto libris non semel minium Sinopicum pro milto Sinopica dictum est. Neque video cur ab [u] Homero Cephaloniorum, & finitimorum locorum ductæ naues ab Vlysse, μιλτοπάρηοι vocatæ fuerint, quòd rubrica, seu ea sit sinopsis, seu sit fabrilis, pictas habuerint proras, ac non potiùs, quòd minio, quando eas commendare voluerit, & istud apud Romanos aliquot etiam seculis tantæ fuerit autoritatis, vt Iouis ipsius faciē festis diebus miniandam Censores locarint, & triumphantium corpora lini solita legantur. Rubricæ verò pretiū longè minus fuisse plerique omnes testētur. Quin & ipse Plinius, cùm rubricam iam Troianis temporibus in honore fuisse Homeri autoritate tradit, μίλτος quomodo verti queat, B ostendit, rem ipsam non exprimit: quæ verò antè dixit, quæq; subiungit, si quis penitiùs, atq; pensiculatiùs legerit, ea ἄμμιον intellexisse comprobauerint. Itaque semel de ijs ita statuo, rubricam, miniū, & milton generaliter audiri, & pro re nata, aut adiecto gentis, vsusue cognomine intelligi; ἄμμιον verò nusquam, nisi pro pernitiali illa coccinei coloris farina vsurpari. Hęc & plura Philander. Nonnunquam teste [x] Alexandro ab Alexandro discoloribus ceris signa suffragiorum, & sententiarum notabantur: quod in iudicijs quoque fieri animaduertimus.

[s] *Lib. 33. c. 7*
[t] *Lib. 4. Epistol. med.*
A[v] μμιον. Rubrica.
Minium sinopicum.
[u] *Iliad. 5.*
Iouis facies quando miniaretur.
[x] *Lib. 4. c. 3.*

# VSVS AD PINGENDVM.

CERA diuersis permixta coloribus, prout res depingenda expostulabat, pingere solitos esse veteres, inter cæteros [a] Seneca lucidissimè adtestatur his verbis: Pictor colores, quos ad reddendum similitudinem, multos varioſque ante se posuit, celerrimè denotat, & inter ceram opuſq; facili vultu ac manu commeat. Et diù ante illum M. [b] Varro: Nam vt Pausias, & C cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi discolores sunt ceræ. Vt perquam apposito epitheto [c] Statius Papinianus ceram Apelleam vocauerit, dum canit:

*Vtere perpetuùm populi, magniq; Senatus*
*Munere, Apelleæ cuperent te scribere ceræ.*

[a] *Li. 3. Epist. 122.*
[b] *Lib. 3. de re rust. c. 17*
[c] *Li. 1 Syln.*

Ceras coloribus pingi solitas fuisse ad eas picturas, quę inuruntur, author est [d] Plinius, dum ait, Ex omnibus coloribus cretulam amare, vdoq; illini recusant, purpurissum, Indicum, cæruleum, melinum, auripigmentum, Appianum, cerussa. Cerę tinguntur ijsdem his coloribus ad eas picturas, quæ inuruntur, alieno parietibus genere, sed classibus familiari, iam verò & onerarijs nauibus: quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi. Dalechampius hoc addidit Scholiolum. Eucausticè pingēdi ratio fit aut ceris, aut coloribus, aut metallis igne liquescentibus ceris, vt in nauium pictura cùm scalptæ varijs figuris, cera diuersis etiam coloribus picta oblinebantur, &c. Verùm etsi Plinius id picturæ genus parietibus alienum fuisse inquit, attamen [e] Vitruuius scribens de ornamentis columnarum, harum D tabellas cera cærulea depictas fuisse tradit, inquiens: tum proiecturas tignorum quantum eminebant, ad lineam & perpendiculum parietum persecuerunt: quę species cùm inuenusta ijs visa esset, tabellas ita formatas, vti nunc fiunt triglyphi, contra tignorum præcisiones in fronte fixerunt, & eas cera cęrulea depinxerunt, vt pręcisiones tignorum tectæ non offenderent visum. Cera depictarum nauium meminit [f] Valerius Flaccus:

*Puppis & vt tenues subiere latentia cera.*
*Lumina picturæ varios superaddit honores.*

[d] *Li. 35. c. 7.*
Eucaustice pingēdi ratio.
[e] *Lib. 4. c. 2.*
[f] *Lib. 1. Argonaut.*

Sed hic obiter locus [g] Senecæ occurrit castigandus: Cui triremes, & ceratas non mittere, lusorias, & cubicularias, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam? Legunt, qui locum restituunt æratis, non ceratis. Idem [h] Plinius ceram alibi ait varios in colores pigmentis trahi, ad reddendas similitudines, & innumeros mortalium vsus: vt mirum videri non debet, si [i] Iulius Pollux, & [k] Martianus Iurisconsultus, vbi agit de fundo instructo, ceram in pectoris instrumento ponant. Hermolaus meminit ceram, quæ sic in

[g] *Lib. 7. de benef.*
[h] *Li. 21. c. 13*
[i] *Li. 7. c. 28.*
[k] *Lib. 35. Pandect.*

colores

Cera tracta quæ. [1] Lib. 35. cap. 11.

colores pigmentis trahitur, tractam vocari. Ceris verò pingere, ac picturam inurere, quis E primus excogitauerit, non constat teste eodem [1] Plinio. Quidam inquit, Aristidis inuentum putant, postea consummatum à Praxitele. Ait etiam duo fuisse antiquitus genera, cera & in ebore cestro, id est viriculo, donec classes pingi cœpêre, tum accessisse tertium, resolutis igni ceris, penicillo vtendi. Id genus picturę Callixenus Rhodius apud [m] Athenęum κηρογραφίαν vocat, alij (vt dixi) eucausticen dicunt. Sunt enim, & sua pictoribus cauteria, quorum pręter cæteros meminit prędicitato loco Martianus, vbi & conchas appellat vascula siue testas, in quibus pictores suos colores reponunt, quòd marinis conchis ad eam rem pictores vti ferè soleant.

[m] Lib. 5. κηρογραφία

## VSVS AD FVCANDVM.

Fucus muliebris picturę genus est. [a] Epist. 39. Cereæ mulieres. Colores ad fucandum apti.

FVCVS ille muliebris, quo, vt pulchræ videantur, fæminæ vtuntur, picturæ quodammodo genus est; quamobrem alio nomine pigmentum, & ornatus peregrinus nominatur. Eiusmodi fucatæ mulieres [a] Philostrato κηρίναι dicuntur γυναῖκες, hoc est cereæ mulierculæ, quæ scilicet ceris in fucando corpore vtuntur, dicitq; τὸ φυκίον καὶ τὸν κηρὸν, & alia huiusmodi Laidis & Thaidis esse pharmaca. Cera autem fucus est, & pictura, propterea quòd ceris, vt dictum est, pingere antiqui solebant. Cùm verò duobus potissimùm sese mulieres coloribus fucare soleant, albo & purpureo, illo ad candidum reddendum vultum, & totum corpus, quod cera præstabat, vt ex Plauto subinde, & Ouidio patebit, hoc ad rubore buccas inficiendas. Eiusmodi purpurissum Plautus, Latinè rubricam dixit: nam cùm dixisset: *Istas buccas tam bellè purpurissatas habes:* non multò post subiecit: *Buccas rubricæ, cera omne corpus intinxit tibi.* Idem innuit [b] Ouidius dum canit:

[b] Lib. 3. de Arte.

*Scitis & inducta candorem quærere cera,*
*Sanguine quæ vero non rubet, arte rubet.*

Vbi Merula pro cera exponit cerussa, qua potissimùm nunc mulieres vtuntur.

## VSVS IN IMAGINIBVS.

G

[a] In Pandect. [b] L. 1. Elect. cap. 29.

LEGANTER quædam & doctè [a] Budæus, [b] Lipsius elegantiùs plura, & doctiùs de cereis veterum imaginibus, earum vsu, ac dignitate conscripsere. Quæ omnia cùm ad cerę historiam pertineant, nobis repetenda sunt, & si quid de ijsdem obseruauerimus, ab illis intactum, id addendum est. Meminit earundem [c] Alexander ab Alexandro vbi agit, qui cultus domorum quondam fuerit, & quare maiorum imagines in postibus, & arma in atrijs, & vestibulis haberent. Docet id inter alios [d] Plinius his verbis: Expressi cera vultus „ singulis disponebantur armarijs, vt essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera &c. „ [c] Ouidius:

[c] Lib. 5. cap. 23. [d] Lib. 35. cap. 2. [e] Lib. 1. Amorum.

*Nec te decipiant veteris plena atria cerę*
*Tolle tuos tecum pauper amator auos.*

Lipsius legit, cincta atria ceræ, aitq; in Ouidij verbis esse priscam labem, nam legebatur quinquatria; in meo exemplari legitur plena atria, vt citaui. Sed optimè idem Lipsius in eodem [f] Poëta, vbi vulgaris lectio habet:

[f] Li. 6. Fast.

*Vidimus ornatos ærata per atria, picta* H
*Veste triumphales occubuisse senes.*

legendum censet, cerata per atria: quoniam æris in atrijs nulla mentio, at cerarum frequens: [g] Iuuenalis:

[g] Satyr. 8.

*Tota licet veteres exornent vndiq; cera*
*Atria. Nobilitas sola est, atq; vnica virtus.*

Corrippus de [h] Iustino patris funera celebrante:

[h] Lib. 3.

*Vasa aurea mille*
*Mille columnarum species, argentea mille*
*Quæ superimpositis implebant atria ceris.*

Ausonius:

*Hos ille Serum veste contexi iubet,*
*Hos cælat argento graui.*

Ceris

A *Ceris inurens ianuarum limina,*
*Et atriorum pegmata.*

„ [i] Eusebius vt Portesius vertit, sic scribit: Columnis illa quidem nullas æui timentibus iniu- [i] *Lib. 1. de vita Costā.*
„ rias æstimata; videlicet natura hominum sortis fragilis & caducæ, commenta solatium ima-
„ ginibus edendis, maiorum memoriam colere se putauit honore permansuro, partim adum-
„ bratione picturæ cera delibutæ, partim à materia sculptum & dolatum experte motus simu-
„ lacrum machinata. Sanazarius de ruinis Cumarum, vrbis vetustissimæ:

*Plenaq; tot passim generosis atria ceris*
*Ipsa sua tandem subruta mole iacent.*

Lipsius ait has imagines non aliud fuisse, quàm expressam corporis effigiem humerorum te- Cereæ ima
nus, è cera. Dico, inquit, humerorum tenus; non enim corporis totius erant, sed capitis atq; gines hume
„ vultus. Plinius. Expressi cera vultus singulis disponebantur armarijs. ait disertè, vultus. rorū tenus.
Cicero in Bruto, cui ab hac obseruatione lux: Ex quo tanquam ex ore imago, exprimatur.
„ Addidi item è cera. Idq; adeo verum, vt vulgò eas nobilium imagines poëtæ appellent ce-
ras. Sic ille. Habebant autem hasce imagines per atria sua positas, cùm potissimùm vt ge- Cereas ima
B neris sui nobilitatem, & qui in eo quid vel domi vel foris præclari gessissent, ostēderent, tùm gines vbi,
etiam vt ad alios ad bene fortiterque sese gerendos exhortarentur, quod me in primis docet & cur ha-
„ [k] Valerius Maximus his verbis: Prudentissimoq; viro succurrebat, effigies maiorum cum berent.
„ suis titulis idcircò in prima ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteri non solùm [k] *Lib 5. c. 8*
legerent, verùm imitarentur. Erant ergo & tituli eorum, quorum erant imagines: Seneca: [l] *L. 3. de benefic. c. 28.*
„ Qui imagines in atrijs exponunt, & nomina familiæ suę longo ordine ac multis stemmatum
„ illigata flexuris in prima parte ædium collocant. Qui equidem ritus ad nostrum vsq; æuum
perdurauit. Sed non cereas, at lapideas imagines maiorum nostrorum eadem ratione, qua
veteres per atria collocamus. Hinc duplex erat apud Romanos nobilitas. Alij enim dice- Nobilitas
bantur nobiles, alij noui, vt luculenter ostendit Lipsius. Nobiles dicebantur illi soli, quo- duplex.
rum maiores magistratum cęperant, quiq; ius habebant imaginis ponendæ. Noui, quorum Nobiles q.
maiores vitam priuatam vixerant, & quibus imagines nullæ. Censebaturq; nobilitas om- Noui qui.
nis ex imaginum multitudine: & imagines ex magistratu. Vnde [m] Cicero significare volens [m] *De lege Agraria. Orat. 2.*
se nouum hominem, id est nulla generis nobilitate commendabilem, Consulem tamen fa-
„ ctum, ita ad populum inquit. Quemadmodum cùm petebam, nulli me vobis autores gene-
C ris mei commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis depre-
„ centur. Idem in Pisonem, Obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumo-
sarum imaginum, quarum simile habes nihil præter colorem. Fumosas imagines appellans Imagines
„ antiquissimi generis stemma. In eodem sensu [n] Seneca: Non facit nobilem atrium plenum fumosæ q.
„ fumosis imaginibus. vt legi omnino debeat apud [o] Iuuenalem: [n] *Epist. 44.* [o] *Satyr. 8*

*Fumosos equitum cum dictatore magistros.*

Claudianus ceu Ciceronem & Senecam secutus:

*Non ego luxuriam* (inquit) *regum moremq; secutus*
*Quæsiui vultum thalamis, vt nuncia formæ*
*Læua per innumeros iret pictura penates.*
*Nec varijs dubium thalamis lecturus amorem*
*Ardua commisi falsæ connubia cerę.*

[p] Statius. [p] *L. 2. Sylu.*

*Quid referam veteres cerasq; æriſq; figuras*
*Si quid Apellæi gaudent animasse colores?*
D *Si quid adhuc vacua, tamen admirabile Pisa*
*Phidiacæ rasêre manus.*

Idem [q] rursus: [q] *Li. 3 Sylu*

*Tot virides lucos, tot saxa imitantia vultus,*
*Aëraq;, tot scripto niuentes limine ceras*
*Finxisti? Quid enim ista domus? quid terra, priusquam*
*Te gauderet, erat?*

Penes nobiles itaq; erant imagines. [r] Suetonius. Gens Flauia obscura illa quidem, & sine vl- [r] *In Vespasiano.*
lis maiorum imaginibus, sed tamen reip. non penitenda. Plinius iunior subitas imagines [s] *L. 8. Ep. 10*
appellat, nobilitatem parum antiquam, sed repentè fortunæque beneficio quæsitam. Quò [t] *Li. 1. Fast.*
itaque plures habebant imagines, eò habebantur nobiliores [t] Ouidius de Germanico:

*Perlege compositas generosa per atria ceras*
*Contigerant nulli nomina tanta uiro.*

Sic

*Conſolat. ad Polyb.* Sic [u] Seneca: Vides omnes has imagines, quæ impleuêre Cæſareum atrium: nulla non harum aliquo ſuorum incommodo inſignis eſt. Atq; ita dicebat Martialis. E

*Atriaq; immodicis artat imaginibus.*

[x] *Lib. 1.* [x] Liuius de Anco Martio. Ancus Martius nobilis vna imagine Numæ. Habebant enim præter ſuorum auorum imagines, etiam ſuorum patronorum, quos quiſq; colebat: quare L. Vitellius Vitellij pater, Narciſci & Pallantis imagines in atrijs inter lares coluiſſe legitur.

[y] *In Galba.* [y] Suetonius, Neroni Galba ſucceſſit, nullo gradu contingens Cæſarum domum: ſed haud dubiè nobiliſſimus, magnaq; & veteri proſapia, vt qui imperator in atrio ſtemma propoſuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Paſiphaën Minois vxorem referret.

Imagines ex quomagiſtratu. Dixi autem ſuprà imagines è magiſtratu fuiſſe, nimirum ex Lipſio: qui addit, non tamen quouis, ſed curule, Quæſtura, Tribunatus; & qui alij inferiores honores, ius, inquit, imaginis non dabant: dabat inter ordinarios magiſtratus, prima curulis ædilitas: quod ex hiſce

[z] *Lib. 5. in Verrem.* [z] Ciceronis verbis diſcere ſeſe ait, vbi loquitur de ſe ædile: Ob earum rerum ſolicitudinem atq; labores, fructus illos datos, antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius, imagines (ſcribendum vult Lipſius, ius imaginis) ad memoriam poſteritatemq; prodendam. Clariùs idem Cicero in eo ſenſu, in principio legis Agrariæ: Eſt hoc in more poſitum, Quirites, inſtitutoq; maiorum, vt ij qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij veſtri cum ſuorum laude coniungant. Qui autem ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, ij teſte Budæo terræ filij, & à ſeſe orti, & homines noui nominabantur: quibus locutionibus non ſemel Cicero vſus eſt: Cornelius quidem tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius. Summo autem genere, per ironiam ab eo dictum eſt. Præterea mos erat, quin vt Lipſius loquitur, vſus præcipuus, vt imagines iſtæ maiorum in funeribus ducerentur, ad gentilitatem oſtendendam, id quod [a] Cicero oſtendit, dum ait: Brute, quid ſedes? quid anum illam patri nunciari vis tuo? quid illis omnibus quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis? De anu Iunia agnata Bruti loquens quæ funere efferebatur. Et [b] alias, inquit. Nec verò non eadem ira deorum hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam, vt ſine imaginibus, ſine cantu, ſine ludis, ſine exequijs, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere oblitus cruore, & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quàm concedere etiam inimici ſolent, ambureretur etiam abiectus. Quo in loco ceremonias funerum omnes Cicero ſtrictim enumerauit. Huc ſpectat hoc Propertij: F

Terræ filij qui.

[a] *Lib. 2. de Orator.*

[b] *Pro Milone.*

Funerum ceremoniæ Romanor.

G

*Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa.*

Liuij etiam hoc Epitome 48. de Lepido. Præcepit filijs lecto ſe ſtrato, ſine linteis, ſine purpura, efferrent, imaginum ſpecie non ſumptibus nobiliſtari maximorum virorum funera ſolere. Ne verò quis has à iam dictis quas dicebamus in atrijs collocatas fuiſſe è cera, diuerſas aliasq; arbitretur, facient hoc loco optimè lucidiſſima Plinij verba partim antè citata, ſed hîc exactè repetenda, integreq; ponenda. Apud maiores, inquit, in atrijs imagines erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec æra, aut marmora. Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armarijs, vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Aliæ foris & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Hactenus Plinius. Legimus quoque de Cæſare, cùm Antonius populum Rom. incitaret ad vindictam cædis, veſtemq; ſanguine madentem oſtenderet coram eo, quendam etiam Cæſaris imaginem extuliſſe è lecto, ac in ea tres, & viginti plagas, quot ille confoſſus fuerat, expreſſas monſtrauiſſe. [c] Fabius Quintilianus de imagine maiori, quæ in epilogo ad miſericordiam commouendam ſæpius proferebatur, ſcribit: & prolata nouiſſimè, deformitate ipſa (nam ceris cadauer attulerant infuſum) præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Quem locum annotans [d] Turnebus. hîc ius ſuum, inquit, tenuit emendatorum licentia; nam cadaueri infuſa legerunt; quòd tamen eodem ſenſu accipi poterit. Verùm ego puto veram eſſe, quàm protuli lectionem, vt ſenis imaginem ceris impreſſam dicat. Quòd enim infuſum ceris eſt, id in cera fuſum intelligitur, & expreſſum. Apuleius interdum non malus author, præſertim cùm laſciuiæ ingenij non indulget, neq; ludum ſibi permittit, Enimuerò quòd luto fictum, vel ære infuſum, vel lapide inciſum, vel cera inuſtum, vel pigmento illitum. Scribit Alexander ab Alexandro præcitato loco, Romanos ita cereas eas imagines celebraſſe, ac coluiſſe, ac ſi illi, quorum vultus exprimebantur, viuerent. Aitq; eaſdem feſtis diebus, & in ſumma gratulatione, & lætitia, laureis

H

[c] *Lib. 6. c. 2.*

[d] *Lib. 23. cap. 13.*

Vt imagines colorétur.

ſertis

A sertis & floribus ornare, illorumq; natales dies festa luce celebrare solere. In luctu verò & gemitu familiæ tanquam conscij doloris essent, & tacita mœstitia funestarentur, deformasse, tantoq; honore dignos iudicasse, vt illos cum singulis imaginum titulis, illorum præcipuè quorum dignitas, maximæq; res gestæ fuissent, in exequiali pompa & apparatu funeris, extra ædes producerent, & longa serie velut familiæ decora repræsentarent, illæq; defunctorum exequias, & vna funus comitarentur; ita tradito more, vt domino aut aliquo ex familia vita functo, illius imago tam circa limina, quàm pro foribus locaretur, vt defuncti dèsiderium representata illa species leniret, posteroſq; ad præclara facinora domi foriſq; obeunda inuitaret. Verùm cereas etiam imagines in foro positas fuisse, recẽtiorum eorum meminit nemo. Docet id me [e] Plutarchus his verbis. Sciuit populus laudandum esse Lycurgum Lycophronis filium Butadem virtutis, ac iustitiæ causa: eique à populo statuendam „ ceream imaginem in foro, nisi sicubi lexeam stare vetat &c. Sed vt ad funeris ritum reuertamur, Lipsius, ratio ferendi, inquit, in oblongis perticis erat siue hastis, vt fercula solent triumphorum. Ideò feretra ea dixit [f] Silius:

*Non coniux, natiuè aderant, non iuncta propinquo*
B *Sanguine turba virûm; aut celsis de more, feretris*
*Præcedens prisca exequias decorabat imago.*

Dio Cassius affirmare videtur, non ferri solere imagines eorum, qui relati essent in deos; de qua sententia Lipsius ambigit. Illud, inquit, mihi certius, si quis turpi & immani crimine damnatus esset, damnari etiam & frangi imaginem solere, nec in exequijs ferri. Iuuenalis,

*Frangenda miseram funestat imagine gentem.*

[g] Tacitus, Cotta Messalinus, ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur, censuit. Notat etiam Budæus huiusmodi imaginum iura, ac nobilitatis insignia damnatione reorum amitti solere: id quod [h] Cicero docet his verbis: Nam ipse quidem si erit vestro iudicio li„ beratus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ, quibus lætari & perfrui possit? „ Domus erit, credo, exornata, aperientur maiorum imagines, ipse ornatum & vestitum recu„ perabit. Omnia iudices hæc amissa sunt: omnia generis, nominis, honoris insignia atq; or„ namenta, vnius iudicij calamitate occiderunt. Hæc Cicero, ex quibus quoq; didicimus „ imagines eas clausas seruari solitas, quod indicat ijs verbis: aperientur maiorum imagines.
C Cùm nos in atrijs positas fuisse ex tot auctorum monumentis dixerimus. Collocabantur autem, inquit Lipsius, ordine in ligneis thecis, siue vt Plinius appellat, armarijs. Ausonius in versibus, quæ suprà, pegmata maluit dicere. Eæ thecæ diebus festis aut lætioribus tantùm aperiebantur; aliàs, vt videtur, clausæ. [i] Vopiscus, Tantùm illud dico, Senatores om„ nes ea lætitia esse elatos, vt domibus sui omnes albas hostias cæderent, imagines frequentes „ aperirent, albati sederent, conuiuia sumptuosiora præberent. Apud [k] Senecam patrem Tria„ rius, Indicit diem festum, aperiri iubet maiorum imagines, cùm maximè tegendæ sunt. Et „ hoc est, quod [l] Polybius scribit; has imagines publicis sacrificijs proferri, & magnificè ornari. Cui curæ haud dubiè olim præfectus Atriensis. Hæc ille. sed cur tegerentur imagines istæ, non addit. Quid si propter fragilitatem ceræ factum dicamus, & ne externus puluis picturis maximè infestus, damnum inferret; Quamobrem postmodum etiam ex lapidibus & metallis fieri fortè cœperunt. Aerearum meminit [m] Statius

*——Læto regalia cœtu*
*Atria complentur: species est cernere auorum*
*Comminus, & viuis certantia vultibus æra.*

D Budæus opinatur posteriora tempora pro ijs cereis imaginibus insignia gentilitia habuisse quæ arma vulgò vocantur: quoniam & hæc quoq; primùm, vt simile est veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclarè gestarum decora. Iam verò alius apud eosdem veteres harum imaginum vsus fuit, atq; is quoq; ad nos dimanauit, & nihilo infrequentior est. Quilibet enim natorum suorum parentes, & parentum nati, item qui arcta quadam inuicem deuincti sunt amicitia, cùm peregrè eundum est, aut longnm ac difficile aliquod iter faciendum, imagines domi retinet, vt si peregrinantes mori cõtingat, earum aspectus velut quoddam afferat solatium, mortuorumq; felix subeat memoria. Author est [n] Ouidius Laodomiam Protesilai mariti sui, cùm bellum gereret aduersus Troianos ceream imaginem sæpiùs fuisse amplexam, sæpiusque cum eadem, ceu cum præsente Protesilao secretos sermones habuisse.

*Cùm tamen arma gëris diuerso miles in orbe*
*Quæ referat vultus est mihi cera tuos.*

[e] *In Vitis x. Rhetor. in fine.*

Vt ferrẽtur in funere.

[f] *Lib.* 10.

Imagines quorum frangerentur.

[g] *Lib.* 11.

[h] *In Ora. pro Sylla.*

Imagines claudebantur.

[i] *In Floria.*

[k] *Lib.* 7. *Contr.* 6.

[l] *Lib.* 6.

Cur tegerentur cereę maiorũ imagines.

[m] *L.* 11. *Thebaid.*

Armorũ simulacrũ insigniũ ortus.

Alius imaginũ vsus.

[n] *In Epistol. Herod.*

Laodomia ceream mariti sui habuit imaginem.

*Illi blanditias, illi tibi debita verba*
*Dicimus, amplexus accipit illa meos.*
*Crede mihi plus eſt quàm, quod videatur imago,*
*Adde ſonum ceræ, Proteſilaus erit.*
*Hanc ſpecto teneoq́, ſinu pro coniuge vero*
*Et tanquam poſſet verba referre queror.*

Sed cùm ille in bello Troiano perijſſet, Laodamia auditâ mariti ſui morte, eius deſiderio in amplexu imaginis cereæ expirauit, vt meminit [n] alibi idem poëta hoc verſu:

[n] *Lib. 2. de remed. amo.*

*Si potes & ceras remoue, quod imagine muta*
*Carperis, hoc perijt Laodamia modo.*

[o] *Li. 7. Epig.* [o] Martialis de amico amici imaginem habente dicebat:

*Maximus ille tuus Ouidi Cæſonius hic eſt*
*Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.*

[p] *Lib. 11.* Apud procos amaſiarum ſuarum imagines fuiſſe idem me docere videtur [p] Martialis: Lydiam ſuam, cum qua concubuerat, fore formoſiorem inquiens, ſi vt imago ſua cerea, quam habebat domi, in coitu ſilere poſſet.

*Non eſt mentitus, qui te mihi dixit habere*
*Eormoſam carnem Lydia; non faciem.*
*Eſt ita ſi taceas, etſi tam muta recumbas*
*Quam ſilet in cera vultus & in tabula.*

Atq; iſte ritus nobis familiaris. Vidi in hac vrbe, quàm plurimarum matronarum imagines feliciſſimè in cera expreſſas, ligneisq; thecis clauſas, ſed & diuorum diuarumq; in theis vitreis. Veteres quoque in hac arte excelluiſſe, diſcimus ex hoc Agathiæ apud Suidam: *Vah audaciſſime, cera iſtud effecit:* loquitur autem de imagine cerea ſolertiſſimè expreſſa: item ex hoc Auſonij epigrammate in imaginem Medeæ:

*Quin ne picta quidem ſis barbara: namq; tui vim*
*Cera tenax zeli concipit immodicam.*

Deorum cereæ imagines.

Magi quoq; varijs modis deorum imagines efformabant, imagines, inquam, ſtellarum vires habentes. Erat & alter fabricandi imagines modus. Nam vbi odium illaturi erant, cereas ac plumbeas imagines duplices confabricabant ſeſe diuexantes, ac quodammodò inter ſe digladiantes: fronti earum apponentes, quæ non ſubpingere collibuit, quòd putem pijs hominibus abigenda explodendaq́; Vbi verò amoris conciliandi cauſa agendum erat, imagines ſeſe amplectentes conformabant, apponentes quædam fronti earum, quæ prætereunda cenſui, quod certè perſuaſum habeam eſſe vaframenta quædam, & vt veriùs paulò dicam, deliramenta anilia. quibus itaq; omiſſis, duo etiamnum dicenda ſuperſunt, quis cerearum harum imaginum fuerit inuentor primus, & cur ex cera factæ. [q] Plinius agens de plaſtices primis inuentoribus, inuentum hoc tribuit Lyſiſtrato Sicyonio Lyſippi fratri, & ſimul docet id artificium. Hominis, inquit, imaginem gypſo è facie ipſa primus omnium expreſſit, ceraq́; in eam formam gypſi infuſa (imaginem ceream, quam gypſea forma reddiſſet, abſoluere diligentiùs, ac emendatiùs: quidam legunt, ceram q́; in eam formam gypſi infuſam emendare) emendare inſtituit Lyſiſtratus Sicyonius frater Lyſippi, de quo diximus &c. Iam verò cera, quia ductu facilis eſt, facileq́; impreſſionem quamlibet admittit, & quod impreſſum eſt, tenacitate ſua, quàm ſolidiſſimè vbi vis retinet, vbi vis, quàm facillimè deles propter mollitiem: dura enim eſt, ſi placet, ſin minus, mollis, in ſumma omnes qualitates, quæ ad faciendas imagines ex vſu eſſe poſſunt, induere poteſt. Atq; ita [r] Statius Abſcantij, & Priſcillæ deſcripturus pietatem ait:

[q] *Lib. 35. cap. 12.*

Imagines cereas quis primus inuenerit.

Cur imagines fierent ex cera.

[r] *Lib. 5. à princ.*

*Si manus aut faciles docilis mihi fingere ceras*
*Aut ebur, impreſſis aurumue animare figuris*
*Hinc Priſcilla tuo ſolatia grata marito*
*Conciperem. namq; egregia pietate meretur*
*Vel vt Apellæo vultus ſignata colore*
*Phidiaca vel nata manu, reddare dolenti.*

[s] *Lib. 3. Syl.* Et [s] alibi rurſus:

*—— Ego ritè minor, ſemperq; ſecundus*
*Aſſidue libabo dapes, & pocula ſacris*
*Manibus, effigiesq; colam. te lucida ſaxa*
*Te ſimilem doctæ referet mihi linea ceræ*
*Nunc ebur & fuluum vultus imitabitur aurum.*

Eleganter

A Eleganter [t] Cicero: Vt enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. Idem innuit [u] Dantes:

*Però che forse appar la sua matera*
*Sempr'esser buona: ma non ciascun segno*
*E' buono, ancor che buona sia la cera.*

[t] *Lib. 3. de nat. deor.*
[u] *In Purg. Cant. 18.*

„ Lucidissimè [x] Plutarchus: Ac ceram, inquit, quidem mitto, aurum, argentum, æs, & quæ „ alia fingi possunt, excipientia vnam formam impressæ similitudinis: aliud autem aliam differentiam imitando apponit. [y] Ouidius:

*—— & Hymettia Sole*
*Cera remollescit, tractataq; pollice multas*
*Flectitur in facies.* Et [z] rursus:
*Vtq; nouis facilis signatur cera figuris*
*Nec manet vt fuerat, nec formam seruat eandem*
*Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem*
*Esse, sed in varias doceo migrare figuras.*

[x] *Lib. de Pyth. Orac.*
[y] *Lib. 10. Metam.*
[z] *Lib. 15.*

B Rectè itaque Horatius hominem ad vitia apprimè pronum cereum in vitia dixit. Iacobus Dalechampius scribit imagines, de quibus hactenus diximus, nunc ex cera, & mastice fieri. Sunt qui (referente Mizaldo ex secretis cuiusdam ingeniosissimi vitrarij,) sanguinis hirci, & cineris æquas portiones mittant in acetum, deinde chymico organo destillent, & in exempta aqua vitrum macerent, plicabile, cereum ac ductile reddant. Aiuntq; indurari, & priori naturæ restitui si in frigidam mittatur, vel ea lauetur. Quod pro corollario addere volui, vt si lubet, ex eiusmodi vitro imagines quis conficiat. Forent enim meo iudicio omnium pulcherrimæ. Atq; hæc de cereis imaginibus dicta sufficiant.

Cereus in vitium.

# VSVS IN STATVIS.

C CEREAS olim etiam fuisse statuas doceor ex subsequenti Iuliani Epigrammate, perperam inscripto εἰς Ικαρον χαλκῆν pro κηρινὸν, ἐν λουτρῷ ἱσάμενον. nam titulus iste ad secundo loco à Iuliano positum epigramma pertinet, quod quia de ærea agit statua, hîc non ponam.

Epigrãma Iuliani correctum.

Ικαρε, κηρὸς μὲν ὀλώλεσι· νύν δ' σε κηρῷ
Η'γαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος.
Αλλ' ἄγε μὴ πτερὰ πάλλε κατ' ἠέρα, μὴτὸ λοιτρὸν
Ηέροθεν πίπτων, Ι'κάριον τελέσῃς.

hoc est, vt ex tempore lusi:

*Cera fuit, quæ te malè perdidit Icare: cerâ.*
*Ora dedit nobis nunc tua χαλκοτύπος.*
*Noli igitur cælo pennas committere: lapsus*
*Ne tuus Icario nomina det pelago.*

# VSVS IN LVDICRIS.

D TERTVR Heliogabalus Imperatorum omnium effeminatissimus, ac perditissimus, pro nimia luxus affluentia in secundis mensis nouo genere edulij saginasse: nam cereas dapes, aut lignea edulia, vel eburnea, sæpè fictilia, aut marmorea exhibuit, cùm per singulos missus biberent, velut vescerentur & manus abluerent. Author est Lampridius. Eodem artificio etiamnum nonnulli imitantur cera fructus omnes, & tam exactè quandoque exprimunt, vt mater rerum natura eos protulisse videatur. Solemus autem nos quoq; eos in mensa exhibere brumali potissimum tempore, cùm fructus desunt.

Heliogabali luxus.

E

# VSVS AD LVCEM PRÆBENDAM.

Cereorum viridium laus.

SALVBERRIMAM lucem præbent cereæ candelæ, maximè si virides fuerint, qualibus proceres in Germania vtuntur, ne lux visum offendat. Hermolaus apud suos, nempe Venetos candidam tantùm ceram cremari scribit, candidis verò etiam Bononia, ac fortè tota Italia vtitur. Vtebantur autem olim ijs teste Festo, vt nunc, ditiores tantùm. Vnde apud [a] Plautum intemperantis pueri sumptus castigantem legimus:

[a] *In Curcol.*

*Tute tibi puer es lautus, luces cereum.*

[b] *In distichis.*

Præferebatur tamen lucerna. [b] Martialis:

*Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes*
*Subducta est puero nam q; lucerna tuo.*

Prima fax.

Hinc primam facem veteres noctis principium vocitabant, quòd tum primùm vti face incipiamus. Gellius: Sed cùm iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, di- F
scessimus. Primus omnium, inquit Hermolaus Cornelius è Senatu domum rediens funali
Cornelij verecũdia. candido vsus fertur tanta verecundia, vt non priùs accendi pateretur, quàm tota curia, &
[c] *Liv. 10.* foro discessisset, quia cæteri, aut laterna, aut triuiali cera deducerentur. Exemplum eius deinde secuti omnes, maiestatiq; hoc illius ordinis amplissimi non luxuriæ datum. Itaq; Senatu misso post occasum solis, tam longus est ordo luminum, vt planè diem reddant. Festiuè admodum Martialis [c] Cottam furem scribit velle cereos gestare, vt aliquid furaretur:

*Omnes persequeris prætorum Cotta locellos*
*Accipis & ceras; officiosus homo es.*

hoc est, dum prætores senatu misso domum deducere lucente cereo te velle fingis, eorum interim, beneficio lucis, insidiaris loculis. Iam verò, & faces nouis nuptis præferri solitas
Faces nouis nuptis præferebãtur. esse, notissimum est. Hinc faces nuptiales apud M. [d] Tullium, & apud Virgilium legimus:

[d] *In Orat. pro Cluent.*

*Si non pretæsum thalami tædaq; fuissent.*

Item aliàs: G

*Mopse nouas incide faces.*

Faces cur in nuptijs præire soleant.

Ad quem locum notat Seruius: quæ solent præire nubentes puellas. Sanè Varro dicit, in nuptijs ideo faces præire, quòd antea non nisi per noctem nuptæ ducebantur à sponsis. Alij inde ortum esse hunc ritum putant, quod Ceres in quærenda Proserpina face vsa esset, vel vt alij, vt noua nupta ignem, & aquam, quæ duo sunt in vita maximè necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aspergi solebat, vt casta puraq; ad sponsum
Aquæ vsus in nuptijs. duceretur. Plautus:

*Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem.*

Quot cerei nuptis præferrentur.

Sed quanquam in singulari facem hîc dicat Comicus, constat tamen quinq; nec plures, nec etiam pauciores prælatas fuisse. Super quo mysterio, ne quid præterire videamur, quòd antiquitatis studiosos iuuare possit, [e] Plutarchi quæstionem adijciemus. Cur, inquit, in nu- »
[e] *In Quæst. Rom. 2.* ptijs quinq; faces (cereos ipsi vocant) non plures his, aut pauciores accendunt? An quia, vt » Varro ait, prætores trinis, pluribus ædiles vtebantur, ab his autem sponsi accendunt ignem? » An quòd cùm vtantur compluribus aliàs etiam numeris, tum alioqui præstantior, atque » perfectior impar creditus est, tum ad nuptias quadrare visus? Par enim diuidi se patitur, »
Impar numerus non diuiditur. partesq; eius equis inter se viribus contendunt. Impar autem omnino diffindi se non fert, H
sed diuisus semper aliquid relinquit. Inter impares porro omnium maximè congruit nu- »
merus quinarius. nam ternarius primus est de imparibus, binarius primus de paribus: ex » his tanquam mare, & fœmina miscetur quinarius. Aut potiùs, quoniam lumen procreatio- »
Lũmẽ procreationis signum. nis signum est, mulieres autem ad quinq; plerumq; pariunt, totidem vtuntur facibus? Aut quia matrimonium contrahentes quinq; deorum ope indigere putant, Iouis perfecti, Iunonis perfectæ, Veneris, Suadæ, ac Dianæ, (ea Lucina est) quam parturientes inuocant. Hæc
[f] *Li. de subt.* Plutarchus. Sultanus olim Ægypti tyrannus referente [f] Cardano, solebat cereis immiscere ambram, voluptati, atque simul valetudini consulens. Lethali veneno infici posse nuper te-
[g] *Exer. 154* ste [g] Scaligero compertum est. In Bongo ligneis quod mirum est, cereis vtuntur, qui maximam lucem præbent, qui fortè ex tedifera arbore fuerint.

A

# VSVS AD CONDIENDA CADAVERA.

ASSYRIOS antè diximus corpora sua melle, & cera condire solere, vt ita diutius incorrupta seruarentur. Diximus item ex [a] Plutarcho Agesilaum regem Spartanum, in portu Menelai mortuum mellis penuria, cerâ conditum Spartam reuectum esse. Persæ referente [b] Alexandro ab Alexandro defunctos cera circumlitos, vt maximè diuturni essent, domi condebant. Idem legimus apud Ciceronem, quanquam [c] Herodotus aliam illius rationem reddat his verbis: Magi Persarum cadauera non priùs humant, quàm aut ab alite, aut
» à cane tacta fuerint. postea cera condiunt & terra obruunt, non cremant: quoniam nefas esse
» aiunt igne, quem pro Deo colunt, cadauer attingere.
»

[a] *In Agesilao.*
[b] *Lib. 3. c. 2.*
[c] *Lib. 1.* Persæ cur cadauera non crement.

# VSVS AD CONGLVTINATIONEM.

B

APPRIME appositio epiteto [a] Poëta ceram tenacem vocauit. Quam tenacitatem præcipuè innuit fabula Dędali, & Icari, qui conglutinatis cera ad humeros alis per longa æquoris spatia volasse feruntur. Quin glutinis vsum præstitisse ceram constat. Hac enim pastorales fistulas coniungebant olim, [b] Calphurnius:

*Iam puerum calamos, & odora vincula cerę*
*Iungere nunc cohibes, leuibus quem sępe cicutis*
*Ludere conantem vetuisti fronte paterna*

[a] *Georg. 4.* Cerę vsus pro glutine.
[b] *Eglog. 4.*

Claudianus de Hymenæo

*——Platano namque ille sub alta*
*Fusus inæquales cera texebat auenas.*

[c] Virgilius:

*Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera*
*Iuncta fuit.*

[c] *Eglog. 3.*

C Facetè Martialis de fistula:

*Quid me compactum ceris & arundine rides?*
*Quæ primùm extructa est, fistula talis erat.*

A [d] Plutarcho citantur hi iambi:

*Vt pastoralis cerâ iuncta fistula*
*Quando soporiferos sonitu ciet modos.*

[d] *Lib. de cohibenda ira.*

Hinc est quod [e] Theocritus fistulâ vocet πνεύμα κηροδέτης.

Ἀρξῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ βάκολος ἀμμιγα θελξεῖ
Δάφνις, κηροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
*Incipiam aliquid sonare. Bubulcus autem simul oblectabit,*
*Daphnis, cera compacto spiritu modulans.*

[e] *In Epigra.*

[f] Athenæus ex Euphorione tradit τὸν πολυκάλαμον σύριγγα inuenisse Silenum; Marsiam verò τὸν κηρόδετον, id est cera coniunctum. At Virgilio teste

*Pan primùm calamos cera coniungere plures*
*Instituit.* Quem secutus [g] Sanazarius de Luna, & Pane canebat:

[f] *Lib. 14.*
[g] *Li. 2. Epi.*

D

*Effudit longas Tegeæa in rupe querelas*
*Pan captus formâ candida luna tuâ.*
*Cumq; leui calamos cera coniungeret, addit*
*Prædata es sensus tu quoq; canna meos.*

Et [h] rursus de eodem Pane & Satyris:

*Dumq; leues aptat calamos, dum sibila pressis*
*Explorant digitis, tenuiq; foramina cera*
*Obducunt, vario modulantes carmina cantu.*

[h] *In Salicib.*

Dilucidè quoque Bembus.

*Pastorum pecorisq; Deus cui garrula cera*
*Prima dedit varios fistula iuncta modos.*

Pocula quoq; cerâ conglutinata fuisse à veteribus, docemur à [i] Theocrito, apud quem Æpolus pastor poculum sese daturum ait dulci cera collutum.

[i] *Eidill. 4.*

Καὶ βαθὺ κισύβιον κεκλυσμένον ἀδῖνι κηρῷ. E

[k] *Li. 8. Metam.* Pocula autem lignea, vt diſertiſſimè teſtatur [k] Ouidius:

*—— Fabricataq; fago*
*Pocula, quæ caua ſunt flauentibus illita ceris.*

Dolia cerabantur. [l] *Lib. 12. cap. 50.* Dolia præterea cerari (vtitur hoc verbo [l] Columella, vt patebit) ſolita author eſt, quem nominaui, Columella, oleum quemadmodum fiat, docens: Dolia, inquit, & ſeriæ, in quibus „ oleum reponitur, non tantùm eo tempore curanda ſunt, cùm fructus neceſſitas cogit, ſed „ vbi fuerint à mercatore vacuata, confeſtim villica debet adhibere curam, vt ſi quæ fæces, „ aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint, ſtatim emundentur, & non calidiſſima lixiuia, „ ne vaſa ceram remittant, ſed ſemel atq; iterum eluentur &c. Et paucis interpoſitis: Poſtea „ cùm res exigit, pura eluunt aqua, nonnulli priùs amurca, deinde aqua vaſa perluunt, & „ afficcant, tum conſiderant nunquid ceram nouam dolia deſiderent. Nam ferè ſexta oliui- „ tate cerari oportere antiqui dixerunt, quòd fieri poſſe non intelligo. Nam quemadmodum „ noua vaſa ſi calefiant, liquidam ceram facilè recipiant, ſic vetera non crediderim propter „ olei ſuccum, ceraturam pati. Quam tamen & ipſam ceraturam noſtrorum temporum agri- „ colæ repudiarunt, exiſtimaueruntq; ſatius eſſe noua dolia liquida gummi perluere, ſiccataq; F

Vaſa cera obturant. ſuffumigare alba cera ne pallorem capiant. Hæc ille. Quod verò etiam vaſa cùm magna, tùm exigua, ſiue ampullæ cerâ obturentur, tam vulgò notum eſt, quàm quod notiſſimum: Fit tamen & hoc, propter eius tenacitatem, qua licet naturaliter illud præſtet, inuenit tamen humanum ingenium, quæ in hoc præualeant, vocantque eas effectu ceras obturatorias, quarũ ceu præſtantiores aliquot deſcriptiones ex [m] Andrea Libauio adijciam, ne quid ynquam, quantùm per me licebit, in hoc opere deſideretur. Itaq; Cera, colophonia, reſina miſceantur: vel, vernix liquidus, & pix. Vel Cera noua, colophonia, maſtix, thus: colliquantur, & immiſcetur farina laterum. Vel, ſulphur, pix, ceruſſa. Vel, cera, & lacca. vel, Propolis, mel, ceruſſa, reſina; vel, pix per ſtramenta fuſa, cera per ſtramen fuſa dupla, commiſceantur. Vel, ceræ, reſinæ, ana vncias ſeptem, terebinthi vncias duas, drachmas duas, ſolue & miſce ad ignem. Hæc inſeruit inſerendis ſurculis, tegendisq;. quin etiam ad nauium rimas obturandas erit vtiliſſima, ad quas, & pice, & cera vtebantur veteres, vt patet ex hiſce verſibus [n] Lucani de nauium incendio ſcribentis:

Cera obturatoria. [m] *Lib. 2. Alchy. tract. p. cap. 39.*

Naues cera & pice obturabãtur. [n] *Lib. 3. de bell. ciuil.*

*Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades*
*Quàm pelago diuerſa lues: nam pinguibus ignis*
*Affixus tadis, & tecta ſulphure viuax*
*Spargitur, ac faciles præbêre alimenta carinæ*
*Nunc picè, nunc liquidâ rapuere incendia cerâ.* G

An ſola etiam cera naues cerarentur. [o] *Lib. 11. Metam.* [p] *Lib. 2. Amor.* Sed cùm picem ſeparatim à cera ibi nominet poëta, quæſtio oritur, nuncquid etiam ſola cera, hoc eſt, ſine picis admixtione, naues cerare veteres ſoleant. Nam hoc multi inficiantur, qui ceratas naues interpretantur, ceræ & picis mixtura ſimul oblitas, & apud [o] Naſonem

*—— Spoliataq; tegmine ceræ*
*Rima patet*, exponunt picis cum cera permixtæ. Ceratas autem puppes dixit idem [p] Naſo:

*Nec ſatis vna tenet ceratas anchora puppes.*

Aqua ſalſa cereis vaſis hauſta dulciſcit. [q] *In Quæſt. natur.* [r] *Lib. 16. cap. 12.* Quàm ſanè expoſitionem probo, vel ea ſaltem ratione, quoniam ceram per ſe aquæ, quominus per rimas tranſudet, impedire non putem, quod vt magis mihi perſuadeam, facit diſputatio [q] Plutarchi de ſapore ſalſo, vbi aſſerit eſſe multos, qui aquam marinam cereis vaſis haurientes, excipiunt dulcem, & potabilem, percolato videlicet, quod ſalſum erat, & terreſtre. Iam verò ceram pici permiſceri ſolere, inter cæteros teſtis eſt [r] Plinius, apud quem H ſic ſcriptum reperio. Non omittendum, apud eoſdem zopiſſam vocari deraſam nauibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multò efficaciorem ad omnia, quibus „ pices reſinæque proſunt, videlicet adiecto ſalis callo. Et id rurſus repetit [r] pòſt inquiens: Zopiſſam eradi nauibus diximus, cera marino ſale macerata. Dalechampius hoc addidit ſcholium. Zopiſſa ſiue apochyma non tantùm cera eſt nauibus deraſa, ſed cera cum reſina mixta, qua naues oblinuntur, tum vt facilior, & magis lubricus, per vndas earum ſit curſus, tùm vt eo velut tectorio nauium tabulæ, maris, edaci ſalſugine minus corrumpatur. Hæc ille. Græci quoque κηρὸν ſimpliciter in hoc ſignificato pro cera pici permixta ſumunt, atque ita Mercurius apud [s] Lucianum Charonti air, καὶ κηρὸν, ὡς ἐπιβλάσας τῷ σκαφιδίῳ τὰ ἀνωρύγματα, hoc eſt, & ceram ad oblinendas nauigij rimas tibi emi. Proinde etiam qui pannos lineos cera illinunt, ne aqua, vel pluuia, quæ ijs includuntur, perfundantur, ſimplicem ceram non accipiunt: quanquam

Zopiſſa q.d. [t] *Lib. 24. cap. 7.*

[s] *In Dial. mort.*

Cera ſola pluuiã diu non arcet.

non

A non me lateat ceræ quandam ineſſe vnctuoſitatem, qua humida fuget, & per pannorum poros penetrare non patiatur, ſed ea tanta non eſt, vt diu perduret, quemadmodum facit, ſi reſinæ, & terebintho permiſceatur. Denique qui ſurculos alijs inſerunt arboribus, eadem, vel conſimili mixtura vtuntur, quamquam de eiuſmodi inſitione agens [t] Pontanus ſimpliciter ceram nominet, cuius verſus, quòd breuiter hanc artem complectantur, adijciam: Inſitionis modus. [t] *Li. de hort. Heſp.*

*Hinc ſpecies miſtis creſcit variata figuris*
*Ergo nunc ramos libro demitte ſub vdo*
*Artifici dextra, fixo tunc inyce ligno,*
*Atq; altè impacto cuneo inſere, alteriusq;*
*Cortice coniunge, & cera mox illine adacta*
*Vlmeaq; obſeptis conſtringe, & vincula plagis*
*Arceto & pluuiam conecti ceſpitis herba.*

B

# VSVS IN MEDICINA.

» CERA, inquit, [a] Galenus, quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium, & deſiccantium. Habet verò quiddam etiam craſſarum partium, atque emplaſticum: quamobrem non modò exiccare, ſed & per accidens humectare fortaſſis videri poterit, perſpirationes videlicet prohibens. Quamobrem aliorum medicamentorum, tum excalfacientium, tum refrigerantium materia eſt. Ipſa autem per ſe ex genere fuerit, » debiliter concoquentium: nec tamen intrò in corpus aſſumptorum, ſed foris impoſitorum. » Habet enim paulum quiddam digerentis calidæq; potentiæ, quæ plurima melli inerat. Sic Galenus, cui velut calculum addens [b] Ægineta ſcribit, ceram cùm temperata ſit, reliquorum medicamentorum materiam effici, ipſam verò per ſe ex ijs eſſe, quæ leuiter abſtergunt: nam & diſcutientem, & calidam vim exiguam obtinere. Cæterùm quanquam Galenus intùs dari inficietur, non deſunt tamen, qui pillulas ex cera conficiant, & [c] Dioſcorides cum » iure ſorboli præcipit in vlceribus inteſtinorum. Cera omnis, inquit, mollit, calfacit, mo- C dicè explet corpora: datur in ſorbitione dyſentericis, ac milij magnitudine decem grana ce- » ræ hauſta, lac in nutricibus non patiuntur coagulari. Quę etiam [d] Plinius exactè repetit his » verbis: Omnis autem mollit, calefacit, explet corpora. (hoc eſt, vt exponit Dalechampius, » in cauis vlceribus carnem gignit.) recens melior. Datur in ſorbitione dyſentericis, fauiq; » ipſi in pulte alicæ priùs toſtę. Aduerſantur lactis naturę; ac milij magnitudine decem grana » cerę hauſta, non patiuntur coagulari lac in ſtomacho. Si ingen tumeat, albam ceram in pu- » be fixiſſe remedio eſt. Hactenus Plinius. Non quęlibet autem cera ſine delectu eſt vſurpanda. Galenus nouam & mollem pro medicamento meliorem eſſe aſſerit, vultuq; ſi noua non ſit & mollis, vt arte paretur. Quam normam obſeruari ſemper nolim. Nam pro actionis, quam exequi deſideramus, & temporis ratione, cerę ſpecies mutandas eſſe exiſtimo. Vt ſi quid ſolui, aut dilatari, aut emolliri poſtulet, aut ſi dolor leniendus eſt, tunc cera noua, recens & pinguis, vel quę facilè emolleſcat, eligenda eſt. Sin autem refrigerari quippiam, ſiccari, repelli, indurari, aſtringiq; oporteat recens cera candida addetur. Nam quę diaphona ſeu pellucida euaſit, aquę fortis acrimoniam ſeruat. Noua autem frequenti lotione ob pinguem illam, & aëream eſſentię ſuę portionem, indiget, vel irrigata aqua frigida, & aceto, D quod nunc inter dealbandum additur, indurata ſiccior, & frigidior redditur. Rectè igitur vnguentum reſumptorium, & alia reſoluentia ex flaua recentiq; cera, quæ facilè molleſcat, vel liqueſcat. [e] Rondoletius ceram albam arte factam, quia durior eſt, vſurpari ait ad excipiendos pulueres in maſticatorijs; verùm in ſuffumigijs, quando ex lignis, & aridis fiunt, flauam, & pinguiorem. Additque earum doſim eſſe, quantum ſufficit ad excipienda alia medicamenta: Eligi autem molliorem in ceratis, vnguentis, & emplaſtris, ad conſiſtentiam, & liquidorum inſpiſſationem; & hoc diuerſa menſura, pro forma diuerſa remediorum, & pro miſcendorum materia, ſcopo, & intentione. In linimentis verò ad olea retinenda ſufficere drachmas duas ceræ pro vncia vna olei. In vnguentis eandem proportionem ſeruari, & inſuper drachmam vnam puluerum vnciæ vni olei addi, quia ſpiſſet puluerem, & vnguentum craſſius reddat. In cerato maiorem addi quantitatem ceræ, potiſſimum ſi nihil ad inſpiſſandum addatur. [f] Iacobus Hollerius iubet, vt in ceratis vtamur cera, quam adoleſcentior Apum populus confecerit; ceram, inquit, virgineam apiarij nomi-

[a] *Lib. 7. de ſimpl.* Ceræ temperies.

[b] *Lib. 7.* Ceram intus dari.

[c] *Lib. 2. cap. 76.*

[d] *Lib. 22. cap. 24.* Cera quæ eligēda ad vſum medicum. Ceræ nouæ vſus.

[e] *Li. de pōd. & menſ. capit. 29.* Cerę doſis.

[f] *Li. 6. Inſt. Chir. cap. 1.*

nant, eamq; è nouis fauis ſeparandam: alioqui cera alba vtendum eſſe, non quidem ſponte E
nata, ſed factitia, qualis, inquit, olim Thyrrhenica, quia ſuauior eſt, & acrimonia hoc genus remediorum carere debet, ideoque præferendam eſſe iudicat ceram è dulci, ac diluto melle. Quod ſi verò ea cera ad manum non ſit, poterit vel quæuis, vt mordicationem acri-
[g] *Lib. 1. de comp. med. per loca cap 18.* moniamue deponat, lauari (quod monet ipſe [g] Galenus docens quomodo candida emplaſtra componenda ſint aduerſus vlcera cacoëthe) frigida. Sed vt ad miſtionem ceræ cum oleis reuertamur, docet etiam [h] Paulus, qui ceræ modus cum oleo eſſe debeat. Quòd ſi vnguina, inquit, quæ Græci à leuanda laſſitudine, acopa appellant, conficere conſtitueris, oleum ce- »
[h] *Lib. 7. Acopa medicamẽta.* ræ quadruplum immittes: at ſi liquidum ceratum, vt in fracturis præparamus duplicatum: » ſi medicamentum, quod emplaſtri figuram habeat, efficere cogitauerimus, portionem olei » ceræ æqualem miſcebimus, ſi aër ambiens moderatus extiterit. At ſi cera vetus, aut ſquali- » da, aër frigidus fuerit, oleum paulò copioſius, quàm cera erit: quemadmodum etiamſi cera » pinguis, aër exiſtat calidus, paulò minor olei portio erit, paulum autem hoc, medij in quam- » libet partem exceſſus duodecima erit portio, etenim vndecim, & tredecim olei vncias ceræ »
*Ceræ diuerſæ diuerſis adhibẽtur.* libræ admiſcebis. Ceterùm ceræ cùm aliquot ſint differentiæ, aliq; etiam alijs admiſcentur medicamentis. Flaua ob aëriam naturam ex melle, magis emollit, relaxat, dolorem ſoluit: F
eoq; illa vtimur ad aſceſſus calefaciendos, emolliendos, concoquendos, & maturandos:
*Cera noua quibus cõueniat.* Hinc ſæpè præſcribitur in officinis cera noua. nam frequentiùs liquefacta aëriam naturam amittit, magis terreſtris redditur, reſpondetq; ceræ albæ. Quæ autem talis efficitur, vt indureſcat faciliùs, vt diximus ex Rondoletio, pulueres in maſticatorio accipit. Eadem cera noua, & flaua, partibus quæ relaxari deſiderant, vt pectori conuenit: ſit etiam cum illud dilatare oportet, vt quæ magis reſoluat.
*Cera alba quibus vtilis.* Alba verò vt refrigerans, renibus inflammatis, vbi materia repellenda eſt, magis vtilis eſt: id quòd hodie à factitantibus medicinam negligitur. Cerata autem, quæ vocentur medicamenta, nemo eſt, qui ignoret, neq; de ijs hîc nobis agendum puto. Neq; enim ceræ vſus, vt inquit [i] Plinius, quos miſta alijs præſtat, enu- »
[i] *Lib. 22. cap. 24.* merare medicina poſſit, ſicuti nec cæterorum, quæ cum alijs proſunt. Iſta (vt diximus) inge- »
nijs conſtant. Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, parens illa, ac »
diuina rerum artifex: officinarum hæc imò veriùs auaritiæ figmenta ſunt. Naturæ qui- »
dem opera abſoluta, atque perfecta gignuntur, &c. De mixtis itaque cum cera nihil dicemus: dicemus tamen interim ceram poëtis nonnunquam pro cerato accipi. [k] Pon- G
[k] *Lib. 1. de hort. Heſp.* tanus:

*Nam veniet quocunq; voces, ſed frigora vita*
*Neue altè inflictum cera contingere vulnus*
*Sit pudor, vrat ne calor, aut ne frigora lædant.*

Sunt qui ceram per ſe adhibitam paronichiæ mederi dicant, ſunt item qui ceram, oleum,
[l] *Lib. 6. Inſt. Chir. cap. 7.* æruginem, cauum vulnus implere per ſe non poſſe velint, admiſta id poſſe: [l] Hollerius in-
ter medicamenta vulnera purgantia, cera viridis, inquit, in Ægyptiacis numerari poteſt:
[m] *Lib. 4. Chron. c. 2.* trita inſpergitur, vel mollita oleo imponitur. [m] Cælius Aurelianus ſcribit ceram conueni-
re digitis emolliendam dare arthriticis, vel manipulos tenendos, quos paleſtritæ halteras
*Haltera quid.* appellant, tum mouendos cereos, vel ligneos, primo cum paruo plumbo interfuſo, tum
pro modo profectus grauiores. Mirum quod ſcribit [n] Ariſtoteles, cornua iuniorum boum
[n] *Li. 8. Hiſt. cap. 7.* tepefacta in cera flecti, duciq; facilè, vbi volueris: item boues pedum dolorem non ſen-
tire, ſi eorum cornua cera, aut oleo, aut pice illinantur. Percellebre apud neotericos vſus
*Oleum ceræ ut fiat.* eſt olei è cera per chymicam artem extractum. Præſtantiſſimum enim eſt, ad emollienſtas duritias: quia maximè penetrat, emollit, & diſcutit, nec vulgare medicamentum eſt
ad cicatrices pulchras reddendas, modò poſt aliquot dies poſt vulneris conſolidationem eo H
vtaris, ne noua fiat inflammario. Oleum ſic paratur. Ceræ nouæ odoratæ libræ duæ in
ſartagine liquantur: deinde in vas vino Cretico, aut alio generoſo repletum effunduntur,
ſinunturq; dum refrigeſcant: poſtea excipiuntur, & manibus fortiter exprimuntur, rurſuſque liquantur, & ſuper vinum funduntur, vt prius, iſque labor ſepties repetitur. poſtremò cera iterum ſoluitur, & laterum tritorum manipuli tres inijciuntur, commiſcenturque diligenter. Omnibus dein refrigeratis, ampullæ vitreæ luto obductæ induntur, & commiſſuræ probè circumlinuntur, ne quid expiret: tum ignis paruus ſubſtruitur, donec phlegma citrinum effluere deſinat; mox aliud vas, quòd excipit, applicari, & ignis paulatim augeri debet, vſque dum guttæ primùm turbidæ, deinde citrini coloris, verum ceræ oleum, emanare cœperint: atque hoc peculiari vaſi excipere conuenit, ne turbidis permixtum, ipſum quoque fiat turbulentum, & butyri inſtar congeleſcat. Hinc igne auctiore vrgendum erit, quoad rurſus guttæ turbidæ extillent, quibus

viſis,

A visis, vas excipiens statim cum oleo remouebitur, aliudq; quod reliquum recipiat, apponetur. Tria hæc oleorum genera cum aqua, suo singula vitro recondi debent ad vsum. Aliter etiam paratur compendiosius quidem, verum minus nobile: eò quòd in hoc fæces arenę calore attenuatæ simul euehantur. in illo autem per ignis gradus separatæ, primùm aqua citrina, deinde oleum crassum, postea pellucidum, verum ceræ balsamum, tãdem turbidum prouocetur. Habet autem in hunc modum. Ceræ in sartagine liquatæ, permiscetur arenæ à pulueribus repurgatæ quod satis est: vbi refrixerit, ampullæ erectæ imponitur, & igne primùm lento, postea auctiore vrgetur, dum nihil effluat. Præstantissimum est oleum ad dolores præsertim podagricos sedandos, vulnera, vlceraq; curanda. Sanat crepaturas & fissuras labiorum, rimas & corrosiones papillarum in mammillis mulierum, ex libro quodam manuscripto Italico. ℞. olei de cera noua destillati per alembicum vitreum, eo penitus modo, quo thuris oleum destillatur, & hoc oleo rimas inungas labiorum, & papillarum in mammillis, & subito sanantur: & nihil impedit etiam noctu puerum lactare. dolorem enim tollit. Alij eliquatam ceram in aquam communem proijciunt, idq; octies vel decies repetunt, manibus semper agitando, macerandoq;, inde retorta cucurbita, absq; cineribus lento igne eli-
B ciunt oleum, quod cùm primùm exeat butyri modo, quinquies, sexiesúe destillationem repetunt, donec oleum exeat quod non concrescit, nec cogitur, atq; id signum perfecti olei, repetitis destillationibus expectandum esse inquiunt, conferre autem hoc oleum doloribus stomachi, & præcordiorum, tussi, humoribus crassioribus è pectore expurgandis, vulneribus quoq; cruentis & partium neruosarum optimè conducere. Sunt qui, vbi mel ac cera diligenter ex Apibus expressa sunt, Apes siccant & cum cera miscent, oleumq; destillatione eliciunt, podagricis apprimè vtile. Vt tamen oleum ceræ efficacius ad vulnera habeatur, pleriq; eliquatam ceram vino albo generoso, sexies, octiesúe, vt diximus, extinguunt, nam vinum magis extenuat & ad partium separationem conducit. Alij rursus ceram eadem ratione eliquatam in vrinam proijciunt. Alij ceræ adiũgunt, thus, myrrham & aloen æquis portionibus, & oleum eliciunt, ad vlcera & vulnera vtilissimum. Sumunt interdum æquales ceræ & aluminis plumosi partes, destillantq; ex arena. Destillatum ponunt in alia cucurbita, & addito manipulo salis cum tribus libris fontanæ destillant igni lento: separant destillatum. Est & cùm incidunt minutim ceram; funduntq; in aqua & butyro salso, locantes ad ca
C lidum fornacem, donec pulmentum euaserit. Addunt salis ammoniaci duas drachmas & farinæ silicis albi cochleare vnum, destillantq; lento igne. Alij ad libram vnam ceræ adijciunt aluminis plumosi quadrantem & destillant. Si adustum est oleum, affunditur calida destillata, circulatur vna per aliquot dies. Inde destillatur per cineres. Adhibent ad pleuritidem, colicam, tumores, vulnera citò sananda, spasmum &c. Sunt qui per retortam destillant. Sed per alembicum efficacius & subtilius euadit.

Alius parãdi oleũ ceræ modus

Vsus.

Ad labiorũ rimas.

Alius parãdi modus.

Alius modus.

# PROVERBIA.

EADEM *cera*, siue ἓν κηρίον, id est, idem fauus, dicebatur olim prouerbiali figura, qui vno ore idem affirmarent, aut qui inter se conspirassent. Dictum à fauorum cellulis inter se connexis: Siue quòd cera tenax, sibiq; hærens: siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant: vnde & Horatius *Cera laudatur eadem*: siue quod olim imagines è cera fingebantur, varia quidem forma, nunc deorum, nunc regum, nunc plebeiorum, sed hęc omnia erant cera. Refert Zenodotus non dissimile illi, *Idem puluis*, & *Eadem Farina*. *Imis ceris*
D *eradere*, prouerbialiter dicitur pro eo, quod est, delere penitus, sic vt nullum omninò memoriæ pristinæ vestigium extet. Sumptum ab his, qui in ceratis scriptitabant tabulis: quibus mos erat, ita nonnunquam versum stylum per summum æquor ceræ ducere, vt qualiacumque tamen priori scripturæ remaneant vestigia. Aliquoties funditus delebant. Conueniet in profundam obliuionem vel amicorum, vel pristinæ fortunæ, vel si quid est simile. Vtitur
» hoc adagio D. Hieronymus in Epistola ad Chrysogonum Monachum in hæc verba: Ita no-
» stræ es necessitudinis penitùs oblitus, vt illam Epistolam quam in corde Christianorum scri
» ptam, Apostolus refert, non parua litura, sed imis (vt aiunt) ceris eraseris. *Cera & ære nobilis* dicitur, cuius nomen & scriptis & statuis celebratum est. Romani enim maiorum egregia facta, & literis mandabant, & in foro statuis honorabant. In cereis autem tabellis olim, vt sæpè diximus, scribere solebant, & ex ære statuas formare. *Cerite cera dignos* vocabant olim, notari dignos atq; improbos & nequam homines, nimirum Ceritem ceram, insignem ignominiam appellantes. Horatius:

Eadẽ cera.

Idẽ puluis.

Eadem farina.

Imis ceris eradere.

Cera & ære nobilis.

Cerite cera dignus.

Quid

*Quid deceat, quid non, obliti, Cerite cera*
*Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſis.*

Acron & Porphyrion huiuſmodi tradũt originem adagij. Romani Ceritibus bello ſubactis eam dixere conditionem, ne ſuffragij ius haberent, ne leges vllas, aut ederent, aut haberent: eamq; ignominiam in adagium abijſſe. Meminit de tabulis Ceritibus,& [a] Aulus Gellius. Primos autem municipes,inquit, ſine ſuffragij iure Cerites eſſe factos accipimus,con- » ceſſumq; illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negocijs tamen, atque » oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditisq; . Hinc tabulæ Cerites » appellatæ vice verſa, in quas Cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priua- » bant. [b] Petrus Crinitus Horatij interpretes ineptiſſimè cum locum expoſuiſſe ſcribit, aitq; Flaccum dignos cerite cera appellare Romanos, quoniam luxu, atq; voluptatibus turpiſſimis tenerentur.Iodocus Badius Aſcenſius cùm priùs eodem ferè ſenſu quo ex Porphyrione & Acrone dictum eſt,eundem locum expoſuiſſet,poſtmodum addit: Cerites, id eſt, Græci, » qui vrbem priùs Agellinam dictam incolebant, viſi ſunt Latinis ſurdaſtri: Cùm enim ſæpè » percunctarentur, quod nam eſſet nomen ciuitatis,illi non intelligentes latinos, reſalutabãt, » dicentes, chærete,hoc eſt, ſaluete, illi dixerunt corrupto nomine, vrbem Ceritem vocari. F Ideo quidam dicunt ceramCeritem eſſe, quæ ſurdos faciat, ſicut remigium Vlyſſis cera obſtruſas habens aures, ſurdum tunc fuit. Hæc Badius. *Ceris rubris notare*, ſimile eſt illi, *ſtellis ſignare*. Translatum ab Ariſtarcho,qui Homeri carmina in corpus redegit,atq; in libros digeſſit, verſus nothos, hoc eſt, adulterinos,& ſubditicios, qui non viderentur inſignes,ac genuini, ἀστερίσκους, id eſt, ſtellulis illuſtrans. Quin hoc ipſum Ariſtarchi nomen in prouerbium abijt, quod is eum damnandi notulis probandiq; morem excogitârit. M.Tullius Attico: Totum hunc locum, quem in ariſtocratia ego varie meis orationibus, quarum tu Ari- » ſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro, noſti illas λιπύτας, valdè grauiter pertexuit. » Atticum vocat ſuarum orationum Ariſtarchum, id eſt, cenſorem,emendatorem, quòd illi mos fuerit, ſi quæ parum probaſſet in ſcriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod quidem etiam alibi declarat apertius idem [c] Tullius: Quæ mihi florentia viſa ſunt tuo iudicio. » Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. Sed de his ſupra quoque ſcripſimus, & » hîc non repetimus. Addam tamen hoc ceu ibi prætermiſſum ex eodem [d] Cicerone: Sed me Hercules veſtra reiq; publicæ cauſa, iudices, nolo in hoc delicto conſilio tantum peccatum » eſſe commiſſum; nolo eos, iudices, quos ego probarim, atq; delegerim, ſic in hac vrbe no- G tatos iſto abſoluto ambulare, vt non cera ſed cœno obliti videantur. [e] Seneca referente Cęlio ad faces,& cæreos viuere dixit, de luxu perditis hominibus, vita quorum in contrarium circumagitur, Lucifugę infames, ac Lychnobij, quibus res ſordida eſt trita, & vulgari vita viuere. Κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφας, id eſt *Ceram auribus oblinis*. In eos qui recuſant audire,vel æqua vel iniqua. Natum ab Vlyſſis cera qua ſuas, & ſociorum aures obturat apud Home- » rum,aduerſus Sirenarum cantilenas. [f] Lucianus:O beate,neſcis quàm fortiter eos tum igno » rantia, tum error occupauerit, adeo vt eorum aures ne terebra quidem ampliùs aperire » queas. Tanta obturârunt cera, haud aliter, ac ſociorum aures, & Vlyſſes, veritus ne Sire- » num cantus exaudirent. Quanquam ſunt in eis, & pauci quidam,qui quoniam ceram in au- » res non accipiunt, ad veritatem ipſam declinant, &c. Et [g] rurſus de eiſdem Sirenibus lo- » quens: Atq; etiam auribus, inquit, cera obſtructis, per ceram quoq; oppoſitam penetrabit » iucundiſſimæ vocis modulatio; tantam cantando voluptatem audientibus exhibet.Alludit ad hoc quoque Io.Tzetza agens de illarum allegoria.

Οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἡδόνας, νικῶσας τοὺς ἀνθρώπους
Οσοι μὴ φράξωσι κηρῷ τὰ τῶν ἑταίρων ὦτα H
Ηγοῦν τὰς πέντε κλείσωσιν αἰσθήσας πρὸς ἐκείνας,
Νοῦν τε μετεωρήσωσιν. id eſt.
*Alij autem omnes, voluptates, vincentes homines,*
*Quicunq; non obturant cera amicorum aures*
*Videlicet quinque clauſerint ſenſus ad ipſas,*
*Mentemq; ſubleuauerint.*

[h] Ariſtoteles quoque tradente Plutarcho, ait Satyro amicos cauſam in iudicio dicturo, aures cera obturaſſe, ne inimicorum irritatus maledictis ob animi feruorem à propoſito deliberetur. Apud [i] Ludouicum Arioſtum Aſtolphus regi aures calida obturat cera, ne cornu ſui ſono, quo fœdas Harpyias debebat fugare, audito, & ipſe cogeretur fugere.

*Et prima fà, che'l Re co ſuoi Baroni*
*Di calda cera l'orecchia ſi ſerra,*

*Acciò,*

[a] *Lib. 16. cap. 13.*
[b] *Li. 7. de honeſt. diſcipl. cap. 6.*
Ceris rubris notare.
[c] *Lib. 16. ad Atticum.*
[d] *Lib. 5. in Verrem.*
[e] *Lib. 20. cap. 11.*
Ad cæreos viuere.
Ceram auribus oblinis.
[f] *In Charon.*
[g] *In imagin.*
[h] *Lib. de cohib. ira.*
[i] *Cant. 33. Stan. 144.*

A *Acciò, che tutti, come il corno suoni*
*Non habbiano à fuggir fuor de la terra.*

Κηρῷ ἐυπλαστότερος, id est *Cera tractabilior*, de vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliqúe & in quemuis habitum sequaci. Horatius

Cera tractabilior.

*Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.*

[k] Persius:

[k] *Sat.* 5.

*Artificemq; tuo ducit sub pollice vultum.*

Rursum Horatius:

—— *Argilla quiduis imitabitur vda.*

Est autem hoc cerę peculiare, vt manibus contrectata molleſcat. Et hinc variæ rerum formę solent effingi. Quanquam rudis ætas similior est argillæ, quàm ceræ: primo quidem fingi potest, dum tenera est, verùm vbi diruit ingenium, non facilè refingitur in aliam speciē, sed quemadmodum dixit [l] Plato, κινδυνώδη γὰρ ἐκ τῆς παιδείας ὅποι ἄντις ὁρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἐπόμενα ἅπαντα, id est periculum est, ne ad quæcunque se quis appulerit à pueritia, talia sint, & quæ sequuntur. Videtur autem ad hocce adagiū alluſisse, vel quid simile dixisse apud [m] Plutarchum Crato disputans cum Theone, qualem optimè conuiuio præesse posse iudicaret. Illud nemo sanè, inquit, ignorat, magistrum conuiuij omnibus debere amicum esse conuiuis atque acceptum, cùm nullo simultates atque inimicitias exercere: alioqui neque imperando tolerabilis, neque distribuendo æqualitatis obseruans, neque colludendo inculpabilis erit. Talem ergo (aiebat) tibi ego mi Theo, conuiuij præfectum verbis tanquam è cera factum trado. Tum Theo: equidem, inquit, accipio virum probè & conuiuio conuenienter formatum. Simili præterea, sed contrarium indicante parœmia *cereas opiniones habere* dicuntur, qui facilè diffluunt, & in proposito non perseuerant. Vtitur hac prouerbiali locutione [n] Arrianus Epictetus; Priusquam igitur, inquit, eruditæ sententiæ confirmatæ apud nos fuerint, priusquam facultatem paraueritis, qua in tuto collocemini, author vobis sum cautè indoctorum vtendi consuetudine. Alioquin ea quæ in scholis annotatis in dies, haud secus ac cera sole diffluent. Longè igitur à sole recedite, dum cereas habetis opiniones. Quam diffluat verò ad solem cera, iam dictum est. Arioſtus quoque ceram pro re apprimè fragili, & molli dixit his verbis:

[l] *Lib. 4. de Rep.*

[m] *Li. 1. Sym pos. q. 4.*

Cereę opiniones qui dicātur habere.

[n] *Li. 3. c. 16.*

*Giunse al fin sù l'arneſe, e come cera*
*L'aperſe, con la falda ſopra poſta.*

Prouerbialiter hoc quoque à [o] Pausania scriptum Οὔτε κηρὸν, οὔτε μέλι ἀπ' αὐτῆς ποιήσεις, hoc est, neque ceram neque mel ex ipso facies. Conueniet in illos, ex quibus quis temerè quid pulchri expectat. Huc spectat hoc Scaligeri de hominibus inutilibus, & quorum animus continuo est in patinis:

[o] *In Atticis.*

*Gratis vt alueare farcias ventris*
*Nec vnde cera prodit, & nihil mellis.*

# HISTORICA.

[a] GREGORIVS Turonensis in libro, quem scripsit de rebus S. Martini, de sacrata cera hanc tradit historiam, hoc inquam miraculum. Factum est autem, vt inuidia tentatoris immissum incendium domum voraci flamma combureret, & sparsum per aridas tabulas cuncta vastaret. Interea clamor ad cœlum tollitur, & B. Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam ceræ particulæ à sancti templo delatæ, quæ reperta, & igni iniecta protinus cunctum restrinxit incendium, nouoque miraculo cera, quæ ignem alere est solita, violentias ignis vi sanctitatis oppressit. Addit Baronius hac nostra ætate complura his similia constare edita esse miracula ex ceris illis, quæ ex cereo acceptæ Paschali, alijsq; puris admixtæ, & sacrò chrismate delibutæ ac benedictione sanctificatæ sunt: quæ & eò quòd agni, Christi typum præseferentis, haberent impressam imaginem, Agnus dei dici consueuerunt, quas recenter baptizati ferrent ad collum. Tradit [b] Krantius S. Popponem, cùm in perfidam gentē incidisset, ignis experimento suam fidem veram esse hoc modo testatum: Tunicam indutus ceratam, in medio increduli populi iussit incendi; ipse verò oculis ac manibus in cœlū porrectis liquentes flammas adeò inuicta mente superauit, vt veste prorsus ambusta illæsus ipse extiterit; ac cùm illa in fauillam esset redacta, hilari vultu, nec fumum incendij sensisse testatus est. Nostro sæculo anno Domini 1561. Petrus Arboleda Iesuita referente [c] Simone Maiolo

[a] *Lib. de mirac. S. Martini, c. 2.*

Incendium cera immissa extinctū.

[b] *Lib. 3. Metrop. c. 34.*

Popponis tunica cerata ardet eo llæso.

[c] *Colloq. 10.*

Aquę tempeſtas cerâ facra ſedatur. Cerei ardẽtes non cõſumuntur, & eorũ miţa vis.

Maiolo Epiſcopo Vulturiacenſi, eminente naufragio iuxta Triſtani inſulas, iniecta mari ſacra cera (Agnus dei vulgo dicta) vim fluctuum procellæque cohibuit, ſeque cum comitibus incolumem reddidit. Extant ea de re litteræ impreſſæ. Dum beati corporis, inquit Surius de S. Gallo, theſaurum felix locus in pace ſuſcepiſſet, volens dominus de morte famuli ſui mẽrentibus conſolationis præbere medelam, nouitate miraculi patefecit, qua apud ſe claritate ſpiritus fulgeret amici. Nam duo cerei in caſtro, dum corpus eius eleuaretur, accenſi, ita ardentes delati ſunt vſque ad locum ſepulturæ. Poſiti autem vnus ad caput, alter ad pedes, per triginta deinceps dies, mirabile dictu, non deficiendo ardebant, & ardendo non deficiebãt. Et vt monſtraretur has durandi vires cerę liquenti cælitùs attributas, de huius miraculi materia plurimæ in poſterum virtutes emanarunt. Nam quicumque dentium fatigati doloribus, vel oculorum lippitudine, vel aurium præcluſione laborantes, de eiſdem cereis quippiam ceræ tulerunt, & locis quę huiuſmodi tenebantur incommodis aptauerunt, optatæ celeriter dona percepere ſalutis.

# APVM AB AVTORE OBSERVANTARVM DESCRIPTIO ET ICONES. Cap. IIII.

Regio forma.

CVM de Apis communis domeſticæ forma ageremus, dicebamus nos exhibituros iconem, quando de ſylueſtribus ſermo foret, quia ſimul in eadem tabula depictæ eſſent. Quæ itaque priori loco exhibetur, Apum regulus eſt, Ape duplo fermè procerior, ſed Fuco macilentior: magis etiam luteſcit, & aluum habet in extremo acutiorem. Alæ ſunt longę & latę, coloris albi, flauis punctis conſperſi. Caput eiuſdem cum ventre coloris eſt. Antennæ ſunt

Apis domeſtica.

breues, ſed parum benè à pictore expreſſæ. Apis eſt vulgaris, quæ ſecundo loco ponitur, color ei magis ad cinereum vergit, hirta ferè tota, aluo eſt obtuſiori, breuiſſima, exerit aculeũ. Alæ ſunt candidæ intercurrentibus lineolis flauis, breues, breuiores, inquam, ipſo corpore.

Fuci deſcriptio.

Caput magnum; antennæ vt in ipſo regulo. Fucus qui tertio loco exprimitur, media eſt magnitudine inter regem & Apem; magis tamen ad regem accedit, Ape duplo maior, rege corpulentior, ſed breuior, colore etiam magis fuſco. Alæ fermè, vt in rege, pedes breuiores, caput maius. Alui extremum velut in duas appendices deſinit. Inter Apes ſylueſtres, quarum multa ſunt genera, duæ priores vnà cum ſuis fauis expreſſæ, domeſticis quodammodo accéſeri poſſint. Mel enim, quod parant, non omnino ſpernendum videtur, propter ſuum dulcorem, & ex fauis non contemnenda cera parari poſſit. Ipſarum verò Apum ſpecies domeſticis noſtris multò eſt pulchrior, venuſtiorque. Differunt autem & magnitudine inter ſe, & colore. Quæ maior eſt, & priori loco pingitur, fauos & cellas etiam conficit maiores. Has ſimul cum ſuis Apibus inuentas F. Gregorius Regienſis Capuccinorum ordinis, diligentiſſimus pharmacopola, & herbarum etiam apprimè peritus, cùm ad montem Padernum vulgò dictum in noſtro agro herbarum inſpiciendarum gratia iuiſſet, ad me attulit, cùm vt gratum mihi faceret, tùm verò etiam, vt tam pulchrum naturæ arcanum poſteris aliquando cõmunicarem. Cellarum aliæ erant vacuæ, aliæ plenæ; plenarum aliæ continebant mel, aliæ ſobolem albam, qualem à latere fauorum pictor exhibuit. In vacuis Apes quieſcere putauerim. Omnium figura non ſexangulis terminatur, vt in communibus, ſed erant rudes, & rotundæ, neque omnes eiuſdem magnitudinis. Apis ipſa aſpectu venuſta admodum, tota hirſuta, capite, antennis, & pedibus aterrimis; aterrima item ac rotunda macula in tergore inſignis: alæ ferrugineæ, cætera modò rubicundo, modò atro colore variat. Altera quæ plures, & minores fauos conſtruit, minor eſt, vt dixi, & colore diuerſo. Caput enim in hac, pedes, & tota aluus nigricant, dorſum totum rubicundum eſt, alę proceræ, anguſtæ, nigricãtes. Vtraque fauos ſuos operit quiſquilijs, palea, & muſco, ne facilè ſit inuenire. Quid ſi harum melle D. Ioãnem Baptiſtam in diſerto vixiſſe dicamus?

**Icones, quas diximus, proxima pagina dabit.**

A



B



C



D

Quæ duæ deinceps pinguntur, nostris rusticis Auoni vocantur, inuicem ferè consimiles Prior capite antennis, & pedibus est nigris; toto corpore magis, quàm præcedentes hirsuto, & lutescente, minus in dorso, magis in aluo. Sed colorem istū luteum corporis hirsuties facit, non ipsum corpus. Altera eadem omnino videretur, nisi candidior esset, & paulò minor. Reperiuntur in hoc genere etiam virides, & nigræ, & aliorum colorum. Hollandi, vt audio, omnes, nescio cur Keijsers, hoc est, Imperatores vocant, nisi dicamus propter aculeum quo acerrimè pungunt, Reges in eo vincentes, qui vel eo carent, vel si habent, non

vtuntur,



vtuntur, nigrarum duarum hîc E
iconem etiam dedi, prior maior
eſt, & breuioribus tamen alis.
Vtraque corpulenta eſt admo-
dum. Prior vndíque nigra eſt,
præterquam in ceruice, & ſupe-
riori alui parte, vbi macula lu-
tea eſt, & in extrema ferè, vbi
candicat. Altera eaſdem habet
maculas, ſed multo maiores, co-
loráq; eſt intenſior. Priori pedes
hirſutiores, & craſſiores. Vtriq;
atri. Antennæ in ſecũda breuio-
res, ac exiliores. Quæ deinceps
picta eſt, ex earũ genere eſt, quę F
prope latrinas, & fœdas cloacas
bombos ſuos edere ſolent. Aſpe
ctu elegans eſt, aluo craſſa ex ni-
gro, & luteo varia, in extremo
acuta, capite, & dorſo cinereis,
oculis magnis, extuberantibus,
nigris, pedibus breuibus etiam
cinereis, alis proceris anguſtis
eiuſdem cum dorſo coloris. Eſt
præterea alia Apis fera, quam
aquaticã vocaui, ſeu potiùs am-
phibiam, quòd & in terra, &

Apis amphibia.

aqua degat. Sed rariùs videtur. Hanc aliquando, vt me exercerẽ, ſic deſcripſi. Api vulgari val de ſimile Inſectum amphibiũ, extra aquam volãs, in aquis natans, quadripenne, ſepes. Duos pedes oblongos habet, nimirum anticos, quibus vtrimque diſtentis tanquam temone ſimul & remigibus ad natatum vtitur. Cæteri breuiculi, ſub ventrẽ contracti. Caput compreſſum, G oculis nigris, grandiuſculis ac ſplendidis inſtructum. Corpus alis tectum, prorſus atrum. Alæ ſuperiores ſimul & inferiores duriuſculæ ac cruſtaceę, nonnihil maiori ſui parte eaque ſuperiore è luteo colore habent, & nigro maculoſę ſunt, ſed extrema parte ano proxima ſubtiliſſi mæ ac pellucentes, inſtar inferiorum alarum, quas operiunt ipſæ, appendices duæ ſunt raræ obſeruatù, imo in nullo alio Inſecto à me viſæ, quarum vna alteram incumbens tegit, quę faciunt vt lacinioſæ interna parte ac triangulo ſinuatæ appareant. Sed & extremo ſui erectam ſeu fiſſuram leuem habent. Roſtrum aculeatum eſt, vt Culicibus. Pedes antici, quibus natat, tribus articulis diſſecti ſunt. Ruſtici Bonon. Guardaſole vocant, forſan quòd lucente Sole, aquæ ſumma petat, velut apricari cupiens, & nebuloſo cœlo non conſpiciatur. Aliquando cœlum tuetur ſurſum ex aqua exerto ore, alias deorſum, & vel leuiſſimo ſtrepitu aut vmbra percepta, ſagacitate mira ſtatim quouis telo velocius in fundum lancinans ſubducit, adeo vt captu difficillimum ſit.

# DE FVCIS. Cap. V. H
# AEQVIVOCA.

Fucus pro pigmento.

ADIVNGENDI ſunt Apibus Fuci, vtpote qui neque ab aluearijs digre diantur, neque ab alio genere quàm ab Apibus, vt Ariſtoteles voluit, ortum ducant. Fucus præterquam quòd hoc genus eſt Inſecti, multa quoque alia ſignificat. Nam fucus pro pigmento, & ornatu peregrino ponitur, quem fę minæ adhibere ſolent, vt potiſſimùm candidæ, aut rubicundæ videantur. Hoc vtroque enim colore maximè fucamus. Propertius tamen cærulei fuci meminit hoc verſu:

Fucus cęruleus.

*An ſi cæruleo quædam ſua tempora fuco*
*Tinxit.* Tibullus ſplendentis

Quid

A *Quid Fuco splendente comas ornare? quid vngues*
*Artificis doctâ subsecuisse manu?*

[a] Plautus ridens cum mulieribus, & cum vetulis edentulis, quæ se fucare solent, ac pigmentis sua corporis vitia occultare, ait vbi se sudor cum vnguentis consociauerit, ilicò itidem olere. Transfertur quoq; Fucus ad colorem præsertim purpureum quo lanę, vestes, tapetes, tingi solent. In quo significato citat [b] Aulus Gellius hos mimiiambos ex peruetusto sanè autore. [a] *In Mostel.* [b] *Lib. 20. cap. 8.*

*Iam tonsiles tapetes ebrij fuco,*
*Quos concha purpura imbuens venenauit.*

Ponitur quoque interdum pro ipsa herba, qua vestes tinguntur, vt [c] Virgilio inquiente, quod Apes Fucus pro herba. [c] *Li. 4. Geor.*

—— *Fucoq; & floribus oras*
*Expleut, collectumq; hæc ipsa ad munera gluten.*

Nam cum ad locum commentans Seruius, ait hic Fucum esse herbæ genus: Fucum autem, & flores Virgilium pro cera posuisse, quam ex his rebus colligunt. Hoc herbæ genus esse
B existimo φῦκος θαλάσσιον à [d] Plinio celebratum, aut pro quauis herba dummodo virtutem colorandi tingendiúe habeat, à Poëta accipi, ac præcipuè pro croco, cuius floribus Apes mella sua tingere peritissimus rei rusticæ Columella scribit. Vtcunq; sit, id tamen certum est apud Dioscoridem φῦκος θαλάσσιον, & apud Plinium Fucum marinum algæ esse speciem, cuius tria inueniuntur genera, latum vnum, alterum verò longius, tertium, crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. omnia tamen ad eosdem vsus, nimirum ad inficiendas lanas. Meminit Theophrastus Ποντίου φύκους, quo tingi dicit non solùm ταμίας, sed etiam ἔρια καὶ ἱμάτια. esse autem hoc quibusdam æstimatur illud genus, quod Dioscorides vocat φοίνισσον, Plinius quadamtenus rubens. Sed quoniam superiùs paulò, de Fuco mulierum facta mentio est, haud offitanter prætereundum, φύκος quoq; radiculam esse, qua se tingere solent mulieres, atq; hinc Fucum Latinè dici mutata y littera Grecorum, in u Latinorum. hoc quibusdam visum est algæ genus, frutexq; potiùs, quàm herba. φῦκος rubens Plinij & Theophrasti illud φῦκος, quo infectores vtuntur, & quo, vt anchusa, mulieres subalbidæ genarum colorem purpureum roseumq; ementiuntur, Nicander φοινικοῦν φῦκος appellauit. [c] Dioscorides tamen scribit Nicandrum tradere τὸ φοινικοῦν φῦκος esse θηριακὸν, quòd nonnulli putaC rint id esse, quo vtuntur mulieres. Vt vt sit, illud tamen fuisse radiculam ὁμωνύμως dictam φοινικοῦν φῦκος, qua mulieres ad ementiendum ori ruborem vtebantur, ex varijs variorum autorum scriptis constat. Fucus per translationem quoq; sumitur pro fraude; vnde facere Fucum » pro decipere apud [f] Terentium; Deum sese in hominem conuertisse, atq; per alienas tegulas » venisse clanculum, Fucum factum mulieri. Apud Athenæum φυκίδα piscículum, & φυκῶν Fucam transferunt. Fucus pro radicula. [c] *Lib. 4. cap. 100.* φοινικοῦν φῦκος. Fucus pro fraude. [f] *In Eunuc.* φυκὶς piscis.

# SYNONYMA.

DVOD Græcis Κηφὼν, Latinis Fucus, dicitur, vt nonnulli censent, à furando quòd furtim mella deuoret. quę fortè ratio est, quòd Fur à Varrone dicatur, quamuis inter Furem, & Fucum discrimen sit, de quo paulò pòst sumus actuD ri. Verisimilius autem est, Fucum dici, quòd Apibus Fucum faciat, & prætextu calfaciendi aluei, illarum mellificia absumat. sunt etiam qui à verbo φαγῶμαι deduci putent, quòd Apum labore parta mella deuoret. Italis dicitur Ape che non fa mele. Gallis Bourdon & Fullon, Mouche Guespe, Musche sans aguillon, Hispanis Zangano de la colmena. Germanis ein tran oder Braem hummel. Belgis, holm, bommel. Polonis Czervv. Hungaris Here. Anglis à Dorre or dronne bee. Κηφὼν. Fur Varronis.

# DESCRIPTIO GENVS DIFFERENTIA.

QVI Fucos inter Vesparum genera referunt, vt [a] Ascentius in suis ad Virgilium Commentarijs feciſſe videtur, toto errant cælo. Nam præterquam quòd corpore grandiores multò sint, etiam lato pectore, & πλατυγάστορες existunt, quorum neutrum Vesparum generi competit. [b] Aristoteles quartum genus Apum facit μεθ' ἃ μέγιστον πάντων, ἄκεντρον δὲ καὶ ἀθρόον. ideſt multò grandius quàm cęteræ corpo- Fucos non esse Vespas [a] *Li. 4. Geor.* [b] *Li. 5. c. 22.*

re, sed absq; aculeo & veluti imperfecta Apis. Sunt enim magnitudine ducibus similes, differunt autem, quòd duces aculeo armentur, vt voluit Aristoteles, reclamante Columella, cui nos subscripsimus. Quare præcipuum discrimẽ in crassitie. Crassior enim, & compactior rege Fucus est, Rex Fuco procerior. Sed cur Fuci magnitudine regibus assimulentur, Apes aculeo Regibus, caussam tradidit [c] Aristoteles. Aliquid enim, inquit, discriminis inesse necesse est, nisi semper genus ex quouis idem gigni necesse sit, quod impossibile est. Ita enim genus totum duces essent. Apes itaq; viribus, & pariendi facultate similes ducibus sunt, Fuci magnitudine æmulantur. Quòd si aculeum quoq; haberent, duces vtiq; essent. Sunt igitur inter Apes maximi Fuci, sed cùm hoc tempore à scriptoribus Fucus, & Fur (qui φὼρ Aristoteli, φώριος Hesychio dicitur) confundantur, videndum quonam modo differre ab autoribus dicãtur. Sanè magnitudine potiùs corporis quàm quouis alio differre videntur. Nam quòd etiam generandi modo differant suo dicetur loco. Aristoteles itaq; Fures maiores Apibus minores Fucis agnoscit, [d] Plinius Fures inter Apes grandissimos nominat nigros, lataq; aluo, ita appellatos, quòd furtim deuorent mella. Cæterùm quod Bernardinus Gomesius Saguntinus scribat caput bouis in Fuco cùm premitur obseruari (veluti prolixè satis, atq; amplè capite præcedenti eius verba citaui) nondum est à me animaduersum.

Magnos esse & Apib⁹ maiores.

[c] *Lib. 3. de Gen. Anim. cap. 10.*

Cur Regibus & Apibus similes.

Fur & Fucus quid differant.

[d] *Lib. 11. cap. 17.*

Caput bouis in Fuco.

# GENERATIO.

An Fucis proprium genus

Furibus proprium genus vnde generẽtur.

[a] *Lib. 5. cap. 21.*

Fuci non nascuntur ex equis.

SVAMVIS superiùs cùm de Apibus ageremus de Fucorum generatione facta sit mentio, ita efflagitante materia ob cognatum Apum, & Fucorum ortum; tamen cùm conuenientior hîc eadem de re inciderit sermo diligentiùs agemus. An autem proprium sit Fucis genus dubitari asserit Plinius; & meritò, quandoquidem sint, qui æstimauêre, non aliter quàm Furibus, ita quoq; Apibus, ac Fucis suum genus esse, per quod propagentur. alij in his nil fidei ponentes (vt inquit [a] Aristoteles) Fucorum fœturam comportari ab aliquo ex flore Cerinthi, aut oleæ, aut arundinis autumant. Alij non his contenti opinionibus Fucos reges, & duces procreare, Apes verò Fucos asserunt. nec desunt, qui adstruant Apibus mares esse, & à Latinis hos dici Fucos, quorum autoritate commotus Varrinus Κηφῆνας τοὺς ἄρρενας τοὺς ἀπράκτους τῶν μελισσῶν exponit, ideſt Fucos Apum mares, quorum nulla opera. Sed cùm horum omnium opinio explosa sit à philosopho, quomodo ab Apibus generentur, vt idem opinatus est, in considerationem venit. Nam quod Seruius scribat in suis ad Virgilium Commentarijs Fucos de Equis oriri, præter omnium reliquorum probatissimorum autorum opinionem est, qui Vespas, atq; Crabrones tantùm, ex equis nasci tradiderunt. Verùm relictis hisce, & plurimis alijs opinionibus id scire est, quod maximè in quæstione versatur, hoc est, cur sine aculeo nascantur. Nobis quantum in hac re scire contigit, cum Aristotile eadem sententia est, Fucos ab emeritis Apibus nasci. Euenit, vt ait [b] Philosophus, vt duces generent & seipsos, & aliud genus, quod Apum est: Apes aliud generent, id est Fucos. Ipsi verò Fuci non insuper generent, sed hoc ipsi priuentur. Cùm enim semper, quod secundum naturam est ordinem habeat, ideo Fucos ea quoque facultate priuari, vt aliud generent, necesse est. Et quidem hoc ita fieri videmus. Ipsi enim generantur, nil verò aliud generant, sed in ternario numero finem generatio recipit. atque adeò bene institutum est à natura, vt semper hæc genera conseruentur, & nullum deficiat. Huius autoritate fretus Plinius non dubitauit asserere Fucos esse imperfectas Apes, quòd à fessis iam & emeritis inchoatę sint, eademq; ratio esse potest, cur sine aculeo nascantur. nam cùm effętarum vires langeant, fieri nequit, vt fortiores ab eis producantur, quales sunt, quæ aculeo armantur. Gigni itaque ab Apibus certum sit, non tamen semper, sed annis tantùm prosperis, quibus largior mellis copia speratur. cuius rei caussam in excrementi copiam retulit [c] Aristoteles, quæ tunc in Apum corporibus maximè abundat. Hanc enim facit anni temperies. Nam cùm sint minores corpore, temperiem magis desiderant. Quare cùm Apes contubernia Fucis adijcere volunt, non cellas ipsis maiores, sed multò minores quàm Apum sunt, effingunt, quamuis grandiores sint corpore; nec eas sparsim per alueum, sed proprio in loco. nam quæ fauis Apum sparsim inseruntur, quod rarò accidit, eximi debent. Verùm nil prohibet, quominus eadem in Apum cella, & pulli, & Fuci melque existant. Nam Aristoteles scribit, quòd gigni Fucos seorsim dicitur, si dux viuit: sed si obijt in Apum loculamentis oriri ex ipsis Apibus, atque hos fieri animosiores, quocirca Κεντροῦς vocari (aculeatos Gaza vertit) quamuis aculeo careant. animo namque

Cur sine aculeo nascantur.

Fuci vnde nascantur.

[b] *Lib 3. de gen. cap. 10.*

Fuci cur imperfectæ Apes:

Cur sine aculeo.

[c] *Loco citato.*

Cur annis prosperis gignantur.

Mel, Fuci, pulli in eadem cella existere possunt.

Fœtus Fucorum qualis.

A que feriendi, non potestate hoc nomen meruerunt. Fœtus autem veluti Apum candidus est, ex quo fiunt Vermiculi, ex his nymphę, quas proprio nomine Seirenes appellari vult Dalechampius, ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quòd intra membranam contracti, & curuati iaceant. Fucum autem paruulum, aut fœtum aiunt quidam apud Aristotelem dici κηφλώιον in libris Historiarum, vbi inquit, Πλάττουσι δὲ κηρίᾳ πρῶτον ἐνδὶς ἄυτας γίνοντας, ἔπ' ἐνοδὶς οἱ καλούμενοι βασιλῆς καὶ τὰ κηφλώια. in vulgatis tamen Lexicis adfertur non solùm pro Fuco paruulo, sed etiam pro fauis Fucorum. Rursus alij Cephenes aiunt dici Latinis paruulos & recentes Fucorum fœtus. nomen hoc à Græcis desumptum videtur: qui, vti dixi, Fucos siue grandiores corpore, siue minores, quàm adulti, κηφῆνας appellant. [d] Plinij au- » tem locum, quem adducunt, lubet hîc subijcere. Rex, inquit, Apum statim mellei coloris, » vt electo flore ex omni copia factus; neque Vermiculus, sed statim penniger. Cętera turba » cùm formam capere cęperit, Nymphæ vocantur, vt Fuci, Sirenes, Cephenes. Aristoteles (fortè ex aliorum sententia) ex Apibus porrectioribus, quæ fauos suos inæquales conficiunt, generari ait, quàm plurimos Fucos. Sed in alijs codicibus non μακραῖ, vt Gaza legisse videtur, verùm μικραῖ, idest paruæ legitur.

Κηφλώιον quid.

[d] Lib. 11. cap. 16.

Apes quales plures Fucos generent.

B

# NATVRA. MORES.

INTER ἀγέλαια idest gregalia Apum genera Fucos connumerat [a] Aristoteles, quamuis natura desides, & otiosos. Vnde à Varrino Κηφὼν εἶδος μελίσσης ἀργὸν exponitur, quod est Fucus, species Apis pigra. Sed conuenit, ut ait, [b] Aristoteles, Fucos otiosos inertesq; esse, cùm nulla habeant arma, quibus de cibo possint dimicare. Propterea parere coguntur meo iudicio Apum imperio, non quòd prorsus nihil agant, sed potiùs, quòd mellificandi studio, atque labore sua natura destituantur, melq; ipsum, quod Apum labore partum erat, auidissimè absumant. Videntur enim non parum ipsis Apibus auxiliari, cùm aquam portant, vnde Varrinus μελισσῶν ὑδροφόρους appellat, & cùm suo calore promouent Apum fœtus. Atqui id est, quòd dicere voluit [c] Plinius his verbis. Fuci, inquit, » sunt quasi seruitia verarum Apum. Quamobrem imperant ijs primosq; in opera expellunt, C tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantùm, sed in fœtu quoque adiuuant » eas multùm ad calorem conferente turba. Certè quò maior fuerit multitudo, eò maior fiet » examinum prouentus. Itaq; pigritia, atque desidia ob mellificandi imperitiam, non quòd à labore omnìno immunes sint, attribuuntur. Enimuerò cur ab Apibus odio habeantur, facit eorum voracitas potiùs quàm iners, & desidiosa natura. Nam vbi plures sint quàm mellis exigua portio ferat, aut vbi iam mella maturuerint, tum demum singulos multę Apes aggressæ vociferantes persequuntur, vtque inquit [d] Poeta:

[a] Lib. 9. c. 4. Hist. Fuci otiosi.

[b] Lib. 3. de gener. c. 10

Aquam Apibus portant.

[c] Lib. 11. cap. 11.

Cur ab Apibus odio habeantur.

[d] 4. Georg.

*Ignauum Fucos pecus à præsepibus arcent.*

His quoque & illud addo, quod superiùs dictum est, Apes emeritas nec Fucos gignere, nec fauos, aut domicilia ijs fabricari annis aduersis, quibus mellis penuria timetur, sed tantùm prosperis, quibus abundè eius copia suppetit. Quæ enim alia ratio esse potest, cur Fucis non parcant, regibus verò parcant, quorum nullus ferè labor est, nullum mellificium, quorum desidiosior vita quàm Fucorum esse videtur: nisi cum [c] Aristotile confiteamur concedi regibus, vt otio fruantur tanquam parentibus, Fucos verò castigari tanquam filios. Iustius enim filij castigantur, quorum nullum est negotium. Sed & [f] Tzetzes poëtico suo stylo affirmare videtur Apes odisse Fucos, quòd multùm commedant. versus autem eius, quòd vniuersam Fucorum naturam comprehendant breuiter, libentiùs adscribam.

Reges cur otiosi.

[c] Lib. 3. de gener. c. 10.

[f] Chil. 8. Hist. 207.

D

Κηφῶες ζῶα σωτροφα τῶν μελισσῶν τῷ γένει,
Ἄμα σωὶ ταῖς μελίσσαις γδὶ κυίσκεται καὶ ταῦτα.
Μείζονα δὲ τῶν μελισσῶν, καὶ ἄκεντρα τυγχάνει.
Καὶ ταῖς μελίσσαις ὑπουργεῖ ταύταις ὑδροφοροῦντα.
Μέλι δὲ ἐκ ἐργάζεται, ὡς μέλισσαι, καὶ ταῦτα.
Ὄντα δὲ μεγαλόσωμα, πολὺ ἐσθίει μέλι.
Ὅθεν αἱ μέλισσαι αὐτὰ χαμῶνος ἐξαμβλοῦσι
Κτείνουσι, ὡς πτοεμένας μὴ θάνωσιν ἐνδεᾶ.
Χαμαῖνος φθάσαντος δεινοῦ, καὶ μὴ παρόντος ἄνθους,
Ὅθεν ἀνθολογήσασαι χῶσι τροφὴν καὶ μέλι.
Πολὺ γδὶ κατεσθίουσιν, ὡς ἔφην αὐτοὶ μέλι. Id est.

*Fuci animantia connutrita Apum generi,*
*Simul enim cum Apibus generantur & hi.*
*Maiores autem Apibus, & ſine ſtimulis ſunt,*
*Apibusq; ſubminiſtrant aquam ijs ferentes.*
*Mel autem non conficiunt, vt Apes, & iſti.*
*Cùm autem ſint ingentes corpore multum commedunt mellis*
*Vnde Apes ipſos hyeme inſtante*
*Occidunt, tanquam veritæ ne moriantur inedia*
*Hyeme occupante graui, neq; ſuppetente flore*
*Vnde colligentes habeant cibum atq; mel.*
*Multum enim commedunt, vt dixi, iſti mellis.*

*Chil. 8. 227.

Ingratæ igitur Apes Fucis cùm eos occidunt, quorum opera priùs in ferēda aqua erant vſę, de quarum ingratitudine eligans extat apud eundem * Tzetzem carmen;

Κηφῆνες ζῶα σύντροφα γεννῶται τᾶις Μελίσσαις
Μέγιστάτε, καὶ ἄκεντρα, ὑδροφορεῖτε ταύταις,
Κτείνονται ταῖς μελίσσαις δὲ καιρῶ τῷ τοῦ χειμῶνος,
Μήπως ἐκεῖναι θάνωσιν, ὑπὸ τροφῆς ἐνδείας.
Ὄντα γὰρ μεγαλόσωμα τὰ γένη τῶν κηφήνων
Πολὺ καταναλίσκουσι βιβρόσκοντα τὸ μέλι.
Εἶπον ἀχαριστότερος μὴ γίνου δὲ κηφήνων.
Ὅτι τὸ μέλι τρώγοντες ὡς εἶπον οἱ κηφῆνες,
Οὐ γίνονται ἀχάριστοι τῶν μολισσῶν τῷ γένει
Ἀντεισφορὰν διδοῦσι δὲ ταύταις, ὑδροφορίαν. Id eſt.
*Fuci animantia eiuſdem nutrimenti procreantur cum Apobus.*
*Maxima, atq; aculeis carentia, aquam geſtant his.*
*Occiduntur autem ab Apibus tempore hyemali,*
*Ne fortè ipſæ obeant ob cibi defectum.*
*Cum ſint enim ingenti corpore genera Fucorum*
*Multùm abſumunt comedentes mellis.*
*Dixi autem ingratior ne tu ſis Fucis.*
*Quoniam mel deuorantes, vt dixi, Fuci,*
*Non ſunt ingrati Apum generi.*
*Sed munus reddunt his aquæ geſtationem.*

alueos ſuos fingere.

Sed quoniam antè probaui, non omni prorſus labore immunes eſſe, addam etiam eſſe qui apud [g] Ariſtotelem exiſtimant, Fucos per ſe fingere fauos in eodem alueo, & cum Apibus negotium conficiendi faui partiri. Quòd igitur in alueis ſemper ferè lateant, nec ita vt Apes frequenter euolent, inertes cenſentur. Manent enim Fuci, teſte [h] Ariſtotele, magna temporis parte intus, cùmq; exeunt, efferunt ſeſe fuſim in ſublime, gyroq; volitant, & quaſi exercitium faciunt, quod vbi ſatis iam fecerint, redeunt domum, & epulis perfruuntur. Furibus quoque ait idem philoſophus eodem in loco nullum eſſe munus, ſed cæteris quibuſcunq; viuunt, iniuriam facere. non tamen ſemper impunè: nam deprehenſi interdum à bonis Apibus occiduntur, cùm earum alueos inuaſerint. ita enim ſe melle diſtendunt, vt egredi rurſus nequeant, quo fit, vt facilè pœnas luant.

[g] *Lib. 9. cap. 40.*
[h] *Li. 9. Hiſt. cap. 40.*
Fures otioſi

# DAMNA ANTIPATHEIA.

Damna Fucorum in vuas.

NVLLVM præterea eſt homini à Fucis damnum, nullæq; noxæ, ſolis autem Apibus, ac vuis, veluti [a] Nicander aſſerit:

*—— cùm Fuci, ignauaq; Veſpa*
*Vuarum libant Crabronum examina ſuccum.*

Refert [b] Manilius in ſuis ad Virgilij Georgica Commētarijs Fucum ipſum ademptis alis in alueum reiectum cæteris adimere, id fortè ex [c] Plinio, qui ita habet. Fucus ademptis alis in alueum reiectus, ipſe cæteris adimit. Sed Donatus Marcellinus (eoſdem quos Manilius, Virgilij verſus commentans) dicere videtur Fucos Apibus cæteris alas auferre, ſi ſint in alueum ſine alis reiecti. [d] Ariſtoteles tamen paulò aliter ſcribit, nimirum Apes cæteras ſibi alas adimere, ſi Fuci in alueum abſq; alis reiecti ſunt, verba eius Græca ſunt. Κἂν κηφῆνος τὸ πτερὸν ἀποκνίσας ἀφῇ τις, τῶν λοιπῶν αὗται τὰ πτερὰ ἀπεσθίουσι. itaq; Plinius pro αὗται οὗτος legiſſe videtur.

[a] *In Alexi.*
[b] *Lib. 4.*
[c] *Lib. 11. cap. 11.*
Fuci demptis alis q̄d faciant.
*Hiſt. c. 22.*

HIE-

A

# HIEROGLYPHICA ET MORALIA.

HOMINEM ex alienis laboribus vtilitatẽ,& dilicias,& gloriam sibi comparantẽ,significare cùm vellẽt Ægyptij,Fucũ pingebãt.Hic enim ignauus,

*Immunisq; sedens aliena ad pabula*

vt ait [a] Maro, nunquam ferè domo egreditur, aut vbi egressus fuerit exercitij,non cibi querendi gratia, statim domum reuertitur, vt epulis alieno labore partis perfruatur. Vnde Cyrus apud [b] Xenophontem milites improbos inertesq; Fucis assimulat,& ex exercitu eijciendos iubet. Quare,inquit, vbi ex inertia,atq; laborum fuga improbiores sint, hos ego arbitror veluti Fucos solùm impenso socijs esse detrimento. Quicunq; verò ad labores mali socij sunt,ad habendi verò auiditatem vehementes imprudentesq;, hi sese ad res improbas duces præstant.Quare Fucis non inuenustè ignaui illi homines assimulantur, qui cùm nil egregij per se præstare possunt,aut volunt, alterius laboribus insidiantur, falcemq; in messem inijciunt, cuius ipsi sementem non fecerant. Horum quoq; naturam præclarè repręsentat sumptuosa fæmina, quæ

Homo ex alieno labore commodum sibi quærens Fucus.

[a] *Lib. 4. Geor.*

[b] *Lib. de Pæd. Cyr.*

Fœmina sumptuosa fucus.

B

—— *Facili congesta marito*
*Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.*

Atqui talem vxorem habuisse Ocnum refert [c] Pausanias, à qua quidquid hic immensis laboribus collegerat, non ita multò pòst dilapidabatur.Idcircò pulchrè [d] Hesiodus mulieres Κήφησι κουθούροισι μάλιστα ἀνέλους canit his versibus:

[c] *In Phocicis.*

[d] *In Theogonia.*

Ὡς ὁπότ' ἂν σμήνεσι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
Κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων,
Αἱ μὲν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἡματίαι πεύκουσι, τιθεῖσι τε κηρία λευκὰ
Οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σύμβλους
Ἀλλότριον κάματον σφετέρῃσι γαστέρ' ἀμῶνται
Ὡς δ' αὔτως ἀνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης δῶκε, ξυνήονας ἔργων
Αργαλέων. Id est:

*Ac veluti cùm in aluearijs tectis Apes*
*Fucos pascunt malorum participes operum:*
*Illæ quidem per totum diem ad solem occidentem*
*Diuturna festinant, & faciunt fauos albos:*
*At illi intus permanentes coopertis in aluearijs,*
*Alienum laborem suum in ventrem metunt.*
*Similiter viris rem malam mortalibus mulieres*
*Iuppiter altitonans dedit participes operum*
*Molestorum.*

C

Elegans quoque apud [e] Platonem locus, in quo abliguritorem bonorum suorum Fuco assimulat, qui cùm antea diues esset, nil beneficij,aut adiumenti in rempublicam contulerat. Visné, inquit, de eo homine dicamus, quemadmodum Fucus in fauo nascens examinis sit morbus,ita & illum abliguritorem in domo sua nasci, velut morbum reipublicę,vt quidem & sibi sit incommodus,& vniuersę ciuitati? Omnino,inquit Socrates.Nonne Adamante ani maduertisti Deum creasse volatiles illos Fucos omnes sine aculeo,hos autem pedites partim diris etiam aculeis armatos? & ex his sanè qui aculeos habent pauperes tandem in senectute fieri videmus, vt miseram fœdamq; vitã tollerent: aculeis autem armati hi sunt, qui malefici vocantur. Sint quoq; polyticis alia hinc exempla, vt cautè maleficos ciuitate eijciant si hanc ingenti aliquo damno affecerint,sin autem peccarint leuiter,sinant,ne maior ex futuro tumultu noxa consequatur,quam ex leuiori peccato commisso. Nam agricolæ sæuos Fucos melq; deuorantes in aluearijs sinunt,nolentes totum perturbare examen:& satius putant mellis aliquid absumi, quàm omnibus Apibus inferre tumultum.

[e] *Lib. 8. de Rep.*

D

# EPITHETA.

Κουθουρος proprium Fuci epitheton apud Hesiodum,quòd non vt cæteræ Apes aculeũ exerat ἀπὸ τοῦ κεύθειν τὸν οὐραν. dicitur & ὄλοος in [a] Epigrammatibus, id est, perniciosus damnosusúe hoc versu:

[a] *Lib. 13.*

Ὦ ὀλοοὶ κηφῆνες ἐδηλήσαντο μελίσσας.

Immunis autem Virgilio dicitur, quòd absque aliquo labore vitam transigat.

# DE VESPIS. Cap. VI.

## PROOEMIVM

PROXIMÆ Apibus, ac earum generi Veſpæ ſunt, quamuis nec mel, nec bonam ceram progignant. Natura enim haud vſq; adeo diſſimilis, vel diſpar viuendi ratio eſt, aut ordo. quin & corpore, & alarum numero, ac ſpecie ædem ferè cum Apibus ſunt, ob illa inter Apes ſylueſtres quoq; numeratæ, licet latiore nominis ſignificatione, ob hanc vnà cum eiſdem, & Muſcis, ab Ariſtotele ἀνέλυτρα nuncupatæ, quòd cruſta minime earundem alas ſuperueniat. Fauos quoque conficiunt, ſed qua induſtria, quaue arte, quantumq; in his ab Apibus diſcrepent, diſſerendum pluribus. Quamobrem cùm plurima, quæ de Apibus dicta ſunt ad hoc caput pertinere videantur, nos prolixiori ſermoni parcentes, ea aut omittemus, quæ ſatis diligenter in præcedenti capite exarata ſunt, aut quàm breuiſſimis verbis repetemus, ſi quæ digna ſint, vt repetantur.

## ÆQVIVOCA.

Veſpilones.

VESPÆ, & Veſpilones erant olim cadauerum funeratores, ita dicti, quòd veſpertino tempore cadauera efferrent. nam ita Feſtus, Veſpæ & veſpiliones (aliqui codices habent veſpillones) dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Sed Fulgentius in eo libello, quem de priſco ſermone inſcripſit, vocabuli Veſpæ non meminit, Veſpillones ſolummodo nominans, his verbis: Veſpillones dicti ſunt baiuli, quamuis Antidamus Heracleopolites veſpillones dixerit cadauerum nudatores: ſicut in hiſtoria Alexandri Macedonis ſcripſit: Pluſquam trecentos cadauerum veſpillones reperiens crucibus affixit. Mnaſcas tamen in Cecrope ſcripſit, Apollinem poſtquam ab Ioue vinctus, atq; interfectus eſt, à veſpillonibus ad ſepulturam elatum eſſe. Veſpas quidam in ſacris Biblijs exponunt acerrimos timores, quibus corda gentium pungebantur, vt Sapien. 12. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & miſiſti anteceſſores exercitus tui Veſpas, vt illos paulatim exterminarent. Cyprum Inſulam ab antiquis Spheciam appellatam fuiſſe, quod eam Spheces inhabitarint, notat[a] Cœlius Rhodiginus, ſed nō addit, num Spheces fuerint populi ita dicti, quod magis credibile eſt, an verò Veſpæ Inſectorum genus, de quo agimus. Extat & apud Ariſtophanem comœdia σφῆκες ſiue Veſpæ intitulata, quòd perſonæ, quæ ibidem introduncuntur, Veſpis noſtris aſſimulentur.

[a] *Lib. 30. cap. 1.* Spheces dicti Ciprij.

Veſpa comœdia Ariſtophanis.

## SYNONYMA.

צרעה eſt nomen reptilis alati percutientis oculos, & venenum infundentis, & occidentis ſecundum Rab. Selom. in Comment. Exod. 23. quod in Haruch exponitur Apis, aut Veſpa. Hieron. Crabronem vertit Exod. 23. Ver. 28. Et mittam את—הצרעה Crabronem ante te, & expellet Chiuuæum &c. Aliqui ערעותא Veſpam: Idem Deut. 7. 20. & Iehos. 24. 12. vbi Rab. Dau. in Commen. ſcribit, quod eſt ſpecies Muſcæ malæ emittentis venenum, quæ percutiebat oculos, & veneno illos afficiebat, & non poterant pugnare. Et ſic veniebat Iſrael, & occidebat illos: quemadmodum dixit Iehos. 24. 12. non gladio tuo neque arcu tuo. Arabicè Zambor Veſpa eſt, vt Serapioni in cap. de Bezoar. In terminorum Arabicorum expoſitione eſt inuenire Deibrane pro Veſpa. dicitur in Pandectario Medicinę Azamphari. Græcis quoq; non ſua deſunt ſynonyma, ſed confuſa valde, & interdum vario modo ab autoribus interpretata. Nam apud[a] Ariſtotelem σφὴξ (quod alioqui commune Veſparum nomen eſt) Crabro transfertur, verba Ariſtotelis ſunt hæc. Τῶν ἡμέρων σφηκῶν δύο γένη. οἱ μὲν ἡγεμόνες οὓς καλοῦσι μήτρας, οἱδὲ ἐργάται, vnde[b] Plinius vertiſſe videtur, Aliorum (de Crabronibus loquens) qui mitiores videntur duo genera: opifices minores corpore qui moriuntur hyeme, matres, qui biennio durant. Ego verò (vt etiam rectè alij iudicarunt) cenſeo

[a] *Li 9. Hiſt. Anim. c. 4.* Σφὴξ crabro interpretatus.

[b] *Lib. 11. cap. 21.*

A censeo hunc locum corruptum, & pro aliorum legendum Vesparum. Scio quidem apud Nicandri Scoliastem σφηκοειδὲς dici Vespæ similis, seu Crabronis figuram referens, qui è Vesparum, aut Crabronum genere est. Verba Scholiastis hæc sunt in Theriaca, βέμβηξ δέ ἐστι ζῶον σφηκοειδές, μέλαν κατὰ τὴν χροιὰν κέντρῳ χρώμενον, ὡς οἱ σφῆκες. Sed perperam in illo Scholiastis loco σφηκοειδὴς legitur pro σκωοειδὴς, vt notat autor Thesauri linguæ Græcæ. tamen animaduertendum, in eodem Plinij capite, quod suprà citauimus synonymῶς poni σφηκῶν & σφήκιον, pro nido Vesparum, & Crabronum mitiorum, & apud Xenophontem σφῆκας à quibusdam Vespas, ab alijs Crabrones interpretari, vt Spondanus hæc verba transtulit, ὁρῶ δ' ἔγωγ' ἔφη, καὶ ὁπόσοι σφῆκας ἐξαρπᾶν βούλονται ἐὰν μὴ ἐκθέοντας τοὺς σφῆκας παίωσι ταῖς θήραις ὑπὸ πολλῶν τυπτόμενοι, ideſt, & ego, inquit, video etiam eos quicunque Crabrones excipere volunt, siquidem euolantes conentur venari, à multis feriri. Huius tam confusæ interpretationis, meo quidem iudicio, nulla alia ratio esse potest, quàm vtriusq; huius animalculi summa, & corporis, & vitæ similitudo. nam magnitudine potiùs, quàm alia quauis re inter se differunt. Itaq; καταχρηστικῶς hoc est abusiuè Σφῆκα Crabronem vertunt. Eademq; ratio est cur Gaza Ανθρηνίων modò Vespam, modò Crabronem interpretetur. Σφηκοειδὴς. Ανθρήνη.

B Aristophanes in Nubibus, καὶ τ' ὠφθαλμῷ κέντρου μόρος, ὥσπερ ὑπ' Ανθρηνῶν, & oculis stimulatus tanquam à Vespis, vt exponit Andreas Dinus Iustipolitanus. Suidas ait Ανθρήνιον genus esse Vespæ, sed poëtas abuti pro Ape. Hesychius genus esse Apis. Scholiastes in Aristophanem dicit poëtas sic continenter Apes appellare, & congenerem Apibus Ανθρήνιον vocare, in vniuersum de Apibus dici, cum sit species Apis similis Vespis. Ανθηδὼν (quod pàucis mutatis litteris cum superiori simile est) in Lexico Latino græco, quod Glossarium inscribitur, Vespa est, & alia eius lexici parte Græcolatina εἶδος σφῆκος ideſt species Vespę. Arbitror hunc errorem ab autore Thesauri Græcę linguæ animaduersum, qui Ανθηδόνα ait esse Apem sic dictam παρὰ τὸ τὰ ἄνθη ἔδειν, ideſt ex eo, quòd flores edat. Δέλλιδες Hesychio sunt Σφῆκες, vel ζῶον ὅμοιον Μελίσσῃ. Suidæ verò Δέλλιδες sunt σφηκῶια, Vesparum cellæ. Rursum Hesychius Δελλίδια affert pro τενθρηδόνια καὶ κηρία, ideſt faui. Κίμβικα, inquit, Crispinus in suo Lexico Vespa, aluearia (forte Vesparum aluearia, aut Vespeta scribere voluit.) Posteriores linguę Græcę illustratores aiunt Κίμβια, ex Hesychio esse σφήκια Vespulas, Vesparum fætus recentes adhuc à partu. item singulari numero μικρολογία sordes, vt nimis tenax, & restricta parsimonia, pro quo apud Suidam in manuscripto codice κέμβικα Ανθηδὼν (quod pàucis mutatis litteris cum superiori simile est) in Lexico Latino græco, quod Glossarium inscribitur, Vespa est, & alia eius lexici parte Græcolatina εἶδος σφῆκος ideſt species Vespę. Arbitror hunc errorem ab autore Thesauri Græcę linguæ animaduersum, qui Ανθηδόνα ait esse Apem sic dictam παρὰ τὸ τὰ ἄνθη ἔδειν, ideſt ex eo, quòd flores edat. Δέλλιδες Hesychio sunt Σφῆκες, vel ζῶον ὅμοιον Μελίσσῃ. Suidæ verò Δέλλιδες sunt σφηκῶια, Vesparum cellæ. Rursum Hesychius Δελλίδια affert pro τενθρηδόνια καὶ κηρία, ideſt faui. Κίμβικα, inquit, Crispinus in suo Lexico Vespa, aluearia (forte Vesparum aluearia, aut Vespeta scribere voluit.) Posteriores linguę Græcę illustratores aiunt Κίμβια, ex Hesychio esse σφήκια Vespulas, Vesparum fætus recentes adhuc à partu. item singulari numero μικρολογία sordes, vt nimis tenax, & restricta parsimonia, pro quo apud Suidam in manuscripto codice κέμβικα Δέλλιδες. Κίμβικα.

C legitur. Ita enim ibi, κέμβικα Σφηκία, ἢ μελισσία, ἢ μικρολογία, quibus addit ἢ διασροφή. forsitan tamen in prima significatione scribendum Κεμβήκια, vel κεμβίκια, vt sit diminutiuum à κίμβηξ idem significante, quod βέμβηξ, & βέμβιξ, nam & hoc animalculum è Vesparum vel Apum genere est. Inuenio & apud Euripidem in Bacchi Gasparum Stiblinum κηφήνιον exponere Vespam, cùm tamen sit ab omnibus Græcis præsertim Aristotile ita appellatus Fucus seu quartum genus Apum ἄκεντρον. Vespa insectum aculeatum Api simile Latinis dicitur ab eo, quòd vesperi Muscas putatur venari in cibum. Græcè communi nomine σφὴξ. Eustathius denominari scribit τὰς σφῆκας ἀπὸ τῆς διασφάγου ideſt ἐκ τῆς κατὰ τὸ μέζον ἐντομῆς, vt exponit Scapula, quoniam nimirum insectæ in medio sunt Vespæ, ita vt hiatus quidam in ijs conspiciatur. Vulgo Itali Vespa, Bononienses Vrespa, vt Latini dicunt, aliqui Muscone. Galli Mouche, Guespe ou burdon. Hispani Abispa, & Vespa, Germani Latinos quoque imitati ein Vvespe. Belgę idem efferunt vnica vltima littera empta. Poloni Ossa: Hungari Daras: Angli à Vvaspe.

D

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

ANTEQVAM Vesparum species prosequamur, pauca quædam describenda sunt, quæ omnibus in vniuersum Vespis competere possunt, qualia sunt, qualis sit Vesparum figura exterior, & hæc quantùm ab Apum figura differat. Corporis magnitudo non omnibus eadem; nec tamen diuersus alarum numerus: omnibus enim quatuor sunt alæ, vt etiam Apibus; gracile in medio corpus, ita vt aluus tenui fistula, aut ligamento corpori annexa videatur. Breuiter itaq; M. Varro. Vespa quæ similitudinem Apis habet, neque socia est operis, & nocere solet morsu, quam Apes à se secernunt. Inter vtrasq; autem hoc discriminis est. Apis breuior, & compactior, pectore, ac dorso pilosis, capite oblongiore, acutiore rostro, Apis similitudine est Vespa.

roſtro, minus colorata aluo, annulorum lineis colore ruffis, & nigris, vt plurimùm diſtincta; antennas ſub oculorum regione locatas habet; Veſpa verò longior veluti quædam fiſtula medio cohærentibus aluo & pectore, glabra tota, rotundiori, & breuiori capite, coloratior. Aureus enim color, & niger (qui vterq; tranſuerſam aluum ſecant, ille quidem ſimplici linea, hic verò notis quibuſdam triangularibus deorſum tendentibus punctisq; conſtitutus) in Veſpa, vt plurimùm ſaturatiores ſunt, & pleniores. Deniq; Veſpa ſupra oculos antennas gerit, atq; hæc de communi Veſpa dicta ſint: non enim id, quod iam diximus, diſcrimem in omnibus generibus perpetuum eſt. Quod modò ad Veſparum genera attinet, nimirum quot numero ſint, dicere quidem eſt difficilè, alia enim ab antiquis recenſentur: alia recentioribus: nec antiqui inter ſe omnes conſentiunt. Nam [a] Ariſtoteles duorum generum meminit in principio capitis, vbi de earum generibus agit, his verbis. Veſparum duo ſunt genera: alterum ferum, quod rarum eſt naſcens in montibus, & pariens non ſub terra, ſed in quercu, ſpecie grandius, porrectius, nigrius: Varium etiam aculeatumq; eſt, & robuſtius, ictuq; acerbius, quàm alterum eſt: aculeo enim maiori, quàm ex proportione ſui corporis ſpiculatur. Viuit hoc toto anno: & quidem tempore hyberno, quercu cæſa euolare ſpectatur. Exigit hyemem in latebra, & ſemper in macerie diuerſatur. ſunt eius aliæ matrices, aliæ operariæ, vt & in altero genere, quod placidius eſt. Quæ autem ſit natura operariæ, ac matricis in eo ipſo placidiori genere percipi faciliùs poteſt. Sunt enim huius quoque duo genera: alterum duces quas matrices appellant, alterum operariæ; maiores, mitioresq; duces ſunt. & paulò inferius: Veſpas in aculeatas, & non aculeatas deſtinxit, inquiens. Veſparum autem aliæ carent aculeo, vt Fuci, aliæ habent, minores imbecillioresq; ſunt, quæ carent, neq; repugnant: contrà quæ habent maiores, robuſtæ, atq; pugnaces. Sed [b] Varro lib. de re Ruſtica Ariſtotelis priorem à me citatum locum imitatus, eaſdem differentias commemorat. Eæ (Veſpæ) inquit, differunt inter ſe, quæ feræ & cicures ſunt. Nunc feras dico, quæ in ſylueſtribus locis paſcitant; cicures, quæ in incultis. Silueſtres minores ſunt magnitudine, & piloſæ, ſed opifices magis. Plinij locus dubius eſt. nam aliqui eum corruptum eſſe autumant, vtpote qui vt ſuperiùs dictum eſt, ex Ariſtotele pro aliorum legunt Veſparum. nam ſi aliorum legendum eſſet, vt vulgati codices habent, ad Crabrones referrentur ea genera, de quibus loquitur. Sin verò Veſparum, vt ego cenſeo, ad Veſpas. Aliorum, inquit, qui mitiores videntur duo genera: opifices minores corpore, qui moriuntur hyeme: matres qui biennio durant: ij & clementes. Sunt & minus cognitę Veſparum ſpecies ab antiquis traditæ. quales ſunt Ichneumones apud [c] Plinium & [d] Ariſtotelem nuncupatæ, quæ minores quàm ceteræ ſunt, à Phalangijs aſtutè venandis ita appellatæ. diſſident, inquit, Plinius, inter ſe Ichneumones Veſpæ, & Phalangia Aranei. nec enim antè Veſpæ diſtinguendum eſt, quaſi Ichneumones, Veſpæ & Phalangia inter ſe diſſideant, ſed poſt. Meminit quoque Plinius Pſeudoſpheces, quæ ſingularis volitat; quod fortè ferum, ac rarum eſt illud genus, quod in montibus naſcitur: ita enim opinari videtur [e] Edouardus Vvottonus Anglus. Grandiores maioresq; quàm ſupradictæ corpore quas Bombyces appellant (à bombizatione, vt vult Dalechampius) Plinius quartum Veſparum genus ſtatuit, inquiens: Quartum inter hęc genus eſt Bombycum, in Aſſyria proueniens, maius quàm ſupradicta corpore. Cum quo idem fuerit Bombylius Suidę dictum genus Apum obſtrepe-rum, à bombo, vt vult ſic appellatum quem edit; ingēs eſt inquit, ſed ad mellificium inutile, fauos nectit è luto. Vnde prouerbiali figura homo bombylius, βομβύλιος ἄνθρωπος dicitur verboſus multiq; ſtrepitus, cæterum inutilis. Alia denique apud autores reperiuntur Apum ſylueſtrium, aut Veſparum genera, vt ſunt παρνοπὶς appellatæ, quæ vuas tam immaturas, quàm maturas exſugunt, has aiunt depaſci ab aue quadam nocturna cui κερχνὶς nomen eſt, Latini Stridulam dicerent. Vnde [f] Ariſtophanes.

Πρῶτα μὲν' αὐτῶν τὰς ὀινάνθας οἱ Παρνοπὲς οὐ κατέδονται,
Αλλὰ γλαυκῶν λάχος ὡς αὐτὰς καὶ κερχνιδίων ἐπιτρίψει.

Noctuarum & Stridularum agmem in ipſas ingruet, & eas conteret. Verùm quid Παρνοπὶς ſignificent, nequeo ex autoribus ſatis colligere, cùm varias, & admodum diuerſas ſignificationes ſcribant. nam & Locuſtarum genus faciunt, vt ἀττέλαβοι. citatur ad hoc Ariſtophanes in Auibus ὅσον τὸ χρῆμα Παρνοπίων προσέρχεται. Pauſanias ponit in numero maleficorum, quæ ſegetes exedunt, vt in eadem Comœdia Ariſtophanis in verſibus primùm citatis. ſunt qui è Culicum genere τῶν κωνώπων eſſe velint. Πεμφρηδὼν inſectum σφηκώδης è Veſparum genere, & vt ait Nicandri Scholiaſtes, maius Formica, minus Ape, aliquantò albo nigroq; colore varium; montes ſaltusq; amat, & è fructicum floribus melleos ſuccos carpit, indeq; in cauas quercus deuolat, meminit verò eius [g] Nicander:

ὅτε

[a] *Li. 9. Hiſt. anim. c. 41.* Veſparum genus ferũ.

[b] *Lib. 3. cap. 16.*

Veſparum ſpecies rariores.

[c] *Lib. 11. Hiſt. natur. cap. 21.*

[d] *Hiſt. animal. 5. c. 20.* Ichneumones.

Pſeudophece.

[e] *Lib. 9. de diff. animal. cap. 208.* Bombyces Veſpæ.

[f] *In Auibus.*

Πεμφρηδὼν.

[g] *in Alexipharm.*

A —— ὅτε ῥοιζηδὸν δὲ Μέλισσαι
Πεμφρηδὼν Σφῆκές τε, καὶ ἐκ Βέμβικες ὄρεσσαι
Γλῆνος ἄλις δαίνυνται ἐπιῤῥαγέασαι πίσσαι.

Et [h] alibi rursus: [h] *In Theriaca.*

—— ὁλοὸς Σφὴξ
Πεμφρηδὼν ὀλίγητε.

Æstimatur hoc Insectum esse idem cum Aristotelis τενθρηδὼν, vt quod, & ipsum Crabronibus non absimile sit, sed varium, & latitudine simile Apibus. hoc tamen à Crispino in suo Lexico, Teredo exponitur, Insecti genus, quod inter Apes versatur, Insectum Vespæ simile, Fucus, apud [i] Aristotelem. Alij idem esse dicunt cum τενθρήνη, quod est Insectum aculeatum Vespæ simile, mellificans. Apud Nicandrum vtentem hac voce in Alexipharmacis Scholiastes esse ait, ζῷον μελισσόποιον, quod à nonnullis dicitur βέμβηξ. Apud Hesychium sicut apud Aristotelem est τενθρηδὼν: dicitq; à nonnullis appellari ἀγρίαν μέλισσαν. quidam putarunt τενθρηδὼν dici quasi τενθηδὼν, nimirum ἀπὸ τῆς τενθείας; quod ligurione delectetur; & ab hoc nomine est τενθρηδὼν apud Aristotelem de illius animalis fa- B uo, vel de loco, vbi fœtum edit. Hesychius τενθρηδὼν exponit κηρίον, τενθρηδωιῶδες πολὺ καὶ κενὸν κηρίον καὶ ἀραιόν. Ανθηδόνα in Glossario vocari εἶδος σφηκὸς dictum est, sed num idem sit cum Suidæ Ανθρήνη dubito: hæc enim & Vespæ species dicitur, qua poëtæ abuntur pro Ape. Est & Insectum voluere βέμβιξ apud [k] Nicandrum.

[i] *Li. 9. Hist. Animal.*

Τενθρηδὼν quid.

Βέμβιξ.

Ανθηδὼν.

[k] *In Ther.*

Οἶδα γε μὲν φράσσεσθαι ἀλέξια τοῖσι βολάων
Οἷα περ ἐκ βέμβικος ὀρεσκέρου ἢε μελίσσης.

Scholiastes ait esse σφηκοειδὲς ζῷον, μέλαν κατὰ τὸν χροιὰν κέντρῳ χρώμενον ὡς αἱ σφῆκες, id est animal Vespæ simile nigrum aculeo vtens, vt Vespæ. Sed Scholiastes videtur legisse βεμβίδες; nam & βεμβὶς id ipsum animalculum appellatur. καὶ αἱ βεμβίδες δὲ, inquit, τῇ σφηκοειδεῖ εἰσὶν εἶδος μελισσῶν, αἱ ἔνιοι βέμβικας καλοῦσι; indicans βέμβικας, & βεμβίδας esse Apum speciem quandam ex Vesparum genere; eamque, etiam à Nicandro vocari ὀρεσκέραν, & ὀρείαν. idest montanam. est ne Bombyx [l] Plinij, de quo egit in eodem libro, vbi de Apibus, Vespis, & Crabronibus agit? atque hæc est quorundam sententia, cui ego lubentissimè subscriberem. Apud Epiphanium Vespa est, quæ irritata nocuo ictu aculeum in petram illidit. [m] Razes paruam Vesparum speciem commemorat Can- C tharidibusq; assimilari ait. Deniq; Fiber, vt scribit Calepinus, genus est Vespæ quadrupes „ incitatissimum. Mendum proculdubio est, nam Festum citat, qui ita habet. Fiber genus „ bestiæ quadrupes, Plautus, si me subes, quotidie quasi fiber saluem. atque hanc veram esse „ lectionem Festi certum est, non enim Vespæ genus quadrupes existit, cùm omnia Insecta „ sex pedibus, aut pluribus à natura donata sint. His addam ea genera, quæ à recentioribus „ tradita sunt, primumq; quæ apud nos, deinde quæ apud exteros celebrantur. [n] Ardoynus „ libro de Venenis octauo plura enumerat Vesparum genera, Vespa, inquit, Vermis est simi- „ lis Api mel inutile colligens, cuius plura sunt genera, ex quibus quædam sunt paruæ, quę- „ dam verò magnæ; & ex magnis quædam sunt habentes capita nigra, & aculeos plurimos, „ quos in locis morsuum non demittunt, & ideo Vespæ sæpius mordent, quàm Apes. huius „ quoque meminit [o] Albertus Magnus: est, inquit, genus magnæ Vespæ, quod habet caput nigrum, & plures aculeos. Ad me scripsit Constantius Felix diligens animalium specu- lator, tres à se esse obseruatas species Vesparum, quibus aculei sunt. aliæ colore, inquit, flauæ (has forte citrinas Ardoynus appellat) quæ videntur in duas partes diuisæ, & in me- dio tenuissimo ligamento hærere: quarum duæ reperiuntur species, vna corpore grandior, D altera minor. Aliæ autem his similes maioriq; corpore, ac fero aspectu, intensiori colore, magisq; nocuis aculeis, viuuntq; libentiùs in cauis arborum, vulgoq; Arimeni appellantur Scaraffoni. (nec ob id æstimandum est hos esse Scarabeos, quod nominis vicinitas arguere videtur, quin, inquit, potius sentio esse antiquorum Crabrones sylueſtres) sæpiusq; viuunt corticibus Vlmi. Aliud quoq; inquit, animal Vespæ simile reperitur idq; frequens maioribus cruribus, ac in medio stricto magis corpore, magisque discolor, sed cùm eius nomen ignorem, nil dicam de eo ampliùs, & hæc est sententia Constantini Felicis. At qui Indicas historias tractarunt, narrant apud [p] Chiribicenses duo Vesparum genera inueniri; vnum innoxium, valdè molestum alterum, hoc domos, illud verò syluas inhabitare. idem esse arbitror, quod in insula Spagnola dicta maximè est damnosum & noxium; de quo hæc dicit [q] Iohannes Verzanus. Hæc insula (Spagnola dicta) abundat noxijs, & venenosis Ve- spis, quarum ictus ingentem dolorem infert, multę per campos, syluas, arbores conspiciuntur, non absimiles eis, quæ apud Bardulos siue Castilianos Hispaniæ populos sunt, paulò tamen

[l] *Lib. 11. cap. 22.*

[m] *2. Continentis.*

Fiber.

[n] *Cap. 11.*

[o] *Lib. de Animal.*

Scaraffoni.

Vespæ Indicæ.

[p] *Pet. Martyr. de Orbe nouo decad. 8. cap. 7.*

[q] *Lib. 15. Hist. Occid. c. 13. tom. 3.*

tamen minores, & in alis supra eam partem, quæ flaua est, versus finem nonnihil habent coloris castanei. Eadem scribit [r] Ouiedus, nimirum in India multas Vespas inueniri periculosas, & venenosas, quarum morsus maiorem inferunt dolorem, quàm earum, quæ sunt in Hispania, eodemq; esse colore, maiores corpore, colore autem luteo ad album tendente, alis maculatis nigris, alarumq; extremitate obscurè albicante. Iam verò quæ à me obseruatæ sunt Vespæ, eę inter se differunt magnitudine, cùm aliæ alijs maiores sint, & contrà: & figura; nam quædam communem habent formam, hoc est, oblongam, protensam, aluoq; sunt varijs circulis picta, & tenui quodam ligamento pectori connexa. Suntq; & alię quę aut Apum, aut Muscarum figuram obtinent, quę spuriæ dici possent. Rursus aliæ alterius sunt coloris. Quæ legitima sunt forma, semicircularibus quibusdam lineis, aut rubris, aut aureis, aut viridibus, aut alijs coloribus variegatis in supina alui parte cinguntur. Quædam etiam circulos hos siue annulos integros habent vtraque alui parte, ita vt vndiquaque aluum circundent. Sunt item quæ in dorso depictæ, ac maculis quibusdam triangulis nigris, in fronte luteis, & rubeis antennis præditæ, quales sunt quæ vnici illius vespeti, de quo mox dicam, conditrices sunt. Inueniuntur item nigræ, quæ cæteris sunt longiores, & circulo nigro, qui aluum ambit, quæ in sublimi nidificant. Quæ omnes species hîc ferè expressę exhibebuntur, sed nullo seruato ordine, quia nimirum diuersis temporibus à me, & obseruatæ sunt, & depictæ. Prior Vesparum omnium, quotquot obseruaui maxima est, toto corpore atro, præterquam in suprema aluo, vbi quatuor sunt maculæ luteæ, illæ scilicet, quas albas icon exprimit. Caput minus, quàm in plerisque alijs à ceruice distinguitur, in quo oculi nonnihil lutescunt. Antennæ sunt magnæ, & latiores, quàm in alijs, nigræ, nigri quoque pedes, & hirsuti. Alæ argenteo, & aureo obscuro ad castaneum inclinante resplendent. Secunda genus est Vesparum minimarum, alis proportione latiusculis, & oblongiusculis, subflaui coloris. Corpore toto ex nigro ad castaneum vergente, sed zonis ex aluo flauis ad croceum inclinantibus distincto. Caput erat exiguum valdè, punctis duobus croceis ferè, supernè insignitum. Oculi nigricabant, antennæ nigerrimæ in extremo obtusæ. Pedes exigui, colore croceo. Tertia magnitudine Vespæ vulgari compar, vel paulò minor, sed tota atra, antennis pedibusq; longissimis, capite ouali, aluo breuiori, lineis exiguis transuersalibus, subflauis distincta, tenui ligamento pectori annexa. Alæ verò sunt argenteæ, splendidæ, subrubris velut venulis percurrentibus præditæ. Ex minimarum genere sunt quarta, & quinta; quarum prima tota atra est, capite nimirum, pectore, & aluo, quæ partes ferè æquè magnæ sunt, quod in alijs non obseruabis: Pedes quoque nigri sunt, & leues, antennæ item nigræ, & exiles: Alæ fuscescunt. Altera capite item est nigro, rotundo. Huic antennæ breuiores sunt, sed nescio quid velut tricuspidem exerit: pectore est angusto, qua capiti hęret latiore, ac lutescente, qua aluo angustiore, & nigro: aluo ferè rotunda, primò lutea, dein modò luteo, modò nigro varia. Alæ ad aureum colorem accedunt. Allatam ad me eam, quæ sexto loco depingitur, propter miram capitis formam, Simię quodammodo aspectum æmulantem, Vespam Simiformem nominaui. Tergore est crasso, rubicundo: rubicundo item vertice, oculis nigris, maiusculis: infra linea semilunaris ceu os constituit. Aluus item crassa est, sed tenui pellicula tergori adhęret: Anterius nigricat, in extremo candicat, punctis transuersalibus nigris. Alę fuscę, sed perperam duas tantùm pictor expressit. Septima inter magnas, & paruas ambigit, tota atra, sed maculis vndiq; aureis, aut flauis interstincta, ijs autem, quę in expressa icone albę apparent. Pedes, non vt in alijs Vespis, tenues, sed crassę, respectu corporis, quod compactius est, colore subcroceo, antennę aterrimæ, exiles, & breues, Alę cinereo luteę. Octaua icon Vespæ est imperfectioris, quàm vt posset volare, seminympha adhuc, aut ex nympha recens orta. Corpus ex albo ad luteum vergere incipit, nondum maculis distinctum. Est eius generis, quod decimo subinde loco depingetur, nimirum fauis insidens. Nona pectore est longissimo, aluo mediocris longitudinis, ita inuicem hærent, ac si duę diuersæ essent Vespæ. Tota flauo & nigro colore alternatim constat, pedes & antennæ sunt longi, sed valdè tenues, coloris ferruginei. Ferrugineæ quoque alæ sunt, quatuor, quanquam binæ tantùm sint depictæ. Caput quoque luteo, & nigro colore variat. Decima eiusdem omnino cum nouissimè descripta coloris est, sed breuiori pectore. Vespeta talia, quali insidet, ferè ædificat, vel ad fenestras, vel ad arborum ramos, vel alicubi alio in loco. Vndecima elegans genus syluestrium Vesparum est, aluo miniacei coloris, sed annulis nigris, & nigra podicis extremitate. Alas habet quatuor, oblongas, sed angustas coloris fermè cinerei. Pectus & dorsum nigricant, & ad ferrugineum vergunt. Caput eiusdem est coloris, rotundum, exiguum: antennæ verò longiusculæ, nigræ in extremo acutæ. Duodecima tota est coloris fusci ad

atrum

[r] *Lib. Occid. nauig.*

Vespę spuriæ.

Vesparum depictarũ descriptiones.

Vespa similormis.

A atrum vergentis, pedibus longiusculis, longis item antennis: capite & alis nonnihil ad ferrugineum accedit. Decimotertio, ac postremo loco depictum Vespis congener iudicaui, quanquam reuera nondum didicerim an fauificet. Corpore est procero, nigro & flauo coloribus vario, tenui. Alas pictor duas expressit, sed nunquid vel duas, vel quatuor habeat, vt quod res est dicam, ignoro. Capite interim Vespas potiùs, quàm Muscas refert. Antennæ in extremo obtusæ sunt. Pedes sublutei.



B



C





## LOCVS.

D NON omnis generis Vespas vbiq; locorum reperiri credendum est. Quæ aculeatæ sunt, & citrinæ non solùm in Italia, Græcia, Hispania, sed & in cæteris Europæ regionibus proueniunt: nam & in Septentrionalibus reperiuntur. narrat Olaus Magnus lib. 22. in extremo climate polari Apes non esse ob vehementiam venti circij, at tum Crabronum, tum Vesparum, ac Locustarum innumeram multitudinem. & in Insula Nicesia ait Ortelius Vespas esse, quarum punctiones homini mortem inferant. Indis quoq; eædem sunt præsertim, qui Occidentalem mundi plagam inhabitant, grandiores corpore, & vt dictum est magis, quàm nostræ venenosæ. Quartum inter hæc genus Bombycum in Assyria prouenire Plinius autor est. Certum est omnes ferè locis asperis gaudere, cùm in ijs fœcundiores sint.

SEXVS.

E

# SEXVS.

Matrix quid.

MATRICES quæ appellantur apud Ariſtotelem, & Plinium arbitror eſſe fœminas Veſparum, opifices (operarias traducit Gaza) mares. nam μήτρα Græcis matrix, Latinis præterquam, quòd vterum ſignificat, etiam fœminas quasq; , tum ad fœturam, tum ad educandos pullos idoneas denotat, quod ex Columella cognitu perquàm facilè eſt, de Gallinaceis educatricibus ſic ſcribente. Nam pullos octies educat ſi bona eſt matrix. Idem, ſint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Sed ſint ne mares, & fæminę dubitat [a] Ariſtoteles, qui mares appellat maiores, & robuſtiores, quæq; habent aculeum, fæminas quæ carent. Minores, inquit, imbecillioresq; ſunt, quæ carent aculeo » neq; repugnant: contrà quæ habent, maiores robuſtæ, atque pugnaces, quas nonnulli mares appellant: fæminas verò eas, quæ carent. Plæræq; ex ijs, quæ aculeum gerunt amittere » eum putantur hyeme inſtante: ſed hoc ex nemine, qui vidiſſet, accepimus. & paulò pòſt, ſi E Veſpam ex pedibus ceperis, bombilareq; ſiueris, aduolant quę aculeo carent: quod non faciunt, quæ aculeatæ ſunt. Itaque argumento quidam hoc vtuntur, vt alteræ mares ſint, alteræ fœminæ. Sed has fœminas, quæ carent aculeo diuerſas eſſe ab eis, quas in præcedente matrices appellauit, habeo quid dicam certi: Nam Ariſtoteles eas, quæ carent aculeo minores imbecilliſoresq; eſſe dicit, matrices latiores, ponderoſiores, craſſiores, ac Veſpa maiores: eius hæc ſunt verba. Eſt autem matrix, latior, ponderoſior, craſſior & maior, quàm » Veſpa, volatuq; haud plurimùm valet. Præ pondere enim ſui corporis volare longiùs nequit. Quo fit vt ſemper in Veſparijs ſedeant effingentes fauos, & munere fungentes cellario. Inſunt porrò matrices nuncupatæ in Veſparijs plurimis: ſed aculeatæ ſint, nec ne ambigitur. Videntur tamen & ipſę, vt Apum duces, gerere quidem aculeum, ſed non extingere, aut ferire. »

[a] 9. Hiſt. cap. 41.

# ÆTAS.

G

NON omnes æquè diù viuere veteres aſſerunt. nam, earum quæ placidiores ſunt, opifices, vix annum durare, vel inde liquet; quòd hyeme pereant, cùm matrices diutiùs perdurent. docet id [a] Ariſtoteles. Ætas, inquit, operariarum » annum non complet, ſed omnes hyeme inualeſcente moriuntur. Quod eare » conſtat, quia hyeme incipiente ſtupeſcant: bruma autem nullæ omnino ap- » pareant: duces verò, qui matrices vocantur, tota hyeme viſuntur, atque ſub terra latitant. » Plęriq; enim cum per hyemem ararent, aut foderent matrices viderunt, operarias nemo. » idem ait Plinius. Opifices, inquit, minores corpore, qui moriuntur hyeme, matres quæ bien- » nio durant. notat [b] Edouardus Vvottonus Σφῆκα ἐνιαύσιον ab Ariſtotele alibi dici, quòd annua Veſpa ſit, & vnico anno in vita perduret.

[a] Li 9. Hiſt. Anim. c. 41.

[b] Lib. 9. de differ. Ani. cap. 218.

# COITVS.

SVNT qui coire eas affirment, ſunt qui negent, & prioris quidem opinionis eſt [a] Ariſtoteles. Inſectorum, inquit, aliqua coeunt, atq; ex animantibus » eiuſdem generis oriuntur, modo eorum quibus eſt ſanguis: vt Locuſtæ, Ci- » cadę, Phalangia, Veſpæ, Formicæ. Et [b] alibi idem philoſophus hęc ſcribit. Coire nonnullæ ex cæteris viſæ ſunt: ſed an ambæ aculeo careant, aut habeant, aut altera careat, nondum exploratum eſt. Ferarum etiam nonnullę » coire viſæ ſunt, & alteram gerere aculeum conſtitit, ſed de altera incertum eſt. Et Vincen- » tius recitat alibi ex [c] Ariſtotile, viſas eſſe aliquando Veſpas coire cum alio Veſparum genere, vt cum agreſtibus domeſticas. Sed cùm Ariſtoteles ſcribat aliquando viſas fuiſſe coire, mirum eſt, earum ſexum non poſſe diſcerni, ac propterea Athenæus contrarium ſentijſſe videtur, poſterioremq; ſententiam tenuiſſe. Apum, inquit, & Veſparum nunquam viſum fuiſſe coitum, ideoq; diſcerni non poſſe marem à fœmina. Verùm ſunt, vt ibidem notat doctiſſimus Dalechampius, qui pro σφήκων, ideſt Veſparum, legant κηφλλώων, ideſt Fucorũ.

H

[a] Lib. 1. de gener. anim. cap. 16.
[b] 9 Hi. c. 41
[c] Lib. 41. cap. 176.
[d] Lib. 8. Diepſop.

ORTVS

A

# ORTVS ET GENERATIO.

VESPARVM duplex est ortus; vnus quidem per putredinem, alter verò per coitum. Atqui eorum, qui per putredinem oriri ferunt, aliqui ex cadauere, vt equi; aliqui ex Crocodili sanguine, aut ventre bubulo, aut corio Asini, aut alijs animalibus aliqui ex putredine arborum; & fructuum, produci autumant. quorum omnium autoritates ordine recensebimus, & si quas habeant rationes, adducemus; mox quomodo harum fiat per sui generis speciem generatio subtexemus. Eorum qui ex equi cadauere oriri non aliter, quàm Apes ex Tauro dicunt, antiqua planè sententia est, vt pote cui & Ægyptij multùm crediderunt, vt ex Hieroglyphicis postea patebit, & Græci, vt ex vetustissimo [a] Nicandro probatur, hoc versu, quem Archelao Varro tribuit, & libr. Epigrammatum ex Pallada citatur.

Varius Vesparum ortus.

Ex equo.

[a] *In Theriaca.*

B

Ἵπποι γὰρ Σφηκαλίγεσις, ταῦροι δὲ Μελίσσαι.

*Equi enim Vesparum generatio, Tauri vero Apum.*

Archesilaus quidam Ægyptius (vnus eorum, qui Epigrammatis miraculosa Ptolomæo enarrarunt, hoc de Vespis carmen reliquit, quod alioqui inter Epigrammata recitaremus, nisi tam vetusta autoritate, in tanta autorum dissentione, opus haberemus. est igitur hoc:

Ἐκ νέκυος ταύτῃ ἵππε γράψατε γενέθλην.
Σφήκεσι δὲ ζώων ὅια τίθησι φύσις. Id est.

*Ex mortuo hanc equo scribite progeniem.*
*Vespis animalium qualia ponit natura.*

Idem Antigonus in Mirabilibus, inquit, ferunt etiam Crocodilum Scorpios generare, & ex
» Equis Vespas nasci, & Plutarchus ait in vita Cleomenis: Vespas ex putredine oriri æstima-
» runt veteres, quòd ex Equorum cadauere nascerentur. Sed hi nihil distinctè scripserunt, nec
» ex qua cadaueris equini parte oriantur, & an ex toto cadauere omnibusq; eius partibus, an
» solummodò ex aliquibus, vt carnibus, aut cerebro. nam [b] Plinius ex equinis carnibus na-
» sci Vespas opinatus est. Ex quo fortè autor de Natura rerum, Vespas etiam ex equinis car-
C nibus aliquando procreari scribit, citante [c] Vinzentio; & [d] Georgius Pachymerus Vespas
ex cerebro oriri tradit: ex medulla, inquit, cerebri bouis quidem Apes, Equi autem Vespę
generantur. Cęterùm quidam ipsos Lupos arbitrantur ad huiusmodi Vesparum ortum,
summoperè conferre, præsertim qui in Nicandrum commentati sunt. aiunt enim Apes, &
Vespas tunc maximè generari, quando corium, tam equorum, quàm boum, lupinis dentibus
erosum fuerit. Nam lupi eiusmodi armenta nudantes in causa sunt, quòd hæc animalia na-
scantur. hincq; volunt à [e] Nicandro tam Apes, quam Vespas λυκοσπάδες dici, hoc versu:

Ex qua & qui parte.

[b] *Lib. 11. cap. 20.*

[c] *Lib. 21. cap. 178.*

[d] *Lib. 4. de ortu & interitu.*

Qui ad Vesparum ortum faciat lupus.

[e] *Lib. de theriaca.*

Σκήνεσι πυθομένοισι λυκοσπάδες ἐξεγένοντο. id est.

*Corpore nam putrido Insectum consurgit vtrumq;.*

Non tamen ignoro λυκοσπάδας ἵππους, Id est equos Lycospadas, Græcis quibusdam nominari animosos, & rebelles à freni genere, quod λύκοι vocant. Scribit Isiodorus Vespas ex corio Asini nasci, nisi per Vespas, Crabrones intelligat. Apud Horum legas Vespam ex corrupto Crocodili sanguine, vel ex eius cadauere, procreari: hunc enim citat Pierius Valerianus in Hieroglyphicis. Vincentius Belleuacensis, ex peruetustis autoribus retulit, cerui ad integritatem grandæuam venientis, osse capitis sub oculo terebrato Vespas concreuisse, ac
D conformatas fuisse ex humore superfluo, & vt alij voluerunt, ex medulla prodijsse euolantes: aliquando etiam è naribus concreuisse, & conformatas Vespas in ceruo proditum fuisse. Iam verò ex putredine arborum, & fructuum quasdam Vespas nasci, testatur [f] Al-
» bertus Magnus, his verbis. Ex putredine enim terræ, & quarundam aliarum partium pu-
» trefactione quædam (animalia) generantur. Quædam enim Vespæ, & Muscarum quædam
» genera, non ex terrâ quidem; sed ex quorundam fructuum, & arborum putredinibus gene-
» rantur; præcipuè autem ex putrefactione arborum glutinosarum. De talibus autem arbo-
» rum naturis in libro speciali de Vegetabilibus est à nobis consideratum. Nunc vero super
est, vt quomodo per coitum propagentur, narremus. Hoc enim modo generare probat
[g] Aristoteles, qui ait visum sæpe fuisse earum coitum. Cæterùm qualis post coitum sit Ve-
sparum ortus, ex ipso principe philosophorum, qui nobis in libris de [h] Animalium Historia,
» quàm diligentissimè ea de re scriptum reliquit recensebo. verba eius sunt hæc. Ortus talis
» Vesparum est. Duces vbi iam locum sibi oportunum delegerunt, fauos opere æstiuo con-

Ex asino: Ex Crocodilo. Ex Ceruo:

[f] *Li. 15. tra. 1. cap. 1. fol. 125. col. 4.*

Vespas per coitum propagari.

[g] *Lib. 3. de Gen. c. 10.*

[h] *Cap. 41.*

fingunt, & Veſpeta (cellulas dico quas σφηκοτας Græci vocant, conſtituunt quaternis fori- E
culis, aut propè, ita Gaza vertit τετραθυρους ἢ ἐγγὺς τούτων: Id eſt quaternis foriculis fere) "
in quibus Veſpæ non matrices naſcuntur, quæ cùm increuerint, rurſus altera ampliora effin "
gunt, quorum item proles, cùm creuerit, alia faciunt, ita vt poſtremo autumno plurima, "
ampliſſimaq; veſpeta condita habeantur: in quibus dux, quæ matrix vocata eſt, non inſu- "
per Veſpas, ſed matrices iam procreat: quæ quidem ſupernè per ſumma veſpeti Vermium "
ſpecie multò grandiorum gignuntur in cellulis continuatis quatuor numero, aut paulò plu- "
ribus. Alioqui increſcendi ratio ducibus eadem, quæ Veſpis eſt. Sed cùm Veſpæ operа- "
riæ fauis affuerint, non præterea duces operantur, ſed operariæ ipſę cibum ſuis ducibus ſub- "
miniſtrant. Quod ea re conſtat, quia duces non item euolant, ſed intra tecta quieſcunt. Ce- "
terùm vtrum duces anni ſuperioris, nouellis iam procreatis ducibus, interimantur à Veſpis "
nouellis, idq; ſimili modo eueniat, an plus etiam temporis poſſint viuere, nondum explo- "
Apum & Veſparum idem ortus. ratum eſt. Nec verò ſenectutem matricis, & Veſparum generis fieri, aut aliquem eiuſmo- "
di affectum annotare adhuc quiſquam potuit. & paulò pòſt. Fœtus non partu prouenire "
videtur: ſtatim enim auctior, quàm partus Veſpæ patiatur, exiſtit. His itaque talis ferè, "
i Cap. 9. qualis Apum generatio eſt: Propterea i libro de Generatione animalium tertio, Veſparum F
Vermiculis idem accidere ait, quod Apum, in generatione ſcilicet indureſcere putamen
k Cap. 23. eorum, neq; moueri, mox rupto putamine exire veluti ex ouo, quod idem affirmat in k libro
de generatione animalium quinto, poſteaquam dixerat Veſpas ſi ſint abſq; duce nidificare
ſuæ proli in ſublimi, & foraminibus, ita inquit: Fœturam modo Apum inſtillant ad latus "
cellularum faui, & parietibus admouent: Verùm non in omnibus cellis ineſt æqualis fœ- "
tus, ſed alius iam grandiuſculus, vt vel queat volare: alijs in nympha eſt, alijs adhuc in "
Vermiculo, Excrementum Vermiculis tantùm, vt & in Apum genere eſt. Manet fœtus im- "
mobilis, cùm in nympha eſt, & membrana velatur. Veſpas quoq; quemadmodùm Apes "
l Lib. 11. cap. 21. tradit crebris imbribus pluuijsq; annis magna copia generari. His lubet addere, quę l Pli-
nius ſuper hac re breuiùs ſcripſit, eius hæc ſunt verba. Fœtus ipſe inæqualis, vt barbaris
(alij legunt, & barbarus: & manuſcriptus in cytaris Ariſtoteles libro quinto capite vigeſimo
tertio Hiſt. animal.) alius euolat, alius in nympha eſt, alius in vermiculo, & autumno non "
vere omnia ea. Plenilunio maxime creſcunt. & paulò pòſt hæc, quæ alij libri eum de Cra-
bronibus dicere indicant, alij de Veſpis, vt cum Ariſtotile eadem dicere videatur. Nidos "
G
inquit, vere faciunt ferè quadrifores, in quibus opifices generentur. ijs eductis alios dein-
de nidos maiores fingunt, in quibus matres futuras producant. Iam tum opifices funguntur "
munere, & paſcunt eas. Latior matrum ſpecies: dubiumq; an habeant aculeos, quia non "
egredi untur, & his ſui Fuci. Quidam opinantur omnibus his ad hyemem decidere aculeos. "
Nec Crabronum autem, nec Veſparum generi reges, aut examina: ſed ſubinde renouatur "
m Lib. 21. cap. 27. multitudo ſobole. His plura ſubiecit m Vincentius. rectores earum, qui anno præterito illas
regebant cum moriuntur alium rectorem cõſtituere, quòd de Apibus ab Ariſtotele dictum
eſſe ſuprà quàm plenìſſimè probauimus. Scribit quoque ibidem idem Vincentius Veſpas
citrinas, & rubeas non generari niſi à Veſpis, quæ mares dicuntur, nec eis quemadmodum
nec Apibus, monſtra fieri, quod quilibet earum pullus in ſingulis foraminibus ſeu cellulis
per ſe exiſtat. Senectutem autem, quam vtrum nam exuant in Ariſtotile dubium eſt, exue-
re Vincentius loco citato affirmat. talis igitur Veſparum communi nomine dictarum gene-
Veſparum Ichneumonum ortus. ratio eſt. Sed Ichneumones, vnum genus ex Araneis perimunt, Phalangium appellatum, &
n Lib. 11. cap. 22. Hiſt. lib. 5. cap. 29. in nidos ſuos ferunt, deinde illinunt, & ex ijs incubando ſuum genus producunt. verùm
hæc n Plinius. Planiùs autem o Ariſtoteles. Veſpæ autem Ichneumones nuncupatæ, quæ "
minores quàm cęteræ ſunt, Phalangia perimunt occiſaq; ferunt in parietinas, aut aliquid H
tale foramine peruium: deinde illinunt luto, atque ex ijs incubando ſuum procreant genus. "
Ab hoc genere plurimum in generatione differunt Bombyces uocatæ. Nam hæ ſub ſaxis
nidificant binis, aut paulo pluribns cellulis. in quibus pariunt Vermiculos, candidos mem
brana obuolutos nigra, ſeorſumq; à membrana ceram in luto faciunt. p Plinius ait maio-
p Lib. 11. cap. 22. rem quàm Apum eſſe Vermiculum, dixerat enim antea maiores eſſe corpore. ex quo maio-
rem fœtum procreari conuenit.

# NIDVS SIVE VESPETA.

NIDVM quoq; de Vesparum cellulis dici ex [a] Plinio colligimus. Vespæ, inquit, in sublimi è luto nidos faciunt, & in ijs ceras. & rursus ibidem. Nidos vere faciunt quadrifores. Κηρία καὶ οἷον σφηκοῦς appellat Aristoteles id est Fauos, & veluti Vesparia, aliqui vespeta dicunt, quod vtrum apud probatos Latinos autores reperiatur, non ausim asserere. Constat autem earum nidus ex multis fauis seu cellulis: vnde οἰκία [b] Homerus appellat de Vespis inquiens:

[a] Lib. 11. cap. 21.

[b] Iliad. μ.

Οἰκία ποιήσονται ὁδῷ ἐπὶ παιπαλοέσσῃ. Id est.
*Domunculas faciunt in via prærupta.*

& rursus:

[c] Iliad. Π.

—— ὁδῷ ἐπὶ οἰκί' ἔχοντας. Id est.
—— *In uia domunculas habentes.*

Nec hoc fugit Plinium, qui non nidum in singulari numero, sed nidos in plurali nominauit, de fauorum, aut domuncularum multitudine intelligens. est tamen [c] Homerus in singulari numero vsus, κοῖλον δόμον, id est cauam domum appellans:

[c] Iliad. μ.

Οὐδ' ἀπολείπουσι κοῖλον δόμον. Id est:
*Nec relinquunt cauam domum.*

Sed aut numero singulari pro plurali abusus est, aut quod credibilius est, latibulam seu antrum, aut cauitatem intellexit, in qua recunditas habent suas cellulas. De Vespetis hæc notabimus, qua constent materia, quales sint Vespæ quæ efficiant, cuiusq; sexus, quomodo & qua forma, quo loco. [d] Aristoteles autor est fauos Vesparum fieri ex materia corticea, & araneosa, inquiens. Fauos extruunt omnes vt Apes: sed ex materia corticea quadam, & araneosa. Longè tamen latior fauus Crabronum, quàm Vesparum est. [e] Plinius è luto facere ait, alij ex terræ congerie, Vinzentius ex cera. Obseruaui ego horum substantiam nec ceream esse, nec lutosam, sed quemadmodum ait Aristoteles corticeam, & araneosam, aut potiùs membranosam, & chartæ tenui similem, quam non ex luto, aut terra, sed potiùs herbis, & floribus, vt Apum fauos constare autumo, & proprio earum glutine, quod ex ijsdem colligunt, coniungi ac combinari. Sed ea Vesparum genera, quæ Bombyces Aristoteli βομβύκια, dicuntur, nidos ex luto fingunt, eius lib. quinto Historiæ Animal. verba sunt hęc interprete Gaza. Nonnulla ex Bombycum genere, nidos in acutũ exeuntes è luto quasi illitos, vitri specie affigunt lapidi, aut alicui tali tam crassos durosq;, vt spiculo perforari vix possint. Idem ferè [f] Plinius. Nidos luto fingunt salis specie applicatos lapidi tanta duricia, vt spiculis perforari vix possint. sed differt Gaza à Plinio, non Aristot. is. n. πήλινον ὀξὺ καὶ ὥσπερ οἱ ἅλες καταλείφονται, scribit: id est si aduerbũ reddas, lutosum, acutũ, & vt sales oblinuntur. non vitri specie. sed vt ad alias Vespas reuertar, multo siccior Vesparum fauis materia est, quàm Apum: siccius enim his nutrimentum, sicciora sunt, & magis arida, quæ ad suos nidos effingendos ab eis colliguntur: sicciora quoq; ea quæ à Vespis ad effingendos fauos collecta sunt, credibile est, si vera sunt, quæ ab Aristotele narrantur, duces vbi iam locum sibi oportunum delegerunt, fauos æstate incunte confingere, perpetuoq; in ijsdem conficiendis intentos, in confectis sedere, munere semper fungentes cellario. operarias autem ea, quæ his ad vitam necessaria sunt subministrare. nam ita quoq; necesse est, opifices cùm cibum ducibus ministrant, eam vna materiam dare, quę ad suos fauos effingendos idonea est, quam posteaquam se ex meliori nutriuerunt, operi tanquam reliquam applicant. fieri enim non potest, vt tam siccam materiam secum conferant absq; aliquo humore, qui ipsis in cibum cedat, aut saltem, qui idoneus sit ad sicciorem substantiam ferruminandam. Sed vtrum soli duces perpetuo fauos conficiant, an cum his vna opifices, facilè, cognosci potest, ex [g] Aristotele, qui cùm alibi dixerit, duces siue μήτρας continuo operi intẽtas vespeta elaborare, rursus tamen [h] alibi ita ait. Crabrones, & Vespę, si duce amisso aberrauerint, fauos suæ proli constituunt, in sublimi, & foraminibus: Crabrones in sublimi, Vespæ in foraminibus. Sed si habeant ducem sub terra nidificant. Quibus probatur vtrasque hoc opus efficere, duces si adsint sub terra, si absint opifices in sublimi. Atque hæc ratio est cur faui grandiores sint, qui sub terra reperiuntur, quam in sublimi. nam cùm matres horum effectrices sint, quas maiores grandioresque corpore ipsis opificibus esse scimus, maiores quoque esse ijdem faui debuerunt. [i] Aristoteles aliàs scribit sua Vesparia pauca, & exigua con-

[d] Lib. 5. Hist. anim. cap. 23.

[e] Lib. 21. cap. 278.

[f] Lib. 11. cap. 22.

Vesparum cellæ vt à cellis Apũ distent.

Duces an soli fauos conficiant.

[g] Hist. 9. cap. 41.

[h] Li. 5. Hist. cap. 23.

[i] 9. Histor. cap. 41.

dere, aliàs plura & ampliora. Vespæ tamen (quas ex Ouiedo in India esse diximus maiores nostris, ac venenosiores multò) maiora habent Vespeta, cellulis, & foraminibus plena, fortassis id fit, quòd corpore cũ sint grandiores, maiores fauos conficiant: aut quia maxima ibidem copia reperiãtur. Incipiunt autem condere à fundamento, quod pediculus est tenuis satis, qui quandoq; vnicus est, quandoq; plures, quibus nidi alligati, aut tectis, aut arboribus, aut herbis esse videntur: quo facto primordio, tanquam à radice, fauos singulos facere incipiunt, nouosq; super eos, quos vltimo cõstruxerant confingunt, atq; ita paulatim amplio ra, immo amplissima Vespeta reddũtur. quo fit vt in autumno maxima hęc Vespeta videãtur: vere autem cùm nidificare incipiunt parua, & exigua. Hæc suo cortice cinerio (qualia etiam in India reperiuntur) siue membrana duriore tanquam muro cingunt, vt ab iniurijs externis immunes esse possent. nec eadem omnia sunt forma, sed varia, modò enim rotunda sunt, & concameratæ domus multis tabulatis præditæ, figuram referunt: modo oui, aut alterius cuiuspiam partis rotundioris, aut phialę, vt quale mox describemus, sed quæ rotunda sunt ac interius admodum concaua, tabulata habent plurima ex fauis consistentia. quæ verò plana sunt nulla certa formâ, nisi inæquali, nimirum modò triangulari, modò quadrangulari, modò circulari prædita conspiciuntur. Faui autem multis sunt in partibus perforati singuliq; sexanguli, vt Apum. Nidos rursus suos conficiunt, aliæ in sublimi, vt tectis, & arborum truncis, aut sub harum frondibus. Aristoteles feras in montibus, & quercubus non sub terra parere ait. Aliæ sub terram macerijs cauernis, ac speluncis, ibiq; plerunq; hyeme se recundunt. Bombyces quoq; subsaxis apud ipsam terram fœtificant, aut lapidi affigunt nidos, vt est apud Plinium. Omnia faciunt, vt à frigore, pluuijs, ventis, tempestatibus liberæ, & immunes esse possint: ab his enim non aliter se defendunt, quàm Formicæ, aut Blattæ. In India autem, vt plurimùm in altis ædium lignis, & altioribus arboribus reperiri, aiunt. sub terra autem reperiri non meminerunt, qui de India scripserunt. Nos & in leguminibus, & in humilioribus arbusculis conspeximus. Ceterùm quam ob causam Vespæ si ducem habeant sub terra nidificent, si verò duce destituantur, in sublimi, videor posse rationem dare. matres enim ponderoso corpore, cùm ad volandum nil, aut parum valeant, prope terram nidificare debuerunt; Vespæ autem leues, ac graciles alisq; grandioribus vestitæ, cùm sint in volatu celeres admodum, in altioribus locis degere possunt. Hæc cuncta cùm de Vespetis dicta sint secundum alios autores, ea apponere non grauabor, quæ ipse circa hæc, tum quæ in sublimi, tum quæ in terra inuenta sunt, animaduerti, eorumq; figuram & descriptionem addere; vt quæ à veteribus super his tradita sunt, facilius à quouis curioso lectore intelligantur; quæ autem nos insuper addidimus, nostræ industriæ adscribantur. Vespetũ integrum, terra ad pedis altitudinem effossa, media agrorum via, sub nucis iuglandis arbore inuentum, hac fere constitutione ac figura. Antrum seu foramen angustum; nempe ea amplitudine, qua singulis pateret aditus in terræ superficie conspicuum erat, à quo iter erat eiusdem amplitudinis tendens ad Vespetum, non quidem rectà seu perpendiculari linea deorsum ducens, sed ad latera per cuniculos quosdam duorum plus minus palmorum interuallo, à primo (quod in summam humum definit) foraminis vestibulo. Hîc maiori, & ampliori sinu terra excauata est rotunda propemodum, ac ipsius Vespeti quali figuræ proportione respondens. ita tamen, vt inter Vesparum domicilium, & telluris caua latera, tantum sit spacij, quantum ingressuris sua penetralia Vespis sufficit, ad transeundum arctum illud ostiolum totius aluearis vnicum, ad latera collocatum. Hac scrobe aperta effossaq; Vesparum ędificium domiciliumq; apparuit, figura ferè quali, altum ferè dodrantem, duas palmas transuersas medio latum, vndique ceu ouum testa, ita hoc membrana corticea obductum, eaq; subalbida arenosa, simili licheni marino, eiusdem cum fauis substantię, non vt Apum cerea, sed lignosum quid habente, siliquisq; tenuioribus leguminum seu lunariæ maioris bulbonaca dictæ pericarpio, aut scabiosæ simillima substantia. Huius superna pars, tecti vicem gerebat, & veluti tuguria, ac mappalia culmine medio in conum fastigiato, ab imbre vndiquaque (cùm forte incidit) defendebat, inq; parietum lateribus omnem hostilem incursum aditumq; præcludebat. Infima, basis fondamenti vice fungebatur, deniq; vndiquaq; à sordibus, putredine tutas reddebat. Hoc veluti putamine detracto seni fauorum sese produnt classes seu orbes, qui sibi mutuo tanquam tabulata solaria, aut contignationes super ponuntur, ac imminent iustoque diffitæ interuallo. Sed ne tabulata superiora in inferiora collabantur, fœtusq; premant, aut suffocent, singula columnis quibusdam sustinentur, quæ non susq; deq; formatæ sunt, & constitutæ, sed à lata basi incipiunt, & ad concauam seu pronam superioris tabulati faciem lato, ac protenso epistilio protenduntur, instar claui vtrinque capitati pollicis lati longitudine, ita vt fornices, & hypogæa videantur. infimi ac supremi orbes exigui,

Vespeta plana qua forma existant.

Vbi nidificent.

Authoris obseruationes.

Vespeti sub terra inuẽti descriptio.

Cortex ex qua substãtia.



gui,& anguſti,medij ampliſſimi,reliqui orbes mediæ amplitudinis. Singuli plurimis cellulis abundant ſexangulis,in quarum quibuſdam Veſpæ adultæ,in alijs fœtus iuniores, attamen perfecti, & alati, alijs Vermiculi condebantur, qui omnes poſteriori parte ſurſum ſiti erant,capite deorſum. Faui hi ea re maximè ab Apum Fauis differunt,quantùm ad ſtructuram ſpectat, quòd hi parte conuexa ſeu ſupina,loculos habent hexagonos; illi verò vtrinq; vna baſi duas cellulas, veluti ἀμφικύαλον ſeu cyatum duplicem vno fundo, ac duobus orificijs in diuerſa patentibus,efficiunt. Hoc autem Veſpetum pediculo radici polygoni fœminæ annexum videbatur,vnde ab hoc nidi huius fundamenta iacta fuiſſe exiſtimauerim,cùm & Apes,idem facere, & Crabrones ſoleant, qui à trabe vel tecto incipientes deorſum opus perficiunt. Huiuſmodi ferè Veſparum fabrica mirificè conſtructa, ad Pierium Valerianum cum Belluni eſſet,ex cuiuſdam ſyluæ ſolitudine allata eſt.quam hoc pacto deſcripſit. Septẽ ſunt concamerationum orbes,alter ſuper alterum duorum digitorum interuallo impoſiti,pi" larum columellarumq; interſtitio diſtincti,vt vnicuiq; commodum ſit ſpacium,ad eundum " & redeundum ad domos ſuas. Diameter orbium ad quintum vſq;duodecim circiter digito- " rum:à quinto reliqui faſtigiatim coarctantur,vt vltimus ad quinos ſenosue digitos porriga- " tur. Maior orbis, primum quidem tabulatum, antiqua arboris ramo appenſus erat, cruſta " ſupernè ad omnes ventorum,& pluuiarum iniurias contemnendas ſolidata munitaq;.Infrà " hexagonales cellæ confertiſſimæ: ita reliqua tabulata eadem cruſta cellisq; eiſdem fabrefa- " cta, ſuisq; collumellis ſingula ſuſtentata. E ſuperioribus verò ſtationibus beſtiolæ omnes " aduolauerant: medias concamerationes innumerabilis multitudo compleuerat folliculo, " quodam tenuiſſimo,pro tegumento vniuſcuiuſq; loculi ſuper inducto,quorum aliquot cùm " ſuſtuliſſem, aduerti Veſpas capitibus ad imum redactis,domos eas omnes compleuiſſe.Quę " verò in inferioribus erant tabulatis,tanquam embrya videbantur Vermiculorum inſtar im- " perfecta: ipſa quoq; eo tegumento,tanquam hybernæ cochleę, ſed admodum tenui præmu " nita,in benigniorem verni temporis horam aſſeruabantur:quæ tamen omnes,ſiquidem gra- " uis hyems fuit,ibidem extinctæ ſunt,neq; tamen computruit quiquam,& tot iam annos ea- " dem forma ſtatuq; ſpectantur. Expectabam quidem veris temperiem, vt quid acturæ eſſent " exploratum haberem, ſed nil vlteriùs proceſſit. Fabrica apud me remanſit,non ſine magna " omnium,qui eam conſpiciunt,admiratione,tantum artis,& ingenij,tantumq; in conſtruen- " do ædificio tam operoſo perſeuerantiæ, beſtiolis his ineſſe obſtupeſcentium. Itaq;, ibidem " concludit Pierius, Apum texta, metarum quaſdam propemodum formas imitari. Veſpa- rum caſtra potius eſſe, & Mauſolea, orbiculari ambitu, tabulatis ſuper altera alteris aggeſtis. Quæ omnia citare libuit, vt conſtaret hoc genus Veſpas aliquando hanc ſuam admirandam fabricam etiam in aëre, ad arborum ramos conſtruere: non ſemper in terra, vt nos obſeruauimus. Aliud Veſpetum, quod ſecundo à nobis loco exhibetur pariter ſubterraneum eſt,ſed orbicularum,& alterius Veſparum generis,breuiorum,& compactiorum. Additæ ſunt earum nymphæ. Obſeruaui præterea Veſpeta extra terram varia,inter quæ vnum conditum à Veſpis nigrioribus, & longioribus, quod alio ſeſe modo habuit, vnico nempe, ac ſimplici orbe, cellulis item & loculamentis refertum: quorum continuus ambitus ſcabioſæ pericarpium ita referebat, vt cùm rurſus exiguum eiuſmodi Veſpetum offendiſſem, pericarpium ſcabioſæ deieraſſem, niſi poſtea accuratiùs inſpexiſſem. Huius fundus auerſa facie æqualis niger cuius materia comoſi in Apum fauis reſpondebat, ita vt picea obductus oblitusq; appareret.Sed neſcio qua incuria iconem non expreſſi. Veſpæ illæ nigriores, & longiores, quas ſuo loco depinximus etiam in ſublimi, locis varijs, & varia ſtructuræ figura fauificant; ſed fauorum tantùm ſingulos orbes faciunt, non vt aliæ ſex ordinibus conflatum ac vndiquaq; clauſum munitumq;. Quaſdam in ædium lateritijs tegulis ædificaſſe inueni, ac ſuum opus tegulæ facie caua interna,ac deorſum ſpectante ſuſpendiſſe, eiq; clauis ſeu pediculis binis, aut ternis pro operis varia magnitudine affixiſſe. Nam in vna tegula ternos fauos à ſe mutuo iuſto interuallo diſcretos vidimus. Vnum cæteris maiorem figura oblonga, ac ferè ouali tranſuerſim adhærescentę, qui ob cauitatem qua continebatur imbricis,inferiore ſeu ſupina parte tereti nonnihil gibbo erat conuexus.Huius pòſt icon datur tertio loco. Omnibus in hac tegula inuentis hoc commune eſt, vt ſuprema pars, tranſuerſim ducta, à qua opus auſpicantur nonnunquam,rectam lineam tranſuerſalem æqualem conſtituat, reliqua latera ferè hemicyclum æqualem nonnunquam, nonnunquam inæqualem faciant. Vnde fit vt quidam horum ſcuti figuram referant fermè trigonam, alij mitulorum ſeu pinnarum marinarum. Quanquam etiam ſunt, quæ rotunda propemodum ſunt forma. Quibuſdam,vt maximo antè picto,pediculus in medio erat velut dorſo; alijs tamẽ ferè parte ſuprema,maximè his quæ à planta quadam aut muro,ſuſpenduntur. Alius enim infumi-

bulo

Vt faui ab Apum fauis differunt.

Veſpetum aliud ſubterraneum.

Veſpetum nigrarum Veſparum.




bulo in ædium culmine adhærere compertus figura musculi, suprema parte annexus tribus clauiculis retrò gibbosus, antè nonnihil concauus. In his cellulę maxima ex parte patulæ, quędam tamen aditu seu foramine obturatæ. Harum nihilominus vacuæ nonnullæ. At in quibusdam denuo Vespa abscondita latet, quæ perrupto illo operculo in conspectum prodit. At contraria inter se tum hæ, tum aliæ Vespæ, quæ in subterraneis alueare construunt, ratione, ac situ collocatæ videntur, fœtus nempe, capite deorsum spectante, cùm aliæ adultæ, ano terræ obuersæ stent, ac vt Aristoteles ait, retrò ire videantur. Cellularum quædam eminentiores sunt, ac cæteris altiores, in quibus duces Vesparũ agere creduntur. Totius autem fauificij est situs vt quæ in eo sunt Nymphæ deorsum, qua apertum est, capite propendeant, adultę autem ano, vt in Crabroneto optimè, ac conspicue animaduersum est. Aliud Vespetum phialiforme nuncupaui, quòd phialæ in modum exterius conspiceretur, erat enim collo angusto, contrà ventre, quàm maximo, ac capacissimo, cui latus pediculus appendebat instar eius, cui phialæ nostræ vitreæ insistunt, dum mensæ apponuntur. hoc inter leguminis genus eruilia dictum, quod sua natura ἀναδένδρον est, inueni, cui suo pediculo, adhærebat. Materia eius erat subtilis, membranosa, qua vndique erat circumductum, quæq; exteriùs multas circumcirca eminentias siue ἐξωχὰς habebat, ex quibus ausim asseuerare à latiori basi siue pediculo ad ventrem vsque Vespas hoc opus orsas fuisse, deinde ad collum vsque peruenisse, atque ita tandem totam pialam perfecisse. Et vt ea quæ interius contenta erant, diligentiùs inspicerem, forfice per longitudinem dissecui, tresq; alias membranas offendi, singulas quidem inani spacio disiunctas, per quod Vespæ circumcirca percurrere poterant, prima membrana exteriori minor, secunda amplior erat, tertia omnium minima. Hæ itaque omnes eam figuram habebant, qualem exterior, quæ primùm, antequam dissecueram apparebat, nimirum phialæ, nam intima membrana, quæ postrema videbatur. collum quàm breuissimum obtinuit, reliquæ dein ex ordine longius, extremaq; longissimum. In intimæ membranæ medio, cùm septem tantùm essent cellæ, eæq; hexagonæ, quis non in congruè conijciat, septem tantùm etiam fuisse domus tam præclaræ fundatrices. Adiecimus item Fauos Apum domesticarum, vt similitudo appareret. Reliquum est modò, vt consideremus, vtrum nam ceram, & mel conficiant Vespæ, præsertim cùm de hac re variæ sint multumq; discrepantes quorundam autorum opiniones, quorum quænam palmaris sit, difficilè est discernere. Vespæ, inquit [1] Plinius, è luto nidos faciunt, & in ijs ceras: Huius quod

Vespetũ phialiforme.

Vespæ an mel & ce ram confi ciant.

[1] *Lib.* 11. *cap.* 1.



A



B



C

D

quod sciam, non meminit Aristoteles. Ait Ouiedus Vespas maiores, quas in India esse dicit, Vespeta habere maiora, cellulis, & foraminibus plena, eiusdem speciei, quæ in Hispania à Vespis fiunt, siccas tamen nihilq; humiditatis, aut liquoris continentes, præterquam illam materiem, ex qua fit earum propago, atque hæc in arboribus reperiri. Alij etiam Indicarum Historiarum scriptores nidos aiunt in arboribus conficere, sed addunt, nec ibi mel, aut ceram, ijs inesse, sed siccos esse, vt in Hispania, alijsq; locis, vbi Vespæ reperiuntur. Neq; ego unquam quod sciam mel, aut ceram in ijsdem deprehendi, sed Fauos aliquos quidem plenos fœtibus, & Vermiculis, alios prorsus aliquo humore destitutos, & eorum materiam non ceream vt Apum, sed membranosam, duriusculam, ac veluti dictum est chartaceam. Verum est, quod liquorem quendam ore vel ano tenuem aquosum atque insipidum emittant, qui num Mel fieri possit dubito, cùm id neutiquam deprehenderim. de Bombycibus autem

Vesparum Indicarum vespeta.

# Fauus Apum domeſticarum.



m Lib. 9. Hiſt. c. 5.

autem Veſparum grandiorum generibus notum eſt, apud veteres mel cerasq; effingere. nam in earum cellulis mellis etiam prælui, cuiuſdam (teſte m Ariſtotele) inchoatio reperitur. & Plinius. in ijs (nidis) inquit, ceras largiùs, quàm Apes faciunt. videtur autem id Plinius tranſtuliſſe ex Ariſtotelis quinto de Hiſtoria animalium, ſed hic non largiùs ceram facere, verùm pallidiorem eſſe affirmat his verbis: ſeorſimq; à membrana ceram in luto faciunt, quæ multo pallidior ſit, quàm cera Apum. Quid ſi itaq; è Bombycum genere eſſe dicamus, quas ſuprà inter Apes ſylueſtres vnà cum ſuis Fauis depinximus?

A

# VOLATVS. VICTVS. CAPIENDI RATIO.

VESPÆ quoq; non rectà volant, sed circulariter. Ratio est, quòd cauda careant. Nam quæcunq; animalia volatum exercent, caudæ suæ beneficio rectà volare queunt, si verò hac destituantur, præter quam, quòd circulariter volant, etiam haud diu se in aëre continere possunt: diutiùs tamen volant, quibus alæ corporis longitudini correspondent, & quæ plures habent. Quare κολεόπτερα hoc est, quorum alæ crustaceo, operimento teguntur, & tanquam vagina includuntur, cùm supra dictis breuiores habeant alas, breui „ tempore volando defatigantur. Vespæ fructibus, & putridis carnibus viuunt. Cibum, in- „ quit [a] Aristoteles, ex floribus quibusdam, & fructibus petunt: sed quàm plurimùm ex car- B ne. [b] Plinius verò de Vespis, & Crabronibus loquens carne, inquit, omnes vescuntur, con- „ trà quàm Apes, quæ nullum corpus attingunt. Fructuum non meminit. His tamen vesci, quædam antiquorum loca palam faciunt. [c] Nicander vuis eas vesci scribit.

*—— Cùm Fuci ignauaq́, Vespa*
*Vuarumq́, bibunt Crabronum examina succum.*

Vnde [d] Q. Calaber Æneæ promptitudinem, & celeritatem in occidendo Deilona, & Amphionem (qui occisorum arma rapere conabantur) illis assimulat, qui Vespas in campum vineis consitum ingruentes, ad matureſcentes vuas mactant, antequam fructus gustauerint. Vlmi quoq; lentore, & glutinositate gaudent, vt pote ex quo materiam colligant, aut nido ædificando idoneam, aut quod magis verisimile est, victui. Quin quotidie Vespas videmus per varia herbarum genera peruolare, modo his, modo illis floribus, ac fructibus adhærere, easq; depascere. nam & vuis alijsq; maturis fructibus, maculas quasdam nigras imprimunt, quæ nobis ostendunt non propter odorem ad eas aduolare, sed vt aliquod alimentum ex ijs colligant. Cæterùm magis carniuoras esse ex Aristotile suprà dictum est, nec à „ Serpentibus abstinent, quibus eas viuere his verbis [e] Plinius asserit. Vespæ, inquit, serpen- C te auidè vescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt. Sed quod idem autor eodē libro Vespas, scribat Muscas grandiores venari, & amputato capite reliquum corpus ijs auferre, id de Crabronibus dictum vult [f] Aristoteles. Vespa tamen vesperi putatur Muscas venari in cibum, vnde nomen habet. Sed non Muscas solùm communiter ita dictas, sed similia Insecta minuta alia, vt Apes. Cùm itaq; non modò fructibus, sed etiam Apibus, maximè humano generi cōmodis, noxam inferant, modi quoq; eis insidiandi, ac capiēdi inuenti sunt. Capiuntur, inquit [g] Aristoteles, hyberno tempore in speluncis, & quæ aculeum habent, & quæ carent. Capitur magna matricum pars à solstitio apud Vlmos: colligunt hinc enim lentam, & glutinosam materiam. Capiuntur per præcipitia, & terræ ripas, præruptaq; directoria, omnesq; visuntur aculeum gerere. & capite præcedenti modum quo capiantur ab Apiarijs docet, his verbis. Impugnantur Apes à Vespis, vt dixi; quam obrem Apiarij eas venantur, constitura olla, & carne in ea posita: vbi enim multæ iam ad carnem accesserint, appositō oper- „ culo super ignem ollam imponunt. Aliter [h] Ælianus Vespas, inquit, priuatim hoc modo „ comprehendunt. Ante earum nidos nassam, in quam priùs paruulam Mœnam, aut exiguam „ Membradem cum Iope, vel Chalcide imponi conuenit, appēdunt. eæ verò sua natura eda- D ci esca allectæ, frequentes in nassam incidunt, quibus nassa comprehensis, non ampliùs re- „ tro regredi licet. Intereunt autem faciliùs si conspergantur aqua, aut igni crementur. Autor „ est Bonardus, qui alium occidendi modum scribit. Sumito, inquit, vas oblongo collo angu- „ sto superius foramine, ventre inferius amplo, cui vespertino tempore lumen impones: adhoc „ Vespæ accurrent, omnesq; comburentur calore luminis. Vt autem vuæ à Vespis immunes „ sint, oleo aspergi ex ore suadet [i] Plinius. Idem Gaudentius Merula. Vuas, inquit, ne Vespæ „ (de hac enim re superiùs, vbi de oleo agitur, leuiter est facta mentio) & alios fructus attin- „ gant, oleum ore sorbeto, & veluti inflans ad vuas, & fructus accedito.

Cur Vespæ non rectà volent.

Cibus.

[a] *9. Hist. cap. 41.*
[b] *Lib. 11. cap. 21.*
[c] *In Alexipharmacis.*

Vuas edi à Vespis.

[d] *Lib. 10. Paralip.*

[e] *Lib. 11. cap. 53.*

[f] *L. 9. Hist. cap. 41.*

Quando & quomodo capiantur.

[g] *9. Hist. cap. 41.*

[h] *Lib. 1. cap. 58.*

[i] *Memora. lib. 4. c. 37.*

E

# SONVS, RESPIRATIO, VIVACITAS.

Suſurrus Veſparum.

HAVD exilem eſſe Veſparum ſuſurrum, præſertim ſi plures vno ſint in loco, indicat Lucianus. Rectè eſt, inquit, vt dicis, confertim ſiquidem, vt vides, accedunt tumultuantes, & perinde ac Veſpæ, circumſtrepentes verticem. Quamuis quoque poſſemus hunc locum intelligere de modo, quo vtuntur ad vlciſcendum eos, à quibus læſæ ſunt, aut irritatæ. Quandoquidem irritatæ ab hominibus, circa caput & verticem, mirum in modum circumſtrepunt.

Reſpiratio.

Terreſtria omnia reſpirare, & quæcunq; pulmones habent: Veſpas autem, & Apes, vt & reliqua inſecta non reſpirare, ex Ariſt. docuimus.

Viuacitas.

Quanta autem ſint Veſpæ viuacitate præditæ, declarant earum alui quæ ſi à capite, aut pectore ſeparentur, diutius, quàm quoduis aliud Inſecti genus volans, viuere videntur, aculeoq; nonnunquam poſt F mediam etiam horam tangentem pungere.

# INGENIVM. MORES.

Nidi artificium.

EST in primis quid admiratione dignum in ſexangulis Veſparum nidis. Mirum enim eſt, quantam in his conſtruendis ſolertiam, quantam induſtriam, quantumq; ingenium adhibeant, vt ex antè dictis, & pictis Veſpetis ſatis ſuperq; conſtare exiſtimo. Quæ certè vix à nobis cognoſcerentur, niſi eiuſdem operis, omnes inter ſe eſſent coadiutrices, mutuaſque præſtarent operas in rebus quàm maximè neceſſarijs. Nam, cùm duces quas matres appellant, domi continuò ſedeant, & intra tecta quieſcant, eas non victum quærere, ſed proli potiùs intentas eſſe, ac nido conficiendo, alimentum autem ab opificibus adminiſtrari, oportet. Hoc enim dictum ex Ariſtotele eſt, non præterea duces operari cum Veſpæ operariæ ſauis affuerint; ſed ipſas operarias cibum ſuis ducibus ſubminiſtrare: G idq; ea re conſtare quia duces non euolent vnquam. Vnde [a] Ariſtoteles ciuilis generis Veſpam facit, vt pote quarum opus communi efficitur opera, idemq; munus omnibus eſt. & alibi gregalia Inſecta Veſpas annuas eſſe dicit. Nec multò minor in harum opere ſedulitas, quàm in Apum conſpicitur; propterea q; [b] Ariſtoteles inter ἐργατικώτατα Inſecta eas numerat inquiens. Inſectorum operoſiſſimum, & præ cæteris ferè omnibus animalibus genus Formicarum, & Apum eſt: Crabrones item, ac Veſpæ, & prope dixerim omnia huius cognata generis. Nec quoque ibidem, in vitæ muneribus minus, quàm Araneæ ſunt, ingenioſas eſſe negat. Vtrumnam reges habeant, ambigitur, Sunt qui id negent, ſunt item, qui affirment. Plinius ait, nec Crabronum, nec Veſparum generi reges, aut examina eſſe: ſed ſubinde renouari multitudinem ſobole. Cùm tamen duces, & reges eſſe, tum Veſpis, tum Crabronibus [c] Ariſtoteles pluribus locis apertiſſimè ſcribat, præſertim, vbi hæc loquitur de Crabronibus. Duces more Apum Veſparumq; habent, qui proportione ad Crabrones maiores, quàm Veſparum ad Veſpas, & Apum ad Apes ſunt. Degunt hi quoque intus, vt Veſparum duces. idem confirmat etiam [d] Albertus Magnus, Veſpas & Apes reges, & ductores habere ſcribens. Amorem præterea erga prolem, & pro ea dimicandi audaciam, H promptitudinem, vlciſcendi cupiditatem eos qui ſummoperè læſerunt, animoſitatem in pugnando animaduertere oportet, quantùm hę omnes animi dotes in his excellant. Non enim maior Apum cura erga fœtus, quàm Veſparum eſſe poteſt, nec maior defendendi promptitudo, atque cupiditas, ſi à prætereuntibus offendantur. Quod innuit [e] Homerus, Aſij Ioui indignantis exemplo dicentisq; Achiuos tam fortiter impetum toleraturos, ſeſeq; defenſuros, quàm Veſpæ, aut Apes quæ ſuos defendunt filios:

[a] *Lib. 1. Hiſt. cap. 1.*

[b] *Li. 9. Hiſt. cap. 41.*

Veſpæ nũ reges habeant.

[c] *Hiſt. 9. cap. 42.*

[d] *Lib. 6. tra. 4. cap. 5.*

[e] *Iliad. μ.*

— ἐγὼ δ' ἐγὼν' ἐφάμην ἥρας Ἀχαιοὺς
Σχήσειν ἠμετέρονγε μύος, καὶ χεῖρας ἀάπτους.
Οἵη τ' ὦστε σφῆκες μέσον ἀἰόλοι, ἥδε μέλισσαι,
Οἵκια ποιήσονται ὁδῷ ἐπὶ παιπαλόεσσῃ.
Οὐδ' ἀπολείπουσι κοῖλον δόμον, ἀλλὰ μύονται,
Ἄνδρας θηρητῆρας ἀμύνονται περὶ τέκνων. Hoc eſt.

non

A — *non enim ego putaui heroas Achiuos*
*Sustentaturos nostrum robur, & manus inuictas*
*Illi autem quasi Vespæ acres atq; Apes,*
*Quæ nidos faciunt ad viam puluerulentam,*
*Neque deserunt cauam domum: sed expectantes*
*Viros venatores pugnant pro filijs.*

Sed quæ nam elegantior, concinnior, accommodatior rei præsenti comparatio à tota poëtarum caterua fingi potest, quàm ea quæ ab eodem [f] Homero ex sola Vesparum natura sumitur? inquit enim: [f] *Iliad. μ.*

Αὐτίκα δὲ σφήκησιν ἐοικότες ἐξεχέοντο
Εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐριδμαίνουσιν ἔθοντες
Αἰεὶ κερτομέοντες ὁδῷ ἐπὶ οἴκι' ἔχοντας.
Νηπίαχοι. ξυνόνδε κακὸν πολέεσσι τιθεῖσι.
Τοὺς δ' εἴπερ παρὰ τίστε κίων ἄνθρωπος ὁδίτης
Κινήσει ἀέκων. οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες
B Πρόσσῳ πᾶς πέτεται, καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι.
Τῶν τότε Μορμίδονες κραδίην καὶ θύμον ἔχοντες
Ἐκ νηῶν ἐχέοντο. Id est.

*Protinus autem Vespis similes effundebantur*
*In via habitantibus, quas pueri irritant assueti*
*Semper instigantes in via domicilia habentes,*
*Stulti, commune autem malum multis faciunt.*
*Has si præter aliquis iens homo viator*
*Mouerit nolens; Hæ autem acerrimum cor habentes*
*Vltra quæq; volat, & defendit suos fœtus.*
*Horum, tunc Myrmidones cor & animum habentes*
*Ex nauibus effundebantur.*

Nota hîc poëtę grauitatem, qui non modò Vespas filiorum amantes esse, sed etiam animosas ad defendendum patriam hoc est tecta & nidum, acceptasq; iniurias vlciscendi & naturâ vindicandi cupidos ostendit, vt harum comparatione Myrmidonum cor, & vlciscendi cupiditatem extolleret. Atqui has omnes proprietates paruorum horum Animalium animis insidere pluribus testimonijs veterum comprobare licet. Memini me in carmine Sulpitiæ de statu reipublicæ, & temporibus Domitiani hos versus legisse.

C — *Nam cum defendier armis*
*Suadet amor patriæ, & captiua penatibus vxor*
*Conuenit vt Vespis: quarum domus arce Monetæ*
*Turbalegens strictis per lutea corpora telis.*

Eandem quoq; iram vlciscendiq; libidinem naturalem Homerus in proximè allata comparatione expressit, eamq; puerorum irritamentis acriorem fieri indicauit. Propterea Græci apud [g] Lycophronem Vespæ dicuntur. Nam Alexander cùm Helenam rapuisset, & in patriam reuerteretur, excitauit Græcos vindicandi cupidissimos. [g] *In Cassandra siue Alexandra.*

χ' ὡμὲν παλιμπόρευτον ἵξεται τρίβον,
Σφῆκας δαφοινοὺς χηράμων ἀνευρύσας
Οποῖα κούρος δόμα κινήσας κάπνῳ.

D Vertit ita Canterus.

*Et hic quidem retrogradam ibit viam,*
*Vespas cruentas è cauernis extrahens*
*Instar pueri, domum fumo qui suffijt.*

Quamobrem Eustathius Vesparum, maximè earum, quæ circa vias habitant, proprium esse ait τὸ ἀμυντικὸν: Id est ad defensionem, ac vindictam instructum, vel iniuriæ propulsandæ aptum. Ipsæ verò iracundas se esse, & ad iram præcipites apud [h] Aristophanem confitentur apud quem sic dicunt: Οὐδὲν ἡμῶν ζῶον ἠρεθισμένον Μᾶλλον ὀξυθύμον ἐστιν οὐδὲ δοσκολώτερον. Promptitudo animi. [h] *Par. li. 13.*

„ Id est. Nullum nobis animal lacessitum magis in iram præceps, aut morosum est. His & promptitudinem animi, & τὸ εὔκινητον, id est motus facilitatem Q. Calaber assignat: tam magna animi promptitudine Græcos inquiens Equo erupisse, cùm Troiam irrumperent, vt Vespæ solent quas turbauit frondator. nam hæ conglomeratæ, & furore elatæ, vbi strepitum audiuerint, ramo superfunduntur. & alibi cùm eis Græcos comparat magna lætitia „ affectos, quòd Troiani in campum descenderent. Conglomerabantur, inquit, circa Neo-

ptolemum magna animi promptitudine euibrati, triſtium Veſparum in modum, quæ cum tnmultu cauernis ſuis euolant, cupientes virilem ferire cutem, ac omni ope conni- tentes, magnam meditantur moleſtiam mortalibus corruentibus. Sic illi è nauibus, & muris ſe defendebant pugnæ cupidi. Ex quibus quoque concludi poteſt magnam ijſdem audaciam ineſſe: multoq; magis ſi conſideremus, quàm audacter in hominis faciem inuolent, quod προσωπέτισθαι [1] Homerus antea vocauit, pro προσώπετισθαι. additum fuit σ ſyllabę producendæ gratia per ἔκτασιν, maleq; tranſtulit interpres Homeri hæc verba προσσω πᾶς πέτεται, vltra quæque volat, quin potiùs in faciem quæq; volat tranſferre debuiſſet: eſt autem in hoc medio verſiculo poëtæ ſchema illud, quod Rhetores τμῆσιν, & διακοπὴν dicunt. dicitur itaque προσωπέτισθαι quaſi πρόσοπα πέτισθαι id eſt in oculos, aut faciem inuolare. Cæterùm vnde illa his animalculis animoſitas, vnde audacia, vndè velocitas, multi multa diſputant. nam ſi per coitum ſolummodo hæc generentur, vt quibus viſum fuit, ab vniuerſa illa mundi natura innata ingeneratáq; eſſe dicentur: ſi verò ab Equorum putredine, ab his quoque eæ mutuatæ eſſe videbuntur. Dicere itaque poſſimus ex audaciſſimo, velociſſimo & maximè animoſo nil quidquam aliud, quàm velocem progeniem prouenire poſſe, quemadmodum contrà ſeſe res habet in Aſinis, Tauris, Hominibus, è quibus Scarabeos, Apes, ſerpentes generari aſſerunt. Id etiam [k] Nicander innuiſſe videtur θαρσαλέου γενεὴν, Id eſt audacem progeniem Veſpas nominans, quòd ex Equis originem ducant, hoc verſu.

Audacia. προσωπέτισθαι quid.

[1] *Iliad.* Π.

[k] *In Theriaca.*

Ος δ' θαρσαλέου γενεὴν ἐκμάσσεται ἵππου. Id eſt.

*Acris Equi ſobolem quam magna audacia monſtrat.*

Ad hæc pertinere videntur tres illæ rationes Scholiaſtis Nicandri, quas, cur Nicander Veſpas λυκοπαίδας vocat, adducit; vel inquit, quia aſperæ ſunt, ſimilesq; colore Lupis, vel quia impudentes, & audaces ſunt, vt Lupi: vel denique, quòd ex corio equi oriantur quos Lupi momorderunt. Prętereà à [l] Pierio Valeriano commemoratur tam Veſpam, quàm Apem, & Formicam, quandam ciuilis gubernationis ſimilitudinem præ ſe ferre, quòd ipſa collegia quoque celebret, tribusq; & centurias diſtinguat, habitationesq; ſibi conſtruat magnificentiſſimas, in quibus cellæ fauorum in morem ſexangulæ omnes.

[l] *Lib. 26. Hierogl.*

# SYMPATHIA ET ANTIPATHIA.

EX Ariſtotile ſuperiùs relatum eſt Veſpam ſi quis cruribus arripiat, bombumque edere ſiuerit, non eas quæ aculeum habent, ſed quæ carent, aduolare, tanquam auxilium, & opem allaturas. idem refert Antigonus libro Mirabilium Narrationum. Plures autem his cum reliquis animalibus inimicitiæ, quàm amicitiæ ſunt. vt cum Apibus, quæ contra has ſeſe defendunt, & à ſuo examine ſecernunt. Vnde [a] Ariſtoteles: Inferunt Apibus iniuriam, inquit, maximè Veſpæ, & Auiculæ, quas Paros vocant. Eiſdem & noctuæ contrariæ. Noctua Apibus (inquit [b] Plinius) contraria, Veſpis, Crabronibusq;, & Sanguiſugis: & pici quoque martij roſtrum habentes ab ijs non feriuntur. Ælianus quoque eas tam malignas eſſe dicit in viperam, vt in eam veneno aculeum infectum demittant, quo certè multò perniciоſiores ictus faciunt, vt ex Plinio ſuprà recitauimus: vnde arbitrandum eſt homines diſciplinam (non eam quidem bonam) veneno inficiendi ſagittas habuiſſe. Rurſus apud Plinium legimus à Scorpionibus percuſſos, nunquàm poſtea à Veſpis, Crabronibus, Apibusúe feriri. Mirum quoque Ichneumonum eam eſſe, cum Phalangijs conſentientem naturam, vt ex his ſuum genus procreent.

Antipathia cũ Apibus.

[a] *Li. 9. Hiſt. cap. 40.*

Noctuę Apibus contrariæ.

[b] *Li. 29. c. 4*

Cum vipera.

Cum Scorpionibus.

DENO-

A

# DENOMINATA.

Σφηκῶν sedes, & domicilium Vesparum est: Σφηκία & σφηκωνᾶς, nisi mendosè Aristoteles legatur, τὰ κηρία τῶν Σφηκῶν appellat, id est fauos Vesparum, & cellulas. Σφηκίωσιν quoq; Hesychius fauos Vesparum interpretatur, aut cellulas siue nidos Crabronum aut Vesparum, in quibus fauos suos confingunt. Σφηκῶν. Σφήκια. Σφηκίωσις. Σφηκία.

Ap ud Plutarchum libro περὶ ἀοργησίας, Σφηκία examen Vesparum est, καὶ μήν, inquit, τὰς γε συνεχεῖς, καὶ πυκνὰς, καὶ κατὰ μικρὸν ἐν τῇ ψυχῇ συλλεγομένας ὀργὰς μᾶλλον φιλαυτία καὶ δυσκολία μετὰ τρυφῆς καὶ μαλακίας, ὅσον σμικρὸς ἡ σφηκία ἡμῖν ἐντίκτει. Id est. Equidem continentes, & crebras, & paulatim apud animum collectas iras, præcipuè sui amor, & morositas cum luxu mollicieq; iuncta nobis velut Apum, aut Vesparum examen nobis ingenerat. & apud [a] Euripidem Vlysses.

[a] *In Cyclope.*

Εἰ τὸν κύκλωπος τὸν κακῶς ὀλουμένου
Ὀφθαλμὸν, ὥσπερ σφηκίαν ἐκτρίψομεν. Id est.
*Si Cyclopis deperiuntis misere*
*Oculum exterere liceat, tanquam Vesparia.*

B

Hîc autem Σφηκίαν interpres Vesparia transtulit, quàm rectè, videant alij. Quintum Phalangij genus à Nicandro Σφηκῶδον appellatur, alio nomine Δύσδηρι dicitur, à similitudine quam cum Vespis habet, vt ex eiusdem poëtæ versibus colligere licet, quemadmodum etiam Μυρμήκιον aliud Phalangij genus, quòd sit Formicis simile. Eius autem Sphecij descriptio apud neminem antiquorum præterea inuenitur. quidam verò in eos Nicandri versus, quos nunc subijciam, ait hoc quintum Phalangij genus colore, & alui habitu Vespas referre.

Ἄλλόγε μὴν Δύσδηρι, τόδε σφηκῶδον ἔπουσι
Πυρσὸν ἁλὶς σφηκὶ παναλίγκιον ὠμοβορῆι,
Οἳς δὲ θαρσαλέως γαστὴρ ἐκμάσσεται ἵππου.

Id est, vt Iacobus Creuinus transtulit.

*Mox aliud grauius genus est: Dysderi vocare*
*Sphecæumq; solet rutilo quod fulget honore,*
*Crudiuoraq; sua simulatur imagine Vespæ,*
*Quæ foris spectatur equi non languida proles.*

C

Fuit olim quoq; Cyprus vocata Σφηκία teste Hesychio. Sed [b] Stephanus testatur dictam fuisse σφηκίαν κεράσιαν, adferens hunc locum Lycophronis: Cyprus olim dicta Σφηκία.

Οἱ πέντεσσου σφηκίαν ἐς κερασίδα.

[b] *Lib. de Vrbib.*

Dixerat tamen initio idem Stephanus σφηκίαν esse vrbem Euboeæ. est & σφηκισμὸς genus harmoniæ, quod Vesparum susurro, aut bombo non erat absimile: Hesychio εἶδος ἁυλήσεως μικρὸν ἀπὸ τῆς ἐμφερείας τοῦ βόμβου. Σφηκοειδὴς Vespæ similis. Vnde apud [c] Rhodiginum Sphecodes homines exili ventre de Vesparum imagine nuncupantur, qui etiam lagari, hoc est inanes, & sine intestinis quodammodo. Vespæ siquidem contractiores visuntur parte ea, posterioribus prætenuibus gracilibusue, propterea acuminatum lignum Sphecisicum dicunt, quippe Spheces vocantur Vespæ. A [d] Plinio quoq; nominatur Pseudosphece quasi falsa mentitaq; Vespa, vt interpretatur Hermolaus Barbarus.

[c] *Lect. antiq. Lib. 26. c. 2.*

Sphecisicus

[d] *Cap. 8. Lib. 30.*

D

# PRÆSAGIA ET AVGVRIA.

TEMBRES, ac tempestates longamq; hyemem diuersimodè nobis Vespæ præsagiunt, vt si ante finem Octobris apparuerint (vt [a] Carolus Stephanus refert) longam fore hyemem protendunt. Item si multis in locis ante vespertinum vergiliarum exortum, subterraneos specus glomeratim ingrediantur, pluuiosæ hyemis, ac frigidæ signum est, quod etiam de Muscis dictum sit. Causam videtur tradidisse Mizaldus, nimirum, quòd loca subterranea nimiùm perflata (in quibus per hyemem, pluuias & frigora, calor plurimus latitare solet) vt caleant, cumulatim petunt. nam frigidula sunt animalcula, & exanguia proindeq; iniuriarum aëris impatientissima. Refert quoq; [b] Theophrastus ingentes imbres prætendere, si multæ autumno Vespæ generentur: qua de re sic Aratus.

[a] *De Agric. lib. 1. cap. 8.*

[b] *Lib. de signis temp.*

Autumno multæ Vespæ quid præsagiant

Αυτὰρ ὅτε Σφῆκες μετοπωρινὸν ἤλιθα πολλοὶ
Πάντῃ βεβρίθωσι, ἑσπερίνων προπάροιθεν
Πληϊάδων, ἔποι τὶς ἐπερχόμενον χειμῶνα,
Οἷος ἐπὶ Σφήκεσσιν ἑλίσσεται αὐτίκα δῖνος. Id eſt.
*Sed cùm Veſpæ autumni tempore glomeratim multæ*
*Paſſim conſtipatæ fuerint, etiam veſpertinas antè*
*Pleiades, dixerit quis ſubſecuturam hyemem,*
*Qualis in Veſpis conglomeratur itidem turbo.*

Huius rei cauſam Theon in commentarijs retulit. Veſparum namq; copia produci nequit, niſi terra maximè humida ſit, & vaporoſa; quòd [c] Ariſtotelis autoritate confirmatur, aſſerentis, ſimilem eſſe quodammodo rationem de Veſparum generatione, atque Apum; ſed vt ipſe ait crebris imbribus, & pluuijs annis magna Apum copia generatur; humiditates enim faciunt plus excrementi in corporibus ducum. Itaque cùm Veſparum multitudo autumno apparens, humoris plurimùm, & vaporis redundare oſtendat; meritò pluuiam hyemem minitatur. accedente enim frigore concreſcere vapores neceſſe eſt, atque in aquam conuerti, proindeque ingentes imbres, & tempeſtates accidere. Iam verò quod ad auguria pertinet, Examen Veſparum naturâ calamitoſum auſpicium facere probatum eſt, quod Liuio placuiſſe videtur. Capua nunciatum eſt examen Veſparum ingens in forum aduolaſſe, & in Martis æde conſediſſe: eas collectas cum curâ, & igni crematas eſſe. Horum prodigiorum cauſa decemuiri libros adire iuſſi, & nouendiale ſacrum factum, & ſupplicatio indicta eſt, atque vrbs luſtrata.

[c] *Lib. 3. de Animal. ortu. cap. 15. ad finem.*

Examẽ Veſparum calamitoſum auſpicium facere.

# HISTORICA.

REFERT [a] Nicolaus de Lyra (ſupra hæc verba. Miſiſti anteceſſores exercitus tui Veſpas, vt illos paulatim exterminarent) ex quorundam expoſitorum ſententia, quod ante ingreſſum filiorum Iſrael ad terram promiſſionis, dominus ad litteram immiſit Chananæis Veſpas habentes aculeos venenatos, quæ plures Chananæorum interfecerunt, & per hoc alij occaſionem pœnitendi de peccatis ſuis habuerunt. Alij verò dicunt iſtas Veſpas ſumi hîc pro timoribus, quos Deus Chananæis immiſit, per quos aliqui receſſerunt de terra ante ingreſſum filiorum Iſrael, ſcilicet Heuæi.

[a] *Sap. c. 12.*

# MORALIA.

CONTINENTES, & crebrę paulatim apud animum collectæ irę, quas præcipuè ſui amor, & moroſitas, cum luxu mollicieq; iunxit, cum Veſparum, aut Apum examine à [a] Plutarcho comparantur. Nam quemadmodum hę (vbi antea ab aliquo irritatæ ſunt) obuios quoſq; pungunt, etiam eos, qui nil nocuerunt; ita quoq; hæ apud animum collectæ iræ efficiunt, vt erga quoslibet homo exaſperetur, ac canibus latrantibus, aut aſinis occurrentibus indignetur. velut is, qui cùm Agaſonem vellet ferire, & is exclamaſſet Athenienſem ſe eſſe, ad aſinum conuerſus, ac fatus; Tu verò Athenienſis non es, multis verberibus, beſtiam obruit.

[a] *Lib. de Cohib. ira.*

# HIEROGLYPHICA.

PIERIVS Valerianus ex Horo citat Veſpam ex Crocodili ſanguine atque eius cadauere procreari. noſtros autem dicere, eam ex equino cadauere naſci. Nihilominus apud [a] Horum leges. Veſpas cùm volunt ſignificare, equi cadauer pingunt: ex huiuſmodi enim cadauere plurimæ Veſpę generantur. Quomodocunq; ſeſe res habeat, cùm Ægyptij corruptum oſtenderent Crocodili corpus, & per hoc perniciem ſummotam extinctamq;, Veſpam cõmoſtrabant. Philoſophis autem vetuſtioribus pugnacitas per Veſpã innuitur, nõ quòd ex equi corrupto ſanguine oriri æſtimetur, qui belli indicium eſt; ſed potiùs, quòd ſua naturâ pugna-

[a] *Lib. 2. de Notis Hieroglyph.*

Veſparum hieroglyphicum. Pernicies ſummota, vt ab Ægyptijs monſtretur.

A pugnaces sint Vespæ, atq; ijs vlciscendi libido ingenerata sit. Stobæus ex Demosthene recitat Antisthenem aliquando à Diogene correctum, vt qui exili admodum voce homines castigaret, respondisse: Vespas itidem sonum haud magnum alis excitare, aculeum tamen acerrimum habere. Quare apud Æneam philosophum Platonicum Euxitheus, dum Theophrasti dicta diluit, si quæ ille opinabatur vera essent, Vespæ, inquit, item Hector colligabitur: ambo enim caput varia galea redimiti sunt, ac perinde pugnacissimi. De galea ad id alludit, quod Homerus Hectorem κορυθαίολον vocat. & mulierum chorus apud Aristophanem in Lysistrata, quieturum se dicit, nisi accesserit aliquis, qui tanquam Vesparum examen fodicare se, vel irritare aggrediatur. Plato quoque eos, qui popularem ciuilemq; virtutem exercuissent, non eam quidem ex doctrina philosophorum, atque ex eorum sententia descriptam, sed ex consuetudine quadam exercitationeque, ad aliorum exemplum acquisitam, post obitum in Vesparum Apumúe, aut Formicarum genus migrare contendit: His enim natura aliquid dedit, quod ciuilis gubernationis similitudinem aliquam præ se ferat. nam & ipsæ (vt ait Pierius Valerianus) collegia celebrant, tribusq; & centurias distinguunt habitationesq; sibi construunt magnificentissimas, in quibus B cellæ fauorum in morem sexangulæ omnes. Vespa quoque, & malua significat furiosum mitioribus responsis læniri. nam sicuti maluæ succus remedium est contra Vesparum ictus, ita quoque leniora mitioraq; responsa, contra excandescentis asperiora verba. iuxta dictum illud μέγιστον ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον λόγος. id est maximum iræ remedium sermo est.

περὶ Διογένους διαβολῆς.

Imperfectorum morũ ciuilium significatio

Furiosus mitiori responso mitigatur.

# EMBLEMATA.

CIRCA supraq; Archilochi monimentum volitantes Vespæ maleficos quosq; vel dicto, vel scripto petulantes denotant. Illæ enim magno cum murmure acriter pungunt, neque mel, neque ceram fingunt. Archilochus autem fuit tanta maledicentia, vt eius ob hanc apud autores crebra sit facta mentio; vnde[a] Alciatus de hoc Emblema scripsit; cuius hi sunt versus.

*Archilochi tumulo insculptas de marmore Vespas,*
*Esse ferunt, linguæ certa sigilla malæ.*

Maledicentia.

[a] *Embl. 51.*

C De eodem & multa alia veterum extant Epigrammata, vnum autem, quod huc rectiùs, quàm inter[b] Epigrammata referri potest, appono.

Σχῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον ὃς ποτε πικρὸν
Μοῦσαν ἐχιδναίῳ προέσσατ' ἔβαχε χόλῳ,
Αἱμάξας Ἑλικῶνα τὸν ἤμερον. διὸ Λυκάμβης,
Μυρόμενος τριτάων ἄμματα θυγατέρων.
Ἠρέμα δὴ παραμείψον ὁδοίπορε, μήποτε τοὺς
Κινήσῃς τύμβῳ Σφῆκας ἐφιζομένους.

[b] *Ex lib. 3 Epigra. tit. ἐπιτυμβίων*

Quidam vertit.

*Archilochus iacet hoc in littore tectus, amara*
*Cuius vipereo carmina melle madent.*
*Sanguine fœdauit Musarum Helicona: Lycambes*
*Luget natarum turpia lora trium.*
*Hospes abi tacitè, moueas ne fortè Crabrones,*
*Illius in tumulo quos habitare vides.*

D Notandum quod interpres huius Epigrammatis καταχρηστικῶς hoc est abusiuè Σφῆκας Crabrones traduxerit, cùm hoc vocabulum Vespas significet. Sed vsus est vicino nomine, quod apud poëtas haud infrequens est; vt etiam apud Alciatum per Vespas Apes intelligimus hoc versu, in quo principium clementiam designat.

*Vesparum quod nulla vnquam rex spicula figet:*
*Quòdq; alijs duplo corpore maior erit,*
*Arguit Imperium Clemens, moderataq; regna,*
*Sanctaq; iudicibus credita iura bonis.*

Etenim Vespæ immundæ sunt, & carniuoræ, nec regem vllum habent quorundam sententiâ.

# EPIGRAMMATA:

DVO autem à nobis ſuperiùs ſunt citata Epigrammata, quòd ea loca ita poſtularent, vnum vbi de generatione Veſparum egimus, idq; Archeſilai cuiuſdam Ægyptij, alterum iam iam citatum Achilochi. quæ vtraque mihi hîc non videntur repetenda. Extat verò tertium apud [a] Scaligerum hoc, de Veſpis inſcriptum.

[a] *In Poem.*

*Dignoſcitur de tergoris coloribus*
*Quodcunque viuit mite ſeu ferum pecus,*
*Candore cygnus, atritate gracculus.*
*Leo fluentem barbarus criſpat iubam.*
*Putaſtis vos abdidiſſe raſi lupi*
*Ne de colore naſceremini pili?*
*At at cruore pauperum venter ſatur,*
*Manus nocentes ora turgida arguunt*
*Pilis reſectis eſſe vos raros lupos.*

Aliud quoq; alibi habet breue hoc & eligans.

*Neſcis miſella Veſpa barbara hoc: quod non*
*Es amplius victura ſpiculo amiſſo.*

# EPITHETA.

εἰνοδιός Veſpa cur.

VOCAT Homerus Veſpas εἰνοδίους, διὰ τοῦ ἐν ὁδῷ οἴκια ἔχειν. id eſt ab eo, quòd in via domunculas habeant. id autem ijs Veſpis competere poteſt, quæ circa vias verſantur, per quas homines frequenter iter faciunt. ab eodem quoque μέσον ἄιολοι vocantur, quod medio corpore pictę ſint, varijque in ijs colores appareant, qua ratione à Lycophrone δαφοινοὶ appellantur, hoc eſt nigræ, rubicundæ, fuluæ, ac maculis ſanguineis, & rubris diſtinctæ, vt ſunt quidam ſerpentes. niſi mauis valde cruentum, & funeſtum interpretari, non à colore, ſed eius pernicie, quam ſæpè mortalibus ſuo aculeo infert. Nam ob hanc ſunt plurima alia epitheta à poëtis inuenta, vt λευγάλεος, id eſt perniciosa: ἀργάλεος moleſta apud [a] Q. Calabrum, & πικρὸς. id eſt amara in Epigrammatibus.

[a] *Lib. 3.*

Πικρὸν ἐγείρετε Σφῆκ' ἀναπαύομενον.

Et [b] Nicander quoque ὀλοὸν Σφῆκα dixit, id eſt atrocem & perniciosam.

[b] *In Theriaca.*

Οἶδα γε μὴν καὶ ἰούλος ἀμήδεται, ἠδ' ὀλοὸς Σφὴξ. quod eſt.

*Nouimus haud aliter quæ patrat Iulus, & atrox Veſpa.*

Ariſtophanes quoque Σφῆκας ὀξυκαρδίου nominat, quaſi dicas cor acutum habentes, quòd ſint in iram præcipites, & acuta ira excandeſcant. apud Nicandrum itidem legitur Σφῆκι παναλίγκιον ὠμοβορῆι, carniuoræ, haud diſpar Veſpæ vertit quidam, meliùs tamen crudiuoræ. In Poematibus Scaligeri Veſpam miſellam legis, & in Petrarca, amoroſe:

*Inſtai ne gli occhi, onde amoroſe Veſpe*
*Mi pongon ſi, che'n fin quà il ſento e ploro.*

# APOLOGI.

VESPÆ & perdices ſitibundæ ad agricolam iuerunt, ab eo petentes bibere, promittentes pro aqua hanc gratiam reddituras; perdices fodere vineas; Veſpæ circumcirca eundo aculeis arcere fures. At agricola ait, ſed mihi ſunt duo boues, qui nihil promittendo, omnia faciunt. melius igitur eſt illis dare, quàm vobis. Fabula in viros pernitioſos, qui promittunt quidem iuuare, lædunt autem admodum.

PRO-

A

# PROVERBIA.

Σφηκιὰν ἐκίνησας Græcis idem ferè significat, quod Latinis, vt apud Plautum, *irritare Crabrones*. Qui autem malum sibi fabricat Σφηκιὰν ἐξεγείρει καθ' ἑαυτοῦ dicitur, vt inquit Eustathius. ideſt examen Vesparum (vt Liuius loquitur) sibi irritat. Xenephon indicat vnde natum sit, nimirum, ab his qui studeant eximere Vespas ex antris suis. ὁρῶ δ' ἐγώγ' ἔφη καὶ ὁπόσοι Σφῆκας ἐξαίρειν βούλονται, ἐὰν μὴ ἐκθέοντας τὰς Σφῆκας πειρῶνται θηρᾶν, ὑπὸ πολλῶν τυπτομένους. Et ego, inquit, video etiam eos, quicunque Vespas accipere volunt, siquidem euolantes conentur venari, à multis feriri Vespis. Inuenio & apud Aristophanem in Lysistrata (nam hoc titulo commędia quædam inscripta reperitur) Σφηκιὰν ἐρετίζειν, quod idem cum superiori significat.

Ἢν μή τις ὥσπερ Σφηκιὰν βλίττῃ με κ' ἐρετίζῃ
B *Nisi si quis, vti vesparium fraudet me, stimuletq;*

Eodem quoque [a] Arioſtus vſus eſt prouerbio hoc verſu: [a] *Can.43. Stan.47.*

*Mal conſiglio ti die Meliſſa in vero*
*Che d'attizzar le Veſpe ti propoſe.*

Σφὰξ βομβῶν Τέττιγος ἐναντίον. ideſt,

*Scilicet obſtrepitans argutæ Veſpa cicadæ:* Veſpa Cicadæ obſtrepit.

Apud Theocritum eſt, in Hodœporis. Nam his verſibus contemnit quidam paſtor paſtorem, à quo prouocatur. conuenit in eum, qui cùm impotentior ſit, potentiorem adoritur, aut qui certat longè impar cum ſuperiore. aut qui negotium facesſcit longè ſe præſtantioribus. Quod genus eſt illud, *Catulus Leonem adlatrans*. nam ſonus, aut ſuſurrus Veſparumà Cicadarum ſtrepitu obſcuratur, vnde Theocritus: Catulus Leonē adlatrans.

—— *Dulciſonam contriſtat Veſpa Cicadam*

» *Veſparum examen metuit Phrinychus, velut gallus gallinaceus.* quadrat in eos, qui damnum patiuntur. Cùm enim Phrynicus tragicus Mileti captiuitatem ageret, Athenienſes metuentem perhorreſcentemq; eiecerunt. *Conuenit, vt Veſpis*, prouerbij loco citatur ab [b] Adria-
C no Turnebo ex Probæ Falconis verſibus. eius verba ſunt hæc. Tranſgredior ad Probæ car-
» men, in quo prouerbiale eſt, conuenit vt Veſpis. Veſpæ enim prorſus latibulis ſuis veluti
» coniuratæ magno conſenſu dimicant; petunt propè accedentes, & aculeis fodiunt. Suſpi-
» cor autem, vt in templo concordiæ fuerit nidus ciconiarum, ſic in fano monetæ fuiſſe exa-
» men Veſparum, carmen ſubſcribam. Conuenit vt Veſpis. [b] *Aduer. Lib.4.*

*Conuenit vt Veſpis, quarum domus arca monetæ*
*Turbat, agens ſtrictis per lutea corpora telis.*

Hos autem verſus Sulpitiæ eſſe antea diximus, idq; ex quorundam ſententia.

# VSVS IN MEDICINA ET ALIIS.

D PSeudoſphecem vocant Veſpam, quæ ſingularis volitat, apud [a] Plinium; hanc ſiniſtra manu apprehenſam ſubnectunt. alij verò quam quis eo anno viderit primam: Laudant quidam hoc contra quartanas. Sed eandem facultatem [b] Iohannes Vrſinus, in eo carmine, quo proprietates veſparum complexus eſt, omnibus Veſpis in genere aſſignat. ita enim canit. [a] *Lib.30. cap.11.* [b] *Li.de Proprict. Ani.*

*Nil præter bombos, & equum iactare parentem*
*Si nequeo, cogor cedere Muſca tibi.*
*Sunt qui me credunt Scorpij depellere virus:*
*Imo is fert telis tela ſiniſtra meis.*
*Sola volans vel iuſſa prior procul arceo febrem*
*Quartanam læua ſim modo capta manu.*
*Sed nondum valuit noſtro medicamine quiſquam.*
*Iure igitur cogor cedere Muſca tibi.*

Aquæ Veſparum vis.

Fit & aqua ex Veſpis, quæ miras habet virtutes tumores faciendi abſque dolore. de qua
» [c] Mizaldus hunc in modum loquitur. Si quis aqua deſtillationis, vel decoctionis Crabro- [c] *Mem.cēt.7*

num

num aut Veſparum cutem alicuius attigerit, ſic intumeſcet locus: vt hydropis, aut veneni, E magnæve alicuius ęgritudinis ſuſpicionem ingerat, ſed abſque dolore. Remedio eſt Theriaca pota, vel loco illita. Hac fraude meritriculę quædam geſtationem vteri, etiam apud circumſpectos & cautos, artificiosè mentiri ſolent: & ſuam miſeriam credulæ plebi falsò atteſtari, qui ſtipem vicatim emendicant.

# REMEDIA CONTRA ICTVS.

QVAS noxas Apibus ac fructibus inferre ſoleant eſt à nobis dictum ſuperiùs: item quàm dolorifica vulnera infligant hominibus. Itaque ſequitur vt quæ erga earum ictus adferri poſſunt auxilia, breuiter perſtringamus. cùm enim de his abundè à multis ſcriptoribus ſit tractatum, ijs præcipuè, qui de venenis integra volumina edidêre; cumque etiam nos in capite de Apibus multa dixerimus, quæ huc transferri meritò poſſint, viſus ſum de his hîc breuiùs agere. Quàm noxius, & pernitioſus ſit Veſparum aculeus, nobis [a] Pharſalitę F confiteri queunt, nempè quos à Veſpis eiectos eſſe commemorant, non aliter quàm Rhœtienſes à Scolopendris. Refert [b] Franciſcus de Roſiers, quendam in Gallia cùm ligna cæderet, ſub Smaragdi Rauennatis Exarchi temporibus, tam acriter à Veſpis punctum, & infectatum fuiſſe, vt biennio inſaniuerit, habituque religionis ſe prophetam, deinde magum dictitarit, qui populi furore diſcerptus eſt. Propterea cùm inimico alicui malè vt ſit exoptamus, Veſparum & Apum aculeos imprecamur. Vnde Arioſtus.

[a] *Aelia. lib. 11. cap. 28. Hiſt. anim.*
[b] *To. 3 ſtem. Lothar. & Bar. Ducũ.*

*Ma non gli dir oltraggio, ò t'apparecchia.*
*Cento vdirne per vno, & chi ti pungi*
*Più che punger non ſuol Veſpa, ne Pecchia.*

Veſpæ quæ venenoſiorem ictum faciant.

Ceterùm num Veſparum aculeus venenoſus exiſtat, diſquiſitione dignum nõ videtur, cunctis i[illegible]criptoribus affirmantibus. Sed nunquid idem cunctis Veſparum generibus venenũ in aculeis inſit, iure dubitari poteſt. Sunt autem quædam inter maiora feraque, quæ maiorẽ veneni vim aculeis ſuis continent, ſunt quæ cùm ſerpentes comederunt ictus pernicioſiores faciunt, aut in hos ſuos aculeos infigentes, eos lethaliori veneno imbuant: ſunt itidem quæ in alijs regionibus venenoſiores, quàm in noſtris ſunt, vt quas in Niceſia inſula reperiri ſcribit Ortelius, quarum punctio vſque adeò eſt peſtifer, vt mortem adferat. Contra quas itaq; non deſunt remedia veterum, quibus nos ab eiuſmodi periculis præſeruare poſſimus. Sed hoc Scorpionum ictu præſtari inutile hîc mihi videtur, [c] vt referatur; cùm nullus tantæ vnquam ſit amentiæ, qui ſe à Scorpionibus pungi patiatur, vt à Veſparũ aculeis immunis eſſe poſſit. Nam mitiora iocondioraq; nobis exiſtunt, vt ſunt althea, malua, oleũ. ait enim [d] Vincentius, ei non appropinquare Veſpas, qui ex althea, vel ſucco maluę, & oleo vnctus ſit, & Ruellius in Hiſtoria Plantarum à Veſpis non ici ſcribit, ſilueſtris maluæ ſucco perunctum. Illęſum quoq; ac tutum permanere vult [e] Ætius Eruca, ſiue Brucho, his verbis. Qui ab Apibus, aut Veſpis illæſus permanere velit, eum maluę folia cum oleo illita, aut Eruca, ſiue Bruchus cum oleo aſſeruabunt. Nec Veſpæ, nec Muſcæ attingunt eum, qui vnctus eſt melle, & lapidem Heraclium ſecum habet, vt ſcribit [f] Albertus Magnus. Venenum autem id, quod in Veſparum aculeis eſt, æſtimare quis poſſet frigido eſſe temperamento, propterea, quòd quidam aduerſus earum ictus calida præſidia præſcripſerint, cùm longè aliter ſe res habeat. Non enim hæc calida remedia virus depellunt ratione temperamenti, ſed proprietatis, quã H contra hoc virus obtinent. Calidum verò eſſe, & authoritates, & rationes conuincunt. [g] Ardoinus ait tam Apis, quàm Veſpæ venenum eſſe calidum, vtraſque etiam totas eodem eſſe temperamento. ſed Veſparum quàm Apum venenum eſſe calidius, videor poſſe ex eo conijecturare, quòd (quamuis ferè omnia eadem accidentia, quæ Apum ictibus conſequuntur Veſparum quoque adſint) maiora multò grauioraque hæc ſymptomata in Veſparum morſibus exiſtant. Id [h] Aetius confirmat his verbis. Hos qui ab Apibus punguntur, dolor ictus ſequitur, & rubor loci, cum tumore partium in ambitu ſitarum: ſtimulus autem omnino in percuſſo loco inuenitur. Eadem etiam quos Veſpa pupugit, concomitantur, ſed intentiora: Verùm ſtimulum Veſpa in percuſſo loco non relinquit. Quibus certè multò ſęuiora ſymptomata addidit loco citato Ardoinus, cuius verba (nã diſtinctiùs hac de re ſcripſit pleniuſque quàm alius quiſpiam) non grauabor apponere. Accidentia, inquit, morſus tam Apis, quàm Veſpæ conſequentia ſunt ſimilia. Verùm ſæuiora ſunt accidentia conſequentia morſus Veſparum præcipuè citrinarum, præſertim in calfaciendo, & Veſparum magnarum habentia

A Veſparũ ictibus vt p ſeruemur.

[c] *Pli. li. 28. c. 3.*
[d] *Lib. 21. c. 179.*
[e] *Tetrab. 4. ſer. 1. c. 11.*
[f] *Lib. 2. de Lapid.*
Tẽperamẽtũ veneni Veſparum.
[g] *Lib. 8. de ven. c. 11.*
[h] *Lib. 1. Tetrab. 4 c. 11*

A bentia capita nigra, & aculeos plurimos. Accidentia namque morsus Apum, & Vesparum
„ consequētia sunt, dolor, rubedo, apostema videlicet in locis morsuum. accidit tamen quan-
„ doque ad morsus Vesparum magnarum spasmus, debilitas genuum, & quandoque mors.
„ Et similiter quoque accidunt ad morsus quorundam Vesparum paruarum malarum vesicæ
„ in circuitu punctura, & grauedo linguæ. Huc vsque Ardoinus, qui ibidem prolixiùs horum accidentium causas subnectens, omnes ferè ad veneni calorem intensum refert. Itaque cognito ex prædictis accidentibus Vesparum morsu, si curari volimus, considerandum est, nū- aculeus in vulnere relictus sit: quod tamen rarissimè accidit. solidius enim ac firmius Vesparum aculeus, quàm Apum, ligamentum sortitus est. Relictus igitur è vulnere extrahendus est: quod aut manu, aut medicamento fieri solet, vt cinere, oleo, & fermento simul mixtis, & impositis; postea fugendus locus, aut ea medicamenta applicari conuenit, quæ virus extrahēdi facultatem habent, qualia plurima sunt ab antiquis celebrata. Laudat præcipuè [i] Dioscorides maluam hortensem illitam: item lauri folia trita, & illita, satureiam, sysimbrij quoq; folia imposita: sal cum seuo vitulino adhibitum. [k] Plinius salem ex aceto illitum commen-
B dat. [l] alibi præsentissimum remedium ait esse melissophyllum, [m] Altheam, item merum & folia ibisci. [n] Rutam quoque extollit ad Vesparum aculeos; si folia trita, vel commanducata imponantur cum melle, & sale, vel cum aceto, & pice decocta. Galenus libro de simplicibus ad Paternianum. sisimbrium collaudat eiusque semen potatum, & lib. de Simplicium decimo capite de stercore bouis, stercora boum ratione attractiuæ facultatis. & [o] alibi ad eosdem centaureā minorē. [p] Iohannes Serapio præscribit emplastrū ex basiliconis fluuiatilis folijs cum aceto tritis confectum: item ex mercurialis, mandragoræ folijs, cum farina hordei: cōferre quoque muscum qui in cisternis & aqua inuenitur, scribit, cum aceto tamen illitum. Cæteri quoque Arabes plurima alia commemorant, vt lenticulam paluſtrem, cum butyro recenti aut capitibus Muscarum illitam, succum citrulli, folia carubiæ arboris recentis, sampsuchum, lutum cum aceto, bolum Armenum, calamentham, taraxacon, niuem, caphuram cum aqua rosacea, Muscas recentes illitas, & infinita, alia quæ si omnia hic recenserentur, fastidium nauseamque pariendo, lectorem à sedula lectione deterrerent. Ex recentioribus sunt, qui affirmant Vespas tritas, & suis morsibus impositas prodesse non aliter quàm Scorpiones. His alij quoque conuenire aiunt asparragum cum melle illitum, aut sesamum
C cum posca, aut momordicæ oleum inunctum, aut ferrum, in quo strombi conchylij imago exsculpta fuerit loco affecto superimpositum. Alij dolorem leniri aiunt morsumque mitescere bufonis lapide; ac ne vestigia relinquantur, in loco icto statim ferrum adigi oportere. At verò grauioribus malis superuenientibus, qualia superuenire aliquando Ardoinus asseuerat, nil tutius est quàm cor corroborare, ne veneno assiliatur: aut ab ingenti dolore in cōsensum trahatur. idque commodissimè præstari aiunt folijs teneris ipsius lauri, si ad drachmas duas bibantur ex vino adstringente. Ego præ cęteris quæ præscribi possunt ipsam Theriacam tanquam ad id præstantissimam laudarim.

Curatio ictus Vespa rum.

[i] *Li. 2. c. 42.*

[k] *Li. 21. c. 9*
[l] *Li. 20. c. 20*
[m] *Ibid. c. 21*
[n] *Lib. 20. c. 13.*

Medicamē torū facultatibus.

[o] *Lib de Cē taureæ uirtute ad Papiam.*
[p] *Breuiarij c. de punct. Apum & Vesp.*

Vespæ suos ictus curāt impositę.

# DE CRABRONIBVS. Cap. VII.

D VI Crabrones inter Vesparum species retulerunt, nimis ampla profectò nominis Vespæ significatione vsi sunt, ac more Grammaticorum diuersas rerum appellationes mirum in modum cōfuderunt, similitudinis alicuius, non autem discriminis habita ratione. Haud eo inficias paruam inter hæc duo (quod ad viuendi legem moresque, atque ortus, & generationis modū attinet) differentiam existere; tantùm tamen in cæteris, vt in corpore discriminis interesse arbitror, quantùm satis est ad diuersum à Vespis genus constituendum. Propterea de Crabronibus in hoc particulari capite agere instituī, Aristotelem alioque non infimæ famæ viros imitatus, qui seperatim propioque capite de ijsdem tractauerunt.

Vespæ & Crabronis similitudo.

# SYNONYMA.

צרעה Tzireha Crabro, Vespa exponitur in Dictionario Syrochaldaico צרעה inquit Sanctes Pagninus est nomen reptilis alati percutientis oculos, & venenum infundentis, & occidentis secundum Rab. Dau. in libro Rad. & Rab. Selom. in commento Exod. 23. quod in Haruch exponitur Apis aut Vespa, Hieronyn. Crabronem vertit. Exod. 23. v. 28. Et mittam

Tzireha.

Zambor. tam הצרעה את Crabronem antè te expellet Chiuæum &c. Crabro fortè Zambor Serapionis apud Ardoynum de Venenis. In Gloſſario veteri Crabro Σφὴξ Græcè dicitur: proprium tamen nomen ἀνθρήνη eſt, quo vſus eſt Ariſtoteles. Suidas ſcribit Ἀνθρῶνα eſſe genus Veſpę, ſed poëtas abuti pro Ape. Heſychius ait genus eſſe Apis. Crabrones putat [a] Iliodorus à cabo, id eſt caballo vocatos quòd ex his creentur. Sicut autem, inquit, Crabrones naſcuntur de equorum carnibus putridis, ita ex ijs iterum ſæpè naſcuntur Scarabei, vnde & cognominati ſunt, Pulchriùs de huius vocabuli etymo [b] Ioſephus Scaliger; à Craceo, inquit, Craber, qui poſtea Crabro, Σφὴξ, Cracere ſignificat gracilem eſſe Ennio; & Σφηκώδεις graciles dicuntur apud veteres comicos. Pro Crabronis apud Ouidium in aliquibus codicibus legebatur Scrabronis: ſed erratum eſſe à liberarijs commiſſum, ſcriptam reliquit doctiſſimus vir Hercules Schioffanus in ſuis erudidiſsimis ad Ouidij Metamorphoſim commentarijs. putat tamen, ſed falsò Andreas Placus in lexico Biblico Scrabronem Vermem eſſe, qui naſcitur de carnibus equorum putridis, Germanicèque dici eyn Pfertzvvubel: Crabronem autem ſine S Inſecti genus eſſe affine Veſpis, & Oeſtris pertinaciſsimum, aculeoq; peſtilentiſsimo. Italis Calauron, Crabrone, Scaraffon quibuſdam, quod nomen Scarabeo potiùs conuenire videtur, qui vulgo Italicè Scarafazzo dicitur. Galauron Bononiẽſib. Gallis Frelons, Froiſons, & Froulons, Hiſpanis Tauarro. Germanis eyn hurnauſs, hermuſs; horlitſs. Belgis een Horſele. Polonis Szerſzenie. Hvngaris lo daras, Anglis Hornettes, o grat Vvaſpes. Indis Orientalibus Barattæ, vt teſtatur Hugo Lanſchottus in Nauigatione in Indiam Orientalem.

Ἀνθρήνη.
[a] *Lib.* 12. Crabro vnde dictus.
[b] *In Com. Var. de ling. lat.* Cracere quid.
Σφηκώδεις Andreę Placi error.
[c] *Cap.* 45.

# DESCRIPTIO. GENVS. DIFFERENTIA.

MVLTO maiores corpore ſunt, Crabrones, quàm Apes aut Veſpæ. Autores ſunt, qui de India Orientali ſcripſerunt, in ijs regionibus bis Apes magnitudinem ſuperare. Eadem quoque noſtratibus magnitudo eſt. Albertus Magnus ait Plinium Crabrones vocare Veſpas maximè citrinas, aculeos ſęuiſsimos habentes, ita vt veneno equi pullos interficiant, cùm pungunt, oculoſque habere poſt ſuccinctorium, mel ceramq; inutilem facere. Cùm verò in genere Apum careant aculeo & Fuci, & reges, atque etiam Veſparum nonnullæ ἀκέντροι ſint, vt antè dictum eſt, Crabrones tamen omnes aculeo armari putat [a] Ariſtoteles; ſed de eorum duce conſiderandum eſſe, an habeat aculeum. Eſt Phalangij quoddam genus cęruleum lanugine nigra, quod caliginem & vomitus araneoſos concitare, ait [b] Plinius, pennaq; tantùm à Crabrone differre. Porrò inter Veſpam & Crabronem hoc intereſſe videtur. Crabro quòd maior multò ſit, etiam aluum minus habet gracilem, cuius pars ea, quæ cũ tenui ligamento thoraci annectitur, latior eſt multò veluti in Apibus; itemq; thorax cõpactior. Veteres vnici tantùm generis, quod ſciam meminerunt. Quamus enim [c] Plinius ſcribat: Aliorum qui mitiores videntur duo genera, opifices minores corpore, qui moriuntur hyeme, matres qui biennio durant, id non de Crabronibus, ſed de Veſpis dici, multi ex autoritate [d] Ariſtotelis affirmant. nam hîc ea omnia, quæ à Plinio Crabronibus adſcribuntur, de Veſpis ſeparatim quàm apertiſsimè ſcripſit. Vnde aliqui in Plinio, pro aliorum legunt Veſparum, vt hos vtroſq; grauiſsimos autores eiuſdem ſentẽtiæ faciant. Meminit [e] Hermolaus Barbarus beſtię cuiuſdam Tenthredon vocatę, deq; eo dixiſſe Ariſtotelem, quòd inter Crabrones viueret. nihilominus corruptè ibidem apud Ariſtotelem legi putat Tenthredon pro Anthredon quod Crabronem Græcis ſignificat. Habes hîc Crabronis iconem. Totus ferme flaui coloris eſt ad caſtaneum vergentis: aluo craſſa, nunc nigro nunc flauo diſtincta. Oculi nigricant, antennæ proceræ ſunt, caput magnum, alæ item magnæ totam contegentes aluum. Pedes craſsi, ſubflaui.

Crabrones omnes aculeati.
[a] *Li. 9. Hiſt. c. 42.*
Phalangiũ Crabroni ſimile.
[b] *Li. 29. c. 4*
Genus Crabronũ unicum.
[c] *Li. 11. c. 21.*
[d] *Li. 9. Hiſt. c. 42.*
[e] *Corol. in Dioſc.* Tenthredõ



SEDES

A

# SEDES. LOCVS.

IACIVNT sibi fauos sub terra Crabrones, terramq; egerunt, & excauãt, non aliter quàm Formicæ. Si verò dux eorum ab alueo aberret, aut perdatur, ad aliquam arborem se colligunt, & ibi fauos faciũt. Quod Arist. autoritate cõfirmatur, [a] qui lib. de Animal. Historia ita inquit. Crabrones & Vespæ, si duce amisso aberrauerint, fauos suæ proli cõstituunt in sublimi & foraminibus: Crabrones in sublimi, Vespæ foraminib. sed si habeãt ducẽ subterra nidificant. [b] Plinius ait; Crabrones sylvestres in arborũ cauernis degere, hyeme vt cætera Insecta cõdiri, vitã bimatũ non transire. Videtur aũt Plinius clariùs hîc loqui, quod antea obscuriùs [c] dixerat, nimirũ Crabrones in cauernis degere & sub terra nidos facere. nã hoc loco anceps sum, vtrum cauernas arborum intelligat, quando dicit in cauernis degere, an verò cauernas sub terra, in quibus profectò se cõdere solent, cùm hyems & brumalis aura imB minet. propterea q́ue disputat elegantur Georgius Agricola, num subterranea animalia meritò dici possint, tandem q́ue negat productis rationibus à similium animalium natura, quæ propter ingens frigus, aut æstiuum solis æstum sub terræ specubus se recipiunt, temperatis verò temporibus in aëre viuunt. Sed in arborum cauernis Crabrones habitare, videtur quodammodò nobis poëtico suo eleganti q́; stylo [d] Ouidius innuisse in iocosa illa fabula, in qua cùm retulisset Bacchum mellis inuentorem concomitatum à Satyris fuisse, hosq́ue mel gustasse, eiusq́ue dulcedine allectos idipsum quæsijsse, tandem ait, vnum inter hos senem fuisse Silenum nomine, qui apud vlmum examinis stridorem animaduertens, ac arbitratus Apum esse, applicansq́; asellum cui insidebat arbori, eam ascendit, nidumq́; Crabronum offendit, qui hunc senem aculeis suis mirum in modum exceperunt: ita canit.

*Vt Satyri, lenisq́; senex tetigére saporem,*
*Quærebant flauos per nemus omne fauos*
*Audit in exesa stridorem examinis vlmo*
*Aspicit, & celat, dissimulatq́; senex.*
*Vtq́; piget pandi tergo residebat aselli,*
*Applicat hunc vlmo corticibusq́; cauis.*
*Constitit ipse super ramoso stipite nixus,*
*Atq́; auidè trunco condita mella petit.*
*Millia Crabronum coeunt, vt vertice nudo*
*Spicula defigunt oraq́; prima notant.*

Præterea ego in agello meo Crabrones in arboris (quercus) cauo nidum hebuisse obseruari superioribus annis. Qui de vtraque India historias cõscripserunt, asserunt ibidem ingentem Crabronum multitudinem esse, & in insula Spagnola dicta, Crabrones quoque sub terra nidificare, quemadmodum de nostris scripsit Plinius.

Sub terrane an in sublimi nidificent Crabrones.
[a] *Li. 5. c. 23:*
[b] *Li. 11. c. 21*
[c] *ibidem.*
An subterranea animalia sint.
[d] *Fast.*
In vlmo inuenti Crabrones.
Crabronũ ingẽs in India multitudo.

# VICTVS. DAMNA.

NON autem cibum more Apium in fauis recondunt per hyemem, sed vt ait [a] Aristoteles, ieiuni eo tempore latent, multiq́; moriuntur: an verò omD nes incertum est. Quo autem cibo vtantur nobis ibidem scriptum reliquit Aristoteles his verbis. Crabrones non floribus, vt Apes, sed carne magna parte viuunt. vnde fit vt versari vel in stercore sæpè soleant. Venantur etiã Muscas maiusculas, quas vbi ceperint abscisso capite, reliquum corpus gestantes auolant. Sed pomum etiam dulcem appetunt. per pomum verò dulcẽ intelligit hîc Aristoteles fructus dulciores autumnales, qui molli cortice vestiuntur, quos Græci ὀπώρας γλυκᾶς vocant. Vuas enim corrodere ijsq́ue delectari ex eo fit manifestum, quòd autumni præsertim tempore plurimi interdum circa vites inueniantur. Obseruandum præterea est in suprà citato Aristotelis loco, vbi dicit venari Muscas grãdiusculas, de Vespis id dicere [b] Plinium. Sed Vespæ, inquit, Muscas grandiores venantur, & amputato ijs capite reliquum corpus auferunt. In India certè pernicioſum genus Crabronum est, cibiq́ue magis quàm nostrũ auidum. nam oleum, butyrum, cunctaque alia cibaria liquida inuadit, nihil abscõditum, nil opertum tenetur, penetrat cuncta, imò verò ipsa linteamina notis lituriſque deturpat, eommacu-

Muscas venãtur Crabrones.
Fructus dulces appetunt.
[a] *Li. 5. Hist.* Cibus Crabronũ qualis.
ὀπώρας γλυκᾶς quid apud Græcos & Aristotelẽ.
[b] *Li. 11. c. 21.* Vespæ in India cibaria liquida petunt.

maculatq́ adhærentibus ouis lenta quadam tenacitate. Itaque non aliter quàm Formicæ inter Indiæ mala, connumeratur. Præterea omnes carne veſci, tum de Crabronibus, tum de Veſpis à Plinio dictum eſt, Apibus nullum corpus attingentibus. Atqui quænam detrimenta adferre & quibus ſoleant, cùm de ijs nobis incidit ſermo, dicendum pluribus. Apes cùm plurium animalium inſidijs obnoxiæ, tum maximè Crabronum. nam hi quoque à poëtarũ principe [c] Marone inter ea animalia recẽſentur, quæ noxam aut damnum Apibus inferre ſolent, ita inquit.

Apibus noxij Crabrones.

[c] 4. Georg.

*Nam ſæpè fauos ignotus adedit*
*Stellio: lucifugis congeſta cubilia Blattis.*
*Immaniſq́ ſedens aliena ad pabula Fucus,*
*Aut aſper Crabro imparibus ſe immiſcuit armis.*

Itaque ſumma diligentia adhibenda eſt, diligenſq́ cuſtodia, ne obſidijs horum inſidioſorum animalculorum diripiãtur, quod nobis quoque præcepit [d] Columella ita inquiens. Sed inter Caniculæ & Arcturi ortum cauendum erit, ne Apes intercipiantur violentia Crabronum, qui antè aluearia plerunque obſidiantur prodeuntibus. Vt autem probem iuuencos à Crabronibus infeſtari, ad Ouidium me conferam, qui cùm Dędalionis in fugiendo celeritatem cum iuuencorum à Crabronibus punctorum celeri curſu compararet, idipſum innuiſſe videtur. Nam cùm [e] Dœdalion Dianæ intenſus eſſet ob mortem filiæ, ſeſeq́ vellet de alto præcipitare, ad verticem Pernaſſi,

[d] Lib. 5. de Re Ruſt.

Iuuencis infeſti.

[e] Metamor. 11.

*Concita membra fugæ mandat: ſimiliſq́ iuuenco*
*Spicula Crabronum preſſa ceruice gerenti*
*Qua via nulla ruit.*

# ORTVS. GENERATIO.

VEMADMODVM ex bobus ſiue tauris Apes, ex equis Veſpæ, ita quoque Crabrones ex cuiuſdam animalis putredine naſci dicuntur, ſiue id equus ſit, ſiue aſinus, ſiue quoduis aliud animal. Multi enim opinantur illud Nicandri ſiue alterius cuiuſuis autoris carmen

Ex equis naſci Crabrones.

Ἵπποι γὰρ Σφηκῶν γένεσις ταύροι δὲ Μελισσῶν. Ideſt.

*Nam quia equi Veſpas generant, examina tauri,*

tam de Crabronibus quàm de Veſpis dictum eſſe. nam ex mortuis equis Veſpas & Crabrones oriri ſcribit ex quorundam autoritate [a] Plinius, his verbis. In totum verò (tradũt Apes) amiſſas reparari, ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius iuuencorum corpore exanimato, ſicut equorum Veſpas atque Crabrones, ſicut aſinorum Scarabeos, mutante natura ex alijs quędam in alia. Sunt rurſus alij, qui affirmant, ex Aſini cerebro Crabrones naſci: & Conſtantinus Landus libro de Nummiſmatibus veterum ex Plutarcho tradit ex bobus Apes, ex equis Fucos, ex Aſinis Crabrones generari. vtcumq́ ſit, conſtat plurimorũ veterum ſententia, quod vt ait [b] Naſo,

[a] Li. 11. c. 20.

[b] Metamor. 15.

*Preſſus humo bellator equus Crabronis origo eſt.*

Hinc hallucinari quidam Seruium exiſtimant, quòd in primo Aeneidos libro hæc verba ponat. Propriè tamen Apes vocantur ortæ de bobus; Fuci de equis; Crabrones de mulis, Veſpæ de Aſinis. cum quo eruditus quoque Pauſus Marſus Picenas in ſuis ad Naſonis Faſtorum libros Commentarijs, deceptus eſt, qui eadem cum Seruio aſſeruit. Quomodo autẽ per coitum propagentur, audi [c] Ariſtotelem ita loquentem. Quod, inquit, ad generationem cognatorum ijs (Apibus) animalium pertinet, vt Crabronum, Veſparumq́, ſimilis quodammodo ratio eſt: ſed defuit his locuples naturæ dotatio meritò. Nihil enim, vt Apum genus habent diuinitatis. Generant quippè matrices vocatas, primoſq́; fauos confingunt. Generatione verò coeundo inter ſe funguntur. Viſus eſt enim ſæpè eorum coitus. Fœturam autem Apum modo inſtillant ad latus cellularum faui, & parietibus admouent. Sed quemadmodũ Veſparum fœtus, ita quoq; Crabronum haud eſt æqualis. nam alijs cellis grandiuſculus inest, vt queat volare, alijs nympha, alijs adhuc Vermiculus. Excrementum Vermiculis tantùm, vt & in Apũ genere eſt. Nã, vt ait [d] Ariſtoteles, Apum & Crabronum & Veſparum Vermes, quamdiù recentes ſunt; tantiſper & ſtercus emittere videntur: at cùm formæ lineamenta receperint, ſub qua facie Nymphæ appellantur, iam neq; cibum præterea capiunt, neque vllum reddunt alui excrementum, ſed coerciti & contracti quieſcunt, nec vllo pacto mouere ſe patiuntur, vſque dum ſpecies deſtinata perficiatur, quo pacto cuolat proles rupto quo cõtinebatur

Ex coitu generari Crabrones.

[c] Li. de Gen. cap. 10.

Fœtus Crabronũ qualis & quomodo fuit.

[d] 5. Hiſt. c. 19.

A tinebatur folliculo. Cæterùm quòd fœtus inæqualis sit, à [c] Plinio quoque traditur. Fœtus » (inquit tam de Crabronibus, quàm de Vespis) ipse inæqualis est, & barbarus (alij legunt, » vt barbaris) alius euolat, alius in Nympha est, alius in Vermiculo. Et autumno, non Vere » omnia ea. Plenilunio maximè crescunt. Mellis quoque paululum quantùm gutta, in cellis Crabronum è regione parari scribit [f] Aristoteles, Schadonesq; huius generis non vere, sed autumno fieri, crescereq; plurimùm plenilunio.

[c] *Lib.* 11. *cap.* 21. Mel in Crabronũ cellis.

[f] *Lib.* 5. *Hist. cap.* 23.

# NIDVS EIVSQVE DESCRIPTIO.

B CRABRONVM fauus, qui apud Suidam ἀνθρήνιον vocatur, plurimis constat cellulis continuis, ijsq; sexangulis, non aliter quàm Apum aut Vesparum, quæ constructæ sunt ex materia quadam corticea, & membranosa. Longè tamen latior fauus Crabronum, quàm Vesparum est, vt ait Aristoteles. Ego verò quomodo hîc se habeat nidus aliquoties considerauì, similemq; ferè Vesparum, quæ ex tabulatis siue orbibus suum construxerunt, semper comperi; vnico verò orbe nunquam animaduerti. Porro cùm Crabronum nidis maiores sint cellulæ, facilè à Vesparum discerni possunt. Inueniuntur autem quinis, aut senis, vt plurimùm sex ordinibus seu tabulatis constructi, cuius modi is erat, quem agricola meus, cùm quercum per medium ferrâ diuideret, offendit; cuius cacumen in superna trunci caui parte situm, tecti loco fungebatur, substantia membranea betulæ mediano cortici simili, quam ex populi nigræ, & salicis ligno putrilaginoso, ac puluerulento ab exedente carie, humore glutinoso ijs peculiari, compingere dicuntur; nec ea contigua, & solida est, vnica veluti membrana constans; sed pluribus, ita vt lamellæ plures sibi mutuò adhærentes videantur. in eo quod inter ipsas intercedebat interstitio, rotundos quosdam ductus canalium modo seu fistularum continua ad fundum seu vltimum orbem via, effinxerant, per quos supernæ deorsum ferri possent. in fundo autem cortex, quo totus alueus circumuestitur, patulo aditu dehiscebat, vt pote per quem aluei penetralia subeuntes, ad singula tabulata adscendunt. inerant enim & singulis tabulatis sua foramina satis ampla, per quæ in singulas cellas singulæ se recipere poterant. Obseruauimus quoque alueum tam prudenter ab his fuisse conditum, quàm ab alijs quibusuis, aut Apibus, aut Vespis, nam superna arboris caui parte vno latere, in quod non nihil parte superiore reclinabat, suspensus erat, eo situ, vt cellularum oscula deorsum propendentia fundum antri arborei spectarent, & Crabrones, ac eorum Nymphę, & Vermiculi capite deorsum tanquam ruituræ conderentur. nec id aliam ob causam, quàm vt ab omni aëris iniuria, & quæ desuper in ea arbore incidere poterant, pluuia alijsque vtpote adrepentibus tutiores essent. nam si cellulæ ea parte, qua patent, cælum spectassent, magnis certè incommodis obnoxij fuissent. Singula autem tabulata eiusdem erant materiæ, cuius cortex exterior, versicoloribus lineis, albis dico & ferrugineis, tanquam segmentis interstinctæ. Reperiuntur nonnulli quoque aluei Crabronum maiores multò quàm prædicti, & septem tabulatis exornati, eiusmodi ruri meo in tecto repperi trabi appensum, altitudine duorum dodrantum circumferentia quinq; ijsdem lineis cum superiori eminentibus albis & ferrugineis, tabulatis rotundis D tanquam orbibus, cellulis plenis, digitum transuersum altis, quæ digitorum duorum latitudine à se inuicem distabant, ad facilem singulis ingressum; hæc columnis optimæ erant fulta. in superiori huius nidi parte foramina erant maiora, in quibus parentes degebant, in inferiori minora, in quibus filij. Eius figuram hîc cum superiori coniunxi.

Nidi primi à me obseruati descriptio.

Nidi alterius descriptio.





E

# NATVRA. MORES.

CVM plantarum agrestium natura Crabrones optimè conueniunt. nam vt hæ suis natalibus fruentes ac terris, quæ cuiusque naturę cõueniunt ad vitæ suæ principia conseruanda, nullius cura egent: ita quoque Crabrones, cùm nunquam mansuescant, curam respuunt. Porrò duces more Apum habẽt (vt testatur [a] Aristoteles) qui proportione ad Crabrones maiores sunt, quàm Vesparum ad Vespas, & Apum ad Apes. cui apertissimè contradicit [b] Plinius his verbis, Nec Crabronum, nec Vesparum generi reges aut examina; sed sub „
inde renouatur multitudo sobole. Duces autem non plures vno sunt singulis eorum exami- „
nibus, inter Apes verò plures gignuntur, qui examina distrahunt: Cum autem Crabrones, aliqui suo aberrarint aluco, colligunt se (vt tradit [c] Aristoteles) in aliquam arborem, ibique fauos conficiunt, qui vel sæpè conspicui apparent: in quibus vnum procreant ducem, qui cùm adoleuerit, agmen adducit, & secum in aluco collocat. Magna quoque inter has concordia, magna societas, magna consœdaratio, communis opera, commune inter hos auxiliũ: atque hæc omnia laudabiliora multò in his, quàm in Apibus existunt. his enim sua sunt examina; nam nouam sobolem, ad alias quærendas sedes, exire coguntur; illi verò nunquam. Missio enim (vt est apud Aristotelem) vt Apum nulla vel eorum (Crabrones intelligit) vel Ve- „
sparum fieri solet: sed qui subinde oriantur nouelli, ibidem manent, & alueum terra egesta „
faciunt ampliorem amplificant maiorem in modum, & iam ex valentiori quodam examine „
qualli tres & quatuor fauorum pleni excepti sunt. Nec verò cibum ritu Apum ibi recondunt, sed ieiuni latent per hyemem, quo tempore plurimi moriuntur; an etiam omnes nondum certum est.

Crabronib. esse duces.
[a] *Li. 9. Hist. c. 42.*
[b] *Li. 11. c. 21.*
Dux vnus Crabronũ. Apum plures duces.
[c] *Li. 9. Hist. c. 42.*
Gregales sunt magis Crabrones quã Apes.

# ANTIPATHIA.

HABENT & Crabrones, cum quibus odium habent eum quibus amicitiã exercent. Vespis, vtpote quibus valdè similes sunt, tum corpore ac viuendi G
modo, tum etiam ea natura, qua quibusdam animalculis repugnant, amici sunt. Ait enim [a] Plinius à Scorpionibus percussos, à Crabronibus aut Vespis non feriri, nec etiam qui pici Martij rostrum habeant. Noctua quoque ijsdem contraria. Apes autem quemadmodum & Muscas non eo planè modo contrarias esse æstimandum est, sed potiùs quòd vtrasque in cibum venentur.

[a] *Li 28. c. 3.*

# MORALIA. SYMBOLICA.

DIVNT qui arbitrentur Platonem cum Crabronibus sophistas comparare, cùm aculeo infixo discedunt. id neutiquam credimus: nam Crabrones, vbi pupugerint aculeum in vulnere non relinquunt, sed retrahunt. Apum solummodo id proprium est, vbi icerint aculeum perdere, propterea q; hãc Platonis comparationem in primo huius libri capite plenius persecuti sumus. At cur [a] in sacra scriptura præmiserit dominus populo suo Israhel, se cũ H
ctorum inimicorum terga versurum, emittens Crabrones prius qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum antequam introeant, nec firma nec constans commentatorũ est sententia. Nam Diodorus hoc loco per Crabrones putat intelligi oportere, non genus illud Insectorum homini alioqui infestissimum, ac cunctis ijs qui id ipsum prouocando irritarũt; sed maxima quæq; præsidia, tanquam sub parua nota, pronunciare. Nam Philonem Hebrẽũ testari ait, Crabrones symbolum eius subsidij gerere, quòd à Deo inopinum proficiscatur, & ab alto stringens aures, certum faciat ictum. Alij dicũt allegoricè per Crabrones angelos accipi exitiales, qui Israhelis partes tuerentur. Nec desunt qui ea ratione, qua ranas & Insecta congessit in Aegyptum, Crabrones quoque in Chananæos irritasse dominum opinentur. vt inde incredibilis Dei potentia cognoscatur, qui tantulis aculeis hostes suos debellat.

[a] *Exod. 23.*
Cur Deus Crabrones Chananæis immiserit.
Crabrones angelos significare exitiales.

DE

A

# DENOMINATA.

Ἀνθρηνοειδὴς Crabronis speciem habens eiq; similis, quo vocabulo Theophrastum vti vult autor Thesauri linguæ Gręcę, nec benè à [a] Gaza legi ἀνθηνοειδὴς, id est, floridum. verba Theoph. sunt hæc. ἐν δὲ τῷ ἀνθρερίκῳ συνίσταται Σκώληξ, ὃς εἰς ἄλλο μεταβάλλει ζῶον πτηνὸν ἀνθρηνοειδές, εἶθ' ὅταν ὁ ἀνθέρικος ἀνάνθῃ διεσθίων εὐπέταται. Quę ita traducenda. Vermis in albuco gignitur, qui in aliud animal volatile Crabroniq; simile figuratur: quod cùm herba florere incipit, eroso statim operculo euolat. [a] Li. 7. c. 12.

# INSOMNIA.

B HOSTIVM nocumenta aiunt protendi, si Crabrones insomnio videantur; vnde Suidas citat, nescio ex quo.

Σφῆκες φαέντες δυσμενῶν εἰσὶ βλάβαι. Hoc est.

*Crabrones visi sunt hostium nocumenta.*

# PROVERBIA.

IRRITARE *Crabrones*. Sosia apud [a] Plautum monet Amphitruonem ne irritet Crabrones: hoc est ne obiurgando Alcmenam suam vxorem iracundiorem reddat. Crabrones autem irritati, infestiores sæuioresq; redduntur, cùm sua natura sit Insecti genus pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo. vtitur eodem adagio D. Hieronymus in quadam epistola. idemque in eadem Comœdia eligantiùs planiusq; mutata allegoria expressit Plautus. Irritare Crabrones [a] *In Amph.*

C

*Bacchæ bacchanti si velis aduersarier,*
*Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius;*
*Sin obsequaris vna te soluas plaga.*

Conuenit in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas: aut quadrabit etiam in eos, qui quouis minimo peccato statim in iram prouocantur, & excandescunt. Mulierum ingenium.

# EPITHETA.

ASPER Crabro à [a] Virgilio dictus, quòd sit nigri coloris, aut viridis, vt vult Iulius Pomponius in Commentarijs, quæ in poëtam conscripsit; aut potiùs vt ego censeo, quòd sua natura nimium sit iniquus, & nocens: in qua significatione sumitur & alibi à [b] Virgilio. [a] 4. Georg. [b] 3. Georg.

D *Asper, acerba sonans.*

# VSVS.

AQVA decoctionis & destillationis Crabronum, cutem alterius si attigerit, sic intumescet locus, vt hydropis, aut veneni magnæ & perniciosæ alicuius bestiæ suspicationem ingerat, sed absq; dolore. remedio est Theriaca pota, vt ait Mizaldus. Hac fraude meretriculæ vteri gestationem mentiri solent, & mendici miserias suas fingere, quò plus pecuniæ à plebe credula accipiant. Idem in Vespis dictum est. Aqua Crabronum quid præstet

# CONTRA CRABRONVM ICTVS REMEDIA.

CRABRONIS aculeus multò eſt nocentior, ac periculoſior quàm Veſparum. Nam, vt ait [a] Plinius, Crabronum ictus haud temerè ſine febre eſt. Autores ſunt ter nouenis punctis interfici hominem. magis autem diebus canicularibus nocet eorum aculeus, quàm alio quouis tempore, quod etiam ſemel de cæterorum aculeatorum ictibus dictum eſto. flagrante enim Syrio aſtro magis effera ſunt, ac eorum venenum multò eſt acrius, ac potentius redditum, corpora autem hominum ſicciora, & imbecilliora. vnde non eſt mirum ſi eo tempore magis patiantur. Crabronum itaque ictus, vt curentur, erit conſiderandum, num plura ſint vulnera quàm vnum. nam ſi frequenter pupugerint, erit metuenda febris animiq; deliquium, quæ accidentia, vt prohibeantur, opus erit aliqua interiùs antidoto ſumpta, vt vis veneni à vitalibus partibus arceatur, qua nulla celebrior, quàm ea quæ Theriaca appellatur, hanc ſequitur Methridatium. poſſunt & alia remedia ad id exhiberi, ſed nulla prædictis præſtantiora. Exteriùs autem applicari ſolent, quæ peculiari vi venenum extrahunt, aut oppugnant, vt ſunt à Dioſcoride celebrata, fimus boum, ſaturea. Laudatur à quibuſdam hominis ſani, & ieiuni ſaliua. [b] Plinio probantur lauri folia viridia trita, & ictibus impoſita, item rutæ, ſiſimbrij, ſal item ex aceto, Ibiſcum paſtinacæ ſimile, quod quidam molochen agriam vocant, aliqui piſtolochiam (Dalechampius eſſe putat elaphoboſcum officinarum, & paſtinacam pratenſem hodiè dici) huius folia, vt idem affirmat [c] Plinius, Apum, Veſparum ac Crabronum ictibus illita medentur. Probantur ad eos, & terra ſigillata, & bolus Armenus, ac cæteræ ferè omnes terræ, ſi modo lutoſæ ſint. Propterea [d] Ouidius Silenum, cùm Crabronum fauos loco Apum in vlmi trunco reperiſſet, & ab ijs grauiter eſſet vulneratus, fingit ſociorum opem imploraſſe, Bacchumq; limum Sileno monſtraſſe, vt eo faciem inungeret, non tam riſus mouendi, quàm etiam morſus ſanandi gratia: verſus autem poëtæ, quòd peruenuſti eligantesq; ſint, hîc ſubiungam.

*Millia Crabronum coeunt, & vertice nudo*
*Spicula defigunt, oraq; prima notant.*
*Ille cadit præceps, & calce feritur aſelli:*
*Inclamat ſocios auxiliumq; rogat.*
*Concurrunt Satyri, turgentiaq; ora parentis*
*Rident, percuſſo claudicat ille genu.*
*Ridet & ipſe Deus, limumq; inducere monſtrat,*
*Hic paret monitis & linit ora luto.*

Sunt & apud Arabes plurima alia remedia, quæ cùm partim in præcedenti capite, partim mira quadam vocum barbarie ſint expreſſa, lubens hîc præteribo.

Crabronis aculeus maximè venenoſus.
[a] *Lib. 11. cap. 21.*
Aculeata inſecta quo tempore magis noceant.
Venena quando peiora.
Interna remedia.
Theriacæ, & Methridatij vſus in ictibus Crabronũ.
externa remedia.
[b] *Li. 31. c. 9*
[c] *Li. 20. c. 5.*
[d] *3 Faſt.*

A

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

B

# HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER SECVNDVS

QVI EST

## De cæteris Anelytris quadripennibus, & primùm

## DE PAPILIONIBVS.

## Cap. I.

C

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA.

INTER alata, quæ ἀνέλυτρα Philosopho vocantur, quadripennia reliqua, Papiliones, quòd vulgaris notitiæ sint, primùm sese nobis obtulerunt. Neq; etiam, si de his subinde post fauificorum historiam agere instituam, pręter ordinẽ fore existimo. Etenim inter illos sunt, qui Bombyces generant, ex quarũ telis, quicquid vestium est pretiosarum, conficitur. Sed cùm ex eorum ouis generentur Erucę, ipsiq; ex his in Aurelias trãsformatis, necesse fuit de Erucis etiam vnà agere in hoc eodem libro, immo verò quædam in præsenti capite recensere, quanquam finis Papilionis semen edentis non est ad generandum Erucas, sed procreandum nouos Papiliones. Papilionem Græci ψυχὴν dicunt. Grammatici ita dictum volunt ἀπὸ τῆς ψυχῆς, id est, spiritu siue potiùs flatu, fortè quia admodum leuiter vento fertur. ψυχὴν autem Hesychius interpretatur τὸ πνεῦμα, hoc est ventum siue spiritum. Author thesauri linguæ Gręcę scribit quosdam ad differentiam malle scribere ψύχη paroxytonως, quia nempe ψυχὴ aliàs anima est. In Glossario B. Benedicti Abbatis Floriacensis Ἐσπίνιη exponitur Papilio: quam dictionem in alijs Lexicis non reperias. Apud Hesychium Σητοδόκιδες exponuntur ψύχαι, ἢ πτηνὰ ζῶα, hoc est Papiliones, aut volatilia animalia. Latini synonymia carẽt. Italis seruato ferè nomine Parpaglione, & in fœminino vna Parpaglia, item Farfalla nominatur, quamquam hęc postrema vox illum Papilionem priuatim Petrarchæ, & Tasso nobilissimis Italiæ poëtis significet, qui vespere ad lumen candelæ aduolat, de quo suo loco agam priuatim. Hispanis Mariposa: Germanis Pfeiffholter, Sommer vogelin, quasi auicula æstiua. Belgis Cappelleken, Vlindere, Boterulieghe, Pellarin: Flandris priuatim Boterschyte. Gallis Papillon: Polonis Motil: Vngaris Louoldek, Anglis à Butterflie.

Bombycũ laus.

Synonyma ψυχη, eiusq; etymum.

Ἐσπίνιη.

Σητοδόκιδες.

Farfalla.

D

DIFFE-

# DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

Antennæ.

[a] *Li.4.Hist. cap.7.*

[b] *Lib.11. cap.28.*

Cornicula ignaua.

Alæ.

QVAMQVAM plurima sint Papilionum genera, nulla tamen à veteribus descripta reperias.[a] Aristoteles antennas ijs ante oculos prætendi scripsit: idq; ex eo repetijt [b] Plinius, vocans istiusmodi antennas ignaua cornicula. Neque aliud quicquam apud ipsos inuenire est, quod ad formam corporis extrinsecam Papilionum pertinet. Sunt autem plerisq; alæ molles, ceu farinaceæ, & fragiles: seruantq; ipsi colorem Erucarum, ex quibus ortum suum duxere. Omnes, quos mihi licuit obseruare (obseruaui autem plurimos) ea quæ dixi, communia habebant. Suntq; alij diurni, alij nocturni, hoc est tenebrarum amantes. Alij magni, alij parui, alij mediocres: alij vno tantùm præditi colore, alij duobus, alij pluribus, alij maculati, alij sine maculis. Colorum differentias teti git [c] Albertus, dum ait. Papiliones sunt Vermes volantes multorum colorum. Quidam enim sunt in alis sicut purpura, quidam albi, quidam hyacinthini, & quibusdam quædam inest rubedo. Hi sunt qui in autumno coeunt. Sic ille, sed quàm diuersis alijs coloribus præditi Papiliones reperiantur, ex subsequentibus hîc ordine depictis, ac descriptis patebit: inter quos tamen nullus existit aculeo infestus, quales in India reperiri scribunt, qui Scisciont vocentur. Qui itaq; in priori tabula primo loco sculptus datur, non incongruè ἱπποψύχη dicetur. Est enim Papilionum maximus. Vespere potissimùm cernitur, interdiu latet. Latus est palmum, & amplius. Alæ singulę rotundam habent, ac notabilem maculam, oculum diceres, nigrum, sed primò miniaceo, deìn candido circulo obductum: cęterò subnigræ, aut fuscæ, molles, lanuginosæ, farinaceæ, in extremo candicant. Corpus pronum ad castaneum vergit; supinum nonnihil albicat, cornicula siue antennæ plumarum instar molles, satis proceræ. Femora quoque mollia, sed tibiæ duræ. Oculi nigricant. Quartus in hoc ordine similis ferè proximo, sed corniculis latioribus, & filicis ramulum figura quodammodo æmulantibus, luteis: corpore etiam magis lutescente; denique oculis longè pulchrioribus: miniaceus enim ille circulus longè in hoc maior est, minorq; niger, qui velut pupillam constituit. Secundus totus erat viridis, annulis candidis. Alæ etiam lineas habebant roseas deorsum descendentes, item maculas transuersales albas. Rostrum erat longum, trigonum; oculi magni, nigri. Corpus procerum admodum, crassumq;, in extremo acutum, Alæ pro cuius portione sunt exiguæ. Ex hoc genere alium mihi describendum, ac depingendum tradidit F. Gregorius Regiensis Capuccinus, illius insolenti forma, ac colore captus, sed in quo annuli essent lutei, alæq; maculis subflauis, castaneis, subcæruleis, & nigricantibus distinguerentur: Longitudo huic Papilioni palmaris est. Quid si sexu distinguamus: priorem fęminam esse ex editis mihi ouis comperi. Tertium ex Eruca nasci obseruaui sub finem Augusti anno superiori, eaq; caudata, & immensæ magnitudinis, suo postmodum loco depingenda. Folliculum non texit, sed in Aureliam mutata Papilionem hunc generauit decem ferè dierum interuallo, corpore crasso eiusdem cùm alis coloris, nimirum ex luteo, & fusco variantis. In tergore notabilis macula est candicans, humanum quodammodo cranium anteriùs exprimens. Caput totum nigricat, pedesq; & antennæ, quæ latiusculæ sunt. Alę internę totę ferè lutescunt. Postremum in hoc ordine depictum prona, & supina parte anno 1592. mense verò Iulio, huiusq; die vigesimasexta gigni aduerti ex parua quadam Eruca, hirsuta, colore ex rubro, albo & nigro variante. Hanc enim cùm cepissem in ramarisco siue myrica sub meridiem, subsequenti nocte versa erat in Aureliam viridem, quę filo sese capsulæ, cui inclusa erat, ex alui extremitate edito, appenderat, atq; ita quindecim diebus continuis adhęrens in eodem colore perseuerauerat, deinde mutato eo lutea partim, partim nigra facta erat; quare iam iam in Papilionem abituram conieci, cuius, scilicet colores per senectam, quam mutando relinquunt exuentes, transplenderent. Quod, cùm viperinis fętibus commune hisce Papilionibus fuerit, eos enim supernè in ouo conspici testatur Aristoteles. Cùm itaq; erupisset Papilio, alis sese fecit cõspicuum ijs, quos diximus, coloribus pronè & supinè. Color niger luteusq; in primis alis intensior est, in supinis remissior. Alę internę, quę aliàs minores esse solent, in hoc animali proceriores sunt, infraq; serrata serris eisdem coloribus distinctis, ex quibus ferè media ceu cauda quædã dependet. Corpus totum pronũ atrum est, ad latera, & supinè luteum: estq; pro alarum longitudine admodum exile. Oculi magni nigerrimi. nigerrimę item antennę, quę in extremo obtusę sunt, totę subtilissimę. In alarum internarum extremis lateribus macula rubra siue rosea conspicitur, rotũda internè, semicircularis externè. In summa eligans est Papilio. Cõspicitur passim per agros, & hortos.

[c] *Lib.26.*

Papiliones aculeati Scisciont voca ti.

Primi descriptio.

Quartus.

Papilio secundus viridis.

Papilio ex Eruca non texente folliculum.

Alius ex Eruca sine folliculo.

Viperini fętus.

Primo


1
2
3
4
5
6

1



2



3



4



5



6



A Primo & secundo loco, supinè nimirum & pronè depictus in secunda tabula Papilio expansis alis, coloribus quatuor potissimùm variat, miniaceo, nigro, albo, & cinereo ad cæruleum nonnihil vergente. Suntque colores in extimis alis intensiores, vt remissiores in intimis. Capite, dorso, aluoq; est cinereis, sed albis strijs subtilissimis deorsum rectà tendentibus color ille cinereus insignis est. Corpus obtinet crassum, latumq; parte supina cãdicans, Annuli coloris sunt castanei. Oculi eiusdem coloris, magni, & prominentes. Alæ pariter amplæ sunt: quarum externæ maxima sui parte cinereæ videntur, sed explicatę quatuor, quos dixi, coloribus ita euariant vt descriptu admodum sint difficiles. Septem velut venæ rubicundæ eas percurrunt, inter quas in extremo totidem sunt velut columnæ nigræ albis circulis notatæ, ac supra hasce septem etiam maculæ nigræ V literam exactissimè exprimunt: sed in dextra tantùm, sinistra enim neque columnas eas, neque litteras habet; in quã re mirus naturæ lusus conspicitur: coloresq; omnes in hac sunt dilutiores, pallidioresque. Dextra etiam punctis exiguissimis nigris erat notata, quæ in sinistra quoque non sunt, nisi qua corpori nectitur, nam deinceps in strias oblongiusculas mutantur. Postremò dextra in extremo candicat, strijsq; insignis est nigris descendentibus: cũ sinistra nigrescit eo loco, neq; striarũ
B aliquod habet rudimentum. Internæ verò alæ totæ sunt coloris miniacei, præterquam vbi duæ illæ fasciæ apparent, nã hæ nigerrimæ sunt. Alæ externæ inuersæ modò albicantis, modò nigricantis coloris areas obtinent; internæ loco albedinis habent colorem miniaceum, sed dilutiorem quàm externæ. Antennæ erant nigricantes, proceræ, leues, in extremo obtusæ. Tertium in hoc ordine Leucomelanum nominaui, quòd præter colorem alarum album ad subflauum nonnihil vergentem, totum corpus per tergus nigrum, ac exile habeat. Alę internæ in extremo sunt serratæ, habentque longas appendices, vt icon ipsa declarat. Supra serras, quæ semicirculum constituunt, maculæ sunt quoque semicirculares, candidæ, atque in his maculæ rotundæ, ferè cæruleę, quæ simul omnes egregiam speciem ac venustatem Papilioni præbent: Cætera, vt dixi, leucomelanus est, excepto ventre, qui candicat. Antennæ in extremitate, quàm in plerisq; obtusiores: Quemadmodum etiam in quarta serie posito, qui totis alis nigricat, & quatuor habet in hisce oculorum spetie maculas rotundas nigerrimas cęrulea velut pupilla decoratas. Alæ internę longiores sunt externis, & serratę, sed aliter ac in precedentibus. Huius enim serrę obtusę sunt & rotundę. A macularum multarum serie, quę in alis internis, tam foris, quàm intus Papilionis sexto loco depicti expresse à natu-
C ra cernũtur, Papilionẽ πολυόφθαλμον aliqñ nominaui. Oculi nigri sunt: pupilla cãdida, circulus ambiens luteus: suntq; vt dixi in internis alis tantùm: nam quę in externis apparent maculæ rotundæ, totæ candidę sunt. Habent tamen etiam hæ vnicum oculum, eisdem, quibus internæ, coloribus ad externa latera: cęterò alæ totę ex luteo ad castaneum vergunt. Per superiora corporis ater est, aluo supina ex cinereo ad fuscum vergit. Alę internę, item pectus longa quadam lanugine viridi splendente vestiuntur. Quintus ex maximorum genere est, sed eorum qui interdiu per hortos obuolitant. Corpore est procero, mediocris crassitudinis, coloris fumati, annulis per aluum lutescentibus; alis eiusdem coloris in medio, infra candidis, & nonnihil serratis, deinde nigris, & in ipsa nigredine maculas habentibus candidas ad latera, infra verò ad cęruleum vergentes. Antennę longissimę, obtusę sunt, & nigrę.

Papilio leucomelanos

Papilio πολυόφθαλμος

Primo loco in tabula tertia depictus Papilio ex mediocriũ genere est. Natus mihi ex Eruca, quàm olim Bononiæ pluit. Capite est, tergore, aluoque coloris aurei, ad latera nigri. Alæ internæ serratæ sunt, totę ex aureo miniaceę, & nigris punctis conspersæ, & in extremo etiã nigrę. Alas externas uenę percurrunt deorsum descendentes nigrę in area aurea seu potiùs miniacea, item maculę magnę transuersales eiusdem coloris, ipsæq; alę in extremitate vndi-
D quaq; nigræ sunt, & ibi maculas habent candidas. Pedes & antennę lutescunt, & ad instar pedum polypi cirris prędití sunt, vt ad ea quibus insiliunt, fortiùs adhęreant. Ex eodem genere videtur qui numero secundo & tertio pronè & supinè pictus cernitur. Corpus enim habet mediocre, nigricans, aluum ferè auream, nigris annulis distinctam. Oculi candicant. Alæ externæ in extremo nigræ sunt, & albis maculis insignes, cætera aureæ, venisque nigris, & tribus alijs nigris maculis incertæ figuræ specioseq. Internæ in eiusdem aurei coloris area duplicem habent ordinem maiorum macularum nigrarum velut oculorum, sicut in icone exprimuntur. Colores omnes supina parte variant. In internis enim alis (ita voco quæ corpori sunt viciniores) qui extra erat aureus, nunc ferè est amethestinus ad cinereum vergens, adeò vt lutescere videatur, estq; vnus tantùm oculorum ordo nigrorum, maiorumq; hos circulus ambit candidus. Corpus etiam supinum totum lutescit; pedes cinerei sunt. Alæ externæ prope caput cinereæ, nigrisque guttulis oblongis notatæ, dein maiori parte coloris sunt miniacei, & nigris maximas maculas habent; denique in extremo rursus sunt cinereæ. Quartus

toto


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10

A toto corpore pronè aterrimus, aterrimæ item alæ externæ, sed fascia ferè transuersali coloris miniacei decoratæ, nec non alterius fasciæ candidæ rudimento, & punctilis aliquod rotundis candidis. Internæ totę ferè extra miniaceæ sunt, punctulisq; nigris admodum exilibus insignes. Quintus cum hoc idem est, sed supino corpore pictus, alæ externæ hîc plus habent ex miniaceo, & albo colore, quàm in prona parte, aterq; color remissior est. Internæ in extremitatibus ad miniaceum vergunt, cætera cinereæ fuscis maculis respersæ, & alba ad latera externa macula conspicuæ. Toto corpore ad cinereum vergit. Color sexto totus est miniaceus, notis diuersis, lineisq; nigris, alis angulosis, & leuiter serratis. Promuscidem habet longissimam, ac dum vult, recuruam eiusdem cum pedibus coloris, nempe ex cinereo ad luteum vergentis. Ex hoc genere septimus esse quoque videtur, longa item armatus proboscide, alisq; præditus angulosis. Supra caput præter antennas etiam bina alia habet cornua, quæ in alijs plerisque non videas. Corpore, alisq; colore ferrugineo, albo, cæruleo, viridiq; varius est. In supremis præterea alis puncta quædam habet viridia in alba area. In dorso item virideſcit. Octauus totus luteus est, versus caput tamen alæ ad ferrugineum vergunt, nimirum vbi maculas non habent. Suntq; hæc numerosæ admodum, B at incerti ordinis, omnes aterrimæ. Nonus idem est supinè sculptus, quòd colorem mutet. Internæ enim alæ partim virideſcunt, partim cãdicant, & maculæ illæ atræ vix hîc cõspicuæ. Externæ ferè palearis sunt coloris: inq; his maculæ euidentiores. Corpus etiam flaueſcit. Pedes habet luteo, antennas castaneo colore. Alæ vtræq; leuiter angulosę. Postremus in hac serie corpore nigro est, nigroq; capite & hirsuto, proboscide procera admodum: alis intus candidis, amethestinis strijs ornatis, extrà nigricantibus: suntq; angustæ, laciniatę & lõgiusculę.

Papiliones habentes promuscides.

Mediocris magnitudinis sunt, qui in hac quarta tabula sculpti exhibentur. Primus complicatis alis literam Δ quodammodo exprimit. Corpore est prono fusco, pedibus hirsutis, antennis admodum exilibus. Alæ externæ ex candido, & aterrimo splendentibus coloribus variant, internæ totę sunt miniaceo. Idem supinus exhibetur tertia serie, in quo color ille miniaceus dilutior est: Externæq; alæ totę candicant, venis decoratæ miniaceis, & maculis nigris, magnis. Et corpus totum ex albo luteſcit; Aluus nigris punctis, siue guttis exiguis consperſa est. Secundus Papilio est hirsutus, ac crassus, alis supernè cinereis, infernè miniaceis, lineis transuersim nigris dissectis. Quartus corpore est exiguo, nigro, luteis circulis distincto: oculis magnis luteis, & eiusdem coloris antennis. Alas habet C tàm internas, quàm externas etiam luteas, in extremo nigras. Versus corpus ad castaneum vergunt; versus nigram verò ambientem fasciam planè est color ochros. Externę prope exteriora latera maculam habent, rotundam, nigram. Quintus totus est ferrugineus siue castaneus, corpore intensiùs, alis remissiùs. Alę externę vnico tantùm oculo, pluribus internæ exornantur nigris, intus albis. Vtræq; fascias habent nigras transuersales incuruas, quæ angustæ sunt, rectasq; quę latę sunt, & extremæ. Sexto caput est luteum, oculi lutei, luteiq; pedes, & antennæ. Corpus nigricat. Alæ vtręq; ferè aureę in extremo, vt icon ostendit, aterrimæ. Externę ad latera externa maculam habent rotundam, nigram, exiguam. Septimus ex luteo totus ad viridem colorem vergit, minus in exterioribus, magis verò in interioribus, hoc est interiores exterioribus magis virideſcunt. Externæ maculam habent nigram, rotundam; internæ albam: caput quoque nigra macula insignitum est. Octauus antennas habet proceras, in fine obtusas, caput exiguum, oculos magnos. Corpore est luteo, & nigro distincto. Alæ quoque luteę sunt, sed magis ad castaneum vergunt. Externę nigris punctis maculantur, quibus internę carent. Vtręque dentatę sunt. Nonus ex eorum genere est, qui proceras habent proboscides. Alis est primùm versus ca- D put luteis, nigris modò punctis, modò maculis, hisq; & rotundis, & longis maculatis; deinde cęruleis, in extremo nigricantibus, & dentatis. Qui decimus est in hoc ordine propter insolentem vultum quo Satyrum, quàm exactè æmulatur Σατυρωδὴς dici possit. Corpore toto est flauo, rubro distincto: aluo bifurcata, alis nigricantibus, & velut stellis candidis elegantissimè exornatur. Vndecimus corpore est nigro, aluo annulis albicantibus. Alę eius ex albo ad luteum vergunt, sed maculę ferrugineæ, & nigrę alternatim huc illucq; consperſę luteum illum colorem ferè extingunt sua copia. Postremus corpore etiam atro est, sed tenuiori. habetq; alas internas dentatas, & exterioribus proceriores. Vtręq; aterrimo & luteſcente coloribus varię. Habent tamen etiam in fine aliquid candicantis.

Papilio σατυρωδὴς.

Ex mediocribus etiam sunt, qui in hac qninta tabula exhibentur, Papilionibus. quorum primus corpore est nigricante, aluo extrema, & dorso cinereis. Alę externę internis sunt angustiores, ex albo ad viridem nonnihil inclinant, magis tamen virideſcunt internæ. Vtræq; in extremo circumcirca rosei coloris velut circulo ambiuntur. Externæ prope finem nigre-

Tabula quarta.



Tabula quinta.

1



2



3



4



5



6



7



8



ſcunt, habentq; in medio ferè maculam nigram. Antennæ purpureæ ſunt, in extremo obtuſæ & albæ. Idem ſecundo loco datur ſupinus, in quo quod in externis alis prope finem erat, nigricat, hîc virideſcit; ſed macula tamen nigracolorem retinuit nigrum: internæ prope corpus prorſus virides, in fine ad luteum vergunt: cinguntur q; eodem circulo roſeo: eſtq; hoc obſeruatu dignum in internis, quod maculam habeant albam cum circulo ferrugineo, quæ extrinſecus non eſt. A potioribus coloribus λευκόχλωρος dici poteſt. quemadmodum etiam qui ſequitur pronè, & ſupinè etiam pictus, ſed hunc quia admodum maculoſus eſt, λευκόχλωρον variegatum nuncupaui. Prono corpore leucophæo eſt, capite nigricante, oculis inſtar ſaphyri viridibus, antennis nigris cum appendicibus in ſummitate albicantibus, pectore hirſuto: alis candidis, ſuprà prope caput ad cæruleum vergentibus, maculis magnis nigricantibus inferius reſperſis, dico inferius, nam vbi cæruleæ ſunt, nullam cernere eſt maculam. Supino corpore magis candicat. Alæ externæ ſunt candidæ, & nigro variæ, internæ ex albo, & viridi eleganter admodum decoratæ. Quintum Papilionem crucigerum nominaui, quòd externis alis complicatis, albis tęnijs quibus ornatus cernitur, crucem vel potius litteram X exprimat, quanquam id in icone pictor non expreſſerit. Sunt itaque alæ illæ nigræ, faſcijs, ſeu tænijs albis inſignes, & venis rubicundis deorſum deſcendentibus. Interiores ſunt totæ miniaceæ, maculis nigris, rotundis illuſtres. Sextus idem eſt parte ſupina exſculptus; in cuius internis alis maculas illas nigras non videas, & faſciæ, quæ in externis alis prona parte albæ erant, hîc aureæ ſunt. Corpore eſt iſte Papilio pronè luteo toto, ſupino ventre albo nigris guttis triplicis ordinis conſperſo. Oculi nigri ſunt, & exigui, exiguæ, exileſq; antennæ. Sextus ac poſtremus alas externas, ac internas exteriùs rubicundas ad caſtaneum vergentes habet nigris guttis conſperſas. Supina parte alæ internæ candicant, exteriores colorem eundem fermè, quem prona earum pars reſeruant. Corpus pronum atrum eſt, ſupinum cinereum: cinerei quoque pedes; antennæ nigræ: oculi lutei, prominentes.

Papilio λευκόχλωρος.

Papilio crucigerus.

Tabula ſexta.




Papilio-

A Papilionem qui in tabula sexta primo depingitur ordine πολυόφθαλμον nũcupaui, quòd in internis alis intus ac extra multis notaretur oculis, qui tamen licet duo tantùm in externis exterius, & interius elegantiores sunt. In his enim iris est nigerrima, pupilla alba. Alæ supinè ex luteo, & castaneo variant. Internæ intus prope corpus primùm cæruleæ, dein ferè amethestinæ, in quo colore cernere erat lineas duas transuersales, flexuosas, castanei coloris. Sub quarum postrema color subsequitur luteus, deinde rursus amethestinus, quem lineæ percurrunt castaneo colore, atque intra has siti sunt quos dixi, oculi, quos subcæruleus cingit circulus. Corpus animantis nigricat. Pedes & antennæ lutei. Oculi nigri. Alter alas habet dentatas, rubicundas, ad ferrugineum accedentes, & maculis respersas nigris, in medio rotundis, ad latera oblongis, ac magnis. Alæ supinè nigricant, & albam fasciam habent, quæ vel currentes æmulatur fluminis vndas. Corpus supinum cinereum est, pronum nigricat. Papilio πολυόφθαλμος alter.

Qui hîc separatim depingitur, ex ijs est, qui in arborum truncis nasci infrà dicam, capite admodum exiguo, albo, antennis ferrugineis, latis, & quodammodo serratis, dorso ferrugineo & albo, alis, aluoq; luteis, zonis castaneis.

B 

Ex mediocribus etiam sunt qui septima tabula pinguntur: quorum primus corpore toto niger est, annulos verò habet luteos. Alę omnes candicant, & venis distinguuntur nigricantibus. Tertius & secundus Bombylij sunt, ex Erucis bombyciuomis orti, vulgo noti, vndiq; candidissimi, exceptis antennis, quę nigrę sunt & hirsutę. Inuicem coeunt, mas est tenuiori corpore, secundo scilicet loco pictus. Inter vtrumq; oua appinximus exigua, coloris ferè crocei. Alas habent breues, & ad volandum velut ineptas. Horum pòst priuatim trademus historiam. Quartus in hac serie totus quoque candicat per alas, per quas venas habet subcęruleas deorsum descendentes, & punctorum rubicundorum triplicem ordinem, quæ transuersalia sunt. Externę duobus velut oculis nigricantibus decorantur; in extremo ad luteum vergunt. Oculi & deorsum lutescunt. Quintus corpore ex crasso, castaneo, luteis zonis. Antennas habet ferrugineas, latas, & hirsutas, vel plumosas. In capitę & ceruice candicat. Alę etiam albę sunt, ferrugineas habentes venas, & vbi corpori hęrent, striarum nigrarum rudimenta. Sextus totus est candidus corpore scilicet, ac alis, quę venas habent nigras, nigros item pedes, & antennas. Septimus πολύχλωρος dici queat propter colorum diuersitatem; Corpore toto nigricat; nonnihil tamen ad ferrugineum vergit, sicut item pedes, proboscides & antennę, quę admodum tenues sunt & obtusæ. Alæ internæ totę sunt miniacei coloris, sed nigris lineis flexuosis distinctę. Externę quæ corpori annectuntur atræ, dein mineaceæ, dein rursus atræ, mox albæ; postremò iterum nigræ. Maiorem tamen aream albus color occupat, eumq; percurrunt venæ ferrugineæ, rubescentes. Notandumq; est album illum colorem infra versus corpus, in luteum commutari, & guttis modò rotundis ac exiguis, modò oblongis distingui. Octauus superioribus omnibus minor est, corpore prono nigricante: alis ex luteo ferrugineis maculis nigris refertis. Nonus idem est, at supinè pictus corpore, quod candidum est: alæ externæ colorem retinent, internæ planè mutant, vtpote quę maculosæ sunt argenteo splendidissimo, & ferrugineo. Decimo alæ externæ, ac internæ nigerrimæ maculosas habent alas, vti pictura indicat. Corpus etiam nigrum est. Vndecimus corpore ex luteo ad ferrugineum vergit, & nigro distinguitur. Alæ exteriores ex albo, & nigro variant, internæ luteæ sunt, & quatuor nigris maculis insigniuntur. Externæ supino corpore pictę, vt duodecima icon ostendit, etiam ex albo & nigro variant quidem, sed ad latera sunt ferrugineę: internę colorem retinuerunt, sed nigræ illæ maculæ minores sunt, in extremo tam hîc, quàm illic nigræ sunt. Decimus tertius, qui in hac tabula postremus est, totus est ferrugineus. Alæ externæ in medio oculum habent, cuius pupilla alba est, nigrum. Internæ denticulatæ sunt: vtræq; in extremo nigricant. Papilio πολύχλωρος.

C

D Ex minimorum Papilionum genere sunt, qui in tabula octaua depinguntur. Inter quos, qui tertio loco datur, non inuenustus est, triplici nimirum colore, albo, russo, & luteo varians per alas. Nam lineæ, quæ in his cernuntur, & transuersales, & descendentes, russæ sunt, cætera vel candida vel lutea, punctis etiam notata russis. Corpore angusto, exili & nigricante, aluo bifurcata, pedibus exilibus & proceris. Huic consimilis est quodammodo secundus: corpore item nigricante, sed crassiori, crassiori item capite. Alæ externę luteæ sunt, supernè magis, minus verò infernè, vtrumque transuersalis linea nigra distinguit, totæ macu-

Tabula ſeptima.



Tabula octaua.



lis ſeu punctis exiguis nigris ſunt diſtinctæ. Internæ nigricant, & in extremo faſcias angu- E
ſtas habent luteas. Primus corpore toto nigrer eſt, aluo in extremo acuta: alis rotundis, candidis. Quartus corpore quoq; nigricat, oculos habens luteos: alas ex luteo ferrugineas, vbiq; nigerrimis decoratas notis. Quintus lutescit, punctis insignis cinereis, quæ totas ferè alas occupant. In externis alis macula conſpicitur nigra. neque aliud in hoc notatu dignum. Sextus corpore eſt paulò proceriori, ac craſſiori pariter nigricante. Alæ vt in præcedenti maculas habent cinereas, in area lutea. Septimus corpore & alis totis ſubalbis eſt, pedibus & antennis nigris. In medio externarum macula eſt nigra. Octauus aluo eſt rubra nigris punctis notata, pectore & externis alis nigris quidem, ſed neſcio quid cærulei etiam demonſtrantibus, alæ interne luteæ ſunt, ſtrijs plenæ nigris deorſum deſcendentibus. Nonus corpore eſt admodum breui & exili, candicante: alis item candidis ad latera ſubluteis; vndiq; nigris guttulis refertis: In medio duæ tæniæ ſunt coloris aurei, tortuoſæ, in ſingulis gyris punctum habentes nigrum. Decimus toto corpore candidus eſt, & nigris punctis variat: alas verò habet pulcherrimas maiori areæ parte ferruginei coloris, in quo mirum eſt, quàm luſerit natura: primùm enim in eo fecit faſciam ex maculis rotundis literam O exprimentibus, dein parua addidit eiuſdem coloris puncta, poſtmodum alias duas tenias F
tortuoſas, tum deniq; albam cum punctis intus nigris. Vndecimus niger eſt, alas verò habet ex ferrugineo ad luteum vergentes, totas nigris, vt icon oſtendit, maculis diſtinctas. Duodecimus craſſam admodum habet aluum coloris propè cærulei lutea faſcia ſiue circulo inſignem. Tergus nigricat, vt & caput, & oculi, pedes, & antennæ, quæ admodum ſunt proceræ. Alę verſus corpus ceruleę, deinde nigricant, ſupra duabus maculis rotundis, luteis, infrà tribus albis conſpicuę. Decimotertio corpus eſt nigrum, præterquàm in dorſo, vbi cinereum eſt. Alæ luteæ auro reſplendentes, oculis innumeris nigris, quos circulus ambit candidus cohoneſtatæ. Decimus quartus hirſutus eſt, ac alis totis cæruleis parte externa, interna cinereis, maculis albicantibus (in quibus medijs punctum eſt atrum) ordine pictis, in extremo margine notis rubicundis oblongis, oculis caudæ pauonum ſimilibus, albo ac nigro vtrinq; clauſis diſpoſitis, lineaq; nigra in latitudinem alæ diſcurrente terminatis. Totum corpus nigerrimum; item pedes, oculi, & antennæ. Alæ in fine albæ ſunt: cætera vt dixi, exteriùs cæruleæ.

Nona tabulæ vigintiquatuor habet Papiliones exiguos, quorum equidem infinitus eſt G
numerus, infinitaq; diuerſitas. Primus in hac ſerie corpore prono nigricat: pedes & antennæ ſunt cinerei. Alæ priùs nonnihil ad ferrugineum vergunt, mox candicant, punctis & lineis vbiq; atris conſpicuæ. Secundus corporis mole vix Culicem vincit; quin ni alas Papilionis haberet, Culex omnino foret. Aluus ei cinereus, pectus nonnihil ex cæruleo poſſidet. Alæ albæ ſunt, ita tamen vt nonnihil etiam fuſcèſcant, habentq; puncta minu-
Papilio πολυχλωρος minimus. tiſſima nigra, cum circulis ambientibus ea, candidiſſimis. Tertius πολύχλωρος minimus dici poterit propter alas albo, nigro, rubro, & ſubcæruleo maculoſas. Externæ in notabilem acutiem deſinunt. Corpus ei totum ſubatrum eſt; proboſcis & antennæ luteſcunt. Quartus alas habet aureas, in margine ferè caſtaneæ colorem imitantur. Prope extremitatem eſt macula ferruginea. Aluus argento micat, pectus ſupernè nigricat. In capite duo ſunt puncta coloris argentei. Quintus ex ijs eſt, qui ad ignem candelarum aduolant, corpore ſubcinereo, alis totis candidis, lineis ſiue venis ad ferrugineum inclinantibus. Sextus alas habet infra nigras, cætera coloris rutili. Corpus cum antennis, & pedibus nigrum eſt. Niger quoque eſt ſeptimus, ſed circulis ſiue annulis duobus per aluum luteis diſtinctus. Oculi quoque lutei ſunt. Alæ ſupernè magis, infernè minus nigricant, & maculis H
vbique inſigniuntur candidis. Octauus ex aduolantibus etiam ad lucernas eſt; aluo coloris flaui, nigris, vt in icone apparet, punctis rectà deorſum vergentibus inſignis, reliquo corpore candidiſſimo: alis item candidiſſimis, ſed quæ exiguis admodum ferrugineis ferè punctulis inſigniuntur, & in fine nigricant. Nonus ſeptimo ſimilis. Sed corpore maiori eſt, minoribusq; contrà alis, & in quibus maiores maculæ albæ ſunt, & velut argento reſplendent. Decimus alas pro corporis portione breues habet anguſtasq;: Aluum admodum proceram, nigricantem, annulis candicantibus diſtinctam. Alæ leuiter, pallideq; luteſcunt. Vndecimo caput magnum, ac nigrum; corpus, & internæ alæ miniacei coloris, lineis tranſuerſalibus nigris in extremo inſignitæ: externæ totæ ſunt coloris caſtanearum: pedes breuiſſimi. Duodecimus corpore eſt flauescente, procerò; dorſo craſſiuſculo, in quo color ille flauus paulo eſt intenſior: capite exiguo, ac rotundo, pedibus breuioribus: alis
Papilio lucernarius. candicantibus, vel pallidè luteſcentibus. Decimustertius vulgatiſſimus ille eſt, qui candelarum lumini infeſtus eſt, de cuius natura poſtea priuatim agemus. Corpore eſt admodum

Tabula nona.



dum exiguo, nigricante: alis & antennis flauis. Decimusquartus internas alas totas habet rubras, ſupernasq; eiuſdem coloris, ſed ad internos margines cinereas: corpus totum atrum, præterquam in ceruice vbi circulus aureus eſt: pedes ſunt rubicundi, antennæ nigræ, in extremo obtuſæ. Decimusquintus idem eſt ſupino pictus corpore, ut alui craſſities magis appareret: nam alioqui nihil vel parum differt. Fæmina erat, & oua mihi peperit rubicunda. Decimoſexto corpus eſt oblongum, & fuſcefcit infernè, ſupernè argenteo micat. Alæ eiuſdem ſunt coloris fuſci, & argento auroq; micantis. Decimuſeptimus toto corpore nigricat, alas habet ferrugineas, ſed elegantiſſimè aureo colore reſplendentes. Idem decimooctauo loco exhibetur ſupinus, quia variat admodum: nam corpore toto candicat, alæq; minus ſunt ferrugineæ, minusq; reſplendent auro, ſed contrà innumeris punctis atris maculantur, quas circuli ſui ambiunt candidi. Habent verò eandem faſciam auream propè extremum marginem. Decimusnonus aluo admodum eſt procera, tota lutea, ceruice nigra, pedibus, antennis, & ſummo capite candidiſſimis: alæ quoque candidiſſimę ſunt, ſed ſtrijs ſiue lineis nigris interſtinguuntur, ſuntque adeo breues, vt ad volandum videantur eſſe inutiles: nam hoc in eo obſeruaui, quòd continuo folijs velut zoophyton quoddam adhæreat. Vigeſimus niſi alas haberet latiores ex Muſcarum potiùs, quàm Papilionum genere videretur: corpore enim eſt admodum compacto, nigricante, alis ex cinereo ad caſtaneum inclinantibus, & aurum reſplendentibus. Vigeſimus primus ab alis tam internis, quàm externis prorſus argenteo ſplendore emicantibus, argenteus dici poteſt. Corpore præterea toto candido eſt, præter oculos, qui nigri ſunt, & antennas, quę ſunt luteę. Vigeſimuſecundus toto corpore aterrimo, alas habet nigras colore ruberrimo diſtinctas; pedes & antennas longiuſculos, nigros. Vigeſimustertius antennas habet latiſſimas, hirſutas ac velut plumoſas, coloris flaueſcentis, caput & alas candidiſſimas, has tamen fuſcę tranſeunt lineę ſubtiliſſimæ. Aluus tota craſſa eſt, & grauis, colore luteo. Nihil vel parum volat, folijs ſemper adhęrens. Poſtremus omnium minimus, breuioribus tamen, quàm par eſt, ac latioribus alis pictus: ſunt enim anguſtiores, ac oblongiores. Totę albicant. Triticiarius dici poteſt; nam tritico infeſtus eſt, vtpotè ex tritico prognatus. Rectiùs depingetur in ſubſequenti tabula decima.

Papilio argenteus.

Papilio primo ordine in hac decima tabula depictus figura corporis eſt admodum inſolenti. Habet enim in aluo ſeriem quandam velut plumarum ſubtiliſſimarum, penicillos pictorum exactè exprimentium, coloris partim albi, partim nigri. Corpore toto admodum craſſo eſt, dorſo & vertice ſummo cinereis, aluo lutea, annulis diſtincta atris. Inter quintum & ſextum annulum ab vtroq; alui margine macula eſt candidiſſima, inter ſextum verò, & ſeptimum aterrima. Alę exterius ex cinereo fuſceſcunt, intus ſunt rubicundę, corpore ſupino, ſicuti etiam qui ſecundo loco depictus eſt, candicat. Antennæ latę ſunt, & ex cinereo fuſcę. Aluus ſupina nigra eſt, in medio candida. Ad mediocres pertineret, niſi tam craſſus eſſet. Tertius ex minoribus eſt, aluum habet luteam nigris zonis diſtinctam. Alę quoque flaueſcunt; tergus ferrugineum eſt, eiuſdemq; coloris antennę quæ latę ſunt & hirſutæ. Supino ventre albicat. Quartus aluo quoque luteo eſt, ſed magis ad croceum accedit, & punctis notatur in medio deorſum deſcendentibus aterrimis. Alę interiæ eiuſdem cum aluo ſunt coloris, & ſimilibus quoque punctis maculantur; exteriores leuiter pallideq; lutescunt, tergus & antennæ colore ſunt ferrugineo, pedes croceo. Habes eundem alis complicatis, prout ex ſua chryſalide erumpit. Sextus valdè eſt exiguus, corpore ſuperno fermè ferrugineo, inferno planè aureo. Alas habet luteas ad croceum vergentes, admodum paruas. Septimus corpore nigricat, alas habens luteas ad ferrugineum nonnihil vergentes, & ferrugineis venis diſtinctas. In exterioribus macula eſt nigra, rotunda, puncto intus albo. Idem eſt, qui octauo loco depingitur erectis alis, quæ eundem planè colorem retinent, præterquam vbi corpori iunguntur, qua parte ad cæruleum vergunt, habentq; lineam albam, quæ medias percurrit. Ex minimorum genere eſt, qui nono loco exhibetur, corpore cinereo nigreſcente, alis cinereis admodum obſcuris, internis luteis. In externis macula eſt candida literam V exactè exprimens, item altera figurâ ſemicirculi. Decimus alas habet longas & anguſtas, colore flaueſcente, faſcijs ſiue tæneis ornatas tribus, atris. Pedes & antennæ flaueſcunt. Oculi admodum exigui ſunt, & nigri. Poſtremus omnium minimus Papilio eſt triticiarius rectiùs, quàm in præcedenti tabula exaratus, ſimul cum ſua chryſalide, & Vermiculo ſui ortus. Alas habet vt cæteri quaternas, albidus totus, cinereuſue, corpore leui in acutum aluo deſinente, argenteo ſplendore. Vermiculus iſte Curculio vocatur, de quo pòſt ſeparatim.

Papilio triticiarius.

Reliqua

Tabula decima.

1



2



3



4



5



6



7



8



9



10







Tabula vndecima.




Rariores ſunt & formæ inſolentioris, qui in vndecima tabula depinguntur. Ex quibus primus aluo eſt craſſiſſima ſupernè candida, infernè nigreſcente, ſeu potiùs ad cæruleum inclinante: annulis & punctis diſtincta nigricantibus: tergus ac caput candicant, admodum hirſuta. Antennæ latiſſimæ, ac villoſæ, coloris ferè amethestini. Alæ ex amethiſto & cyaneo mediæ, venas habent rutilas primùm, pòſt nigras: In extremo candicant, vbi punctis maculantur exiguis, aterrimis. Pedes robuſti, eiuſdem cum antennis coloris. In aluo notatu dignum eſt, quòd in extremo longè craſſior ſit, quàm vbi corpori iungitur. Secundus ex eodem vel conſimili genere, licet minor, corpore eſt fuſco capite acuto, oculis protuberantibus, per tergus & ſummo vertice cinereus, alis breuibus pariter cinereis, internè prope aluum rubicundis. Antennas non rectà vt cæteri erigit, ſed ad latera extendit. Ex eodem genere eſt tertius, & ipſe acuto capite, & ad latera emittens antennas ſuas. Corpulentus eſt, craſſiori tamen thorace quàm aluo, quæ nigris extenditur annulis. Toto corpore ſuperno leucophæus eſt, inferno candicat. Alæ totæ fuſcæ ſunt, internæ qua ventrem ſpectant, nonnihil poſſident rubicundi. Quartus totus ex cinereo fuſcus eſt, alas habens longiuſculas, & anguſtas. Aluo eſt craſſa & bifurcata. Hæc annulis, alæ venis inſigniuntur ferrugineis. Caput admodum breue eſt, antennæ minutiſſimæ, ac vix apparentes. Inſolentis profectò formæ caput obtinet quinto loco pictus, à cuius lateribus duo ſunt tubercula rotunda, nigra multis capillamentis nigris hirta, & in extremo alia duo, ſed quæ

eiuſdem

A eiusdem cum capite sunt coloris, nimirum ruberrimi, qui quoque color communis est tergo, à cuius quoque lateribus duo alia sunt tubercula nigra, vt priora. Alæ ex infima tergoris parte exoriuntur, colore ferè nigricante, luteis aureisque lineis & guttis refertæ. Aluus est bifurcata, tota lutea rubris zonis interstincta. Pedes & antennæ nigricant. Sextus tota aluo rubra est aureis prope finem lineis notata, in quibus puncta sunt rubra. Alæ primùm luteæ sunt, dein totæ nigræ albis conspersæ punctis, & lineis distinctæ aureis. Caput villosum est & nigrum tribus antennis instructum, vt pictor pinxit. Septimus minimorum generis alis est denticulatis lutescentibus, nigris lineis & punctis rubris insignibus; aluus albida est bifurcata nigris lineis ornata ambientibus, pedes nigricant. Octauus aluum item habet bifurcatam, sed crassiorem, eiusdem prorsus cum præcedēte coloris, sicut & ipsæ alæ, sed quæ loco punctorum in extremitatibus infernis rubescebant. Nonus crassissimam habet aluum rubram, supernè luteo distinctam, alas angustas ferrugineas nigris lineis refertas. dorsum candicat. Postremus aluo est crassiuscula, alis & toto corpore cinereis, pedibus nigris.

B

# COITVS. PARTVS. GENERATIO.

COIRE Papiliones necdum obseruaui, id verò credibile est argumento nostrorum Bombyliorum, qui coire cernuntur. Estque authoritas authoris de natura rerum, qui scribit Papiliones post Augustum coire, & morīte post coitum masculo fœminam oua parere, hisque editis ipsam mori. Ego alijs etiam temporibus coire puto. [a] Albertus ouis quandam inesse ait rubedinē: atq; hoc quoq; omnibus conuenire negauerim, cùm & alba, » & lutea quoq; obseruauerim. Eiusmodi semina [b] Columella stercora vocabat, vbi quædam » præcepta tradit, vt mundanda sint aluearia. Præterea, vt Tineæ, inquit, si apparuerint, euer- » rantur, Papiliones enecentur, qui plerunque inter aluos morantes Apibus exitio sunt. Nā » & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos aluorū Tineas appellamus. [c] Isi-
C dorus id videtur sic repetisse, ait enim Papiliones esse auiculas, quæ maximè abundant florentibus maluis, quique vermiculos suo stercore faciunt nasci. Cùm itaque oua ędere certo certius sit, ita è contrario quomodo & quo loco per hyemem conseruentur, à nemine hactenus annotatū obseruaui. Id cùm aliquando à rusticis quærerem respondebant, sese quandoque folia seminibus Papilionum grauida, cùm terram vomere scinderent, huius vlsceribus recondere eiusque tepore per hyemem foueri: sed cúm eo modo in terra potiùs suffocarentur, arbitrari cœpi ea tantùm conseruari, quæ in cauitatibus corticum arborum reponunt: quę verò in folijs eodem anno, viuificari. Et reuera oua obseruaui ędita sub chamæfici folijs, ex quibus sub finem Augusti Eruculæ sponte erumpebant. Erant autem tenui inuoluta lanugine, ne ab ambiente læderentur: ipsæ verò Eruculæ decidentes terræ non illidebantur, sed tenuissimo admodum filo more Aranei appensæ in aere remanebant. Cùm sub folijs pariunt, ita ea plicant, vt imbres nocere non possint, & quasi sub tecto quopiam ea reponunt. Obseruaui item bis Erucam, quam inter brassicas ceperam, primò parere oua, lutea, tenui inuoluta etiam lanugine, ijsque editis, in chrysalidem commutari, eisdem quo illa fuerat, coloribus, luteo, viridi, & nigro, & quod mirum mihi videbatur, ex ijs ouis volucria erum-
D pere animalcula adeo exigua, vt visum ferè subterfugerent, qualia scilicet in vesicis vlmorum reperiri solent. Quatuor habebant alas Papilionum more. Sed coire eas non obseruaui. Colore sunt viridi ac luteo, atris respersa maculis supernè, infernè tota sublutea. [d] Albertus tradit ex Papilionum ouis per hyemem alios Papiliones volantes produci, longas & flexuosas habentes promuscides, quibus rores sugant, sed id apud me prorsus est ridiculum. Quis enim Erucas hyeme obseruauit, aut Aurelias? Si qui itaque hyberno tempore, sereno cœlo apparent, eos iamiam genitos esse crediderim, & propter frigus Chrysalides eorum prius eousque latuisse. Omnis enim Papilio ex Chrysalide nascitur, Chrysalis ex Eruca, Eruca ex ouis. Papilionum, quorum, vt dixi finis est, non Erucas aut Chrysalides, sed alios procreare Papiliones. Scio interim istæc Philosophorum principi & communi præceptori [e] Aristoteli aduersari. Hic enim cùm omnia Insecta Vermem facere scribat excepto quodam Papilionum genere, quod ait durum quiddam simile cartamo, hoc est, cnico producere, cęteros Papiliones dicere videtur non oua, sed Vermem gignere: Equidem nihil

An Papiliones coeant.

Oua qualia.

[a] *Lib. 26.*
[b] *Li. 9. c. 14*

Tineæ aluorum.

[c] *Li. 12. c. 8.*

Oua Papilionum ut per hyemē conseruentur.

[d] *Lib. 26.*

[e] *Li. 9. Hist. cap. 19.*

vel parum rectè aut verè de Papilionum generatione scripsisse videtur: cùm interim exactissimè de ea scribere tentauerit. Nascuntur, inquit, Papiliones ex Erucis; Erucę ex virentibus foliis, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥάφανος, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην. hoc est, & maximè brassicæ, (nam ῥάφανος, & κράμβη sunt Synonyma) Primùm minus quid milio consistit in folio, mox Vermiculi inde contrahuntur, & accrescunt, tum intra triduum Eruculæ inde efformantur: quæ auctæ motu cessant, suaq; forma immutãtur, appellanturq; tantisper Chrysalides (quasi Aurelias dixeris) duro intectę putamine sunt, ad tactum mobiles, meatibus aré nosis obductæ. Non os non aliud ex membris, quod conspicuum sit possident. Longo post tempore, putamine obrupto euolant inde animalia pennigera, quos Papiliones vocamus. Itaq; primùm cùm Erucæ sunt, cibo aluntur, atq; excrementa edũt. At verò cùm in Aurelias dictas transierint, nihil vel gustant vel excernunt. Hæc Aristoteles, mutationem Erucarum in Aurelias, & harum in Papiliones optimè tradens: sed non aduertit illud, quod consistit in folio, Papilionũ semen esse, præterea Vermiculos illos, quàm primùm erumpũt ex ouis Eruculas esse: cùm tamen aliàs de hac eadem [f] generatione agens Erucas ipsas nominet Vermes his verbis: Omnia enim post Vermis naturam motu cessant, & putamine obdurescunt, mox rupto putamine exit velut ex ouo animal tertia perfectum generatione, idq; pennatum magna ex parte. Ratione illud etiam euenit, quòd multi admirentur. Erucæ enim cùm primò capiant cibum, mox non capiunt, sed motu cessant, quæ per id tempus Aureliæ dicuntur. [g] Plinius grana illa ex rore fieri credidit, foleq; densari, quod ipsum naturæ speculatores non facilè comprobant. Lapsusq; in eo præterea est Plinius, quod pro ῥαφάνῳ transtulerit raphanum, qui ῥαφανὶς Theophrasto nominatur. Sed verba adscribam: Multa autem, inquit, Insecta & aliter nascuntur, atque in primis ex rore. Insidet hic rhaphani folio primo vêre, & spissatus sole in magnitudinem milij cogitur. Inde porrigitur Vermiculus paruus, & triduo Eruca, quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice, ad tactum tantùm mouetur Aranei. Hæc Eruca quam Chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat Papilio. Quidam in margine pro raphani legit brassicæ ex Dioscoride, sed Dioscorides Erucas generari tradit ἐπὶ τῶν λαχάνων, hoc est ex oleribus, ex quibus etiam raphanus est. Quare vel ex [h] Aristotele, vel ex eius discipulo Theophrasto locum illum restituere debebat. Hic enim Erucas scribit priuatim brassicam infestare, atque ex ea oriri his verbis: ζῳόια δὲ γίνεται ταῖς μὲν ῥαφανίσι, ψύλλαι: τῇ δὲ ῥαφάνῳ κάμπαι, καὶ σκώληκες, hoc est, Animalcula, quædam gignuntur, in radicibus Pulices, in brassica Erucæ, & Vermiculi. Quem quoque rursus locum transferens idem [i] Plinius, pro radiculis reddidit napis pro brassica raphano. Sed hîc in Plinij textum, insigne mendum irrepsit: nam textus Culices habet, cùm Pulices sit legendum. Textus itaque Plinij nunc habet sic, Napis Culices, raphano Erucæ, & Vermiculi: item lactucæ & oleri: Legendum ex Theostrasto. Radiculis Pulices, brassicæ Erucæ, & Vermiculi &c. Ex quo loco lapsus manifestatur Aristotelis, qui cùm Vermes videret in brassica, opinabatur eos nasci ex ouis illis milio similibus, ac dein in Erucas abire, cùm & Vermes & Erucæ quandoque simul, quandoque seperatim brassicam infestent, sicut ex allatis Theophrasti verbis facillimè quiuis colligat. Ῥάφανον verò brassicam esse, cùm ex præcitatis [k] Aristotelis verbis, tùm ex Theophrasto liquidissimè constat, qui eodem capite τῆς ῥαφανίδος, & τῆς ῥαφάνου genera describit, vbi cautè ac prudenter Theodorus pro ῥαφανὶς radicem, hoc est raphanum, pro ῥάφανος brassicam transtulit. Et Hesychius ῥάφανος exponit κράμβη, id est brassica, vt ex Dioscoride constat, cui etiam ῥαφανὶς raphanus est. Raphanum tamen infestare non nego, in omni enim olerum genere passim reperiuntur Erucæ, idque ex Dioscoride iam tradidi, sed aliæ brassicam, aliæ raphanum, aliæ alias herbas, & arbores infestant: neque etiam omnes in Papiliones abire arbitror. nam multæ cùm vniuersa quibus insistunt, consumpsere, ipsæ etiam consumuntur. Quędam enim cum in arboribus instar Bombycum contexta reliquerunt, moriuntur, sequenti verò anno illæ rursus nouis vermibus coalescunt, sicut sæpè in arboribus obseruaui, & priuatim in ea, quæ vulgò Euonymus Theophrasti putatur: Plinius arborum morbum esse dicit, vocariq; Araneum, & fieri præcipue in oliuis, & vitibus. Est etiamnum, inquit, peculiare oliuis, & vitibus (araneum vocant) cùm veluti telæ inuoluunt fructum, & absumunt. Sed nos id in pomis præcipuè obseruauimus: Quædam etiam tecta domorum subeuntes, è parietibus dependent, ibiq; in nihilum rediguntur. Præterea cùm aliquando Erucam quandam hirtam siue echinatam coloris totam cærulei aluissem, ea quidem folliculum quendam rudi modo texebat, sed postea, cessante paulatim motu moriebatur. Alia quædam, cùm ex ea pulchrum quendam expectarem Papilionem, milii peperit oua numero quadraginta magnitudine grani tritici, luteo colore, tenui obducta

[f] *Lib. 3. de gener. c. 9.*

[g] *Lib. 11. cap. 32.* Plinij lapsus.

[h] *Li. 7. Hist. plant. c. 5.*

[i] *Lib. 19. cap. 10.* Brassicam quę animalia infestãt.

[k] *Li. 7. Hist. plant. c. 5.*

Erucæ aliæ alias plantas infestãt.

A ducta carthilagine in quorum singulo inerat Vermiculus, sed nunquid postea ex hisce vermibus fierent Chrysalides, vt verisimile est, vt verum fatear, nescio, qua incuria non obseruaui. Et rursus earum, quæ in Papiliones commutantur, non omnes putem ex ouis generari, sed quasdam etiam ex plantarum putredine: Sed nunquid campestrium illorum, quos per agros & hortos leuissimo volatu ferri videmus, etiam ex putredine nonnunquam generentur, plurimum addubito. Id tamen veteres omnes sibi persuasisse videntur, cùm nullam ouorum mentionem faciant, vt ex allatis manifestum est. Solus [1] Plutarchus oua Papilionum agnouisse videtur: Etenim plurimis argumentis disputans, priusné fuerit ouum ipsa Gallina, primò Papilionis ortum, deinde Scnipum & Teredinum, quæ ex putri nascuntur ortum, in exemplum adducit his verbis: Vt verò primùm nascitur Eruca (scilicet ex ouo de quo disputat, nam postea subiungit de ijs quę ex putri oriuntur) deinde siccitate concrescens tandem rumpitur, atque è se aliud alatum animal exhibet, quod ψύχη, id est, Papilio vocatur, ita hîc ouum prius existit, tanquam materia ortus. Nam in omni mutatione necesse est prius re mutante esse id, è quo mutatur. Considera enim Scnipes, & Teredines in arboribus, & lignis innasci, humoris putrefactione, aut concoctione, quibus nemo B negauerit priorem natura esse vim generandi. Nam materia aduersum ea quæ nascuntur, rationem habent matris, vt ait Plato & nutricis. Materia autem omne id est, ex quo constituitur id quod nascitur. Hæc Plutarchus. Author thesauri linguæ Græcæ pro ψυχῶν legi tradit in antiquo codice νύμφων: quæ lectio sanè laudari non potest: nympha enim alata non est. Iam verò non omnes Papiliones oriuntur ex Erucis; quidam enim ex Vermibus, vt domi nostræ videmus in ijs qui in frumento proueniunt. Frumentum enim si humidius fuerit, Vermes producit, hi chrysalides, ex quibus Papiliones fiunt. Exire etiam vidi Papiliones ex arborum, maximè salicum cauis suo vix spolio denudatos, Papiliones, inquam eiusdem cum cauitatibus crassitudinis, in quibus sanè oua fuisse nemo dixerit: ex singulis enim cauis singuli exeunt Papiliones, cùm qui semen in quodam loco edunt, id nisi admodum numerosè pariant. Sunt id genus Papiliones corpore admodum crasso, alis plurima lanugine obsitis, colore plerunq; fusco ad castaneum vergente; quare Papilionibus proprium esse, vt ex Erucis oriantur, statuere non possumus, quanquam id testetur [m] Theophrastus his verbis: Mirum omnino fortassis non minus est, quòd in populo alba euenit, cùm in proximum atq; simile quodammodo transeat. Nam & in animalibus mutationes huiusmodi C plerasq; videmus, alias in generatione, vt cùm in cæteris, tum in ijs quos (ψυχὰς) Papiliones vocamus. Enimuerò ex Erucâ, Aurelia nascitur, mox de ea Papilio. Id enim non alijs quàm Papilionum generi euenit. Erucas sponte nasci facilè credo, sed ex his Papiliones procreari non puto, quanquam Erucis vento simul raptis pluere bis terúe obseruaui in hac ipsa vrbe, quæ in chrysalides, & Papiliones conuerterentur, atque ex his vnum depictum exhibui: quare has ex putri genitas fuisse, negem certo mihi persuadens, quæ sponte oriuntur ex ijs, quamuis non omnibus esse, quæ absumptis folijs, ipsæ quoque consummuntur, & ad nihilum rediguntur. Harum præcipuus ortus est, aëre nimia peccante humiditate, ac putredine tepida. Hæc enim Erucas maximè procreat, vt testatur [n] Plinius, dum ait: Sunt ex eadem causa nascentes, & Erucæ, dirum animal, eroduntq; frondem, aliæ florem oliuarum quoque, vt in Mileto, ac depastam arborem turpi faciè relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido & lento. Desumpsit hoc ex [o] Theophrasto, qui sic scribit: In Mileto oleas cùm florent, Erucæ erodunt, aliæ frondem, aliæ florem; genere diuersæ: itaq; arbores dispoliant. Nascuntur tempore Austrino; & vento, si acrior insecutus fuerit, rumpuntur. Postremò [p] Columella etiam post pluuias noxia scribit incessere animalia, quæ à D nobis appellantur Erucæ. Atque hæc est de Erucarum, & Papilionum generatione, nostra opinio, quam si videbitur iusta, ac bona, lector amplecti poterit, sin minus, boni eam consulat, rogamus. Sed antequam huic rubricæ finem imponamus admonendus est lector, Gazam apud [q] Aristotelem scribere, nonnulla animalia oriri ex nullis, vel eiusdem, vel diuersi generis animalibus, inter quæ recenset Muscas & Papiliones; ex quibus ait gigni quidem animalia, sed non similis naturæ, sed genus quoddam Vermiculi: cùm Aristotelis textus Græcus habeat eo loco ψυλλῶν, hoc est paruorum Phalangiorum, non ψυχῶν, vt Gaza vertit præcipitanter certè. nam aliàs apud eundem [r] Aristotelem, vbi Araneorum, & Phalangiorum genera recenset, rectè Pulicem transtulit his verbis: Araneorum, & Phalangiorum plura sunt genera. Mordax in duo distinguitur, alterum simile ijs, quæ Lupos appellant, est paruum, varium, procax, salax, ψύλλα, id est, Pulex nuncupatum, &c. Non enim hic generandi modus Papilionibus conuenit, sed Araneis, quos scribit [s] Aristoteles parere Vermiculos, qui non

[1] *Li. 2. Sympos. quæst. 3.*

Scnipes vt generẽtur.

Papiliones ex Vermibus.

[m] *Li. 5. Hist. cap. 8.*

Erucas etiã sponte nasci.

[n] *Lib. 27. cap. 24.*

[o] *Li. 4. Hist. plant. c. 16.*

[p] *Lib. 12.*

Gazæ lapsus.

[q] *Lib. 1. de Generat. anim. c. 18.*

[r] *Li. 9. Hist. cap. 39.*

Phalangiũ Pulex dictum.

Araneorũ generatio.

[s] *Li. 5 Hist. cap. 27.*

ex parte; ſed toti in Aranei formam immutantur. Ex Papilione auem gigni pennatam compertum eſt hoc ipſo ſæculo, vti tradit Ioſephus Acoſta Ieſuita 1560. ex Breſilia. E

# LOCVS. VOLATVS. CIBVS. ÆTAS.

Quo loco gaudeant.

PAPILIONES non eadem omnes loca amant. Illi enim, qui leuiſſimo hinc inde per aëra volatu feruntur, locis gaudent apertis, ac amœnis, herbis floribusq; refertis, quos rectè quis campeſtres nuncupauerit. Contra grauiore corpore pręditi, vel arborum truncis, vel parietibus, ac feneſtris velut affixi hærent, ac parum volant, gaudentq; magis tenebricoſis, quàm lucidis locis. Vnde cùm author de natura rerum ſcribit Papiliones eſſe Vermes volantes, qui maximè floribus innituntur, & ex eis cibos capiunt, de prioribus intelli- F

An cibum capiant.

gendus eſt; Sed cibum capere non puto argumento noſtrorum Bombyliorum, qui cùm craſſo alioqui ſint corpore, cibum non capiunt, & ſubito moriuntur, cùm proli incubuerint, hoc autem, quamprimum in lucem editi ſunt, faciunt: quare & cæteros, ocyus interire, etſi id necdum obſeruaui, ſuſpicandum eſt. [a] Collumella, & ex eo, vt videtur [b] Iſidorus ſcribunt, eo tempore quo florent maluæ, magnam eſſe Papilionum multitudinem. Sed cùm maluarum aliæ ſint ſylueſtres, aliæ ſatiuæ, quaſnam intelligat videndum eſſet. Satiua etenim, ſiue hortenſis Iulio & Auguſto præſertim menſibus florent; ſylueſtris per totam æſtatem, & in maximam autumni partem durat. Equidem Papiliones ipſo ſæpe vêris initio videre eſt, vêrisq; noui teſte Plinio habentur nuncij: item tota æſtate, ac autumno, niſi frigus ocyus ingruat. Quamobrem ego Columellam de domeſticis maluis loqui puto: nam de illis Papilionibus loquitur, qui in alueis Apum nati, Apes infeſtant. Sunt autem hi ex eorum genere, qui ad lumen candelæ aduolant, quales Auguſto potiſſimùm menſe abundare cernimus. quamobrem etiam eos candelæ in olla poſitæ igne eos interimi ſcribit. Quod pòſt etiam repetijt idem [c] Iſidorus: Papiliones, inquit, vocantur à ſimilitudine paruuli animalis volantis, quod maximè abundat florentibus maluis. Hæ ſunt auiculæ, quæ lumine accenſo G conueniunt, & circa volitantes ab igne interire coguntur.

[a] *Li 9.c.12.*
[b] *Li.12.c.8.*
Malua alia ſatiua & ſylueſtris quã do floreat.
Papilio ver nunciat.
[c] *Lib. 15. cap 10.*

# DENOMINATA.

Papilio ſiue tentorium.

APAPILIONIS volantis ſimilitudine tentorium Papilionem vocari nonnulli volunt. Calepino Græcè etiam ſcribitur παπιλίων, ſed eam vocem nullibi reperio. [a] D. Chryſoſtomus vocem eſſe tradit Romanam; apud quem fortè cùm ille Græcè ſcribi videret, Græcam eſſe credidit. Chryſoſtomi verba adſcriberem, ſed Græco careo: Latinus factus ſic habet: Quemadmodum ergo Moſis in deſerto tabernaculum, erat tigurium in quo congregari poterant, quod Romani vocârunt Papilionem. Italis & Belgis etiamnum Padiglione vocatur. Gallis parum mutata dictione Pauillon. Apud [b] Plinium vbi habet, Numidæ verò Nomades à permutandis Papilionibus, mapalia ſua, hoc eſt, domus, plauſtris circumferentes, caſtigatoria exemplaria habent, à permutandis pabulis. Eſt tamen vox à latinis H recepta. [c] Vegetius: Porta quæ appellatur prætoria, aut Orientem ſpectare debet, aut illum locum, qui ad hoſtem reſpicit, aut ſi iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam eſt profecturus exercitus, intra quam primæ centuriæ, hoc eſt, cohortes, Papiliones tendunt, & Dracones & ſigna conſtituunt. Sunt autem eidem Vegetio propriè è velis tenſis. [d] Procopio etiam ex aſſeribus. Ipſe poſt hæc, inquit, vbi legatum appropinquare audiuit ſubito tugurio ex craſſis aſſeribus compacto, quod Papilionem vocant, ibidem reſidebat. Sed hęc huc non pertinent, dicam tamen & hoc, inter huiuſmodi Papiliones ſiue tentoria primum locum amplitudine tenere Regis Sinarum; quo aiunt, præter duo hominum millia, quæ ſub illo degunt, etiam regum, principum, rerumq; publicarum oratores hoſpitio excipi. Papiliones item nominantur maculæ illæ, quibus per peſtilẽtes febres cutis ſuffunditur varijs locis, Pulicum aut Cimicum morſui ſimiles, vario ſæpè colore, pro veneni feritate, & materiæ conditione, modò rubræ, modò flauæ, ſubnigræ, violaceæ ſeu purpureæ, cæruleę, liuidę, nigræ,

[a] *Homil. in Pſal. 14.*
[b] *Lib. 5.c.3.*
[c] *Li 1.c.23.*
[d] *Lib. 2. de bell. Perſ.*
Papilio regis Sinarũ memorabilis.
Papiliones pro maculis cutis in febre peſtilenti.

A nigræ, & quia ferè purpurei sunt coloris, ideo purpuræ nomine Gallis intelliguntur. Lenticulæ alijs dicuntur, quòd sæpe lenticulari colore, & effigie visuntur [c] Ambrosius Pareus Papiliones ideo nominari vult, quia alatorum Papilionum instar varias subito inuolent corporis velut regiones, nunc faciem, nunc brachia, nunc crura, nunc totum corpus. Ego potiùs à maculatis illis Papilionibus pulcherrimis, qui floribus desides perpetuo insident, propter consimillimas maculas ita vocari arbitror. Quare & flores multorum leguminum Papilionacei vocantur, quòd Papilionum figuram quodammodo exprimant. Plurimos enim videre occurrit, qui Papiliones, quàm simillimè ementiuntur, vt non modica lasciuia naturam in ijs depingendis lusisse constet. Pisum præ cæteris flores Papilionis forma circa vmbilicum purpureos galeatos habet: nec longè à iam dicto fabæ flos abit, cristatus, purpureus, varijs punctulis variegatus: Smilaces hortenses siue phaseoli Papilionis effigie flores gerunt: Cicer eiusdem effigiei vt superiores, flores producit. Porta arbitratur naturam ideo lusisse horum animalculotum in floribus illis figurâ, vt cùm fœcunda hæc esse constet propter eorum vbiq; locorum copiam, hac eadem fœcunditate pollere significaret. Reuera legumina fœcunditatem promouere credendum est, quando venerem & stimulent,
B & augeant.

[c] *Lib.* 21. *cap.* 28.

Flores Papilionacei cur sic vocantur.

*Pisi flos.*

Legumina Venerem cient.

# PRÆSAGIA.

„ SVNT, inquit [a] Plinius, qui certissimum Veris indicium arbitrentur, ob
„ infirmitatem animalis, Papilionis prouentum. In ipso anno cùm commen-
„ taremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extin-
„ ctum, aduenasq; volucres ad vj. Cal. Februarij spem (speciem legunt alij
„ ex veteri textu) vêris attulisse, mox sæuissima hyeme conflictas. Nostri quoque agricolæ papilionem incertum vêris inditium habent, sicut quoq; Hirundinem, quoniam vtriusque aduentum frigora sæpissimè subsequantur; sed Cicada, cum apparuerit, metum frigoris deponi iubent, vnde prouulgatum ipsorum est velut adagium:

*Non credo alla Rondine ne alla Farfalla*
C *Ma ben alla Cicala che mai falla.*

Papiliones visi sunt nonnunquam nimia copia luxuriantes aëris perniciem indicasse. Tradit [b] Cornelius Gemma anno 1562. circa 15. Augusti ingentem Papilionum exercitum in Belgio natum fuisse, anno, inquam, cuius status admodum erat, ventosus, tempestatibusque multis, atque procellis infestus. Volabant, inquit, hæc animalcula propter aquas, ea frequentia, vt cursum fluminis obscurarent, potissimùm post occasum Solis: hinc sese sub noctem referentes, per vicos velut instructis copijs vagabantur, nihil ferè à Tineis differentes. Hæc ille, addens insuper parentem suum in Ephemeridibus suis adnotare idem visum anno 1551. August. 16. tertioq; iam, & quartò annotauisse, semper cùm apparerent, eadem anni parte spectatum, circa Augusti medium scilicet, post constitutionem æstatis omninò consimilem, per schematismos Saturni, & Veneris. Sed an quicquam in prodigiorum genere valeat necne, nondum sibi satis esse exploratum, præsertim quando causarum præcedentium constans analogia sit satis ex naturæ visceribus deprehensa. Idem author agens de ingentibus calamitatibus, ac cladibus, quæ illic anno 1573. contigere, inter cætera prodi-
„ gia, ac earum præsagia Papilionum frequentiam iterum recenset his verbis: Papilionum
D „ ingens exercitus rursum apparuit 18. Augusti, qualis & anno 1551. item 1560, aliasq; sæ-
„ pius ijsdem temporibus anni, & constitutione consimili. Durant hæc animalcula Tinearum
„ instar, vt plurimum dies continuos tres, quæ nube densissima propter cursus fluminum ve-
„ cta, hinc sole occiduo per vicos & Lares sese dispergunt, & corruptelam aëris ex anni ma-
„ dore significant. Præcesserat copula diuturna Saturni, & Veneris: vigesimo die tempestates
„ horrendæ cum ventis assiduis subsecutę: die vigesimo primo frigus insolens, ac supra tem-
„ poris rationem. Febres contagiosæ ampliùs inualescebant: Vermes & id genus putredines
„ supra modum. Nam & huiusmodi mali præsagia ex illo Insecti genere vel duce natura col-
„ ligi potuerunt, quòd nimirum vnius parentis germanæ soboles videantur.

[a] *Lib.* 18. *cap.* 25. Veris signũ

papilio incertus Veris nuncius.

pestis præsagia.

[b] *Lib.* 2. *Cosmocrit. c.* 1.

[c] *Lib.* 2. *c.* 4.

E

# PROVERBIA.

Festina lentè.

ΣΠΕΥΔΕ ΒΡΑΔΕΩΣ, id est, Festina lentè, vetus est adagium, de quo multa scribit adagiorum author pulcherrima admodum eruditè, quæ qui volet, ipsum adire poterit. Non inuenustam, inquit, ænigmatis speciem præ se fert, propterea quòd constat ex verbis inter se pugnantibus, ideoq; referendum est ad formam eorum, quæ per ἐναντίωσιν, id est contrarietatem efferuntur. Monet adagium tutiora esse, quæ lentis consilijs prouidentur, quàm quæ calidis properantur. Quamobrem duobus Imperatoribus Romanis, omnium facilè laudatissimis, Octauio Augusto, & Tito Vespasiano, quorum vtroque nemo alius sapientiùs, ac prudentiùs imperij habenas rexit, tantoperè placuit, vt typo vterq; id expresserit hyeroglyphico, quo sese à nimia præcipitatione, ac credulitate illa, qua plæriq; principes, ac iudices mox primo impetu parasitorum suorum delationibus fidem adhibentes, cum quibusdam iniquissimè interdum egerunt, alienos esse indicarent, temperantiamq; & regendis imperij habenis moderamen iustum obseruare testarentur, Augustus Papilione cancri marini chelis prehenso, Vespasianus delphino anchoræ circumuoluto. Papilione enim nihil leuius in aëre fertur, delphino nihil celerius in mari natat: illo itaque à cancro cuius gressus lentissimus est, prehenso, atque hoc anchorę, quæ & naues maximas remoratur, stabilitate retento, temperamentum quoddam enascatur, necesse est, quod tantis principibus conuenire existimabant. Illud quoque à Martiale dictum videtur prouerbialiter in Ligurram, qui timebat, ne mordaci aliquo epigrammate ab ipso proscinderetur, ac perstringeretur:

Augusti & Vespasiani symbolum.

F

*In tauros Lybici ruunt Leones*
*Non sunt Papilionibus molesti.*

Adhiberi poterit, quoties significabimus excelsis animis leues, & vulgares iniurias esse negligendas.

# DE PAPILIONE AD LVMINA ACCENSA ADVOLITANTE.

G

Ordinis ratio.

DIVIS generis Papiliones aliquot suprà, quòd cum alijs permixti sint, descripsimus. Alas plerumq; habent membranosas, siccas & quæ tangenti velut cinere aspersæ appareant. Quorum, quòd diuersa quodammodo à cæteris sit natura ad lumina accensa aduolitandi, priuatim agere placuit: tùm etiam quia peculiaribus nominibus apud authores veteres veniant, quæ quidem confundere cum alijs nefas foret.

# SYNONYMA.

[a] *Li. 8. Hist. cap. 27.*
[b] *In Theriacis φάλαινα.*

[a] ARISTOTELI ἠπίαλος nominatur, Gaza seruata Græca voce Hepialum reddidit. Scribendum ita denso spiritu, nam alioqui ἤπίαλος genus quoddam febris est ex vitrea pituita.[b] Nicandro φαλαινα vocatur, vt ex subiectis verbis clarum euadit. H

—— φαλάινη ἐναλίγκια τὴν περὶ λύχνες
Ακρόνυχος δαπνησὸς ἀπήλασε παιπάσασαν

*Phalænæ similes (bestias) strepitu quam lampada circum*
*Aera tranantem cænandi tempus abegit.*

Vbi Scholiastes φάλαιναν ait esse animalculum, quod sua ætate vocaretur ψυχὴ, & ψώρα, quæ postrema vox alias scabiem significat: diciq; ait φάλαιναν παρὰ τὸ εἰς φῶς ἁλλεσθαι, hoc est, quòd ad lumen aduolet. Lycophroni per apocopen dicuntur etiam φάλαι: vnde [c] Turnebus apud Nicolaum, vbi in pulueris confectione legitur φάλης κεκαυμένης interpretatur Blattas & Papiliones lucernis aduolitantes. Est præterea φάλαινα balena. φάλαινα, inquit Varrinus animalculum est, quod ad lumina aduolat, πυραςὲμυρος, & ψώρα etiam vocatum: item piscis κτηνώδης, hoc est iumentarius, nec non θηρίον θαλάσσιον, bellua marina;

[c] *Lib. 18. Aduers. cap. 18.*

vbi

A vbi fortè scribendum πυραύστα μόρος, quod prouerbij vice effertur in eos, qui sibi mortem asciscunt. Papilio enim iste, de quo agimus Zenodoto, & Æschilo teste Æliano Πυράυστής dicitur, quanquam Pyrausta Plinio sit Insectum, quòd in igne nasci putatur: & aliud rursus [d] Aristoteli, quòd Apibus ait esse infestum, vermiculus, inquam, quem etiam Clerum appellari scribit, specie Aranei. Ab Adriano Iunio vocis, vt videtur, illius vicinate decepto Pyrallis exponitur animalculum pennatum, lucernarum luminibus aduolans. aitq; dici Aristophanis Scholiasti μύκλω; cæterùm Pyralis [e] Aristoteli auiculæ genus est, Gaza Ignariam reddidit, Plinius Græcam vocem reseruauit. Apud Athenæum Pyrallis legitur, & apud Hesychium Πυρράλλις est ὄρνις ποιός, idq; suo loco post πυρράιν, ordine alphabetico: quæ scriptura si verior est, nomen fortasse inuenit à russo colore. Μύκης verò fungus est, & quandoq; fungus elychnij τὸ περὶ τὴν τῆς λύχνου θρυαλλίδα ἐφιζάνον, cuius meminit Aristophanes, inquiens si huiusmodi fungi in ellychnijs fuerint, pluuiæ præsagium esse: quod & ipsum Iunio imposuerit. Scholiastes Nicandri ψυχῇ similem esse tradit πρανοκολάπτῃ, & circa lumen volitare: Sed [f] Aetio πρανοκολάπτης est quartum Phalangiorum genus, de quo suo pòst loco dicetur. A posterioribus Græcis Papilionis hoc genus καυδηλοσβέσης nuncu-

B patur. [g] Plinio videtur appellari Papilio ignauus, & inhonoratus, luminibus accensis aduolitans, pestifer scilicet Apibus, de quibus ibi agit. sed [h] Aristoteles Papiliones, qui Apibus in alueis obsunt, ab Hepialo, hoc est, Papilione ad lumina aduolante, distinguit diser-

„ tissimis hisce verbis: Obest & alia quædam bestiola similis Hepialo Papilioni, qui lucernarum luminibus aduolat. Quamobrem Papilionis ad lumina aduolantis nomine duo diuersa Papilionis genera, sed inuicem similia, intelliguntur, nimirum Hepialus, & qui in alueribus Apum nascitur: videturq; [i] Plinius alio quàm Aristotele, authore vsus: nam & Columella non alios, quàm quos Plinius, Papiliones ibi generari scribit, & igne candelæ occidi docet. Scaliger loca illa in quibus in alueis Papiliones isti fiunt, hordearia vocat. Ego oua horum Papilionum in tecto aluearis in vnam veluti massam conglomerata tenui quadam lanugine ea continente obruta inueni, subnigra, splendida, dura, rotunda, numerosa: Erucas etiam albicantes, exiguas, quæ mihi insequenti nocte folliculos fecerunt, quales in alueo quoq; obseruaueram magnitudine pistachij inuicem numerosè admodum cohærentes, & in singulis suas chrysalides, quæ denique mihi dissectæ Papiliones pepererunt quales quoque in alueis videram Papilionibus, qui in tritico oriuntur, non dissimiles. [k] Ar-

C douino nescio qua barbara voce Papilio iste etiam Campalio nominatur. Italis Farfalla, & vt Alumnus addit, Pauiglione, & Poueia.

Pyraustæ mors.

Pyraustæ quæ insecta vocentur.

[d] *Lib.* 8. *cap.* 27.

Clerus.

Pyrallis.

[e] *Li* 9. *Hist. cap.* 1.

Μύκης quid.

In Vespis.

[f] *Tetrab.* 4. *serm.* 1. *c.* 18

[g] *Lib.* 11. *cap.* 19.

[h] *Li.* 8. *Hist. cap.* 27.

[i] *Li.* 9. *c.* 12.

[k] *Lib.* 4. *de Venenis. cap.* 11.

# MORES. INGENIVM.

„ IX ignis fulgore Pyrausta, inquit [a] Ælianus, quàm vehementi afficitur voluptate, idcirco cùm flamma vel maximè uiget, ad lucernas aduolat, atq;

„ nonnihil captare videtur. At enim lapsus viuus comburitur. Meminit

„ verò eius etiam Æschylus Tragœdiarum scriptor hoc senario.

Δείδοικα μωρὸν κάρτα Πυράυστα μόρον

*Magnoperè stultum metuo Pyraustæ exitium.*

Citat eiusdem Æschyli senarium Zenodotus cui etiam Pyrausta est Insectum, quod lucernis aduolet, atq; ita exustis alis concidat, pereatq;. Abiuitq; in prouerbium πυραύστα μό-

D ρος, Pyraustæ interitus, in eos, vt dixi, qui sibiipsis exitium accersunt, & πυραύστα χαρὰν χαιρεῖς, id est. Pyraustæ gaudium gaudes, de momentaria fluxaq; voluptate vulgò dicimus. Eandem, quam ex ignis splendore voluptatem percipit, expressit Martialis hisce versibus ad Paullum de phiala.

*Illa potest Culicem longè sentire volantem*
*Et minimi penna Papilionis agi,*
*Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ*
*Et leuiter fuso rumpitur icta mero.*

Sed nemo meliùs, quàm [b] Torquatus Tassus Armidæ forma captum Eustathium inquiens similiter, ac Pyrausta ignis splendore; in qua doctissima similitudine admodum ingeniosè lusit poëta. nam cùm amor ipse, velut ignis sit quispiam, ac flamma, vtrumque flamma gaudentem, & amore vrentem Eustathium, & igni inuolitatem Pyraustam inuicem comparat:

Pyraustæ interitus.

[a] *Lib.* 12. *Hist. Animal. cap.* 8.

[b] *Cant.* 4. Amans Pyraustę comparatus.

*Come*

*Come al lume Farfalla ei ſi riuolſe* E
*A lo ſplendor de la beltà diuina:*
*E rimirar d'appreſſo i lumi volſe,*
*Che dolcemente atto modeſto inchina.*
*E ne traſſe gran fiamma, e la raccolſe*
*Come da fuoco ſuole eſca vicina.*

Imitatus autem eſt Taſſus Petrarcham, qui & ipſe amorem ſuum Pyrauſtæ comparat.

*Son'animali al mondo di ſi altera*
*Viſta, che contra il Sol pur ſi defende,*
*Altri, però che il gran lume gli offende,*
*Non eſcon fuor, ſe non verſo la ſera.*
*Et altri, col deſio folle, che ſpera*
*Gioir forſe nel fuoco, perche ſplende*
*Prouan l'altra virtù, quella, che incende,*
*Laſſo, il mio loco è in queſt vltima ſchiera,* F
*Ch'io non ſon forte ad eſpettar la luce*
*Di queſta Donna, e non sò fare ſchermi*
*Di luoghi tenebroſi, o d'hore tarde.*
*Però con gli occhi lachrimoſi, e infermi*
*Mio deſtino à vederla mi conduce*
*E sò ben, ch'io vo dietro à quel, che m'arde.*

Et pòſt rurſus in eodem ferè ſenſu:

*Che poſs'io far temendo il mio Signore*
*Se non ſtar ſeco infin à l'hora eſtrema?*
*Che bel fin fà, che ben amando muore*
*Come talhora al caldo tempo ſuole*
*Semplicetta Farfalla al lume auuezza*
*Volar ne gli occhi altrui per ſua vaghezza,*
*Ond'auuien ch'ella muore altri ſi duole.*
*Coſi ſempr'io corro al fatal mio Sole* G
*De gli occhi, onde mi vien tanta dolcezza,*
*Che'l fren de la ragion amor non prezza.*

Cùm proprium itaq; ſit huic Papilioni, vt ad lumen aduolet, lumenq; ſymbolum ſit diuinitatis, iuxta illud Dauidicum: in lumine tuo vidimus lumen, ſimiles rectè dicentur ei qui luminis iſtius arcana curioſiùs, quàm par eſt, rimari volunt, antequam quæ ante oculos habent, naturam perſpectam habeant: in quo ferè ſenſu Langius apud [c] Lipſium: Vaga, inquit, mens, quid per hanc curioſam curam tibi vis? Tangere cæleſtes illos ignes? Liqueſces. Scandere in Prouidentiæ arcem? cades. Vt Papiliones, & minuta quædam animalcula veſperè lucernæ lumen identidem circumuolitant, donec amburantur: Sic humana mens laſciuit circa arcanam illam flammam.

[c] *Lib. 2. de Conſtant. cap. 12.*

# NOCVMENTA.

NVNQVID eiuſmodi Papilionum genus aliquam homini præbeant vtilitatem, quod veriſimile eſt, nondum diſcere potui: quemadmodum è contrario duplex eorum damnum, quod inferunt, paſſim ab authoribus celebrari palam eſt. Papilio, inquit [a] Plinius lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium eſt iecur caprinum. Non rectè itaque Matthiolus Blattas & Papiliones hircino iecore accenſo abigi ſcribit; nam id Plinius, vt patet ex citato loco, priuatim de hiſce ſcribit, qui ad lumina lucernarum aduolant. [b] Ardoynus eorum naturam venenoſam eſſe ſcribit, accidentiaq; aſſumptorum præſertim in notabili numero eſſe valde mala. Sed qualia ſint ab authoribus non aſſeri. [c] Raſis teſtatur, ſi crines equini habeantur in aliquo loco, non inſtraturos Campaliones, ſic enim ille hoſce Papiliones nominat: item nigellæ, ac cicutæ ſuffitu fugari. Curatur qui ſumpſit eodem modo, quo qui venenum potauit. Altera earum noxa eſt, quam Apibus inferunt. [d] Columella author eſt, niſi enecentur, aut diutiùs inter aluos morentur, Apibus exitio eſſe: nam & ceras, inquit, erodunt, & ſtercore ſuo Vermes progeneant.

[a] *Lib. 28. cap. 10.*

[b] *Lib. 4. de Ven. ca. 11.*

[c] *Lib. 20. cap. 2.*

[d] *Li. 9. c. 14. Vt Apibus ne ceant.*

A progenerant, quos aluorum Tineas vocamus. Itaque quo tempore maluæ florent, cùm est
» eadem maxima multitudo, si vas æneum simile miliario vespere ponatur inter aluos, & in
» fundum eius lumen aliquod dimittitur, vndique Papiliones concurrere; dumq; circa flam-
» mulam volitant, aduri, quòd nec facilè ex angusto rursus euolare, nec rursus longiùs ab
» igne possint recedere, cùm lateribus æneis circumueniantur, ideoq; propinquo ardore con-
» sumi. Idem remedium notauit [c] Plinius, addens insuper stercore bubulo si suffiantur alui, [c] *Lib.21. cap.14.*
» Papiliones arceri. Aluearia, inquit, hyeme stramento operiri, crebrò suffiri, maximè fi-
» mo bubulo. Cognatum hoc ijs; innascentes bestiolas necat, Araneos, Papiliones, Tere-
» dines: Apesq; ipsas excitat. Et Araneorum quidem exitium facilius est: Papilionum maior
» pestis. Tollitur verò cùm maturescit malua, noctu, interlunio, cælo sereno, accensis lucer-
» nis ante alueos. In eam flammam sese ingerunt. Idem repetit [f] Palladius, idq; faciendum [f] *In Aprili. tit.8.*
esse vult mense Aprili cùm maluæ florent; quod Columellæ aduersatur, qui de media fe-
rè loquitur æstate, vt qui vtrumq; authorem conferet, facilè animaduertet: neque etiam
maluas eo mense florere puto, & quo anni tempore floreant, præcedenti capite osten-
di.

B

# DE BOMBYLIO SIVE PAPILIONE BOMBYCVM. Cap. III.

## SYNONYMA.

SVPRA ex Suida Βομβυλιὸν diximus esse genus Apis syluestris, ita dictum παρὰ τὸ βόμβειν, nimirum à bombo, quo obstrepit. Sed cùm dicat fauos conficere ex luto, lapsus eius manifestatur, etenim id de Bombyce, non de Bombylio tradidit Aristoteles, ex quo patet dilucidissimè τὸν Βομβυλιὸν esse Papilionem nostrum, qui ex Bombyce prouenit, hoc est, Eruca Serici staminis textrice: quem si etiam παρὰ τὸ βόμβειν dici quis velit, non contradicam, quia inter cætera Papilionum genera magis est obstreperus. vnde βομβυλιὸς teste Polluce, & Athenæo poculi genus erat angusti oris, βομβὸν ἐν τῇ πόσει, hoc est, bombum inter bibendum edens. Maior adhuc lapsus est Hesychij, cui βομβυλιὸς præter poculum, est ζῷον ἦχον τινὰ ποιοῦν τὸ γένος τῶν σφηκῶν, ἢ μέλισσα μεγάλη, ἢ μυῖα, hoc est animal sonum faciens more Vesparum, aut Apis magna, aut Musca. Locus Aristotelis, vbi βομβυλιὸς nominatur, est in quinti de animalibus, capite decimonono, sed textus corruptus est, & subinde eum corrigam: Gaza Bombycem transtulit perperam. Plinio latinè Bombylij quoque dicuntur, si & ipsius textus restituatur, vt ego iam iam restituam. Italis vocantur Brendole, Pauagliotte, Parpagliotte, Bardelli, & Farfalle nonnunquam, sed impropriè.

Etymum: Suidæ error.

Bombylius vasis genus

Hesychij error.

Gazæ error.

## GENERATIO. ET TOTA HISTORIA.

D

HVIVS generis Papilionum generationem paulò aliter, quàm apud nos
» nunc fit, describit [a] Aristoteles his verbis: Ex quodam magno Verme,
» qui cornua habet, & ab alijs differt: primùm quidem cùm is mutatus est,
» nascitur Eruca, dein Bombylius, atque ex eo Necydalus. Sex porrò men-
» sibus in has omnes formas mutatur. Sic ille, paulò aliter, vt dixi, de Bom-
bylij ortu tradens, quàm nunc fieri videmus. Non enim nostræ Erucæ siue Bombyces ex Vermibus fiunt, sed ex ouis Bombyliorum. Notandumq; præterea ibi textum philosophi à quopiam esse corruptum, ac inuersum, & debere legi, nascitur Eruca, dein Necydalus, atque ex hoc Bombylius, quanquam mendosam illam lectionem secutus sit [b] Plinius, nisi & apud hunc quoque corruptè omnia legi dicamus, quod certissimè affirmare ausim. Textus corruptus habet sic: Est & alia Bombycum (de Bombycibus Vesparum, aut syluestrium Apum generis erat locutus) origo è grandiore vermiculo, gemina

[a] *Li.5. Hist. cap.19.*

Bombycũ ortus.

[b] *Lib.11. cap.22.*

preten-

prætendens ſui generis cornua. Hi Erucæ ſunt. Fit deinde, quod vocatur Bombylius, ex eo Necydalus, ex hoc in ſex menſibus Bombyx. Ego verò lego ſic: Eſt & alia Bombycum origo è grandiore vermiculo gemina prætendens ſui generis cornua: hinc Eruca fit, quæ & Bombyx appellatur, ex eo Necydalus, ex hoc Bombylius. Omnia ſex menſibus. Locus Ariſtotelis corrigitur facilè ex ipſiuſmet præcedentibus in eodem capite verbis, quæ nos antè citauimus, vbi nimirum diſertiſſimis verbis ſcribit ex Eruca fieri Chryſalidem, & ex hac Papilionem. Idem ex [c] Plinio diximus, idem [d] Theophraſtus tradit, binis in locis, nimirum in quinto de cauſis plantarum, & in ſecundo de hiſtoria earundem; in quo poſtremo loco mutari ſcribit generationes quaſdam per plura animalia, vt cùm ex Eruca fit Chryſalis, ex Chryſalide Papilio; ſed Theodorus perperam ibi habet, cùm ex Tineâ Eruca, tum ex ea Papilio gignitur. Nam Theopraſtus Tineæ non meminit, ſed Chryſalidem ait naſci ex Eruca. Iam verò νεκύδαλον idem eſſe quod χούσαλις, ipſum nomen indicat, cùm velut mortuum, vel potiùs ſopitum ſonet, vnde Gaza rectè Inualidam tranſtulit, talem autem eſſe Chryſalidem præterquam, quod vulgo notum eſt, ipſemet ibidem Philoſophus atteſtatur. Cuius dictionis vim cùm non aſſequeretur Iacobus Dalechampius in fœdiſſimum errorem impegit, & ſuo ſe ipſum gladio iugulat. Nam cùm prius locum Ariſtotelis eodem planè quo ego reſtituiſſet ſenſu, immo ijſdem penè verbis, in ſubſequenti Plinij capite mutata prorſus ſententia, quamdiu, inquit, filum ducit Eruca, & latebras illas ſibi ædificat, Bombylius, Erucæ nomine relicto, nuncupatur, non à ſono, quem bombyzationem Feſtus vocat, ſed à bombycio, id eſt vellere, quod orditur, vnde bombycina veſtis nomen habet. Poſt quadrageſimum diem, quàm Eruca ſe abdidit, & in bombylium mutata eſt, ſubnaſcens Papilio, nimirum cornutus Vermis, & quatuor alis pennatus, tum ſuccum exhaurit, qui mollitiem velleri præbet, tum exeſo folliculo, vt exitum ſibi quærat, velleris extrinſecus incumbentis filum proſcindit, ac diſſecat, vt eius tractum, qui rota carminare nititur, ſequi non poſſit, ſed diſcerpatur, ac diuellatur. Papiliones νεκυδάλους Ariſtoteles vocat, vt equidem cenſeo, ἀλλαττομένους νεκύων, veluti rediuiuos, morte liberatos, ac vita reſtitutos, commutata forma, vel νεωτάτους, id eſt, νεωτάτους καὶ προσφατωτάτους ἐξαλλομένους, vltimos, recentiſſimos, nouiſſimè proſilientes. Sic ille. In quibus hoc præterea notandum, quòd bombycium vellus, & veſtis bombycina, non dicuntur à Bombylio, ſed à Bombyce. Bombyx enim eſt Eruca, quæ texit, non Bombylius, vt patet ex Plinio, cuius caput vigeſimum tertium libri vndecimi de Bombyce Coa inſcribitur, & in fine capitis de bombycinis veſtibus loquens, Aſſyria, inquit, bombyce adhuc fœminis cedimus. Sed cùm & in huius capitis mentionem incidimus, in eo quoque nodus explicandus eſt, locus, inquam, alius emendandus, non tamen eo modo quo reſtituit eum idem Dalecampius: Plinij verba ſunt: Bombycas & in Co Inſula naſci tradunt, cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decuſſum terræ halitu animante. Fieri autem primò Papiliones paruos, nudosq; mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, & aduerſum hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas, pedum aſperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Legit Dalechampius: Fieri autem primò Vermes paruos, deinde Erucas nudas, mox frigore &c. Ego lego ſic: Fieri primò Erucas nudas mox frigore &c. Erucæ enim prius Vermes non ſunt. Vt modo ad Bombyliorum noſtrorum generationem reuertamur, ea planè eo quo dixi modo ſe habet, nimirum ex Eruca iam folliculo incluſo fit Chryſalis, ex quo Papilio, qui folliculum terebrat. [e] Vida:

*Ecce autem vt roſtro follem terebrauit acuto*
*Protinus erumpit (viſu mirabile monſtrum*
*Alitis in paruæ Bombyx collecta figuram,*
*Et noua ſe rerum facies mirantibus offert.*

Summæ equidem imbecillitatis, & breuiſſimæ vitæ Papiliones iſti ſunt, vt qui ex folliculo erumpentes haud ita multò pòſt Venerem ineuntes diebus tribus coeunt, quo peracto maſculus moritur, fœmina verò, ordine iterato oua parit innumera rotunda, minuta, ſemini hyoſcyami non diſſimilia, aut herbæ peti ſiue nicotianæ, ſubſtrato ſibi panniculo, vel albo, vel rubro, deinde emoritur: tunc panniculus cum ouis ſuſpicitur, & vbi non poſſit hyemis pertingere frigus, reponitur, vt doctiſſimis hiſce verſibus idem Vidæ, quem omnes de hiſce agentem beſtiolis videre velim, cecinit:

*Carpe manu reſides, & funibus inſidentes*
*In tabulamq; refer, ſtratam velamine molli.*
*Quippe vbi ſubtracto ſe rurſum ad fata vocarì*
*Senſerunt victu, turbantur.*
*Concubitu indulgent omnes, & ſemina gentis*

*Munere*

Plinius correctus.

Ariſtoteles correctus.

[c] *Lib. 5. de cauſſ. plant. cap 8.*
[d] *& lib. 2. hiſt. cap. 6.*

Gaza error.

Necydalus quid.

Inualida.

Dalechampij error.

Bombycina veſtis.

Plinius rurſus correctus.

[e] *Lib. 2. de Bombyc.*

Ætatis breuitas.

Oua vbi reponenda.

A *Munere defuncti vitæ post fata relinquant,*
*Et seruare genus valeant, stirpemq; tueri.*
*Nec verò, velut in syluis genus omne ferarum,*
*Alituumq;, vagos passim furantur amores,*
*Sed connubia certa, sed electi hymenæi.*
*Ille suam tenet, illa suum, dulciq; fruuntur*
*Amplexu caudis ambo permutua nexis.*
*Instant, & validis iuncti compagibus hærent.*
*Nec Veneris breuis vsus erit, videre reuincti*
*Quartam sæpe diem; nec quas legêre, relinquent,*
*Donec vterq; cadat, nec enim, si viribus haustus*
*Mas prius occiderit, longum tamen ipsa superstes*
*Fœmina erit; sed vbi concepta effuderit oua,*
*Nulla mora, amplexu nondum diuulsa sequetur.*
*At verò quæ infusa vides mantilibus albis*
B *Semina seu milij exigui tenuissima cogo.*
*Hæc tibi post annum sobolis spes certa creandæ.*
*Abde domo, his aptam super omnia delige sedem,*
*Qua neq; sint aditus torrenti æstate calori,*
*Nec Boreæ bruma in media. contraria vis est*
*Vtraq; seminibus seruandis: frigora dira*
*Vim genitalem omnem perimunt, frustraq; fouebis*
*Semen inane: calor verò si admissus in oua*
*Paulatim sese insinuet, parua est mora, proles*
*Ante diem superas incassum rumpet in auras,*
*Cùm frondes iam consumptæ, cùm pabula syluæ*
*Deficiunt, & tonsa comam Thysbeia nudos*
*Ostentat ramos populatis frondibus arbor.*

Cùm itaque tam breuis vitæ sit noster Bombylius formari ex eo posset hieroglyphicum, quod, inquit [f] Pierius Valerianus, indicaret, re bene gesta vitam exhalatam, vt Epaminon-
C dam Thebanum, & Leonidam Spartanum feciſſe legimus. Tam breuis vitæ absq; vllo dubio causa est, quòd non edant? sed cur non edant, obscurior mihi videtur ratio. Ad quid enim os, & aluum natura, quæ nihil facit frustra, eis dedit? Alij inquirant; ad me quod attinet, dicam liberè, & iterum dicam, nescio. Vida credit ideo non edere, quòd vereantur, si rursus ederent, similibus, quibus prodiere, carceribus includendos iri. Canit itaque:

[f] *Lib. 26.* post rem bene gestã mortui typus. Cur breuis vitæ sint. Cur non edent.

*Ergo carceribus cùm rapit multa viam vis,*
*Et sese cæcis populi eripuere tenebris*
*Aligeri, atq; iterum lucis venere sub auras*
*Hærent attoniti rerum nouitate, neq; audent*
*Remigio alarum se aperto credere cælo*
*Dissimilesq; sui tacitè noua corpora secum*
*Mirari forma, nec sese agnoscere in illa.*
*Cornua mirantur fronti, mirantur & alas,*
*Et vires nil supra audent tentare priores*
*Diffisi, memoresq; sui, sed tum neq; gustant*
D *Pabula, nec vitæ quærunt alimenta prioris*
*Tantus adhuc memores timor atri detinet Orci.*
*Iccirco aligeræ neq; frondem suffice genti*
*Incassum, neq; potandos admoueris amnes.*

Scribit [g] Aristoteles esse quoddam Papilionum genus, quod durum quiddam simile cartamo, id est, cnici semini producit, sed intus fluidum. Docti considerent, nunquid exactè hoc nostris Bombylijs competat. Ego id neq; negare, neque certò affirmare ausim. Modus enim ille generandi alijs Papilionibus etiam est communis, & Aristoteles in eodem pòst capite de Bombylio agit. Rursus cùm Bombylij Erucam inquiat ex magno & cornuto verme oriri, cùmq; nostrę Erucæ nascantur ex ouis, aliquãdo credidi, Aristotelem utrumq; generationis modum scripto mandasse, prout à diuersis audiuerat. Videtur enim ex mera aliorum relatio ne isthæc scripsisse. Quamobrem si ex utraq; relatione unam, eamq; ueram conficias, reiecto scilicet cornuto illo Verme, & in eius loco supposito, duro illo simili cartamo, nostris Bombylijs

[g] *Li. 5. Hist. cap. 19.*

Cornutus Vermis qd Ariſtoteli. Semen Papilionum cur cnico ſimile.

bylijs applicari poterit. Nolim enim cum Dalechampio cornutum illum Vermiculum interpretari cornutos noſtros Papiliones: nam ſic ſemeſtri ſpatio varia formarum ſucceſſio, non complebitur, vt voluit Ariſtot. repetit Plinius, quanquàm confirmat experientia binis menſibus omnia abſolui. Semini autem cnici ſemen Papilionum horum ſimilare potuit, non quia æquè magna ſint, ſed quia intus vtrumq; eſt humidum.

# DE ERVCIS VVLGARIBVS. Cap. IIII.

Erucæ vulgares quæ.

VVLGARES Erucas nomino, quæ nobis nullam ſua tela vtilitatem adferunt, de quibus nonnulla etiam in vulgarium Papilionum hiſtoria diximus coacti propterea, quòd ex illis oriantur, quamobrem inuertere etiam ordinem nobis propoſitum cogimur, & de Erucis etiam & Chryſalidibus quædam ſcribere, & primùm, vt diximus de vulgaribus, quia & de vulgaribus Papilionibus primo loco egimus propter multa, quæ cum ijs vtiles Erucæ & Papiliones, hoc eſt, Bombyces & Bombylij commune habent.

# ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Eruca herba.

ERVCA herbæ genus eſt vulgatæ notitiæ, cuius cùm ſatiuæ, tum agreſtis plurima obſeruaui genera, Italis ſeruato ferè nomine Rucla dicitur, Græcis ἐυζωμον. גזם Gezam Rabbi Dauid eſt genus Locuſtæ, quam D. Hieronymus Erucam vertit Ioel 1.4. *Reſiduum* הגזם *Erucæ comedit Locuſta.*

Gezam.

Et ſunt, inquit Rabbi Dauid, qui dictam putant à גזך Gezam, quòd fruges videlicet tondeat, & excîdat. Alij habent, זחלא, quod Vermem ſignificat: & ſic propriè, tranſtulit Hieronymus Erucam, quæ eſt genus Vermis olera, & præſertim braſſicam erodentis. Hamos 4.9. *& olineta veſtra comedet* הגזם *Eruca.* Κάμπη cùm accentu in priori Eruca eſt, nam cum accentu acuto in fine, ſignificat articulum, ſiue etiam nodum, cùm graui verò accipitur de cantu, qui inflectitur, de qua re conſule lexica Græcolatina, ac præſertim Theſaurum linguæ Græcæ. Columellæ nonnunquam Latinè etiam Campe nominatur. *κάμπη ἀπὸ τῦ κάμπτειν* deriuatur, quod eſt flectere, propterea quòd flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Campa dicebatur, & illud genus beſtiæ, quàm liber pater in Lybia ſuſtuliſſe dicitur ad Zambirram oppidum tumulo in monumentum eius facto, vt Diodorus meminit.[a] Theophraſto Eruca oleas infeſtans alibi *κάρπα* nominatur, Gaza Carpe reddidit. Sed cùm in quarto de[b] hiſtoria plantarum *κάμπας* ijſdem arboribus inquiat eſſe infeſtas, & Plinius Erucas reddiderit, poſſet fortè prior locus per poſteriorem reſtitui; id tamen facere non audet doctiſſimus Scaliger, quoniam priori loco Theophraſtus quatuor animalium plantas infeſtantium genera diuerſis nominet nominibus, vnum nomine communi *σκώληκα* Vermem in quibuſdam leguminibus, & frugum radicibus: vnum in cicere *κάμπας*, Erucas: vnum in vitibus *Ἴπα*, Conuoluulum, vnum in oleis *κάρπας*. Vbi notandum, inquit Scaliger Plinium legiſſe videri *κάμπας*, non *κάρπας*: cuius nominis licet ne veſtigia quidem vſquam inuenerim, non tamen auſim, hîc corruptè legi *κάρπαι*, & legendum *κάμπαι*. Quia rem nouam atque aliam à ſuperioribus aſſignat, oleæ peculiarem. Sic ille: Sed cùm & *κάμπας* idem Theophraſtus, vt notaui oliuis infeſtas faciat, quid de hac controuerſia ſentiant viri docti, libenter ſcirem: ego Scaligero adhærere potiùs, quàm temerè oblatrare volo. Quidam Græcorum, vt annotat[c] Stephanus Aquęus, Erucam Chryſelidem vocant, ſed hanc vocem diu quæſitam inuenire non potui. Τρωξαλὶς [d] Athenæo non alia videtur quàm Eruca. Ait enim olea depaſcere, *κατεδηδόκασι τὰ λάχανα Τρωξαλλίδες.* nam & *τρῶξις* eſt arroſio, *ἀπὸ τῦ τρώγειν*, quod eſt, terere, arrodere & comedere.[e] Cardanus Praſtocoridas Græcis appellari ſcribit animalia, quę hortis ſolent nocere. Sed Πρασοκορίδες fortaſſis voluit dicere, quas[f] Theophraſtus naſci ſcribit in Lactucis & porris, alijſq; pluribus: Gaza vt vim nominis exprimeret, eleganter admodum, & congruè Porricidas reddidit. Sed apud[g] Ariſtotelem ceu ſui oblitus vertit Blattas, additq; generari in aluearijs Apum, quòd fortaſſis in textu quo vtebatur, vox quæpiam haberetur, quæ ſimile denotaret. Hermolaus ipſum ait legiſſe *κύραμβων* pro *κραμβων*, ſed quid *κυραμβων* ſignificet, neſcio, neq; enim apud vllum illius dictionis veſtigium extat, quare nec alueos ſignificabit, vt Hermolaus ſomniauit, quanquam planè cum eo ſentiam *κραμβων* ibi legendum eſſe pro

Καμπη.

campe.

[a] *Lib. 3. de cauſſ. plant. cap. 27.*

[b] *Li. 4. hiſt. cap. 16.*

[c] *Lib. 11. in Pli. cap. 22.* Chryſelis.

[d] *Lib. 3.* Troxalis.

[e] *Li. 7. Var. cap. 30.* Praſocuris.

[f] *Li. 7. Hiſt. cap. 5.*

[g] *Li. 5. Hiſt. cap. 19.*

Gazæ error.

Ariſtotes correctus.

qua-

quacunq; quę irrepsit, voce; in meo textu Basileæ impresso, item in Veneto legitur καραβων intolerabili sanè errore. Insanientis enim foret dicere Prasocurides ex Scarabeis oriri. Nec etiam Prasocuris alata est, vnde & verba illa ἔχουσι δὲ καὶ πτερὰ καὶ ἄυται, ad subsequentia animalcula pertinere mihi videntur, & sic ibi legendum censeo. Ἐκ δὲ τῶν κραμβῶν γίνονται αἱ Πρασοκαρίδες· ἔχουσι δὲ καὶ πτέρα καὶ ὄισροι, οἱ ἐκ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς πλατέων ζωδαρίων τῶν ἐπιθέντων γίνονται. hoc est. In brassicis nascuntur Prasocurides, siue Porricidę. Habent & alas Asili, qui è latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluuijs supernatant, enascuntur. Cur verò Prasocurides ex Erucarum genere esse affirmare non verear, facit quoq; Hesychius doctissimus Grammaticus, cui πρασοκαρὶς est ζῶον χλωρὸν κόρον τὰ ἐν τοῖς κήποις λαχάνα, hoc est, animal viride, rodens in hortis olera. atq; ita etiam exponit Varrinus. Palladius herbicidas vocat non alia animalia quàm Erucas. [h] Adrianus Turnebus Plinio scribit appellari Vrucas, itaq; dici quòd prata & arbores vrāt. Item qui marginalia in Plinium scholiola edidit, vbicumq; in textu habetur Eruca, legit Vruca. Sed Erucam tamen latinam dictionem esse habemus ex [i] Columella, qui sic scribit: vbi verò apricis regionibus post pluuias noxia incesserint animalia, quę à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, &c.

Prasocurides esse Erucarum genus.

Herbicida.

[h] *Lib.* 18. *Aduer. cap.* 16.

[i] *Li.* 11. *c.* 3.

B Dici volunt Erucam ab erodendo, quòd erodit frondes & maximè olerum, quasi Erodam, vel vt Apuleius voluit ab hærendo, quod pertinaciter quid compræhendens adhæresćat. [k] Columella etiam Hirsutam vocauit, Ouidius agrestem Tineam, canens:

Etymum Erucæ.

[k] *Lib.* 15.

*Quæ, solent canis frondes intexere filis*
*Agrestes Tineæ, res obseruata colonis*
*Ferali mutant cum Papilione figuram.*

Ego eiusmodi Erucas quę frondibus arborum telas intexunt, non omnes in Papiliones commutari puto, sed aliquas tantùm; cęteras mori nō editis Papilionibus, vt suprà dixi. Italis vocatur Ruga, alibi Brucho, vt ait Matthiolus, qui Arabibus Riapsa dici scribit. Hispanis Oruga. Gallis Chenille. Germanis Rup, Grafs aut Krautvvurm, Raupen. Belgis Rispe, & Rype.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

C ERVCAS Vermis genus esse notum est ex [a] Aristotele agente de triplici eiusmodi animantium mutatione. Omnia enim, inquit, post Vermis naturam motu cessant, & putamine obdurescunt, hoc est, in Aurelias conuertuntur. [b] Bartholomæus cognomento Anglicus scribit Erucam Vermem esse mollem, & sanioſum, diuersis coloribus distinctum, nocteq; more stellarum micare, de die verò deformem esse, & diuersis distingui coloribus. Noctu lucere Erucas apud me mirum est, quin expertus id falsum esse offendi; nec prętera omnes versicolores sunt. Sunt enim quędam prorsus virides, quędam prorsus nigræ aliæq; aliorum colorum, plerumq; tamen maculatæ. Differunt verò inuicem qualitate potissimùm, & quantitate, loco, & corporis partibus. Alię enim corporę sunt glabro, hirsuto aliæ, quarum tantus est numerus, vt hirsutas Columella Erucas vocauerit. Alię magnę sunt, paruæ aliæ, mediocres aliæ. Aliæ arbores scandunt, aliæ non, sed per humiliores tantùm stirpes repunt. Rursus numero pedum inter se non cōueniunt. Aliæ quatuordecim habent, quo numero nulli pauciores sunt; alijs totidem sunt pedū paria, quot corporis flexus, quot, inquā corporis annuli. Præterea aliæ caudatę sunt: aliæ cauda carēt. caudatarū aliæ vnam, alię duas caudas habent. Deniq; alię hirsutæ sunt, glabræ alię. Atq; hæ potiores sunt differentię. Differunt præterea generandi modo, & opificio. Quædam enim, quin plurimę in Aurelias & hę in Papiliones abeūt, quędam non, sed cùm omnia, quibus insident, consumpsêre, ipsę quoq; consummuntur, & in nihilum redactæ intereunt. Earum verò quę Aureliæ fiunt, alię ita immutantur immediatè, alię priùs oua pariunt, vt domi meę proprijs obseruaui oculis: quas tamen paucas esse arbitror. Rursus aliæ telas texūt, alię non texunt, quales immediatę abeūt in Aurelias. Texentium quędam faciunt folliculos, eosq; nonnunqnam adeo compactos & duros, vt ne acutissimo telo rumpas, atq; harum aliæ eodem anno Papiliones fiunt, aliarum Aureliæ ita tota hyeme inclusæ permanent, & nouo iam Vere, cùm clementior affulserit aura, maximè flante Austro in Papiliones conuertur, atq; hi potissimùm illi sunt, quos Plinius Vêris indicium esse scribit. Quę modo folliculos non faciunt, telas texunt more Araneorum quales Plinius Araneum vocari tradidit, vt suo loco dictū fuit. Atq; hisce ferè modis Erucas differre obseruaui. Quamobrem quas obseruaui, & in tabulis subsequentibus depingendas in communem studiosorum, & arcana naturæ perscrutari cupientium gratiam curaui, hic ordine eodem, quo in ijs à pictore sunt expressæ, quàm breuissimè describam.

[a] *Lib.* 3. *de Gener. ca.* 9.

[b] *Lib.* 18. *de Propr. animal. ca.* 45.

Erucarum differentię.

A magnitudine.

A moribus.

A corporis partibus.

Tabula Prima.



A Quæ prima in prima tabula depingitur, ex maximis est; & caudata, cauda nimirum instructa sursum reuoluta: tota est lutea, annulis verò cæruleis, ijsq; triangularibus, inter quorum singulas singula ab vtroq; latere nigra sunt puncta. Os item nigricat. Cùm eam aliquo tempore domi aluissem, telam non texuit, aut folliculum, sed in Chrysalidem immutata Papilionem peperit atro luteum, cùm quem in prima Papilionum tabula tertium exhibuimus. Secundam, quæ eiusdem est magnitudinis, identidemq; caudata, leuiter lutescit, subfusca, tota, nigerrimis punctis ac annulis instructa. Quarta ex mediocrium genere, etiam caudata est, ad latera sublutea, per tergus flexibus arcuatis coloris elegantissimi miniacei decorata, annulis verò nigris, sed qui candidis notentur punctis. Tertia caudam habet in extremo acutissimam, tota viridis, annulis nigris, pedibusq;, qui sunt quatuordecim. Brassicas & olera infestat. ex hoc potissimùm genere Papiliones illi exiguo corpore progenerantur, subuirides, & albicantes. Papiliones enim Erucarum suarum colorem ferè reseruant, vt Aristoteles quoque testatum reliquit. Quinta ex maximis est, colore flauo & viridi, & lineis per dorsum latis triangularibus, viridibus, & punctis maculata purpureis. Caudam gerit semper erectam, & caput etiam erectum, quare cùm incedit, incessum canis
B quodammodo æmulatur. Cauda hirsutis quibusdam villis præmunitur, parteq; infernè notabilem habet maculam nigram. Ligustri foliorum esu gaudet. Pedes habet quatuordecim. Sexta corpore maior est, rostro & pedibus exilioribus, colore tota eodem, sed dilutiori, lineis verò transuersalibus flexuosis magis ad cæruleum, quàm ad viridem inclinantibus. Inter singulos annulos, singulis infrà notatur punctis nigricantibus, nam cætera puncta, quæ per supernum corpus conspiciuntur, ad purpureum vergunt. Supernè per tergus color magis est luteus, infernè ad pedes magis viridis. Degit plerunque in viti syluestri. Cauda superioris similis. Septima tota est flaua, infernè ad croceum vergente colore, lineis distincta supernè triangularibus, vt in quinta, sed cæruleis, & quæ punctis consperguntur atris. Pedes & rostrum nigricant. Octaua admodum est exigua, caudata tamen, maxima sui parte nigricans. In tergore lineas habet binas admodum exiles, luteas, inter quas altera est lata, viridis. Caput habet rotundum, pedes quatuordecim, in extrema aluo appendicem, quam per terram trahit: cauda pro corporis portione maiuscula est. Postremam paulò rudiùs, quàm par erat, pictor expressit: nam puncta illa candida, quibus modo maioribus, modo minoribus toto corpore conspergitur obscu-
C rè admodum apparent. Tota colore ferè est ferrugineo, extremo alui, cauda, pedibus, & capite rubris. rubra item linea lata à capite, ad anum vsque per dorsum extensa fertur. Anterius corpus exilius est, quàm extremum. extremumq; exilius medio, sanguisugam diceris.

Quæ in secunda tabula dantur Erucæ, omnes ferè bicaudæ sunt: in quibus hoc notandum est, quòd caudæ sint in extrema aluo, cùm in ijs quas pinximus in prima tabula, in extremo dorso sursum enascantur. Prima tota purpurascit, præterquam inter primum & secundum flexum, vbi viridis est. Binæ item lineæ, eo quo pictor expressit modo à capite ad extremum vsque alui extenduntur, candicantes. Cauda vtraque nigricat. Pedes habet quatuordecim. Secunda caudis duabus instructa minimis tota atra est, sed luteis interstincta zonis. Tertia corpore est crasso, & compacto, ex luteo virescente, zonis annulisue admodum viridibus, capite verò, quod exiguum est, & primo flexu coloris aurei. Pedes habet quatuordecim, nigricantes; caudas exiles, proceras. Quarta breuissimis est caudis, oblonga, sed exili ac tenui corpore, tota ferruginei coloris, exceptis annulis semicircularibus, qui ab ima parte flaui sunt, ab altera nigri. Quintam monstruosæ quo-
D dammodo figuræ, quòd partim ex Eruca, partim ex Araneo conitare videatur, Ἀραχνοκάμπλω, siue Erucaraneum nuncupaui. Sex primùm à capite ex primis corporis flexibus pedes Araneorum pedibus simillimos emittit, dein interpositis aliquot flexuum interuallis, alios octo more Erucarum, quas alioqui toto corpore refert. Tota ex cinereo ad luteum vergit, sed annuli coloris sunt planè castanearum, sicut etiam pedes, & caudæ. Insolentis profecto etiam formæ est, quæ sexta in hac serie ponitur; capite scilicet, cùm id contrahit, compresso, facie Muris aut felis, sed nigra. Supra enim rotundam illam nigredinem linea est alba, sub qua puncta duo, nempe ab vtraque eius parte vnum, nigra, velut aures efformant, in medio verò nigredinis puncta alia duo oblonga nasum, qui ijs animalibus admodum est compactus, tria denique alia sub his minima, os aliquo rudi modo æmulantur. Tota est viridis, corpore pallidiùs, intensiùs annulis. A capite ad caudas vsque porrecta linea alba per medium corpus transfertur. Caudæ eriguntur, & punctis atris consperguntur. Pedes numero quatuordecim, quorum qui posteriores sunt,

Erucaraneus.



c Li. 5. Hist. cap. 19.

Tabula Secunda.




admodum ſunt craſſi: Septima eadem eſt naturali ſitu procedens. Rurſus octaua à primo loco depicta differt tantùm in eo, quòd primo poſt caput flexu ſit luteo, duobusque punctis nigris diſtincto: item quòd lineæ illæ, quæ per ſuperiora feruntur, inter quintum & ſextum flexum, inuicem coniunguntur: denique quia in hac ſub inferiori linea inter ſingulos flexus, album ſit punctulum. Nona eadem eſt cum ſecunda, bis per errorem depicta: infeſtum eſt hoc genus braſſicæ. Habes decimo loco Scolopendram terreſtrem paruam, ſed de hac ſuo poſtmodum loco. Vndecimo loco depicta exhibentur Erucarum oua lutea, ſimul conglomerata, exigua. Poſtrema Erucularum minima, in frumento inuenta eſt. Inſectulum hoc tam tenui ac exili eſt corpuſculo, vt potiùs fili cuiuſpiam particella, quàm animalculum videatur: Longum eſt digitum tranſuerſum. Maximum tantillo in corpuſculo robur aduerti. velociter mouetur, & nunquam ferè à motu ceſſat. Pedes multarum Erucarum more habet quatuordecim. Capite nigricat, cætera cinereus. Sex integris diebus nihil edebat.

Prima in tertia tabula Eruca echinata ipſius videtur Hippocratis, zonis luteis & punctis nigris & candidis variegatur: quam vel ſaltem ſimillimam ſuperiori ad me allatam æſtate ſic deſcripſi. Vermis eſt digitum, & medium longus, poſteriore parte caudæ vicina latior quàm anteriore, duodecim conſtat annulis, ſiue ſegmentis, ſiue flexibus, qui ſupini nigro colorati ſunt, linea medium dorſum ſecante caſtanea. Interſtitia annullorum pallent. Caput duabus appendicibus velut corniculis armatur. Sex pedibus, tribus vtroq; latere antè inſtru-

Tabula Tertia.



inſtructus graditur, poſtica parte Erucæ inſtar arcuatur, qua latior eſt. Quatuor in eo vil- E
lorum in penicilli formam adunatorum ordines in ſingulis annulis conſpiciuntur, bini ſingulo latere: vnus ſuperior ad marginem dorſi, alter inferior ventri propior, ille octenos annulos vltimos eminentibus penicillis ornat, hic nouenos. In vltimo quem caudam dicas, extant duo, colore omnes ferrugineo. Conuoluitur in glomum ad inſtar vertibuli: quemadmodum etiam quæ ſubſequitur, quæ in orbem conuoluta depingitur, ſimillima ex toto cum illa, niſi quòd in hac inter ſingula interſtitia puncta candida non ſunt, quæ illic ſummã conciliant venuſtatẽ, contra in hac puncta ijſdem locis nigra ſunt, & ſemicircularibus maculis ex albo luteſcentibus ambiuntur. Tertia tota aterrima eſt, ſed caſtaneis tantũ interſtincta zonis & punctis. Supina parte, quę quarto loco depingitur, minus nigreſcebat. Quinta tota lõgiſſimis veſtitur villis denſiſſimis, fuſcis, ſed & ipſa Eruca tota ad latera fuſca eſt, ſupina luteſcit, pluribus prędita annulis nigricantibus, à capite ad extremam aluum linea item nigricans defertur, mediam aluum diſtinguens. Loco ſexto quæ datur, ex minimarum genere eſt, quin etiam paulò minor, quàm pictor expreſſit. Niſi moueri, aut incedere videas, aluum à capite vix interſtingues. Pedes habet innumeros. Toto corpore coloribus miniaceo, nigro, F
luteo & albo varia eſt. Caput totũ eſt nigrum, nigri itẽ pedes, nigra capillamenta, dorſumq; & venter, tergus miniaceo colore conſpicuum eſt; annuli nigerrimi, inter quos ſuprà punctum eſt album, infra luteum. Septima paulò maior ijſdem ferè coloribus variat, ſed pedes tantùm habet quatuordecim. Totum corpus quadrangularibus punctis conſtat, primò (à tergore ad inferna deſcendendo) nigris, dein flauis, tertiò miniaceis, quæ latiores ſunt: quartò iterum nigris, quintò flauis, ſexto nigris, flauis rurſus ſeptimo, vltimo ac octauo nigris. Caput totum, vt in præcedente nigrum eſt, pedes item nigri. Sed capillamenta ferè ferruginea. Octaua murem montanum, qui vulgo Marmotta nobis dicitur, facie æmulatur. Tota coloris eſt caſtanearum, admodum hirſuta, longa palmum. Color prope annulos dilutior eſt. Cùm inuertit ſe color inter annulos apparet niger holoſerici inſtar micans, & cùm ingreditur, capillamenta quæ ſunt à lateribus, ad cinereum vergere videntur. Caput totum eſt nigerrimum. Nona ex mediocrium genere eſt, corpulentior tamen, tota viridis, exceptis tuberculis, quæ per ſingula annulorum interualla, tria habet, & quartum in dorſo, ex quo capillamenta enaſcuntur ſimilitudine penicillorum, quæ coloris ſunt planè aurei. Os nigricat. Pedes anteriores luteſcunt, poſteriores virides ſunt; omnes numero quatuordecim. Vndecima ſimiliter per dorſum habet tubercula rotunda cum ſuis pe- G
nicillis, nec non inter ſingulos corporis flexus, ſed cærulea, roſtrum item cæruleum, & pedes, præter tres anteriores, qui minores ſunt, & coloris ex caſtaneo rubicundi, qui colore corpus totum conſtat. Durum mihi peperit folliculum. Pedum numerus corporis flexibus reſpondent. Decima tota etiam eſt viridis, tuberculis & floccis cæruleis roſtro, & anterioribus pedibus ferrugineis, reliquis nigris. In aluo maculam habet ferrugineam. Habes duodecimo loco huiuſce decimæ Erucæ expreſſum folliculum coloris ferè ferruginei, admodum denſum & durum. Decimo tertio loco picta tota hiſpida eſt. Linea candida à capite exorta ad caudæ finem per tergus fertur. In dorſo duodecim habet velut puncta, aut potius tubercula rotunda, ſex ad ſingula latera colore mali punici; item quatuor alia à ſingulis lateribus ex nigro ad caſtaneum vergentia; ex quorum omnium medio capillamenta, quædam exeunt numero quatuordecim, quorum octo magna ſunt, parua ſex. Cætera per dorſum cærulea, ſupina pars, & pedes flaueſcunt. Decima quarta tota colore eſt ferrugineo, ſupernè admodum diluto, & ad luteum vergente, infernè admodum intenſo. Annulos habet nigros, & punctis ad latera maculatur exiguis candidiſſimis. Decima quinta inter mi- H
nimas maiuſcula eſt, colore tota flauo, infernè ad aureum, ſupernè ad caſtaneum inclinante. Caput & alui extremum nigra ſunt. In dorſo nigra etiam habet puncta, ſed intus candida; capillamenta penicillorum inſtar diſtinguuntur inuicem. Pedes habet exiguos ferrugineos. Decima ſexta eadem eſt, ideo picta, quòd tacta ſe velut in vertibulum contorquens ſtellæ figuram exprimat, coronatæ. Decima ſeptima rubra eſt, annulis nigris, & albis vbique maculis variegata, capillamentis exilibus, rubicundis. Decima octaua, capite eſt coloris aurei, corpore verò toto cæruleo. Linea aurea nigris conſperſa guttulis rotundis à capite ad anum vſque per ſuperna fertur. Ab vtroque illius lineæ lateribus, rurſus aliæ maculæ ſunt ſeu potiùs puncta minima nigra ita poſita, vt etiam lineas duas, hinc inde vnam efficere videantur. Alui extremitas acuta eſt, & nigra. nigri quoque pedes, numero quatuordecim, licet quatuor ab vtroque latere in anteriori parte pictor pinxerit. Capillamenta habet ſubtilliſſima planè aurea. Oua mihi peperit candicantia, quæ appinximus poſtremo loco.

Ex

A

Tabula Quarta.




B

C

Ex maximarum genere est, quæ pronè & supinè primo & secundo loco in quarta tabula datur. Aluum habet bifidam, & ex dorsi extremo caudam exerit erectam. Toto corpore ferèvni color ex luteo fusca. A ceruice ad quartam vsque vertebram lata est linea aterrima, exiguis alijs vna recta, cæteris transuersis candidis insignita. Superno etiã vertice atro est, facie anteriore flaua. Pedes habet monstrosæ magnitudinis. Supina parte ad cinereum vergit. Altera quæ tertia est in hac serie, tribus constat coloribus: viridi, aureo & nigro. Corpore nimirum vndique toto viridi, sed annulis nigris aureis punctis distinctis. Inter annulos singulos linea est annularis item sublutea. Pedes habet quatuordecim virides. Fructumnè arboris, an potiùs folliculum cuiuspiam Insecti dicas, quod quarto loco depingitur, id Frat. Gregorius Capucinus Regiensis mense Iulio anni 1597. in abiete offendit. Folliculum esse arbitror: erat enim intus plenũ telis Araneo similibus. Inerant &oua. Quare cùm aliquot Erucas oua edere obseruauerim, Erucæ cuiuspiam esse iudicaui, eam hoc sibi fabricare operculũ, vt ouaab omni externa iniuria protegat. Figura & colore maturas æmulatur oliuas. Eius exterior substantia erat cartilaginea, & varijs exiguis tuberculis ceu punctis extuberabat. Sed nunquid hanc Eruca ipsa texat, quod verisimilius est, vel aliundè Crabronum more allata materia conficiat, necdum didici. Fructum interim non esse, abietis exẽplo discimus, quæ conifera est: nisi quis dicat abortiuum esse, quales multos obseruamus in quercu. Cùm reperiretur, non erat vnicus, sed quatuor simul erant coniuncti: quatuor ni fallor, Erucarum opus ac labor. Qua in coniectura si fallar, lector boni consulat.

Quæ in quinta tabula primum locum habet, magnitudine est duorum digitorum transuersalium, colore fusco, quaternis macularum nigrarum seriebus distincta; capite flauescẽ-

D te, toto corpore glabro; vtrimq; ad latera propè ventrem linea quadam flauescente insigni to: subtus toto colore albicante. In brassica nasci rustici dicebant. Secunda descriptæ aliquo modo est similis, quo ad formam & glabritiem, sed minor tamen, coloreque castaneo magis diluto; capite duabus maculis nigricantibus insignitur. Ab eo ad extremum vropygium duobus macularum ordinibus, partim atris, partim luteis decorata est; & vtrimque ad latera linea quædam rubescens per longitudinem fertur, cui in singulis annulis punctula quædam in medio candida, & in circumferentia nigra supersidet. Parte supina tota dilutè lutescit. Tertia bina è lateribus frontis emittit cornicula exilia & breuia: caput etiam habet paruum, & nigrum. Toto corpore hirta est, & colore ferrugineo, annulis verò nigricantibus. Capillamenta penicillos ęmulantur vbique, præterquam in ceruice & dorsi initio, vbi vix ipsa videntur capillamenta, quia rariſſima sunt, & exilia admodum. Cauda etiam penicillis horret, quod necdum in alijs vidi. Quarta eiusdem cum secunda magnitudinis, colore est terræ illius quam vmbram pictores dicunt: Inter singulos annulos tria habet tubercula, ex quibus pili oriuntur penicillorum figura coloris castanei. Albicans verò linea per dor-

sum

Tabula Quinta.



ſum recta à capite ad caudam ducitur. Pedes anteriores magis quàm poſteriores nigri ſunt. Inter ſingulos quoque flexus à lateribus punctula ſunt albicantia alternatim poſita. Quod quintum datur in hac tabula, in dipſaci fructu naſcitur. Celebre eſt apud [d] Plinium alioſq; probatos ſcriptores ad quartanam. Alibi de hoc Inſecto, hoc etiam prodidit, loquens de remedijs aduerſus dolores dentium. Is quoque Vermiculus, qui in herba labrum Veneris appellato inuenitur, cauis dentium inditus mirè prodeſt. Nam Erucæ braſſicę, eius contactu cadunt. Idem mihi proprijs ante multos annos manibus oſtendit Cardinalis Paleottus: neque id amplius videre potui, licet multos fructus diuerſis aperuerim temporibus: donec tãdem anno 1592. ſub finem Septembris, cùm fortè ſpeculaturus nunquid potiùs in maturis, quàm immaturis naſcerentur, inueni in illis qui maturi erant. Longitudo digiti auricularis tranſuerſim dimenſi: ſed cùm nunc exactiùs deſcripturus id intuerer, offendi ex Erucarum genere eſſe, nam quatuordecim progreditur pediculis. Caput atrore ſplẽdet, vt ſemen amaranthi æmulari quodammodo videatur; cętera albicat. Dioſcorides etiam meminit, ſed nemo veterum Erucam eſſe ſciuit. Sexta à lateribus leuiter luteſcit, infrà ac ſuprà colore eſt caſtaneo, annuli quoque caſtanei, caput nigrum, pedes exigui, ſublutei. Septima pictura eſt indulamenti cuiuſpiam Erucæ, affabrè facti ex folio quodam arboris, aliaque materia bombicina. Folium id extrinſecus multis velut laminis ſericis albicantis coloris erat obuolutũ;

[d] *Lib.* 30. *c.* 10.

Vermiculus dipſaci ex Erucarũ genere.

in-

A intusque quidem eodem modo, sed pluribus laminis intricatum erat. In centro seu medio laminarum plurima oua, nigra, parua, seminibus vel hyoscyami, vel nicotianę comparibus, vnà cùm fœtibus etiam numerosis latebant. Ex quo docemur etiam Erucas esse, quæ & oua, & eodem etiam anno fœtus edant. Aliud nidulamentum siue folliculus exhibetur loco octauo, figura pudendi humani. Inferna enim parte referebat quodammodo scrotum, superiore virgâ, ac eo magis cùm duabus, vthæc instructũ esset fistulis aut ductibus. Eo aperto vidimus rami frustulum & folij pediculum figuram virgæ efformare: hæc enim simul complicata Eruca filis obtexerat; sicut item folium, quod scrotum efformabat. Intus vt in proximè descripto & oua & fœtus diliteſcebant. Erant ambo istęc nidulamẽta ita vndiq; clausa, vt ne hilum quidem aëris, nedum pluuiæ admitteret. At cùm ita vndiq; clausa sint, quispiam quærat, quomodo ea ibi posuerit Eruca, cùm hæc intus non reperiatur. Responderem ego, texere quidem primò folliculum Erucam non totum, & in ea quam texuit parte oua edere, dein occludere & abire, sed nunquid postmodum moriatur, aut in Aureliam cõuertatur, necdum didici. Postremò loco depicta Eruca tota erat viridis punctis consperſa nigris, capite rubro.

B Tota etiam est viridis, quæ in sexta tabula primò datur, lineis transuersalibus atris, sed singulis tribus aureis pũctis decoratis, quales in pluribus alijs obseruaui, annulis luteis, sub quarum singulis punctum est atrum: rostro etiam atro est, atris anterioribus pedibus, posterioribus viridibus. Secunda quoque est viridis, sed in hac lineæ nigræ illæ corpus ambiẽtes latiores sunt, & binis tãtùm maculis aureis insigniuntur; præterea annulos habet nigros, & luteas latasque velut è capite antennas emittit. Tertio loco habet figuram Cossi, de quo suo pòst loco seorsim agemus, hîc ideo positam, quòd si posteriores haberet pedes, omnino esset Eruca. Quartùm depicta Eruca glabra, ex minorum genere, toto corpore ex viridi luteſcit, sed annulos habet nigros, & inter singulos puncta oblonga tria, itidem nigra. Caput rubeſcit, retro quod duobus minutissimorum punctulorum nigrorum ordinibus conspergitur. Pedes quatuordecim nigricantes. Habes sexto loco Erucæ suo inuolutæ folliculo rubicundo Chrysalidem siue Aureliam. Ad tactum tantũ mobilis & tota viridis est, & nigrum habet inter singulos annulos punctum, quod supra candicat. Habes deinceps aliquot Geometrarum icones, ideo hîc adiectas, vt quomodo ab Erucis differrent, vnico intuitu cõspicias. (Geometras eas voco, quòd hominis Geometræ ferè instar incedendo agros dimetiantur.) Pedes enim in hisce animantibus contrario sese habent modo, ac in Erucis, quibus nimirum anterius pauciores sunt, posterius plures (loquor autem de ijs, quæ habent quatuordecim) cum Geometræ sex habeant anteriùs, posteriùs etiam totidem, in medio ventre nullos, quo fit, vt eo quo pictura in prima ostendit, modo incedant. [f] Aristoteles huic Erucarum generi nomen non dedit, sed appellat κάμπας, ἀι κυμαίνουσι τῇ πορείᾳ, hoc est Erucas, quæ vndatim incedunt. Parte enim, inquit, innitentes priore contrahunt sese, adducentes posteriorem, arcuatimque incedunt, & ex his scribit nasci πτηνία & ἄπτερα quæ Gaza vertẽs, Acias & Superas dixit. Prima tota luteſcit supernè, infernè ad ferrugineũ accedit: A lateribus inter singulos flexus punctulis nigris maculatur. Quæ subsequitur eadẽ est, extenso corpore depicta. Caput candicat, pedes nigricant. Nona in hac serie Geometra est omnium minima, tota viridis, vel potiùs coloris herbacei, excepto capite quod rubicundũ est. Decima pictura eiusdem est in spiram reuolutæ: nam si tangas, eo modo se contrahunt, & caput celant contra pericula ac iniurias. Vndecima ex minorum genere est, corpore coloris ferè ferruginei, à lateribus lutei. Pedes, caput, & extremum caudæ habet nigra. Duodecima rursus ex vulgatissimarum Erucarum quæ brassicas infestant, tota herbacei coloris, ex-

D ceptis annulis qui luteſcunt. Decimatertia eiusdẽ coloris herbacei, sed annulos habet aterrimos, serici instar splendentes; prętera inter singulos annulos rotũdos habet velut oculos luteos, & in medio horum nigerrima puncta. Caput luteum est, punctisq; nigris minimis maculatum. Quod decimo tertio loco depingitur Insectũ, corpore quodammodo Erucas ęmulatur glabras, sed pedes habet ab vtroque latere ternos, quanquam bini tantúm à pictore expressi sint: toto corpore est nigerrimum. Epidauro id allatum mihi donauit Antonius Maria Alberginus philosophiæ & medicinæ doctor eximius, inquiens illius puluerem ad strumas curandas remedio esse peculiari ac pręstantissimo. Ex minimarum genere est postrema Erucula, tota ferè cinerei coloris, annulis verò subluteis.

Cossi icon.

Geometrarum icones

[f] *Hist. c. 19.*

GENE-

Tabula Sexta.




# GENERATIO. MORES. VICTVS.

DE varia Erucarum generatione diximus in hiſtoria Papilionum: itē in hoc quædam etiam tractatu, inter differentias. Omnium maior prouentus humidis temporibus, maximè cùm humor reſederit, & pòſt Sol acrior inuſſerit. De moribus ac natura earum nihil obſeruaui, niſi quòd ad hortorum & agrorum internecionem quodammodo natæ videātur: qua in re pernitioſiores fortaſsis fuerint, quæ hirſutæ ſunt, quemadmodum innuere mihi videtur[a] Columella, dum canit:

Quæ noxiores hortis ac agris.

[a] *Lib.* 10.

Nec

A *Nec solùm teneras audens erodere frondes*
*Implicitus conchæ Limax, hirsutaq; Campe.*

Cæteræ tamen etiam eadem damna nobis inferunt. Eruca, inquit Isidorus, est frondiũ Vermis in olere vel pampino inuoluta ab erodendo dicta: de qua meminit Plautus: Imitatus nequam bestiam, maleficam, inuolutam in pampino. Implicat se item, nec auolat, vt Locusta, vt huc illucq; discurrens semipasta dimittat, sed permanet parituris frugibus & tardo lapsu pigrisque morsibus vniuersa consumit. Vt rectè dixerit Martialis ludens cum Lupo amico, quòd exiguum prædium donasset.

*Erucam malè pascit hortus vnam.*

Author est Pompeus Vizanius Bononiæ tantam natam fuisse Erucarum copiam, vt præter frondes & pampinos, omnes etiam fruges absumerent. [b] Theophrastus quoq; testatur Erucas frugibus infestas esse, vt meritò Erucæ dirum animal dicãtur [c] Plinio: eroduntq;, inquit, frondem, aliæ florem, & depastam arborem turpi facie relinquunt. Sed hunc locum suprà tetigimus, diximusque ex Theophrasto esse desumptum; quo vtroque itaque authore aliæ frondem depascuntur, flores aliæ. Subiungit subinde Plinius: Est etiamnum peculiare oli-
B uis & vitibus (Araneum vocant) cùm velut telæ inuoluunt fructũ, & absumunt. Ego eam pestem in malis & pyris sæpè, pruniſque ac cerasis nõnunquam notaui. Cùm rodunt, eduntùe sonum quempiam ædunt, maximè Bombyces, qui peculiariter τρίσμος dicitur, vt [d] Scaliger annotauit. [e] Aristoteles scribens de incessu animalium carentium pedibus, alia ait procedere vndoso motu: id autem bifariam accidere: nam alia quidem super terram, vt serpentes inflecti: alia verò supernè curuari, vt Erucas: Vndosum autẽ illum motum, inflexum esse. Sed quamuis supernè curuentur & arcuentur incedendo, pedibus tamen non carent: quare mirum mihi videtur, cur philosophus inter apoda animantia, serpentes nimirum & Lumbricos, etiam Erucas recenseat. Alia præterea ab hisce Insectis homini noxa est. Nam quando per mẽbrum aliquod nostrum calefactum serpit, cutem adurit, & post se pustulas relinquit. Atque hoc est, inquit [f] Vincentius veneni signum, etsi nõ est efficax ad magnum malum. Testatur Hierocles, si super Erucas equi sese volutent, aut arbori eisdem scatenti se scabant, adfricentq;, statim vibices assurgere: tumere cutem & occallescere, item oculos curuari. Oportet igitur, inquit, aceti quàm acerrimi selibram cum atramenti sutorij quadrante conterere, ijsque corpus illinere. Sed cauendum est, ne quippiam huius in oculos delabatur.

τρίσμος quid.

[b] *Li. 8. Hist. c. 10.*
[c] *Li. 17. c. 24*
[d] *Lib. 5 de caus. plant. c. 19.*
[e] *Lib. de incessu anim.*
Alia noxa.
[f] *Lib. 20. c. 130.*

C

# VT FVGENTVR.

VBI verò apricis regionibus, inquit [a] Columella, post pluuias noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt. Sed vt operosum est, singulas frutices concutere, ita longè adhuc operosius singulas Erucas manu colligere: quare suadeo, vt ad alia deueniat agricola remedia, quæ dupliciter considerandà ipsi sunt, nimirum vt agros suos ab ea peste præseruet, vel si iam irrepsit, tollat. Vtrumque præstare tradunt cinerẽ tenuissimum, si stercoris loco, vel simul cum stercore permixtus olerum radicibus detur: sic Pulices hortenses, Vermes, Erucas, Limaces, ac cętera animalia stirpes depopulantia occidere, abigere, & prohibere. Sunt nonnulli qui respersо ficulneo cinere illas prosequuntur. Stercora Vespertilionum, si nidor è fumo pluribus locis excitetur, eas fugat: quam rem aiunt præsentissimum habere miraculum. Sunt qui in hortis scillam areatim serant, aut hinc inde suspendant. Nasci quoque prohibentur, imò verò præsentes collectim perduntur, ex Græcorum obseruatione si aliquot sublatas in aqua cum anetho coxeris, eaq; perfrigerata herbas aut arbores respersеris, quæ nidulantes Erucas, & ad fotum incubantes sustinent, sed valdè cauendum erit, ne aqua illa faciem vel manus contingat. Porrò remẽdium certum ac paratu facilè erit, si circa arborum crura, aut brachia, bitumen & sulphur incendas. Vel fungos sub nucis arbore nascentes fumum dare ibidem cogas, galbanumùe, aut caprarum vngulas, vel ceruinum cornu, à venti flatu auersus, comburas. Sunt qui cinerem vitigineum per triduum in aquam mittant, qua postea olera & arbores copiosè aspergine lustrãt. Multi in ficulneo lixiuio proijcienda semina præmacerãt. [b] Antonius Mizaldus suos hortensium colonos scribit arte admodum facili Erucas sic hodiè passim expurgare. Vbi apricis locis illæ post pluuias incesserunt, matutinis horis frutices olerum aut ramos arborum

[a] *Lib. 11.*

Erucarũ fugendarum remedia.

D

[b] *Lib. de Secretis horto rum.*

rum ſuccutere ſolent: ſic enim dũ adhuc nocturno torpent frigore, facilè decidere, nec amplius ad ſuperiora perrepere: prębereque occidenti viam admodum pronam & præſentem. Sed hoc vetus Columellæ præceptum eſt, quod operoſum eſſe exequi, paulo antè norabamus; facilè tamen erit, ſi paucæ fuerint arbores quæ infeſtantur. Traditque idem Mizaldus ruſticos ibi paleis intortis arborum truncos armare, & crura coronare; quibus ſumma arborum petentes Erucę implicantur, ac veluti obiectis laqueis & compedibus, vel profligantur, vel die à cœpta via actutum reuocantur. Verùm ſi obſtinatè reſtiterint, & præſcriptis auxilijs pugnauerint, hãc oppones machinam. Vrinam bubulam & amurcam æqualiter miſtas, igni, donec ferueant admouebis, & ubi refrixerint, illarum imbre olera ac arbores conſperges: quod Anatolij eſt experimentum. Palladius fuſticulos, vel faſciculos alliaceos ſine capitibus, per omne horti ſpatium comburit. Idem iubet, vt ſemina, quæ ſpargenda ſunt, ſemperuiuæ ſucco madefiant, vel Erucarum ſanguine, hoc eſt humore intus contento, nam ſanguine alioqui Erucæ carent. Cicer eodem authore inter olera propter multa portenta ſerendũ eſt. Hoc itidem voluit [c] Plinius: Olerum, inquit, medicina eſt cicer. arcet enim Erucas. cùm tamen [d] Theophraſtus Erucas (κάμπας) priuatim vocet, quibus cicer infeſtatur. Et Erucas in cicere naſci, etiam ſcribit [e] Aelianus. Quamobrem mihi ciceris remedium ſuſpectum eſt. Quo ſi omiſſo, addit deinceps Plinius, iam natæ ſint, remedium eſt abſynthij ſuccus decocti inſperſus, & ſedi, quam aizoum vocant. Semen olerum ſi ſucco eius madefactum ſeratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum verò nec Erucas (necari legitur in veteri codice, Dalechampius legit, nec Erucis) ſi palo imponantur oſſa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduerſus Erucas cancrum fluuiatilem in medio horto ſuſpenſum auxiliari narrant. Hæc [f] Plinius, qui aliàs etiam ſcripſerat antè, cõtra Erucas & mala, ne putreſcant lacertæ viridis felle tangi cacumina iuberi. Democritus, Columella, & idem Plinius, alijq; paſſim à muliere menſtruata fugari tradunt quod cùm friuolum, quin ſuperſtitioſum mihi videbatur remedium, lubens prætereo. Theophraſtus braſſicis innaſci Erucas dixit, eaſque ab humore collecto interimi, & à fimo aceruatim iniecto. Sunt qui, vt Palladius notat, ſanguineis virgis tangant ea, quæ nolunt his obnoxia eſſe. Omnia olera Fronto ſcribit in vniuerſum iuuari, ſi inter illa Eruca fuerit conſita. Vt eadem olera infeſta animalia non generent, in coriq teſtudinis omnia ſemina, quæ ſparſurus es, ficcas, vel mentam pluribus locis maximè inter caules ſeris. Hoc pręſtare fertur eruum aliquantulum ſatum, præcipuè vbi radices & rapa naſcuntur. Praſtocoridas (lego Praſocurides) inquit [g] Cardanus, Græci vocant animalia, quæ ſolent hortis nocere: ferunt ergo, quod ſi vẽtriculum veruecis ſtatim occiſi plenum ſordibus ſuis ſpatio quo abundant, leuiter defoderis, poſt biduum reperies ibi animalia congeſta: hoc cùm his vel tertio feceris, genus omne quod nocebit, extingues. Plura qui volet, geoponicos adeat, & qui de hortorum cultura ſcripſerunt.

[c] *Li. 19. c. 10*
[d] *Lib. 3. de cauſ. plant. c. 30.*
[e] *Lib. 9. de Anim. c. 39*
[f] *Li. 17. c. 28*
[g] *Li. 7. var. cap. 30.*

# VSVS IN MEDICINA.

PAVLVS Aegineta [a] ſcribit Erucas olerum cum oleo inunctas, dici tutos à virulentorum animantium morſibus conſeruare. Eædem oleo mixtæ authore [b] Dioſcoride fugant ſerpentes. Cuius, inquit [c] Greuinus, rationem certè afferre minimè poſſem, niſi ad proprietatem eam, qua natura donauit eas, recurrerem: neque enim hoc ex proximo ſuo ortu habent.

[a] *Lib. 7.*
[b] *Lib. 2.*
[c] *Lib. 1. c. 6.*

# PROVERBIVM.

IN Alciati ſcriptis hocce prouerbium notatum inuenio, *Campas abigo* de his qui verba non curant. Campæ enim ſiue Erucæ difficulter pelluntur.

A

# DE CHRYSALIDE SIVE AVRELIA. Cap. V.

ERVCÆ omnes quæ folliculos texunt, cùm se in ijs, incluserint, figuram prorsus mutant. nam cùm priùs molles essent, pedibusq; instructę, ac mouerentur, ederentq; : tunc indurescùnt, pedes non apparent ampliùs, non mouentur, nisi ad tactum, nec ampliùs edunt, sed veluti oui speciem accipiunt: cuius meminisse videtur [a] Aristoteles his verbis: Alia non perfectum animal generant, sed ouum, idq; perfectum. Quæ autem ijs frigidiore constant natura, generant quidem ouum, sed non perfectum, verùm quod foris perficiatur, vt genus piscium, squamata, & crustata, & mollia. Quintum genus, quòd frigidissimum est, ne ouum quidem ex se parere potest. Sed hæc affectio foris euenit ei, vt B dictum est. Insecta enim primò Vermiculum pariunt, qui addito tempore speciem accipit oui. Aurelia enim appellata oui obtinet facultatem, tum ex ea animal nascitur, tertia mutatione finem recipiens generationis, nimirum ex brassica Vermiculus, ex hoc fieret Eruca, ex hac Chrysalis siue ouum, inde Papilio. sed hac de re suprà disputatum est, vbi diximus ex ouis Papilionum sub brassicarum folijs latentibus suo tempore Erucas prorumpere, has in Aurelias conuerti, ex quibus demum alij procreantur Papiliones, hi enim oua non pariunt, vt Erucas producant, sed finis eorum est genus suum conseruare, hoc est alios generare Papiliones. Quod modo ad nomen Aureliæ siue χρυσαλίδος attinet, non satis percipio cur hoc illo ouo nomen tribuerit philosophus: non enim omnia aureo sunt colore, sed item viridia, item pallida, vt mox patebit, cùm quædam & describam, & depingam. Apud Hesychium scribitur cum gemino Λ, & in Lexico Græco latino veteri, vbi perperam exponitur Blatta. Eustathius ex veteri quodam Grammatico annotat χρυσαλίδα vocatam fuisse etiam τὴν μελολανθὴν siue μελάνθην, seu μελόνθην, aut μελολόνθην. Quas voces alij interpretantur Scarabeorum quoddam genus, qui peculiari nomine χρυσοκάνθαρος dicitur. Nam μηλολόνθη teste Hesychio, est εἶδος κανθάρων, quos aliqui C χρυσοκανθάρους appellant. At Scholiastes Aristophanis non ait esse Scarabei speciem, sed ζωύφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον, hoc est, animalculum aurei coloris Scarabeo simile. Sed de hac dictione plura dicemus in Scarabeo. Νεκυδάλου quoque vocari suprà diximus, vbi quoque etymologiam veram huius nominis dedimus, & breuitatis causa hîc non repetimus.

[a] *Lib. 2. de Gener. ca. 1.*

Oua generantium diuersitas.

Nominis ratio.

# FORMA. DIFFERENTIÆ.

CVM in Aureliam siue Necydalum transierit Eruca, formam æmulatur infantis fascijs inuoluti, facie quidem humana propè cum mitra & cornibus: aliæ quidem aureo, alio argenteo colore, aliæ alio, vt nihil mirum sit, aliquid inesse ijs egregij, quod nos lateat.

Habes hac tabula quatuor Chrysalidum icones, quarum prima insolentis, & forsan monstrosæ est figuræ, cùm ob enormem magnitudinem, tùm maximè quòd in capite annexam habeat velut promuscidem. Tota aureo colore resplendet, sed annulos habet nigros. Eiusdem coloris sunt Chrysalides siue Necydali Bombycum, ex quibus quoque vnam dipinximus, eam autem, quæ secundo loco posita est. Tertia coloris est viridis nonnihil ad cæruleum vergentis, punctis toto corpore maculata aterrimis. Huius generis Erucæ folliculos non texunt, sed in Chrysalides immutaturæ eo quo hîc pingitur, modo super aliquod lignum, foliumué aut etiam lapidem extendunt, & solis ardore dein mutantur in Papiliones, eos autem, qui ex albo virideſcunt. Quarta etiam viridis est, sed auri instar resplendet, depicta est pronè, & supinè, item à latere.

D




# DE BOMBYCE. Cap. VI.
## ÆQVIVOCA.

Bombaciũ [a] *Lib.19. cap.1.*

APVD Nicolaum Myrepsum βομβάκιον vocatur, quod Itali Bombagio vocant, lanugo sciiicet, siue lana xyli siue gossypij, quam [a] Plinius bombycem nuncupasse videtur. Ita enim scribit: Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossypium vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta xylina. Paruus est, similemq; barbatæ nucis defert fructum: cuius ex interiore bombyce lanugo netur, nec vlla sunt eis in candore mollitieue præferenda. Vestes inde Sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Dicitur itaque Latinè bombyx etiam lana gossypij: vnde fit vt passim apud recentiores, maximè qui de nouo orbe scribunt, inuenies bombycem dici, non solùm hanc lanam, sed ipsam etiam plantam, nec non quamuis arborem laniferam. [b] Propertius Bombycem Arabium vocans, de eadem xyli lana potiùs, quàm de Serico loqui mihi videtur. nam xylon Plinius superiore Aegypti parte nasci scribit, quæ in Arabiam vergit. Ait autem.

Gossypij lanabombyx dicta. [b] *Lib.2.*

*Nec sic quæ Arabio radiat Bombyce puella.*

[c] *Li.3.c.18.* [c] Dioscorides acanthium describit foliis, lanugine araneosa obductis, atq; ex hac βαμβακοειδὴς fieri, hoc est, vestes bambacinas. Sed quamquam etiam βαμβάξ, & βαμβάκιον, item πάμβαξ, & παμβακὶς xylon Suidæ nominetur, malim tamen apud Dioscoridem legi βομβακοειδὴς, atque sic legit Ruellius, vestes bombycinis similes vertens. Etenim βάμβαξ apud priscos Græcos non reperias. Bombyx præterea [d] Cælio inter multa rhombi numeratur significata, rhombum inquiens communiùs Strombam dici, quæ & Bombyx, inquit, nuncupatur. Eodemq; testante quidam Insecta Bombycia vniuersim vocant à bombo. Bombyx sanè [e] Aristoteli & Plinio Apis sylueſtris genus est, quod valdè obstreperum esse puto, estq; illud quod βομβίλιος perperam vocatur à Grammaticis.

[d] *Lib.9. cap.22.* Stromba. [e] *Lib.17. cap.6.*

SYNO-

A

# SYNONYMA.

HOCCE Erucæ genus Aristoteli βόμβυκα vocari, suprà dictum est, & Bombycem Plinio. Hesychio Ὑλομήτρα siue ὑλησμήτηρ est εἶδος σκώληκος. Aitq; esse qui βόμβυκα eo nomine intelligant, cui quadrat: nam sponte, vt patebit, in syluis habitat. D. Ambrosio & Basilio vocatur Vermis Indus, quanquam, quæ de eo scribunt, ex Aristotele, & Plinio sint mutuati. Alberto & authori de rerum natura, Vermis lanificus. Baptistæ Pieræ Eruca bombiciuora. Scaligero Ser, Ausonio Ser vestifluus, Pausaniæ Seres. Sed cùm specie Araneæ eum depingat, multi differre credunt; quemadmodum etiam sunt, qui Sericum quod Seres populi olim subministrabant, diuersum esse à bombicino existimant: quorum omnium opinionem mox refellam. Serem Scythicam vocem [a] Goropius è sua lingua petendam esse multis, ijsq; non contemnendis rationibus contendit, quem qui illius B linguæ studiosi sunt, adire poterunt. Italis diuersis venit nominibus. Bononiensibus vocatur Bigatto, Hetruscis Bacho da Seta, & Caualliere, alijs Vermicelli, Bigatti di seta, Bruchi, Bargelli, Mignani, Mignatti, Bombici, Cuculi, cum qua postrema voce modernorum Græcorum Cussuguli quandam conformitatem habere videtur. In Oriente nominantur Ippeqquti, in Illyrico Gusinnicci, in Africa AsmaaK santi, In Hispania Gusanos di seda. Germanis Zeidtvvorm, Belgis Syvvorm.

Vermis Indus.
Vermis lanificus.
Ser.
[a] *In Vertumno.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

SIMON Maiolus Episcopus Vulturiacensis in suis diebus caniculariBus scribit, hoc nostro cælo Europæ Bombyces factas esse exiliores, velut frigidiore loco. nam digito, inquit, humano minores sunt, cùm Indicę pollicis C humani musculi magnitudinem longè excedant, domusq; illarum humani capitis magnitudinem superant, nostro autem cœlo, vix præparuo ouo gallinaceo æquari possunt, prægrandes pugno humano. Huius Erucarum generis folliculum superioribus annis depictum mihi misit Sereniſſimus Hetruriæ Dux quẽ pòst in calce delineatum dabo. Est tamen inter Europæas Bombyces quoq; in magnitudine differentia. Etenim Hispanę nostratibus corpore quidem minores sunt, folliculos nihilominus maiores texunt. Rursus Calabrę nostratibus etiam maiores sunt, & maiores etiam folliculos, præstantioresq; texunt. [a] Hieronymus Vida omnibus vnicum tantum colorem, nimirum candidum tribuere videtur, scribens Papiliones ipsis concolores nasci. Papiliones enim candidissimi sunt. attamen non omnes Bombyces albę sunt, vt mox ex describendis patebit. Canit autem:

Bombyces Indicæ.
Folliculus magnitudine capitis humani.
[a] *Lib. 2. de Bombyc.*

*Nam quæ longa fuit Tinea olim, fit leuis alis*
*Papilio, Tineæ pallentes concolor alis.*

Alias ego obseruaui esse albas, alias cinereas, alios subflauas. Omnes septem habent annu- Differentię à colore.
los. Pedes quatuordecim, anteriores sex, qui minores sunt, posteriores octo, qui post tertium D annulum incipiunt: postremę duę omnium sunt maximę, supra quas cauda est, acuta & surrecta. Inter singulos annulos macula conspicua est nigra. In dorso inter eosdem annulos quatuor sunt Semicla litteram C maiusculam formantia, quorũ priora euidentiora sunt postremis, quæ nempe tam sunt sæpe exigua, vt visum fere effugiant. A capite ad caudam vsque linea per dorsum medium fusca fertur. Rinctus omnibus idem, porcorum fermè similis, oculi magni, & nigri. vropygium caudæ piscium fermè specie.

Tabula Prima.




Priori loco depicta fœmina eſt, & tota candicat, exceptis poſterioribus pedibus, qui flaueſcunt. Secunda tota eſt albocærulea, mas. Tertia ex albo læuiter flaueſcit, & pedes habet omnes candidos. Hic album texuit folliculum. Poſtrema ita picta eſt, ſicut nonnunquam ſeſe contrahunt, vel metu, vel frigore. Prior folliculus totus erat candidus & à candido Bombyce textus; Secundus pariter candidus eſt, & Bombycis fœminæ opus. Tertius totus ferè virideſcebat, maris opus. poſtremus fœminæ, eiuſdem coloris.

Qui

A

## Tabula Secunda.



B

C

Qui in secunda tabula ponitur quartus, gemellus est, à mare & femina vnà laborantibus factus, vulgus hoc folliculorum genus doppiones vocat. Tertius quodammodo Lacertæ, vel alterius animantis caput æmulabatur oblongum, deinde paulatim extenuatum in acutum declinabat. Primi aureo sunt colore, vterque etiam monstrosus, quoniam ouales non sint. Quorum vnus amygdalam efformare, videbatur, cortici suo etiamnum inuolutam; alter malum armeniacum. Tales vulgo nobis Venturini dicuntur.

D

In tertia tabula primo loco habes Bombycis iam serico grauidi integri iconem, secundo supina parte sectam, & sericum velut quædam intestina demonstrantem, tertio sericum exemptum, quarto, quinto, sexto, diuersas figuras Chrysalidum prout nimirum, magis vel minus perfectæ sunt, Septimo, octauo, & nono Bombycum diuersa exuuia, decimo folliculos duos inuicem cohærentes, vndecimo follicullum planum & compressum, duodecimo alium folliculum oblongum, ex quo Papilio iam iam erumpere tentat, decimotertio Chrysalidem ex qua exiturus Papilio media sui parte propēdet, decimoquarto folliculum, qui cerasum magnitudine vix excedit, postremo semichrysalidem, quæ ex folliculo peræ figura erumpit.




# BOMBYCES VETERIBVS ROMANIS ET GRÆCIS FVISSE IGNOTAS.

Sericũ non eſt diuersũ à bombyci no.

MVLTI, quòd Erucas haſce ſiue Bombyces cùm Græcis, tùm Romanis, incognitas fuiſſe cernerent, Sericumq; Plinius & Virgilius à Seribus Scythiæ populis ex arborum frondibus depecti ſcriberent, Sericum à bombycino diſtinguendum eſſe exiſtimarunt; ſed meo iudicio falluntur. Bombyces verò non agnouiſſe, nec Græcos, nec Romanos veteres ex ijs facilè colligitur, quæ de eis memoriæ prodiderunt. Tradit [a] Ariſtoteles fieri ex quodam Verme grandiore (citabo autem locum prout priùs reſtitui) qui veluti cornua protendit, ſuiq; generis eſt, primò toto immutato Erucam, deinde qui Necydalus appellatur (inualidam dixeris) ex hoc Bombylius, hanc variam formarum ſucceſſionem, in ſemeſtri temporis ſpatio compleri. Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nonnullas retor-

[a] *Li. 5. Hiſt. cap. 19.* Texere vbi prius inuẽtum.

quendo

A quendo in filum deducere, dein texere. Primam texisse in Co insula, Pamphilam Platis filiam dici. Nostra verò Eruca ex Verme nõ fit, sed ex ouo Papilionis, quem si pro cornuto illo Verme accipias, vt Dalechampius facit, omnes illæ transformationes semestri spatio nõ explebuntur: sed neque verum est sex mensibus absolui: nam id duobus mensibus & paucioribus diebus nostræ Bombyces absoluũt. Bombycina itaque in Co texi nouit Aristoteles, Bombyces nõ nouit. Non nouit item [b] Plinius qui multos post annos vixit. Hic enim iam allatis Aristotelis verbis ad verba recitatis, subinde sequẽti capite absurdiora longè nobis de Bombycibus Cois reliquit. Et alia, inquit, primo loco, Bombycum origo è grandiore Vermiculo, gemina protendens sui generis cornua (legam autem, prout restituendum esse hunc locum suprà dixi.) Hic Eruca fit, quæ & Bombyx vocatur, fit deinde quod vocatur Necydalus: ex hoc Bombylius. Omnia sex mensibus. Telas Araneorum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ Bombycina appellantur. Prima eas redordiri (retorquere legitur in codice manuscripto) rursusq; texere inuenit in Ceo (in manuscripto legitur Co) mulier Pamphila Latoi (alij legunt Platæ) filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, vt denudet feminas vestis. Hæc ille, & sequenti capite, Bombycas, inquit, & in Co insula (Ego hîc

B Ceo, & in primo loco Co legendum arbitror, nam, cùm cætera ex Aristotele, vt dixi, mutilata sint, locus etiam respondere debet. Ceos verò & ipsa subtilioris vestis amicula arte lanificatæ scientiæ prima in ornatum feminarum dedit, vt ex Varrone [c] Solinus loquitur.) nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri autem primò Erucas nudas (hæc in communi textu non leguntur, sed nos antea ita correximus, nam ibi absurdè habetur fieri primùm Papiliones paruos, nudosque) mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & aduersum hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi subigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Postea apprehensam eorpori inuolui nido volubili. Tum ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore, & furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. (hoc est, vt exponit Dalechampius, vt eodem ordine Vermiculos gignant (oua potiùs, vnde fiant Erucæ, quæ neant alia vellera.) Quæ verò cœpta sint lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari iunceo fuso. Hactenus Plinius, ex quo, quamquam, vt vides, Bombyces non cognouerit, si ita, vt nos correximus, legatur, tota generationis mutatio manifestè colligitur,

C si hoc expungas quod earum arborum flore terræ halitu animato generẽtur. Idem [d] Plinius fericum credidisse videtur, diuersum esse à Bombycino, nam de Scytharum gente loquens, tradit Seres primos esse hominum, qui noscãtur, lanificio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem; vnde, inquit, geminus feminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. Tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat. Quare si Plinius diligentissimus naturæ mystes ac indagator Bombyces non agnouerit, minus mirum est si alijs Romanis idẽ incogniti fuerint, cùm serici tantũ, non Bombycum meminerint: [e] Seneca Tragœdus:

*Remouete famulæ purpura atq; auro illitas*
*Vestes procul sit muricis Tyrij rubor*
*Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.*

Idem alibi: [f]

*Nec Mœonia distinguit acu,*
*Quæ Phœbeis subditis Euris,*
*Legit Eois hæc arboribus.*

D Virgilius: [g]

*Velleraq; arboribus depectant tenuia Seres.*

Claudianus. [h]

*Stamine quod molli tondent de stipite Seres.*

Strabo. [i] Τοιαῦτα δὲ τὰ σηρικὰ ἐκ τινῶν φύλλων (non φλοιῶν) ξενομένης βύσσου. [k] D. Hieronymus apertissimè fericum, a Bombycum telis distinxit, his verbis: Spernat, scilicet puella decora, Bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lentescens. Pausanias, qui sub Antonino vtroque vel paulo pòst vixit, Serem Vermem descripturus, longè à veritatis scopo aberrauit; quid mirum itaque si qui ipso antiquiores sunt, Bombyces non agnouerint. Est enim, inquit, Eleorũ ager & cæterà ferax, & byssum educat feliciss imè, Cannabem quidem, linum & byssum, ferunt, qui idoneum ad hæc ferenda solum colunt. Sed enim quæ fila ad textrinam vsurpant Seres, ea nulla è stirpe sunt. Nascitur in eorum terra Vermis, quem Serem Græci, ipsi Seres longè alio appellant nomine, magnitudine est id Insectum duplà maximi

[b] *Lib. 11. c. 22. & 23.*

Plinius rursus correctus.

[c] *In Polyhist. c. 13.*

[d] *Li. 6. c. 17.*

Seres lanificio nobiles

[e] *In Hippolito.*

[f] *In Hercule Oetæo.*

[g] *Li. 2. Geor.*

[h] *Lib. 18.*

[i] *Lib. de Insect. puellæ.*

[k] *In Eliacis in fine.*

Pausaniæ error.

maximi Scarabæi,cætera Araneo ſimillimum.Hoc Seres accuratè nutriunt,cellas illas cùm E
æſtiuas,tum hybernas aptè fabricantes:pedibus(habet verò octo,quot & Aranea)ſub arbo- »
ribus textile opus facit.Annos fermè quatuor panico alitur:quinto demũ (neque enim lon- »
gior contingit vita)viridem apponunt arundinem ; quo pabulo beſtiola illa omnium maxi- »
mè delectatur:eo ſaturatum,ſagina rumpitur.Educunt inde è viſceribus plura ſtaminum vo »
lumina.Hęc itaque Pauſanias,quorum alia Bombycibus noſtris congruunt,alia nequaquã.
Conuenit nomen,conuenit deſcriptio,licet id multi inficientur,non conuenit ætas,non cõ-
Bombycis magnitudo Bõbyces in proprio ſolo maiores ſunt. uenit pabulum. De nomine non eſt quod dubitemus. Bombyx noſter Scarabeo maior eſt
multò,ſi corporis longitudine metiaris,ſin craſſitie,minor. Et quamquam magno ille Scara
beo duplo maiorem eſſe dicat,non repugnat, Seres enim in proprio ſolo inſignis ac notabi-
lis magnitudinis eſſe ſuprà dictum eſt,& noſtros ab ijs degeneraſſe, quia in frigidioribus lo
cis.Pedes octo dixit,nimirum poſteriores,qui potiſſimum ad inceſſum faciunt.Conuenit &
textura,ſed cur cellarum alias æſtiuas,alias hybernas faciat,non percipio. Hoc ſaltem con-
Bombyces vbi ſponte nent in arboribus. ſtat Vermis genus eſſe,quod ſericum ſtamen apud Seres net. Quamobrem cùm barbari eſ-
ſent iſti populi,ignorarentq; Bombyces enutrire(quanquam & hoc diligẽter factitaſſe Pau- F
ſanias velit,quod non videtur,vt patebit)ſtamina ab hiſce animalculis ſponte in arboribus
cõtexta quotannis depectebant,atque ita in alias regiones venditabant, quæ Romanæ poſt
modum mulieres& nebant,& texebant, ut ex Plinio diximus, in Co verò,quod ciuiliores
& induſtriores eſſent,Bombyces domi, vt nos,alebant,& factis Bombycinis ad alias etiam
prouincias mittebant. Atque ideo Romani veſtium Coarum magis quàm Sericarum me-
minere. Propertius:

*Quid iuuat ornato procedere vitta capillo*
*Aut tenues Coa veſte mouere ſinus?*

Ouidius:

*Siue erit in Cois, Coa decere puta.*

Cùm itaque Vermes apud Seres populos factis folliculis ſiue cellis ex arboribus depende-
rent, [m] Martialis Bombycem pendulum mihi vocaſſe videtur,cùm canit:

[m] *Li.8.Epig.* Bõbyx cur pendulus vocatus.

*Nec vaga tam tenui diſcurſat Aranea tela,*
*Tam leue nec Bombyx pendulus vrget opus.*

Seruius quoque doctiſſimus grammaticus & interpres Virgilij, ad hunc poëtæ verſum, G

*Quid nemora Aethiopum molli canentia lana.*

apud Indos,inquit,& Seres ſunt quidam in arboribus Vermes,qui Bombyces appellantur,
qui Aranearum more,fila tenuiſſima deducunt,vnde eſt Sericum. Sic ille. Damaſci in Sy-
ria,vt intellexi à viris fide dignis, paucis ab hinc annis iſti Vermes ſua ſponte in moris ſuos
folliculos texebãt,quos incolæ,eo quo de Seribus dictum eſt, modo ex arboribus exemptos
concinnabant,totq́ue ibi relinquebant, quot ſatis forè conijciebant ad nouam anno proxi-
mo generationem.Iidem afferebant pręterea alios non procul à Damaſco populos eſſe,qui,
quòd rariſſimè ibi pluat,cœlumq́ue ſit calidum,Bombyces cùm iam quindecim diebus do-
mi ſuæ aluerunt,fortunæ committant,ponentes eos in moris,ibiq́ue ſponte viuere, & folli-
culos texere,ſed etiam ſi fortè oboriatur vel imber, vel tempeſtas alia, Bombyces ſeſe ſub
arboris folijs abſcondere.Quæ cùm ita ſint,cùm,inquam,conſtare iam ſatis exiſtimem,Bõ-
byces apud Seres ſponte in arboribus ſerica ſtamina texuiſſe, etiam credendum eſt arbores
eas moros fuiſſe: quemadmodum eas quoque quarum lanuginem in vellera Coas Bomby-
Plinij lapſus. ces pedum aſperitate radere tradidit Plinius turpiter falſus,cùm eam lanuginem, quæ ni-
dus Papilionis,vel potius Necydali ſiue Chryſalidis,eſt, à Papilione dicere debuiſſet, non
è folijs radi quibus inſidet,ſed ex aluo ſua promere.Iacobus Dalechampius diſputans de eo H
dem Serum lanificio,& an eadem ſit Coa veſtis ac ſerica, ſcribit ſe folia eiuſmodi ex Perſi-
de aducta & Arabia aliquot vidiſſe, mori folijs ſimilia,paullo anguſtiora & longiora,con-
uoluta,vellere Sericeo inuoluta, ſinu plena quod,inquit,Bombyx intus occultatus neuerat,
vt planè ſit eadem res Sericeum filum Orientale,quod noſtras Bombycium,aut Coum:niſi
quòd ſponte,& nulla hominum induſtria Bombyces in arborum fronde id gignunt,animal
[n] *Exerc.158 9.* Sericum quid. autem id magno apud nos educationis & cultus labore tuendum ſit. [n] Scaliger quoq; eos
ridet,qui ſericum aliud faciunt,quàm Bombycum opus.cuius verba,quod noſtram opinio-
nem aſtruant,neutiqnam præteribo,Reſtat,inquit, vt quid ſit ſericum,videamus. Factum
enim eſt,diligentia quorundam,an peruicacia? vt res vulgata, recepta, confeſſa, vſitata,fie-
ret controuerſa.Ita recentiorum ſectę veterum opinionum immortuas reliquias fouere ag-
greſſi ſunt,vt antiquatos errores nouis obruerent inſanijs. Non enim defuere,qui vero nos
ho rdeo carere litigarent, cùm ptiſanam pinſere,coquereq́ue neſcirent, in hordeum noſtri

vel

A vel sæculi, vel orbis suæ insciticæ culpam transtulerunt. Ita nos antiquorum sericum quid sit, penitus ignorare. Nec repetam argumenta. Ex Pausaniæ mendacijs accersunt testimonia. Ex arboribus depectunt apud Virgilium: non autem explicant ex opere Bombycum. Tum è Plinio nescio quę febriculosa; verùm uana omnia. Quando & in Calabria neglectos in arboribus vermiculos sine cura, cultuque sericum facere vidimus: è quibus detrahunt incolę. Et à Cataio, & à China sericum fertur, non aliud, quàm quo vtimur. Id ex nauigationibus compertum est. A theres Tartarorum nunc Horda est: à quibus in Persiam, & Turcostaniam serica deferuntur opera. Quod nobis adolescentibus factum scimus: narrante id Veneto legato, qui ab Vssumcassam reuertebatur, apud optimum regem Sigismundum Poloniæ. Aiebat tamen leui satis materia, & opera texta esse. Ex aliorum historia, qui eiusdē Regis tempore peregrinationes suas descripsere, satis constat: Seras esse in extremis Persiæ ciuitatem. In qua tantum illius operis fieri, vt dena millia pondo Serici in quotidianas operas dispensentur. Iuxta mare Caspium Straua ciuitas, à qua Sericæ texturæ cognomine celebrantur. Etiamnunc Madaixa vocant Hispani collecta in unum fila serici: idque voce antiqua. Metaxa enim dicebatur. Hunc Seres illi Persæ parent, quos communi totius gentis nomine Tartaros vocant, peculiari voce Calmuchi: propterea quod soli Scytharum capillos alunt. Trans Vuolgam sunt, haud procul mari Caspio. In Taprobana quoque sericum sine cultu ex arboribus detrahi à Bombycibus confectum, legere est in commentarijs nauigationum. Quamobrem Virgilianæ arbores non sunt aduersus nos. Alij litigarunt odio Arabum philosophorum, qui serico scripserunt corroborari cor. Aiunt hi, sericum esse frigidum; quia morus frigida. Vermes illi frigidi. Si, quod nobis compertum est, non ignorarint: in Syria, & Aegypto ficulnis ali frondibus: an ipsi suæ subscripserint sententiæ? Hactenus Scaliger. Verùm & Iulius Pollux capite de byssinis non distinguit, sed esse scribit, qui distinguant. Quædam autem (telæ) inquit, ex Bombycibus colliguntur. Bombyces, Vermiculi sunt, à quibus fila ducuntur, quemadmodum & Araneæ. Sunt etiam nonnulli, qui Seres, ab alijs quibusdā animalibus telas suas colligere tradant. Iam verò Sericum in Persia colligi à Vermibus, ut ex Scaligero proximè diximus, etiam testatur [o] Nicephorus historicus, inquiens, in Persia Vermes esse quàm plurimos, fila Serum nentes, multiplici & vario colore: eos barbaros magno studio curare. Ioannes Rauisius Textor laudatissimum sericum apud Orontem fluuiū reperiri scribit, citatque hocce Sidonij:

Sericū Vnde deferatur.

Seres ubi.

Madixa quid Hispanis.

Metaxa quæ.

Serici temperamentū

Sericum in Persia colligi.

[o] *Li. 18. hist. Eccl. c. 30.*

Sericū optimum vbi.

C *Alter Orontæa radiat ceruice decorus,*
*Alterius roseā fronte coruscat Onyx,*

Orontes autem fluuius Cœlesyriæ est, qui non procul à Seleucia Pieria & Libano monte nascens, deinde terra absorptus rursus emergit in agro Apameno, & præter Antiochiam fluens, in mare Seleuciæ proximum defertur. Nos quoque ex quorundam relatu in Syria & vicinis regionibus Bombyces etiamnum sponte in arboribus sua tela texere diximus, & Plinius Bombycem Assyriam laudat, qua viri fęminis cesserunt. Quare non à Seribus tantū Bombycina aut sericum habuere Romani, sed etiam ex Co, Ceo, & Assyria, in quibus locis, vti & alibi Bombyces sponte sua texebant tela, nam

Bombyx Assyria.

—— *Postquam homini diuini est muneris vsus*
*Traditus in tectis, atq; intra tecta domorum*
*Syluestres Tineas alere atque impendere curam*
*Cœpit: opes multi hinc ad summas emersere.*
*Quamuis esse alias etiam nunc fertur in oris*
D *Longè alijs gentes, quæ nondum in tecta relatæ*
*Per lucos errare sinunt, nulloq; labore*
*Fila suo carpunt oneratis mollia ramis,*

vt canit Hieronymus Vida: qui item Serum vocatum fuisse ait, qui primus sericum in Italiam attulit, sed quando non addit. Zonaras tradit Bombycem ante [p] Iustiniani tempora fuisse in Italia incognitum, & ante Zonarā [q] Procopius author Græcus literis & monumētis recentium historiarum prodidit Iustiniani temporibus commentum hoc serici, solerti ingenio quæsitum, primùm in Italiam allatum fuisse, cùm antea incompertum foret & incognitum: Bombyces autem à Perside Romam delatos esse. Sic enim ille. Iustiniani temporibus tela serica à Romanis texi cœpit, quę prius à Persicis mercatoribus tantùm afferebatur, dum ignorarent, quomodo fieret, neque scirent fila esse Vermium. Cæterùm duo monachi ex India Byzantium profecti originem illius declararunt, polliciti se fœtum illorum Vermium, oua nimirum perexigua allaturos & ostensuros Romanis, quemadmodum illa foue-do animata in Vermes mutentur, & sericum texant, natura magistra vsi. Eos monachos Iustinianus

Serus primus sericū potauit in Italiam.

[p] *In Iustiniano.*

[q] *Lib. 4. belli Persici.*

Bombyces quando in Europā illati.

ſtinianus in præſentia muneribus, de cætero magnis pollicitationibus ad illud præſtandum confirmauit. Itaque Serum oua Byzantium attulerunt & in ſimo collocata in Vermes trāſformarunt & mori folijs aluerunt, indeque ſericum confecerunt. Ex eo itaque Romani cognouere, quo pacto ſericum conficiatur. Hæc ille. Et ſic à Perſide primùm in Europam delatos Bombyces apertiſſimè ex ijs verbis liquet. Nam in Perſide maxima eius ſerici mercimonia eſt, Vermiumque plurima illorum induſtria, vti ex Nicephoro diximus. [r] Cardani opinio eſt Pamphilam delata ex India fila & iam victoriâ Alexandri Magni cognita, non tamen translatis Vermibus, docuiſſe ſericum texere. Inde verò primum ſub Iuſtiniano & oua & artem educandi per monachos ad nos peruenisſe. Interimq; dum latuere, perſuaſum eſſe antiquis è frondium lanugine depecti: ſiue quòd hoc veriſimilius videretur, ſeu quòd Bōbyces ibi ſpontè in ſyluis proueniant, ſeu quòd ſic incolæ occultare originem ſerici meliùs poſſe ſperarent. Verùm vt Cæſaris huius ac materni aui beneficio totus orbis innotuit, patuiſſe apertè præter hoc ſerici genus nullum aliud eſſe. Platina refert in vita Vrbani primi M. Aurelium Antoninum primum Romanorum Imperatorum, ſerica veſte vſum eſſe. Quod [s] Plinio aduerſari non putamus, nam licet ſericæ veſtes tam pretioſæ ei nō ſint, vt ſolius Imperatoris fuiſſe putemus. Nec puduit, inquit, has veſtes vſurpare etiam viros læuitatem propter æſtiuam. In tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, vt oneri ſint etiam veſtes. Aſſyria tamen Bombyce adhuc fœminis cedimus. Et licet ex his verbis conſtet, matronarū veſtes, & multorum etiam virorum, qui bella ſequi ſolēt ex ſerico fuiſſe: Idemq; ferè etiam dixerit de Seribus loquens. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat, tamen non eſt contradictio; nam ſericum Plinij ab holoſerico differre pòſt dicimus.

[r] *Lib. 9. de ſubtil.*

Quis primus ſerica ueſte uſus.

[s] *Lib. 11. c. 23.*

# GENERATIO.

Quid in ouis obſeruandum.

DE Bombyliorum ouis pauca ſuprà diximus. Ea autem candida tela excipiuntur: quidam chartam telæ præferunt, chartam autem cęruleam. Facilius enim auferri cultro ſinit. Telę adhærentia vino irrigantur, & ad focum leuiter dextreque auferuntur. Ablata cyatho vini Maluatici, vel Falerni, vel alterius generoſi infunduntur, & quę fundum petunt, ſeliguntur, innatantia ceu vana & irrita reijciuntur. Selecta rurſus in mundo aliquo linteo in vmbra quidem, at non procul à ſole exſiccantur. Quod ad infuſionem attinet, ea momentanea tantùm eſto, laudatur autem, quòd Erucas reddat longè robuſtiores. Sunt qui ex ſic natis vix duas aut tres emori aſſerunt, cùm ex communiter natis plurimas interire conſtet. Idem de infantibus quidam ſcribunt. Oua laudantur Hiſpanica, & quæ ex toto regno Neapolitano, potiſſimumq; Calabria habentur. Hæc magnas procreant Bombyces, ac conſequēter ſerici plurimum, Hiſpania paruas, & ſericum finum ac præſtantiſſimum. Neapolitana facilè eſt nanciſci ex nundinis Romanis, & quæ Nuceræ quotannis celebrantur. Sed tertio anno degenerant, euaduntque Bombyces eorum noſtratibus ſimiles. Sunto omnia recentia; nam quæ exoleta ſunt, irrita fiunt, & fruſtra incubantur. Incubandi ea diuerſimoda ratio eſt. Sunt qui ſub puluinari molli pluma pleno & ad ignem calefacto ponant, & ſuperdormiant: ſed fœliciùs naſcuntur, ſi mulier in ſinu ſub mammis ea foueat. Mulier hæc eſto ſana; nam morboſæ ſi incubent, Bombyces moriuntur, cùm iam aliquamdiu ederint. Incubans ſit virgo. Incubare incipiat inter quartum & decimum Lunę diem. nam, cùm quadrageſimo quinto die ab ortu ſuo plerumque texere ſoleant, Luna eis texentibus vigebit, atque adiumento erit, vt melius ac robuſtius tibi ſericum faciant. Nequaquam verò incubari debent, ſi necdū morus geminauerit; nam hæc arbor peculiare Bombycum nutrimentum ac pabulum eſt, cogunturque hac nondum germinante alio cibo veſci, qui ſericum minimè generat; Is autem eſt, rubus, lactuca, vrtica. Hieronymus Vida incubationem fieri voluit in plenilunio, & cùm morus germinat.

Cur vino infundantur.

Quorū electio.

Vt incubētur, & à quibus & quā do.

Morus peculiare Bōbycibus pabulum.

*Ne verò ante diem, ſed tempeſtiua creata*
*Sit ſoboles, veto ne reuoces in luminis oras*
*Progeniem extinctam, attonſis cùm gramina campis*
*Nondum vlla, aut frondes apparent arbore nullæ*
*Ante noua incipiat morus reuiuiſcere ſylua:*
*Neuè fames teneris, neuè obſint frigora alumnis.*
*Ipſi etiam agricolæ morum, ne tempora fallant,*
*Obſeruare ſolent. nam cùm ſeſe illa virentem*
*Induit in frondem, noſtris tum protinus oris*

Ex-

A *Excessisse hyemem, & manes abijsse sub imos*
*Nil dubitant: nec saeua vltra pecorique satisue*
*Frigora ue, glacien ue timent, canamq; pruinam.*
*Praterea tibi lunaris gelidae incrementa*
*Sunt seruanda, senescentis fuge tempora laua,*
*Nec tum etiam liquidis cum se nuper ab vndis*
*Extulit Oceani, pallentesq; humida vultus*
*Ostentat gracili incedens per inania cornu,*
*Vtile erit teneros ouis excludere fœtus.*
*Expecta cum plena animis, cum lumine largo*
*Solis ab igne tumens, altumq; per aethera vecta*
*Carpit iter, fratremq; audet se attollere contra.*
*Tum fas fœturae, tum iustum incumbere tempus,*
*Quandoquidem validas crescentia lumine vires*
*Semina concipiunt genitalia, tum fauet aether*
*Maioremq; trahunt nascentia membra vigorem.*

B Quocirca si tardè incubentur, eò robustiores germinabunt Bombyces, nam frigida earum natura est: argumento quod in Sarmatia, alijsq; frigidis regionibus non nascantur. Sunt qui dam, qui nescio qua superstitione oua eadem, qua Saluator noster passus est die incubare incipiant, arbitrantes ita felicissimè nascituras Bombyces: cæterùm cùm dies is mobilis sit, & statutum tempus quotannis non seruet, sæpè falluntur, cogunturq; mortuis frigore Vermibus & fame, noua deinde oua incubare. Tota incubatio triduo absoluitur. Tertio enim die Vermiculi apparent, canente etiam Vida.

Bombycũ natura frigida.

Incubatio triduana.

*Cumq; dies alterq; dies processerit, ecce*
*Cernere erit formis animantia feruere miris.*
*Eece sinu incipiunt tepido calefacta moueri*
*Semina, iam visenda nouis animalia formis*
*Irrepunt, passimq; albis mantilibus errant.*

Porrò quod si quis tamen præcoces fœtus alere velit, procurabit etiam vt morus citiùs solito geminet. Citiùs autem germinabit, si in nouilunio Februario mense stercoretur.

Vt morus citò germinet.

C

# EDVCATIO. ET QVÆDAM RVRSVS DE GENERATIONE.

IN Bombycum educatione duo potissimùm exactè alturo eas cognoscẽda sunt, nimirum quo loco tutiùs cõseruentur, & quo cibo ali debeant, & rursus in hoc obseruandum, quoties in die, & quantum, & quando nihil sit exhibendum. Quod ad locum attinet, eligatur siccus, nulli humido obnoxius, fenestras habeat ab Septentrione & Meridie. Flante Austro aperiantur, quæ Septentrionem spectant, sin Septentrionalis, quæ ad Austrũm. Vterq; enim iste uentus Bombycibus inimicus est, Auster humido, Septentrionalis frigore. Si aër nebulosus, nulla aperiatur, donec Sol nubes repulserit. Cauendũ verò etiã, ne vel fenestrę, vel tabulata, vel parietes rimis foraminibusue hient, ne & radij solares vel infesta animalia penetrent, Sol enim occidit, hæc eosdẽ deuorant, vt Hirundines, D Lacertæ, vel pungunt, vt Formicæ. Hieronymus Vida loca laudat, quæ Solem admittunt, & quæ fenestras habent ab Oriente, & Occidente, iubetq; ita occludi, vt ne flatus subingredi queat, tantum abest, ut noxia queant irrepere animantia, sed ipsum audiamus:

Quæ pastori cognoscẽda.

Locus apt⁹

Venti Bõbycib. inimici.

Fenestræ quãdo aperiendæ.

*Interea populis sedes & tecta futuris*
*Ipsa nouare iube, tabulataq; victa senecta.*
*Non apta sine Sole domus, sine luce penates*
*Sed duplices recta lumen regione fenestrae.*
*Admittant, quarum surgentes altera Phœbi*
*Spectet equos, fessos contra altera, iamq; cadentes.*
*Tum vitri pellucentes opponere quadras*
*Hinc atque hinc iubeo, lini aut firmissima texta,*
*Vt neque concutiant venti, neque nubila nimbis*
*Conspergant, obsitq; intus penetrabile frigus.*

Tuque

*Tuq; etiam, varia vt nequeant irrepere peſtes* E
*Parietis antiqui vitium ne neglige ſegnis*
*Sed calce aut creta linito.*

Electo loco apto qualem diximus, introducendæ ſunt Bombyces, quæ recens natæ minimo loco ſeu capſa contentæ ſunt, dein creſcentes paulatim maiores deſiderant capſas quin lata deinceps tabulata, qualiacunque autem ſunt. Tetigit hæc quoque Vida, dum canit:

*Nec verò iam tum hæc thalamis ſubliminibus infer,*
*Exiguus primùm capiet ſobolem locus omnem,*
*Corpora deinde aucta cunabula prima relinquent:*
*Tum cunctam in populos & vicos diuide gentem,*
*Diuiſisq; dabis ſedes, ſecretaq; regna.*
*Nec ſatis hoc ſemel: at quoties his arcta videbis*
*Eſſe domus ſpatia, augentur dum corpora cuiq;*
*Has toties legere, inq; nouas diducere ſedes*
*Ne dubita, donec tabulas impleueris omnes.*

Tabulata quæ eligenda. Noſtræ mulierculæ tabulata plerumq; habent, vel ex arundinibus, vel ex alga paluſtri, vulgus ruſticorum pauiram vocat, quę vel idcirco probantur, quia eorum ſingula ſingulis ſuperimponi poſſunt, cùm ſi ex arundinibus coniunctis ſint, ſuperiores Bombyces in inferiores excrementa egerunt. Sed in arundineis præterea obſeruandum eſt, ne per rimas latius hiantes Bombyces ipſæ decidant. F

In Cibo qd obſeruandum. Cibus offerendus ætatem eorum reſpiciat, nam paruis dandum parum, plus grandiuſculis, plurimum prouectis & ter in die, manè ſcilicet, meridie & veſperi. Neq; hoc quoq; præterijt Vida, nam cùm priùs dixiſſet:

*Mane petunt igitur ſyluas, & quaq; reportant*
*Pabula lecta die famulæ:*

pòſt ſubiungit.

*Protinus emergunt Tineæ folioq; iacenti*
*Victrices ſuper aſſiſtunt, omnisq; iuuentus*
*Veſcitur, atq; auidè dapibus implentur opimis.*
*Nec mora nec requies properant, & grandia morſu*
*Attondent folia emenſa, redeuntq;, iterumq;*
*Incumbunt, longam nequeunt explerier aluum,* G
*Dum ſuperant frondes & plenæ pabula menſæ.*
*Tuq; ideo parcis epulas moderare caniſtris,*
*Terq; die tantùm paſces; nam prodiga cunctam*
*Si frondem ſimul effundas, ſine more, dapesq;*
*Accumules, menſasq; oneres, auertitur vltrò*
*Ingratam ſaturum morum pecus, atq; repente*
*Ipſa parit largi faſtidia copia victus.*
*Sed ne longa fames noceat tamen aſpice prudens,*
*Dum nimium differs epulas & gaudia menſæ.*
*Nam ſolutti impaſtis ſi deſit copia victus,*
*Nulla mora eſt, miſeras macies deformat iniqua.*

Vtcibandę cũ magnæ ſunt. Ter itaque offerendus eſt cibus, ſed cauenda vt canit Vida, ſatietas nimia, fugiendaq; fames. Cùm ad perfectam excreuere magnitudinem, quinquies etiam cibantur, ſed minus offertur. Cùm vorant, ſuaue iucundumq; nonnullis murmur ſiue ſonum edunt, gratum autem, quod ijs ſomnum inducat. Mirum omnino videtur, quòd cùm cætera Erucarum H genera omnes fermè plantas depaſcuntur, ſolæ Bombyces ex mori tantùm foliorum eſu ſericum texant. Hæc gratum ipſis pabulum, modò ſint recentia, nam:

*Primam autem mori pubem atq; tenerrima ſemper*
*Quæq; legunt, dum grex tener eſt, atq; inſcius æui.*
*Continuo veterum veluti memor ille parentum*
*Agnoſcat veſcas frondes, ipſasq; recentes*

*Depoſcit*, vt ille canit. Teneris tamen adhuc etiam datur lactuca, vrtica, & rubus. Prouectis etiam in quibuſdam locis folia ficus. [a] Bellonius Bombyces in Antiochia, inquit, magni eſſe quæſtus, aliq; fici & mori folijs ſecundum fluminis ripas cultarum. [b] Idemq; de Emiſſa vrbe agens, quæ Hamza Arabibus, Turcis Haman dicitur, magna eſt, inquit, in Haman ſericei ſtaminis abundantia. nam Bombyces magna cura, & diligentia alunt ob riguorum hortorum commoditatem, in quibus ficum, morum & alias arbores fructiferas colunt: ri-

[a] *Lib. 2. Obſer. c. 105.*
[b] *Lib. eodẽ cap. 97.*

ui:

A ui etenim è montibus delabentes totam planitiem vberiorem reddunt. Vida vlmi frondem si morus haberi nequit, surrogat, canens:

*Quin etiam haud parui mutari pabula refert.*
*Est bicolor morus, Bombyx vescetur vtraq;.*
*Fortè etiam si deficiant folia omnia mori,*
*(Orandi superi eueniant ne talia nobis)*
*Si tamen vrgeris, conscendat robora pastor*
*Vlmea per syluas, & summa cacumina carpat.*
*His etenim arboribus multum est affinis origo.*

Ceterùm cùm nostrates Erucæ bombyciuomæ mori frondibus duntaxat, si adsint, alantur, quid in ijs obseruandum sit, breuiter explicemus. Eligatur loco nata macro, & petroso, inq; montibus, & collibus. nam quæ in locis nascuntur eminentioribus, ventus perflat, & ab omni humido roridoq; recremento repurgat. Vitentur, si fieri licet locis natę pinguibus, secus fluenta & foueas: nam succosa quidem etiam folia proferunt, sed Serici parum, eiusq; illaudabilis. Fugiantur teneræ ætatis. nam harum folia flaccida sunt, & multo humore succo

B ue redundant. Cumq; mori duo sint genera, alba scilicet & nigra, nigræ frondes præferuntur, quòd crassiores sint, solidioresq;, atq; nutrimenti melioris, necnon & Bombyces impinguent, & Serici copiam optatam pariant, eiusq; perfecti, ac laudabilis: quamobrem alba quoties licet, fugiatur, vel hoc saltem obseruet pastor, vt cùm priùs nigræ pabula diu iam obtulerit, albæ folia ceu pestem pòst non offerat. A primo subinde ortu, cùm etiamnum teneriusculæ sunt Bombyces, quid præbeat, nihil refert. Curet tantùm, vt quodcumq; præbet, siccum sit & nullo madeat humore: nam

*Illa quoq; in primis cura est, vt pabula semper*
*Sicca legant, nullaq; fluant aspergine syluæ*
*Aut pluuiæ, aut roris nocturni: quippe venenum*
*Sæpè fuit quamuis tenuis Bombycibus humor.*
*Nunquam igitur, cùm nox horis licet intempestis*
*Accedant syluam: expectent dum gurgite Eoæ*
*Tethyos exierit, sursumq; eduxerit omnem*
*Collectum noctis humorem purpureus Sol,*

C *Et iam tres scandens supera alta peregerit horas.*

hoc est, cùm sol delapsum nocturno tempore madorem, roremq; resiccauerit. Quodsi autem nocte præcedente pluerit, non colliget priùs, quàm videret sicca omnia esse folia. Colligẽs comas relinquat, & nisi perfectas frondes auferat. Comæ enim tenerę sunt, & humidius præbent nutrimentum, quo pecus interimitur. Fructus quoq; sua humiditate nocent, eos autem, cũ frondes desunt, quandoq; Bombyces famelicę deuorantes, facillimè intereunt. Mori effœtæ, ac carioſæ etiam fugiendæ sunt, quòd plerumq; in putridarum carie Formicæ sua habeant domicilia, Bombycũ præsentanea pestis. Scanduntq; nonnunquam exitiosa istæc animalcula quaslibet alias moros, quamobrẽ summa semper adsit cautio prohibẽdi fugandiq; illa. Fugãtur autem diuersimodè, vt proprio de Formicis capite docebimus. Collectæ æquo iam tẽpore folia loco seruentur frigido & sicco, vt in cellarijs, vbi solis radij non pertingunt, maximè si prouectiores iã fuerint Vermes. Eorũ nunquam sit inopia, quin contra habeat pastor, quibus semper triduo sustentare possit, ne si fortè pluuiæ obortæ fuerint cogatur, humidas ac madidas offerre frondes. Quod si tamen, vt fit sępenumerò, ex inopinato imbres inuasêre, collecturus arborũ ramos priùs fortiter quatiet aliquoties, dein collectas frondes domi

D in vmbra exsiccabit linteaminibus ad ignẽ excalfactis. Sed notet etiam, quòd ne sereno quidem tẽpore collectę eadem die offerri debeant, tantũ abest, vt illa, quę nebuloso, vel pluuioso per pluuias. Quæ colliguntur, etsi optimè fuerint resiccatæ, non dantur eadẽ quantitate, qua quę per serenũ cœlũ, nam retinent semper aliquod saltem humiditatis illius vestigium, quare vt cõcoquant, minus ex hisce præbetur. Si pastoris mori longè à domo dissitæ sint, habeatq; etiã quę vicinę sunt, lõginquas priùs spoliet, vt si iniuria tẽporis longiùs euagari non patiatur, habeat vicinas, quibus pecus alat. Atq; hæc fermè cura est circa moros, sine quibus sanè hisce in regionibus sericũ nõ texerent Bombyces; idq; quodãmodo nobis natura in hac arbore demonstrasse videtur. nam lignũ eius flaui & Sericei, vt ita dicam, coloris, plurimisq; fibris adinstar filorum sericorum insigne est. Cùm iam aliquot diebus frondes oblatas vocauerint, somno corripiuntur fermè triduano, qui fermè decima fit die, dein rursus vorant, Somnum hunc sic depingit Vida, & causam eius reddit:

*Sæpe etiam impastas auerti pabula cernes*

Mori electio.

Mori genera.

Quando colligenda folia.

Formicę pestis Bombycum.

Frõdes vbi seruandę.

Folia per pluuiam collecta quando & qua copia offerenda.

Somnus Bõbycum describitur.

*Sopitasq́ graui, veluti torpere veterno* E
*In tabulis: hîc parce metu, ne corpora morbus*
*Fortè aliquis, gentemq́ lues inuaſerit ægram.*
*Hunc illis morem, natura hunc ipſa ſoporem*
*Addidit, indulgent ſomno, ſtratisq́ quieſcunt.*
*Sopitisq́ dies, alter, tranſibit & alter.*
*Cùm verò expulerit noctem lux tertia rebus*
*Conſurgent, lætæq́ ad pabula nota redibunt.*
*Ergo illas tumidas iubeo obſeruare: nec ingens*
*Neſſe labor, ne improuiſus ſopor occupet: vltro*
*Signa dabunt ipſæ: cœlo capita ardua tollent*
*Arrectæ, ſperentq́ dapes, tum pigra notabis*
*Corda, animos reſides, inſueta ſilentia menſis.*

Senectam quando exuant.

Vbi obdormiêre, ſenectam more ſerpentum exuunt, quo tempore viribus deſtitutæ torpent, quare tunc nihil offerri debet. Cùm dormiunt parte corporis anteriore eriguntur, quin quam diu dormiunt, ita erectæ perſeuerant. Si elapſo à depoſita ſenecta biduo lubet F
experiri, nunquid adhuc ægrè habeant, nonnihil frondium ipſis præbeto; ſi enim vires recepêre, ac conualuêre, alacriter vorare incipient, ſin cibum videantur reſpuere, expectandum vlterius, donec vires recolligant. Vbi conualuêre cauebit paſtor, ne mimis liberali manu frondes præbeat, hoc eſt, ne eadem concedat quantitate, qua ante depoſitum ſenium. nam etſi conualuere, tamen vires prioribus nedum reſpondent. Præterea fit non-

Vigilantes àdormientibus ſeparãdæ.

nunquam, vt quædam dormiant vigilantibus alijs: quamobrem inuicem ſeparabit, vigilantesq́ ſeparatas alet, donec & ipſæ eo veterno corripiantur. Meminit huiuſce regulæ etiam noſter Vida.

*Non tamen aduenient ſomnus ſimul omnibus idem*
*Cura ſit interea inſomnes lege atq́ vagantes*
*Secretasq́ alijs etiam citò transfer in aulam:*
*Sopitæ ſtabulant ſimul: his par omnibus ætas:*
*Vnà operi incumbent, & eodem tempore ſeſe*
*Artubus exoluent ſupera ad conuexa volantes.*

Bombyces cur diſparis magnitudinis.

Præterea paſtor, ſi dormientium, item vigilantium aliæ alijs maiores ſint, ſingulas eiuſ- G
dem magnitudinis inuicem coniunget, paruas ſcilicet cum paruis, magnas cum magnis. Diſparilitatis huius cauſa eſt, quia oua non fuerint vino infuſa. Vida tradit ter ſenectam exuere, cùm id quater facere notiſſimum ſit:

*Dumq́ Deus* (inquit) *ſtratis, thalamiſq́ue ſilentibus ales*
*Regnat lethæo perfundens corpora rore,*
*Pabula ſubtrahito ſolita, frondemq́ negato.*
*Nam tumidæ interea renouant torpentia alumnæ*
*Corpora, & exuuias veteres, ac tegmina ponunt,*
*Et nitidum induitur pubes renouata iuuentam.*
*Annuus hîc angui mos: at Bombycibus ipſis*
*Ter pigra, dum viuent, renouabit corpora ſomnus.*

A quarta ſenij depoſitione (quater enim, vt dixi, id exuunt, neſcioq́; nunquid hoc cum cętero Erucarum genere commune habeant) ſpatio fermè octidui auidè adhuc vorant, dein verò minuitur appetitus, etiam de ſerico nobis texendo cogitare videntur, paulatimque prorſus à cibo abſtinent, quò fit, quòd in folliculis nulla reperiantur excrementa; Eo H
tempore quo cibo ſibi temperant, ſi luci obuertas, ſericum intus reſplendere conſpicies, vt canit etiam Vida:

Excrementis cur careant folliculi.

*Iamq́ age, iam grandes fœtus, iam ducitur ætas*
*Vltima, turgenti filum tralucet in aluo*
*Omnibus, accingunt alacres, operiq́ parant ſe:*
*Pabula iam ſaturæ fugiunt; nouæ quærere regna*
*Ardor agit; tollunt oculos, arrectaq́ terga.*
*Omnia veſtigiant latè loca, ſicubi rami*
*Arbutei per quos poſſint ſua tendere fila.*
*Tum famulæ properare, omnes prouiſa parare*
*Sarmenta & ſteriles tectis inferre geniſtas.*
*Ipſæ etiam manibus ſecernunt grandia nati*

Corpora

A *Corpora iam matura operi, iamq; apta labori,*
*Per ramosq; locant arentes agmina densa.*
*Summotas alias arcent, dum funditus omnes.*
*Corporeæ excedant labes, ac temporis orbe*
*Perfecto, sua cuiq; dies exemerit omnem*
*Alui insynceræ illuuiem, purumq; relinquat*
*Lanitium & fili tralucens simplicis aurum.*

Præter sarmenta atque genistas non spernuntur etiam rami quercus,& castaneæ propter sic citatem, quæ in oibus,in quibus sericum euomere debent, requiritur maximè. Laudantur item scopæ, quibus domus verruntur,nec non filix,cæterùm omnibus ferè præfertur abrotanum propter odorem quo allectæ Bombyces alacriùs texunt. Cùm itaque à cibo abstinere videris, paratas debes habere scopas, quæcunque tandem illæ fuerint, paulatimq; quas iam iam texturas iudicas ab alijs separare, scopisq; imponere, cauebisq; interim ne locus deficiat, ne inquam plures vni imponas ramo, quàm locus concedit ac patitur. Nam quo rariores sint, eo ampliores texunt folliculos, neque inuicem impediunt. Cùm operi in-
B cumbunt,adsit continuè, etiam noctu,qui & aduersus noxia protegat animantia,& si in terram, vt contigit sæpe,dilapsæ fuerint, recolligat, suisq; ramis rursus imponat. Quod si interea pluat,vel venti flent,frigidi, struat ignem,thalamumq; reddat calidum & siccum. Siccitatis enim admodum studiosæ sunt, & frigoris inimicæ. Quæ si omnia diligenter procurentur, Bombyces summa cum diligentia opus suum exequuntur non cessant inquam priusquam absolutis textisq; folliculis, seipsos ijs velut carceribus obscuris incluserint. Quanta verò sedulitate texant, audiamus ex ipso Vida.

Rami qui laudentur.

Quid in texturis obseruandum.

Quam diligenter texant.

*Cùm demum tabulis passim sarmenta relictis*
*Complerunt omnes: perq; aurea virgea lætæ*
*Exercentur,& effundunt quæsita per æuum*
*Stamina ditis opes veteri, suspensaq; densos*
*Fila regunt inter ramos, atque ordine ducunt.*
*Mille legunt, relegunq; vias,atq; orbibus orbes*
*Agglomerant cæco donec se carcere claudant*
*Sponte sua; tanta est edendi gloria fili.*
C *Mox autem clausæ interius circum vndiq; lecta*
*Stamina condensant, teretisq; oui instar opus fit.*
*Nullæ operum immunes, est omnes cernere passim*
*Noctes atq; dies niti præstante labore,*
*Et quasi de palma summas contendere vires,*
*Dum nouies roseus se lauerit æquore Titan.*

Quin sunt, quæ cúm alios diligentia, ac labore vincere studeant,in medio opere immoriantur, vt idem canit poëta.

*Quædam adeò (visu mirabile) sæpe repertæ*
*Dum tendunt superare alias,instantq; labori,*
*Vitam opere in medio clausæ sub noctæ dedisse*
*Ante diem ah miseræ: iacuit labor interruptus.*
*Parua mora est tamen: vt se aliæ inclusere latebris*
*Extremoq; manum summam imposuere lobori,*
*Exhaustæ intereunt omnes terrasq; relinquunt.*

D Iam verò etiam duo dicenda mihi restant,quomodo scilicet,& quando à fæcibus suis repurgentur, item si ægrè habeant, quomodo curentur. Cùm itaq; tabulata in quibus aluntur Bombyces fęcibus, frondiumq; reliquijs onerentur,continuè,etiam quotidie repurgari debent, hoc vulgus mutare vocat, quia Bombyces simul collectæ tantisper alium ad locum deportantur, donec stloreas, aut tabulata à fæcibus diligenter excusserit, & parumper exsiccauerit. Caueat summoperè mutaturus, vel purgaturus, ne duriùs eas tractet: nam perquam facilè lęduntur tenera,ac mollia earum corpora. Vbi in stloreas consuetas reposuerit, vino irrorabit generoso,aut aceto, ipsasq; etiam stloreas absynthio, vel fęniculo, vel abrotono, vel alia planta ipsis grata atteret, ac fricabit, vt alacriùs cibum iam offerendum amplectentes deuorent. Quę omnia hisce versibus Vida expressit:

Vt à fæcib⁹ purgentur.

*At labor interea famulas exerceat alter.*
*Cura sit hesternæ semesas tollere mensæ*
*Reliquias, tabulisq; immundam auertere ventris*

*Proluuiem: manè antè, pecus quàm pabula gustet,*
*Tergendæ sedes, & gramine peruerrendæ.*
*Tum Bacchi irrorant gratum bene olentis odorem,*
*Purgatisq; abigunt tabulis tristem omnibus auram.*
*Hinc leuiter digito medicatis sedibus omnes*
*Traducunt cœtus lætos melioribus auris:*
*Nec super extremas errare licentiùs oras*
*Permittunt: semper media ad penetralia cogunt*
*Præcipitesq; timent lapsus, altasq; ruinas,*
*Huic generi facilis lethi via.*

Vida itaq; manè antequam pecus pabula gustet, fæces auferendas esse consulit. Nostræ mulierculæ ferè contrà tempore id faciunt pomeridiano, & fortassis consultiùs. Nam cùm mane admodum sint familicæ Bombyces, tanta mora proficua esse non potest: eam autem post prandium faciliùs ferunt, quia iam bis edêre. Scio interim esse qui dicunt nihil referre, quocunque tempore purges, cùm nempe nimio recremento redundent, siue id mane fit, siue in prandio, siue vesperi. Si tabulata fuerint arundinea, stercora per rimas decidunt; quamobrem improbantur, quòd superiores subiectas stercore alijsq; fæcibus inquinent: probantur verò si locus singula inuicem contigua capiat. Absque vlla læsione, & noxa ita purgabis. Accipies retia angustiora tredecim, si duodecim tibi sint tabulata. Singula suo cooperies reti, & frondes superinijcies, ad quas depascendas ascendet per retis foramina pecus, cùm ascenderit, simul cum reti auferetur, & vacuũ tabulatum à fæcibus excutitur. Quod modo ad ægritudinem Bombycum attinet; hãc quoq; callere pastor debet. Aegras esse poëta noster Vida qui diligẽtissimè omnia in hisce animãtibus est perscrutatus, sic cognosci ait:

Post meridiem consultiùs purgari.
Tabulata arundinea cur damnẽtur.
Vt sine noxa purgentur.
Vt ægras esse cognoscatur.

*Protinus elucet languentibus aurea pellis,*
*Deinde tument, turpisq; animis ignauia venit*
*Desidibus tandem rumpuntur, & omnia tetro*
*Inficiunt tabo: sanies fluit vndiq; membris.*

Morbi causa.

Causa morbi diuersa est, aër in primis si humidior, frigidiorq; inuaserit. Si fenestræ noctù fuerint patulæ. Si locus quo degunt, tetro odore sit infectus; si folia vorauerint teneriora, ac humida, si fructus, eosq; potissimum immaturos; si folijs nigræ mori prius, pòst albæ pastæ fuerint. Atq; hæ fermè causæ sunt nostris mulierculis notissimæ; sed assidua præterea iactatio & contrectatio plurimùm officit; quare pueros arcebis, terrebisq; ne accedant. Cauendumq; diligenter ne accedant, qui fœtore, & graui anhelitu comesi alij, cæpæ, porrique putent. Eos enim nobile hocce pecus auersatur, vt vel solo eo in morbum incidat, item tractaturi manus oleo, vel alia pinguedine prorsus munda sit. Oleum enim omnia Insecta occidit: alius quoque liquor quilibet obest, præsertim salsus: ideo tabulata custodienda, ne aspergine ab occulto aliquo hoste, aut inuido inficiantur. Deniq; omnis strepitus, ac sonus grauior eos occidit, quin leui quoque perire visi sunt, vnde Vida,

Oleum occidit. Insecta.

*Inualidas sæpe exanimat leue murmur alumnas.*

Si frigus perpessæ sunt, fenestras occludes, vel accenso in talamo igne eos excalfacere, igne autem ex lignis odoratis, pini, iuniperi, consimilibusq;, nam & calefient, & odore sanitatem recuperabunt. Quod si verò locus camino careat, nec adsint ea ligna odorata, carbones idem aut prunæ præstabunt, quibus thus, ladanum, benzuinum, styracem, vel similia gummata injicere poterit, Bombycesq; suauissimo, ac gratissimo suffitu reficere. Proderit etiam ore irrorare ex vino generoso. Cùm à calore morbus oritur, vt cùm radijs solaribus fuerint infestatæ, irrorabis leuiter aqua rosarum vel violarum, leuiter autẽ, quia humor omnis eas occidit. Si colorem natiuum perdiderint, & luteæ euaserint, & flaccidæ, eas eximes, ac in vmbra, ne sol languidas extinguat, quatuor vel quinq; horarum spatio collocabis, ac interea diligenter earum tabulata odoriferis, ac gratis herbis inficies. Si efferrendi commoditas non adfuerit, fenestras à septentrione aperiat, auramque eam hauriant Bombyces salutarem. Omnino autem languidæ à sanis separari debent, ne his tabes communicetur. nam vt Vida etiam monuit:

*Nil adeo Tineis fuerit præsentius ægris,*
*Quàm subito è medio, iucundo lumine cassas,*
*Tollere, ne totam perfusa cadaucra tabo*
*Latiùs incessent miserando funere gentem.*

Diligentia Bombycũ intexendo.

Atq; hęc de morbis, eorumq; cura. Vt modo ad diligẽtiam Bombycũ reuertamur, qua vtuntur, dũ telam suam texunt, cuius causa aluntur. Eam sanè nemo satis laudet, cùm vel biduo totum

totum suum folliculum absoluat tanto texens artificio, vt ad finem vsq; filum seruetur integrum, cùm alioqui fragilissimum sit, ac tenuitate humanum prope visum fugiat, longum verò adeo, vt vel maximam vrbem cingat. Pallas ab omnibus celebratur, quòd texere docuerit. Sed maior laus debebitur Bombycibus, cùm Palladis eiusq; discipularum fila, vel millies in die rumpantur, operamq; rupta remorentur, illis in magno æstu vnico die totam telam absoluentibus. Absolutos, ac perfectos esse folliculos cognoscitur hoc modo. admouentur ad lucem, si Vermis omnino est immobilis, perfecti sunt, sin etiamnum moueantur, nondum recolligendi sunt folliculi, sed expectandum, donec mortui videantur, quin cùm texunt velut texentiũ quendam sonum edunt. Colorem Bombycum folliculi ferè semper imitantur. nam albæ albos, flauæ flauos generant. Cum itaq; texere desierint, inquit Vida,

Folliculi vt cognoscantur esse perfecti.

*Iam licet, ingredere, artificum mirare laborem*
*Egregium, mirare artes, vt pendula ramis*
*Omnibus haserunt varij glomeramina fili.*
*Qualiter autumni primo sub frigore in hortis*
*Arboribus pendent haud vno poma colore,*
B *Sic hærent nitidi vario discrimine ramis*
*Folliculi, sunt quæ viridem traxere colorem*
*E foliis quæ depasta est Saturnia Bombyx,*
*Fila auri quædam, electriq; simillima puri:*
*Omnibus est reliquis color albi velleris instar.*
*Ergo vbi per ramos iam perfeciſſe laborem*
*Clausas quamq; suum, vigili exploraueris aure.*
*Atq; vbi nec strepitus, nec vim datur amplius vllam*
*Audiri, sed iam motus requieuerit omnis*
*Pelle moram, exonera ramos, impone canistris.*
*Carpe vtraq; manu, & famulas properare iubeto.*

Collectis iam folliculis prima ac externa detrahitur lanugo inutilis ferè, quam tamen neri, & in fila duci à rusticis Vida cecinit:

*Primus deinde labos extrema & inutile quicquid*
*Lanicij detraxe, & luxuriantia circum*
C *Vellera, quæ stuppæ veluti nodosa puellæ*
*Ruris pensa trahunt, torquentes pollice fila.*

Folliculi quoq; albi vile generant sericum, probanturq; quo plus ad aurum accedunt. Ex his elige pro seminio, maximè verò gemellos, doppiones vulgus vocat: nam masculum, & fœmellam generant Bombylios, & sericum eorum vile est. Quomodo verò ad generationem seruandi sint, in Bombylio dictum est. Admirabile itaq; creatoris in abiectissimo animalculo artificium est. Vermis primùm est, folliculo incluſus emoritur informis. E folliculo denuo prodit alatus Papilio. Itaq; Insectum reptile in volatile per medium zoophytum motus, atque sensus expers admiranda metamorphosi commutatur. Nam cùm primùm ouo excluſus est Vermiculus, alimenta quærit copiosa: quibus auidè depastis capitis crebra arrectione cum veterno veluti luctans tandem obdormiscit triduum, vel biduum; pelleque interea exutus ad consueta redit alimenta. Cùm qua ter pastus, quater obdormiens, quater pellem renouarit, spreto deinde pabulo sublime petit, & virgultis conscensis, aluo ritè purgata, lanificij rudimenta inconditis primùm mæandris per ramos exercet, mox folliculo incluſus pellucido, indefessi laboris fructum è centro ad circumferentiam protrudit filum album, viride, flauum, ouali figura, cum æqualibus veluti certans, nouem dierum spacio, absolutoq; operi immoritur. E folliculo loco subterraneo depoſito, Papilio post decimum diem prodit cornutus: sed alarum alimentiq; immemor, breuis æui iacturam fœtificatione reparaturus, molli impoſitus velleri, concubitu perpetuo per triduum, rarius per quatriduum, fœmina connexus, emoritur: nec multò post vidua, relicto post se initar granorum milij semine centenario ferè, mariti fata sequitur. Semen loco temperato depoſitum, per hyemem asseruandum: nec priùs, quàm morus germinare cœperit, inter papillas muliebres vitali concepto spiritu animandum est. Scribit Vida Bombyces ex toto perditas ex iuuenci cadauere reparari, eodem planè, ac de Apibus, nos ex Virgilio scripsimus:

Folliculorũ electio.

Admiratio ĩ Bombyce.

Oua vt seruanda:

*Quod si spes generis defecerit omnis vbiq;*
*Seminaq; aruerint Iouis implicabilis ira,*
*Sicut Apes, teneri reparantur cæde iuuenci,*

*Hic ſuper accedit tantùm labor: ante iuuencus* E
*Bis denoſq; dies, bis denasq; ordine noctes*
*Graminis arcendus paſtu: prohibendus ab vndis*
*Interea in ſtabulis tantum illi pinguia mori*
*Sufficiunt folia & lactenti cortice ramos.*
*Viſcera vbi caſi fuerint liquefacta, videbis*
*Bombycem fractis condenſam erumpere coſtis*
*Atq; globos toto Tinearum efferuere tergo,*
*Et veluti putres paſſim concreſcere fungos.*

# DENOMINATA.

[a] *Lib.1.Poëtices.c.1c.*

Arundo Bōbicia.

RVLIVS [a] Cæſar Scaliger agens de tibijs veterum, ſcribit Bombyces tibijs Syris ſimiles fuiſſe, & aptas ὀρθίοις νόμοις. Fiebant ex Bombycia arundine, quam tradit Theophraſtus à reliquis arundinibus differre alimenti F
natiui penuria: nam macilentiorem, graciliorem, & facie planè fæminam »
ſpectari, foliumq; latius habere & candidius, & minus lanuginis, quàm »
cæteræ, quaſdam etiam nihil prorſus habere, quas ſpadones appellent. Has »
tempeſtiuè cædi ſolitas ante Antigenem, cùm adhuc ſimplicius tibia canerent ſub arcturo »
menſe Septembri: ſic enim cæſas multis pòſt annis vtiles eſſe, multaq; ſonandi exercitatio- »
ne egere, ſed ora linguarum conniuere, quod erat illis ad res populo ſignificandas vtilius. »
Poſteaquam verò varietas fictioq; acceſſit, cæſura mutata eſt: cædunt enim noſtra ætate mē »
ſe Maio & Iunio ferè circa ſolſtitium, aut ſub ipſo ſolſtitio, & fieri in trimatu vtiles, & bre- »
ui exercitatione egere, linguasq; decliues eſſe, & quaſi deorſum flecti, quod his neceſſarium »

[b] *Lib.16. cap.36.*

eſt, qui ſonos variè fingunt. Hæc itaque Theophraſtus: quæ [b] Plinius paucioribus verbis
ſic explicauit. Contrà Bombyciæ maturiùs reciproco, graciles, fæminarum latiore folio, »
atq; candidiore, modica lanugine, aut omnino nulla ſpadonum nomine inſignibus. Hinc »
erant armamenta ad incluſos cantus, non ſilendo & reliquo curæ miraculo, vt venia ſit, argē »
to iam potiùs cani. Cædi ſolebant tempeſtiuè vſq; ad Antigenem, cùm adhuc ſimplici mu- »
ſica vterētur, ſub arcturo: ſic præparatę aliquot poſt annos vtiles eſſe incipiebant, tunc quoq; G
multa domandæ exercitatione, & canere tibia ipſæ docendæ, comprimentibus ſe lingulis, »
quod erat illis theatrorum moribus vtilius. Poſtquam varietas acceſſit, & cantus quoq; luxu- »
ria, cædi ante ſolſtitia cœptæ, & fieri vtiles in trimatu, apertioribus etiam lingulis ad flecten »

Bombycia arūdo qualis.

dos ſonos: quæ inde ſunt & hodie. Erat itaq; Bombycia arundo, vt ex vtroq; ſcriptore li-
quet, ad tibiarum vſum laudatiſſima. Iacobus Dalechampius in hiſtoria plantarum palu-
ſtrium Bombyciam fuiſſe dictam videri ſibi ſcribit, vel quòd ex ea βομβυξ tibiæ genus fie-
ret, vel quòd Bombycijs Inſectis corporis exilitate, & ſtrigoſo habitu, arundo hæc ſimilis
ſit. Cæterūm quanquam horum Inſectorum ſimilitudinem habere non negem, ab hiſce ta-
men nomen inueniſſe non puto, quòd Græcis, vt ex Ariſtotele facilè liquet, incognitę Bom-

[c] *Li.17. Ad uerſ. c.20.*

byces eſſent. Quare priùs etymum recipiendū puto, alterum reijciendum. [c] Turnebus in lon
gis tibijs ponēdas eſſe ait, & Ariſtoteli etiā βομβυκας appellari, qui eas difficiliùs inflari dicit.

# MORALIA.

Reſurrectionis mortuorum typus.

[a] *In Hex. homil.8.*

RESVRRECTIONIS mortuorum typum quendam certiſſimum tri- H
plicē harum Erucarum metamorphoſim facit [a] D. Baſilius his verbis: Quid
dicitis vos, quæſo, qui D. Paulo non creditis de ea mutatione, quam in re- »
ſurrectione fore dicit, qui plerasq; videtis aēris animantes formas permu- »
tare, qualia de Verme quoq; Indico cornua protendenti gemina narrari ſo »
lent. Hic in Erucā vertitur primùm; fit deinde temporis progreſſu id quod »
Bombyx appellatur: at neq; hac in forma perſiſtit, ſed illis præmollibus cornicūlorum bra- »
cteolis ſeſe ſenſim prolatantibus in alarum ſpeciem, ita demum fit volucris. Cùm igitur vos »
ô mulieres repetitis vicis ordimini, & retorquetis veſtram operationem ſedentariam, fila ni- »
mirum, quæ ad vos vſq; Seres tranſmittunt ad raras iſtas & prēmolles veſtes concinnandas: »
veniat vobis in mentem huiuſce varietas animalis in formas, atq; mutatio, indeq; reſurre- »
ctionis dilucidam certamq; ſententiam ſumite, neu fidem futuræ immutationi abrogetis ei, »
quam hominibus omnibus communem fore Diuus Paulus pollicetur.

VSVS.

A

## VSVS.

DE Serico hîc nihil dico, priuatim de eo scripturus. Præterid etiam alio modo nobis vtilis est Bombyx. Nam si de ægrè habentium salute desperes, hisce cohortales aues pascere poteris, vel agros stercorare: mirum enim est, quantoperè aues impinguent, numerosioraq; oua pariant, mirumq; vt agros fœcundent. Adeo vt nihil sit in hoc Insecti genere, quod homini vtile esse nequeat.[a] Scribit quidam vir doctus Germanos milites Bombyces frixas comedisse delitiarum causa, idque (inquit) iure, quia innoxiæ sunt, & sapore, & odore tetro carent.

Bombycibus ægris aues aluntur.

[a] *Lib. 2. conuiual.*

## DE SERICO. Cap. VII.

B

## SYNONYMA.

SERICVM, & Bombycinum idem esse satis superq; declaratum esse existimo: quanquam sericum etiam Zizyphum siue iuiubam Galenus vocet, quem super eo consule. Apud Græcos σηρικὸν, sine adiectione rarò inuenitur. Aliàs σηρικὸν ὕφασμα, hoc est serica tela, sericus pānus, & σηρικὴ ἐσθὴς serica vestis dicitur. A recentioribus Græcis, μέταξα, inquit author thesauri linguæ Græcæ, & nominatim ex Actuario, & Nicolao Myrepso afferunt μέταξαν ὠμὴν, id est, sericum crudum, hoc est Bombycum vellus nondum euolutum, nec infectum. Legitur hoc vocabulum etiam in Pandectis libro trigesimonono, tit. de publ. & vectig. Ibi enim Martianus ait, Metaxa, vestis serica, vel subserica, vela tincta. Sic Codic. lib. 11. de muricilegis, Lotas sericoblattæ, & metaxæ huiusmodi species inferri præcipimus. Vnde metaxarij lib. 8. Codic. de pignorib. & hypoth. appellantur, serici negotiatores. Verū & μεταξωτὸν communi lingua à Græcis vocari sericum tradūt. Sic ille, & Hesychius, Σῆρες, inquit, ζῶα νήδοντα μέταξα, ἢ ὄνομα ἔθνους, ὅθεν ἔρχεται καὶ τὸ ὁλοσήρικον, id est, Seres, animalia vocantur, quæ sericum nent, vel nomen est gentis, vnde etiam holosericum deportatur. Ex quo loco clarissimum est, metaxan, & holosericum idem esse. Sed nunquid veteribus sericum, vel sericæ vestes eędem essent, quæ holosericæ pòst denodabo. Δράσις in lexico vulgari exponitur sericum, byssus. Sed Hesychio simpliciter est Byssus. Βομβυκιον verò sericum est, siue vt Plinius vocat, Bombycinum. Italicè Seta vocatur, & Officinæ Setam crudam dicunt, quod sericum crudum eruditi. Dicendum autem etiam erat potiùs sera, à seris vermiculis, & haud dubiè initio ita vocata est, sed deinde rerum ignoratione factum est, vt r in t mutatum sit. Hispanicè Seda, Gallicè Soye, Germanicè Seyden, Belgis Syde, Anglis Silke, Fine flexe, Vngaris Seliem, Polonis Iedvvab. In Samatra insula Pedir. Serici etymum etiā nobis reliquit Martianus Capella, vndis aspergunt arbores suas, vt lanugo, quæ sericū creat possit admitti: aliarum gentium homines aspernantur, ac refugiunt. Ab eorum lanis vestes appellantur Sericæ, quæ apud nos in delicijs habentur: & sericati huiusmodi vestibus induti; & sericarij sericorum textores. Sic ille.

Serica tela.

Metaxa.

Seres vermis.

Δράσις.

Serici etymum.

C

D

## HOLOSERICVM DIFFERRE A SERICO.

AVRELIANVS Imperator negauit vxori suæ vsum holoserici, propter pretij magnitudinem. Sic enim scribit Flauius Vopiscus.[a] Aurelianum vestem holosericam neque ipsum habuisse in vestiario suo, neque alteri vtendum dedisse: & cùm ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blateo serico vteretur, illum respondisse. Absit vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Sic Vopiscus. Blateum Baptista Aegnatius exponit purpureum. Imperatorum verò primus Heliogabalus, qui nullum non lapidem mouit, vt imperium dilapidaret, holoserica veste vsus est, teste Lampridio, qui & hoc addit, tunc ex vna lance appensum fuisse aurum, ex alia verò lanuginem sericam, vt non immerito etiā sicuti

[a] *In Aurelliano.*

Blateum.

Serica veste q prius vsus.

ſicuti ex naufragio auro ſaluato decimæ pendebantur ei qui ſaluarat: ſic & ſtatutum legi- E
mus in legibus Rhodijs de ſerico ſicco conſeruato his verbis: holoſerica, ſi ſicca ſaluata ſint,
decimas ſoluunto tanquam auro paria: cæterum aſpergine commade facta, exſiccantor, & ita
ad collationem veniunto. Hanc ſerici ſummam eo tempore caritatem cùm mecum perpen
derem, & contrà viderem primorum Imperatorum æuo in minori fuiſſe exiſtimatione, cœpi
credere, quòd ſericum hiſce eſſet, non holoſericum, ſed quale nunc vocamus mezza
ſeta, quaſi ſemiſericum, Latini ſubſericum dicunt, quod ſimul cum ſerico lanam admi-
ſtam habet, quale eſt quod vulgo Satinum Brugenſe nominatur, vel forte Tramoſeri-
[b] Li.19.c.28 cum, hoc eſt, vt [b] Iſidorus exponit, ex ſtamine lineo; trama ex ſerico. Suſpicãdi anſam in pri
mis mihi præbet [c] Plinius de Bombyce Coa agens: Nec puduit has veſtes vſurpare etiam
[c] Li.11.c.22. viros, leuitatem propter æſtiuam. In tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, vt oneri ſint „
etiam veſtes. Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus. Et Claudianus canit. „

*Veſtis odoratæ ſtudium laus maxima, riſum*
*Per varios mouiſſe ſales, minimeq; viriles*
*Mundiciæ, compti vultus, oneriq; vel ipſa*
*Serica, &c.* Item Iuuenalis. F
*Hæ ſunt quæ tenui ſudant in cyclade, quarum*
*Delicias, & panniculus bombycinus vrit.*

Si itaque fœminæ communiter ſerico induerentur, & molliores, ac effœminati etiam viri,
cur non idem decuiſſet Aurelianum, ac eius vxorem? Matronarum opulentarum veſtes ſe-
[d] Lib. 11. Epig. 9. ricas fuiſſe diſertiſſimè etiam inquit [d] Martialis.

*De Pallatinis dominæ quod ſerica prælis, &c.*

Dominę, id eſt, Auguſtæ, vt [e] Turnebus exponit. Et rurſus:

[e] Li.21. Adverſ. c.6. *Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus.*

[f] Li.2. Annal. Quin etiam decreto cauctum fuiſſe teſtatur [f] Cornelius Tacitus, Octauio Frontone prætura
functo à Quinto Halerio conſulari, ne veſtis ſerica viros fœdaret. multoq; magis turpis mu-
[g] Li.7. de beneficijs. lieribus viſa [g] Senecæ, dum ait: Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil „
eſt, quod defendi, aut membra, aut corpus, aut denique pudor poſsit, quibus ſumptis mulier „
parum liquido nudam ſe non eſſe iurabit, &c. Et Clemens Alexandrinus de hac eadem ſeri- „
ca tela, ſuperfluа hæc, inquit, & perſpicua, mentem minimè conſtantem arguunt, quæ exi- „
guo expanſo velo, tanquam quodam lenocinio probrum corporis illiciunt. Non eſt enim G
amplius tegumentum mollis, ac delicata veſtis, quæ nudam figuram non poteſt occulere: „
eiuſmodi enim veſtis in corpus incidens mollius ipſi corpori imprimitur, & amplificatur fi- „
guræ carnis inſtar adhærens, & mulieris typum ita exprimit, vt vel non videnti manifeſta ſit „
tota conſtitutio corporis, &c. Ne verò quis ex allato ſupra Martialis verſu, & hoc Clementis „
loco arguat bombycina olim rarioris quàm nunc texturæ fuiſſe, quoniam corpora mulierũ
transluceręt dicant, adferam hunc Plutarchi locum, apud quem Theo: quid verò, inquit, ho
ſpes obſtat, quin idem ſit & tenue, & denſum, ſicut ſunt ſerica, & byſſina texta, de quibus, &
Homerus.

*Lintea pexa, oleæ queis lentus defluit humor,*

Oſtendens accuratam texturæ ſubtilitatem, quæ oleum non tranſmitteret, ſed id ob denſi-
tatem defluęret. Hinc ergo patet etiam denſas fuiſſe veſtes ſericas, ex antè citatis locis verò
tam ſubtiles, vt corporis membra extra cernerentur. Si itaque opulentiores mulieres ſericis
induerent ſeſe veſtibus, cur poſt id facere non licuit Imperatrici? Quin maior etiam vilitas
[h] In Epod. Od.8. colligitur ex [h] Horatio, qui Stoicorum libros puluillis ſericis gaudere dicit, cùm alioqui de-
licatioribus rebus, ac mollibus abſtinerent: H

*Quid quod libelli Stoici inter ſericos*
*Iacere puluillos amant?*
*Illiterati non minus nerui rigent.*

[i] Li.3. Epig. Et [i] Martialis in Zoilum.

*Effultus oſtro, ſericisq; puluinis.*

Nolim interim, vt quis inde inferat, ſericum, vt cæteram lanam, vile fuiſſe. nam contrariũ
[k] Lib.43. facilè ex antedictis colliget, nec non ex [k] Dione Caſſio, qui diſertiſſimè ſericum barbaricæ
luxuriæ texturam vocat, ab ijſque ad luxum mulierum inuentam ſcribit, ac inſuper nimiæ
Sericæ cortinæ. luxuriæ, ac ſumptuoſitatis exemplnm ponit, quod Auguſtus in ludis ſuis naualibus, ſericas
cortinas ſuper populos ſpectantes extenderit, ne à ſole moleſtarentur. Item ex Martiale
dum canit.

*Nunc plorat ſpeculo fallax ancilla relicto*

*Gemma*

A *Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.*
*Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt*
*Præferitur Cosmi nunc mihi siccus onyx.*

Quamobrem statuo primum hocce sericum non fuisse holosericum, sed permixtum cũ subtiliori alia lana. nam & Galenus teste [l] Mercuriale, sericum suo æuo rarissimum fuisse, ait quando id ipse, inquit refert, sub ditione Romana, & in magnis ciuitatibus penes solas mulieres opulentas inueniri potuisse. Idem innuit Prudentius, dum canit: [l] *Lib. 1. Var. lect. c. 4.*

*Placet fermentum publicis ieiunijs*
*Placare Christum, mos edendi spernitur*
*Glaucos amictus induit monilibus*
*Matrona demptis, proque gemma, & serico*
*Crinem fluentem sordidus spargit crinis.*

Fiebat optimum Sericum Romę in Tusco vico; vt meminit [m] Martialis hoc versu. [m] *Lib. 11. Epig.*

*Nec nisi prima velit, de Tusco serica vico.*

Fuit præterea sericum longo tempore in pretio, minori tamen quàm prius, vt militum etiã
B ornamentum factum fuerit, at non quorumlibet, sed præfectorum, ac ducum. Claudianus de Stilicone.

*——Gaudet metuens, & pollice monstrat*
*Quod picturatas Galeæ Iunonia crista*
*Ornet auis, vel quod rigidos vibrata per armos*
*Rubra sub aurato crispantur serica dorso.*

Alibi quoque filium [n] Stiliconis frenis sericis pro equi ornamento vsum canit: [n] *Lib. 6.*

*Parte alia spumis fumantem serica frena*
*Purpureo primæ signatus flore iuuentæ*
*Eucherius flectebat equos.*

Cùm verò postmodum à nullo non alerentur, vt nunc fit, Bombyces, factum est vt holosericum propter copiam vilesceret, & passim à quouis viro, ac muliere indifferenter acceptũ fuerit, adeo vt nunc, vel quiuis plebei sericati incedant, etiam ij sæpe quibus res angusta domi, vt ille canit, quibus, inquam, neque panis est, quo famelicum suum ventrem exsaturent. In quibusdam tamen Italiæ ciuitatibus decreto cautum est contra sericatos, ac sericatas more veterum. Decretum id vulgo la pragmatica dicitur. Sericũ cur vilescat.
C

# VSVS.

HOLOSERICVM nemo sanè satis commendare queat, cùm propter vestium vsum, tum propter cętera quæ ex eo fiunt, ornamenta. Vestes.n. in primis suppeditat, quibus, & frigus hyberno tempore, & æstiuo calorẽ pellimus, nec non quæ autumno, & vere conueniunt. Felpa vulgo vocatur, qua nobiles pallia sua suffulciunt in hyeme aduersus frigus. Velutum enim est valde hirtum. Commendatur eodem tempore velutum quod vocant simpliciter, Belgę Fluucel, quoniam hoc quoque pondere suo, ac hirsutie calfacit. Aestate si mediocris est æstus, laudantur, quæ Ormesina dicuntur, si ingens, quæ Tafetata propter incredibilem leuitatem. Vere, & autumno Rasa, velutum leue, vulgò veluto riccio, Caneueta, tabita, similiaque ex vsu sunt. Taceo infinita opera quæ vario modo exornantur, Serici laus. Felpa. Velutum. Ormesinũ. Tafetatum
D qualia sunt quæ in Damasco inuenta sint. taceo quæ varijs illustrantur imaginibus, auiũ, florum, aliarumque rerum, quas longum foret enumerare. Quantum verò serica tela cæteris præstet, innotescit ex eo quòd serico vestitus longè nobis prælucere videatur alijs omnibus, etsi auro alioqui, gemmisque sit decoratus, neque etiam aurum, ac argentum elegantius emicat, quàm in serico, qualia opera Phrygia dicta olim putem, vulgò nunc brocati d'oro dicuntur, ex quibus Aeneæ vestem Didonem donauisse scribit [a] Virgilius. Phrygia opera. Brocati d'oro.

*Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem*
*Conspicit, atque illi stellatus iaspide fulua*
*Ensis erat, Tyrioq; ardebat murice læna*
*Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido*
*Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.*

Meminit item Claudianus.

*Hoc etiam quamuis corrumpi munere nullo*

*Te certum eſt, mirare libens ac ſuſpice cinctus* E
*Quos tibi diuino mecum Tritonia duxit*
*Pectine, tincta ſimul repetito murice fila*
*Contulimus penſis, & eodem neuimus auro*
*Aurea quæ Lacheſis ſub te mihi ſecula texit.*

Quod ad domus ornamenta modo attinet, quid venuſtius, ac elegantius, ne dicam ſuperbius in aulis Pontificum, Regum, Principumq; ac Cardinalium videre eſt, quàm lectos, parietesq; ſerico relucere? Sed iſtęc tam nota ſunt, vt non opus ſit in hiſce orationem extendere.

## VSVS IN MEDICINA.

[a] *Lib. 2. de cauſ. Plant. Theoph. c. 6* Ardeolarũ excremẽta calida.

RECENTIORES Scholaſtici, inquit [a] Iulius Cæſar Scaliger, argutabãtur ſericum non eſſe temperatum, quòd Ser vermiculus illius opifex eſſet frigidus. Iam videmus ex piſcibus eſitatis Ardeolarum excrementa vſque F adeo calida eſſe, vt arbores exurant. Corroborat cor, vnde eius vſus receptus eſt in diamoſco, confectione alchermes, ſpeciebus cordialibus, item in ſyrupo de pomis, & de corticibus citri. Serapio præſtare ait forfice in tenues, ac minutas potius particellas conſcindere, quàm vt vulgo fit, vrere ad ignem. Idem vult Haly, addens inſuper ſi quis vrere velit, tenuiter conciſum, vt ponat in furno, ex quo [b] *Lib. 20. c. 119.* recens extractus eſt panis. [b] Vincentius tradit combuſtum ſericum putrida vulnera munda re, ac corroborare, item cum ſale uſtum dentium curare rubiginem. In vulneribus capitis duræ matri applicatum cerebrum corroborat, & à putredine tuetur, maximè verò etiam ſericum cocco tinctum. Fieri audio ex eodem funiculos, quibus ſi viperæ fuerint ſuffocatæ, ad anginam felici ſucceſſu medici vtuntur.

## DE PITYOCAMPE. Cap. VIII.

[a] *Li. 23. c. 2.*

[b] *Li. 48. tit. ad leg. Cornel. de vene.*

QVAS Græci Πιτυόκαμπας, Latini Erucas pinorum vocant, ſeu picearum. G [a] Plinius: Vſus ſapæ, inquit, contra Cantharidas, Bupreſtin, pinorum Erucas, quas Pityocampas vocant. In digeſtis apud [b] Marcellum l. Eiuſdem perperam Pityocarpa legitur. Cæteris Erucis ſimiles, & congeneres ſunt, loco tantummodo differentes. Hermolaus vermiculos poſtea (Chryſalides intelligere videtur) ex ijs naſci ait, qui acceptis alis euolant. Numeroſæ habentur teſte Matthiolo, in Tridentinis montibus, quòd ibi pinorum perpetuo vireant ſyluæ, Ananienſi præſertim tractu, & Flemarum conuallibus. In extremis, inquit, arborum ramis, & ijs plerumque, qui in earum cacumine attolluntur, innumerabiles Erucæ rufeſcentes, ac piloſæ miro artificio nidificant, quibuſdam tenuiſſimis velleribus innumeris inuolucris contextis. Latent in his hyeme, ita frigoris noxam euitantes. Nidi magnitudo adeo amTela earũ. pla eſt, vt nonnunquam concluſi vermiculi millenarium numerum excedant. Inuolucri materies qua concluduntur, tenuiſſima ſerici velamina maximè æmulantur, tenuior tamen eſt.

[c] *Lib. 6. c. 2.*

[c] Dioſcorides de Pityocampe hæc ſcripta reliquit. Iis qui Erucas pinorum hauſerunt, illico „ dolor in ore, & palato exoritur, vehemens alui, linguæ, ac ſtomachi inflammatio torquet; „ inteſtina dolor excruciat, ita vt pruriginem ſentire videantur: corpus totum exæſtuat; faſti- H dium vrget. Quibus eſt ſuccurrendum remedijs, quæ deuoratis Cantharidibus dantur. Pe- „ culiariter tamen pro ſimplici oleo, & irino melinum quod è cotoneis pomis, & oleo tempe- „

[d] *Li. 5. c. 34.* Vſus Pityocamparum Septica q̃. ratur, accipies. Eadem habes apud [d] Paulum. Vt merito inter Septica medicamenta à medicis recipiatur, qui eiuſdem prauitatis eſſe volunt, ac eſt dryopteris, Sarcocolla, arſenicũ, & ſimilia, quæ natiuo calori noſtro aduerſiſſima ſunt, vt cuius vim, ac ſubſtantiam prorſus demoliantur. Septica autem ſunt, quæ tum humorum, tum corporis materiam labefactant, & cum fœtore quodam corrumpunt. [e] Cardanus Pityocampen inter ea venena recenſet,

[e] *Lib. 1. de Vene. c. 24.* quæ erodendo occidunt. Contra eas Plinius, vt dictum eſt ſuprà, ſapam commendat. Alibi etiam oleum præſcribit, alibi oxymel, alibi denique lac recens. Haud minus prauæ naturæ eſt Erucula, quam tradunt Florentiæ in fœniculo naſci, ac ſuas contexere telas Araneorum more. Aiunt admodum eſſe exiguam, & praua excitare ſymptomata eſum fœniculoEruca in fęniculo maligna. rum, quibus inſedit, nimirum incompeſſibilia primùm in ventriculo tormina, dein fluxum

qui

A qui vires quàm ocyssimè prosternens mortem affert, nisi præsentaneis obueniatur remedijs. Pityocampa teste Dioscoride, Plinio, ac Paulo eisdem habet vires cum Cantharidibus, & Vires. Bupresti, seruanturq; eodem modo ad futurum vsum, nimirũ ꝑ septico medicamento. Apparet præterea eiusmodi animantia veneficis ex vsu fuisse, nam Marcellus in digestis l. suprà citata, alio, inquit, S. C. effectum est, vt pigmentarij, si cui cicutam, salamandram, aconitum, Pityocampas, aut Bupreston, mandragoram, & id quod lustramenti causa, dederint, pœna teneantur huius legis. Quæ verba ideo libenter recitauimus, vt duas voces Pituocarpas, & Bobastrum perperam in vulgatis codicibus scriptas in Pityocampas, & Bupreston, natiua vocabula verteremus. Mathiolus Pityocamparum telam sanguinis manationibus aptissimam Telę vis & vsus. esse ait, quare impositam confestim fluorem sistere.

# DE CVRCVLIONE.

## Cap. IX.

B

## ORDO. ÆQVIVOCA.

CVRCVLIONEM in Papilionem abire suprà demonstratũ est exhibita eius inter Papiliones icone: quamobrem Erucarum historijs non ab re subnectetur. Curculio, inquit Lactantius Firmianus est gula interior, qua cibi demittuntur in stomachum. Sed hæc œsophagus dicitur à medicis, Curculio verò via ea patens, seu fistula colli exterior, per quam spiritus attrahitur, atque emittitur, trachęam arteriam dicũt, Plinius asperã arteriã. Curculio ꝑ regula. Estq; item Curculio idem quod columella Latinis Græcis γαργαρεών dicitur, & κίων cùm pręter naturam auctus, & oblongior, tenuisq; æqualiter factus est, tunc enim κίονι, hoc est, columnæ similis euadit. Hunc Curculionem Galenus esse vult, quòd eo ablato vox intercipiatur, cùm tamen in alijs animantibus, quæ quidem omnia columella carent, vocem esse validam constet. Galeni error. Porro Curculio inscribitur vna comœdiarum Plauti, quo nomine parasitum inducit, vel deridiculi causa, vt plerumque facere assolet, seu quòd is parasitus pudendam vitam traduceret, & intestabilem, & ventri, & ijs quæ sub ventre sunt, obedientem. Curculio Plauti comœdia cur sic dicta. C Curculio enim Persio à similitudine membrum virile dicitur,

*Quare dentosus Curculio extat,*

Siue à Vermiculo, de quo institutus est fermo, quod verisimilius est. Curculio enim pestis est tritici, adolescentum parasiti, ad implendum ventris saccum nati. Allusit ad nomen huius comediæ Ausonius in 24. Epistola ad Paulinum, Qui ad Hebromagum conditis mercibus, quas per agros diuersos coemit, concesso ab hominibus tuis hospitio, immaturè pericli-
» tatur expelli. Quod nisi indulseris, rogante me: vt & mora habitandi ad commodum suum
» vtatur: & nauso aliauè quauis naui vsque ad oppidum præbita, frugis aliquantulum nostrę
» aduehi possit, Lucanicus, vt inopia liberetur maturè: tota illa familia hominis litterati non
» ad Tullij frumentariam, sed ad Curculionem Plauti pertinebit. Satyr. 4.

# SYNONYMA.

D

CVRCVLIO, siue Curgulio, siue Gurgulio (alij enim aliter scribunt, quãquam per c à principio, & in medio rectiùs scribatur) κὶς [a] Theophrasto vocatur, aitque peculiare tritico esse, & hordeo, Midam verò fabæ. Quo
» loco Scaliger, Curguliones, inquit, hîc vocat κίας in hordeo, ac tritico, in faba μίδας. Est & in tritico alia forma sine rostro, quod est Curgulioni. Hesiodus verò ita etiam vocat τὰ ξυλοφάγα, docens quæ ligna fiant ἀκιώτατα. Et Hesychio κὶς est ζωύφιον, ἐν τοῖς ξύλοις καὶ τῷ σίτῳ γινόμενον, hoc est animalculum in lignis, & in tritico nascens. Τρωξ quoque ἀπὸ τῦ τρώγειν ὁ τῶν ὀσπρίων σκώληξ hoc est Vermiculus leguminum, quibusdam exponitur Curculio: sic enim Scholiastes Hesiodi, Δηξ, εἶδος σκώληκος ἐγγινομένου ἐνδοθι τῶν ξύλων. Ι'ψ δὲ σκώληξ ὅτι κιράτων, Ι'ξ ἄμπέλων. Σὴς, ἐνδυμάτων. Τρωξ ὀσπρίων. Ψλω, σύκων. Quamobrem Trox mihi Midæ potiùs quàm Curculionis synonymum esse videtur, nam & Etymologus Τρῶγες exponit τὰ τοῖς ὀσπρίοις ἐμφυόμενα ζωύφια. Triticum enim legumẽ nõ est, sed seges, quanquã Columella Curculiones in fabis quoq; generari inquiat.

[a] *Lib. 4. de caus. plant. c. 16.*

Κὶς. Μίδα. Τρωξ.

Notandum

Scholiaſtis Heſiodi error. Notandum ibi apud Scholiaſten Heſiodi Ipa perperam Cornubus aſcribi, nam vitium prius vermis eſt, vt ſuo loco dicetur, quare prius ἰ̃ξ ſcribendum eo loco eſt, ἰ̃ψ ſecũdo. Curculio in lexico Græcolatino veteri vocatur φθεὶρ σίτου, id eſt, Pediculus frumenti. Ibidem, & Σνίψ, ἢ μύρμηξ, Α'κρὶς, ἢ Κώνωψ vertitur Curculo, lego Curculio, ſed Σνὶψ neutiquam reperire eſt, & Σκνὶψ, Vermiculus eſt ligna erodens, Culici ſimilis, & ſecundum alios eſt genus Culicis, quæ aliàs Κώνωψ vocatur, & Μύρμηξ Formica eſt, Α'κρὶς locuſta. Curculio teſte Varrone nominatur per antiſtichon, eò, quòd nihil in eo penè aliud quã guttur videtur. Plauto diminutiua voce dicitur Curculiunculus. Gallis Calande, Charenſon, Chattepeleuſe. Iunius Italicè etiam Calandra interpretatur; quod nomen nobis Bononienſibus inauditum eſt, nam vulgò nos id circumſcribimus, vocantes Bigattello da frumento, hoc eſt Vermiculum frumenti: Belgis Calander, Hiſpanis Gorgoio. In dictionario Horatij Tuſcanelli exponitur Gargatone, Verme picciolo, che rode il formento, itẽ Tignuolo, quaſi parua Tinea: atque eo ferè modo cęterę gentes circumſcribunt.

Pediculus frumenti.

Etymum.

In Rudẽte.

E

# FORMA. GENERATIO.

F

DESCRIPTIONEM huiuſce animalculi dedimus ſuprà, vbi icon poſita eſt. Naſcitur in frumento cùm hoc calore afficitur extraneo, ac putredinali, quem concipit ex ſuperfluo humido dulci, vt eleganter, ac diſertè demõſtrauit [a] Theophraſtus his verbis. Omnium optimè reponuntur milium, & panicum, quia tunica multiplici integuntur, & ſicca ſunt; ſeſama quia pinguis: lupinum, & cicer, quia amaritudinem quandam, & acredinem habent: quæ quidem qualitates ſeruare impunè poſſunt, vt dictum. Quamobrem, & corrupta hæc nullas beſtiolas creant, quemadmodum, nec ſemina olerum. Etenim ea quoque nulla animalia contrahunt, nec quæcunque ſicca, & acria. Euenit namque, vt veluti permiſtio quædã alimenti extrinſecus fiat. Singula pro ſuo humore peculiare animal creãt, ceu triticum, atque hordeum Curculionem: fabæ, quod aliqui Midam vocant. Simili modo & lens, lenticula, piſum, & alia. Ratio communis plurium eſt. Sic ille, & ſubinde docet quomodo frumentum putreſcat, quod quoque aſcribere libuit, vt quilibet cauere queat, ne ſuum Curculiones generet. Triticum, inquit, puluerulentum putreſcit celeriùs, & quod in domicilijs opẽre tectorio leuigatis conditum eſt, celerius, quàm quod non leuigatis conditum eſt, quoniam id caloris plus ſentiat. Puluis enim calidus eſt, vtpote ſiccus, & illimentum calcis calorem conceptum vtique ſeruat. Nam cùm vniuerſum, altumque aceruatum eſt, putret. Cùm putruit itaque nouus ſuccedit calor, qui Curculiones procreat, vt meminit etiam Scaliger vbi rationem reddit, quomodo in caprifici eruditate fieri queat putrefactio: contraria namque ſunt. Eſt quidem, inquit, eruditas ceſſatio eius caloris, qui intendebat fructus maturationẽ. In hac huiuſce operæ ſuſpenſione ſubit externus calor, qui fit autor putrefactionis. In tritico verò perfecto naturalis calor, qui prius erat integer, aboletur, ac debilitatur, cui ſuccedens gignit Gurgulionem. Non autem totus ſemper aboletur: quippe ex eroſi tritici ſatu ſegetem exire videmus. Hactenus Scaliger. Curculionum verò equidem multa examina ineunte vere progerminant, vbi frumenta luna plena recens demeſſa, eaque madida, ac rorulenta, antequàm occalluerunt, reconduntur, vel vbi granarij, feneſtrę Auſtrinis flatibus, non Aquilonijs ſunt oppoſitæ. Siccitas enim efficit, vt omnia putredini minus obnoxia ſint. Perſuaſum eſt nonnullis, quorum mea quidem ſententia non vana fides, nec inanis auguratio, Deum Opt. Max. nonnunquam hanc calamitatem immittere in vindictam eorum qui plus ſatis lucro inhiantes, vel fruges abſcondunt, vel ſupra legitimum tempus aſſeruant magno inopum detrimento, qui hoc commeatu diſtituti vitam tueri nequeunt. Hoc enim alimentum in edendi, paſcendiq; corporis vſum affluenter elargita eſt prouida Dei benignitas, ac munificentia, adeo vt ſi cætera edulia deſint, atque obſonia quęque deſiderentur, ſatiari homines pane poſſint, eoq; inediam famemq; ſolari. Quamobrem grauiter culpandi ſunt negotiatores frumentarij, qui magno tenuium damno, annonæ, frugumq; pretia intendũt, nec in ſumma egeſtate granaria laxant, quò illis quæſtus ſit vberior. Eo ſiquidem fit, vt in Remp. ſint iniurij, atque in plebem cuius maledicta in ſe concitant, fraudulenti. Qui.n. (vt Salamon teſtatur) frumenta abſcondit, illum execratur populus. Patitur tamẽ plerumq; Deus huiuſmodi malis, qui verò diuendit, huius capiti fauſta exoptat, beneq; precatur. affligi nos, cùm erga illum ſumus ingrati, cuius liberalitate, ac munificentia cumulatè fruimur. Siquidem per Ezechielem immiſſurum ſe minatur religionis, ac pietatis

[a] *Lib. 4. de cauſ. plant. cap. 16.*

Quæ plantę aĩalia gignant, & q̃ non.

Frumentũ puluere putreſcit.

In caprificо, vt fiat putredo.

Siccitas putredini aduerſa.

Curculiones cœlitus immiſſi.

Solo frumẽto egeni viuere poſsũt

Prouer. 11.

A tatis desertoribus calamitates quatuor, famem, pestem, bellum, & nocentes bestias: vt his diuexati ad saniorem mentem agnitamq; veritatem perducantur. Eiusmodi auaros, sicut à Curculione exesum frumentum, & inutile redditum in fluuios iaciunt, sic propter hoc factos inutiles proijcit Deus, inquit [b] D. Chrysostomus, in fluuium ignis. Sicut enim frumẽtum Curculio, & Vermis, ita istorum animas exedit crudelitas, & inhumanitas. Quodsi itaque naturales causæ, non irati numinis vindicta malum hoc inuexerit: ineunda ratio qua ani malcula istæc noxia, vel abigi possint, vel interimi.

[b] *In Epist. 1, Paul. ad Cor. cap. 15. Hom. 39.*

# VT FVGANTVR.

B EQVIDEM nihil est in hac caduca vita, & mortali, quod suas non experiatur aduersitates, atque incommoda, multisq; vexationibus, atque insultibus non sit expositum. Vt enim homines innumeris malis sunt obnoxij, multaq; illos circumuallant quæ valetudini, vitæq; insidiantur: ita & frugibus sui non desunt hostes, qui illas infestant, ac demoliuntur, rubigo, Culices, Formicæ, Limaces, Cochleæ, Locustæ, Blattæ, Erucę, Teredines, Vermiculi, & qui funditus granaria depopulatur Curculio, de quo sermo est: Quæ pestis prohibetur, vel ortum eius inhibendo, vel si iam nati sint, fugando ac interimendo. Ortum Curculionum inhibebimus, si frumentum debito modo reponatur, & granaria quoque rectè sint exædificata. Debito modo reponitur sine puluere, hic enim, vt ex Theophrasto diximus, putrefacit, optimè siccum, atque refrigeratum, sicut fabæ exemplo prodidit [a] Columella, docens quomodo faba seri debeat: nã cùm dixisset maceratam priusquam seminaretur, amurca, vel nitro, cùm ad maturitatem perducta sit, minus à Curculione infestari, iubet subinde, cùm in area exaruerit, confestim priusquam luna incrementum capiat, excussam refrigeratamq; in granarium conferri. Sic enim condita à Curculionibus inquit, erit innoxia. Et quibusdam interpositis. Ea, inquit, ne Curculionibus absumatur (nam etiam dum est in siliqua
» estur) curandum erit, vt cùm extrita sit, in aquam dimittatur, & ab inani, quæ protinus innaC tat, seperetur solida: tunc in sole siccetur, & radice Silphij trita cum aceto aspergatur, defri» ceturq;, atque ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recondantur, &c. Debet itaq; sum» mopere caueri humiditas, vnde [b] Varro tradit in Hispania citeriore puteos (meminit horũ quoque Columella, vt pòst patebit) vt in agro Carthaginensi, & Oscensi, haberi. Quorum solum paleis substernunt, & curant, ne humor aut aer tangere possit, nisi cùm promitur ad
» vsum. Quo enim spiritus non peruenit, ibi, inquit, non oritur Curculio. Sic conditum fru» mentum manet ad annos quinquaginta, milium verò plus annos centum. Quod ad grana» rium attinet, de eo sic prodidit [c] Vitruuius: Granaria sublimata, & ad septentrionem, aut
» Aquilonem spectantia disponantur. Ita enim frumenta non poterunt citò concalescere, sed
» afflatu refrigerata diu seruantur. namq; cæteræ regiones procreant Curculionẽ, & reliquas
» bestiolas, quæ frumentis solent nocere. Hæc Vitruuius. Cato ne Curculiones, aut mures le» dant, areas amurca subigi præcipit, quod tamen [d] Plinius inter amurcæ encomia præterijt, cùm certè tacere non debuerit: nam, & Columella, quamuis aliter, amurcæ vsum contra Curculiones commendat his verbis: Parietes (granarij) oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admista sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleæ folia. Deinde cùm prædictum
D tectorium inaurit, rursus amurca respergitur, qua siccata frumentum infertur. Ea res ab no» xa Curculionum, & similium animalium commodissimè videtur conditas fruges defendere
» quæ nisi diligenter repositæ sint, celeriter ab ijs consumãtur. Sed id genus horrei, quod scri» psimus, nisi sit in sicca positione villę, quamuis granum robustissimum corrumpit situ: qui si
» nullus adsit, possunt etiã defossa frumenta seruari, sicut transmarinis quibusdam prouincijs,
» vbi puteorum in modum, quos appellant Syros, exhausta humus, editos à se fructus recipit.
» Sed nos in nostris regionibus, quæ redundant vligine, magis illam positionẽ pensilis horrei,
» & hanc curam pauimentorum, & parietum probamus, quoniã, vt retuli, sic emunita sola, &
» latera horreorum prohibent Curculionẽ, quod genus exitij cùm incidit, multi opinantur ar
» ceri posse, si exesæ fruges in horreo ventilentur, & quasi refrigerẽtur. Id autẽ falsissimum est:
» neque enim hoc facto expelluntur animalia, sed immiscẽtur totis aceruis: qui si maneant im
» moti, summis tantùm partibus infestantur, quoniam infra mensurã palmi non nascitur Cur
» culio, longeq; præstat id solum, quod iam vitiatum est, quàm totum periculo subijcere: nam
» cũ exiget vsus, facile est eo sublato, quod vitiatũ est, integro inferiore vti. [e] Plin. quoq; mul» tos scribit ventilari frumentũ vetare, q̃ Curculiones nõ descẽdant infra quatuor digitos, nec

Nihil omni parte beatum.

Quid in fugando obseruandum

[a] *Li. 2. c. 10.*

Vt fabã nõ exedat Curculio.

[b] *Lib. 1. de rust. c. 57.*

Granarium quale esse debeat.

[c] *Li. 6. c. 9.*

[d] *Li. 13. c. 8.*

Amurcæ vsus contra Curculiones.

[e] *Li. 18. c. 30*

amplius periclitari. Perperã itaq; noſtri agricolæ quotidie frumẽta ſua ventilant, arbitrantes, ideo minus à Curculionibus infeſtari, nam quod exeſum eſt, cum ſolido, ac nondum à Curculionibus tacto permiſcent, ac putrefacientes Curculionum aliorum ortum procurant. Atque hæc de prohibenda eorum generatione. Cùm iam nati ſunt Curculiones ad remedia deueniendum, quibus fugari queant. [f] Varro ſcribens quemadmodum frumentum promendum ſit. Tuendi cauſa, inquit, promendum id frumentum, quod Curculiones exeſſe incipiunt. id enim, cùm promptum eſt, in ſole ponere oportet aquæ catinos, quòd eò conueniunt, vt ipſi ſe necent Curculiones. Nihil autem ad perimendos Curculiones efficacius, quàm ſalſugo, in qua allium decoctum ſit, ſi ea irrigentur pauimenta, ac parietes; confeſtim enim aliò repunt, ac granaria deſerunt, odorisq; tetri halitu exanimantur. Idipſum præſtat etiam ſagapenum, caſtorium, ſabina, ſulphur, cornu ceruinum, hedera, galbanum, ac graueolentia quæque, quorũ ſuffitũ nec Curculiones, nec cæteræ noxiæ beſtiolæ ferre poſſunt, quemadmodum nec ſerpentes, nec colubri, nec Veſpertiliones, quod indicat omnis erudi-

[f] *Li. 1. c. 63.*

tionis parens [g] Virgilius, dum canit:

[g] *Li. 1. Geor.*

*Diſce & odoratam ſtabulis incendere cedrum*
*Galbaneosq; agitare graui nidore chelydros.*

Lupus ſalictarius.

Eadem ratione lupi ſalictarij nidoroſos floſculos refugiunt, qui etiam hominum cerebro infeſti ſunt, capitiq; grauedinem, ac temulentiam inducunt. Similiter, & ſambuci flores, quorum odor etiam Erucas arcet, Blattasq; ac Tineas perimit; quemadmodũ abſynthium, ruta, mentaſtrum, abrotanum, ſatureia, iuglandis folia, filix, pſeudonardus, quæ nobis lauendula dicitur, nigella, coriandrum viride, pſyllium, anagyris, Pulices, Cimicesq; interimunt, vel cultricis ſuppoſita, aut toris, in aceti ſcyllitici decoctione conſperſa. Obſeruatum eſt autem noſtræ, & auorum memoria, naporum ſemen miram obtinere vim in proſternendis, conficiendisq; Curculionibus, non ratione deleteria, ſed ſuauitatis illecebra. Cùm enim id dulce ſit, atque oleoſum, illud deſerto tritico, auidiſſimè appetunt, eoq; diſtenti pereunt. Quod ipſum ijs etiam vſu euenire ſolet, vbi fiſcellis vuarum paſſarum inſederint. Sunt qui milium frumento miſceant contra Curculiones, quod hoc calorem frumenti temperet.

Napi ſemina Curculiones interimunt.

# PROVERBIVM.

CVRCVLIVNCVLOS minutos fabulare, inquit Grypus piſcator labraci lenoni apud [a] Plautũ, hoc eſt res mihi narras nihili, & nullius vſus. Citat hunc locum [b] Priſcianus. Conueniet vbi quis nugas, & res exigui momenti adfert pro veris, ac ſerijs.

[a] *In Rudẽte.*
[b] *Lib. 3.*

# DE PERLIS VVLGO DICTIS.
## Cap. X.

Nominis ratio.

PERLAS vulgus noſtrum vocat eiuſcemodi volatilia inſecta, à capitis, vt arbitror, cùm rotunditate, quæ perlam ſiue vnionem æmulatur, tùm ſplendore, nam ſpeculi ferè inſtar receptas extrà recipit imagines. In Lombardia Ceuettoni dicuntur, ab Holiandis, vt audio, Romboudt. Volatum exercent velociſſimum, alis nimirum prẽditæ longis, robuſtis, cartilagineis, quatuor. Pomeridiano, & antemeridiano tempore, nonnũquam ſolæ, plerumq; gregatim volitant, rarò altè, ſæpiſſimè præter humum inuicem occurrentes, meridie, ardente maximè ſole quieſcunt, ſtipiti cuidam, ſi nanciſci licet inſidentes, vnde natum ruſticum proProuerbiũ. uerbium eſt, la Perla và a' ſticchi, indicans prandendi tempus eſſe. Perlarum multa ſunt geGenera. nera, vt mirum planè ſit veteres non meminiſſe tam frequentiũ, & vulgo notiſſimorum animantium. Differunt inter ſe corporis, ac alarum magnitudine; coloreq; nec non caudæ extremitate, quę cùm pleriſq; ſit bifurcata, in quibuſdam tamen obtuſa eſt, & bifurcatione caret. Aliæ rurſus antennas habent, aliæ ijs deſtituuntur. Poſtremò loco differunt. Sunt enim, quas niſi propè aquas reperias, cæruleo ferè corpore. Omnibus hoc cõmune eſt, vt quatuor habeant alas, aluum verò admodum proceram, quæ tamen in volatu nihil prorſus incurua-Forma cõinis. tur, cùm alioqui curuetur facilè, ſi manibus contrectes: quin & mas quãdo fœmellæ coit plurimùm incuruatur. Coeunt autẽ more Muſcarũ fœminæ mare inſidente, & membrũ fœminæ ſurſum immittentis recipiente. Tenaciſſimè coeuntes inuicem hærent, ſæpiusq; per agros coherentes volare cernuntur. Aeſtate, vere, ac autumno cernũtur, hyeme latẽt, vel moriũtur.

Prima


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10

Prima earum, quæ à me obſeruatæ ſunt, & binis tabulis depictæ exhibentur, ex mediocri- E
bus eſt, capite, & toto corpore ruffis, alis candidis, extremo macula nigra notatis, pedibus nigris. Secunda capite perlam, ſiue vnionem nequaquam refert. non enim rotundum eſt, ſed acutum. Oculos habet enormis magnitudinis, ſubcæruleos. Pectus admodum craſſum; aluum proceram, tenuem, Tota luteſcit, nigroq; vt pictura expreſſit, maculatur. Alæ ſunt ſubcæruleæ. Tertia alas habet breues, ad ſubcæruleum inclinantes, aluum longiſſimam, tã ſubtilem, vt mirum ſit, quomodo eam regere poſſit. Oculi quoque vt in proximo, maximi, ſed caput orbiculatum. Infra candicat, per dorſum ſupernè ad latera luteſcit, in medio ferrugineo colore eſt. Antẽnas habet, admodum breues ſubflauas. Quarta ex mediocrium genere eſt, corpore toto purpureo, aureis zonis vndique interſtincto, alis planè argenteis, nigro maculatis. Quinta alas quoque habet argenteas, ſed non tam reſplendentes. Maculam in extremo ſingulæ habent nigricantem. Corpus totum aurei ferè coloris eſt, nigricantibus zonis interſtinctum. Pedes ſunt atri. Ex maximis eſt, quæ ſexta in hoc ordine depingitur, ſpecioſa ac elegans Perla, capite, pectore, ac dorſo viridis, aluo tota cærulea, per quam linea fertur à dorſo ad extremum vſque aterrima. Alæ cinereæ ſunt, pedes nigri. Septima oculos habet virides, tota lutea, nigro maculoſa. Minimarum generis eſt octaua, alas habens argen F
teas, corpus virideſcens. Nona ex maximis eſt, capite, dorſoq; viridis, aluo dilutè flaua, primùm craſſa, dein tenui, alis ſine maculis. Decima, ac poſtrema toto corpore eſt flauo, nigro interſtincto, pedibus etiam flauis, alis cinereis ſplendidis.



G

Ex vulgarium genere ſunt, duę iſtæ ſeparatim pictæ, quòd præcedens tabula eas non caperet, prior alas habet ſubflauas, & corpore toto flauo eſt exceptis zonis, quæ ſunt ferrugineæ. Altera tota viridis eſt, maculis quatuor candidis in alarum extremitatibus.

Primo loco picta in ſecunda tabula, ex ijs eſt, quæ circa aquas volitat. Alas habet breues, & latas, primùm virides, deinde cæruleas, cuius coloris quoque totum eſt corpus à capite ad anum vſque, præter oculos, & pedes, qui atri ſunt. Oculos autẽ habet enormiter magnos ac prominentes. Aluus in exilem acutiem, velut acum deſinit. Secunda etiam aquas proſe- H
quitur, toto corpore viridi, nigris, exiguis zonis diſtincto. Oculi protuberant. Alæ quà corpori hærent argenteo colore, & ſplendore micant, dein cæruleæ ſunt, & argenteis venis refertæ. Tertia minimarum generis pedes habet longiſſimos, Aranearum pedibus non diſſimiles, ſed admodum exiles. Corpore, aliſque ex luteo ſubalbidis eſt cauda ſimplici. Quarta ex minimis eſt, tota ferè viridis, ſed à lateribus tergoris lutea. Oculi candicant. pedes nigri ſunt. Quinta cum ſecunda admodum ſimilis, pariter aquas petit, aluo cærulea, pectore viridi, alis primum argenteis, deinde cæruleis. Sexta ex maximis eſt, capite, & pectore viridibus, dorſi lateribus, vbi alæ enaſcuntur, nigris, aluo longa, cærulea, quam nigra linea lata coloris aterrimi mediam diſſecat. Pedes atri ſunt. Septima mediocrium generis toto corpore viridi, aurum reſplendente. In dorſo nigricat: alę cinereæ ſunt, & argenteo micant. Octaua aluum habet obtuſam, ac minimè bifurcatam, toto corpore ferrugineo, alis candidis, à latere ferrugineis. Nona, ac poſtrema aluo eſt craſſa, & breui, lutea, nigris circundata Zonis, capite, pedibus, dorſo, & alarum principijs ferrugineis. Alcarum cætera candicant.

DE


1
2
3
4
5
6
7
8
9

# DE XYLOPHTHORO. Cap. XI.

NASCITVR, teſte [a] Ariſtotile, Vermiculus cui nomẽ à corrũpendis lignis Xylophthoro, quaſi Ligniperdi, nullo minus abſurdũ (οὐδενὸς ἧττον ἄτοπον τούτων τῶν ζώων, quid ſibi his verbis Philoſophus velit, non facile percipio: ſcribendumque arbitror οὐδενὸς μᾶλλον ἄτοπον, vt nihil magis abſurdum, aut mirabile videatur dicere, quàm huius animalculi naturã figurã, & conſtitutionẽ) caput enim ſuo putamine exerit, variũ pedes in poſtremo (ita Gaza vertit ἐπ' ἄκρου, VVottonus in ſuprema parte, & ſic melius) habet, vt alij Vermes: reliquum corpus tunica araneoſa integitur, ſuoque tegumento hærentes feſtucas gerit, ita vt forte eas caſuq; ſibi contraxiſſe, dum ambularet, videretur: verùm ipſæ natiuæ inhærent tunicæ: & vt Limacibus teſta, ſic totum id Vermiculo huic adhæret: nec decidit vnquam, ſed euellitur, vt natiuum. Quod ſi hanc eius tunicam detrahas, expirat pari modo, atque limax teſta detecta hebeteſcit. Proceſſu vtique temporis id quoque in Chryſalidem tranſit, vt Eruca, atque immobile viuit. Sed quidnam ex eo animalis pennati oriatur, compertum adhuc non eſt. Huius Vermis, ſeu Erucæ, & [b] Plinius meminit ſub Tinearum nomine tunicas trahentium cochlearum modo. Eſt, inquit, earum (Tinearum) genus tunicas trahentium quo cochleæ modo. Sed harum pedes cernuntur. Spoliatæ expirant. Si accreuere faciunt Chyſalidem. Xylophthoros, cuius hic formam delineatam exhibemus, in caudice pini inuentus, à Fr. Gregorio Capucino, nobis allatus eſt. Primo aſpectu cum ab arbore diuulſus eſſet lignorum, aut feſtucarum caſu quodã ferruminatarum congeriem exprimebat: ac tale quidquam inuentor deieraſſet, niſi continuo motu laceſſitus, ac crebra manuum tractatione prouocatus fuiſſet ad caput exerendum. erat id colore nigrum maculis quibuſdam luteis per oblongum reſperſum, ſpinoſum, duabus antennis, ſeu corniculis limacum ferè modo, ſed breuibus, & nigris. in ſingulis annulis qui terni poſt caput, binos habebat pedes, num autẽ octo habeat adhuc poſteriori parte corporis, nondum adhuc obſeruare ſatis benè licuit; reliquũ verò corpus tectum tegumentũ ex multis feſtucis conflatũ erat. feſtucarum earundem quædam erant longitudine medij digiti per tranſuerſum colore albo, & punctis quibuſdam nigris reſperſæ, fiſtuloſæ, reliquæ colore fuſco, & magis acuminatæ. Hunc cùm paucis poſt diebus diſſecuiſſem feſtucasq; eleuaſſem, texuiſſe folliculum more Bombycum denſum, atq; lanoſum ac in Chryſalidem abijſſe, ac tandem in exiguum Papilionem fuſcum alis, aluo craſciuſcula rubraq; transformatum offendi: & hoc fuit pennatum animal quod Ariſt. cæteroſque naturalium rerum perſcrutatores vſque in hunc diem latuit. Eundem Xylophthoron nudum, & è folliculo diſſectum ſecunda figura exhibuimus.

[a] *Li. Hiſt. 5. cap. 32.*

[b] *11. lib. 35 cap.*

Aliud porro à deſcripto prorſus differens ſecũda hac tabella exhibeo depictum genus Malalbergi inuentum, tegmine ſuo feſtucis pleno tectum, & eodem exutum, cum eius inſecto volucri diuerſo item ab eo, in quem prior deſcriptus Xylophthoros mutatus eſt, quod fuit Papilio, cuius figuram in appendice huius operis exhibebimus.




DE

A

# DE ORSODACNA. Cap. XII.

PVBET hîc paucula quædam inter alia, quæ supererant, de Orsodacna, scribere; quòd eam videam à quibusdam Grammaticis τετραπτέλυρίδα nuncupari, quòd quatuor habeat alas. Ab[a] Hadriano Iunio exponitur, ac describitur Insectum volucre, quaternis pennis, ore largo, & prope denticulato, pustulas puerorum appetens Puystbyter Belgis appellatum. Gaza Mordellam nuncupari posse scribit, quasi ad mordendum
» concitatũ. huius ortum[b] Aristoteles his pauculis verbis complexus est. Orsodacnæ (nascun-
» tur) ex Vermiculis immutatis, qui in brassicę caule generantur. vbi notandum est malè in vulgatis editionibus legi ὀρσοδάκναι, à nominatiuo ὀρσοδάκνη. Nam mendosam hanc esse
B scripturam ex Hesychio discimus; Varrino item, & alijs Grammaticis, apud quos sic legimus. ὀρσοδάκνη ζωύφιόν τι ἐν τῇ κράμβῃ γινόμενον. animalculum in brassica natum. hæc enim ex Aristotelis loco citato sumpsisse videntur.

[a] *In Nomenclatura.*

Mordella Gazæ.

[b] *Li. 5. Hist. cap. 19.*

# DE CICADA. Cap. XIII. ORDINIS RATIO.

VIX Papilionibus, ac eorum Erucis finem imposueramus, cùm ad nos Cicada, continuati sui soni raucitate molesta vltrò aduolaret, nec immeritò. Nam præterquã quòd quadripennis est, habet prętera sua dona suaq; munera, quibus à diuino numine dotata, multis alijs Insectis antecellit. Et reuera eius cantui, quem tamen plurimi obstreperum autumant, plus suauitatis ac μελῳδίας inest, quàm, Apum Vesparum, aut Crabronum susurro, plus
C vtilitatis, quàm Muscarum quarundam, aut Culicum, & id genus animalculorum. vt pote qui nobis, & æstum diei, quo nos sub vmbra retrahere oportet, prædicat; & tempus messis ostendit. Si enim cùm Cuculus cuculat, Ciconia gloterat, turturq; mœret, lætamur ob lętum Vêris nuncium, quo seminare solemus, aut sulco terram scindere, nonne magis gestire debemus, cùm Cicada fritinniendo lætius metendi nuncium adfert, cuius caussa & arauimus, & sementem fecimus? Papiliones autem Cicadæ prætulimus, cùm quòd quædam earum genera maximum nobis emolumentum adferunt; tum, quòd Cicada quodammodo Papilio sit degener, vtpote quæ generationis, ac ortus modo Papilio existat, corporis verò constitutione cum ijs conueniat, quæ alis pellucidis, ac membraneis prædita sunt, qualia sunt Apum, Muscarumq; genera.

Papiliones cur Cicadę prælati.

# ÆQVIVOCA.

D TETTIGES dicebantur coqui quidam apud veteres. ἐκαλοῦ inquit[a] Athenęus οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μάτωνα, τὸν δὲ ἐκ τόπων τέττιγα. Id est vocarunt veteres vrbanum, & eligantem coquum Mæsonem, peregrinum verò, & suburbanum (vt videtur exponere Cælius[b] Rhodiginus) Tettiga. Idem scribit ex Athenæo Eustathius. Hesychius autem τέττιγας ab Atticis vocari ait τοὺς τῶν μαγείρων ὑπηρέτας, ξένους, τοὺς ἐντοπίους autem vocari μάτωνα. ex quibus concludit autor Thesauri linguæ Græcæ Μάτωνα esse coquum, aut coqui seruum indigenam: τέττιγα autem qui è peregrino aduenit solo. Τέττιξ θαλάσσιος, id est Cicada marina, quam[c] Aelianus τέττιγα θαλάττιον nuncupat, est è genere crustatorum, diuersasq; species ratione magnitudinis sortitur, quarum maxima parui carabi similitudinem gerit, mantire Rondeletij Bellonius putat, inter Crustata à nobis describetur. Cicadam autem Iulius Scaliger in Hipponace pro aurea Cicada posuit, quàm gerebant Athenienses.

*Torquem, nitelam sericam, Cicadamq;*
*Quæ fibulabat Athidas comas morsu.*

τεττιξ coqu⁹ quis.

[a] *Lib. 14.*

Μάτωνα coquus quis.

[b] *Lib. lect. Antiq. 6. cap. 18.*

τέττιξ θαλάσσιος Cicada marina.

[c] *Li. de Anim. 13. c. 29.*

Cicadę nomen pro aurea Cicada Atheniensium.

Ita

[d] *Lib. de vendis virg.* Ita quoque & ante Scaligerum vſus eſt hac voce [d] Q. Septimius Florens. Debebunt, inquit, etiam & ipſi ſibi aliqua inſignia defendere, aut pennas Garamantium, aut crobylos barbarorum, aut Cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum, aut ſtigmata Britonum.

# SYNONYMA, EORVMQVE ETYMVM.

ב eſt Locuſta, aut Locuſtæ ſpecies. ſunt qui vertant Bruchum. Alij Cicadam eſſe credunt, quæ recuruum dorſum, & quatuor ſuprà pedes habet (ſic habet Pagninus) quorum adminiculo ſuper terram ſaltitet; eius eſus à Moyſe permittitur: צלצל eſt ſpecies Locuſtæ inquit Rab. Dau. in libro Rad. Cicada videtur ex Hebræorum deſcriptione, inquit, Santes Pagninus. Dicunt enim conſcendere arbores, & exſugere earum folia. Addit Elias rationem nominis eſſe, quòd ſtrepitum edat cymbalorum more, quæ צלצלים & פצלתים dicuntur: alij צלא vmbra, quam volatu ſuo obducit, vel qua terram occupat. In Pandectario Cicada exponitur ab Arabibus Gicuale, & rurſus eodem libro, derethricht. Græci varia ſortiuntur nomina. τετραπτερυλλίδες vel τετραπτερυλλίδες dicuntur Cicadæ, quòd quatuor habeant alas, quamuis vt Locuſtarum, & Mordellarum (quas ὀρσοδάκνας vocat Ariſtoteles) ita quoque Cicadarum potiùs eſt epitheton, quàm nomen ſubſtantiuum. dicuntur quoq; πεταλίδες ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι hoc eſt à volando; ſunt enim animalcula volatilia. Κίξιοι autor eſt Heſychius Cicadam dici. item βιβάκους ab Eleis, βατράχους à Ponticis, quamuis hoc vocabulo reliqui Græci Ranas vocitent. Apud Martinum Rulandum ἐρωυλλὶς, ἡλιομανὴς, ἠχέτης, κιξάλης, ἀλάζων Cicada exponitur, quæ certè nomina adiectiua potius ſunt, quàm ſubſtantiua. qua ratione, & ἀιθαλίονες dictæ ſunt Cicadæ, vt explicat Theocriti Scholiaſtes, παρὰ τὸ ἀιθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, propterea quòd à ſole adurantur. Aiunt quoq; Tithonin dici à Tithono filio Laomedontis regis Troiæ, quem ſucco Auroræ, à qua adamabatur, aiunt tandem ad tantam ſenectutem peruenisſe; vt optarit in Cicadam conuerti. Commune omnibus Græcis vocabulum eſt τέττιξ deriuatum fortè à ſono, quem edit; aiunt enim τιττίζειν ideſt titiſſare. Qui enim ſtridunt potiùs, quàm canunt, τρουθίζειν Græcè dicuntur, quòd Latinè enunciare licet ſtruthiſſare ex paſſerum voce, qui τρουθοὶ vocantur, verbo deflexo. Paſſerculi verò dicuntur τιτίζειν, ex quo tytis corriuatur, vt ſcribit Aelius Dionyſius, auiculæ ſpecies, aut etiam auis quædam minutior. eſt & verbum huic affine τρίζειν. Sed id veſpertilionum proprium: nam τρύζειν vocem exprimit aſperiuſculam, vnde & inflectitur trygon. Itaq; à priori verbo τέττιζειν τέττιξ Græcis deriuari autumo, quamuis cætera poſteriora vocabula huic ſint ſatis affinia, à quo & τεττιγόνιον (quòd aliqui Cicadæ ſpeciem, aliqui Cicadæ ſimile animalculum putant) deriuari iudico. Cicadam nonnulli dictam putant quaſi citò cadentem, hoc eſt euaneſcentem, quia æſtiuis tantùm menſibus appareat. Iſidorus tamen à canendo dictam conijcit. Italis Hiſpanis Galliſq;. Latino vocabulo affinia ſunt nomina, his enim Cigale, illis verò Cicala, & Cigala, Hiſpanis Cigaro, & cigarra dicitur. Germanis ein Thierlin daſim ſommer auf die beuumen ſingt, etlich nennen es heuuſchrec. A Belgis neſcio, quid nominis imponatur, cùm apud eos, vt audio id animalculum non ſit. Falluntur quidam, qui aiunt krekel ijs appellari, cùm krekel apud eos ſpecies ſit Grilli. Polonis dicitur Szuuierezeck. Hungaris Pruutſok. Anglis à grashopper.

τετραπτερυλλίδες.

πεταλίδες.

Tytis.

Cicada vnde dicta.

# FORMA DESCRIPTIO.

CICADARVM omnia genera corporis magnitudine differunt, cùm & maiores & minores inueniantur, conueniunt in eo, quòd nigro plerunque ſint corporis parte ſuperiore, nam inferiore cinereo vergente ad nigrum. Inde [a] Martialis nigrum colorem Cicadæ tribuit, cùm in Procillum qui ei inuidebat, quod à pulchra puella adamaretur, ſcribat ſe nigriorem exoptare Cicada, his verſiculis.

[a] *Lib. 1. Epigra. 116.* Cicada nigra.

*Quædam me cupit inuide Procille*
*Toto candidior puella Cygno,*
*Argento, niue, lilio, liguſtro:*

*Sed*

A *Sed quandam volo nocte nigriorem*
*Formica, pice, gracculo, Cicada.*

Caput respectu corporis crassum habet, cui & breues antennæ, & oculi immobiles, lucidi, eminentes more cancrorum insunt, quos hebetes esse [b] Plinius his verbis affirmat. Oculi, „ inquit, tam hebetes, vt si quis digitum contrahens, ac remittens ijs appropinquet, transeant „ velut in folia, & ante Plinium [c] Aristoteles; si quis inquit, digitum contrahens atq; remit- „ tens subinde appropinquet magis expectant, quàm si illico extendat: & quidem transire in „ digitum alliciuntur: quod enim oculis hebetes sunt, quasi frons aliqua moueatur, digitum ita admotum conscendunt. Quę ratio Nigidium fortè impulit, vt apud [d] Plinium, nec Locustis nec Cicadis oculos inesse scripserit. Ore inter cętera Insecta caret, cuius loco fistulosum quid habere, quo alimentum attrahat, prodidit [e] Aristoteles. Cicada inter hæc (inquit Insecta) & omnino in animalium genere vna ore caret: prolixum quiddam compactum diuisumq; gerit, simile ei quod linguæ speciem refert, in ijs quibus aculeus in ore: eoq; ipso rorem haurit alimentum vnum, & peculiare; Hanc autem partem linguam [f] Plinius forte appellauit, quando, inquit, Apibus (lingua) etiam prælonga, eminens & Cicadis. nam [g] antea dixe- B rat Cicadam ex omnibus, quæ viuunt sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Verùm quòd dicat in pectore hoc fistulosum corpus linguæ simile esse, id neutiquam verum esse reipsa comperi, quin potiùs in capite, & ea capitis parte, qua cætera Insecta os habent; nec vlla est ratio, cur in pectore eiusmodi corpus aculeatum nutritioni assumendoque alimento aptum, esse debeat, cùm omnia animantia per caput alantur. Mihi quidem eorum, qui id Plinio persuaserint, erroris causa nulla alia esse videtur, quàm partis capitis ex qua hoc corpus aculeatum initium sumit, summa cum pectore vicinitas, vt non pauci arbitrarentur ex pectore oriri, nisi penitus rem inspicerent. huic addatur, & alia ratio quòd deorsum à capite tendens pectori quodammodo connexum videatur. hanc partem quidam satis aptè promuscidem appellarunt, non à figura quæ triangularis est, aut colore, qui castaneus, sed fistula seu perforatione, per quam euidenter apparet roridam materiam attrahi. Alarum superiores duplò maiores longioresq; sunt inferioribus, imo toto corpore. Quo sensu dixit „ [h] Plinius de Cicadis inquiens. Pennarum illis natura, quę Apibus, sed pro corpore amplior. Alas autem Apum habent, quia sunt membranæ, vnde & Cicadæ ὑμενόπτεροι rectè dici C possunt, antea enim [i] Plinius tradiderat membranis & Cicadas volare. Pedes sunt subtilissimi, & in fine asperi, quò facilè arbores conscendere possent, coloreq; castanei. lata sunt aluo, & aspero duroq; pectore, vnde [k] Martialis non inepta sanè comparatione vetulis pectus Cicadæ tribuit, deridens Vetustinam, ætate quæ iam decrepita concubitus oestro flagrabat, inquit enim:

*Cum tibi trecenti consules Vetustina*
*Et tres capilli quatuorq; sint dentes*
*Pectus Cicadæ, crusculumq; Formicæ, &c.*

Verùm quod quidam Cicadam ἄναιμον, & ἄσαρκον ideſt sine carne, & sanguine dicant, magis generali epitheto vsi sunt, quàm vt particulari eius naturæ & descriptioni competat, vt pote cùm hoc reliquis omnibus Insectis insit.

Antennæ. Oculi.
[b] *Lib.* 11. *cap.* 26.
[c] *Li.* 5. *Hist. cap.* 30. Visus.
[d] *Lib.* 11. *cap.* 37.
[e] *Li.* 4. *Hist. cap.* 7. Cicada ore caret.
Lingua Cicadarum quid apud Plinium.
[f] *Lib.* 11. *cap.* 37.
[g] *Lib.* 11. *cap.* 26. Plinij error.
Erroris ratio.
Promuscis Cicadæ.
Alæ cicadarum.
[h] *Lib.* 11. *cap.* 26. ὑμενόπτεροι Cicadę cur dictæ.
[i] *Lib.* 11. *cap.* 18. Pedes. Pectus aluusq; Cicadæ.
[k] *Lib.* 3. *Epigram.* 93. Ἄναιμος Ἄσαρκος.

# GENVS DIFFERENTIÆ.

D

PLVRA sunt Cicadarum genera, quorum quædam, quòd solo tantùm nomine ab antiquis prodita extant, difficilè cognoscuntur; reliqua verò propterea, quòd distinctiùs de ijs locuti sint, faciliùs distinguũtur, & exactius cognoscuntur. [a] Aelianus omnia Cicadarum, quæ vnquam nouit, genera recenset his verbis. Cicadarum genus multiplex à peritis harum re- „ rum, & cognitum & nominatum est. Vnum appellatur ex colore cine- „ reum, alterum Membrax, quod quidem nomen nescio cur huic generi impositum sit: „ aliud id est argutum, aliud Cercopem, aliud Achetam, aliud Acanthiam nuncupant. „ tot Cicadarum genera audiuisse memini, cui plura cognita fuerint explicet, hactenus Aelianus. qui certè hic valdè obscurus est, ita vt absque dubio existimem hunc Aeliani locum prorsus esse corruptum, lubet itaq; & hæc genera, quorum hic locus meminit, ex

[a] *Lib.* 10. *de Anim. c.* 44. Genera ab Aeliano cognita.

vete-

Lachetas. veterum autoritatibus diligentiùs conſiderare. Membrax quid ſit vlterius, quàm Aelianus ſcribit, quid item Lacétas apud neminem ex ſcriptoribus inuenio. Cercopas interpretatur Dalechampius apud Athenæum Cicadas fœminas mutas, oblongas, puſillas. Κερκώπη tamen Heſychio eſt Cicada quædam paruula, alios verò accipere tradit pro Cicada fœmina citans ex Alexide hunc locum.

— σοῦ δ' ἐγὼ λαλίστέραν
Οὐπώποτ' εἶδον, οὔτε κερκώπλω γυνάϊ
Οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόνα, οὐ τρύγονα, οὐ τέττιγα.

[b] *Lib. 4.* A Libanio quoq; vſurpari hoc vocabulum docet idem apud [b] Athenæum ex Ariſtophane. Ερᾶς τέττιγα φαγεῖν καὶ Κερκώπλω θηριυσαμβύνη καλάμω λεπτῷ, vbi Athenæus ex Speuſippo docet eſſe animal τεττιγι καὶ τριγονίῳ, ideſt ſimile Cicadæ, aut Trigonio, fortaſſe hîc ſcribendum τεττιγονίῳ, de quo poſtea dicemus. quamuis dicat Dalechampius, fortaſſe ita Gryllum vocari à ſoni trij proprietate. Ακανθίας quoque Cicadæ ſpecies, vt ait Heſychius: at Suidas negat Cicadæ ſpeciem eſſe ἀκανθίαν, ſed potius eius eſſe epitheton affirmat, eò quòd ἐν ἀκάνθαις hoc eſt inter ſpinas canat. Et Ακάνθιος item Etymologiaſtæ eſt ſpecies Cicadæ. Sed epitheton potius eſſe, quàm nomen facilè crediderim: deriuari autem à ſpinis quas ἄκανθας Græci vocant, quamuis aliter Suidas autumet. Quandoquidem ex Stephani monumentis patet, ab Athamantum vrbe in Aetolia, quam Acanthum dicunt, nuncupari Acanthias Cicadas: quæ quoniam ferè conſileſcant, vt Simonides atteſtatur, inde receptum, vt qui non loquantur, eo appellentur nomine. Verùm Suidas Acanthiæ Cicadæ id tribuit, quod aui Acanthiæ adſcribere deberet. Nam apud Theocriti interpretem obſeruatum eſt (vt inquit [c] Cœlius Rhodoginus) dici Acanthida auem colore, voce, λιγυρὸν id eſt ſtridulam, quam ex varietatis ratione Pœcillidam vocari ſcribit. Hanc autem in ſpinis quas Acanthas vocant, habitare Ariſtoteles & Alexander ſcribunt. Hic Pontani ſolertiam maximè admirari licet, qui in libro de Aſpiratione lenem Acanthida pronunciat, cùm vbique apud Græcos per θ ſcribatur. Αχέτα autem τέττιξ maior eſt Cicada. Achetæ, inquit [d] Stephanus Aquæus, in ſuis ad Plinium commentarijs, maiores dicuntur Cicadæ, & minores, quæ primæ proueniunt. Ex his Tettigonia ſunt, quas Theodorus Gaza Cicadaſtras vocat, aliæ Tettigometræ quas Cicadarum matrices vocat, vtrumq; certè genus canit, ſed magis Achetæ, quas aliqui Gryllos vocant. Suidas Αχέτας οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλὰ ἐπίθετον τέττιγος hoc eſt non ſpeciem Cicadæ, ſed epitheton eſſe ſcribit, vt de acanthia Cicada. quoque tradidit. Heſychius Αχέτα ὁ ἀβρὸν τέττιξ ὁ λαλίστατος hoc eſt Cicada mas quàm maximè loquax, exponit. Verùm quàm vterq; benè ſentiat videamus: quòd autem ſcribat Suidas Epitheton eſſe verum eſt apud Theocritum, qui eas ab arguto, quem edunt, ſono Argutas ſiue Αχέτας nuncupauit. Apud [c] Ariſtotelem video inter Cicadarum ſpecies Achetas recenſeri, & inter maiores quæ canunt, cuius hæc ſunt verba. Cicadarum duo ſunt genera, aliæ enim minores ſunt, quæ primæ prodeunt, & nouiſſimæ pereunt, aliæ maiores quę canũt, eædemq; nouiſſimę pereunt: ſunt quæ canunt præcinctu diuiduę, ſiue minores ſiue maiores ſunt. Quę autem non canunt, indiuiduæ conſtant. Vocant nonnulli grandiores illas, & canentes argutas (Αχέτας habet Ariſtoteles) minores mutas τεττιγόνια, ſed canere, vel in ſecundo hoc genere poſſunt paululum quæ præcinctæ prodierunt. Et [f] antea dixerat. Plura earum (Cicadarum) ſunt genera, quæ magnitudinis modo differunt: atq; etiam alijs corpus ſub ſepto tranſuerſo præcinctum diſtinguitur membranamq; liquidò refert: vt ijs quas ab argutulo ſono Achetas appellarunt: alijs non ita eſt, vt Cicadaſtris. Ea Plinius ſic habet de Cicadarum vita locutus, quæ inquit canunt vocantur Achetæ, quæ minores ex ijs ſunt Tettigoniæ, ſed illæ magis canoræ. Vbi etiam nota, quòd Cicadæ hæ minores Tettigoniæ ab Ariſtotile ſuperiùs mutę ſeu ἄφωνοι dicantur, non quòd omnino mutæ ſint, vel nihil canunt, vt in quibuſdam regionibus fieri contingit, ſed potiùs quòd valde parum canant, vt cum reliquis maioribus (quæ maiorem ſonum edunt) comparatę ἀφωνέστεροι videantur. Hinc mihi quorundam Grammaticorum diſplicet commentum, qui Achetas mares eſſe voluerunt, Tettigonias verò fœminas, ipſa veterum plurium autoritate reclamante, quę Tettigonias minus canoras Achetis dicit, non prorſus mutas veluti ſunt fœminæ, ac velut [g] Euſtathius innuere videtur, quando inquit, Ἄφωνον τὸ πρὸ θηλείων εἶδος ὁ καὶ τεττιγόνια. Id eſt Mutum fœminarum genus, quod Tettigonia dicitur. Porro quod Cicadarum genus apud Heſychium, κώβαξ dicitur, cùm μεγάλη τέττιξ exponatur, idem arbitror cum Ariſtotelis Acheta. Præter prædicta alia quoque à [h] Plinio commemorantur. Quidam, inquit, duo genera faciunt earum; furcullariam quę ſit grandior: frumentariam, quam alij auenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. Verùm vtrumnam hæc à cęteris hoc eſt minoribus, quæ

Cicada & eius etymõ. Suidæ error. Erroris ratio.

[c] *Lib. lect. Antiq. 13. cap. 6.*

[d] *Lib. 11. cap. 26.*

[e] *Li. 5. Hiſt. cap. 30.* Cicadarũ duo genera. Minores. Maiores. Tettigonia

[f] *Li. 4. Hiſt. cap. 7.*

Cicadę mutæ quæ. Achetas mares non eſſe. Tettigonias non eſſe fœminas.

[g] *Iliad. γ.*

[h] *Lib. 11. cap. 26.* Cicada auenaria frumentaria, furcularia.

A Quæ primum ait prouenire Aristoteles, nouiſſimèq; perire, & maioribus quæ ſerius apparẽt, diſtinguantur, nondum certò ſcire poſſum. eæ tamen magis inclino ſententiæ, quòd ſurcularia ſit maius Cicadæ genus, cùm eam grandiorem eſſe dicat: Auenaria verò, aut frumentaria ſit minus, quod altero prius apparet.




B C D

Quæ verò nos obſeruauimus genera omnia hac tabula delineanda curauimus, quę pauca nunc egent deſcriptione, cùm quia corporis magnitudine, & ſexu, tantùm differant; tum etiã quòd ſuperius in vniuerſum de Cicadarum forma, ac deſcriptione dictum ſit, quę in ſingulis non eſt neceſſe, vt repetantur.

2 5. Cicada lineis in aluo ruffeſcentibus cum eiuſdem tettigometra. Huic in pedi-

bus

bus anterioribus natura duabus prouidit chelis duriuſculis, quibus terram excauat paulatim Veris tempore, cùm è terra prodire cupit. poſteriores pedes quatuor in extremitate aſperi ſunt, quibus & aſcendit, & ſe ſuſtinet, ne in eundem locum recidat: ſunt & hi aliquantulum hirſuti. chelas priorum pedũ dũ tettigometram deponit, relinquit, & in fine prętenues vt cętera Inſecta pedes adipiſcitur. habet & mediocres antennas Tettigometra, coloreq; tũ plurimùm temporis ratione variat. nam cùm primum è Vermiculo exit, colore magis albicat, & quantò vicinior eſt ei tempori quo tettigometram exuit, eo apparet nigrior. Tettigometram quæ iam pridem è Vermiculo ſuo prodierat cultello diſſecuimus aluumq; plenam muccoſa, & alba materia deprehendimus. E

3. Cicada minor Tettigonion, aureis lineis pronam partem corporis perreptantibus.

4. Cicada nõn diu ex inuolucro egreſſa lineis viridibus pronam partem depingentibus.

6.7. Cicada maior Acheta prona & ſupina.

# ORTVS. GENERATIO.

F

TRADIDIT [a] Iſidorus Cicadas ex Cuculorum ſputo naſci. quæ & puerilis, & valde abſurda eſt opinio, nec digna, vt refutetur. Pręclarius ſentierũt olim Athenienſes, qui affirmarunt è terra naſci. [b] Plutarchus in eo problemate, quo diſputatur, vtrumnam ouum prius ipſa gallina fuerit, docet, terram ἀναδιδόναι τέττιγας, & alia quædam animalia. Hinc inquit, eſt quòd nullum ouum è terra editum memoratur: atque Tindareum de cælo delapſum poëtæ fabulantur. Animalia autem perfecta, & integra hodieq; terra parit, mures in Ægypto paſſim, ſerpentes, ranas & Cicadas extrinſecus alio principio aliaq; vi accedente. Plato in Sympoſio cenſuiſſe videtur Cicadas γενὰν εἰς τὸν γὸν, non more cæterorum animalium εἰς ἀλλήλους, quando inquit. Quocirca miſeratus Iuppiter, remedium aliud excogitauit, permutauitq; genitalia (hominum) & quæ priùs retro erant ad anteriores partes tranſtulit. Antea ſiquidem cùm ad nates hæc haberent, non inuicem, ſed in terram ſpergentes ſemina Cicadarum inſtar concipiebant, atque generabant. Ad hanc ſententiam pertinere videtur, quidam Diui [c] Baſilij locus, in quo idem opinari cernitur. ſcribit enim in hunc modum, ad illa ſacræ ſcripturæ verba: producat terra animam viuentem, iumentorum, beſtiarum, reptilium. Præceptum hoc, inquit, ſic impreſſum eſt terræ elemento, vt ne hodie quidem deſinat ſubſeruire ſuo creatori. Nam animalia partim ex antecedentibus oriuntur ſucceſſione, partim nunc etiam ex ipſamet emergere terra, generariq; cernuntur. Non ſolùm enim Cicadas humus pluuio tempore edit, & innumeras alias beſtiolas in aëre peruolantes, quarum plurimæ præ tenuitate nullam ſortitæ ſunt nomenclaturam, quin & mures ranasq; & ſeipſa iam profert & edet vtpote cùm circa [d] Ægyptias Thebas poſt vehementes in æſtibus pluuias vniuerſa arua ſoricibus impleri protinus nouimus. [e] Ariſtoteles ſucceſſionem per coitum effici ſcribit. Cicadæ inquit coeunt, atque ex animalibus eiuſdem generis oriuntur modo eorum quibus eſt ſanguis; & ruffus. Coeunt inquit tam maiores, quàm minores ſupinæ complexu mutuo, masq; inſerit in fœminam ſicut cætera Inſecta agunt. Quibus verbis, ſi examinentur, Ariſtoteles ſuo ſe gladio iugulat, ſi legitima ea eſſet lectio: nam vt ſuo antè loco oſtẽdi, diſertiſſimè ſcribit Inſecta, quæ fœminę ſunt membrum genitale inferere in marem. Sed mea quidem ſententia imperitia cuiuſpiam textus corruptus eſt, qui negatiuam particulam (οὐκ) exemit, nam hic cocundi modus Cicadæ priuatim conuenit, vti ſubinde ex eodem patebit. [f] Plinius quoque ex eo breuiter de coitu inquit, coitus ſupinis. Et certè ad quid Cicadis natura generationis membrum dediſſet, niſi coirent. nam genitale habere, & quotidiana inſpectio demonſtrat, & [g] Ariſtotelis autoritas, Genitale, inquit, fœmina habet reſciſſum quo recipit id quod à mare inijcitur. Accedit ad hæc, & alia ratio, quod alibi tradat idem philoſophus oua candida guſtui grata Cicadas producere, ex quibus veriſimile eſt Cicadas ipſas gigni. [h] Baldangelus in ſuis controuerſijs, & diſcuſſionibus vbi hunc Ariſtotelis locum citauit, multùm dubitat an Cicadæ omnes ex ſemine naſcantur. credit enim eſſe aliquas quæ generantur ex putredine ſponte. Ego vero, inquit, teſtari veraciter poſſum, quòd in terra non proſciſſa, aut culta ad orientem ſolem ſpectante, cùm effoderetur ſub quercubus rarioribus ſtatim, effoſſæ ſunt Cicadæ non perfectæ, ſed formã ſolita, & multæ, albæ, ſine alis, quę ſua terra latebant. Propterea ego neſcio an omnes ex ſemine vt dicit Ariſtoteles, vel quędam etiam ex putri materia oriantur. Ego vero id naturæ minime repugnare cenſeo, vt hæc animalcula, & ſponte oriantur, & ex ſemine. quandoquidem, & alia animalia ſunt quæ ex putredine

[a] *Lib. 12. Orig. cap. 8.* E cuculorũ ſputo non naſci.

E terra oriri.

[b] *Lib. Sympoſ. 2. quæſt. 2.*

[c] *In Hexamero Diuini officij Homel. 9.*

[d] *Lib. 1. de Gen. c. 16.*

[e] *Li. 5. Hiſt. cap. 30.* Per coitum generari.

[f] *Lib. 11. cap. 26.* Genitale cicadæ.

[g] *Li. 5. Hiſt. cap. 30.*

[h] *Lib. 8. c. 7.* Baldangeli opinio.

Sponte & ex ſemine oriri.

A tredine ortum ducunt, posteaq; per coitum propagent alia. Nam & anguillas non solùm è fęculenta materia, atq; limosa progigni conspicimus, sed postea inter se alias generare. idem de multis alijs superius ex D. Basilio commemoratis animalibus dictum esto. Cæterùm quo modo id semen Cicadarum post coitum fœcũdetur differendum pluribus. Iohannes Baptista Pius in suis ad Lucretium commentarijs, ait Cicadas nasci in arboribus & folijs complicatis, quod neutiquam credimus. quippe de Erucis id verum esse potest, quæ folia filis quæ ducunt, plicant, ac in ijs semen suum spergunt. Cicadæ cùm id præstare nequeant, aut in » terram, aut in arundinem, aut aliud quid simile semen immittunt. Pariunt (inquit[i] Philo- » sophus) in aruis cessantibus, excauantes (terram) asperitate præacuta quam parte habent » posteriore, quomodo Bruchi solo eiusmodi pariũt: quapropter in Cyrenẽsi agro copia est. » Quin etiam in arundinibus quo adminiculo vites eriguntur, nidum fœturæ excauant. Et » in caulibus squillæ herbę interdum pariunt: sed hîc fœtus facilè in terram dilabitur. pro- » ueniunt largè copia imbrium. Similiter ferè[k] Plinius. Asperitas præacuta, inquit, qua excauant fœturæ locum. Hoc nunc semen non à terra fœcundum redditur, vtpote quod ab vtriusq; sexus mixtione fęcundum euasit, sed tantùm à terra conseruatur tamdiu, donec cle-
B mentior aëris euasit temperies, quo tempore primo ex hoc semine fieri credo Vermiculum, » ac deinde reliquas mutationes subire, quas his verbis recenset[l] Aristoteles. Crescit in terra » Vermiculus, deinde fit ex eo, quod Tettigometra appellatur parẽtis nomine, quo tempore » gustu suauissimæ sunt antequam cortex rumpatur. Post modum circa solstitia noctu exeunt » statimq; rupto cortice prodeunt Cicadæ ex matrice illa Cicada, quam Tettigometram mo- » do dixi, nigræ protinus, & duriusculæ, & maiusculæ. Hæcq; hunc in modum[m] Plinius. » Fit primo vermiculus, deinde ex eo, quod vocatur Tettigometra, cuius cortice rupto circa » solstitia euolant noctu semper, primùm nigræ, atque duræ. Ex hoc Plinij loco quidam elicere conantur Tettigometram apud Aristotelem esse fœtum in terra emissum, & cortice obductum, è quo postea Cicadarum enascatur multitudo. Verùm fatua est prorsus horum sententia, quandoquidem è Tettigometra non plures, quàm vna Cicada prouenit. Similis enim Cicadarum ortus & Papilionum est, quod enim in his primum est Eruca, id in illis Vermiculus, quodq; in Eruca postea chrysalis seu aurelia, id in Cicadis Tettigometra, ex qua demum Cicada. Differt autem illa plurimùm à Chrysalide, quòd hæc rudis quædam
C fit moles, in qua nullæ partes corporis distinctæ conspici queunt, in Tettigometra verò caput, oculi, pedes, pectus, cæteraque partes exceptis alis apertissimè cognoscuntur, colore subalbida est, sed multis lineis subferrugineis respersa, ex hac Tettigometra, vt mihi singulis annis videre contigit, exit Cicada hoc pacto. cùm è Tettigometra egredi cupit, ascendit primùm arborem, & ilico alicui ramo adhæret, (quamuis scribat[n] Aristoteles, vbi Cicadæ eruperint, oleis, & arundinibus insidere) deinde exit parte superiore, in qua rima primum apparet. rupto autem operculo, vt rectè scripsit philosophus, parum in eo relinquunt humoris, nam hoc operculum cùm manibus contractarem, humore aliquo aquoso digitos illeuit. iam tum simulatque Cicada emersit, toto ferè corpore viridis est, dein superiore parte aliquantum ad castaneum vergit, quæ spacio vnius diei subnigro fit colore. insidet tam diu huic exuuio, donec volare incipiat, imbecilles enim primùm sunt alæ pedesque, vt difficulter incedere queat. Huic verò Cicadæ exuuio nullum, quod sciam, nomen à Græcis est impositum peculiare. τρύπιν quidem Hesychius scribit vocari γῆρας τέττιγος, ἢ ὄφεως ἢ τοῦ ἐχιδνόμορφου, hoc est senectam seu exuuium Cicadæ, aut serpentis, & aliorum quæ pellem, & senectam exuere solent. Idem testis est exuuium anguis, vel Cicadæ συφαρ
D appellari, quod alio modo λεβυρὶς, & γῆρας dicitur. [o] Lucretius modò tunicam appellauit, vt in hoc versu:

*Quum veteres ponunt tunicas æstate Cicadæ.*

modò folliculos, vt in [p] alio:

*Folliculos vt nunc teretes æstate Cicadæ*
*Linquunt, sponte sua victum vitamq; petentes.*

Ex quibus versibus notare licet, & tempus, quo se à cartilagineo illo inuolucro liberant, nimirum æstatem.

Anguillarũ generatio.
Semen cicadarum vt fęcundetur
In arboribꝰ non nasci.
[i] 5 *Histor. cap.* 30.
In terra parere.
In Arundinibus.
In squilla
Pluuioso tẽpore plurima.
[k] *Lib.* 11. *cap.* 26.
[l] *Li.* 5. *Hist. cap* 30.
[m] *Lib.* 11. *cap.* 26.
Tettigometra quid & eius descriptio.
A Chrysalide quid Tettigometra differat.
Vt è Tettigometra exeat.
[n] *Li.* 8. *Hist. cap.* 17.
Exuuium Cicadæ.
[o] *Lib.* 4.
Tunicæ.
[p] *Lib.* 5.
Folliculi.
Quando exuuium relinquant.

E

# LOCVS.

In frigidis locis non sunt. [a] *Li.5.Hist. cap.30.*

IN frigidioribus regionibus, vt septentrionali plaga non reperiri certum est, vtpote cùm loca calidiora ament, propterea q; in Italia frequentes. Nasci (inquit [a] Aristoteles) non possunt, vbi arbores desunt, quocirca „ apud Cyrenam nullæ in campo sunt, cùm circa oppidum ipsum multæ „ proueniant. Oleas maximè amant, vt minus vmbrosas. Loca enim frigi- „ da aspernantur; quamobrem in opacis nemoribus esse nequeunt. Quæ sic „ tradit [b] Plinius: Cicadæ non nascuntur in raritate arborum, idcirco sunt (alij legunt non „ sunt) Cyrenis. circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis, aut vmbrosis nemoribus. „ Desunt quoque in alijs regionibus, vbi & arbores conuenientes sunt, & cæli calidior aura fauet, nescio qua de causa. Diuersitate locorum, inquit [c] Aristoteles differentia oritur. vt „ enim locis nonnullis gigni aliqua nequeunt; sic alijs generantur quidem, sed pauciora, & „ vita breuiore, nec prospera. Locis etiam vicinis discrimen eiusmodi existit: vt agri Milesij F locis sibi propinquis Cicadæ alteris gignuntur, alteris non. Amnis in Cephalonia insula „ dirimit, cuius citra alterum latus Cicadarum copia est, vltra altrum nullæ. Quæ [d] Plinius „ breuiùs hoc modo. Est quædam & ijs locorum differentia. In Milesia regione paucis sunt „ locis. In Cephalenia (quidam codex manuscriptus habet Cephania) amnis quidam pe- „ nuriam earum, & copiam dirimit. Melius hîc arbitror scribi Cephalenia, quàm Cephania, quia id ex Aristotele transtulisse videtur, cuius lectionem veram esse Antigonus in Mirabilibus Narrationibus confirmat, qui hæc eadem ex Aristotile transcripsit. Cephaleniam quoque, inquit, fluuius diuidit, cuius ab altera parte sunt Cicadæ, ab altera verò non sunt. Nec id vsque adeo mirum est, quod de Cephalenia ab his commemoratur, quandoquidem & idem Antigonus eodem in libro narrat, quòd in Dulichio maris Ionij insula in flumine quodam ab altera parte illius fluuij Cicadæ sint, ex altera parte non sint. Simile quid in agro Nolano in Vesuuio monte accidere recitat [e] Ambrosius Nolanus. Et, inquit, Vesuuius (qui Nolanum agrum à meridie claudit) Cicadas nescit: Abella (quo monte idem ager ab arcto sepitur) plurimas producit & alit. Caret his & Gecala mons in agro Nolano situs & vniuersus ager, vt tradit idem autor in [f] Opusculo de Nola, cùm tamen vinorum, ac fru- G ctuum sit mons ille Gecala fœcundissimus. Ne aliquando, inquit, aures offendat Gecala dulcis Cicadas nullas gignit, admittitq; veluti omnis ager Nolanus ea molestia caret. Aiunt quoque Neapoli Cicadas non esse, cuius causam quidam in hominum industriam seu artem referunt, qua similia animalcula à locis prohiberi posse autumant. quæ autem hæc ars sit me latet, nec ij explicant. potiùs itaque censeo id naturæ fieri beneficio, quemadmodum & alia plurima, quæ quotidie à scriptoribus commemorantur, vt quod Romæ in Templum Herculis nunquam ingrediatur, aut Musca, aut Canis, nec in Insula Borysthene in Templum Achillis vlla auis. & similia plurima. Aegyptus verò Cicadis plurimùm scatet vtpote cuius terra putetur has sponte producere. Quod autem prouincia Narbonensis ijsdem abundet, ait [g] Iohannes Bruyerus fieri ob oleas, quarum ibidem ingens est copia. Nam hasce à Cicadis summoperè amari superiùs ex Aristotelis citato loco licet cognoscere. Sunt & alia plurima loca ab autoribus celebrata, quæ Cicadas habent, verùm mutas. Scribit [h] Plinius in agro Rhegino Cicadas omnes silere, vltra flumen in Locris canere, idem testatur Pausanias rerum Eliacarum secundo. [i] Strabo quoque refert Rheginum agrum à Locrensi dirimi fluuio, cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Locrensi versantur ripa sonan- H tiùs stridere, cùm in Rhegino sint mutæ. Huc referendi sunt versus quidam Martialis quibus ad Frontinum scribens se excusat, quòd non amplius cum eo exspaciaretur in nemus Rheginum, quod placidos recessus vocat Anxuris, cùm sciret ibi Cicadas silere: canit enim:

*Anxuris æquorei placidos Frontine recessus*
*Et propius Baias littoreamq; domum*
*Et quod inhumanæ cancro feruente Cicadæ*
*Non nouere nemus, flumineosq; lacus*
*Dum colui, doctas tecum celebrare vocabat*
*Pierides: nunc nos maxima Roma terit.*

Ait præterea in Acantho vrbe Aetoliæ mutas esse Cicadas: idemq; traditur de Seripho, & Macedonia. vnde [k] Aelianus. In Cyrene ranæ tantùm omnino mutæ sunt: vt in Macedo-

Dulichiũ.

Vesuuius mons. [e] *Lib.1.c.1*

Gecalmõs in agro Nolano. [f] *Lib.2.c.5.*

Cur Neapoli nõsint.

Aegyptus Cicadis abundat.

Narbonensis prouincia. [g] *Lib.13. ca.26.de re cibaria.*

Mutæ Cicadæ. [h] *Lib.11. cap.27.*

Rheginus ager. [i] *Li.6.Geog.*

Acanthus.

Seriphus. [k] *Lib.3. de Anim.c.35.*

nia

A nia sues, & genus quoddam Cicadarum. Ex quibus manifestè patet [1] Isidorum hallucinatum fuisse, qui apertissimè scribat apud Rheginos tantùm mutas esse Cicadas, nec vsquam alibi. Macedonia. [1] Li.12.Ori.

# CANTVS, EIVSQVE RATIO.

CICADAE inter Insecta ἐγκέλαδα numerantur, quòd sonoram vocem edant. id τεττίζειν Græcis dicitur, id est stridere, [a] Theocritus à sono, quem emittunt Cicadæ τέττιγες λαλαγεῦντες vocat. Latini Cicadas fritinnire aiunt autore illo, cuius de Philomela carmen extat. [a] εἰδιλ. ζ. Fritinnire.

*Et cuculus cuculat, fritinnit rauca Cicada.*

Adrianus Turnebus in suis ad Varronem de lingua Latina Commentarijs
B ait. Hirundo fritinnit suauiter; alij Cicadam fritinnire, hirundinem trinsare dicunt. Increpare Cicadas dixit [b] Calphurnius, quod propriè significat cum strepitu, & sonora voce incusare, fortè imitatus Sidonium, qui cecinit auribus insonare Cicadas meridie concrepantes. Sed si propriè loqui velimus, eas canere dicemus, vt Apes bombum, aut murmur emit-
» tere. Nec id ab [c] Aristotelis doctrina abhorret, is enim ita. Nullum, inquit, ex ijs (Inse-
» ctis) spirat, sed alia murmur edunt, vt Apes: alia canere dicuntur, vt Cicadæ. Cantus huius suauitatem tanquam μελῳδίας plenam multi veterum nobis commendarunt. Quam dulcis (inquit Diuus [d] Ambrosius) etiam in exiguo guttere Cicadis cantelena, quarum cantibus medio æstu ambusta rumpuntur, eoq; magis canoræ meridianis caloribus, quo puriorem aërem id temporis attrahunt spiritu, eò cantus resonant clariores. Adscribunt, & poëtæ Cicadis canendi dulcedinem: Pontanus in Eridano. [b] Eglog.5. [c] Histor. 4. cap.9. Cantus Cicadarum commendatio. [d] Hexam.6. cap. 22.

*Sunt etiam gemina frondosa in vite Cicadæ*
*Cesserit his cantu vel Philomela suo.*

& [e] Theocritus alibi quendam ita ob cantum commendauit, vt eum Cicadis prætulerit. & insuper in amœnissimo illo rure, quem descripsit, cantum Cicadarum, qui aures audientium
C oblectaret, non omisit, canit enim: [e] εἰδιλ. ζ.

—— αὐτὰρ ἐγώντε καὶ Εὔκριτος ἐς φρασιδάμω
Στραφθέντες, χ' ὠ καλὸς Αμυύτιχος, ἔντε βαθείαις
Αδείας σχίνοιο χαμευνίσιν ἐκλίνδημες,
Εντε νεοτμάτοισι γεγαθότες οἰαρέοισι.
Πολλαὶ δ' ἄμμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
Αἴγειροι πτελέαιτε τὸ ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν
Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσι αἰθαλίονες
Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον. Id est.

—— *Sed ego & Eucritus ad Phrasidami domum*
*Conuersi, simulq; pulcher Amintichus, in profundis*
*Amœnissimi iunci thoris recubuimus,*
*Inq; recens abscissis læti pampinis*
D *Multæ nobis supra caput quatiebantur*
*Populiq;, vlmiq;, & prope sacer riuus*
*Nympharum ex antro defluens murmurabat.*
*Ad opacos verò frutices ardenticulæ*
*Cicadæ garrientes laborabant.*

Apud [f] Athenæum ex Simonidis Epigrammatibus citatur versus, quibus psaltriam quandam suauiter canentem adducit, qua Cicadas, & aliàs canoras aues suaui suo cantu alliceret. [f] Li.15.c.11. Deipnosop.

*Tindarides quæ caneret hanc (nimirum Psaltriam) Phœbus*
*Illam verò mites Cicadæ chorono cinxerunt inducit.*

Lucianus quoq; in quodam dialogo Icones siue Imagines inscripto, vbi formosissimā mulierē honestissimamq; & omnibus numeris virtutum absolutissimā effingit, ait quoq; hanc decere vt eloquens sit, dulci ac suaui sermone loquatur, vt quādo voce illa tinnula canere adorta fuerit, pręcipuè verò ad citharā, tū verò tēpus sit ex ęquo tacēdi & Alcyonibus & Cicadis

Quo canãt tempore.

& canoris oloribus. Nunc verò, quo canant anni tempore, quaue diei hora, & quãdo incipiant, quomodo in ijs cantus fiat, dicamus. Canere autem incipiunt, vbi paululum temporis è Tettigometra exierunt, quod fit æstatis tempore. Minores autem Cicadæ, vt citiùs prodeunt, ita citiùs canere incipiunt, quamuis earũ cantus non tam facilè sentiatur, obscuriorq; sit, quàm Cicadarum, quę maiores, & Achetæ appellantur, de quarum cantu, si quid ab autoribus traditum, intelligendum arbitror. Hæ autem canunt sub Sirio Astro, cùm capræ, ac vinum optima sunt, mulieresq; maximè salaces, vt canit [g] Hesiodus.

[g] Εργ. καὶ ἡμερ.

Ἥμος δὲ σκόλυμός τ' ἄνθα, καὶ ἠχέτα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων θέρεος καματώδεος ὥρη
Τῆμος ποιότατοί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος
Μαχλοτάταιτε γυναῖκες, ἀφαυρότατοὶ δέ τε ἄνδρες
Εἰσιν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σείριος ἄζει. Id est

*Quum verò carduus floret & canora Cicada*
*Arbori insidens stridulum effundit cantum*
*Frequenter sub alis æstatis laborioso tempore,*
*Tunc pingues capræ & vinum optimum,*
*Salacissimæ mulieres & viri imbecillimi*
*Sunt; quoniam caput & genua Sirius exiccat.*

Scire autem plurimùm refert, quo anni tempore Cicadæ canant, quia alioqui poëtæ intelligi, nequeunt vtpote qui cantus Cicadarum frequentem mentionem faciunt. Mediam autem æstatem, & dies caniculares per earum cantum exprimunt, & circumscribunt. Velut Ananias Iamborum scriptor apud [h] Athenæum, tunc tempestiuum ait è cane, aut lepore, aut vulpe cibum, cùm Cicadæ strident hoc est, cùm æstas viget, & Sirius æstuat. & [i] Plinius inquit, ex modo citatis Hesiodi versibus. Cicadæ sunt cantus acerrimi, quo tempore scolymus floret. Hic autem, vt loquitur [k] alibi, floret serò, diu, & æstate. Nam alio rursus in loco de Cicadis ex professo scribens, quo anni tempore canant, inquit circa solstitium id fieri, intelligendum autem hîc solstitium æstiuum. Verùm mirari aliquos video, cur ad cantum eo tempore nimirum æstate excitentur. mirari autem desinent, si sciant id fieri ratione caloris, quo maximè ad cantum excitantur, propterea q; quamuis sint dies caniculares tamen non canunt, nisi cùm splendeat sol vehementiùs, magnumq; calorem radijs emittat, quod plærunq; fit horis duabus, aut tribus post auroram, maximeq; Hesiodum admiror, qui per totam diem & sub aurora canere scribit his versibus.

[h] *Lib.7.c.5. deipnosoph.*
[i] *Lib.22. cap.22.*
Scolymus quo floreat tempore.
[k] *Lib.21. cap.16.*
Æstate cur canant.
Sub Aurora nõ canere.

Καίτε πανημέριος τε καὶ ἠῶος χέα ἀυδὴν
Ἴδια ἐναμοτάτῳ, ὁπότε χρόα Σείριος ἅπτει, Id est,

*Atque per totam diem & manè sub aurora fundit vocem*
*Æstu in grauissimo quando & corpus Sirius exsiccat.*

Nisi hîc per auroram non diluculum, sed antemeridianum tempus intelligat, in qua significatione aliquando ab autoribus, & poëtis præsertim sumitur. hoc enim diei tempore canere incipiunt [l] Aeliano etiam teste. A prima, inquit, luce donec impleantur hominum conuentu fora, silent. vigore solis progrediente, cantare aggrediuntur. & tanquam laborioſi cantores supra caput messorum stantes, aures ipsorum & pastorum viatorumq; demulcere studeant. [m] Calphurnius quoque docens pastores quomodo æstatis tempore greges, & armenta pascere debeant, ait ante diem pecus debere exire, hoc est ipsa aurora, vel primo diei diluculo, propter gramina, & herbas, quæ iam rore nocturno madẽt, postea verò inquit.

*Lib.1. Animal.c.20.*
[m] *Eglog.5.*
Gregesqua diei hora tempore æstiuo sint pascendi.

*Vt simul argutæ nemus increpuêre Cicadæ*
*Ad fontem compelle greges; nec protinus herbas*
*Vel campos permitte sequi; sine protegat illos*
*Interea veteres quas porrigit Eusculus vmbras.*

Quis hîc non videt Calphurnium intelligere tempus illud, quò sol iam æstuat, & inualescẽs fortiùs percutit radijs, vt tunc scilicet fontibus admoueantur greges, & sub vmbra deinde retineantur; in quo sensu & sua hæc carmina fecit [n] Virgilius:

[n] *Li.3.Gior.*

*At verò zephyris cùm læta vocantibus æstas*
*In saltus vtrumq; gregem, atq; in pascua mittes:*
*Luciferi primo cum sydere, frigida rura*
*Carpamus; dum manè nouum; dum gramina canent:*
*Eros in tenera pecori gratissimus herba,*
*Inde vbi quarta sitim cæli collegerit hora*

Ei

A *Et cantu querulæ rumpent arbuſta Cicadæ*
*Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto*
*Currentem ilignis portare canalibus vndam.*

Nec hîc omittendus pulcher quidam apud [o] Nicandrum locus, quo ruſticis, quibus interdum frigora media hyeme adeo ſtupidas reddunt manus, ac torpidas, vt neceſſe ſit ijs ab operibus incæptis deſiſtere, ſuadet, vt ad vſum ſpolij Amphisbænę ſe conferant, quod ante cantum Cicadæ, ſiue vt eius verbis vtar, πρόστε βοῆς τέττιγος, exſiccatum ſit. Quo autem id fiet tempore? ſed verſus eius adijciam.

Τὴν μὲν ὀϑ ἀδρωνῆται ὁροιτύπος βατῆρα
Κόψαντες ῥάδινα πολυσ έφεος κοτίνοιο
Δέρματος ἐσκύλευσαν, ὅτε πρώτιστα πιφαύσκει
Πρόστε βοῆς τέττιγος ἐαρτέρου.

Id eſt vt quidam vertit.

*Hanc* (Amphisbænam) *capere vt potuit primum lignator adultam*
*Exuuijs ſpolians, oleaſtri ex arbore cæſum*
B *Conuellit baculum, tereti ſerpentis amictu*
*Ante crepent querulæ quàm rauca voce Cicadæ.*

πρόστε βοῆς id eſt, vt exponit Nicandri interpres, πρὸ τοῦ ἔαρος hoc eſt ante ver, ἤγουν πρὶν τὸν χειμῶνα, inquit, πρὶν τὸν τέττιγα ἐπιφάναι. Id eſt, in ipſa hyeme, antequam Cicada appareat. malè quidem. vbi verò vnquam vere Cicada apparuit? cùm ex tot diuerſis autoribus comprobatum iam ſit media æſtate ſonum edere? [p] Maronis etiam veriſſimi rerum indagatoris, ac poëtæ nobiliſſimi hic verſus reclamat,

*Sole ſub ardenti reſonant arbuſta Cicadis.*

Sed ait idem Scholiaſtes [q] Nicandri in quibuſdam exemplaribus ſeu codicibus inueniri, aut legi κόκκυγος id eſt Cuculi pro τέττιγος id eſt Cicadæ, ita vt ſenſus ſit antequam cuculi cuculant, qui plærunq; id facere ſolent verno tempore. Ego verò priorem lectionem probo, nec id ſine ratione. Quandoquidem ἐαρτέρου, quo epitheto vtitur Nicander, non eſt, vt vult Scholiaſtes, poſitum ἀντὶ τοῦ ἐαρινῷ, id eſt verni, tanquam ſi comparatiuus propoſitiuo acciperetur, ſed pro λεπτῷ ἁπαλοῦ tenero, aut tenui. Nam ἐάρτερα Heſychius exponit λεπτὰ, ἁπαλὰ, πυκνὰ, χρόνια. Ita vt ſit ſenſus, pellem Amphisbęnę ſtringendam eſſe,
C & arefaciendam, cùm iam recens interempta fuerit ante tenerę Cicadæ teretiſmata ſiue cantus. Nec huic ſententiæ quidquam reclamat βοῆς vocula, vtpote quæ potiùs Cicadæ, quàm cuculo conuenit. Nam & Ariſtophanes in Auibus cecinit, Ἀχέτας βοᾷν. Id eſt Cicadas clamare. Cantus autem earum quandiu duret, certò ſcire non poſſum. fieri enim poteſt, vt in ipſa æſtate nouæ ſubinde enaſcantur alijs pereuntibus, certum tamen eſt omnes iam autumno appropinquante ſilere. Nunc verò quomodo ab ijs ſonus elidatur (de qua re tam diſcrepantes ſunt autorum ſententiæ) docendum eſt. Putarunt Aegyptij, ſi Horo credere
» eſt, Cicadas per aculeum emodulari, quòd motu ſuo ſtridorem cierent, veluti plectrum,
» quo citharæ pulſantur. Videtur [r] Diuo Baſilio aëris id fieri reſpiratione, his verbis. Quis
» inquit, canendi modus Cicadæ, vt meridie magis incumbant Cicadæ cantui aëris tractione (quę fit cùm pectus expanditur) ſonum elidentes. Verùm id neutiquam credendum, cùm antea firmiſſimis rationibus probatum ſit, Cicadas nullo pacto reſpirare, vtpote quę pulmonem non habeant. quæ ratio eſt, cur Plinius eas vocem habere neget, & ante ipſum Ariſtoteles firmiſſimis rationibus comprobauerit. falſam quoq; Aegyptiorum eſſe opinionem (per aculeum nimirum modulari) vnica hęc ratio probat. quia capite, cui hæc in-
D hæret fiſtula, ablato canere nobis apertiſſimè ſcripſit [s] Cardanus. Canit autem, inquit,
» Cicada capite abſciſſo, vt experti ſumus, ac diu ſuperuiuit: quod etiam ei Locuſtarum
» generi, quod Gryllus vocatur, accidit. idem quoque ante Cardanum ſe expertum eſſe: tradidit [t] Albertus Magnus. Quodſi, inquit, Cicadæ cantanti excidas caput, viuit adhuc, diuque canit in pectore, quandoque etiam auolat. Quidam quoq; exiſtimarunt in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes, eoſq; vt loquitur [u] Plinius, inter ſe terendo, ſonum edere. Cæteri verò omnes membrana ſub pręcinctu, quod Gręcis διάζωμα dicitur, ſonum hunc elidi putant, idque docet Celianus; Cęterę, inquit, aues Indię os expreſſum habent, ac ore valent ad cantum, moreq; hominum lingua loquuntur. Cicadę non ita, ſed circa cinctum (membranę verberatione κατὰ τὸν ἰξῶ habet Gręcus codex) loquuntur. hac autem membranula ſpiritum contineri putant, eiuſq; attritu canere. Sonum enim in Inſectis putat [x] Ariſtoteles ſpiritu intimo moueri, ſic enim loquitur de omnibus Inſectis, quę ſonāt. Omnia verò, inquit, in eo genere mębrana ſepto tranſuerſo ſubdita,

[o] *In Theriaca.*

Amphis bęnæ pellis quo tempore ſiccanda ruſticis, & ad quid.

[p] *Eglog. 2.*

[q] *Lib. 1. de Arte amādi*

Quandiu canunt.

Canendi modus.

[r] *Homil. 8. Hexam. diuini officij.*

Vocem cur nō habeāt.

Per aculeū non canere falſum.

[s] *7. de Var. rerum c. 28.*

Abſq; capite Cicadā canere.

[t] *Lib. 26. de Animal.*

[u] *Lib. 11. cap. 29.*

[x] *Li. 4. Hiſt. cap. 9.*

qua præcinctum corpus diſtinguitur ſonant, vt genus Cicadarum attritu ſpiritus. Quę omnia planiùs in libro de Reſpiratione nobis patefecit, de Inſectis oſtendens quomodo refrigerentur, ait. Quæ verò de ſanguine orbatis longiùs vitam protrahunt (Omnes enim Inſectæ ſanguine priuantur) ijs ipſis membranula ſepto tranſuerſo ſubdita adhibetur, qua præcinctum corpus diſcriminatur, vt per eam graciliorem ipſæ quoq; refrigerentur. Nam ſi calidiores ſint, maiorem deſiderant refrigerationem, vt Apes, de quibus etiam nonnullæ vſq; ad ſeptem annos vitam protrahunt: & alię quę murmur edunt, vt Veſpæ, vt Galerucæ, vt Cicadæ. Hæ enim perinde, ac ſuſpirabundę ſpiritu ſonum reddunt: quia cùm innatus, & inſitus ſepto tranſuerſo ſpiritus attollitur, & contrahitur, euenit ipſius membranulæ fieri attritum. Siquidem hanc partem non ſecus mouent, atque cętera animalia extrinſecus aërem pulmonibus arripientia, & piſces branchias agitantes. Atq; idem propemodum Inſectis accidit, quod ſpirantibus animalibus, ſi faucibus obſeptis ſtrangulentur, hæc enim pulmonibus id genus elationis agent. Sed intereſt, quòd his è tali motu non valde idonea adfertur refrigeratio, illis omnino adfertur. Atq; etiam ex confrictu membranulæ, vt proximè docuimus murmur exprimunt, quale pueri ex arundine perterebrata elicere ſolent, cui tamen tenuior affixa ſit pellicula. Hoc etiam modo ea Cicadarum genera canunt quæ ſuo ſtridore canora ſunt, Hucuſq; Ariſtoteles: hunc in Cicadis canendi modum ſe expertum eſſe teſtatur [y] Pierius Valerianus. Cæterùm, inquit, de ſono diuerſa aliorum ſententia, quippe qui attritus ſit interioris ſpiritus. Quin etiam experimento compertum eſt, Cicadam non canere per oris aculeum, ſed colliſo attrito agitatoq; frequenter cauo vtero. quòd pueri digitorum ſtimulatioue non ſemel explorauimus. Quia verò hæ partes, quibus cantus eliditur, ſub alis ſunt, haud impropriè mihi locuti videntur antiqui Poëtę ſub alis Cicadas canere. Nam apud Demetrium Sapphus de Cicada, πτερύγων, inquit, ὑπὸκαταχέϊ λυγυρὰν ἀοιδάν; ὅτι ϖοτ' ἂν φλόγιον καθέταν ἐϖιπτα'μβυον, καταυδᾷ. hoc eſt. ſub alis autem funditat argutam cantilenam, quemcunq; tandem in locum æſtuoſum aduolans ſonorum reddat. Nec diuerſo ab hoc ſenſu ſunt hęc [z] Heſiodi.

— καὶ ἵχεται τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὸν καταχέυει ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων θέρεος καταμάδεος ὥρη.

Atque ita quoq; intelligendus Proclus Diadochus, qui, vt alij arbitrati ſunt ex alarum qualeſcunq; ſunt attritu cantum Cicadarum prouenire putat, cum dicit, Οἱ τέττιξ ὑϖὸ ταῖς ϖτέρυξι τρίβων ἑαυτὸν, καὶ ἦχον ἐκϖέμϖων, quod eſt, Cicada canit ſub alis ſemetipſam applodens, & ſtrepitum ita ciens. Sed ne in his diutiùs moremur, vlterius progrediamur, cauſſam quęrentes, cur Cicadæ non omnes canant. Dictum enim eſt Cicadas alias mutas eſſe, alias canoras, quas Achetas appellarunt, nec etiam has vbiuis locorum ſtridere, ſed in quibuſdam item locis mutas eſſe: [a] Plinius ait Achetas canere ſub pectore, quod ijs eſt fiſtuloſum. Planius Ariſtoteles, qui ob præcinctum ſciſſum, quod habent, eas quæ canunt, ait canere, mutas verò eas eſſe, quæ hoc ſciſſum non habeant, idq; patet ex pluribus eius ſententijs, quæ varijs in libris ſuper hac re ſunt reſperſæ. In [b] Hiſtoria Animalium, inquit, Cicadarum duo ſunt genera; aliæ enim minores ſunt, quę primę prodeunt, & nouiſſimę pereunt, alię maiores quę canunt, eędęq; nouiſſimę prodeũt, & primę intereunt. Sũt quę canũt pręcinctu diuiduę, ſiue minores ſiue maiores ſunt. Quæ autẽ non canunt indiuiduę conſtant. eadẽq; dixit libro de Spiratione his verbis. Hoc etiam modo Cicadarum genera canunt, quę ſuo ſtridore canora ſunt, quoniam calidiore conſtant natura, & pręcinctu diſcreta ſunt, cùm muta indiſcreta formentur. Eademq; ratio eſt, cur in vtraq; ſpecie tam maiori quàm minori fœminę ſileant. Nam ex diligenti vtriuſq; ſexus inſpectione cognoui mares omnes membranam habere exterius circa pręcinctum in medio bifidam, cuius figura fructui reſpondet Thlaſpi parui hieracifolij à Lobelio depicti, hacq; membrana fęminas carere. Hoc ruſticis notum eſt, qui etiam omnes affirmarunt Cicadas tali membrana deſtitutas ſilere, canere verò quę ea ſunt prędite. cęterùm quòd fęminę ſileant, locupletiſſimi ſunt teſtes [c] Ariſtoteles, & [d] Plinius, is enim in Hiſtoria Animalium, Mares, inquit, in vtroque genere canunt, fęminę ſilent. Eademque [e] Ælianus. Hoc, ait, cantandi ſtudium ſolis maribus à natura tributum eſt. Cicadę fęmina muta eſt, ac more ſponſę verecundę ſilentium ſibi conuenire exiſtimat. Sed loquaciſſimi etiam mares aliquando ex ipſa ſoli, aut loci natura obmuteſcunt, vt de Inſula Seripho, Macedonia, agroque Rhegino traditum eſt. res certè hęc maximè mira eſt, eiuſque cauſa inueſtigatu difficillima. neque enim ad pręcinctum cauſa referri poteſt, quo deſtitui fœminas videmus. Nam ſcribit Ælianus, quod video paucos animaduerſiſſe Cicadas in agro Rhegino ſilere, ac viciſſim Rheginas Locris mutas eſſe, ita vt vtręque ſimul

canorę

Præcinctũ Inſectorũ.

[y] *Lib. 26. hieroglyph.*

Cicadę cur ſub alis canere dicantur.

[z] ἔργ. καὶ ἡμερ.

Cur mutæ alibi Cicadæ.

[a] *Lib. 11. cap. 26.*

[b] *Li. 5. c. 30.*

Cur fœminæ ſileant mares cantent.

Fœminæ ſilent.

[c] *Li. 5. Hiſt. cap. 30.*

[d] *Lib. 11. cap. 20.*

[e] *Li. 1. Animal. c. 20.*

Rheginenſes Cicadæ cur mutæ.

A canoræ sint, & mutæ, ob loci diuersitatem. Simileq; quid scribit de Seripho insula Plinius. eas nimirum Cicadas, quæ ibidem mutæ sunt, si aliò transferantur stridere, quemadmodum etiam de Ranis Cyrenaicis affirmant, quæ in terra patria silentium præstant, si aliquo verò portentur, coaxant. Alia itaq; huius rei causa quæritur. an frigida temperies? Nam Theophrastus apud [f] Ælianum tradit vbi cæli constitutio frigida est Gallinaceos non canere. Itemq; Cicadas calore ad cantum excitari docet quotidiana experientia, cùm iam inualescente solis calore obstrepere incipiant. accedit ad hoc, quod tradat [g] Aristoteles Cicadas eas quæ canunt, fœminis multò esse calidiores. Hæc fortasse ratio esse potest, cur in Macedonia quædam sileant. Sunt tamen alij, qui alias producunt rationes, cur in Rhegino sileant agro. Fabulosas quasdam narrat Solinus, & alij de quibus inter fabulas agetur. Strabo putat vmbrosam opacamq; esse Reginorum regionem. vnde horum animalium pellicu-
» læ inhumidantur in Locrensi vtpote loco aprico arescere æstu, verba eius sunt hæc. Cùm
» fluuius Alex Rheginum à Locrensi disterminet agro, qui per vallem profundam cursum
» habet, peculiare quoddam hîc de Cicadis obuenit. quæ enim in Locrorum ripa versantur
» sonantiùs stridentialijs vox nulla contingit. Eius rei hanc causam suspicantur esse. Nam cùm
B ijs omnino vmbrosa regio sit, vnde roscidas alarum pelliculas minimè pandant. illis sole
» feruida est, vt aridas, & veluti corneas habeant, vnde aptè stridor emittitur. Huius taciturnitatis causam non equidem arbitror ad frigus reduci rectè posse, nec ad vmbrosum humidumq; aërem, sed occultam causam prorsus existimo, prudenterq; propterea scripsisse [h] Plinium ignota quadam ratione Cicadas agri Rhegini mutas esse, tranatoq; flumine statim es-
» se canoras. Hunc secutus est [i] Aelianus. Rhegini, & Locri pacem, inquit, inter se habent,
» atq; vtrisque ad alterius agros accedere, & agricolationem exercere liberum est. Cicadæ
» tamen cum ijs non sentiunt. Nam Locrenses in Rhegino agro silent, Rheginæ viciſſim
» Locris mutæ sunt. Huiusce silentij, nec ipse causam neque quisquam alius, nisi ad disse-
» rendum sit temere audax, intelligit, sola natura nouit. Fluuij igitur, & si inter Rheginos,
» & Locros medij ripæ, non iugeri spacio distant; tamen neutræ transuolant Cicadæ.

Vmbrosa Reginorū regio.

[f] *Lib. 3. de Anim. c. 38.*
[g] *Lib. de Spiratione.*
[h] *Lib. 11. cap. 27.*
[i] *Lib. 5. de Animal. cap. 9.*

# VICTVS.

C OLEAS, non vt commedant, amant maximè, sed propter vmbram, quæ nec nimium leuis, nec densa est. [a] Athenæus de aquarum natura, ac earum varietate differens, aqua Cicadas nutriri ostendit, eoq; argumento vtitur contra eos, qui aquam minimè nutriendo idoneam esse asseuerabant. Quod autem, inquit, aqua nutriat id considerantibus manifestissimè patet, quòd
» animalia quædam hac sola nutriuntur, velut Cicadæ. Rore has vesci com-
» munis est opinio maximeq; poëtarum. testatur hoc hic versus Hesiodi in scuto Herculis.

Οὔτε ποσὶς καὶ βρῶσις ἦλυς ἔφασι. Id est.
*Cuius & potus & cibus fœmineus ros est,*

Theocritus in Nomeo.

Μὴ πρῶνας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ, quod est,
*Nunquid rorem depascitur vt Cicada.*

Et Menalcas apud [b] Virgilium.

*Dum Thymo pascentur Apes, dum rore Cicadæ*
*Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.*

Cur ament oleas.
Aquam nutrire.
[a] *Lib. 2. de ipnos. cap. 2.*
Rores vescuntur.
[b] *Eglog. 5.*

D. Huc refero & alios quosdam versus à Suida ex aliquo Epigrammate citatos.

Ἠχήεις τέττιξ δροσερῇς ἐπὶ κισσὸν ἐβήσας
Ἀχρότομον μελέων μοῦσαν ἐρεμόλαλον. verto.
*Vocalis Cicada roscidis guttis ebria*
*Agrestam cantat musam in soletudine resonantem.*

Rore vesci & [c] Aristoteles ex rusticorum opinione putat: Excitatæ, inquit, cùm subuolant
» quendam reddunt humorem modo aquæ; quo rustici eas mingere, & excremento non ca-
» rere roreq; ali asseuerant. quæ planè sic [d] Plinius. Excitatæ cùm subuolant, humorem red-
» dunt, quod solum argumentum est rore easdem ali. Quomodo autem hunc rorem hauriunt, & per quas partes si ore carere diximus? idcirco tradit ibidem Plinius, vnum hoc animal ex ijs esse, quæ viuunt sine ore, pro eoq; quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore esse, quo rorem lambunt. [e] Aristoteles tamen ipse opinari videtur alimentum, quo aluntur Cicadæ in ipsa corporis humiditate situm esse, quam à natura habent; nec vllum in-

Per quas partes hauriant roré.
Alimẽtum proprium.
[c] *Li. 5. Hist. cap. 30.*
[d] *Lib. 11. cap. 26.*
[e] *de par. Animal. 4. c. 5.*

ter

ter Insecta esse, quod magis ieiunet, quia cùm parum caloris ijs insit, pauco egeant alimento, vt contrà in calidioribus animalculis licet cernere. Genus, inquit, Cicadarum maximè peculiarem omnium istorum naturam sortitum est: quippe quòd partem eandem in vsum tum oris, tum linguæ constitutam aptissimè habeat, qua veluti radice cibum ex humoribus trahat: nempe omne Insectorum genus minimo alimento contentum est, & propè sibi ipsa sufficiunt, non tam corporis exiguitate quàm frigiditate. Quod enim calidum est, cibum & desiderat, & concoquit citò: contrà quod frigidum est, cibo carere facilè patitur. Sed omnium maximè Cicadarum genus ieiunum est, satis enim ijs alimento est humor, qui in corpore remanet: sicut animalibus Ponticis, quæ non diutius, quàm diem vnum viuere queunt. Quamquam illis vita die vno perquam breui temporis spacio describitur, his plus temporis datur, tamen id quoque breue est. Hic itaque non negat philosophus nutriri, cùm augeantur Cicadæ: sed tamen dubitare videtur, an aliunde alimentum accedat aliud, quàm id humoris, quod in corpore à natura datum est. Si enim partes habeat cibum administrantes, vt dixit, videtur rationi esse conueniens, aliunde hoc animal nutriri, quàm ex humore, quem intus in corpore continet. Sibi tamen [f] alibi contradicere videtur, quando ait, excrementum ijs in aluo nullum esse. quod verissimum esse aliquoties comprobauimus dissecto per medium ventre. Aluumq; propterea quidam habere negarunt, hoc est foramen excremento excernendo idoneum, nos tamen foramen tale conspeximus, per quem humorem eijcit aquosum, qui in ventre continetur. Quomodocunque sit, vidi eas maximè ieiunas inter cætera Insecta, qui diu easdem in pixide conclusas viuas tenui, quo equidem inducor non alia eas ratione viuere, quàm qua Erucarum Papiliones.

[f] *Li. 4. Hist. cap. 7.* Aluum habere.

# ÆTAS. TEMPERAMENTVM, ET CAPIENDI RATIO.

PROBARI posse ex [a] Aristophane puto, Cicadas hyeme omnino non mori, sed in montium antris, aut terra se condere.

Ηνίκα ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς Αχέτας
Θαλπέσι μεσεμβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ
Χειμάζω δ' ἐν κοίλοις ἄντροις
Νύμφαις ὀρείαις συμπαίζων, id est.

*Quando diuina acute canens Cicada*
*Caloribus meridianis à sole furens clamat.*
*Hyeme autem in concauis speluncis*
*Nymphis montanis colludens.*

[a] *In Auibus*

Hyeme perire. [b] *Lib. 11. cap. 26.* [c] *Li. 5. Hist. cap. 30.* [d] *Lib. 4. de par. Anim. cap. 5.*

Hyeme tamen, imo verò in ipso adhuc autumno perire scimus, quin & [b] Plinij & [c] Aristotelis idem comprobat autoritas. vtriq; enim affirmant genera ea, quæ minora sunt altero genere citius prodire, nouissimeq; interire. & [d] Philosophus, vbi de earum vita agit, & cum Ephemeris animalculis eas comparat, hæc minus diu viuere (vtpote quæ vnum diem non excedant in vita) illas verò diutiùs, non tamen longam vitam protrahere ait. huius tam breuis vitæ causa est frigida temperies, qua præditas esse magis dicunt, quàm alia Insecta vt Apes, quas proditum duodecimum vsque annum vitam degere. Ioubertus tradit vt Apes, Cantharides, ac reliqua talia Insecta, ita quoq; Cicadas præualido esse temperamento. Capi manu posse Cicadas notum est vel etiam lippis tonsoribusq;, quòd hebetiore sint visu: arundine autem venari, non est vsq; adeo notum, docet me id versiculus Aristophanis ex Anagyro apud [e] Athenæum citatus, quo inquit: κερκώπιλω θηρευσαμένω καλάμω λιπτῷ, hoc est Cercopem gracili captam arundine, quæ (vt annotat ibidem Dalechampius) insidentes arboribus & canentes decutiat, est autem vti diximus κερκώπη Cicadę species, quamuis dicant alij esse animalculum Cicadæ simile. facilè autem ab Hirundinibus capiuntur, quòd Philes in eo libro, quem de Animaliũ proprietatibus inscripsit, his Iambis attestatur.

Breuis vitæ causa. Temperamentum. [e] *Li. 4. deipnos. cap. 3.* Arundine capi. ab Hirundinibus capi.

Ἁλίσκεται δ' οἰῶ εὐχερῶς ὑπὸ λύκοις,
Ἔποψιν ἀπὸ μέλιττα, καὶ χελιδόσι
πέττιξ φιλῳδός. hos Georgius Bersmannus metris latinis sic expressit.

*Balans inermis à lupis prehenditur,*
*Ab vpupa Apes, filia Pandionis*
*Cantus amans Cicada.*

ANTI-

A

# ANTIPATHEIA.

SVNT, qui adeo à Cicada sibi Cuculum timere putant, vt nunquam cantet, vbi illa fritinnit. Vnde rusticum est prouerbium, Doue canta la Cigala, non canta il Cucco, quod est, vbi Cicada cantat, ibi nõ cantat Cuculus. adeo enim Cicadis exosus est Cuculus, vt eum in mortem adigant. Hoc si verum est, Isiodorus falsissimè commentus fuerit, Cicadas è Cuculorum sputo nasci. Esset enim profecto nõ ferenda earum, ac nefanda ingratitudo, infenso animo eum aggredi, & ad mortem vsque deuexare, à quo vitam acceperunt, cùm à filijs expectandum sit, si quid parentibus feceris. Quidam enim apertissimis verbis prodiderunt Cicadas, simul atque cuculum absurdam illam vocem toties ante Canis æstum inge minare audiunt, veluti indignatas frequenti agmine inuadere, & sub alis eius sese recipientes, ac recundentes acerrimos morsus infligere, quorum cruciatu, atque dolore, cùm nec loco stare, nec quiescere possit, nec cibum capere, tandem Cicadarum multitudine oppressum vitam cum morte commutare. Hancq; caussam esse existimant, cur sub exortum Caniculæ cuculi cucularе desinant, nam eo tempore, veluti dictum est,

Cuculus timet Cicadam.

B

Sub canicu læ exortum cuculi cur nõ amplius cuculent.

——— *raucis*
*Sole sub ardenti resonant arbusta Cicadis*,

vt ait Maro, quæ vocem eorum hoc modo impediunt.

# DENOMINATA.

C

ΤΕττιγομήτρα Cicadarum est mater, siue matrix, quæ fit ex vermiculo, è qua tandem euolat Cicada, non autem Cicadarum fœtus in terram demissus, corticeq; obductus, è quo postea Cicadarum nascitur multitudo. Τεττιγοφόροι olim appellabantur Athenienses, eò quòd comæ cincinnis implicitas gestarent Cicadas aureas, quo argumento se probarent terræ filios, & αὐτόχθονας esse, ac γηγενεῖς, vt testatur Hesychius, & Eustathius, οἱδὲ ὕς ϛερον, inquit Eustathius, εὐγενεῖ Ἀθηναῖοι πραγματικῶς τεττιξὶ ἐσέμνυον ἑαυτοὺς τεττιγοφόροι ὄντες. Τεττιγας γὰρ ἐφόρουν χρυσοῦς εἰς σύμβολον τὲ γηγενεῖς εἶναι, ideſt Posteriores Athenienses, qui nobiles erant se inuicem studiosè Cicadis colebant, Cicadiferi (ita enim quidã vertunt) cùm essent. Cicadas enim aureas, vt nobiles se esse monstrarent, portabant. Sed de his postea vberiùs agemus. Τεττιγόνιας, alij Cicadas fœminas mutas, alij minores, quas Cicadulas, & Cicadastras appellat Gaza, arbitrantur. Τεττίζω est more Cicadarum stridorem edo, fritinnio.

# PRAESAGIA.

D

CICADA æstatem præsagit certò, hirundines, & Papiliones ver potius quàm æstatem, nam posteaquam apparuere, sæpe rursus tẽpestates, diesq; rigidiores superueniunt, quibus aut pereunt, aut sese in antra recipere coguntur, aut in latibula recondere, cùm post Cicadæ aduentum, nunquam frigus redijsse visum sit. Hinc est vsitatũ apud nostros Italos agricolas hoc eligans prouerbium.

Aestatem præsaginnt

*Non credo alla Rondine, ne alla farfalla,*
*Ma ben alla Cigala, che mai falla.*

Extant super hoc præsagio, & hi versus, [a] Hesiodi.

Ἡνίκα δὲ χλωρεῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ
Ὀζῳ ἐφιζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν, ideſt
*Quando autem viridi nigricans alis sonora Cicada*
*Ramo insidens æstatem hominibus canere*
*Incipit* ———

[a] *In scuto Herculis.*

Aestus diei æstiuo præsagiunt tẽpore.

In æstate quoque cùm citiùs solito canunt, illius diei æstum maiorem fore indicant; hesterno

quin

[b] *Eglo. 2.*

quin ſemper æſtum, dum canunt, indicant. Propterea [b] Maro, cùm fingeret perditè Alexim E
à Corydone amari, hunc quærentẽ introducit, ꝙ æſtu diei feruentiſſimo per montes ſyluaſq; ſequatur luſtreturq;, quum ſcilicet Cicadæ, quæ diei calore incitatæ vocalẽ, & querulam ſuam vocem ſecum geminant, arbuſtaq; omnia perſonant.

*At mecum* (inquit) *raucis tua dum veſtigia luſtro,*
*Sole ſub ardenti reſonant arbuſta Cicadis.*

Ad quos verſus hoc annotat Adrianus Turnebus. è Cicadarum cantu maximum æſtum ſignificat, perinde ac ſi diceret (Maro) at nunc meridiano tempore ſolis vapore omnia torrentur, & arbuſta Cicadis reſonantia oſtendunt; per æſtum enim Cicadæ vehementiùs canunt. Theophraſtus autor eſt in eo libro, vbi de ſignis tempeſtatis agit Gracculos ab auſtro volantes, & Cicadas tempeſtuoſum tempus ſignificare, hoc eſt pluuioſum, gaudent enim ſolis radijs, ſiccoq; aëre, quemadmodum & pleraq; alia Inſecta, quò fit vt ea loca fugiant, quib. ſol obſcurabitur, & aër humidior futurus eſt. In quodam libro [c] Ariſtoteli adſcripto legitur Cicadas copioſiùs genitas morbiferi anni ſignum eſſe, cuius rei facilis eſt ratio. quippè Ariſtotiles prodidit Cicadarum magnum fore prouentum copia imbrium. Sed imbres ſiccitatibus longè inſalubriores, & magis mortiferi, vt teſtatum reliquit omnium medicorũ princeps [d] Hippocrates. Refert [e] Sanſouinus anno mileſimo quingenteſimo vigeſimoſeptimo, vento ingenti magnam Cicadarum copiam in Poloniam fuiſſe translatam, quæ homines, ac beſtias in vitæ periculum coniecit, annoq; ſubſequenti peſtem ingentem per diuerſas Italiæ partes permeaſſe, quæ multa hominum millia abſumebat, itemq; Germaniam, & Angliam morbum quendam ſudorem Anglicum dictum depopulaſſe. Nec huic contradicit id quod de ea peſte (quæ anno mileſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto per quædam Italiæ loca graſſabatur, vt Venetias, & Patauium) proditum eſt, Cicadas nimirum eo anno, aut nullas, aut valde paucas fuiſſe, vel ceciniſſe, ſi quidem tunc rore tanquam aſſueto alimento orbatas fuiſſe docet [f] Hieronymus Mercurialis inter medicos noſtra hac tempeſtate clariſſimus, his verbis: Nec id, inquit, etiam negligendum eſt, quod ab omnibus obſeruatum fuit, hoc anno, aut nullas, aut rariſſimas Cicadas ceciniſſe. Victitant Cicadæ, vt noſtis rore: & ratione ni conſentaneum eſt, eas conſueto alimento orbatas, aut fuiſſe extinctas, aut tacuiſſe.

Hyemis ſiue tempeſtatis ſignũ

[c] *Secreta ſecretorum.*

Morbiferi anni ſignũ.

[d] *Aphoriſ. lib. 3.*

[e] *Chronolo. lib. 1.*

Cicadarũ copia vẽto ĩ Poloniam tranſlata.

Sudor Anglicus quãdo.

Cur paucę.

[f] *Lib. de Peſte cap. 6.*

F

# AVGVRIA.

G

Belli ciuilis prioris ĩ augurium.

[a] *In Sylla.*

PRIORIS belli ciuilis, quòd nimirum Marius cum Sylla, cum maximo vrbis detrimento, contra ſe mutuo geſſerunt, augurium paſſerem feciſſe ferunt, cũ Cicadam decerpſiſſet, atque partem vnam in æde Bellonæ reliquiſſet, alteramq; abſtuliſſet. Meminit eius augurij [a] Plutarchus his verbis. Cùm Senatus Ariolis hac de re vacaret, inq; æde Bellonæ conſediſſet, omnibus inſpicientibus paſſer Cicadam ore gerens intrò aduolauit, partemq; » Cicadæ ibi reliquit, cum altera abijt. Itaque coniectores ſeditionem inter agrorum poſſeſſores, & vrbanam, forenſemq; turbam videri reſponderunt: hanc enim vocalem eſſe inſtar » Cicadæ, ruſticam verò, forenſem. »

# HISTORICA.

[a] *Tom. 5 de Vitis ſanct.*

Cicada S. Franciſco morem gerit.

H

NARRAT [a] Aloyſius Lipomanus Veronenſis Cicadam S. Franciſco morem geſſiſſe in hunc modum. Apud Sanctam Mariam de portiuncula, iuxta cellam viri Dei, ſuper ficum Cicada reſidens, & decantans cùm ſeruum Domini, qui etiam in paruis rebus magnificentiam Creatoris admirari dicerat, ad diuinas laudes cantu ſuo frequentiùs excitaret, ab eodem quadam die vocata, velut edocta cœlitus ſuper manum volauit ipſius. Cui cũ dixiſſet canta ſoror mea Cicada, & dominum Creatorẽ tuo iubilo lauda; ſine mora obediẽs canere cœpit; nec deſtitit, donec iuſſu patris ad locum proprium reuolauit. Manſit autem per octo dies ibidem, quolibet die veniendo, cantãdo, recedendo; eius iuſſa perficiens. Tandem vir Dei ait ad ſocios. Demus iam ſorori noſtræ Cicadæ licentiam, ſatis enim nos ſuo cantu lętificans, ad laudes Dei octo dierum ſpacio excitauit. Et ſtatim ab eo licentiata receſſit, nec vltra ibidem apparuit, ac ſi mandatum ipſius non auderet aliquatenus præterire.

MYSTI-

A

# MYSTICA.

NONNVLLI tradunt aues omnes canoras Musarum esse volucres, Cicadas autem Apollini esse sacras ob cantum dulcem, & Musicum: docet id Scholiastes Aristophanis in nebulis. οἱ τέττιγες, inquit, μουσικοὶ ὄντες ἀνάκεινται τῷ Απόλλονι: id est, Cicadæ propter Musicam Apollini consecrantur: tribuitur enim & illis canendi suauitas. Testatur hoc caprarius apud Theocritum, qui Thirsi ob canendi suauitatem (nam melle, ac fauis eius os plenum esse canit) poculum profundum, & è dulci cera collutum, varijsq; figuris insculptis exornatum donat, capramq; gemellorum matrem, quam antequam Thyrsis caneret; donat his versiculis.

Apollini cur sacræ.

Cãtus suauis.

Πλῆρες τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα Θύρσι γένοιτο,
Πλῆρες δὲ σχαδόνων· καὶ ἀπ' Αἰγίλῳ ἰσχάδα τρώγοις
Αδεῖαν. Τέττιγος ἐπεὶ τύγε φέρτερον ἄδεις.
Ἠνὶ δε λλὶ τὸ δέπας· θᾶσαι φίλος ὡς καλὸν ὄσδει.
B Ὥραν πεπλύσθαι νινσπὶ κραναισι δοκάσεις.
Ὦ δ' ἴθι κίσσαιθα. τὸ δ' ἄμελγέν ἵν. αἵδε χίμαιραι
Ουμὴ σκιρτάσητε, μὴ ὁ τράγος ὕμμιν ἀναστῇ. idest.
*Vtinam tibi melle plenum sit pulchrum os,*
*Plenum, & fauis: atque commedas sicum ex Aegilo decerptam*
*Dulcem; suauius enim canis quàm Cicada.*
*En tibi poculum contemplare amice, quam suauiter olet,*
*Horarum in fontibus ipsum collutum esse dices;*
*Huc veni Cissætha, iam tu mulge hanc: vos verò capellæ*
*Nolite saltare, ne forte hircus in vos incurrat.*

Myronem statuarium percelebrem Eleutheris natum, & Ageladis discipulum fecisse, quoque Cicadæ monumentum ex carminibus Erinnę [a] Plinius affirmat, quod sanè monumentum ob diuinam canendi potentiam à tanto viro factum mihi certò persuadeo. Iam verò & Aelianus, quanto eas honore prosequatur, indignabundus, & ira incensus in eos, qui hasce commedunt, tanquam Musarum osores, ostendit hisce verbis. Vidi, inquit, ego qui connexas Cicadas ad cibum venderent hominibus, homines animalium scilicet voracissimi, imo omniuori, & ab omni procul humanitate, ac Iouis filiabus Musis alieni, qui ne Cicadis quidem abstineãt, & ad cibum illas quoque reponere, & inueterare velint. Mirum tamen est, cur illis tanta cantus dulcedo inesse dicatur, cùm hisce iam temporibus, & locis nostris amabilem sonum minimè reddant, sed potius querulum, & obstreperum, ac sumopere molestum ijs, qui Musarum studia colere volunt.

[a] *Li.39.c.8.*

Cicadę monumentum

C

# MORALIA.

QVI se Musis consecrare in animo habent, ac studijs incumbere, cibo potuq; minimè se impleant, ne hac intemperantia caligines menti, ac animali facultati inducantur. Præclara hæc cuiusdam antiquissimi sententia est. Inter epulandum considera duos tibi excipiendos conuiuas corpus, & animam. Tum quod omne in corpus collatum, statim rursum eff luxurum sit: quod autem in animam, perpetuo seruandum. Apud [a] Stobæum, itaque sapienter ex Epicteto hęc proferuntur. Cicadę, animal sunt musicum: Cochleæ verò mutæ: & hæ quidem humectari gaudent, illæ verò calescere. Rursum has quidem ros prolicit eiusq; gratia prodeunt: illas autem solis vigor excitat, & in ipso cantillant. Quamobrem si volueris vir esse musicus, & concinnus, cùm tibi vino irrorata fuerit anima, tunc ipsam non sines egressã inquinari. Vt cùm in cõfessibus à ratione fuerit accensa, tum vaticinari eã, & canere iustitiæ oracula iubebis. [b] Phyllius quoq; apud Athenęũ in hanc forte sententiã hunc versum fecit,

Litterarum studiosis parcè epulandum.

[a] *Serm.5.de Temp.*

Cochleę mutæ.

[b] *Li.2.c.24. deipnosoph.*

Ουκ εἶμι τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας ᾤγυναι. idest.
*Cicada vxor nec ego sum, nec Cochlea.*

In quem versum hæc annotat Dalechampius. Parcus paruo victitans ab hominum frequentia semotus omnino tacitus, diuersus à Cicada, quæ est maximè vocalis. Oratores qui nil orando proficiunt, nec sua oratione auditorum animos in suam sententiam vertere queunt, cum Cicadis conferuntur, vt enim Cicadæ sub ardenti sole cantantes, seu potius perstrepentes, appropinquãtes, ac vicinos magis fugãt, quã alliciũt, ita quoq; hi, quãuis eloquẽtes, si ab auditori-

Parcus homo.

Oratores, qui nil orãdo prosunt Cicadis cõparati.

[b] *Concione 1 patria 47.*

auditoribus non auscultentur, obstrepere potiùs quàm benè dicere videntur.[b] Dion itaque Chrysostomus in hoc sensu se Cicadis assimilat, quando inquit. Benè, me Lusciniam sophistarum quidam dixit, vituperare volens, propterea vt mihi videtur, quòd Lusciniam poëta tardilinguam appellat. Fortassis autem potiùs essem similis Cicadarum: nam & illæ sub sole sitientes canunt ob dementiam, cùm nil prosint. Et rectè quidem. nam oratores boni, & eloquentes Cicadis similes pluribus poëtis, & alijs autoribus dicuntur. extat Maronis Epigramma (si non sit alterius cuiuspiam) quo rethoras demittens, ad philosophos se confert, in hoc, inquam, Epigrammate hi sunt versiculi.

*Ite hinc inanes Rhetorum manipli: ite*
*Inflata rore non Achaico verba.*

Eloquentes cum Cicadis comparati.

[c] *Lib. 2. Ad uerſ. c. 7.*

In hos versus posuit hæc[c] Adrianus Turnebus, posteaquam primum versum, qui antea sublata vna syllaba curtior erat, repleuisset repetitione Ite. Non satis assequor, inquit, & commodiùs scribi posse putarem.

*Inflata rore non Achaico turba.*

Vt Latinorum significet rethorum eloquentiæ transmarinæ rudium auditores inanes, & indisertos. Ac rorem Achaicum dixit, vt ad Cicadas fortasse respiciens, quæ rore vesci feruntur, canoręq; sunt, ac stridulæ, vt illi loquaces, & garruli. Sed & Cicadis disertos Troianorũ principes Homerus comparauit. Huc vsque Turnebus. Sed qui studio tenentur petulanter contra omnes dicendi, vt plerumque sophistarum, ac rethorum genus est, qui nomina, aut verba turpiter, & indecorè eiaculantur, seipsos, ac eorum qui sibi adhærent, oculos perstringentes, perpulchrè Cicadis assimilantur, vt enim his nil præter cantum, ita Rhetoribus, ac sophistis nil præter linguam. Quamobrem bene de sophistarum calumnijs sensit[d] Clemens Alexandrinus. Ob hanc ergo artem, inquit, se efferentes sophistæ infelices, canoris quibusdam suis nugis garrientes, cùm in nominum delectu, & certa dictionum compositione, & connexione, tota vita laborant, Cicadis (alij codices Græci legunt Τρυγόνων, ideſt turturibus; priorem lectionem magis probo) apparent loquaciores, eos quibus pruriunt aures, nõ satis, vt mihi videtur, viriliter demulcentes, & titillantes

Ros Achaicus.

Sophistæ, ac Rhetores.

[d] *Stromatũ lib. 1.*

*Verborum non stilla cadens, sed flumen inertum.*

Et certè, quomodo veterum calceorum, imbecilla quidem sunt eis alia, & diffluunt, sola autem eis restat lingua. Pulchrè autem eos insectans scribit Solon Athenienſis.

*Ad linguam adspicit, & dulcia verba loquentis,*
*Quilibet ast vestrum vulpis vestigia figit,*
*Cunctis est vobis petulans mens.*

[e] *Serm. 95.*

Est apud[e] Sanctum Augustinum locus de Ranis, quibus cùm alij Cicadas comparẽt, hic adducam eum. In Ranis, ait, Hæretici intelliguntur, atque Philosophi. Philosophi enim, atq; Hæretici, quia in Christo omnia falsa dicunt, ranæ sunt clamantes in paludibus limosis, per superbiam, & inanem contentionem, strepitum vocis habere possunt, doctrinam verę sapientiæ insinuare non possunt: qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt tædium adferentes auribus non cibum mentibus. Hæc illæ. Quas ob ratiocinationes eadem de Cicadarum loquacitate ferenda sententia est: tametsi in solis feruore canant, limum deserentes, arbores inhabitantes, nihil tamen in eis nisi vocis strepitus importunus est, qui eas ad mortem tandem trahat, ita hæretici qui se mundos putant, eleuantes se in summas arbores, durante tantùm æstus felicitare canunt; tandem ipsi conficiuntur, destrumuntur, atq; moriuntur etiam absque persecutore. Est & aliud Mysterium in taciturnitate, & loquacitate earundem Cicadarum. Si enim verum est, quod scripsit Aelianus Locrenses Cicadas in Rhegino agro silere, ac viciſſim Rheginas Locris mutas esse, ita vt vtręq; simul sint, & canoræ, & mutæ; non vacat, inquam, mysterio quod ab ipso B. Gregorio docetur super septem psalmos, super secundum ad illa verba. *Dum clamarem tota die.* Is enim hæc scribit. Cùm clamare, & tacere inter se repugnent, quomodo potest fieri, vt aliquis taceat, & clamet: qui peccata quidem sua silentio contegit, merita quidem per vocem magnificationis extollit. Aut certè ille tacet, & clamat, qui peccata quidem præterita per confessionem non annunciat, & per cor impœnitens alia committere, accepta peccandi libertate, non cessat. Nam quòd peccatum clamor sit, testatur scriptura, quæ dicit: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum adscendit ad me*; & iterum descendam videre vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerit. Peccatum quippe cum voce culpa est in actione, peccatum cum clamore, est culpa cum libertate. Igitur tota die clamat, qui publicè peccare non trepidat. Cicadæ item quod solo rore viuant, fœminæq; inter eas sileant, mares item loquantur, probum documentum præbent concionatoribus, & prædicatoribus. Sic enim, vt do-

Hęretici, & Philosophi cũ Cicadis, & ranis cõparati.

Peccatores muti.

cet

A cet [a] Petrus Berchorius, licet prædicator sit minimus corpore, tamen sonum cantilenæ di- [a] Li.7.c.18
uinæ hoc est prædicationis suæ debet resonare, quantoq; habet aërem, hoc est, Spiritum sanctum puriorem, vel etiam aërem scientiæ mundiorem, tantò sonum prædicationis efficiet dulciorem. Isti ergo rore deuotionis debent viuere, & inter eos viri, ideſt homines perfecti debent concionari, & canere, fæminæ, ideſt ignari debent tacere iuxta illud, 1. Timoth. 2. docere mulieribus in Ecclesia non permitto. Quod etiam vbiq; debet esse, quia scilicet prudentiores, & meliores debent loqui, fæminæ verò tacere. potest quoque simpliciter intelligi de fœminis quibus in Ecclesia tacere conuenit, non loqui. Mulieres (inquit S. Paulus ad Timotheum) in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui. Verùm non solum in Ecclesijs, sed etiam in alijs negotijs coram marito mulieres, quòd natura multò quàm viri loquaciores sint, silere decet, secundum hoc dictum.

Mulieres in Ecclesia taceant.

Γυναι γυναιξὶ κόσμον ἡ σίγη φέρει. ideſt.
*Fœmina fœminis ornatum adfert silentium.*

Ne alioqui rursus aliquis Xenarchus exclamet Cicadas omnes esse fœlices, quarum fœminę mutæ sunt. loquitur enim sic apud Athenæum in Somno.

B Εἶτ' ἆσίν οἱ τέττιγες εὐδαίμονες
Ων ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιῶν φωνῆς ἔνι.
*Nunquid Cicadæ sunt beatæ, fœminis*
*Vox nulla cum donata sit nullus sonus?*

Sunt certè beatæ, ac fœlices, non tamen solæ. nam & in alijs multis animaliũ generibus ipsa rerum omnium natura parens maribus tantùm cantum dedit, fœminis ademit, vt Gallis gallinaceis, & Coturnicibus. Potest quoque Cicadarum hic cantus in hodiernos rabulas, & litigiatores detorqueri, qui inextinguibili rixandi amore æstuantes, totum tempus in litigando consumunt, nec ad finẽ litis vnquam perueniunt, vt ius vnicuiq; tribuant. quod itaq; de Athenienſibus rabulis olim dixit Suidas ex quodam vetere autore; de nostris nunc dictum esse æstimemus. Οἱ μὲν δὶς τέττιγες ἵνα μῆνα ἢ δύο ᾄδουσιν. Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ τῶν δένδρων ἄδουσιν πάντα τὸν βίον. ideſt Cicadæ mensem vnum, atque alterum in ficubus cantillant. Athenienses verò per omnes ætates in iudicio cantant. quasi loquaciores essent ipsis Cicadis. Eos qui masculam venerem, aut talem aliam insectantur [b] Plutarchus Cicadis, quæ in Scillam, aut tale quid simile semen suum spergunt, non sine ratione comparat. Nam sicilli libidine exsaturata in quouis corpore, matrimonio valedicunt, nec proli studeni, ac curæ habent, vt ament suas vxores, & fœminas, aut amentur ab ijsdem. Nunc appellanda gula est. Quidni? Gulosos enim Cicadas esse dicimus, vt olim prisci illi Athenienses coquos exteros Cicadas appellarunt, non quòd cantandi arte excellerent, sed quòd ore semper pleno cibis ventrem distenderẽt, vt rumpi metus sit non aliter, quàm Cicadæ continuo cantu. Hinc est quod de quodam coquo Posidippus dixerit. Cùm sis coquus profectus, extra limen es, cùm priùs non cœnaueris. Itaq; & gulosi à ciborum potuumq; repletione caueant, ne more Cicadarum intereant. Homines porrò lucri cupiditatumq; amantes, & idiotas, qua de caussa [c] D. Ambrosius Cicadis comparauerit, cùm Irenæum doceret Christianorum Sacerdotum vitam à cæterorum hominum conuictu remotam esse debere, audi ipsum loquentem. Quid igitur, inquit, nobis cum istius seculi via, in qua est tentatio, imò ipsa vita hominis tentatio est, & exilior quàm sermo fabularum, habitare in luteis domibus, dies, & noctes in lucris ponere, & de lucris semper cogitare, & sicut mercenarius diuturnam mercedem quęrere, atque (vt Cicadas aiunt) aura quadam pasci cupiditatum? Vere sicut Cicadas, quia de die in diem viuunt, quęstuq; rumpuntur suo. Quid enim aliud sunt homines nullius ponderis, nullius disciplinæ, nisi vt videantur sicut Cicadæ, ad mortem nati diurnam, strepentes magis, quàm loquentes? Qui sub ardore feruentium cupiditatum se mulceant cantu sibi noxio, statimq; occidant, nullum fructum ferentes, nil habentes gratię. Diximus ex Isidoro Cicadas de sputo Cuculorum nasci. itemq; ex Aristotele visu maximè hebetes, ità vt si digitum, aut aliquem obicem admoueris, non propterea de via deflectant, sed potiùs in rem admotam impingant, nec ab eo sibi pręcaueant. Tales, inquit, [d] Berchorius, sunt multi qui rectè oculos intellectus hebetissimos habere videntur, qui quamuis quotidie in suo itinere malo certò sciant obices infinitos, & impedimenta, & offendicula inueniant maxima, vt potè tentationes, tribulationes, ipsi tamen propterea à malo incepto itinere non desistunt, imò potiùs studio in obices, & offendicula impingere, & pertransire contendunt. oculos autem habent, & non videbunt, visu enim priuantur, quatenus contra fortunam nituntur, & diuertere à malo itinere non dignantur. Tales ergo de sputo cuculorum ideſt, de suggestione dæmonum videntur creati, quatenus more dæmonum videntur suis

Rabulæ litigiatores.

[b] In Amatorio. Venerei.

Gulosi Cicadæ sunt.

[c] Epist. li. 3.

[d] Li.7.Moral.c.18.

maleficijs obſtinati. Apud Solinum Cicadæ, quæ apud Locrenſes ſonoræ ſunt, mutæ factæ dicuntur apud Rheginos, quòd Hercules, cùm ibidem obdormiſceret Cicadęq; perſtreperent, ijs cantum inhibuerit. Rheginenſes itaq; ſignificant mundi Principes, & Reges, apud quos pro certo conſtat Cicadas, hoc eſt, cõcionatores mutos eſſe, nec veritatem dicere audere. Si ergo contingat quòd Herculem, ideſt magnum aliquem Principem in vitijs quieſcentem velint clamore, aut ſono orationis diuinę à vitijs reuocare, & excitare, ſtatim indignatus redargui recuſat, ac ne orent, interdicit; itaque cùm veritatem dicere non audeant, neceſſe eſt in dominorum curijs mutos eſſe. E

# CVR HOMERVS SENES CICADIS COMPARAVERIT.

Iliad. 5.

HOMERVS ſenes concionatores frigidos (nam in ijs nunc calor ille bellicus deferbuit) in excelſa turri ſedentes, cum Cicadis in arboribus cantantibus confert, hiſce verſibus. F

Ουκαλέγωντε καὶ Ἀντήνωρ πεπνύμενω ἄμφω
Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ σκαιῇσι πύλῃσι
Γήραι δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταὶ
Εσθλοὶ, τεττίγεσσι ἐοικότες, οἵ τε καθ' ὑλὴν
Δένδρῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι
Τοῖοι ἄρα τρώων ἡγήτορες ἧντ' ἐπὶ πύργῳ. Id eſt.

*Vcalegon, & Antenor prudentes ambo*
*Sedebant populi ſeniores in Scæis portis,*
*Ob ſenectutem iam à bello ceſſantes, ſed concionatores*
*Egregij, Cicadis ſimiles, quæ in ſylua*
*Arbori inſidentes, vocem ſuauem emittunt:*
*Tales Troianorum proceres ſedebant in turri.* G

Putat Plutarchus, & cum eo Euſtathius plurimiq; alij Homeri interpretes, poëtam hîc Cicadas conferre cum ſenibus, ob continuum ſermonẽ, & vt eorũ vtar verbis, συνέχειαν λαλείας, καὶ ῥοῖζον ἀδιεχῆ, καὶ εὔροιαν ἤχου, non ob eloquentiam; eſt enim hoc animal, vt inquiunt loquaciſſimum, ſtridulus atque aſper eius ſonus. Quid enim, inquit, Euſtathius ſuaue habet Cicada? nam ſuauitas ſermonis cum melle comparatur. Sed mirum eſt, ô Euſtathi, cur Cicadarum vocem appellet ὄπα λειριόεσσαν, quod interpretaris ἀνθερὰν, id eſt floridam, Ἄνθους γὰρ, vt dicis, εἶδος τὸ λείριον, Floris enim genus lilium eſt. quandoquidem floridum ſuaue quodammodo eſt: qua ratione, & ad eloquentiam rectè hæc comparatio accomodari poteſt; tùm quia poëtis quiduis licet; tum etiam quòd plurimi ſapientiſſimi viri, & poëtæ poëtam eum ſecuti, eloquentes quoque, ac ſuauiter canentes, cum Cicadis contulerunt. Apud [b] Diogenem Laertium Timonis hoc extat camen in Platonis eloquentiam.

Lilium floris genus. Floridũ eſt ſuaue.

[b] *In Vita Plato.*

Τῶν πάντων ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσόγραφος, οἷδ' ἑκαδήμου
Δένδρῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Quod ſic tranſtulit F. Ambroſius. H

Plato eloquens.

*Hos inter dux ille Plato celſiſſimus ibat,*
*Cuius ab ore melos manabat, quale Ecademi*
*Arbuſtis lepida modulantur voce Cicadæ.*

[c] *Li. de virt. cap. 8.*

Et D. [c] Chryſoſtomus locum hunc Hieremiæ citans, Turtur, & Hirundo, & Cicada agri „ paſſeres non cognouerunt tempus aduentus ſui, hæc commentatur. Turturem dicit omnem „ caſtam Eccleſiam. Hirundinem verò Ioannem hominum amatorem. Cicadam autem eloquentiſſimum Paulum Eccleſię organum. Non prętermittam Tithonem Troianum fuiſſe, qui in Cicadam conuerſus fingitur, forſan propter ſuam in ſenio eloquentiam. vt itaque hinc plus leporis habitura eſſet hęc comparatio in Troianos, ab Homero quorundam ſententia excogitata putatur.

S. Paulus Cicada.

HIERO-

A

# HIEROGLYPHICA.

HOMINEM mysticum hoc est sacris initiatum, & mysticæ disciplinę peritum Aegyptij Sacerdotes per Cicadam significabant, in eam scilicet admirationem inducti, vt vult [a] Pierius Valerianus, quòd animal tam exiguũ nullo oris commodo, non faucibus, non lingua præditum, tam argutè, tamen caneret, tamq; altùm insonaret. Esse huius instar doctrinam mysticã, & suas præsertim litteras, quæ nullo syllabarum complexu, nulla partium orationis textura constructæ, sed sola animalis cuiuspiam, vel alterius rei repræsentatione, absolutæ significationis orationem facere videantur, quæ sese longè diuerso ab alijs litteris modo legendam exhibeat. Putabant verò Aegyptij Cicadam, vt apud Horum legere est, per aculeum emodulari, quòd motu suo stridorem cieret, veluti plectrum, quo citharæ pulsantur. ore quippe, vti dictum est, caret Cicada, prolixum quiddam compactumq; in linB guæ speciem habens, quo rorem lambit peculiare earum alimentum. Loquacitatem vanã inertemq; garrulitatem, cur per Cicadam significari dixerint, ex Aristotile, quem non intellexerunt, credit Pierius Valerianus desumptum esse, qui Platonis ideas à materia dissepara-tas, prioribus Analyticis Τμητίσματα esse dixerit, quippe, vt nonnulli aiunt interpretes, nihil nisi inanem cantilenæ cuiusdam garrulitatem præseferentes. Quem Cicadarum cantum, vt importunum, & impudentem, ita Demetrius Philosophus notat, cùm à Domitiano pulsus Italia cum Apollonio quæreretur: Cicadis, inquit, impunè licet obstrepere, nobis ne quidem mutire fas est. Apud Aristophanem in Nubibus, quæ iustus sermo commendauerat, iniustus ait Cicadarum plena esse. Sed quantum ad Aristotelis Τμητίσματα pertinet, nos piè magis facturos putat Pierius, si dixerimus, discipulum longè honestiùs, quàm alij putent, de præceptore suo loqui, sanctiusq; sentire super id eis, quàm interpretes nostri præsertim temporis opinentur. Quippe cùm Aristoteles de ijs tractaret, quę facerent ad demonstrationem per ea quę ipse constituit artis elementa, nõ obijciendas hic ait ideas Platonis, quia Τμητίσματα sunt, hoc est mysticum quiddam sapiunt, atq; ideo nihil ad demonstrationem, de qua nos hic agimus, conferunt: ingenij illud, atque animi supra sensum elati negotium est: hoc C quod præ manibus est nobis vni applicitum est sensui. Vocabulum enim Τμητίσματα, inter alia significata mysterium etiam significat: & superiùs mystici hominis hyeroglyphicum Aegyptijs esse commonstrauimus. Sanè Propertius in garrulitatis significatus Acanthidem lenam vocat, à sermonis tędio, & loquacitate, auriumq; offensione, nam Acanthias Cicadæ species, & Epitheton est, vt ex Hesychio antea patefecimus. Cicadarum cantum alij aliter accepêre, plures tamen fuêre qui Musicen intelligi censuerint. ideoq; Cicada in citharœdi statua citharæ insidens, Hieroglyphicum dedicabatur. quem morem, cùm ad Græcorum fabulas pertineat, inferiùs ex Strabone interpretabimur.

Homo mysticus.

[a] *Lib. 26. hieroglyph.*

Garrulitas loquacitasuè.

Idea Platonis.

Musica.

# SYMBOLA.

PRODVNT autores Athenienſium vetuſtiſſimos capillis colligendis Cicadas aureas annexiſſe. quem modum expreſſit in Ciri Virgilius de Pandonide loquens.

Athenienſium Cicadæ aureæ.

D

*Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu*
*Mopſopio tereti nectebat dente Cicada.*

Gregorius Nazianzenus.

Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκων ὕπα γαιης
Πηγενέες. id eſt.
*Cecropidæ indigena natam tellure Cicadam*
*Innodant Cirris.*

Sic apud Athenæum quidam Aſius poëta Samiorum luxus deſcribens, inter alia dicit, Χρύσεαι κορύμβαι, ἐπ' ἀὐχηῶν τέττιγες, & quidam Anonymus τέττιγι χρυσᾶ ἀναλεμβύος. cincinnis aurea reuinctus Cicada. Erat autem congeſtus capillorum, qui, vt inquit, [a] Ioſephus Scaliger, mulieribus Romanis vocabatur tutulus. Eam crinium metam Τέττιγων ἔρρος, vt loquitur Thucidides cõprehendebant, ac in viris vocabatur hic congeſtus κρωβύλος καὶ κορδύλη, in mulieribus κόρυμβος, & κορύμβη, in pueris σκόρπιος. Hunc autem nimirũ

[a] *In Cirin. Virgil.* quid. Tutulus

ritum aureas Cicadas portandi cur obseruarint antiquitùs Atheniẽses, aut quid sibi cum eo E
significare voluerint, non vnica autorum est sententia. Natalis de Comitibus putat Athenienſium opinionem fuisse, se rem gratam facere Apollini Deo patrio, si ipsi gestarent musicum, & canorum animal, quo ipse Apollo delectaretur: musicus enim cùm sit, rebus musicis delectatur: sed eius verba apponam, de Apolline itaq; loquens sic inquit. Hic deus pa- »
Apollo Athenarum defensor. trius, & ciuitatis defensor creditus fuit ab antiquis Athenienſibus: ad cuius Dei memoriam » mos fuit prisci Athenienſibus comam nutrire, & aureas Cicadas capillis adnexas gestare, » vt his verbis testatur [c] Thucidides, καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων οὐ πολὺς χρόνος. ἐπεὶδὴ χιτῶνας σελινεῖς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσοῦν τεττίγων ἕρσει κροβύλων ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. id est. Atqui antiqui, qui inter illos diuitijs præstiterunt, nec longum intercedit temporis spacium, ex quo lineas tunicas gestare cessarunt, & aurearum Cicadarum corymbos è capillis capitum dependentes. Verùm hanc rem apertiùs patefecit Aristophanis enarrator in his: Ἀρχαιότατοι τῶν Ἀθηναίων τέττιγας χρυσοῦς ἐν τοῖς τῶν τριχῶν πλέγμασιν, εἶχον. διότι οἱ τέττιγες μουσικοί ὄντες, ἀνάκεινται τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς ὢν πάτρῳος τῇ πόλει. Antiquissimi Athenienſium aureas Cicadas capillis implicitas gestabant; quoniam cùm musicæ sint Cicadæ, sacratæ sunt Apollini: qui patrius est Deus illius ciuitatis. Hucusque Natalis Comes. Verùm ab hoc planè diuersa dicunt plurimi vete- F
[c] In prohem. lib. 1. res. [d] Lucianus ait; vt apud Aegyptios erat nobilitatis signum coma (nam cuncti illorum pueri ingenui capillum à tergo collectum gerebant, vsque dum ex ephebis excessissent) ita quoque apud Athenienses aurea Cicada. Id quod probari potest, ex ipso Athenæo, is enim de voluptatis studio, & laude agens, tunc ait Athenienses maximè Cicadis vsos, cùm opibus » abundarent; Athenienſiũ, inquit, Ciuitas, quamdiù luxus in ea viguit, aluitq; maximi viros » animi purpureis vestibus amictos, subtus varijs tunicis indutos, summa coma religata, Ci- »
[d] In dialog. Nauigium. Nobilitatis signũ apud Aegyptios, & Atheniẽses. cadis aureis circa frontem, & capillos appensis. Fuit itaque hæc Cicada nobilitatis symbo- » lum, quo se ditiores tantùm exornabant, vel pueri, vel senes, seu mulieres. nam, & pueros, seu adolescentes hasce aureas Cicadas cincinnis implicasse video, tum ex Luciano, tum etiã ex Theophylacto, hic enim, inquit, κροβύλῳ τέττιγι ὁ τορχίας σεμνυται μηπω τοῖς ἰούλοις κατασκιάσας τὸ πρόσωπον. Id est Crobulo, & Cicada superbit Gorgias nondum inumbrante malas lanugine. Ex Luciano tamen colligo prouectiores ætatis, & senes magis gestasse. Pallenę nostri maiores (quibus pulchrum videbatur comam nutrire senes redimitos cro- »
In Nanig. byli textura sub aurea Cicada religata) &c. Fortassis hæc fuit ratio, cur quædam Varronis G
Atticus tettix Varronis Satyra cur dicta. Satyra Atticus Tettix, hoc est, Attica Cicada dicta sit, qua Athenienſium hanc lasciuiam, ac superbiam damnauit, & in ea carpsit. Verùm, vt me cito ex hac re expediam, putant plures Cicadas ab Athenienſibus portatas, vt se αὐτόχθονας, & γηγενεῖς, hoc est primos, & sine origine, aut è terra editos esse hoc symbolo declararent, quia è terra oriri Cicadas arbitrabãtur. Nam idem Aristophanis Scholiastes, quem suprà adduxit Natalis Comes, hęc verba in Nebulis habet. οἱ μὲν παλαιοὶ κατὰ τὸν ἀναπλοκὸν τῆς τριχὸς χρυσῷ ἐχρῶντο τέττιγι τεκμήριον ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν. id est. Antiqui cirris innodabant auream Cicadam, vt eo signo demonstrarent se è terra ęditos, aut terræ filios. Huius symboli meminit sic [e] Nonnus.

[e] Lib. 1.

Καὶ πολυς ἀγγέλλων προτέρῳ αὐτόχθονα φυτλὴν
Χρυσεος ἀπλέκτησι κόμαις ἐσφέγγετο τέττιξ.

Aiunt enim Athenienses ex semine Vulcani in terram decidente ortos: aut Erichtheum ex terra editum præbuisse argumentum, vt Athenienses, quibus is imperarit, terra item geniti censerentur, ac nominarentur αὐτόχθονες, sicut etiam docuit Plato.

H

# NVMISMATA.

[a] In Magna Græcia. Locrenses cur in Nũmismatis Cicadas habuerint. CICADIS Locrẽses in numismatibus vsos fuisse, idq; frequentiùs probat [a] Golzius, eiusq; caussam dare conatur hisce verbis. Locrẽsium, inquit, fines ab Rheginis diuidebat Alex amnis per vallem profundam labens: insignis » miraculo Cicadarum, quæ cùm Locrensium ripa admodum sint vocales, » & canoræ, in aduersa Rheginensiũ ripa obmutescunt, atque hinc Locren- » ses Cicadæ symbolo frequentiùs vsos apud quosdam inuenio, quorum ta- » men nullum ad manus meas peruenit. aliam quoque refert, cùm scribit. Ostendebatur quo- » que apud Locrenses Euonymi citharœdi statua, quæ Cicadam citharæ insidentem habebat quòd in certamine, quod illi cum Aristone Rhegino de artis prestantia fuerat, rupta chorda vna Cicada forte superuolans adstiterat, quæ supplementum vocis faceret.

ÆNIG-

A

# ÆNIGMATA, ET APOPHTHEGMATA.

ATHENAEVS inter Aenigmata hoc Simonidis Epigramma recenset, quod historiæ ignaris maximum iniecit scrupulum, magnamq; dubitandi occasionem attulit: est autem tale, *Lib. 10. Deipnosop.* Simonidis ænigma.

Φῆμι τὸν οὐκ ἐθέλοντα, φέρειν τέττιγος ἀέθλον,
Τῷ πανὸ πηϊάδη δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπείῳ.

Vertit sic doctissimus Dalechampius.

*Aio eum qui nolit Cicadæ obire certamen*
*Luculentam cænam daturum Epeio Panopeiadæ.*

» Fama est (vt narrat Athenæus) cùm in Cartheia (quæ est Cei insulæ oppidum apud Pli-
B nium) degeret (Simonides) agendi canendiq; choros rationem docuisse, schola procul à
» mari sita, in vrbis superiore parte iuxta templum Apollinis. Aquam verò petiuisse, & alios,
» & Simonidem ipsum, ex inferiore oppidi regione, vbi fons erat, aduehente asino, quem E-
» peum cognominabat, quòd fabulæ tradant ad Troiam heroibus aquam præbuisse, & quòd
» in Apollinis delubro picta sit Troiæ fabula, in qua Epeus (Panopeæ, & Endymionis filius)
» Atridis aquam fert, quod & his verbis Stesichorus dixit, Aquam heroibus ad Troiã præbuit Epeus.

» *Eius regibus semper aquam ferentis miserta est Iouis filia.*

» Cùm igitur ita hęc essent, Simonidem, aiunt sanxisse, ad condictam horam si quis abesset eo-
» rum, qui chori modos, & cantum docebantur, vt is asino daret hordei semodium. Illud ni-
» mirum est quod significat, vt is qui cantare nollet, certamen Cicadæ recusare dicatur, & Pa-
» nopeades nomen asini sit, ampla verò cæna hordei semodius. Perobscurus, ac prorsus ænigmaticus loquendi modus est is, quo Stesichorus ad Locrenses vtebatur, dum ijs diceret, ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ἄδωσι. idest quod non oportet contumeliosos esse, ne Cicadę humi canant. Hoc enim obscuro Apophthegmate, & abdita respondendi formula voluit Locrenses castigare, & à contumeliosa improbaq; agendi ratio-
C ne, absterrere: significauit enim occultè illos incommodum expectaturos, qui contumeliosè aduersus potentes, fortunatosq; populos, & Reges agunt: agri enim postea eorum diuastantur, & omnes ita inde arbores exscinduntur, vt vbi considant Cicadæ, non habeant, sed humi cogantur cantilenam illam suam exercere. Idem hoc apophthegma retulit in commentario de Elocutione Demetrius Phaleræus, deq; ea copiosiùs disputauit; sed hic à Dionysio Sicilię Tyranno, non à Stesichoro poëta pronunciatum putat. Ab [a] Aristotile tamen Stesichoro adscribitur, quemadmodum ab alijs plurimis autoribus. [b] Eustathius quoq; cùm locum illum Homeri interpretaretur τεττίγεσσιν ἐοικότες, huius dicti mentionem fecit, & eundem planè autoris (quicunque is fuit) sensum fuisse iudicat, quem exposuimus.

Stesichorus poeta.

Contumelia erga vicinos ne fiat.

[a] *Li. 2. Reth.*
[b] *Iliad. 5.*

# PROBLEMATA.

D QVAMOBREM Cicadę cantum suum æstate media primum incipiant, soluit Michael Glyca his verbis. nimirum inquit, quia natura frigidę sunt, qua de caussa pòst æstiuum solstitium canendi faciunt initium, nec nisi ex
» orto sole strepunt, ipsaq; meridie maximè sunt canoræ. Et quidem fęmel-
» la quum longè sit mare frigidior, arboribus taciturna insidet quasi Pitha-
» goræ disciplinis esset imbuta. Quæstionem elegantissimam in suis ad Aristotelem de Spiratione Commentarijs discussit doctissimus Nicolaus Leonicus, nimirum cur nam Culices, & Muscæ, nonnullaq; alia id generis animalia Insecta in solo perstrepant volatu, stantia verò haud quaquam sonent: contrà verò Cicadæ faciant, quæ stantes, & volantes canere percipiuntur. Huic quæstioni istęc (inquit Leonicus) pro temporis captu nõ incõmoda videri poterit responsio: Cicadas quidem, seu calidiores natura frequentiùs, & vehementiùs mouere aërem, ad connatum calidũ pluri indigentes refrigeratione: quapropter in vtroq; canunt habitu, stantes scilicet, & volantes meridiano maximè, cùm maximè feruet dies, tunc.n. quia pluri indigẽt refrigerationis ope, vehementiús sanè, & crebriùs aërẽ cõmouent, quod tamen non ęquè matutino faciunt, aut vespertino, quoniam eius rei illas non vr-

Aestate cur primũ canere incipiant.

Cicadę cur stantes, & volãtes canant.

gat necessitas, In frigidioribus quin etiam locis neque canunt quidem, quoniam, vel nulla, E
vel parua sanè refrigerationis indigent opera. Muscæ verò, & Culices cæteraq; id genus »
animalia, cùm sint frigidiora, non, vehementer adeò, & frequenter dum stant aërem commo »
uent. Aut fortasse istæc etiam, dum resident, obstrepunt: sed quoniam exiguo calore imbe- »
cilliter admodum id faciunt, non sentiuntur, & idcirco non id facere æstimantur. Et ad pro »
positam sanè quęstionem hoc responsum sit modo. Hæc Leonicus. Cæterùm ad hanc quæ-
[a] Lib. 11. c. 51. stionem non parum luminis adferre videtur locus quidam [a] Plinij, qui ex Aristotele tradu-
ctus est, & in quo hanc quæstionem breuiter soluit. De vocibus itaque loquens Plinius sic »
scribit. Vocem non habere, nisi quæ pulmonem, & arterias habent, hoc est (quæ posterio- »
ra omnia verba in quodam codice non leguntur, & merito, vtpotè quæ glossema sunt, nec ab »
Aristotele dicta) nisi quæ spirant Aristoteles putat. Idcirco & Insectis sonum esse, non vocẽ, »
intus meante spiritu, & incluso sonante. Alia murmur ædere, vt Apes, alia cum tractu (legũt »
alij contactu) stridorem, vt Cicadas. Recepto enim, vt duobus sub pectore cauis (alij legunt »
cannis) spiritu, mobili occursante membrana intus attritu eius sonare viscera, sat notum »
est. Cætera simul cum volatu, & incipere audiri, & desinere, vt Muscas, Apes. Sonum enim
attritu, & interiore aura, non anima reddi. Ego autem aliquoties sum expertus Cicadas so- F
num edere, si deorsum, ac sursum in pectore scalpantur, quod neutiquam fit in Muscis, &
Culicibus.

# EMBLEMATA.

TRIA apud Alciatum extant Emblemata, primumq; inscriptum *Nobiles, & Generosi*, hoc habet carmen:

*Aurea Cecoprias nectebat fibula vestes,*
*Cui coniuncta tenax dente Cicada fuit.*
*Calceus Arcadico suberat cui lunula ritu,*
*Gestatur patribus mullea Romulidis,*
*Indigenas quod se adsererent, hac signa tulerunt*
*Antiqua illustres nobilitate viri.*

Lunati calcei Romanorũ quid significent. [a] *In Proble. Rom.*

Vt enim Athenienses, qui sese αὐτόχθονας, appellarunt, ad Nobilitatis insigne Cicadas au- G
reas (vt abundè superiùs diximus) cincinnis implicitas portabant, ita quoque Romani
Lunatos calceos, de quibus extat hoc apud [a] Plutarchum problema. Quid est, inquit, quod
qui nobilitate præstare videntur, lunulas in calceis ferunt? An vt dicit Castor signum eius
quæ in luna esse dicitur habitationis, & quòd post mortem animi rursum lunam sub pedi-
bus habebunt? An quòd antiquissimis præcipuum fuit, qui fuerunt Arcades ab Euandro
Proselini appellati: & reliquas causas adiecit. Sed de hoc Arcadico ritu, & similibus vide
Secundum in detrectatores. Alexandrum ab Alexandro. Secundum est *in Detrectatores*.

*Audent flagiferi matulæ stupidiq; magistri*
*Bilem in me impuri pectoris euomere;*
*Quid faciam? reddamne vices? sed nonne Cicadam*
*Ala vna obstreperam corripuisse ferar?*
*Quid prodest Muscas operosis pellere flabris?*
*Negligere est satius, perdere quod nequeas.*

Nam si Cicadam alis comprehendas, magis strepit, quòd alarum beneficio ad strepitum, seu
Obtrectatores Cicadis similes. stridorem edendum non vtatur. Obtrectatores, itaque Cicadis similes, quibus si contradi- H
xeris, teq; contrà defenderis, magis eos in pugnam prouocaueris, & ad contradicendum, at-
que obtrectandum stimulaueris. Quamobrem appositè Lucianus, cùm à quopiam derisus,
quòd Apophradis vocabulo non rectè vsus esset, se ipsum defendere vellet, dialogum quẽ
Pseudologistam inscripsit, confecit, quo his verbis obtrectatorem increpat. At quòd igno- »
Apophradis nomen. rabas nomen Apophradis (hoc est diei atri) cuiuis facilè patet. Quomodo enim accusares »
me ceu barbarum lingua ob hoc, quòd de te dixi, Apophradi similem esse te (Nam mores »
tuos memini me cum tali die conferre) nisi prorsus ne audisses quidẽ nomen hoc? Ego vero »
ipsam quidẽ Apophradẽ, quid sibi velit, quidue significet paulò pòst docebo te. In præsentia »
autẽ Archilochi illud tibi dico, quod videlicet Cicadã ala comprehenderis; si modo de poë »
ta quodã iambico Archilocho audiuisti aliquando, qui genere quidẽ Parius fuerit, cæterũ ho »
mo suprà modũ liber, dicax, neq; conuiciari vnquã veritus, etiamsi qua maximè molestus fu »
turus esset ijs, qui in Iamborũ ipsius ociũ incurrerent. Ille igitur cùm malè à quopiam istorũ »
audiuisset, Cicadam ait comprehendisse hominem alis, comparans seipsum Cicadæ Ar- »

chilochus

A chilochus, Insecto videlicet natura quidem obstrepero, & nulla cogente necessitate, voca-
" li; quoties autem etiam ala comprehenditur, altius quiddam stridenti. Tu quoque igitur,
" inquit, homo infœlix, quid tibi vis, qui poëtam loquacem contra te ipsum irritas alioqui causas, & materiam Iambis suis quærentem. Atq; hæc tibi quoq; nunc interim minor &c. Sed de eo quod dicat Cicadam alis corripuisse, plura in Prouerbijs, ad quæ propriè hic locus pertinet, explicabitur. Tertium siue vltimum est inscriptum *Musicam Dijs curæ esse:*

*Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe Cicadam*
*Eunomus hanc, palmæ signa decora suæ,*
*Certabat plectro Sparthin commissus in hostem*
*Et percussa sonum pollice fila dabat.*
*Trita fides rauco cœpit cùm stridere bombo*
*Legitimum harmonias, & vitiare melos,*
*Tum citharæ argutans suauis sese intulit ales.*
*Quæ fractam impleret voce Cicada fidem.*
*Quæq; allecta, soni ad legem descendit, ab altis*
*Saltibus vt nobis garrula ferret opem.*
B *Ergo tuæ vt firmus stet honos (ô sancte) Cicadæ*
*Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.*

Est autem hoc emblema desumptum ex libro Epigrammatum Græco. tit. Εἰς κιθαρώδους, autore Paulo Silentario. Epigramma tale est.

Τὸν χαλκοῦν τέττιγα Λοκώρεϊ Λοκρὸς ἀνάπτει
Εὔνομος ἀθλοσύνας μνᾶμα φιλοστεφάνου.
Ἠνδ' ἀγῶν φόρμιγγος, ὅδ' ἀντίος ἵστατο Πάρθυς
Ἀλλ' ὅκα δὴ πλήκτρῳ Λοκρὶς ἔκρεξε χέλυς,
Βραγχὸν τετρηγυῖα λύρας ἀποκόμπασε χορδὰ.
Πρίνδε μέλος σκάζειν ἐύποδος ἁρμονίης.
Ἁβρὸν ἐπετρύζων κιθάρας ὑπερέζετο τέττιξ,
Καὶ τὸν ἀποιχομένου φθόγγον ὑπῆλθε μίτου.
Τὰν δὲ πάρος λαχαγεῦσαν ἐν ἅλσεσιν ἀγρότιν ἠχὼ
Προς νόμον ἁμετέρας τρέψε λυροκτυπίης
C Τῷ σε μάκαρ λητῷε τεῷ τέττιγι γεραίρει
Χάλκεον ἱδρύσας ᾠδὸν ὑπὲρ κιθάρας.

Hoc itaque Emblema, cùm ad fabulam, quæ fertur de Eunomo Locrensi, qui statuam in Cicadæ honorem posuerat, quòd ea ipsi cùm cum Aristone citharœdo certaret, auxilio fuisset, pertineat, postea fusiùs recitabimus.

# EPIGRAMMATA.

IN eandem sententiam [a] extat Epigramma incerti autoris εἰς κιθαρώδους, vbi loquitur ipse Eunomus Locrensis. [a] *Epig. li. 4.*

Εὔνομον, ὦ πόλλον σὺ μὲν ὄισθα με πῶς ποτ' ἐνίκων
Σπάρτιν ὁ Λοκρὸς ἐγὼ· πευθομένοις δ' ἐρέω.
Αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον· ἐν δὲ μεσεύσᾳ
Ὠδᾷ μοι χορδὰν πλάκτρον ἀπεκρέμασεν.
D Καὶ μοι φθόγγον ἑτοῖμον ὁπανίκα καιρὸς ἀπηκτεῖ
Εἰς ἀκοὰς ῥύθμον τ' ὠτρεκὲς οὐκ ἔμενεν.
Καί τις ἀπ' αὐτομάτω κιθάρας ἐπὶ πῆχυν ἀναστὰς
Τέττιξ ἐπλήρου τ' ωτρεκὲς ἁρμονίης.
Νεῦρα γὰρ ἐξετίνασσον· ὀθ' ἑβδομάτας δὲ μελοίμαν
Χορδὰς, κἂν τούτῳ γῆρυν ἐκιχράμεθα.
Προσγὰρ ἐμὰν μελέταν ὁμεσάμβρινος οὔρεσιν ᾠδὸς
Τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μεθηρμόσατο.
Καὶ μὲν ὅκα φθέγγοιτο σὺν ἀψύχοις τόκα νευρᾶις
Τῷ μεταβαλλομένῳ συμμετέπιπτε θρόῳ.
Τοὔνεκα συμφώνων μὲν ἐγὼ χάριν, ὃς δὲ τυπωθεὶς
Χάλκεος ἁμετέρας ἕζεθ' ὑπὲρ κιθάρας.

Quod vt intelligi posset sic vertit Franciscus Sanctius Brocensis.

*Eunomus*

*Eunomus vt Parthin Locrenſis carmine vici*
*Delphice ſcis: dicam ijs qui mea facta rogant.*
*Aeolico cithara reſonabant pectine cantum,*
*Concentu in medio diſilit vna fides.*
*Inde per attentas non ibat dulciter aures,*
*Legitimusq; mihi non erat ille ſonus.*
*Tum citharæ cubito ſedit tum fortè Cicada,*
*Vt dulcem cantum conderet harmonia.*
*Fracta namq; fide rithmum meditabar eundem*
*Supplere & netes æquiparare vicem.*
*Ecce mihi venit cantor de montibus altis*
*Aeſtiuus, dulces concinuitq; modos.*
*Extinctis qui voce leui ſua carmina neruis*
*Aptabat reparans, qui periere, tonos.*
*Propterea grates ſoluo tibi Delphice, noſtraq;*
*Aeneus hic cantor deſidet in cithara.*

[b] *Lib. 3. Epigram.* Meleagri haud dubiè omnium [b] Epigrammatariorum vetuſtiſſimi ex libris Epigrammatum hoc collegi inſcriptum εἰς τέττιγα. hoc eſt in Cicadam, Cicadas enim hoc tum ad cantum cohortatur, cùm paſtores canere minimè conuenit, ne Pana quieſcentem ſuſcitent.

Αχήεις Τέττιξ δροσεραῖς ςαγόνεσσι μεθυσθεὶς,
Αγρονόμον μέλπεις μοῦσαν ἐρημόλαλον.
Ἄκρα δ' ἐφεζόμενος πετάλοις πριονώδεσι κώλοις,
Αιθίοπι κλάζεις χρωτὶ μέλισμα λύρας.
Αλλὰ φίλος, φθέγγου τὶ νέον, δενδρώδεσι νύμφαις
Παίγνιον, ἂν τῳδόν Πανὶ κρέκων κέλαδον,
Ὄφρα φυγὼν τὸν ἔρωτα, μεσέμβρινον ὕπνον ἀγρεύσω
Ενθαδ' ὑπὸ σκιερῇ κεκλιμένος πλατάνῳ.

De verbo ad verbum nos ita tranſtulimus vt poſſet intelligi.

*Reſonans Cicada roridis guttis ebria*
*Agreſtem canis Muſam in ſolitudine loquacem.*
*Summis inſidens folijs pedibus pectine iunctis,*
*Fuſco frangis corpore cantum lyræ.*
*Sed ò amica caue aliquid noui arboreis nymphis*
*Ludicri contra ſonantē Pani modulans ſtrepitum.*
*Vt fugiens cupidinem meridianum ſomnum vener*
*Hic ſub opaca recubans platano.*

[c] *Lib. 1. Epigram.* Habetur [c] incerti cuiuſdam autoris multo eligantiſſimum Epigramma propter verborum reduplicationem. Alloquitur autor, ſicut mea fert opinio, hoc Epigrammate hirundinem, quæ captam Cicadam nidis loquacibus infert ad eſcam.

Ατθὶ κόρα, μελίθρεπτε, λάλος, λάλον, ἁρπάξασα
Τέττιγα, πτάνοις δαῖτα φέρει τέκεσιν.
Τὸν λάλον, ἁλαλόεσσα. τὸν εὔπτερον, ἁπτερόεσσα.
Τὸν ξένον, ἁξεῖνα, ἀρινὸν, ἠερινα.
Οὐχὶ τάχος ῥίψεις; οὐ γὰρ θέμις, οὐδὲ δίκαιον
Ὄλλισθ' ὑμνοπόλους ὑμνοπόλοις ςόμασιν.

Vertunt quidam hoc modo:

*Attica puella Pandion*, ideſt *hirundo melle nutrita garrula garrulam cùm rapueris*
*Cicadam, volucribus cibum fers pullis.*
*Garrulam garrula, bene alatam alata,*
*Hoſpitem hoſpes, vernam verna.*
*Nonne ſtatim abijcies? neq; enim fas eſt, nec iuſtum*
*Perire muſicos muſicis oribus.*

Sed quàm ſuauiter tu appellandus ò Anacreon, qui dulci tuo carmine, ac docto εἰς τέττιγα hoc eſt laudes Cicadæ cecineris? tuinè obliuiſcar? adſcribam, quod ſcripſeris.

Μακαρίζομέν σε τέττιξ
Οτι δενδρέων ἀπ' ἄκρων
Ολίγην δρόσον πεποικὼς
Βασιλεὺς ὅπως, ἀείδεις

Σὰ γὰρ

A
Σὰγαρ ὄζιν κεῖνα πάντα
Οσσόσα βλέπτες ἐν ἄγροις,
Χὀπόσα φέρουσιν ὧραι.
Συ δὲ φίλιος γεωργῶν,
Απὸ μηδενός τι βλάπτων.
Συδὲ τίμιος βροτοῖσι,
Θέριος γλυκὺς προφήτης.
Φιλέουσι μὰν σε μοῦσαι,
Φιλέει δὲ φοῖβος αὐτός,
Λιγυρὰν σὶ ἔδωκεν οἴμαν
Το δὲ γῆρας οὔσε τέρπει
Σόφε, γηγενὴς, φίλυμνε
Απαθὴς, ἀναιμόσαρκε
Εχεδόνε θεοῖς ὅμοιος.

B Quæ omnia sic à quodam Latino metro eligantissime tradita sunt:

*O terq; quaterq; fœlix*
*Cicada, quæ supremis*
*In arboribus viretis,*
*Roris parum, vt bibisti*
*Cantare dulce gaudes*
*Reginam agens potentem.*
*Quodcunque conspicaris*
*Tuum est: quod arua gignunt,*
*Quod sylua cunq; profert.*
*Te amplectitur colonus*
*Quod eius in labores*
*Iniuriosa non sis.*
*Colunt Cicada te omnes*
*Diuina, quod puteris*
C *Aestatis imminentis.*
*Te diligunt camœnæ:*
*Te diligitq; Phœbus,*
*Vocemq; dat canoram.*
*Te non senecta carpit*
*Festiua terræ alumna,*
*Cantus amica, & omnis*
*Mali & doloris expers.*
*Vlla nec aucta carne,*
*Nec aucta sanguine vllo:*
*Ipsis abes parum à dijs.*

De amantum infœlitate doctum, quod sequitur Epigramma condidit Iouianus Pontanus, in quo ostendit, quantopere infœlices sint ij, qui œstro amoris sunt perciti, vtpote, qui nocte dieq; atquè omni anni ætatisq; tempore inquieti degant. quibus itaque longè fœliciores ait esse Cicadas, qui noctem diemq; optimè transigunt, & sine mœrore, ac vltimo vitæ
D die cum summa lætitia, ac gaudio moriantur.

Amantibus fœliciores Cicadæ.

*Cantando luces peragit sub fronde Cicada,*
*Et mulcet syluas, carmine læta suo,*
*At tenebras sub rore leui, sub deside somno*
*Transigit, & noctes, nocte iuuante, suas.*
*Cantando moritur; sentit nec tædia mortis.*
*Quin cantu vitam ducit & exequias.*
*O fœlix ortu, interitu fœlicior. At me*
*Et nox nigra grauat; vexat & atra dies*
*Ante fores iaceo gelidæ sub frigora brumæ;*
*Nec pudet ætatis, Pieridumq; senem.*
*Ante fores, sub sole leo dum feruet, & ignis*
*Vstulat Icarius, conqueror vsq; senex.*

*Vror amans: tabeſco ſenex; lux omnis amara:* E
*Nox inimica mihi eſt; noxq́, dieſq́ nocet.*
*Sors iuuenum miſeranda, ſenum deflenda: Cicadæ*
*Sors fœlix. o iam diſcite quid ſit amor.*

# PROVERBIA.

Cicada vocalior.

Τέττιγος ἀφωνότερος, id eſt *Cicadâ vocalior*. Dicebatur in hominem impendio garrulum, aut admodum muſicum, propterea quòd hoc Inſectum rore duntaxat viuens cantu potiſſimùm delectetur. Et quoſdam ita muſicæ deditos, vt neglecto cibo perituri fuerint inedia, in Cicadas à dijs mutatos, narrat apud Platonem Socrates in Phœdro, Theocritus in Daphnide.

Τέττιγος, ἐπεὶ τύγε φέρτερον ἄδεις.

*Quippe canis melius quacunque Cicada.*

[a] *Lib. 6. Deipnoſ.*

Magis tamen in garrulos conuenit. veluti apud [a] Athenæum parasitus quidam ſeipſum F depingens λαλῶν, inquit, τέττιξ, ideſt garrulitate Cicada ſum, & apud eundem libro vndecimo, Theopompus τέττιξ κελαδεῖ *Cicada ſtridet*, quòd tamen illic videtur boni ominis cauſa dici. Citatum quoq; hoc antiquiſſimi poëtæ Næuij à Nonio eſt. Quando ad ludos venit alij cum tacerent, totum diem argutatur, quaſi Cicada; quo in loco Nonius argutari exponit loquaciter proloqui. Chœnix Ennij eſt fabula de nomine menſuræ Græcæ, vt Modius apud Varronem, ex ea eſt iſtud, Tum tu iſti crede, atq; exerce linguam, vt argutarier poſſis, vſitato itaq; vocabulo vſus eſt Næuius, & in ea ſignificatione, qua exponit Nonius. Nam Næuius ijs verbis loquacem perſtringit, vt Ennius. In Loquaces, & maledicendi cupidos dicitur, & hæc parœmia τέττιγα πτέρου σωλήφας id eſt *Cicadam ala corripiſti*. Lucianus in Pſeudologiſta ſcribit Archilochum poëtam iambographum, & ad malè dicendum egregiè inſtructum, ad hunc modum reſpondiſſe, quidam à quo fuerat conuiuio prouocatus τὸν τέττιγα πτέρου σωλήφας. eſt autem huius Inſecti mira quædam, & prodigioſa loquacitas, maximè efferueſcente ſole. Ergo quemadmodum ſi Cicadam natura garrulam ala comprehendas, clariùs obſtrepit; ita ſi poëtico homini præbeas occaſionem ſimultatis, non modò non tacebit, ſed clariùs obſtrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuiſſe, ne quis hominem poëtam ſibi faceret inimicum, & Horatius:

Argutari quid.

Chœnix Ennij.

Modius Varronis.

Cicadam ala corripiſti.

Poëtarum natura.

G

——— *Genus irritabile vatum*

[b] *Chil. 8. 166.*

dixit. Expoſuit hanc parœmiam hiſce quatuor verſiculis [b] Iohannes Tzetzes.

Ὁ τέττιξ μεθυσκόμενος ἡλιακαῖς ἀκτῖσι.
Γίνεται λάλος, ᾠδικός, κἄντις κατάχη τὸ ὕτον,
Μᾶλλον ὄζει λαλίστερος ὅθεν ἡ παροιμία
Τέττιγα λέγει τῶν πτερῶν δόξεις κατεχηκέναι. id eſt,
*Cicada ebria facta ſolaribus radijs,*
*Fit loquax occentrix: quamuis quiſpiam hanc teneat,*
*Magis eſt loquacior: vnde & adagium*
*Cicadam dicit per alas æſtimabis detinere.*

[c] *Chil. 10. 301.*

[c] Alibi quoque idem autor linguam ſcribens loquaciorem eſſe Cicadis, & Atticis, qui prolixiori vtebantur ſermone, quàm Lacones, eandem parœmiam latiùs exponit. verſus adijciam. H

Οἱ τέττιγες ζωύφια τυγχάνουσι τῶν λάλων
Τῷ καύματι τοῦ θέρους δὲ μᾶλλον λάλουσι πλέον
Κἄνπερ κατάχη τῶν πτερῶν τούτους, τὶς παῦσαι θέλων
Μᾶλλον εἰσὶ λαλίστεροι, καὶ τῶν ὀχληροτέρων
Ὅθεν τοῖς λάλοις λέγεται τοιαύτη παροιμία,
Τέττιγα δόξεις τῶν πτερῶν τάχα κεκρατηκέναι
Καὶ ὅτι λάλοι τέττιγες, κατάδηλον τοῖς πᾶσιν.
Οἱ Αττικοὶ ὁμοίως δὲ πάλιν τῶν μακρηγόρων
Λάκωνες βραχύλογοι δὲ τούτοις ἐναντίως. vertitur.
*Cicadæ animalcula ſunt loquacia*
*In calore autem æſtatis magis ſtrepunt amplius.*
*Quamuis detineat alis has quiſpiam, ſedare volens,*

*Magis*

A *Magis sunt loquaces, atq; turbulentæ,*
*Vnde loquacibus dicitur talis paræmia*
*Cicadam videris alis fortè cohibuisse,*
*Et quod loquaces sint Cicadæ clarum est omnibus.*
*Attici similiter autem rursus sunt, qui longum concionantur,*
*Lacones verò breuiloqui his ex aduerso.*

*Cicadæ vterum ne scabito*, eiusdem cum priori sententiæ, prouerbium his verbis [d] Pierius Valerianus exponit. Cùm verò, inquit, sonus ipsius animalis argutus, quidam stridor potiùs, sit, quàm cantus vllus, & strepitu aures offendat, natum inde prouerbium, *Cicadæ vterum ne scabito*, quoties reprimenda est cuiuspiam dicacitas, aut petulantia, vt si pergat dicere, quod vult, scurriliq; , aut maledico morsu impatientiorem aliquem tetigerit, ipse postea repercussus, quæ nollet audiens erubescat, & quòd in hanc sententiam ait Hesiodus. Cicadę vterum ne scabito. [d] *Lib. 26.*

Ἐ'ιδὲ̀ κακὸν τ' εἴποις τάχα κἀυτὸς μᾶ̃ζον ἀκούσας.

Et huiusmodi apud Sophoclem, Euripidem, & Plutarchum plura.

Σφὴ̃ξ βομβῶν Τέττιγος ἐναντίον, id est.

B *Scilicet obstrepitans argutæ Vespa Cicadæ.* Vespa Cicadæ obstrepens.

Vtitur hoc [e] Theocritus. Nam his verbis, quidam pastor contemnit pastorem, à quo prouocatur. conueniet in eum, qui longè impar cum superiore congreditur in certando, aut qui negotium facescit longè præstantioribus. Cuiusmodi est illud, Catulus Leonem adlaterans. *Cicada Cicadæ cara, Formica Formicæ.* [f] Aristoteles referens hoc prouerbium, ὅθεν ὅμοιον φασὶν ὡς τὸν ὅμοιον, id est, vnde similem aiunt ad similem, postea addit, & si quæ sunt alia; quibus verbis proculdubio intellexit illa, quæ sunt apud Theocritum. [e] *In Hodæporis.* Cicada Cicadæ cara. [f] *Ethicor. 8.*

Τέττιξ μὲν' τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ̀ μύρμαξ
Γρῆυς δ' ἰράξιν. Id est,
*Formicæ grata est Formica, Cicada Cicadæ,*
*Accipiter placet Accipitri.*

Conuenit hoc & in probos, & in improbos. vt enim illi cum bonis gaudent, & libentissimè conuersantur; ita hi cum malis. In quos lepidum illud est Catulli:

*Pulchrè conuenit improbis cinædis*

Item illud Martialis:

C *Vxor pessima, pessimus maritus,*
*Miror non benè conuenire vobis.*

Cum eo quod postremum præcessit prouerbio, aliud simile est istud τέττιγι τὸν μέλιτταν σωκρίνεις, id est Cicadæ Apem comparas. Nam Cicada cùm maior, tum canora est: Apis non modò minuto corpusculo, verùm etiam penè muta. Lucianus in Rhethorum doctore prouerbium hoc attigit vnà cum altero ei simili: τοσοῦτον ὑπερφονοῦντα ῥήσεις, ὅσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς καὶ' οἱ τέττιγες τὰς μέλιττας. Id est, inuenies tantò voce superiorem quantò tuba superat tibias, Apes Cicadæ. Cicadæ Apem comparas.

*Cicadæ potiùs æstate taceant*: dicitur prouerbialiter de aliqua re, quæ fieri non solet: Ouidius in Arte hoc vtitur: Cicadæ potius æstate taceant.

*Vere prius volucres taceant, æstate Cicadæ.*

Ἀκάνθιος τέττιξ *Acanthia Cicada*, in indoctos, atq; infantes, aut musices ignaros torqueri prouerbio solitum. ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ' ἀμούτων, vt Græci exponunt: quod Cicadæ Acanthiæ dictæ, minimè sint vocales, sed mutæ. Autor enim est Stephanus Bizantius iuxta oppidum Ætoliæ Acanthias Cicadas alibi vocales, mutas esse, atq; hinc ortum adagium, cuius autorem citat Simonidem. Acanthia Cicada.

*Cicadæ sibi canent.* Cœlius Rhodiginus huius meminit his ver- Cicadę sibi canent.

D bis. Fuit abhoc animali (Cicada mempe) à veteribus concinnata comminatio. χαμόθεν οἱ τέττιγες ὑμῖν ἄσονται. Id est, à terra vobis concinent Cicadæ. significatur enim agri vastitas cum arborum excisione. Verùm sic allegoricè pronunciatum vehementius grauiusque putat Demetrius Phalaræus. Quæ vis sua est orationis concisæ. Propterea, & symbola ob breuitatis assimilationē efficatiora multò, & grauiora censeri: quod enim breuiùs profertur, multorum suspicionem præstat. Hucusq; Cælius Rhodiginus. Huius verò superiùs quoq; meminimus. est autem [g] Aristotelis exemplum schematis, quo quis dicit, quòd non dicit, adducitq; ex poëta Stesichoro. Nec aliud addit, vnde possis dicti sententiam deprehēdere: nisi quod suspicamur poëtam his verbis comminatum ijs, vt inquit Adagiorum autor, à quibus erat læsus, quos si vlciscì alioqui non posset, certè carminibus suis esset illos infamiæ traditurus. Adducit autem, & Aristoteles Rheth. lib. secundo inter sententias obscurè dictas ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν, ὅτι οὐ δεῖ ὑβρίζειν, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ἄδωσιν. Quod quidem Stesichorus apud Locrenses dixit, Non oportere cuiquam iniuriam facere, [g] *Rhethor.*

ne

ne Cicadæ ex humo canant. Cicadæ poëtarum habent ſymbolum. χαμόθεν dixit ob inopiam, & conditionis humilitatem, vt rurſus exponit Adagiorum autor. Vnum quodq; animal minatur his armis, quibus à natura inſtructum eſt; poëtæ præter verſus nil habent, quibus tamen homines, vel album, vel nigrum ad poſteros tranſmittunt. Vnde & Plato dicitur amicos admonere ſolitus, ne quem hominem poëticum ſibi redderent inimicum, eſt enim in his, qui fœnum habent in cornu. Doctis tamen nonnullis placet alio ſpectare Steſichori dictum. Quoniam Cicadæ ſolent Marone atteſtante, in arboribus canere, apparet Steſichorum ciuiliter Locrenſes admonere hoc dicto, ne per petulantiam à finitimorum iniurijs parum temperantes, tandem arma illorum in ſe concitent, qui cum exercitu fines illorum ingreſſi, quidquid arbuſtorum ſit in agris, hoſtiliter excidant: itaq; fiat vt Cicadæ illis iam humi canere incipiant, ſublatis arboribus quibus inſideant. Fortaſſe tale quiddam refert Gregorius Nazienzenus, cuius in hoc opus Commentaria Venetijs Aldus Manutius ſcribit ſe vidiſſe. Τεττίγων ἀνάμεστοι, *Cicadis pleni*. In glorioſos, & ſtultos olim dicebatur, aut obſoletis, ac iam deſitis vtentes. Antiquitùs enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas Cicadas addere. vnde Τεττιγοφόροι dicti ſunt, quemadmodum abundè dictum eſt ſuperiùs, hoc autem declarabant ſeſe αὐτόχθονας eſſe ſiue indigenas, veluti Cicadæ quæ non aliunde commigrant, ſicut plæraq; alia, ſed innibi naſcuntur vbi viuunt. Ariſtophanes.

Cicadis pleni.

Αρχαῖα γε καὶ δὴ πολιόδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα
Καὶ κηκιδός, καὶ βατρωνίων. id eſt,
*Priſca hæc ſanè atq; obſita canis, nec non repleta Cicadis*
*Ac Cecide cum Buphonijs.*

Cecides peruetuſtus quiſpiam fuit ditramborum ſcriptor. Buphonia item feſtum priſcum, & iam ob vetuſtatem deſitum. Quæ ſanè omnia prouerbiali ſchemate ſunt dicta. Non minus prouerbialiter vſurpari poteſt *Cicada nigrior*, vt graculo nigrior, quotieſcunq; ſermo eſt de rebus nigerrimis. Vtitur hoc [h] Martialis in Procillum, qui ipſi inuidebat, quod à pulchra puella adamaretur, ſe tamen inquiens nigriorem velle

Cicada nigrior.

[h] *Li. 3. Epigram.*

*Formica, pice, Graculo, Cicada.*

Nec minus, & hoc *Cicada inanior*, quòd à [i] Scaligero vſurpatum video de homine loquens pauperrimo; cùm ait

[i] *Poem. in manes Catulli.*

Rorepaſcitur.

*Audes temnere ruſticus colonum?*
*At qui, dij, homo? qui? qui inaniore*
*Ventre eſt, quam media die Cicada*
*Cum cœli meditullio ſilet ſol:*
*Et longas ſubiens vorauit vmbras.*

*Rore paſcitur*. ſi hoc referamus ad prouerbium, inquit Adagiorum autor, transfertur ad ingenium ſiue ſtylum ieiunum, & aridum, aut per ironiam in hominem vehementer obeſo corpore. Theocritus in Nomeo Batto: σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ: Nunquid rorem depaſcitur, vt Cicada? Cicadas autem rore ali teſtati ſumus. Virgilius in Daphnide.

*Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit*
*Dumq; thymo paſcentur Apes, dum rore Cicadæ,*
*Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.*

Hæc ſunt τὰ ἀναγκαῖα id eſt neceſſaria, & prouerbij ſpeciem habent, quibus indicare licebit, quòd in vita perpetuum nobis futurum intelligi volumus. Itidem Virgilius hoc, quòd habetur quarto Æneidos:

*Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.*

Cigale ſchioppate.

*Cigale ſchioppate* apud Italos vſitatum, quaſi dicas Cicadæ crepatæ, aut ruptæ. tales dicuntur poëtæ, & aſſentatores principum, qui cùm ignominioſos ſuos verſus ediderunt, aut de aliquo maledixerint quidquam, quòd principi fore gratum exoptant, non aliter tandem, quàm Cicadæ ſuo cantu rumpuntur, & moriuntur, vbi per aſſentationes nequeant conſequi, quod cupiunt. poteſt quoque hoc prouerbio notari res, quæ nullius eſt vſus amplius, non aliter, quàm Cicadæ, cùm rumpuntur, non ampliùs ad cantum idoneæ exiſtunt: eſt autem hoc apud [k] Arioſtum:

[k] 34. *Cant.* 77.

*Vede in ghirlande aſcoſi lacci, e chiede*
*E ode, che ſon tutte adulationi*
*Di Cigale ſchioppate imagini hanno*
*Verſi, che in lode de i Signor ſi fanno.*

A Γέγηθε μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς. Id est.
*Gaudet magis quàm qui senectam exuit,*
de vehementer hilari, & gestienti gaudio.[1] Aristophanes.
Ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα, καὶ πέπαρδα καὶ γέλω
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς, ἐκφύγων τὴν ἀσπίδα. Id est,
*Gaudeo siquidem atq; lætor, atq; pedo & rideo*
*Qui clipeum suffregerim, magis ac senectam qui exuit.*
Ductum est à serpentibus, & Cicadis, qui statis temporibus exuunt senectutem, & veluti renascuntur.

Gaudet magis quam qui senectã exuit.
[1] *In Pace.*

# EPITHETA.

EX quodam Epigrammate Simonidis peruetusto apud[a] Athenæum colligo Τέττιγας dici ἀμήτρους, hoc est, immoderatas. nescio cur immoderatæ, B nisi quòd in cantu intemperantes sint, & assiduæ nimium, ita vt ob assiduitatem rumpi dicantur. Alij verò legunt hîc ἄμητροι, quòd sponte nascantur, & absq; matre sint. alij εὐμητροι hoc est sonoræ, ob cantum sonorum quem edunt. alij ἄμητροι pro ἠμητροι blandæ, vt notat ibidem doctissimus Dalechampius. At verò φιλόμβριον τέττιγα pro φίλομβρον. Id est, pluuiæ cupidam in Epigrammatibus veterum dici annotat autor Thesauri linguæ Græcæ. videtur & hoc epitheton Cicadarum naturæ non rectè conuenire, vtpote quæ cunctæ anni temperiem siccam efflagitant, æstatem, & solis æstum. nisi sit per ἀντίφρασιν intelligendum: potest quoque ea ratione conuenire, qua Cicadas diximus ex Aristotele plurimas generari, cùm plurimi fiunt imbres. Similiter & in Epigrammatibus δρυοκολάπτης dicitur, quasi in quercu seu generaliter in arbore cubans. Nam & Græci, vt quidam tradunt δρυὸς nomine omne arboris, & ligni genus complexi sunt. etenim vitem quidam poëta δρυὸς οἰνοχίτωνα nuncupauit. Philes ob cantus amorem quo detinetur, φιλῳδὸν vocat, Suidas ἠλιομανῆ, hoc est, insano solis amore captam, quoniam ἐκμαίνεται τῷ ἡλίῳ. Αἰθαλίωνες apud Theocritum παρὰ τὸ αἰθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. quia à sole comburantur: concinere enim tunc vbi καῦμα fiat hoc est, C vbi maximè inardescat sol, notat Theocriti Scholiastes.[b] Hesiodus ab alarum colore κυανοπτέρους: exponunt alis nigricantes. dicitur enim κυανόπτερος, cuius alæ seu pinnæ cyani colore sunt, hoc est cæruleæ. Dicuntur apud Virgilium à cantu querulæ, itemq; raucæ. argutas (vt Hesiodus & alij poëtæ Græci ἠχέτας) dixit in Culice.

[a] *Li. 11. de ipnos.*

[b] *In Scuto Herculis.*

Arguta.

*Argutis & cuncta fremunt ardore Cicadis,*
& Martialis.
*Argutæ tegit ala quot Cicadæ.*
Nemesianus æstiuas, quòd æstate canere incipiant & æstu delectentur.
——*Æstiuis cantu concrepat Cicadis.*
Quidam graciles vocauit, quòd tenui sint corpore. Pontanus choralistriam Cicadam, quòd alternatim, & instar chori canat, sed apud quem id ex veteribus legerit me latet. Policianus rauciſonam.

Rauciſona.

*Post vbi rauciſonæ pinna vibrante Cicadæ.*

# FABVLÆ.

D PHILOSTRATVS in Apollonij Tyanæi vita, & Plato in Phædro Cicadas à Musis cantum habuisse scribunt, dicente sic Socrate: Fertur autem olim Cicadas homines fuisse ante Musas: natis deinde Musis cantuq; monstrato, illorum nonnullos voluptate cantus vsq; adeo delenitos fuisse, vt canentes cibum potumq; negligerent, imprudenterq; perirent: ex quibus deinceps Cicadarum genus sit natum, cui Musæ hoc munus dederunt, vt alimonia non indigeant, sed absq; cibo potuq; quamdiu vixerit, cantet: postea verò ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hîc colat renunciaturum. Ergo Terpsichore renunciantes, qui præcipuè illam in choreis cætibusq; celebrarint, eam ipsis propitiam reddunt, atq; itidem alijs pro sua cuiq; venerationis specie. Tithonũ fabulatur Hellanicus, Laomedontis filiorum eligãtissimũ fuisse & ab aurora (alij Die) adamatum, in cœlo sublatum, ac

A Musis cãtum habuerunt Cicadę.

Cicadę homines fuerunt ante Musas.

Tithonus in Cicadam mutatus, & eius fabulę allegoria.

succo illius perfusum: inde petēti immortalitatem cōcessit. Porro vbi consenuisset, postremo E prius cœpit cogitare, quod per incogitantiam vnà cùm viuacitate perpetua ἀγηρασίαν nō petiuisset. Itaq; vbi ipse sibi displicere cœpisset, quòd frui voluptatibus vitæ humanæ non liceret, contendit à dea, vt immortalitatem mortalitate commutaret. Aurora verò, cùm id in manu non esset, vertit eum in Cicadam volatilium μουσικώτατον, vt eius voce oblectaretur. Reliquit hîc Hęmathionem filium, & Memnonem Aegyptiorum regem. Addunt nonnulli ἀμφιμήτριον Priami fuisse, hoc est ex vno quidem patre Laomedonte, sed diuersis matribus. Priamum ex Leucippa, Tithonum verò ex Strymone, aut Rhæone. Et qui eius senectutem amplificant, aiunt eo senij illum prouectum fuisse, vt in cunis, & calathis vimineis infantum more agitatus interquiesceret. Nata hinc parœmia τιθωνῆ γῆρας, & καταγηράσαις τιθώνου βαθύτερον: id est Tithoni senecta, & Tithono profundiùs senescas. Lucianus καὶ ὑπὲρ τιθωνὸν ἔζη ὁ γέρων: atque vltra Tithonum viuebat senex. Aristophanes.

Tithoni senecta prouerbium quid.

Ἄνδρα τιθωνὸν καὶ παράττων, παράττων, καὶ κύκων,
*Virum Tithonum & lacerans & turbans, & miscens.*

Hanc fabulam carmine explicauit [a] Iohannes Tzetzes, simulq; exponit Homerum, cur Cicadis assimulauerit Troianos, pessimeq; interpretes eius opinatos esse, propterea id factum F quòd Tithonus, cùm consenuisset, in Cicadam versus sit; de Cicadarum itaque loquacitate primùm locutus, hos versus subdit.

[a] *Chiliad.* 8. 166.

Οὕθεν καὶ ὁ μηρος εἰδὼς τὸ τῶν τεττίγων λάλον
Τοῖς τέττιξι παρῄκασε τοὺς τρώων δημηγόρους,
Δημηγορίας χέοντας λόγων συχνὰς νιφάδας
Ἃς δὲ φασὶν οἱ βουκρανοι πλάττοντες ἱστορίας
Ὡς ὁμηρος τοῖς τέττιξι παρῄκασε τοὺς ἄνδρας
Ἀνθ' ὧν ὁ τούτων συγγενὴς ὁ τιθωνὸς γηράσας,
Ἐκ τῆς ἡμέρας τέττιγος εἰς φύσιν μετημείφθη,
Λῆρος τυγχάνει μυθικὸς, ὃν ἀλληγορετέον.
Τὸν τιθωνὸν ἐρώμενον ἡμέρας οὕτω νόει
Τὸ εἶναι μακροχρόνιον, καὶ τάχα δὲ φιλεῖσθαι,
Ταῖς τῆς ζωῆς ἡμέραις τε καὶ τῷ μακρῷ δὲ χρόνῳ,
Επεὶ δ' ὑπερεγήρασε, καὶ δίκην βρεφυλλίων G
Ενλίκνῳ σωστρέφετο, χάριν τοῦ καθευδῆσαι.
Πάλιν νεάσαι θέλοντες τοῦτον ὡς βρέφος λέγειν,
Επεὶ καὶ τέττιγες γηράζουσιν, ὡς ὄφεις·
Λαλῶν γὰρ τέττιξ ῥῆγνυται, ἄλλος δ' ἐκτρέχει νέος,
Ἔφασαν ὡς γεράσαντα τὸν τιθωνὸν, ἡμέρα
Εις τέττιγα μετέλαλεν. ἤρωι μακρῷ τῷ χρόνῳ
Ο τιθωνὸς ἐξ ὑπαρχῆς πάλιν ἀνενεώθη. Id est,

*Vnde & Homerus cùm sciret Cicadarum loquacitatem*
*Cicadis assimulauit Troianorum concionatores*
*Conciones fundentes verborum densas niues.*
*Quas autem aiunt bubali fingentes historias*
*Quòd Homerus Cicadis assimulauit viros*
*Propterea, quòd harum cognatus Tithonus cùm senuisset*
*A Die Cicadæ in naturam mutatus est,* H
*Nugæ sunt fabulosæ, quæ explicandæ sunt.*
*Tithonum amantem diem sic intellige*
*Eo quòd esset longæuus, & fortè sanè amari*
*Vitæ diebus atq; longo tempore.*
*Postquam autem senuit & instar infantulorum*
*In cuna voluebatur gratia dormiendi,*
*Rursus pueraſcare volentem hunc vt infantem diceres:*
*Quoniam Cicadæ ipsæ repueraſcunt, vt serpentes.*
*Loquēs enim Cicada rumpitur, alius autem excurrit iuuenis*
*Dixerunt quod cùm senuisset Tithonus, Hemera*
*In Cicadam mutauit: id est in longam vitam*
*Tithonus à principio rursus renouatus est.*

Allegoria fabulę Tithoni.

Quidam Græcorum hanc fabulā paulò aliter allegoricè interpretantur, in hunc scilicet modum.

A dũ. Tithonus hîc in orientali mundi plaga vxorem duxit, susceptiq; ex ea libros, quos suprà commemoraui, & ad tantam peruenit senectutem, vt in cunas componeretur. Auroram vocant temperatam orientalium partium plagam, qua ad miraculum viuacitatis venit. Quod verò in Cicadam eum transformatum fabulantur, id factum existimant propter Cicadarum naturam, vt etiam superiùs Iohannes Tzetzes admonuit, quæ senio confectæ perinde, vt serpentes exuunt senectutem. Sed & Physicam huius fabulæ nescio quam rationem, quidam somniant, quam non est operepretium hîc persequi. Auget miraculum Rheginensium Cicadarũ etiam fabulosè celebrata vocalitas vicinarum. Nam [b] Strabo Timæũ citat autorẽ, quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrensem, & Rheginensem Aristonem in canendi certamen venisse, Aristonem Apollinem inuocasse Delphicum, vt sibi canenti auxilio foret, quòd à Delphis Rheginenses olim essent profecti. Eunomum respondisse cũ Rheginensibus, ne certandum quidem omnino de Musica, apud quos Cicada vocalissimum animal voce careret. Vtrisq; certantibus cùm in Eunomi cithara, vna inter canendum corda frangeretur, Cicadam superuolantem adstitisse, ac vocem alioqui defuturam suo cantu suppleuisse, atq; ita victorem fuisse declaratum, statuamq; citharœdi posuisse, cum Cicada cithareę insidente. Huiusmodi ferè narrat [c] Strabo, & Antigonus ex eodẽ Timęo qui Siculas cõscripsit historias. [d] Clemens Alexandrinus scribit hanc fabulam, sed prolixius & elegantius, & aliquantulum allegoricè interpretatur. Hanc enim Cicadam ait canendi arte, qua Eunomus præstabat allectam fuisse non aliter, quàm Thracij cantu feræ mansuetæ redditæ sunt, & Arionis Methymnæi suaui harmonia pisces inescati: per Cicadam autem histrionem, aut
» Musicæ imitatorem intelligi, & alia plurima, quæ his sequentibus verbis continentur. Thra
» cius autem, inquit, alius sophista (alia est hæc Græca fabula) solo cantu feras reddebat man
» suetas: quin etiam, & cæteras arbores, & fagos suis locis motas Musica transplantabat. Pos-
» sum tibi quoque aliam narrare fabulam, quæ huic non minus, quàm frater fratri est similis,
» similem & Crantorem Eunomum Locrensem, & Cicadam Pythicam. Dies festus maximo
» Græcorum conuentu Pythone celebrabatur propter Draconem mortuum: Eunomo canen
» te serpentis epithaphium, nescio an hymnus an lamentatio serpentis esset canticum. Erat
» autem certamen constitutum, & æstus tempore cithara canebat Eunomus, quando Cicadæ
» quæ sole incalescebant, sub ramis canebant in montibus. Canebant autem non Draconi
» mortuo, sed Deo sapientissimo verè liberum canticum, modis Eunomi præstantius. Locro
C chorda rumpitur, in citharæ iugum aduolat Cicada, & super instrumentum tanquam super
» ramum personat, & cithara cantico apta harmonia conueniens citharœdus, chordam sup-
» pleuit deficientem. Cicada ergo Eunomi cantu ducitur, vt vult fabula, quæ æneum Euno-
» mum in Pithone posuit cum ipsa cithara, & Locri socium certaminis. Ea autem, & sua spon-
» te aduolat; & sua sponte canit: Græcis autem visus est fuisse histrio, & imitator musicæ.
Quanam ergo ratione (alloquitur enim nunc autor Græcos & gentes) credidistis inanibus fabulis, æstimantes animantia demulceri musica, lętus autem, ac speciosus vultus veritatis solus, vt est verisimile videtur vobis esse simulatus, & infidelitatis oculis subijcitur? Hucusq; Clemens Alexandrinus. Aliud quoque apud Rheginos, vt autor est [e] Antigonus fabulę loco narratur, Herculem quodam eius regionis loco somno se dedisse, cumq; obturbarent Cicadę, imprecatum ijs esse, vt obmutescerent. Atque ob id factum (vt apud Solinum tradidit Granius) vt iam inde toto tractu, omniq; anni tempore, id Insectum volucre in silentio ibidem permaneat.

De Eunomo & Aristone.

[b] *Lib. 6. Geogrph.*

[c] *Lib. Mir. Nar.*

[d] *In Adhortatoria ad Græcos & gentes.*

[e] *In Mirab. Cur Regionis Cicadæ sit mutæ fabulosa ratio.*

Herculis somnum Cicadæ obturbarunt.

D. # APOLOGI.

AESOPVS ille è Phrygia fabulator haud immeritò sapiens æstimatus est, cùm quæ vtilia monitu, suasuq; erant, non seuerè, non imperiosè præcepit, & censuit, vt philosophis mos est, sed festiuos delectabilesq; apologos commentus res salubriter, ac prospicienter animaduersas in mentes animosq; hominum cùm audiendi quadam illecebra induit: velut hęc eius fabula de Cicada, atque Formica, qua nonet quemlibet ne in aliqua re sit negligens, ne postea mœreat, ac periclitetur. Hyemis, inquit, tempore cùm triticum efferueret, Formicę refrigerabant, Cicada autem esuriens petebat ab eis cibum: Formicę verò dixerunt ei, cur æstate non colligebas alimentum? hęc ait, non eram otiosa, sed canebam musicè. Tum hę ridendo dixerunt, si ęstiuo tempore modulabaris, nunc salta. Hoc etiã exemplo Aphthonius sophista in Exercitamentis ad laborem iuuenes cohortatur. Cicadæ, inquit,

Negligẽtia damnatur.

olim æstate assiduis cantibus indulgebant, Formicæ verò hyemis memores, laboribus fructibusq; colligendis operam dabant. Verùm cùm hyems aduenisset, Formicæ ijs, quę collegerant, pascebantur, Cicadas autem delectatio illa, & canendi voluptas eò indigentiæ miseriæq; perduxit, vt esurirent omnes, & fame conficerentur. Sic iuuentus laborum fugitans male habet in senectute. Hanc quoq; fabulam carmine reddidit Iohannes Tzetzes, quàm non opus est hîc repetere. Aliam Æsopus Crœso, qui contra Samios bellum gerebat, non omnino superiore imparem vtilitate, de Locusta, & Cicada dixit, qua audita non modo vitam largitus est Crœsus, sed se etiam cùm Samijs conciliauit. Narrat enim Maximus Planudes in Æsopi vita, cùm Crœsus ad Samios Legatum misisset, hicq; renunciasset regi fieri non posse, vt Samij debellarentur, quam diu apud eos est Aesopus, vtpote qui illis optima prudentissimaq; consilia suggereret, denuo regem ad Samios legatum misisse, qui Aesopum ab illis postularet, Aesopumq; inuitis Samijs vnà cùm legato ad Crœsum se contulisse, hunc, cùm Aesopum vidisset indignatum fuisse, atque dixisse: vide qualis homuncio impedimento mihi ad tantam insulam subigendam fuit. Tùm Aesopum; maximè o rex, non vi neq; necessitate coactus ad te veni, sed sponte. Patere me autem parumper audire. Vir quidam cùm Locustas caperet, occideretq;, cepit & Cicadam; cùm & illam vellet occidere, inquit Cicada, ô homo ne me frustra occidas. Ego enim neq; spicam lædo, neq; alia in re quapiam iniuria te afficio. Motu verò quæ in me sunt membranalarum, suauiter canto, delectans viatores. Præter igitur vocem in me ampliùs nihil inuenies. Itaque regem his auditis permisisse, vt abiret. Atq; Aesopum rursus dixisse, tuos igitur o rex pedes attingo, ne mę sine causa occidas. Non enim possum iniuria, quemquam afficere, sed in vili corpore generosum loquor sermonem. Postea scribit idem Planudes miratum regem, ac miseratum huic respondisse: Aesope non tibi solùm largior vitam, sed fatum. Ergo quod vis pete, & accipies. illum rogasse, vt rex reconciliaret se Samijs, regeq; subinde dicente reconciliatus sum. Aesopum in terram cecidisse gratiasq; illi egisse.

Aesopus Cicadę se cõparat.

# VSVS IN CIBIS.

[a] *Lib.4.*

[a] IOHANNES Boterius ex aliorum relatu recenset apud Carabi populos, & eos qui iuxta sinum Darien, & Vraba in Occidentalis Indię parte habitant, sportas plenas Cicadis, Locustis Gryllisq; ab Hispanis repertas fuisse, ijsq; aut siccis, aut salatis eos populos vesci, vendere item atq; emere, & pro alijs mercibus commutare, vt auro, argento, vestibus, scripsit Gonzalauus Ouiedus. Quin & antiquis in cibum Cicadæ cesserunt. Anaxandrides in Protesilao apud [b] Athenæum, conuiuium irridens nuptiarum Iphicratis, cùm regis Thracię Cotijs filiã in vxorem duceret, ait inter alia plurima lauta, & optima edulia, in cuiusdam conuiuio haud defuisse Cicadas assas. & Aristophanes in Horis apud [c] Athenęum pulchras Athenas laudans, hyberno tempore circumlatas mensis fuisse his verbis testatur.

[b] *Lib.4. De ipnoso. c.2.*
[c] *Li.9. Deip.*

*Media conspicias hyeme cucumeres, temporarios*
*Ac fugaces fructus, è violis coronas & oculos excecantem pluuerem*
*Idem institor vendit, turdos, pyra, fauos, oliuas*
*Colostrum, intestina, Cicadas.*

Quo in loco annotat Dalechampius assis vsos fuisse Athenienses. Quin etiam Parthi opibus abundantes, & ij qui ad orientem habitant, ijs vescebantur, vt prodidit [d] Plinius, qui quo tempore in cibum assumi debeant nobis his verbis docuit. Ante coitum, inquit, Parthi mares præ se ferunt, à coitu fœminas ouis earum correptis (aliqui legunt corrupti ideſt illecti, & deliniti nimirum Parthi, & populi ad Orientem) quæ sunt candida. Nam ante coitum teste [e] Aristotele mares sunt suauiores, à coitu verò fœminæ: quippe quæ tum oua candida & gustui grata habeant. sunt item, & ea suauissima antequam cortex cadit. Crescit, inquit Philosophus, primo in terra Vermiculus, deinde fit ex eo quæ Tettigometra appellatur parentis nomine, quo tempore gustu suauissimæ sunt antequam cortex rumpatur. tenerrimæ enim, vt obseruaui eo tempore, sunt; postea verò duriores, quo fit vt tunc minus esui sint. sunt & canibus quibusdam summopere gratæ non modo, cùm suo inuolucro, & Tettigometra obuolutæ sunt, sed etiam postea cùm canere incipiunt. vt in catella mea prægnante obseruaui, quàm ruri habebam, cui cùm aliquoties obiecissem, cùm summa auiditate eas comedebat, & tantoperè earum esu delectabatur, vt quoties famulorum aliquis per agros vagaretur, sponte non insequebatur tantùm, sed sub arbore, vbi eæ ardentius canebant consistens, continuo caudæ motu voceq; querula innutabat ad capiendum.

[d] *Li.11. cap.26.* Quãdo suauissimæ.
[e] *Li.5. Hist. cap.30.*

Canibus quibusdam grata.

VSVS

A

# VSVS IN MEDICINA

ANTIQVI vescebantur Cicadis ad aperiendas venas, vt perhibet [a] Athenęus de conuiuijs Atticis loquens his verbis. Vescebantur Cicadis pręterea & Cercopis venarum aperiendarum (sed ἀναστομώσεως Dalechampius vertit excitandæ appetentiæ) gratia. Aristophanes in Anagyro.

—— πρὸς θεῶν ἐρᾶς τέττιγα φάγειν,
Καὶ κερκώπην θερευσαμένην καλάμῳ λεπτῷ. Id est,

*Cicadis Cercopisq́; tu per deos libenter vesceris*
*Ex arundine illas gracili venaris.*

Docet [b] Rondeletius modum vtendi in medicina, vt nimirum tostis eis vtamur totis, quēadmodum Scorpionibus, & Vermibus, nulla parte dempta, velut aluo, aut alis, aut capite, vti in Cantharidibus fieri solet. atq; hoc modo assæ offerendæ ijs, quibus affecta vesica est.

B Cicadas tostas ait [c] Plinius, in patellis edisse contra difficultatem vrinæ prodest. & hæc ex [d] Dioscoride, qui inquit, Cicadæ, quæ inassatæ manduntur, vesicæ doloribus prosunt. quo in loco peritissimus herbarum Mathiolus ingentem Alberti cognomento Magni adnotauit errorem, qui arbitratur Gryllos noctu sttidentes, ac hyeme circa hypocaustorum fornaces plærunq; stabulantes, æstate verò in campestribus canentes Cicadas esse, cùm in Germania regione frigida, & maximè ad arctum spectante Cicadæ non sint. Sed vt vnde digressi eramus, reuertamur. easdem commendat [e] Aretæus ad acutas, & difficiles vesicæ passiones hoc » modo. vtilissimum, inquit, vtiq; vesicæ remedium Cicadæ sunt tempore suo tostæ, pro cibo » exhibitæ, extra tempus autem, aridæ, tritæ cum aqua. Sed radicis nardi parum cum Cicadis » elixetur, vt ijsdem quoque loco balnei ad vesicæ laxamentum æger desideat. Sed & Ci- » cadis siccis quidam, autore [f] Galeno, vtuntur ad colicos affectus, cùm paribus numero pi- » peris granis, dantq́; aut tres, aut quinq; aut septem, per intermissionem videlicet, & per » ipsos etiam paroxysmos.

[a] *Li. 4. c. 3.* Venas aperiunt.
[b] *Lib. de Ponder.*
[c] *Lib. 30. cap. 8.* Ad vesicæ vitia.
[d] *Lib. 2. cap. 45.* Alberti magni error. Germanis Cicadę desunt.
[e] *Lib. 6.* Ad colicū dolorem.
[f] *Lib. 11. de simp. med. fac.*

C

# VSVS IN VARIIS.

SI vinum aquis infuscatum. (vtar interim Plautino verbo) cognosces Cicada eo modo, quo nobis præcepit [a] Gaudentius Merula. Malum in vas in- » ijcito, vel pyra syluestria, vel Locustam, aut Cicadam; & si quidem hæc supernatauerint, vinum est purum; si verò merguntur aquam habent vina. Meropem auem antiquis dictam Græcis, hodiernis Melissophago, eligantissimo colore præditam Cretenses pueri Cicada venantur, quem capiendi » modum his verbis narrat [b] Bellonius: aciculam hami instar incuruam per mediam Cicadam » figunt, eamq́; capite filo alligant, cuius extremum manu retinent: Cicada sic transfixa ni- » hilominus in aëre volat, quam conspiciens Merops, impetu in eam irruit, atque eam deuorat; at acicula curua, quam cùm Cicada deuorauit retentus capitur. Sanè possent, & hoc modò facillimè capi hirundines, quæ Musis sacras, & canoras Cicadas, vt loquitur [c] Plutarchus facillimè capiunt, ijsq́; vescuntur.

[a] *Li. Mira. 4. cap. 37.* Vina num aquosa quo modo cognoscātur. Merops vt capiatur.
[b] *Lib. 1. obser. cap. 9.* Hirūdines quomodo capi possūt.
[c] *Sympos. 8. quæst. 7.*

D

FINIS.

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER TERTIVS, QVI EST DE ANELYTRIS BIPENNIBVS.

## DE MVSCA, Cap. I.

ABSOLVTA iam Insectorum anelytrorum quadripennium historiâ, bipennium, hoc est, eorum quæ binis, vt Plinius loquitur, aduolant pinnis, tradenda restat. Inter quæ velut primùm locum petitura Musca, vt naturaliter est audax, proterua, imporruna, dum alteriùs historiam meditor, molestat me pungendo, & quanquam sæpiùs repellam, redit tamen, pungitq; iterum, quin totis contendit viribus, vt & me velut comitem ijs adiungam, qui in eius laudibus plurimum temporis impendere non sunt degrauati: in quibus principem in primis recenset poëtarum Homerum, festiuissimumq; Lucianum ex veteribus, ex neotericis Leonem Baptistam Albertum, aitq; hos integris eam celebrasse voluminibus. Diuum [a] Augustinum mihi obtrudit, quòd eam Soli omnium rerum fotori anteponat his verbis: Si quis à me quærat, num etiam Muscæ animam huic Solis luci præstare censerem. „ Responderem etiam. Nec me terreret Musca, quòd parua est, sed quòd viua firmaret. Quæ- „ ritur enim, quid illa membra tam exigua vegetet, quid huc atque illuc pro naturali appeti- „ tu tantillum corpusculum ducat, quid currentes pedes, in numerum moueat, quid volan- „ tis pennulas moderetur & vibret. Quòd qualecunq; est bene considerantibus in tam paruo, „ tam magnum eminet, vt cuius fulgori perstringenti oculos præferatur. Hæc & alia mihi sę- „ pius repetebat Musca, tantumq; apud me valuit importunitatis assiduitas, vt potiùs morem ei gerendum esse duxerim, quàm deinceps nouis ab ea molestijs affici, quàm alijs, inquam, rursus aculeis impeti. Et multa equidem mihi dicenda forent Muscam laudare volenti, quę tamen in præsentiarum sponte prætereo, cùm ne ex Musca (quod aiunt) elephantum facere velle videar, tùm verò maximè, quia omnia in historiæ progressu patebunt, tùm deniq; quia à commemoratis modò authoribus fusè enarrantur, quos qui volet, per ocium adire poterit; ego interim prosequar.

[a] *Li. de duabus animab. 1 cap. 4.* Muscę anima soli præfertur.

A

# ÆQVIVOCA.

MVSCA in plerisq; linguis æquiuocationem patitur. Apud Græcos in primis Μυῖα, & apud Latinos Musca quodlibet Insectum volucre, quòd exiguum est, denotat. Quo sensu Hippocrates ægros Muscas captare scribit, quorum deplorata cura est. Ita quoque Apes Μυιῶν, id est Muscarum appellatione quandoq; veniunt. Χαλκῆ Μυῖα olim dicebatur lusus quidam puerilis, in quo pueri clausis oculis, protensisq; manibus obambulabant, donec aliquem prehenderent. De hoc ita scribit [a] Petrus Victorius. Lusus puerilis, qui in vsu veterum Græcorum erat, & in alias etiam terras manarat, vsque ad nostra tempora apud nos permansit, & (quod non minus mirum est) quamuis diuersa lingua ab eadem re nomen traxit: ipsum enim illi suo sermone χαλκῶν Μυῖαν vocabant, vt testatur Pollux, qui nono libro Onomastici eum describit, omnemq; rationem ipsius tradit. Nostri verò pueri, & ipsi Muscam appellant, non tamen aheneam, sed cæcam. Pollux igitur inquit, ita olim exerceri solitum, vt puer aliquis cum fascia oculos obuoluisset, in orbem versaretur, clamaretq; aheneam Muscam venabor: alij verò respondentes, venaberis, nec tamen capies, cæderent illum scutica, è leui materia facta, donec aliquem è numero ipsorum comprehendisset. Nam quod est in excusis libris σύντισι, arbitror corruptum esse, legiq; debere σκύτεσι. Eustathius quoq; in vigesimo primo Iliados meminit huius ludi, quo loco, quid valeat κυνόμυια declarat. Illo enim contumelioso nomine appellârat in acie Mars Palladem: & ea quæ de eo tradita sunt à Polluce, immutatis aliquantulum verbis exponit. Nam quod ad hanc partem pertinet, in qua maculæ aliquid inesse suspicor, ille inquit: οἱ δὲ κύκλῳ ἑστῶτες, βίβλοις, ἢ καὶ χέρσι παίοντες ἀποκρίνονται, ἀλλ' εὐλήψῃ. Sed idem etiam docet, vnde χαλκῆ, id est, ahenea Musca vocata sit; tradens genus esse quoddam Muscarum, quæ à colore æris, illo modo à Græcis vocatæ sint. Hæc Victorius. Nostri etiam pueri hoc ludi genere passim vtuntur, sed diuerso nomine appellant, nimirum giocare à scapuccia l'orbo, quòd in eo pueros velut occæcatos cadere contingat: sed & in alijs Italię locis, alijs item nominibus venit, vt giocare alla gatta cieca, aut alla gatta losca, In Hetruria, vt apud Burgenses Gallina bubù. Apud Hollandos, vt audio, Hoender koy. Sunt qui φηκῆνας interpretentur, referente [b] Cælio Rhodigino, Apes masculas, alij Muscas ἀκέντρους id est, sine aculeo, sterilesq;. Μυῖαι Græcis præterea sunt, vt etiam Muscæ Latinis vocatæ multæ mulieres, de quibus pòst. Est postremò Μυῖα apud Athenæum piscis teste [c] Hermolao. Nos præter Muscas propriè dictas alia etiam plurima Insecta Muscis similia, nonnunquam Mosche vulgò appellamus; quod præterea non Gallos solùm, quibus Mouche testante [d] Iacobo Greuino Gallo generale est ad omnia Insecta, quæ cùm Muscis aliquam gerunt similitudinem; verùm etiam plerasq; alias nationes facere existimo. Lepidè & argutè Hispani Pancos Indiæ populos ob eorum frequentiam Mosche, id est, Muscas vocare consueuerunt: quòd nimirum, vt Muscæ, numerosè admodum generarent. Κυνόμυια, id est, Musca canina herbę quoque nomen est, quæ aliter κυνοειδὴς dicitur.

Musca pro quolibet paruo volucri.

Musca lusus.

[a] *Lib.15. Var. lect. cap.16.*

B

Musca cæca.

Musca ahenea quæ.

C

[b] *Li.23. Antiq.lect.c.35*

[c] *Lib.20.in Dios.c.207.*

[d] *Lib.4. de Venenis.*

Panci Muscæ cur dicti.

Cynomyia herba.

# SYNONYMA.

D



זבו Zebub Hebręis Musca est, ita dicta à fluxu humoris tetri fętoris, à זוב, quod est fluere. Hinc Acaronitæ suum deum בעל זבוב Belsebub, quasi dominum Muscæ dixerunt 2. Reg. & alijs. Iesah. 7. Sibilabit dominus לזבוב Muscæ. Ecclesiastæ 10. זבובי מוח Muscæ mortis (id est, sicut quælibet Musca mortua) fœtore faciet. דדיבא Dediba in dictionario Syrocaldaico Musca est, item קצ'ויה Kartzith: item עדוקא Arura; nec non דיבריא Dibraia Muscæ, in singulari דיבבא Dibba. Græcis, vt dixi, Μυῖα dicitur à μύω, vt Eustathius vult, à μυιῶν, vt Etymologus, quod quidem etiam sit à μύω. Latinis Musca, & diminutiua voce Muscula. Pro Musca etiamnum Itali, & Hispani Mosca dicunt: Galli Mouche, Germani Muggen, Mugg Fliegen: Belgæ Vliege à volando, quod Vliegen dicunt. Adrianus Iunius his quoque Mugge vocari scribit, quod sicut ex doctis quibusdam Belgis percepi, falsum est, qui Mugge Culicem esse affirmabant: Angli à Flye. Cùm verò inter tot Muscarum genera, de quibus mox agemus, eius quæ Canina vocatur, frequentior est, apud scriptores mentio, non ab re huius

Zebub.

Μυῖα vnde dicta.

Mosca.

Muscæ caninæ Synonyma.

ius quoque nomenclaturas, quibus apud diuerſos populos venit, hîc ſubnectam. Græcè κυνόμυια dicitur, compacta dictione à κύνος, id eſt cane, & μῦι, id eſt Muſca, quòd canum præcipuè aures infeſtet. Quia verò canis impudens animal eſt, & Muſcâ vix aliud reperiatur audaciùs, metaphoricè pro homine impudente, & audace tum alibi, tùm in epigrammatibus ponitur. Pro κυνόμυια etiam κυνάμυια verſo o in α, ſed infrequentiùs legitur. Κυνοράϊσας aliqui etiam Muſcas caninas interpretãtur. Gaza Apud Ariſtotelem Ricinum vertit. Sed Ricinus à Muſca canina toto cælo differt. Sunt tamen, qui ineptè ſimul confundant. Non deſunt etiam qui Cyniphes eaſdem exiſtiment, ſed has ex Culicum genere eſſe nos potiùs arbitramur, quare de ijs in Culice ſermo fiet. Κυνόμυια, Italicè Moſca canina dicitur, Gallicè Mouche de Chien, Germanicè Hundſmuck, Belgicè Hondtuliege, Hiſpanicè Moſquito de los que pican, ò Muſca muy chica, y que pica agramente, ſeu Moſca de perro, Poloniçè Pſgia Mucha, Vngaricè Eb legy, Anglicè à Horſe Flee, or Dogge Flie.

Ricinus.

Cyniphes.

# GENVS. DIFFERENTIAE.

Vt differãt.

EQVIDEM ſunt innumera fermè Muſcarum genera, & pleraq; nomine etiam diſtincta. Differunt autem magnitudine potiſſimùm. Quędam enim paruæ ſunt, quædam magnæ. Minimas nos Moſcinos dicimus, de quibus pòſt priuatim agetur. Magnas Lucianus στρατιώτιδας, id eſt, militares vocat. Sunt quæ mediam magnitudinem habeant. Iam verò, & membra earum, tùm numero, tùm conformatione variant. Quædam capite ſunt magno, quædam paruo, alia ventre craſſo, alia exili, alia breui, alia procero. Rurſus aliæ piloſæ, aliæ pilis carent: nonnullæ antennas, ſiue cornicula in fronte gerunt, plurimæ non. Color plerisq; niger eſt; ſunt tamen & albæ, ſuntq; cinereæ, cęruleæ, virides, æneæ, luteæ, rufæ; aliæq; alio colore prędităe eoq; vel ſimplici, vel mixto. Differunt item loco. Nam quæ apud homines libenter verſantur, domeſticas haud abſurdè poſſimus nominare, ſicut quæ in agris, & ſyluis frequentiores ſunt, agreſtes, ac ſylueſtres, & quæ propè aquas, aquaticas. Videtur, & in victu differentia, quia, cùm omnes fermè ſanguini inhiare conſtet, non eadem tamen omnes animalia proſequuntur, ſed ſunt quæ priuatim aliæ alia infeſtant, vt Canina canes, Boaria boues, Equina equos. Sunt denique, & aliæ differentiæ, quæ cùm infra multa Muſcarũ genera ſim deſcripturus, ex ijs facilè colligentur: quamobrem eas hîc breuitatis cauſa prætereo. Addam tamen nonnulla Muſcarum genera, quæ ſtudendo apud alios obſeruaui. In Cyrene, vt refert author mirabilium, aiunt non vnum tantùm Muſcarum genus reperiri, ſed plura, formisq; & colore diſtincta. Latifrontes enim alias veluti muſtelas, alias viperis ſimiles eſſe, quas & Echidnas vocant. In Sicilia, & Italia, aiunt, eodem referente Muſcarum genus eſſe, quod morſu necat, ad quę deuolarit. Mirum quoque eſt, quod notat [a] Cælius Rhodiginus, apud Tolletum in macello publico, vnam modò comparere Muſcam per integrum annum, albedine inſigni notabilem. [b] Aelianus de Muſcis in Aſtræo fluuio à noſtris ſpecie penitus differentibus, Hippuris ab indigenis appellatis miram etiam hanc recitat hiſtoriam: Huiuſmodi Macedonicam, inquit, piſcandi ratione auditione comprehenſam habeo. In fluuio nomine Aſtræo, qui inter Berocam, & Theſſalonicen medius fluit, diſtincti varijs coloribus piſces gignuntur; qui indigenis Muſcis à fluuio volitantibus paſtum ſibi comparant. Eæ nec ſimile de ſpecie quicquam aliarum Muſcarum habent, quæ vbiq; ſunt; nec ad Apum ſimilitudinem accedunt, nec Veſparum, nec denique Anthedonum (Crabronum) ſpeciem gerunt: harum tamen aliquam cuiusq; propriam particulam referunt. Nam in audacia quiddam ſimile cæterarum Muſcarum habent, tum magnitudine Anthedoni ſimiles ſunt, tùm Veſparum colorẽ reddunt, & ſimiliter quidem, atque Apes bombo ſtrepunt. Eas Hippuros appellant indigenæ. Ea ad ſummam aquam verſantes ſui gratia alimenti, piſcium nationem non latent. Nam vt his quiſpiam earum aliquam per ſumma apparentem conſpexit, ſilentio ſub aquas ſubiens, ne prædam aquæ agitatione moueat, proximè ad illius vmbram accedit, & quemadmodum, vel de grege quem lupus, vel Anſerem ex cohorte Aquila rapit, ſic is ore hianti, atque imminenti eam devorat, & mox ſub aquæ ſuperficiem denuo mergitur. Quod quidem ipſum etſi piſcatores haudquaquam ignorant, non ijs tamen Muſcis ad ineſcandos piſces vtuntur. Simul enim, ac hominis manu continguntur, & natiuum colorem perdunt, & pennæ euaneſcunt, & ineptæ ad eſcam piſcium omnino redduntur. Quæ cauſa eſt cur earum odio incenſi ipſas à ſe deteſtentur, &c. Cæterum Hippuros iſtos ego non Muſcarum, ſed vel Apum, vel potiùs Veſparum

Moſcini.

Differentia partium.

A colore.

A loco.

Ab animalibus quæ infeſtant.

Muſcæ lati frontes.

Echidnæ.

Muſcæ venenoſæ.

[a] *Lib. 17. lect. Ant. cap. 11.*

[b] *Lib. 15 de Anim. c. 1.*

Hippuri Muſcæ.

Piſces diuerſi coloris.

A ſparum genus iudicauerim. Ex Apum item genere fuerint Muſcæ illæ, quas minores Formicis in Moluccis inſulis eſſe tradunt, & mel in arboribus conficere, vt in Hiſpanicis commentarijs nauigationum in Indiam legimus. Nec verè Hollandi, qui hiſce poſtremis temporib. ad Indos nauigarunt, referunt in Sumatra Muſcas eſſe, quæ laccam magna copia in arborum magnarum ramis congerant. (credo ab Officinis laccam Sumetri vocari) Nam hoc alij de Formicis alatis tradiderunt, quas Hollandi cum Muſcis confuderint. Eſſe tamen apud Indos alias Muſcarum ſpecies, quæ ſub hoc noſtro cæli climate inuenire non ſint, non iuerim inficias. Tradit Gaſpar Balbius, dum illic quendam nauigaret fluuium, magnum Muſcarum numerum ad cymbam qua vehebatur, aduolaſſe, colore albo, & aculeis acutiſſimis, adeo vt non minora, quàm Veſpæ vulnera infligerent. Sed & iſtæc volucria, ſi Veſparum more, hoc eſt aculeo in aluo exiſtente pupigerint, neutiquam Mucæ vocanda ſunt, ſed vel ex Apũ vel minorum Veſparum genere iudicanda, quas bonus ille Balbus cum Muſcis confudit, triti illius Ariſt. & Plin. axiomatis ignarus, nullum cui aculeus in aluo, bipenne eſſe. Franciſcus Lopius apud Iaguazzios Regni Auanares incolas infeſtiſſimas ait reperiri Muſcas, & accẽſo titione deterreri, aut vuidis lignis accenſis, quia fumo eorum maximè fugentur, ſed qui ocu

B lis adeò grauis ſit, vt multis Hiſpanis lachrymas eliciat. In Hiſpaniola vocata inſula, & præcipuè in vrbe Diui Dominici nomine celebri genus Muſcarum viride, pictumq; reperitur, magnitudine (vt aiunt) Veſpæ, terram pedibus effodiens, & ſubterranteos ſibi nidos extruens, in quos Cicadas, aliaq; animalcula, quæ paſſim venantur, numerosè pro futuro, dum latent, alimento congerunt: Quibuſdam enim tantùm diebus foras prodeunt, cùm nimirum maximè calet, & ſolum humidum eſt. De Muſca Napelli aliàs agemus.

Muſcæ melliferę.

Muſcæ lacam congerentes.

Muſcæ aculeatæ.

Muſcæ infeſtiſſimæ.

Muſcæ viridis, & pictę.

# FORMA. DESCRIPTIO.

C MVSCAM inſectum bipenne eſſe, non paucis in locis ſcriptum reliquit Ariſtoteles, inter quæ hic ceu clariſſimus eſt: Quæ autem in eo genere (Inſectorum) volucrum ſortiuntur, inquit, naturam, ijs præter cætera membra pennæ adnexæ, alijs binę, vt Muſcis, alijs quaternæ, vt Apibus. Idem innuit alibi, vbi in anteriori parte promuſcidem, ſeu aculeum gerere ſcripſit: nam aſſeuerat, quibus hoc telum in ore eſt, ea omnia bipennia eſſe, ſicuti abundè in prolegomenis dictum, & explicatum eſt à nobis: vbi præterea de vſu eius teli diſputatum eſt ſatis. Muſcas ſenos habere pedes ſcripſit [b] Plinius, addens & vſum, primos, inquiens eſſe ideo longiores, vt oculos, quos duros, atque idcirco hebetes obtinuere, ſubinde detergere valeant; ſed & hoc fuſiùs, & clariùs ex Ariſtotele ſuprà docuimus, & breuitatis cauſa hîc non repetimus. Quæ omnia Muſcis omnibus generatim conuenire puto, nõ item quæ à Luciano prodita ſunt circa Muſcæ formam. nam hæc vulgari domeſticæ per ęſtatem nullibi non obuię quadrare exiſtimo; quam tam exactè deſcribit, vt nihil penè, vel

» addi, vel demi queat. Muſca, inquit, eſt ſic minima volucrum, vt poſſit cum Muſcellis, & Cu

» licibus comparari: ſed tanto illis eſt maior, quantum ipſa ab Ape relinquitur. Pennata eſt

» autem, non eo modo, quo cętęrę volucres; quarum hæ quidem pennas in toto habent cor-

» pore, hę verò velocibus vtuntur, & pernicibus alis. Sed ex pelliculis ſunt illi pennæ, quem-

» admodum Locuſtis, & Cicadis, & Apibus: ſed tanto molliores habent pennas, quanto Grę-

» ca veſte tenuior, & mollior eſt Indica. Si quis Muſcam diligenter inſpiciat, quando in Sole

» alas expandit, & concutit, varijs eam pictam coloribus, vt Pauones videbit. In reliquo verò

D » corpore caput quidem tenuiſſimum collo continetur, & eſt verſatile, non compactum, & af-

» fixum humeris, vt eſt Locuſtarum. Oculi verò prominent; qui cornu plurimum habent. Pe-

» ctus eſt bene compactum. Sunt ei innati pedes, non vt Veſpis aſtricti valdè, & complexi. Al-

» uus autem minuta eſt, & ipſa, & thoraci etiam ſimilis, & zonas latas, & ſquamas habens. Vl-

» ciſcitur tamen, non aculeo, vt Apis, & Veſpa, ſed ore, & proboſcide, quam & ipſa eodem mo

» do habet, vt elephanti. præpaſcitur, quę aſſumit, & inhęrens continet concauo vaſe in ſum-

» mitate proboſcidis: ex ipſa verò dens foras prominet, quo pungens ſanguinem bibit, & lac.

» Sed dulcis, & ſuauis eſt ipſi, vel ſanguis, non magno cum dolore eorum, quos pupugit. Sexi-

» pes verò eſt; quatuor ſolis incedit, duobus autem anterioribus etiam vt manibus vtitur. Vi-

» deres igitur ipſam gradientem quatuor, atque edulium aliquod tenentem ſublimè manibus

» more valdè humano, atque nos. Hęc ille omnia. Quibus addi poſſit ſexus diſtinctio. Fęmina enim aliquantò mare maior eſt, aluo craſſiori, & materia quadam lenta, & ductili repleta, quam, ſi leuiter digitis prematur, extra emittit: pueri nonnunquam filo nectunt, vt poſtea libera

[a] *Li. 4. Hiſt. cap. 7.*

Quot pedes habeãt

[b] *Li. 11. c. 48*

Pedes priores cur longiores.

In Muſcæ encomio.

Muſcæ vulgaris deſcriptio.

Sexus diſtinctio.

bera emiſſa illud ſecum volando trahat: Mas autem ventrem ferè vacuum habet, non diſten E
tum, vt fœmina, ſed velut rugoſum. Ab hiſce vulgaribus ſola magnitudine differre videntur,
Muſcæ militares Moſcones. maiores illæ quas στρατιώτιδας, id eſt, militares Lucianus appellat, vulgus noſtrum Moſconi,
quaſi magnas Muſcas: quæ tum ingrato ſuſurro, quem inter volandum edunt, tum deteſtan
da corporis fœditate, ſunt moleſtæ. Sicubi enim, & præcipuè in carnibus incidant, ſtatim
Scianſcioni emiſſa aluo proluuie Vermiculos albos in aliquibus Italiæ locis Scianſcioni dictos procreãt.
Quædam earum vulgaribus Muſcis colore ſimiles ſunt; aliæ minus nigricant, ſed caninas
potiùs referunt, ad cinereum vergentes: Caninæ aluo ſunt tumida, & plurimo plena ſangui
Muſca canina. ne, ſanguine autem quem ex animalium corporibus flagrantiſſimè exugunt, vt ex earum a-
[c] Lib. 11. c. 34. cutiſſimis, & dolorificis morſibus homines etiam ſæpè percipiunt. De his fortè intellexerit
[c] Plinius, cùm ait: Eſt & volucre canibus peculiare ſuum malum, aures maximè lancinans,
Boariæ. qua defendi morſu non queunt. Omnium maximę ſunt, quas boarias dicunt, à bobus, quos
præcipuè lancinant: ruſticis noſtris Tauanelli vocantur. Corpore ſunt oblongo, alis ma-
Tauanelli. gnis, etſi parum volent, boum, aliorumq; iumentorum cuti ſemper ferè affixæ adhærentes.
Colore plerumq; luteſcente, aut rufo, aut ferrugineo ſunt. Cætera in cuiuſque deſcriptione F
dicentur poſtmodum. Cùm etenim plurimas Muſcas inuicem differentes longo vſu obſer-
uauerim, curioſis lectoribus non ſolùm depictas exhibere viſum eſt, verum etiam eo ordine,
quo in tabulis ſunt diſpoſitę, ad vitandam confuſionem, breuiter deſcribere.

Tabula Prima.




G H

Que

A Quæ igitur in prima tabula, prima est, Megalocephale haud ineptè vocari queat. Capite enim est pro corporis portione, satis magno, cùm interim vulgaribus vix maior fit. In fronte candicat. Oculi rubent; aluus propè pectus sublutea est: cætera fusca: alę ex luteo, & nigro variegatæ. Secundam ad Boariarum genus reducēdam iudico: longa est duos ferè digitos, lata transuersum pollicem, colore per totum corpus luteo, capite triangulari, in medio luteo, & hirsuto, oculis colore castaneis, & figuræ oualis. Pectore lato, eminente, gibboso, vtrinque ad latera depresso. Ventre longo, angusto, annuloso, deorsum inflexo, in extremitate acuto, colore lutescente, ac lucido, in fine nigricante. Alę subluteę totum corpus longitudine æquant, quas dum quiescit, simul coniungit, & supra supernas partes ita extendit, vt ferè totas obtegant. Pedes flauescunt, in extremo serrati, vel denticulati, & bifidi. Prona parte ex luteo ad fuscum colorem accedere videtur. Tertia Muscis vulgaribus maioribus paulò maior, vt potè ex Boariarum genere, corpore est crasso, & rotundo, coloris nigri saturati, lucidi & splendentis. In capite maculæ sunt aureæ duæ, oblongæ & obliquæ C literæ consimiles. Alæ quà pectori hærent, eleganter admodum lutescunt. Pedes aterrimi, sed minimè splendidi. Quarta propter cinereum, seu leucophęum colorem Caninis poterit accen

B seri. Vulgaribus aliquanto minor est, figura corporis eleganti, & viuida, colore cinereo, sed alæ ad luteum vergunt. Caput rotundum, venter oblongus, & hirsutus, pedes ruffescunt. Quinta formâ item corporis est admodum venusta, caput rotundum habens, & rubescens, lineolis duabus candidis insignitum. Pectus quod leucophęum est, duabus maculis nigricantibus perornatur. Alæ cinereæ nigris maculis eleganter variegantur. Venter oblongus & rotundus in extremo ceu in aciculam desinens. Partem supinam lineæ duæ albicantes transuersim secant. Prona pars cinerea est. Pectus pronum cæruleum. Sexta pectore est æneo, valdeq; splendenti, ventre rotundo, colore viridi, sed tribus lineis transuersalibus nigricantibus distincto. Prona tota viresci. Septima maiori Muscæ compar est, capite in medio coloris argentei, antennis breuibus, pectore leucophæo, aluo supina subrubra, quæ tamen si soli obuersetur, colorem etiam quendam lucidum cinereum præseferre videtur. Prona tota similiter subrubra est, & toto ferè corpore hirta. Octaua nouissimè descriptæ valde cognata est, & similis. Capite similiter albicat, corniculaque eadem in fronte gerit, & toto corpore pilosa est. Colore tamen quodammodo differt. Pectus enim, & aluus ex cinereo ad cęruleum vergunt, & si soli obuertatur, subrubri quid in eius aluo conspicitur. Est præte

C rea aliquanto minor. Nona à vulgarium Muscarum generibus ob alui gracilitatem degenerare videtur, & ad Culices accedere. Caput ei rotundum, pectus nigricans, dein color cernitur luteus, qui lineis duabus nigris inuicem instar crucis intersecantibus insignitur: cæterò nigra est. Decima tota lutea est. Alas cùm quiescit, supra aluum coniungit, & explicat. Pectore est latiusculo, ventre angusto, & gracili. Alas habet valde subtiles, & punctulis innumeris variegatas. Caput subtus albicat, suprà lutescit, & è medio duo breuia exilia cornicula erumpunt. Vndecima contractior, & breuior est, pectore cinereo obscurè, ventre nigro, sed ad cęruleum quodammodo tendente, tota hirsuta. Duodecima valde pusilla, capite rufescente, pectore subalbo, multis tamen nigris punctis eleganter variegato; aluo similiter subalba, aut cinerea dilutè, quam lineę multæ nigricantes transuersim secant, altera tantùm per longitudinem excurrente. Decimatertia in arborum truncis, pyri verò, & pomi potissimùm insidere deprehenditur. Color toto corpore cęneus, aut viridis, sed admodum obscurus. Venter autem supinus soli oppositus cinereo, lucido nigroq; variegatur, pronus obscurè viresci. Pectus supinum lineis quibusdam rectis exornatur. Decimaquarta ad maiores Mu

D scas ferè accedit. Pectus ei obscurè lutescit: aluus admodum exilis est, angusta, & in extremo acuta, ex nigro, & luteo eleganter variegata. Linea namque quaternę nigræ ipsam cingunt, quarum duas priores linea alia quędam intermedia coniungit, & ferè vnit: sed reliquis punctula quędam nigra substernuntur. Alæ corporis longitudinem æquant. Decimaquinta vulgaris magnitudine est, aluo graciliori, colore luteo obscuro, capite rotundo, in medio eleganter rubro, oculis nigris, pectore lato, prominente, & vtrinque ad latera depresso; ventre exili, & gracili, & deorsum reflexo. Alę, & pedes dilutiùs, quàm reliquum corpus lutescunt. Decimasexta vulgares aliquanto excedit: pectore supino nigro, sed pilis quibusdam lutescentibus insignito. Aluus depressa est, & versus pectus duas habet maculas luteas, cętero penitus nigricant, prętereà extremo, quòd obscurè albicat. In alis qua pectori connectuntur, macula lutescens vtrinque conspicitur. Decimaseptima ex Caninarum maiorum numero, cinerea est, sed punctis quibusdam nigris depingitur. Decimaoctaua tota viridis, ac maximè splendidi coloris, pedibus, ac capite nigricat. Decimanona illis videtur accensenda, quę carnes æstiuis temporibus defœdant. Figura enim omnino est eadem, colore tamen magis

Musca megalocephale.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

Decimatertia.

Decimaquarta.

Decimaquinta.

Decimasexta.

Decimaseptima.

Decimaoctaua.

Decimanona.

magis fuſco, lucido, & ad cęruleum obſcurũ tendente: toto prętерea corpore hirſuto, aliſq; circa exortum flaueſcentibus. Vigeſima vulgarium magnitudine eſt, corpore tamen obeſiori. Pectus ei admodum obſcurè luteſcit. Alę maculis duabus, vel tribus fuſcis pinguntur. Eędem in exortu flaueſcunt. Aluus tota ex cęruleo nigricat, & admodum plana eſt. Vigeſimaprima capite eſt rubro, oculis colore caſtaneę, pectore piloſo, aluo nigra, ſed tribus lineis ſubluteis tranſuerſis inſignita. Vigeſimaſecunda ex Caninarum maiorum numero, ſed aliquantò minor, pectus habet atrum, & in eo lineas ſubalbas per longitudinem ductas, aluum cineream, ac admodum lucidam, maculis multis partim nigris, partim ruſeſcentibus reſperſam. Pediculi ſunt aterrimi. Vigeſimatertia alis eſt colore argenteo ad aurum tendentibus. In ore aculeum gerit. Caput maiuſculum, & pectus obſcurè lutea ſunt. Aluum planè luteam linea longa in duas partes ſupinè diſſecat. Fucum fermè exprimit magnitudine, ſicut inſuper Vigeſimaquarta, quæ ob varietatem colorum valde ſpecioſa eſt, caput habet album, oculos amplos, ſpadiceos, thoracem nigrum, ſed lineis duabus ſubalbidis rectis exornatum. Aluus oblongiuſcula eſt nigra, alijsq; coloribus conſpicua. Quà enim pectori iungitur, maculas quatuor luteas habet, duas vtrinq;, intercurrentes lineę nigrę diſtingunt. Cętera albo, nigro, luteoq; elegantiſſimè variat. Prona pars pęnitus flaueſcit, prętерquam in extremo, vbi nigricat. Vigeſimaquinta vulgaribus Muſcis magnitudine ęqualis pectus habet nigrum, lineis aliquot ſubalbis variegatum; aluum colore ęris politiſſimi, & ſplendidi.

Vigeſima.

Vigeſimaprima.

Vigeſimaſecunda.

Vigeſimatertia.

Vigeſimaquarta.

Vigeſimaquinta.

Tabula Secunda.




Earum

A Earum modò quę in secunda tabula primo,& secundo loco positæ sunt, inuicem ferè similes sunt,quanquam prior caudam sursum,altera deorsum flectat. Vtraque anteriori parte Muscas communes ad amussim repręsentant,capitis scilicet,& pectoris figura. Dorso sunt eminenti, elatoq; ac gibboso,pilosoq;. Alæ longæ,angustæ,ad caudam propemodum extremam exporrectæ. Aluus nigra,angustaq; in octo disterminata annulos,tandem ita acuitur, & reflectitur, vt Scorpionis caudam efformare videatur. Pedes oblongi scabri , in extremo veluti in minutulos digitulos diuisi. Tertia exigua admodum alas habet argenteas , lineolis nigris ternis transuersim sectas,aluo breuiores,quæ initio crassior est,sed postea magis , magisq; attenuata paulatim in mucronem desinit. Quicquid alui vltra alas protenditur , id totum nigerrimum est . Petioli colore sunt ferrugineo diluto ad luteum vergente. In ventre , aut eius apice nulla obseruare licet segmenta,quæ annulos vocat Albertus . Caput & dorsū nonnihil rutescunt supernè.In dorso extremo,vbi aluo iungitur,appendicem paruam quandam habet albicantem.Quarta oblonga est,& gracilis,capite pro corporis portione magno, fusco,fusco item thorace,qui gibbosus est.Aluus exilis in medio rubra,cęterò nigricat . Pedes atri,quorum posteriores longissimi sunt. In quinta,quæ tota cinerea est, nihil est præ-

B rea notatu dignū.Sexta Culiciformis est,caput,& dorsum fusca sunt. Caput Culicis exiguū, sed nulla fistula. Alæ longæ,& angustæ,ad extremam aluum exporrectę,aut etiam vlteriùs, ex fusco splendidæ. Aluus annulosa,angusta,oblonga;dorsum supinum,luteum, nigris maculis varium. Septimæ in media fronte inter ocellos nigros punctulum aliquanto prominet colore iuiubæ. Proboscide armatur insigni. Corpus totum,pedes,& alæ colore sunt ferrugineo. Membrorum cōstitutionem icon exactè ostendit . Octaua ex minimarum genere est ; tota nigricans. Alæ in ipso exortu nigræ,cætera argenteo splendent . Nona pariter ex minimis est,colore viridi pereleganti conspicua,qui si Soli obuersetur,velut aureus apparet.Aluus angusta breuis,& in extremo nonnihil acuminata . Alæ vltra anum protensę . Eiusdem generis,imo minor est decima,& ipsa pariter viridis,aluo exiliori , magisq; acuminata . Aluum quoque acuminatam,sed non adeo,habet vndecima,colore nigro est,sed maculis albis in capite,dorso,& media aluo varians. Alæ argenteæ purpureum quid , si Soli obuersantur, ostentant. Duodecima à minimis illis viridibus nihil differt , nisi quòd ano est rotundiore , crassioreq; . Decimatertia ad maiores accedit, tota atra præterquam in aluo (quæ compacta

C & crassa est) vbi tribus,quatuoruè lineolis,seu circulis cinereis transuersim secatur.Alæ amplæ,& duplo fermè toto corpore longiores,in extremo albicant,cætera aterrimæ . Decimaquarta vulgaris Muscæ speciem refert, sed thorax , & aluus ex cinereo virideſcunt . Alæ , & pedes flaueſcunt. Decimaquinta Fucum, & Vespam refert ; illum corporis crassitia ; hanc colore, potissimum alui . Hæc enim lutea est,lineis quatuor transuersis nigris insignita : per quarum medium linea alia eiusdem coloris rectà percurrit. Pectus pariter subluteum,& maculis item duabus nigris vtrimque decoratur . Caput in medio luteſcens linea quędam nigra transit . Oculi sunt fusci . Antennæ admodum exiguæ.Pedes lutei,in extremitatib. quodammodo subnigri. Decimasexta ex caninis maioribus est. Oculos rubros, magnos,promi nentes linea alba interstinguit. Pectus cinereum est,sed tribus lineis rectis,albis,distinctum. Aluus quadrangulis fuscis,albisq; inuicem alternatim subeuntibus varia,latrunculorum lusum repręsentat . Ipsa tota in prona parte ex cinereo ad fuscum tendit. Decimaseptima exigua est,& nigra,Musca vulgaris fortè nondum adulta . Apem quodammodo refert decima-

D octaua. Aluum luteam, & pilosam linea quędam nigra supernè à pectore ad extremitatem protracta rectà percurrit. Pectore est nigro, capite albo,oculis fuscis extuberantibus. E media fronte cornicula breuia,nigra, & apicibus rotundis insignita emittit. Alas subluteas , & splendidas habet. Anus niger est , & hirsutus; cętera luteſcunt,præter pedes,qui nigricant, prętерquam in extremo,vbi albicant. Decimanona toto corporis habitu vulgares refert,sed magnitudine inter maiores,& minores ambigit. Vigesima eadem magnitudine est tota ferè atra. Alæ maculis fuscis colorantur . Neque ab his discrepat magnitudine vigesimaprima hirsuta,pectore nigro,aluo rufa,sed supinè nigris notis ad podicem vsque nigrum item continuatis variegatur. Alæ fusco maculantur. Vigesimasecunda maioribus congener, tota penitus cęrulea est. Vigesimatertia vulgaris domestica est, nulli non nota. Vigesimaquarta coloris est spadicei auri adinstar rutilantis. Vigesimamquintam,quæ vltima est in hac serie,totam penitus auream alę argenteæ cohonestant .

Prima , & Secunda in secunda tabula.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta .
Septima.
Octaua.
Nona.
Decima.
Vndecima.
Duodecima.
Decimatertia.
Decimaquarta.
Decimaquinta.
Decimasexta .
Decimaseptima.
Decimaoctaua .
Decimanona.
Vigesima .
Vigesimaprima .
Vigesimasecunda.
Vigesimatertia .
Vigesimaquarta .
Vigesimaquinta .

Tabula Tertia.



Prima in tertia tabula.

Secunda, & tertia.

Quarta, & Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

Decimatertia.

Quę in tertia tabula depingitur priori loco, paruula eſt, corpore exili, capite albo, antennis proceris, pectore nigro, aluo rubente. Hac aliquanto maiores ſunt duæ ſubſequentes pulchræ admodum, & valdè ſimiles. Prior capite, & thorace, pedibuſq; eſt cęruleis, corniculis oblongis, alis luteis, aluoq; inter rubrum, & luteum ambigente. Quæ poſt has in eadem ſerie quartum, & quintum locum obtinent Veſpæ quodammodo ſpeciem præſeferunt, quamquam minores ſint, antennis pariter inſtructę, capite & pectore fuſcis, aluo, & alis luteſcentibus, his intenſiùs, illis obſcuriùs. Sexta corniculis adeo breuibus, vt carere eis videatur. Corpus totum annulis aureis, & nigris alternis variegatur. Alę auro, & argento miſtis reſplendent. Septima ex ijs eſt, quas Tauanellos vulgus vocat, longa proboſcide, breuiſſimis corniculis prędita, thorace obſcuriùs, aluo dilucidiùs luteſcēte, alis argēteis. Octaua ex maiorum numero eſt; tota penitùs viridi colore obſoleto veſtitur, ſed caput rubet: alę albēt. Nona eadem videretur, niſi multò gracilior, & minor eſſet. Decimā quoq; ex Muſcarū genere iudicaui. In ore promuſcidem habet valdè longā, & bifidā. Capite eſt rufo, & hirſuto, antennis exiguis, corpore toto plano, & depreſſo, colore aterrimo, & ſplendido inſtar holoſerici: alis longiuſculis, quæ in parte externa nigreſcunt, in interna argentum referunt. Totum corpus ſupinum admodum hirſutum, & piloſum eſt, in medio nigricans, ad latera albicans. Pedibus eſt flaueſcentibus, hirſutis. Alæ tametſi flaueſcant, ſi Soli obuerſentur, argento ſplendent. Muſciforme Inſectum, quod vndecimo loco exhibetur, libuit appellare, quòd proboſcide, capitis, & pectoris conformatione omnino Muſcam referat. Caput nigrum eſt, thorax item niger; viridis in dorſo macula longa: aluus valde longa, deorſum inflexa, & acuminata, ferruginea, & maculis atris ſupinè per longitudinem ductis. Crura item ſunt ferruginea. Duodecimo ordine depictum Inſectum, Muſciforme quoque dici poteſt, capite craſſo ferrugineo, pectore, & aluo oblongis, anguſtis, colore viridi, alis albis, nigris fibris intercurrentibus, pedibus ſubflauis. Tertium, & decimum Inſectum aluo pariter eſt admodum procera, colore modo nigro, modò croceo luteſcente diſtincta, tenui, & in extremo obtuſa. Alę latiuſculæ ſunt, argenteæ, breues. Per tergus luteum fuſca linea deorſum tendit. Caput nigrum, ceruix lutea, antennæ perbreues, perbreues

A breues item pedes, qui cinerei sunt. Iã verò decimaquarta in hoc ordine elegans Musca est, alas habens planè argenteas, caput nigrum, nigras item, & subtilissimas antennas, oculos flauos: cætera viridia præterquam in suprema aluo, vbi elegantissimo miniaceo colore insignis est. Decimaquinta exigua est, at longis proportione alis, ijsq; fuscis. Tota ipsa candicat. Caput rotundum est, exiguum; aluus hirta. Decimasexta Muscula est omnium minima tota aterrima, alis albis, longissimis pro corporis exilitate. Decimaseptima alis pariter longis, & totam cooperientibus prædita est, corpore fusco, & nigro, superiùs vario, pedes habet posteriores valde longos, longas item antennas, easq; nodosas, & flexiles. Decimaoctaua tota est coloris fusci, corpore exili, breuissimis antennis. Decimanona alis, & aluo coloris aurei splẽdidissimi, longiuscula, pectore fusca. In capite pũcta duo habet lutea, antennas nigras, in extremo obtusas. Vigesima capite est nigro, antennis breuissimis nigris; alis argenteis, cætera ex cæruleo viridis. Quæ penultimo loco picta est, similis est ei, quæ in secunda tabula depicta est sexto ordine, sed crassior, & elegantior, nigra, & luteis annulis: alis item proceris ex luteo ad castaneum vergentibus, capite nigro, rotundo, vnionem nigrum æmulante, antennis breuibus, quà capiti inseruntur, admodum tenuibus, in extremo crassis, & obtusis: pedibus
B longis, subflauis. Postrema ex Tauanellorum vulgò dictorum genere est, sed insolenti aspectu, quo ranam, bufonemuè quodammodo æmulatur. Corpore est procero, crassoq; coloribus nigro, & flauo variegato. Oculis nigris, amplis, & obtuso rinctu ranam bufonemuè (vt dixi) exprimente. Antennis caret. Pedes sunt breuissimi. Alæ longitudine aluum excedunt, & latitudine: color ijs aterrimus.

Decimaquarta. Decimaquinta. Decimasexta. Decimaseptima. Decimaoctaua. Decimanona. Vigesima. Vigesimaprima. Vigesimasecunda.

# LOCVS. VICTVS.

ARISTOTELES[a] Muscam inter ea animalia recensẽt, quæ domicilia sibi comparant. Sed non ita id accipiendum est, vt in ijs morari eas continuò putemus: nam animal est inquietum, nec manet in certo firma tenaxq; loco. Vnde Lucianus magnus Muscarum encomiastẽs, tugurium, seu nidũ non vno in loco constituere scribit, sed errabundum volatum tollere more Scytharum, & vbi à nocte deprehendũtur, ibi & domum, & lectum facere.

[a] *Li. 1. Hist. cap. 1.*

C Vbicunque terrarum reperiuntur, & nullus penè locus datur, in quo Muscas non sit reperire, nisi sit quod eas interimat, sicut de metallorum fodinis [b] Plinius scribit his verbis: Omnium verò metallorum halitus noxius sentitur, & pestilens Muscis, & Culicibus; quamobrẽ non sunt ea tœdia in metallis. [c] Lipsius Muscas leuibus politisq; nõ diù insidere tradit, quòd his minus, quàm scabris adhærere queãt. In Creta Mons est Carina nomine IX. M. passuum ambitu, intra quod spatium, teste, eodem [d] Plinio non reperiuntur Muscæ. Idem quoq; tradit Romæ in ędem Herculis in foro boario, nec Muscas, nec canes intrasse. Et vt Apollonius narrat in Papho insula nulla Musca per fores Veneris ingreditur. Mirum verò etiam est, » quod refert [e] Cranzius his verbis: Luderi comitis Hermanni Saxoniæ inferioris ducis filij » vxor Emma multa bona contulit in Ecclesiam Bremensem. Inter alia, quæ donauit auri, & » argenti, & lapidum pretiosorum donaria fertur ciuibus permisisse pratum non longè ab vr» be feraciss imum, cuius vsque hodie illa prȩcipuè est indulgentia, vt nullis ibi pecora Muscis, » nullis Crabronibus, aut Vespis vexentur. Id referunt in merita eiusdem venerabilis Emmę. Præterea Venetijs, vt refert Cardanus, in quandam domum non ingrediebantur: cuius rei causam varijs rationibus inuestigare conatur; quas omnes longa oratione cõfutat [f] Scaliger cuius verba, q̃ præterea alia multa doceant, huc spectantia libenter adscribo. Domũ, inquis,
D fuisse Venetijs, in quã Muscæ non ingrederentur. Eiusce rei causam disquirenti tibi, necesse » fuit, multa monstra cõfingi. Siue inquis in sublimi posita, & valde perflata. Quasi nescias, in » lacunis totã illã mirabilẽ sedere molẽ. Quæ loca, ferunt, tot scatere Muscis, tot feruere Cu» licibus, vt infestas faciant illæ diurnas negotiationes, hi nocturnas quietes. Aliorsum ĩgitur » lembũ dirigis. Aut quia, inquis, ferro, & marmore rigens. An ædes ferreæ, vel Venetijs, vel » alibi sint, id quoq; me latet. Illud in memoria habeo: in armis nostris, ijsq; nitidissimis mu» scerdę nõ parũ, non semel inuentũ: totidemq; plagis armigeros pueros luisse pœnas. Templo » rũ quoq; marmora tota pęne Muscis operta interdũ sunt. Quin & super cucurbitas stãtes ob » seruaui: quarũ succo arceri prædicãt. Tũ q̃ ais, haud ferè metalla attingere, quia nõ facilè his » hæreãt, nõ admittendũ esse pro causa, qua Muscę non inuolarent: redarguent homines, qui » ibi intus erant, ad quos illæ, non enim erant ænei, aduolassent. Ad hęc omnino aliud est: Mu» scas non ingredi, aliud, non immorari. Postremò nullius formæ, structuræ, materiæ, situs, » ædes inuenias in ea ciuitate, quæ singulari prærogatiua differant ab alijs ædibus omnibus

[b] *Lib. 34. cap. vlt.*

[c] *Lib. 2. de Const. c. 19.*

[d] *Lib. 21. cap. 14.*

[e] *Lib. 4. Saxon. c. 29.*

[f] *Exercit. 246. 4.*

propter quę priuilegia Muſcæ ab illis, non à cæteris debeant abſtinere. Bellum commentũ. Addis nunc, olim abſumptas incendio, non extare. Cardane qui tibi dederunt ouum hoc abſorbendum, gallinam ſuſtulerunt, ne illi malum obijceres ſaporẽ. Adiungenda eſt huic lucubrationi iucunditas. A mago cattiterinam lamellam ad arcendas Muſcas conflatam vidimus aliquando, ſed non ſine riſu. Etenim ſpectantibus nobis ad eam depoſitam pro fenestris extemplò aduolans Muſca, illico aluum ſuam exonerauit. In Herculis ędes canes non ingreſſos, quòd in veſtibulo ſepultum, aut appoſitum fuiſſet quippiam, quod refugiant canes. Quare non & aliquid tale in illiſce ædibus aduerſus Muſcas cumminiſcebare. Saltem è Plinio eſſes aliquid mutuatus. An exemplorum te pigere poteſt, qui exemplis veteris? Legiſti in Gellij noctibus, Scipionem in Capitolini Iouis cella etiam noctu itantem canes non latraſſe? De baſilici corio diceres aliquod, quod appenſum eſſet in Dianę templo: propter quod nulla hirundo introuolare auderet? Plinius neque Muſcas, neque canes in forum Boarium ingredi, quorum neutrum ferreum eſt. Hæc omnia, itaque Scaliger. Quanquam verò omnia ferè loca abundent Muſcis, tamen calidæ & exuſtæ regiones in primis, Muſcis ſcatent, vt Apulia, vbi tam numeroſæ ſunt, vt cùm quempiam è magno aliquo numero deſiderari contingat, Muſcam in Apulia perijſſe non minus facetè, quàm appoſitè prouerbialiter dicamus, & magnam aliquam multitudinem ſignificaturi cum Apuliæ Muſcis cõparemus. [a] Hieronymus Mercurialis à Strabone memoratum eſſe ſcribit, Hiſpanis eſſe peculiarem Muſcarum multitudinem, eamq; ſæpè comitari peſtilentiam, adeo vt Romani interdum in Cantabria aliquos conſtituere ſint coacti, qui Muſcas venentur, & pro numero captarum, mercedem ſoluere. Ita nimirum Strabonis locum Mercurialis reſtituit, μυιῶν, id eſt, Muſcarum, non μυῶν, id eſt, murium (vt alij legunt) ſcribẽdum eſſe aſſerens. Cui vt ſubſcribam, facit [b] Plinij authoritas, qui ſcribit ab Eleis Myagrum deum Muſcarum inuocari ſolitum, cùm nimia multitudine peſtem inferrent. Refert [c] Bellonius, dum per Aegyptum iter faceret, Muſcarum apud pyramides tam magnam fuiſſe frequentiam, vt aër illarum volantium murmure reſonaret. Quod euenire exiſtimauerim, tum ob regionis feruorem, tum ob ſepulchrorum copiam. Innumera enim ea ibi eſſe idẽ Bellonius tradit. Quid mirum? carnium enim, & cadauerum præcipuè ſunt auidiſſimæ: vnde ad lanienas, & carnificinas vndiq; confluunt, mactatis animalibus inhiantes, & inſidiantes. Quod quantoperè faciant, innuit Achilles apud [d] Homerum, timens ne Patrocli cadauer defœdent, cuius hæc ſunt ad Thetidem matrem ſuam verba.

Ridiculum de mago, & Muſca.

Muſcam in Apulia mori quid ſignificet.

[a] *Li. 4. var. lect. c. 14.*

[b] *Lib. 10. cap. 27.*

[c] *Lib. 2. Obſer. cap. 4.*

[d] *Lib. 19. Iliad.*

Νῦν δ' ἦτοι μὲν ἐγω θωρήξομαι· ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
Δείδω μὴ μοι τόφρα Μενοιτίου ἀλκιμον υἱὸν
Μυῖαι καδδύσαι κατὰ χαλκοτύπας ὠτειλὰς
Ἕυλας ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν·
Ἐκ δ' αἰὼν πέφαται, κατὰ δὲ χρὼς πάντα σαπείη.

*Nunc certè quidem ego armabor, ſed ualdè grauiter*
*Timeo, ne mihi interea Menatij fortè filium*
*Muſcæ ingreſſæ in impreſſa ære vulnera,*
*Vermes generent, deturpentq; cadauer,*
*Vita autem interfecta eſt ingq; corpore toto putreſcat.*

Cui ſtatim reſpondens Thetis mater pollicetur ſe illud defenſuram à Muſcis:

Τῶ μὲν ἐγω πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα
Μυίας, αἵ ῥ' ἐπὶ φάτας ἀρηϊφάτους κατέδουσιν

*Ab hoc quidem ego conabor arcere improba examina*
*Muſcas, quæ viros bello necatos comedunt.*

Quo in loco Spondanus Muſcas cadauerum eſſe appentiſſimas ait hanc ob cauſam, quia humidis nutriuntur, & lubentiſſimè viuo cruore, & carnibus paſcuntur. Neque alia de cauſa Euronymum quendam inferorum deum, qui mortuorum carnes deuorare dicebatur, ita, vt nuda relinqueret oſſa, colore inter cæruleum, & nigrum medio, quales ſunt præſertim Muſcæ, quæ carnibus inſident, pingi ſolitum puto, niſi vt oſtenderent ipſum, non ſecus, ac illæ faciunt, auidiſſimè mortuis carnibus veſci. Muſcæ ſunt præterea aliarum rerum dulcium appetentiſſimæ, præſertim lactis, ad quod quanta copia vndiq; confluant, demonſtrauit idem [e] Homerus, Græcos tanto numero Troianis bellum machinari ſcribens, quanta multitudine Muſcæ ad mulctras verno tempore aduolant: canit autem

[e] *Li. 2. Iliad.* Græci Muſcis, vt comparati.

Ἕσαν

A Ἔϛαν δ' ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ ἀνθεμοεντι
Μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ
Ἠὲ Μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά.
Αἵ τε κατὰ ϛαθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει
Τοσσοι ἐπὶ τρώεσσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Ἐν πεδίῳ ἵϛαντο διαρραῖσαι μεμαῶτες.
*Steterunt autem in prato Scamandrio floridо*
*Infiniti, quotq; folia, & flores gignuntur tẽpore verno*
*Veluti Muſcarum frequentium gentes multæ*
*Quæ in ſtabulo paſtorali errant*
*Tempore in verno, quando lac vaſa madefacit,*
*Tot contra Troianis conati Achiui*
*In campo ſtabant diſrumpere prompti.*

Eadem ſimilitudine rurſus alibi vtitur, vbi Troianos, & Græcos pro [a] Sarpedonis cadauere B decertantes, & circa id vndique numerosè confluentes inducit:

Οἱ δ' ἀιὲν περὶ νεκρὸν ὁμίλεον, ὡς ὅτε Μυῖαι
Ϛαθμῷ ἔνι βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει.
*Hi autem ſemper circum cadauer verſabantur, vt cùm Muſcæ*
*In tugurio ſuſurrant lacte plenas ad mulctras*
*Tempore in verno, quando lac vaſa madefacit.*

[a] *Lib. 16. Iliad.* Troiani, & Græci Muſcis ſimilantur.

Vt mel amant.

Pari ratione ad mel conuolant, & præ nimia auiditate in illo ſuffocantur: quamobrem [b] Plinius ſignum balſami melle adulterati ponit certiſſimum, ſi multùm à Muſcis infeſtetur. Idẽ tamen [c] Plinius alibi pro re mira mel in Carina monte natum nuſquam à Muſcis attingi ſcribit, & hôc experimento ſingulare medicamentis eligi. Idem de Attico melle, ſi rectè memini, tradit Tzetzes idq; euenire, quòd Attica thymo abundet, ac ſi illo odore fugarentur Muſcæ. Muſcam inquit Michael Glyca, qui hoc quoque repetit, Attico melli inſidere. Nam thy
„ mo Atticam abundare videmus; cui herbæ, vt plurimùm Apes Atticæ inſident, quò fit, vt
„ mel Atticum etiam odorem habeant acriorem. Idcirco melli Attico tanquam ſacro, Muſcæ
C non inſident; ſed vt maximè cum ſtrepitu circumuolent, ab direptione tamen laborum A-
„ pis Atticæ arcentur. Contrà ſphondylio maximè delectantur, quod innuit nobis [d] Plinius eius ſuccum, cùm exprimitur, integi iubens, ne in eum inuolent Muſcæ. Præterea omnibus ferè edulijs inſidiantur, aduolando omnia guſtant, omnia liguriunt, maximè, vt dixi dulcia. [e] Varro liguriſſe Muſcarum propriũ eſſe ait, quod eſt, teſte Budæo paulatim ore commanducare aliquid guſtu ſuaue. Hanc Muſcarum in omne ciborum genus auiditatem eleganter admodum innuit Lycophron, eas δάπτας, id eſt, voraces & helluones appellans; oſten-
„ ditq; id quoque Lucianus his verbis: Et quanquam ocioſa & remiſſa eſt Muſca, veſcitur ta-
„ men quæ laborantur ab alijs; & plena eſt ei vbiq; menſa. Nam ipſi, & capræ mulgentur, &
„ Apis non minus Muſcis laborat, quàm hominibus: atque huic coci obſonia condiunt, & de
„ guſtãt antequam ipſi reges, deambulansq; per menſas, vnà cum ipſis conuiuatur, & ſimul ve
„ ſcitur omnibus. Idem author paulò antè ſcripſerat Muſcam conuiuam, & contubernalem, & commenſalem hominum eſſe, deguſtare omnia præter oleum: mortem enim hoc ei afferre epotum. Sed cur oleum Muſcis ſit exitioſum, alibi docuimus.

[b] *Lib. 12. cap. 25.* Balſamum melle adulteratur.

[c] *Lib. 21. cap. 14.* Mel à Muſcis intactũ

[*] *In Annal.* Sphondilio delectãtur.

[d] *Lib. 26. cap. 6.*

[e] *Lib. 3. de re ruſt. c. 16.* Muſcæ prærogatiuæ.

Ex oleo mors.

D

# SONVS. VOLATVS.

CVR ſonum, non vocem Muſcæ edant, nec non Inſecta omnia, ratio reddita eſt à nobis in prolegomenis, eaq; potiſſimùm ex Ariſtotelicis monumentis deprompta, nimirum ſonum reddere, intus meante ſpiritu (vt Plinius loquitur) & incluſo ſonante: dictumq; ibi à Proclo Diadocho Cicadam dici canere ſeipſam ſub alis atterendo: neque aliud dicere vult Suidas, Muſcas, inquiens, cùm alis aërem feriunt, ſonare: vbi verò conſtiterint, ſonare deſinere. Idem habes apud Arioſtum.

Cicada, vt canat.

*Soglion con rauco ſuon di ſtridol'ali*
*L'impronte Moſche.*

Sonum autem duobus modis fieri in Muſcis, docet etiam Albertus, cuius opinionem, cùm

illic non posuerim, hîc inserere non piguit. Strepitus autem, inquit, & sibilus omnium istorum (Insectorum) est per telam, quæ est sub pariete diaphragmatis, in loco, vbi cingitur, tan E
Sonum dupliciter fieri. quam abscissa sint corpora ipsorum. Sic enim sonant Muscæ, & Apes, & omnia huiusmodi. Ista etiam faciunt strepitum volando, & alas extendendo, percutiendo aërem cadentem inter alas eorum, & ideo continuè sonant, dum volant. Et illum quidem continuum sonum non faciunt, nisi modo dicto, sed quando capta tenentur, etiam præcisis alis sonant alio sono, & aliquando sonum non faciunt, in ore spiritu exeunte, sed potiùs sub diaphragmate per modum, quem diximus. Hactenus Albertus. Et reuera cùm veritatis indagandæ gratia Muscis aliquot alas amputassem, protinus diuersum sonum edere obseruaui ab eo, quem volantes edebant. Quamobrem sonum, qui fit in ipso volatu, ex vtroque constare crediderim, eum verò qui fit attritu aëris interioris, maiorem in uolatu effici, quòd tunc, vt ait Aristoteles, se attollant, & contrahant, quo diuerso motu maiorem aëris copiam ad interiora attrahentes ad septum transuersum allidant: & in quiescentibus nullum audiri, quòd tunc sese non contrahant, aut attollant, ideoq; aêrem ad partes internas thoracis non attrahant, quem istiusmodi soni causam statuimus esse. Lucianus Muscarum volatus qualis sit expressurus, F
* Li. 4. Hist. cap. 9.
Muscarum volatus cũ sono. istius quoque soni eodem in loco meminit his verbis. Est illi volatus non continuò pennarum remigio, vt Vespertilionibus; neque saltu, vt Locustis, neque cum stridore, vt Vespis, & Crabronibus: verùm flexilis, ad quãcunque aëris partem se moueat. Adde, quòd non volet quietè, & cum silentio, sed cum cantu, & melodia, non item immitè, & sæuè, quemadmodum Culices, & Muscellæ; neque cum graui fremitu Apum, & Vesparum, horribilem ostentans sonũ, & minacẽ: sed tantò volat his suauiùs Musca, quantò sunt tuba, & cymbalis tibię dulciores. Et alibi rursus. Luce, inquit, plurimùm gaudet, & in hac ciuiliter versatur: nocte
Non rectà volant, & cur. verò quiescit, & silentium agit, & neque volat, neque cantat, sed contrahit se, & non mouetur. Non rectà volant ob caudæ defectum, qua volatus dirigitur, vt suo quoq; loco diximus.

# COITVS. PARTVS. GENERATIO.

MVSCAS, vt reliqua Insecta coire dictum est ex Aristotele, fœmina scilicet in marem sursum immittendo genitale membrum. Quæ hîc breuiter G ex Scaligero repetam. Gignendi autem, inquit, ratio non vna. Nam sine coitu nonnulla, affricatione, vt piscium multi: alia feminis immissione, vt equi in equam; alia per receptum membrum, vt Musca. Recipit enim mas fœminæ membrum in se, quo illa semen quærit, aut seminis aliquam vim. Muscæ moram trahunt in coitu, coeuntesq; sæpè volant, mare fœminam superueniendo, vt Lucianus meminit his verbis: Coitus verò, & venereorum, & nuptiarum est ipsis multa libertas, nec vt Galli, cùm mas inscenderit, statim resilit, sed vehitur à fœmina diù, fertq; illa sponsum, conuolantq; nec aerium illum coitum volatu destituunt. Idem Lucianus de coitu Muscarum maiorum, illud esse ait admiratione dignum, quòd mas fœminam, fœmina itẽ marẽ ineat, conscendantq; vicissim, & Mercurij, & Veneris filius, qui mista natura fuit, & dupli ci forma. Aristoteles, vt vertit Gaza ipsas hyberno tempore coire, & serenis austrinisq; dieb. enasci tradit, vtpotè quę condere non soleant. Sed Muscas hyeme cernere pro miraculo quo dammodo habetur, tantũ abest, vt tunc coire eas mihi persuadeã. Quare omnino aliud mihi dixisse videtur philosophus, sed Gaza eũ non est assecutus, pro χεί μων hyemem transferens, cùm & tempestatẽ, & tempus pluuiosum significet, quo Muscas coire verisimile est, quia vagari hincinde nõ possunt. Ex huiusmodi coitu gigni quidem animalia alibi tradit, sed non si- H
Aristoteles corrigitur.
milis naturæ, nimirum genus quoddam Vermiculorum, ex quibus postea fiunt Muscæ. At non solùm coeundo Vermiculos eos generant Muscæ, sed etiam quæ ex putri nascũtur, prius Vermiculi sunt. Duplex enim ortus, ex coitu, vt ex philosopho diximus, & ex putrescente humido, aut sicco, vt idem scriptum reliquit. De ortu Vermiculorum, & ex illis Muscarũ idem Aristoteles hæc nobis prodidit Muscæ ex Vermiculis fimi digesti in partes gignuntur: quam obrem, qui eo funguntur munere, contendunt reliquum fimi promiscuum discernere, etiam confectum concoctumq; esse fimum confirmant. Principium autem vermiculorum ipsorum exiguum est, quod primum rubescit, atque ex immobili quasi hærens adhuc fibris moueri incipit; mox Vermiculis immobilis redditur, qui cùm postea motus est, rursus immobilis fit: demumque generat Muscam, quæ flatus, aut solis beneficio moueatur. Scaliger ciusmodi generationem perfectiorem esse scribit, quàm quæ fit per oua: nam cùm dixisset, non in omni animalium genere è semine ilicò animal fieri, sed quoddam medium,
Muscæ oẽs nascuntur ex vermib.

hoc

A hoc medium, inquit, est duorum modorum, vnum est perfectius, vt Vermiculi Muscarum soboles, è quibus fiunt Muscæ: alterum imperfectius, vt oua. Agnouit in Muscis vtramq; hanc generationem Lucianus, inquiens: Nascitur autem non statim talis, sed Vermis ab initio, vel ex alijs animalibus, deinde sensim, & pedes effert, & producit alas, fitq; volucris, & concipit paruum Vermem, qui Musca fit postea. Cùm itaq; Vermiculorum generantium Muscas, duplex (vt ostendimus) ortus sit, vel ex coitu earum, vel ex putredine, quærat quis, ex qua potissimùm putredine Vermes procreentur. Sunt qui rentur partim ex fructibus corruptis, & animalium cadaueribus, partim ex corruptione aëris fieri, vt declarat [g] Ouidius; præcipuam tamen materiam earum terram esse. Ego sicut ex quacunq; ferè putri materia Muscas oriri posse non renuo, ita ex hominum in primis cadaueribus gigni asserere non vereor, non secus ac ex taurorum carne putrescente ceu re maximè apta Apes erumpere suprà docui.

Muscæ ex qua putredine oriantur.

[g] *Lib. 15. Metam.*

Ex cadaueribus maximè nasci.

# INGENIVM. MORES. SENSVS.

B

HÆC sunt potissimùm, ob quæ malè audit ipsa Musca, audacia, feritas, importunitas, ingenium disciplinam non admittens, obliuio. [a] Ælianus eam ait esse audacem ad omnia, & [b] aliàs Muscam, & canem animalia vocat impudentia, ac importuna: neq; enim cedere, neq; repelli velle. Idem tradit [c] Philo Iudæus, sed priuatim de Musca canina, vt rectiùs eadem vitia exprimeret. Cui (Cynomiæ) veram, inquit, appellationem imposuerunt periti „ nominum, vt erant sapientissimi, compositum ex duobus impudentissimis animalibus, Mu„ sca & cane. Altera vincente omnes volucres temeritate, altera omnes terrestres quadrupe„ des. Accurrunt enim intrepidè, & si quis arceat, non cedunt peruicacia, donec satientur „ carnibus & sanguine. At Cynomyia particeps amborum audaciæ, mordax & insidiosa „ est. Nam è longinquo cùm stridore in teli morem, magnoq; impetu aduolat, infixaq; cuti C hæret pertinaciter. Et reuera miram dixeris Muscarum audaciam, nedum dicam temeritatem. Ecquid enim tam ferum, tam magnum, tam robustum animal, in quod morsus suos dolorificos non inferat, quod non exagitet sine vllo metu mortis? Atq; hæc eius est quoq; impudentia, vt pulsa non obediat, sed mox obliuiosa reuertitur, & rursus acriùs, quàm fecerat anteà pungit. Adeo vt multa aduersus eam animalia arma dederit sagacissima natura, vt equis, & bobus caudam longissimam, & mobiles aures qnibus Muscas infestantes pellerent, nec non ipsis hominibus manus, quos profecto miro modò vexant, nullam commodorum ipsorum rationem habentes, siue loquantur, siue dormiant, siue bibant, siue edant, siue legant, siue scribant, siue quid aliud agant, operenturúe, parata semper astat, vt in faciem insiliat eorum, infesta, importuna, incommoda, nulli rei nisi fastidio de se concitando idonea. Hinc apud [d] Ciceronem ridiculè dictum de molestissimo iuuene, Abige Muscas puer. Hinc Platonicus vir Aenæas summæ integritatis philosophus, dum Euxitheum introducit Theophrasti commenta deludentem, qui dictitabat, animas relicto humano corpore, id genus bruta sectari, eisq; inhærere, quorum opera vitæ fuerint imitati, vt hyperbolum quendam impudentiæ notaret, inquit, Musca item hyperbolum trahet: quippe par fuit vtriusq; impudentia. Ea tamen improbitas pertinacissima, quia nunquam rebus quietem esse sinit, D tanti fuit, vt inter prælia deorum, grauissimasq; res poëtarum principem Homerum illexerit ad eius pertinaciæ perseuerantiam demonstrandam, qua ferox hostis insultat hosti, neq; moram, neque requiem dat vllam, donec vulnus inflixerit, & audaciæ confidentissimę munus executus fuerit. Idem Homerus Aiacem fastidiosum, molestum, & quemcunq; probris incessentem Muscæ assimilauit, quæ modò hunc incessit, modò tactu fœdo alium infestat, quod tamen Homericum probrum Lucianus, vt erat ingenij festiuissimi, ad laudem Muscæ contraxit; tanquam multiscius Homerus illam baroni, & Satrapi inclytissimo Aiaci comparauerit. Temeritas verò Muscarum in eo est, quòd ab ijs, à quibus sibi sępè vitę periculum imminet, vitare declinareque nesciat. Maximo enim numero sese in lac, mel, uinum, aliosque consimiles humores temerè pręcipitant, & miserè moriuntur. Quin nec animalibus parcere solent, à quibus aliàs sibi plurimùm cauere deberent: sicut in primis ab hominibus, qui uarijs modis eas occidunt. Elephantos uerò etiam inuadunt non impunè. Nam licet breuem habeant caudam, qua se aduersus Muscas tueantur, natura prouida pellem ijs dedit

[a] *Lib. 2. cap. 29.*
[b] *Lib. 7. cap. 19.*
[c] *In vita Moysis.*

Cynomyia cur illaudetur.

Muscę mira audacia.

vt homines uexent.

[d] *Lib. 2. de Orato.*

Musca inter prælia deorũ cur reccęseatur.

Aiax cur Muscæ assimilatus.

Muscę temeritas.

Elephanti, vt Muscas occidant.

dedit rimis pertuſam, ad quam, cùm illæ aduolant, elephanti cutem conſtrigentes, eas in ijs rimis perimunt. Iam verò feras eſſe, & indociles, meminit Plutarchus, duo eſſe tradens animantium omnium, quæ noſtro vtuntur conſortio, Muſcam & Hirundinem, quæ nulla queunt arte cicurari. Vult tamen Plutarchus Hirundinem, quàm Muſca magis feram eſſe, eo argumento, quòd Muſca ne moleſti quicquam patiatur, prehenſa horreat, cùm Hirundo ſuapte natura hominem oderit. Quàm modò ſint immemores, ipſæ produnt, dum loco pulſæ ſtatim redeant, velut repulſæ immemores. Sed videndũ nunquid tam fluxilis memoriæ naturalis ratio dari poſſit. Conſtat inter animantia memoriæ facultate pollere ea in primis, quibus purgatior, abſolutiorq; imaginatio eſt, cuiuſmodi pernoſcuntur eſſe Apes, & Columbæ; vt contrà obliuioni obnoxia, quibus vis ea offenſior turbulentiorq; eſt, ſicuti vſu venire Vermibus liquet, & Muſcis. Siquidem in ea parte animi ſtatuenda memoria eſt, in qua imaginationis potentia viget. Sunt modò etiam in Muſca, & ſingulares, & laudandæ animi dotes, quas ſic ferè Lucianus proſequitur. Non paruam eſſe eius intelligentiam „ queo dicere, cùm inſidiatorem, & hoſtem ſuum Araneum effugiat. Inſidiantem enim, & „ obſeruat, & contrà intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur irretita, & in beſtiolæ „ incidens caſſes. Fortitudinem enim, & robur ipſius non oportet dicere, ſed Homerus poë- F
tarum maximus, cùm quæreret, quonam modò laudaret heroem optimum, non leoni par- „
doúe, aut apro comparat robur illius, ſed audaciæ Muſcæ, & intrepiditati, & conatus ma- „
gnitudini: neq; enim audaciam, ſed fiduciam eſſe illi refert. Quanquam eſt, (inquit) repul- „
ſa, non deſtitit tamen, ſed eſt appetens morſus: Sic autem laudat magnoperè Muſcam, & „
amplectitur, vt non ſemel, neque paucis in locis de ea meminerit: ſed ſæpè exornat ſic car- „
mina commemorata Muſca. Nunc enim gregarium eius volatum ad lac exponit: nunc au- „
tem Mineruam curanti matri dormientem infantem comparans, quando à Menelao telum „
repellit, ne ad lethalia loca incidat, Muſcam rurſus ducit in exemplum. Atqui pulcherrimo „
eius adiectiuo ornauit, cantatrices confertas appellans, & cùm gregem earum gentem vo- „
cat. Sic autem fortis eſt, quòd mordens aliquid, vulnerat non hominis ſolùm pellem, ſed „
& bouis & equi: elephantem quoq; mœrore afficit, in illius ingreſſa rugas, & pro magnitu- „
dine proboſcidis lacerans. Et paulò inferiùs. Tragœdia verò magna etiam cùm laude de „
Muſca meminit, ſicut in his: Graue quidem, & moleſtum eſt, forti robore, ſaltare Muſcam „
in virorum corpora, vt cæde impleatur; viros autem armatos hoſtilem haſtam timere. Hæc „
Lucianus. Homeri carmina, quæ ille in Muſcæ laudem interpretatur, necdum à nobis re- G
citata adſcribam. Hic igitur deorum, ac heroum prælia recenſens Menelao inuicto, ac ſtren-
[c] Iliad. Li. 7. nuo bellatori [c] Mineruam Muſcæ audaciam immiſiſſe ſcribit:

Καὶ οἱ Μύιας θάρσος ἐνὶ ϛήθεσιν ἐνῆκεν
Ἥ τε κὴν ἐργομένη μαλα περκνοὺς ἀνδρομέοιο
Ἰχανάα δακέειν, λαρὸν τε οἱ αἷμ' ἀνθρώπε. Id eſt,
*Et ei Muſcæ audaciam in pectoribus immiſit,*
*Quæ quamuis depulſa frequenter à corpore humano.*
*Appetit mordere, dulciſq; illi ſanguis hominis eſt.*

Quem tamen locum Spondanus in alium ſenſum, quàm Lucianus accipit. nam poſt adducta, quæ citauimus, Luciani verba, Euſtathius tamen, inquit, illud θάρσος per θράσος videtur interpretari. Ait enim: Ὅτε δὲ κατ' ἀναλογίαν φύσεα πάντων ζώων ἡ Μύια θρασικώτατον, εἰδὸς ἀγνωῶ hoc eſt, quòd Muſca reſpectu aliorum animalium audaciſſimum ſit animal, nullus non nouit. At Didymus in voce θάρσος, τὸ ἐπίνομον, inquit, τῷ ἥρωος λέγει. ἅτος γὰρ ἀποτρεπόμενος εἰς ἄλλον τόπον ἔτρεχεν εἰς τὸν αὐτον. Quicquid ſit, ſanè Lucianus nimis hunc locum detorſit ad ſuam mentem. Nam proculdubio non indicauit robur, aut H
fortitudinem herois hac comparatione: quia ridiculum eſſet, vt ait Euſtathius: deinde falſum eſt illud, quod Menelaum ἄριϛον τῶν ἡρώων appellat. Nam quid de Aiace? A Didymo porro diſſentio, maloq; intelligere continuam illam inuadendi hoſtem proteruiam, quam Menelao Minerua dicitur indidiſſe. vt quamuis ſubinde rurſus in medios hoſtes irrumperet, vt Muſcæ ſolent, quæ paululum fugantur, ſtatim audaciſſimè reuolant. Sic Euſtathio aſſentimur, qui θάρσος pro θράσος accipit. Hoc Veſpis in Eryxia Platonis tribuitur. Nam mihi, inquit, Syracuſani erga nos non aliter affecti eſſe videntur, quàm ſint Veſpæ; quæ ſi leuiter irritatę prouocentur, fiunt inuictæ, donec eas aliquis aggreſſus funditus extinguat. Et forſan generali Muſcæ vocabulo poëta intellexit. Hæc Spondanus, qui Muſcas Hemerici encomij quoquo modo defraudare nititur. Alter locus Homeri de Minerua re-
[f] Iliad. Li. 4. pellente ſagittas à Menelao; vt mater Muſcas à filio, quem idem [f] Lucianus in Muſarum laudem citat, hic eſt:

Ἡδὲ

Duo animalia indocilia quæ.

Muſcę cur obliuioſæ.

Memoriæ locus.

Muſcæ laudes.

A Ἠδὲ τόσον μὲν ἔργεν ἀπόχροος ὡς ὅτε ματὴρ
Παιδὸς ἐέργει Μυῖαν ὁθ' ἡδέι λέξατο ὕπνῳ.
*Hæc verò tantum quidem inhibuit à corpore, vt cùm mater*
*A filio arcet Muscam, quando dulci sopitus est somno.*

Reliqua loca, quæ citat Lucianus, alibi ni fallor, recitaui. Eidem Musca animal est ingenuum, & generosum, quia ipsa in tenebris nihil operetur, ac si indignum putet, vt aliquid latens faciat. Lucianum in celebranda Musca æmulatus Leo Baptista Albertus, encomium eius festiuissimum elegantissimumq; edidit, in quo plurimas huius Insecti dotes longa oratione recenset, quem quiuis per ocium legere poterit. Quod modò ad Muscæ sensus exteriores attinet, paucula hæc de gustu apud [g] Philosophum legimus. His gustus omnium saporum est. Et [h] alibi. Foris gerunt velut aculeum fungosum, & cauum, vt eo simul, & gustare, & cibum trahere possint. Cæterùm odoratu, & visu etiam Muscas pollere ex hoc quis haud absurdè conijciat, quòd ad ea, quæ sibi grata sunt, è longinquo aduolent, vt suprà de melle, & lacte dictum est.

Sensus exteriores. Gustus.
[g] *Lib. 8 Histor. cap. 11.*
[h] *Lib. 2. cap. vltim.*
Odoratus. Visus.

B

# MORSVS. MOLESTIA. ET ADVERSVS HÆC REMEDIA.

QVAM dolorificos morsus inferant Muscæ, nemo est, qui non suo cum malo sit expertus. Sed Lucianus, qui vt Muscarum patrocinium agat, & quicquid eis probo verti potest, id nisi ad virtutem detorqueat, saltem refellat, morsus cum exiguo admodum dolore infligere, persuadere conatur. Atq; ita per totum illud suum encomium ludit, non disputat seriò. Muscæ autem non mordent tantùm, sed diù etiam post morsum corpori infixæ hærent, quod [a] Plutarchus Formicarum, & Muscarum proprium esse asserit. & Homerus, cuius verba suprà recitaui, huiusmodi morsus, sagittarum ictibus comparat. Cęterùm vt nunquam morsus earum est, sine dolore, ita gustato serpente Musca teste [b] Æliano, vel cùm eiusmodi qnippiam attigerit, acriores morsus habet, & dolorem maiorem facit, & C quod Ælianus non notauit, cùm imminent pluuiæ. Pariunt præterea mille alijs modis fastidium Muscæ, vti luculenter, facetè, & appositè, vt solet, [c] Plautus lenones, qui nihil non fingunt, quo homines vexent, lædantq;, Muscis & alijs id genus Insectis comparat: dum ait:

[a] *Lib. de ira cohibenda.*
[b] *Lib. 9. de Animal. cap. 15.*
[c] *In Curcul.*
Lenones Muscis cōparati.

*Item genus est Lenonum inter homines meo quidem animo,*
*Vt Musca, Culices, Pedesq;, Pulicesq;, Cimices.*
*Odio & malo, & molestiæ, bono vsuiq; estis nullo.*

Eadem ratione alibi eorundem [d] Lenonum, meretricumq; consortium quantis scateat molestijs, explicaturus, Muscis assimilat homines infestantibus, quando maximè calidum est: tunc enim abundant maximè, & maximè pungunt.

[d] *In Trucul.*

*Nam nunc Lenonum, & scortorum plus est ferè*
*Quàm olim Muscarum est, cùm caletur maxime.*

Inter cæteras, quas inferunt noxas, in primis est, quòd vestes, ac potissimùm candidas maculis nigerrimis frequentibus, quæ difficillimè eximuntur, inquinant, conspurcantq;, aut cùm in carnes, quæ nobis in cibum cessuræ sunt, emissa ab aluo, proluuie multos Vermi- D culos exonerant. Idem facere cùm pecoris vlceribus adhærent, testatur Columella. Quapropter ad fugandas ipsas diuersi diuersa excogitarunt. Sunt qui vt ad carnes non aduolent, cæpæ frustulum carnibus apponant. Sic enim arceri Muscas. Scribit [e] Mizaldus, Lupi caput, si intra domum suspendatur non ingressuras, ac inuolaturas arcere. Traditq; aliàs ex [f] Alberto, & Cardano lupi caudam alicubi sepultam, vel suspensam inde Muscas fugare. Lysimachia siue salicaria teste [g] Dioscoride acerrimo nidore, quem suffita reddit, Muscas interficit. [h] Plinius foliorum minoris sambuci decocto, si locus spargatur, Muscas arceri asserit. Idem [i] Elleboro albo, trito, & cum lacte sparso præstari. Vtrumq; ex illo repetit [k] Ruellius: quo referente optimum gith, quàm excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum, Culices, suffitu occidit, & Muscas. [l] Matthiolus ex Plinio, vt videtur, ellebori albi radicem decoctam in lacte ad Muscas perimendas commendat, nam vbi, inquit, degustauerint, paulò pòst moriuntur. Sunt qui vbi ex cucurbitæ folijs factus est suffitus, adire Muscas negent. Similiter si cucurbitæ decocto locus conspergatur. Alij absynthio trito, & cum lacte

Noxæ præcipuæ. Ne carni insideant.
[e] *Cent. 7. aph. 72.*
[f] *Memor. cēt. 8. Aph. 92.*
[g] *Lib. 4. c. 3.*
[h] *Lib. 23. cap. 8.*
[i] *Li. 25. c. 5.*
[k] *Lib. 1. de nat. Stirp. cap. 129. & l. 3. 138.*
[l] *In Diosc. l. 4. c. 149.*

cocto

cocto ad idem vtuntur. Quidam etiam origani succum, cum lacte, & suillo felle, & malo granato contuso ex aqua diluunt, eoq; humore solum aspergunt. Vidi qui myrti, aut aliarum huiusmodi plantarum fasciculos è tecto suspenderent, ad quos sub noctem congregatas vndiq; Muscas, tacitè simul cùm fasciculis in latum aliquem saccum immissas quotidiè magna copia occiderent. [m] Beretius vt equi aliaq; iumenta à Muscarum iniurijs tuta sint, hæc præcepta tradidit: Laurus cum nigro veratro trita si in lacte, vel passo, vel hydromelite, cum aqua maceretur, Muscas enecabit. Si casiam ex oleo tritam illeueris, nullam impetent animantem. Muscas si voles, nepetæ abiges odore. Item foliorum eius decoctum respersum easdem fugat: si quantum Anatolius sentit, tibi sit in animo Muscas in vnum cogere locum, in excauatum scrobem frutices rhododaphnæ tunsos conijcies, in eumque examina vndecumq; conuolabunt. Eę dein boues, aut reliquos quadrupedes, nullo afficient tœdio, si lauri baccis ex oleo perungantur. Cæterùm Muscæ prorsus mutis (fortè nullis) insidebunt animantibus, quæ Leonino pingui sunt delibutæ. Porrò veratrum, quod in lacte, vel sapa cum auripigmento maduit, imbre resperso Muscas abolet. Si quippiam alumine, cunilaq; linatur trita, Muscæ nunquam adsilient. Hæc ille. [n] Africanus Muscas nullam allaturas molestiam affirmat, si tritis lauri baccis, & in oleo coctis veterinum illinatur. Solent enim, inquit, Muscæ vulnera infestare, quas summouebimus pice, & oleo, vel vnguine mistis, & infusis. Sed si quæ partes vlceribus præoccupatæ fuerint, coctam picem liquidam suillæ adipi vulneribus stillari conueniet. Sed quotiescunq; mel remedijs adhibetur, cauendum erit, ne pars à Muscis infestetur. Nam ad mellis dulcedinem, non hę solæ, sed Apes aduolant: quare purgatis ijs, confestim adhibenda sunt linamenta cum pice, & oleo, veteriq; axungia, & extra eodem medicamento circumillinenda. Eadem ex vtroq; repetit Mizaldus. [o] Columella pariter Muscas vulnera infestantes summouet pice & oleo, vel vnguine mistis. Idem præstant, teste [p] Matthiolo, folia recentia cucurbitæ. Et vt Volaterranus scribit, fermentum cum ferri limatura mistum, Muscas, si degustauerint, occidit, nec non chalcantum suffitu.

[m] *Lib. 2. Veter. med.*

Ne veterinaria infestentur à Muscis.

[n] *Ibidem.*

[o] *Li. 2. de re rust. cap. 35.*

[p] *In Diosc. lib. 4. c. 146.*

# AÉTAS.

Vitæ terminus angustus.

BREVISSIMAM esse Muscarum vitam nulli non notum est. Lucianus valdè angustum vitæ terminum illis datum esse dicit: & Simonides, vt rerum omnium celerrimam ostenderet vicissitudinem esse, & æuo nos nostro non oportere confidere, canit:

*Homo cùm sis, nunquam dixeris, quid futurum sit,*
*Nec inspiciens hominem, quàm diu sit victurus:*
*Etenim celeris Muscæ præpetis instar, rerum fit mutatio.*

Muscæ quę viuaciores.

Cùm verò Muscarum omne genus breuis æui sit, Lucianus maiores viuaciores esse tradit his verbis: Nascuntur, & maximæ quædam Muscæ, quas militares quidam appellant: nonnulli verò canes, sonitu asperrimæ, & volatu velocissimæ. Hæ & longissimæ vitæ sunt, & tota hyeme incibatæ perdurant, contractæ præsertim, & connexæ tectis, & culminibus. [a] Cardanus calorem earum exiguum, ac penè per hyemem extinctum nouo calore, scilicet ignis, vel quouis alio adueniente suscitari retur, negatq; tunc generari; inquit enim; Vnde etiam Muscæ magnę verno tempore apparent, quas certum est ob perfectionem non eo tempore genitas, sed vt mortuas iacuisse; cùm antea non fuerint visæ.

[a] *Lib. 7. de Varrer. cap. 36.*

# SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Rhododaphnē amāt Antipathia cum lupo. Cum Araneis.

CVM rhododaphne Muscis fortè occulta fuerit amicitia, cùm ad eam, etiam in scrobe defossam vndiq; conuolent. Contrà quòd domum non ingrediantur, vbi lupi caput, aut cauda suspensa sepultaúe est, dixerit quis clandestinum odium inter vtrosq;, intercedere. Mihi saltem ipsas Araneæ non solùm capere videntur, vt comedant, sed naturali quodam insuper odio in ipsas debaccari. Neq; est, quod retia illa commemorem summo fabresacta artificio, quæ vix dum natæ ad illaqueandas Muscas texunt, quando ijs domus

omnes,

A omnes, maximè autem pauperum, plenæ sunt. Crabrones quoque eodem [a] philosopho teste Muscas maiusculas venantur, quas vbi ceperint, abscisso capite, reliquum corpus gestantes, inquit, auolant. Cibus ijs talis est: Sed & hi cibine tantùm gratia, vt ego puto, aut odio, ac peculiari antipathia id fecerint, sicut an & multæ aues, & in primis hirundines (quas sine Musca viuere posse [b] Scaliger negat, adeo illis necessariam esse inquiens, vt propter illas facta fuerit) alij disputent.

cùm Crabronibus.
[a] *Li.9.Hist. cap.42.*
Cum Hirundine.
[b] *Exer.250.3.*

# COGNOMINATA.

DE Musca vocata muliere, quæ in huius nominis Insectum transformata est, fusiùs dicetur in fabulosis. Corinna quoque percelebris illa poëtria Musca cognominabatur, de qua sic [a] Cælius. Corinnę verò an obscura esse gloria potest, quæ in Lyrico certamine Pindarum quoque nouem Lyricorum principem exsuperasse traditur? Eam fuisse Thebanam memorant. Sunt
B qui Tanagræam malint. Achelodori, & Procratiæ fuisse filiam constat, ac Myrtidis discipulam. Muscã quoq; Lyricam fuisse cognominatam non ferè ambiguum est. Hæc ille. [b] Lucianus eiusdem meminit, cùm ait: Fuit etiam antiquis mulier quædam cognomento Musca, poëtria per quam famosa, & docta. Fuere, & aliæ duæ poëtriæ eiusdem cognominis, quarum vna Thespiaca, quam [c] Lilius Gregorius Gyraldus eandem existimat cum ea, quam nominauit citatis verbis Lucianus. Altera ratione Spartiatis, quæ hymnos in Appollinem, & Dianam conscripsit. Fuerunt præterea aliæ mulieres, non poëtriæ, Muscæ vocatæ, ex quibus vna famosa meretrix fuit; altera Pythagorę filia teste Suida. Has quoque Lucianus nominat. Et alia, inquit, (fuit cognomento Muscæ) perinsignis Athenienſium meretrix, de qua ait poëta comicus: Ad cor vsq; eum Musca mordebat. Sic autem neq; comica gratia dedignata est, neque Muscæ nomen excluſit à scena, neq; pudebat parentes hoc nomine filias appellare. Tragœdia verò magna etiam cum laude de Musca meminit, sicut in his:

Mulier Musca dicta quæ.
Corinna Musca cognominata
[a] *Lib. 14. A.l. c.1.*
[b] *In Muscę encomio.*
Muscę poëtriæ alię.
[c] *Lib.6.hist. de poëtr.*
Musca meretrix.

*Graue quidem, & molestum est forti robore*
*Saltare Muscam in virorum corpora, vt cæde impleatur,*
C *Viros autem armatos hostilem hastam timere.*

# DENOMINATA.

BEELZEBVB Cacodæmonum princeps à Muscis dictus est, vel vt D. Hieronymus verti vult, habens Muscas, vel vir Muscarum. Zebub enim Musca est. Beel verò interpretatur habens vel vir, vel vetustas, vel deuorans. Beda Beelzebub vult esse Deum Accaron, nam, inquit, Beel ipse est Baal. Cur verò à Musca Beelzebub sit vocatus, rationem sit reddit Catenæ author. Nulla Musca (vt asseritur) vnquam visa fuit, vbi sanguis animalium (quæ vero deo sacrificabantur) fundebatur: quò solent Muscæ confluere, & inde generari. Quo miraculo læti Hebræi irridebant Chaldæos, & Allophyllos, in quorum sacrificiorum loco solebant abundare Muscæ. Hinc vocabant deum ipsum Beelzebub, id est, patronum Muscarum &c. Cyrenaici, vt quibusdam placet, Achorem vocabant, Elitini Sa-
D corem. Suntq; qui eundem esse volunt, cum eo quem [a] Plinius Myiagron vocat, & ab Eleis coli scribit, ne à Muscis infestentur. Inuocant, inquit, & Ægyptij Ibes suas contra serpentium aduentum, & Elei Myiagron deum, Muscarum multitudine pestilentiam adferente: quæ protinus intereunt, qua litatum est illi, die. Meminit eiusdem [b] Pausanias, vbi de incolis Alipheræ vrbis ab Aliphero Lycaonis filio dicta scribit. Iam verò ait, & nundinas celebrant, cui deo non satis constat: Mineruæ arbitror. In ijs nundinis vni ante omnes Myiagro rem diuinam faciunt, heroemq; super hostijs precati, & Myiagri nomine implorato, securitatem sibi fore inter immolandum ab omni Muscarum proteruitate pro certo habent. Hæc ille. Cum Myiagro idem est Myiodes, cuius etiam tanquam dei Muscarum propulsoris meminit [c] Plinius his verbis: Nullum animal minus docile existimatur, minorisue intellectus: eò mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum immolato tauro deo, quem Myiodem vocant, extra territorium id abire. Eundem etiam fuisse Iouem Apomyium ex Pausania in primis apparet, qui idem de Ioue Apomyio, id est, abactore Muscarum narrat, quæ Plinius de

Beelzebub vt vertatur.
Deus Accaron.
Acor.
Sacor.
Myiagros.
[a] *Li.10.c.28*
[b] *Lib.8.*
Myiodes deus.
[c] *Lib.30. cap.6.*
Iuppiter Apomyius.

de Myiode. Scribit autem proditum esse Herculem Alcmenę filium, Ioui proicientem, cùm E
Muscas abigere non posset, vel quòd ei tunc primùm in mentem venerit, vel quòd tralatitium fuerit, abactori Muscarum (Ἀπόμυιον Elei appellant) hostiam mactasse, cùm perlitatim esset, omnes repentè Muscas trans Alphęum euolasse. Inde seruatum ab Eleis, vt ad
[a] *Li. 23. ant. lect. c. 2.* abigendas ex Olympia Muscas, idem sacrum vsurparetur. Eadem [d] Cælius Rhodiginus repetit his verbis: Quin Herculem, inquit, in Olympia rem diuinam obeuntem, cùm Muscarum multitudine infestaretur, Ioui sacrificasse Ἀπομυίῳ, protinusq; vltra Alphæum Muscas esse abactas. Sed & Elei itidem Ioui Apomyio dicuntur quandoq; immolasse. Beelzebub igitur, Myiagrum, Myiodem, & Iouem Apomyium eundem fuisse, tum ex relatis satis constat, tum ex ipsis etiam nominibus, quæ omnia à Musca deducta sunt. Quare fallitur
[c] *In epist. adhortat. ad gentes.* [c] Clemens Alexandrinus, Romanos scribens, Ἀπομυίῳ Herculi sacrificasse, cùm Ioui vt dictum est, Apomyio Romani sacrificauerint, non Herculi. Fuit item Myiagrus nobilis statuarius, vt meminit Plinius. Hoc etiam nomine vrbem quandam Palestinæ nuncupari aliqui scribunt. Myagron siue Myagros, quæ etiam melampyron cognominatur, herba est, cuius plures species esse traduntur ab herbarijs. Myagron scribit autor thesauri linguæ Græcæ, idem sonare, quod Μυηθήρας hoc est, Muscarum venator, vt ipse interpretatur. F
Μυϊάσοβαι dicuntur Muscarum abactores, de quibus alibi. Orchis Myiodes est testiculi genus quoddam, sic dictum, quòd flores ferat Muscis similes, estq; plurium specierum, vt nos in nostris historijs deo dante, dicemus. Harum ad fœcunditatem vires, [f] Porta ex ipsis floscu lis Muscarum æmulis, indicari asserit. Muscæ etenim, vt ille ait, sunt fœcundissimi prouentus. Sunt etiam, & aliæ plantæ, à Muscis nomen habentes, cuiusmodi duæ illæ, quas Pena depinxit, & à plebecula Muscarias, & Muscipulas, & viscarias vocari ait, quòd veluti glutine quopiam adeò sunt perlitæ, vt non solùm manui adhæreant, sed etiam Muscas, Papilionesq; præteruolantes affixas retineant. Nos tum de his, tum de alijs, quæ hoc nomine vocantur, alibi agemus. Apianam vuam perperam meo iudicio [g] à Muscis Muscatulam dici putat. Peritiores enim herbarij à Moscho deducunt, cuius odore fragrant. Anates quædam Muscariæ dicuntur, quòd Muscas suprà aquas volitantes caperent, de quibus nos in tertio Ornithologiæ nostræ tomo. Est & Muscicapa seu Muscipeta auis, Pigliamosche vulgò, quòd Muscas captare soleat, de qua etiam in secundo tomo egimus: licet sint etiam plures aliæ Aues, quæ Muscis viuunt, vt in primis Hirundinum, & Motacillarum genus, Hæmatopodes, aliæq; innumeræ. Muscaria, vt refert Ortelius, Ptolomæo vrbs est Hispaniæ Tar- G
raconensis, sed cùm Græcè dicatur μυσκάρια, à Muscis dicta non fuerit. Muscarum turris in medio portu Ptolemaidis vrbis etiamnum spectatur. de quo sic [h] Christianus Adrichomius. In cuius (portus Ptolomaidis) medio insignis turris est, quæ quod Beelzebub olim fanum celeberrimum fuerit, turris Muscarum vocatur, quam etiam Pharum fuisse, Heroldi videtur fuisse opinio, quòd neq; eius vsus fuerit tempore nocturno, nauium cursui ad pronuncianda vada ignes ostendere. Insula Muscarum inter insulam Sanct. Thomæ, & Pegù interiacet, sic dicta, vt refert Gaspar Balbius, ob multitudinem Muscarum illuc circum fluentium, quod ibi multi pisces saliantur. Muscarium est flabellum, quo Muscæ abigun-
[i] *Lib. 14. Epigr. 72.* tur, quòd olim ex pennis caudæ pauonum fieri sueuit, veluti ostendit [i] Martialis hoc dysticho.

*Lambere quæ turpes prohibent tua prandia Muscas,*
*Alitis eximiæ cauda superba fuit.*

Erant & Muscaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulueri vestibus excutiendo idonea, quorum etiam eodem in loco Martialis meminit. Hodie ex diuersis rebus fiunt. In Guinæa, vt referunt, qui Indiarum historias conscripserunt, ad abigendas Muscas ab Ido- H
lis mulieres vtuntur elephantorum caudis, quæ ideo Muscaria etiam dici queant. Paramosche Italis dicuntur omnia quibus Muscæ fugari queunt: Moscarola verò rusticis est, quæ ad oculos boum arantium appenduntur, ne Muscæ oculos eorum infestent. Fit ex floccis. Muscarium similiter appellatur quarundam herbarum coma, in qua semina dependent, qualis est ferulæ, fęniculi, anethi, olusatri & similium, quo vocabulo non semel vsus est [k] Plinius. Idem Araneum Muscarum nominat, qui Muscas venatur. Clauos muscarios apud Vitruuium Gulielmus Philander interpretatur vmbellatos, id est, capite latiore, & expasso in orbem cacumine; quomodo vmbellatos fœniculi similiumq; flores dicimus. Caualli moscati, id est, equi muscati vulgò dicuntur, qui maculis quibusdam Muscarum æmulis distinguuntur, quales, ni fallor, Latinis guttati dicuntur. Myiocephalon species est τῆς προπώσεως, id est, procidentiæ vuæ. Sic autem dicitur, cùm exigua adhuc fuerit, vt Muscæ capitis formam præ se ferat. Nam cùm vlcera, quæ erosa, vel rupta tunica accidunt, pro-

funda

Myiagrus statuarius.
Myagrum herba.
Orchis Myiodes.
[f] *Li. 4. Phyt. cap. 3.*
Muscaria. Apianavua
[g] *Lib. 23. cap. 35.*
Anates Muscariæ.
Muscicapa Muscipeta. Pigliamosche.
Muscaria vrbs.
Turris Muscarum.
[h] *In Theatro terræ sanctæ.*
Insula Muscarum.
Muscariũ.
Paramosche. Moscarola. Muscariũ quid in plãtis.
[k] *Lib. 29. cap. 6.*

A funda euaserint, portio vueæ excidit, quodq; prolapsum est Muscæ caput initio, & colore, & figura refert.

# PRÆSAGIA.

IN SITVM est à natura animantibus, vt imminente tempestate, & pluuijs celeriùs, quàm alio tempore pabula quęrãt, & voraciora sint. Cuius potest esse ratio, quoniam frigidiori reddito iam aëre, caloreq; earum naturali appetitus excitatur. Muscæ itaq; alteratione aëris permotæ ad pastum festinant, ac auidiores factæ, vehementiùs mordent, nosq; infestant. Huius prognostici meminit [a] Mizaldus, sed aliam reddit rationem. Si summam corporis cuticulam, inquit, Muscæ, & Pulices solito infensiùs sua proboscide vellicabunt, hominumq; ac iumentorum faciem, & oculos sæpiùs abactæ cæsim (quod dicunt) & punctim recurrentes appetent, breui venturas pluuias nunciabũt. Sic ille, hac addita ratione. Exhaustas B in circũfluum aërem vnà cum vapore humidi substantifici (quod paucum habent) portiũculas, qua patet via resarcire, ac resiccata corpuscula humectare moliuntur. [b] Aelianus quoque pluuias præsignificare, cùm in aromatis apparent. Idem Mizaldus scribit paruulas Muscas (Musciglioni) sub solis occasum pyramidis, aut globuli in modo sursum passim coactas, longis obseruationibus serenitatis indices esse. In typho, quę est morbi attoniti, quędam species facto ab humore, qui est in corpore, putrefacto, & magis quàm oportunũ est, resiccato, inter alia signa [c] Hippocrates, patientem muscas à stragulis venari scribit. In cataracta autẽ si ęger cernit quasi Muscas, & similia, teste [d] Galeno, signũ est, humorem, qui morbi causa est in particulas esse diuisum, diuulsumq;. Idem pessimum esse signum in febricitantibus ex eodem Galeno habemus: significat enim magnam humorum perturbationem agitationemq;, qui in vapores conuersi ad caput attolluntur.

Pluuię præsagium.

[a] *Sect. 1. Ephem.*

[b] *Lib. 7. de Anim. c. 8.*

Typhi signum.

[c] *Lib. de intern. affect.*

[d] *De Oculis part. 4. c. 4.*

# AN VTILITER CREATA.

C CVM tot molestijs afficiant Muscę: quærũt nonnulli curiosi, cur eas similiaq; animalcula Deus creauerit: quia, vt inquit Plautus, odio, & malo, & molestiæ omnibus sint, bono autem, vsuiq;, nemini? Hebręi quidã, vt refert [a] Alphonsus Tostatus, circa id quęsitum ineptias quasdam, & anilia deliramenta narrant. Cõminiscuntur Dauidem aliquando quęsiuisse à Deo, cur homines stultos, Araneas & Muscas procreasset cùm cæteris, quia ista tria videntur esse superflua in rerum natura, imò noxia: Deum respondisse, monstraturum se Dauidi tria ista vtilia esse ad aliquid, imò, & ei ipsi aliquando vtilia fore. De stultitia patere, quia nisi se stultum finxisset coram regem Achis, captus fuisset, & fortè perisset. Muscam vtilem fuisse, cùm descendit de colle Hachilla in castra Saulis dormientibus cunctis, & accepit lanceam Saulis. Tum enim pedem inter pedes Abner apud Saulem cubantis implicasse, & cùm timeret, iam captũ iri se, si pedẽ vi extraheret, Deum immisisse Muscam, quæ mordens crura Abner, vincula resoluerit, neq; tamen excitauerit. Abner, atq; ita liberatũ fuisse Dauidem. Araneam deniq; profuisse, quòd os speluncæ, in qua latebat Dauid, cùm eũ quæreret Saul, telis suis occlusisset. Author est D. Augustinus illa animalia, quæ nos pungunt, & diuexant creata esse D ad superbiam nostram puniendam. Si populum Pharaonis superbũ, inquit, potuit Deus do-
„ mare de Vrsis, de Leonibus, de Serpẽtibus: cur Muscas, & Ranas illis immisit? profectò ideo
„ factum est, vt rebus viliſſimis superbia domaretur. [b] Alibi etiam tradit omnia pulchra esse conditori & artifici suo, qui omnibus vtitur ad gubernationem vniuersitatis, & summa lege dominatur. Fateturq; se nescire, cur mures & ranæ creatæ sint, aut Muscæ, aut Vermiculi: videre tamen omnia in suo genere pulchra esse, quamuis propter peccata nostra, multa nobis videantur aduersa. Omnia vnde veniant, non intelligere, nisi in summa mensura, & numero, & ordine: quæ in ipsa Dei sublimitate incommutabili, atq; æterna consistunt. Et certè omnia, inquit, animalia aut vtilia nobis sint, aut pernitiosa, aut superflua. Aduersus vtilia non habent, quod dicant (Manichæi) De pernitiosis autem, vel punimur, vel exercemur, vel terremur, vt non vitam istam multam periculis, & laboribus subditam, sed aliam meliorem, vbi securitas summa est, diligamus & desideremus, & certam eã nobis pietatis meritis comparemus. De superfluis verò, quid nobis opus est quærere? Vsurpa ergo vtilia, caue

Muscę omnibus nocent.

[a] *In lib. 1. Reg. ca. 24. quæst. 5.*

Stultitia, Musca, & Aranea vt Dauidi vtiles fuerint

Animalia pungentia cur creata

[b] *Lib. 1. contra Manic. cap. 16.*

pernitioſa, relinque ſuperflua. In omnibus autem, cùm menſuras, & numeros, & ordinem E
vides, artificem quære; nec alium inuenies, niſi vbi ſumma menſura, & ſummus numerus, &
ſummus ordo eſt, hoc eſt deum; de quo veriſſimè dictum eſt, quod omnia in menſura, & nu-
Deus omnia in menſura fecit. mero, & pondere diſpoſuerit. Hæc ille, qui & aliàs rurſus de hac re verba facit, quæ ne ni-
mis me extendam, lubens prætereo: Franciſcus Georgius Venetus Minoritanus etiam in-
quirit: cur deus fecit Muſcas, Culices, Pediculos, Cimices, & huiuſmodi? An hæc omnia
in exercitium noſtrum fecit, vt aliqui aſſeuerauerunt. An in mundi complementum, in quo
exquiruntur, aliqua præſegmina, & fruſta inciſa, vel (vt melius dicamus) deciſa à nobilio-
ribus rebus; ſicut de huiuſmodi animalibus, à quibuſdam dicitur. Quæ omnia faciunt, &
ſunt in vtilitatem, ac decorem vniuerſi: ſicut ea quæ à carpentarijs, aut alijs fabris incidun-
tur, & eorum vſibus coaptantur. An ſunt neceſſaria hæc omnia ſicut inſtrumenta obliqua,
retorta, & complicata carpentarijs ea ratione, quæ ſola ipſis opificibus nota eſt? Sicut hęc
nota ſunt ſoli Deo mundi opifici. Quamuis nobis importuna, ac ſuperuacua videantur, ſi-
cut Auguſtinus Fauſtum curioſum redarguens diſſerit. Sic Georgius. Eſt & alia dubitatio
An Muſcæ in exordio mũdi creatæ. vulgata an Muſcæ, Culices, Pulicesq; & huiuſmodi moleſta animalcula à Deo in ipſis mun-
di primordijs creata ſint; quam longa oratione proſequitur, & diſſoluit Hieronymus Vielk- F
mius Venetus, quem lector per ocium adire poterit.

# MORALIA.

Muſca quid ſignificet. * *Lib.* 18. *cap.* 28.

QVID Muſca myſticè ſignificet, Diuus docet Gregorius, exponens illud Exodi: *Venit Muſca grauiſſima &c.* Populus, inquit, qui Deum ſequitur, „
accipit Sabbatum, id eſt, requiem mentis, vt nullo in hac vita deſideriorum „
carnalium appetitu fatigetur. Ægyptus verò quæ huius mundi ſpeciem „
tenet, Muſcis percutitur. Muſca enim inſolens, & inquietum animal „
eſt: in qua quid aliud, quàm inſolentes curæ deſideriorum carnalium deſignantur? vnde aliàs dicitur: Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti: quia cogitationes „
ſuperfluæ, quæ aſſiduè in animo carnalia cogitante, & naſcuntur, & deficiunt, eam ſuauitatem, qua vnusquisq; intrinſecus per ſpiritum vnctus eſt, perdũt, quoniam integritate eius „
Ægyptus cur Muſcis dicatur per cuti. perfrui non permittunt. Aegyptus ergo Muſcis percutitur, quia eorum corda, qui terrenam G
vitam diligunt, dum deſideriorum ſuorum inquietudinibus feriuntur, turbis cogitationum „
carnalium ad ima depreſſa ſunt, vt ad quietis intimæ deſideriũ non leuentur. Vnde quum „
mira ope pietatis ad cor veritas venit, priùs ab eo cogitationum carnaliũ æſtus eijcit, & poſt „
in eo virtutum dona diſponit. Quod bene nobis ſacra Euangelij hiſtoria innuit, in qua cùm „
ad reſuſcitãdam filiam principis inuitatus dominus duceretur, protinus additur. Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius & ſurrexit puella. Foras ergo turba eijcitur, vt „
puella ſuſcitetur, quia ſi non priùs à ſecretioribus cordis expellitur importuna ſeculariũ mul „
titudo curarum, anima quæ intrinſecus iacet mortua, non reſurgit. Nam dũ ſe per innume- „
ras terrenorũ deſideriorum cogitationes ſpargit ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenus col- „
ligit. Et D. Bernardus in ſermone 4. feriæ hebd. ſanctæ: Abſit inquit, vt Muſcæ morituræ exterminent ſuauitatem vnguenti, quod de tuo corpore fluit, quia apud finum tuũ miſericordia, & copioſa apud te redẽptio. Muſcæ morituræ miſeriæ ſunt, blaſphemiæ ſunt, inſultationes ſunt, quas tibi reddit generatio praua, & exaſperans. Et D. Hieron. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguẽti, vel ſecundũ Septuaginta: Muſcæ morituræ exterminant oleũ com
Vnus ſtultus multa bona ſubuertit. poſitionis. Exemplũ, inquit, ſuperioris ſenſus dedit; in quo ait: Per vnum ſtultum multa bo- H
na ſubuerti, quòd ſic malus mixtus bonis contaminet plurimos, quomodo Muſcæ ſi morian
tur in vnguento, perdant odorem illius, & ſaporem. Aliter: Muſcæ quæ ſecundum Eſaiam
principantur parti fluminis Aegypti, perdunt olei ſuauitatem in vnoquoq; credentium, relinquentes immunditiæ ſuæ odorem, atq; veſtigia. Ab his Muſcis etiam princeps appellatus
eſt dæmoniorum Beelzebub, qui interpretatur, aut idolum Muſcarũ, aut vir Muſcarum, aut
habens Muſcas. Et Auguſt. ſermone ſecũdo de decem in lege præceptis, & de decem plagis:
Tertium præceptũ eſt, inquit, Memento, vt diem ſabbati ſanctifices, in quo inſinuatur quædam vacationis indictio, requies cordis, tranquillitas mentis, quã facit bona conſcientia. Qui
verò inquieti ſunt, & iugiter terrenis actibus implicantur, hi tertiò præcepto contrariantur,
& per Scyniphes ſignificantur, qui nati ſunt in terra Aegypti de limo, Muſcæ minutiſſimæ
Sabbatum obſeruare quid. inquietiſſimæ, inordinatę volãtes, in oculos irruentes, non permittentes homines quieſcere,
dũ abiguntur, iterũ irruunt, dũ expulſæ fuerint, iterũ redeunt. Quales iſtæ ſunt Muſcæ, tales

ſunt

A sunt homines inquieti, qui sublatũ spiritualiter obseruare, id est bonis operibus studere, & lectioni vel orationi insistere volunt, & quomodo corpus humanũ ab istis Muscis affligitur, ita cor illorũ diuersis cogitationibus inquietatur, & compungitur. Tenete præceptum; cauete plagã. Quartum præceptũ est: honora patrem tuũ, & matrem tuam. Huic contraria quarta plaga, Aegyptiorum Cynomyia, id est, Musca canina. Græcum enim vocabulum est. Qui enim parentes honorare dissimulat, Musca hunc canina, id est, diaboli nequitia spiritualiter affligit, & cruciat. Caninum est enim parentes non agnoscere. Nihil tàm caninum, quàm cùm illi, qui genuerunt, non agnoscuntur. Et Origenes homilia quarta super Exodum: Post hoc, inquit, Scyniphes producuntur. Hoc animal pennis quidem suspenditur per aëra volitans, sed ita subtile est, & minutum, vt oculi visum, nisi acutè cernentis effugiat, corpus tamen, cùm insederit, acerbissimo terebat stimulo, ita vt quem volitantem videre quis non valeat, sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus dignissimè puto arti dialecticæ comparari, quæ minutis, & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus, nec inuideat, nec intelligat, vnde decipitur. Quarto quoq; in loco Cynomyiam Cynicorum sectæ comparauerim, qui ad reliquas deceptiones

B suæ improbitatis etiam voluptatem, & libidinem summum prædicant bonum. Quoniam igitur per hęc singula priùs deceptus est mundus adueniens sermo, & lex dei huiusmodi cũ correptionibus arguit, vt ex qualitate pœnarum, qualitates proprij agnoscat erroris. Sic ille. Muscam eam caninam pleriq; alij dicunt, adiecta scilicet ad improbitatem canis etiam impudentia, Cynicorum sectam, qui ad reliquas improbitatis suæ deceptiones, voluptatem etiam, & libidinem, vt dictum est, inter summa bona commemorabant. Nam quod molesti essent contra ciuiles omnes mores, omnia deridendo, multorum est testimonio manifestum. Quod verò, & impudentes, vel vnius Diogenis improbum facinus indicat, qui vel medio in foro spectante populo, hominem, vt ipse iactabat, plantare non erubescebat. Ita pleriq; hodie, dum leuia quædam publicè reprehendunt, grauissima quæq; ipsi sibi permittunt. Sed quamuis Cyniphes à Muscis diuersos existimemus, necesse fuit hîc quoq; memorasse, quòd eorum simul meminit sacra pagina. Eundem Exodi locum explicans Iacobus Vitriacensis: Quarta plaga, inquit, fuit Cynomyia, scilicet Musca canina valde pungens, & vsq; ad sanguinem mordens. De qua plaga dominus ait. Faciam admirabilem in die illa ter

C rã Gessen, in qua populus meus est, vt nõ sint ibi Muscæ. Et venit Musca grauissima in domo Pharaonis, & seruorum eius, & in omnem terram Aegypti. Hę Muscæ inquietę, & immundę malas signant cogitationes, & motus pungitiuos iræ, inuidię, & cuiuslibet spiritualis nequitiæ, & angustiam remordentis conscientię. Musca canina detractores, aduocati latrantes, cau sarum secularium inquietudo, & pungens sollicitudo. Et quoniam canes cæci nascuntur, & parentes non agnoscunt, qui mores caninos imitantur, & parentibus suis honorem, & reuerentiam, & auxilium non impendunt, hanc plagam incurrunt, & quartum transgrediuntur peccatum, quod est, honora patrem tuum, & matrem tuam. Hæc plaga non tangit populum dei, qui prauos animi motus ad petram allidit, qui serenitatem conscientiæ custodit, qui parentibus suis tam spiritualibus, quàm corporalibus honorem debitum impendit, qui benedictionem contra maledictionem reddit, qui pro detractoribus, & persecutoribus orat. Hæc Vitriacensis, qui item explicans illud Esaiæ: In die illa sibilabit dominus Muscæ, quæ est, in extremo fluminum Aegypti: sibilabit igitur dominus Muscæ, inquit, id est, gentilitati, dum illam inspirando conuertit, quæ meritò secundum priorem statum Muscæ assimilatur, quæ est animal inquietum, importunum, sordidum, & lasciuum, pungitiuum, cunctis animalibus

D molestum & exosum, locum, cui insidet, fędat & cibos inquinat. Gentes enim inquietę erant per curiositatem, importunę, & impetuosæ per indiscretionem: sordidæ, per gulam, & luxuriam: lasciuæ per dissolutionem: pungitiuæ per detractionem, & iram: sibi inuicem molestę, & exosæ per discordias, rixas & pugnas. Locum, cui insidebant, fœdantes, scilicet alios ad peccatum inducentes. Cibos mundos inquinabant, quia cùm multa vera de deo, & de rerum creaturis cognoscerent, admixtione falsitatis doctrinam suam maculabant. Hæc autem Musca in extremo fluminum Aegypti conuersabatur. Sunt enim septem flumina Babylonis siue Aegypti, id est, huius mundi, scilicet septem principalia vitia, quæ ex vno fonte superbię procedunt. Initium enim omnis peccati, superbia. Primum autem turgidum est, & elatum, sed quoniam falso nitore seductorium, & attractiuum, hoc est, inanis gloria, secundum autem liuidum, & veluti quadam profunditate occulta suspectum hoc est inuidia. Tertium feruidum, impetuosum, & turbulentum, & hoc est, ira. Quartum tetrum, nebulosum & pigrum, habens aquas ponderosas & mortiferas, hoc est tristia siue accidia. Quintum quasi abyssus profundissima, & stilla rapax, vertigine omnia trahit ad se, & absorbet,

Caninum non agnoscere parẽtes.

Musca dialecticæ cõparata.

Cynici typus.

Diogenis impudentia.

hoc eſt, auaritia, & cupiditas. Sextum quaſi vorago quędam, & barathrum ex ſe ipſo fędas, & corruptas generat exhalationes, hoc eſt, gaſtrimagia. Septimum luteum, & viſcoſum, hoc eſt luxuria, vltimum ſcilicet Ægypti flumen, in quo Muſca præ cæteris fluminibus capiebatur, & detinebatur. Cùm enim denuo ad aliud volitaret, hoc vltimo implicabatur, delectabatur, & mergebatur &c. Huc ſpectant etiam hæc: Muſca vt eſt animal inſolens, & inquietum vanam hæreticorum eloquentiam ſignificare poteſt, item ſpurcitiam idolatriæ. Deſignat etiam ipſum diabolum, eiusq; miniſtros hæreticos, qui ſunt Muſcæ morientes, quæ perdunt ſuauitatem vnguenti. Et Muſcæ dicuntur Ægyptij Eſaiæ ſeptimo, forſitan propter ſacrificiorum immunditiam, ad quæ Muſcæ accurrebant. Et generaliter Muſcæ ſunt peccatores, quorum deus eſt Beelzebub, hoc eſt, deus Muſcarum. Poteſt etiam Muſca ſignificare curas carnalis appetitus, titillationes libidinis, ac cogitationes moleſtas, quæ ſunt in Aegypto, hoc eſt, in mundanis & terrenis. Apud D. Hieronymum ſimiliter Muſca luxuriam denotat. Quod autem, inquit, matronis offertis Muſcaria, paruis animalibus ventilandis, elegans ſignatio eſt, debere luxuriam citò reſtringere, quia Muſcæ morituræ oleum ſuauitatis exterminant. [b] Bapt. Pius explicans illud Plauti: *Muſca eſt meus pater*: ſollers indagator, inquit, hîc & illic, vt ad nidorem Muſca circumluſtrans, & obambulans: Aiacem faſtidioſum, & moleſtum, & quemcumq; probris inceſſentem Homerus Muſcæ aſſimilauit, quæ modò hunc inceſſit, modò tactu fœdo alium inquinat: quod tamen probrum Lucianus, vt erat ingenij feſtiuiſſimi, ad laudem Muſcæ contraxit.

Vana eloquentia hæreticorum.

Muſca luxuriam. ſignificat.

[b] *In Merc.*

# HISTORICA. SACRIFICIA.

MIRAM ſanè hiſtoriam nobis narrat [a] Aelianus his verbis: Muſca etiam ſilentio nobis prætereunda, & contemnenda non eſt, ipſa quoque naturæ opus. Muſcæ Piſatides eo tempore, quo Olympia feſtum celebratur, veluti inducias cum incolis ſimul: & peregrinis paciſci videntur. Mirum inter tot ſacrificia, & ſanguinis paſſim fluentis copiam, & carnes ſuſpenſas, illas abeſſe velle, ac ſponte vltra Alphæum flumen diſcedere. Diſcedunt, & mulieres, ſed lege, & imperio. Muſcæ vltro in eo mulieribus ſuperiores, & præferendæ. Soluto iam feſto reuertuntur, tanquam decreto aliquo reuocatæ. Itaq; cùm mulieribus in Elidem, & Muſcæ redeunt. Intelligere autem videtur ſacrificia, quæ fiebant Myiodi deo, de quo diximus. Huic enim, vt Muſcas fugarent, immolabant taurum. At non ei deo tantummodo ſacrificabant, ſed & Muſcas ipſas tanquam deos venerabantur, & ſacrificabant; vt idem [b] Aelianus refert, inquiens: Muſcas in Olympia tempore feſto ſua ſponte diſcedere, & vt ita dicam, vnà cum mulieribus in vlteriorem Alphęi ripam traijcere, iam ſuprà memorauí: cæterùm in Leucade (inſula) promontorium eſt excelſum, & ſacrum in eo Apollinis Actij fanum; cuius honori dedicatum tempus, feſtum cùm inſtat, in quo ſaltando etiam certatur, bouem Muſcis feriunt: cuius illæ ſanguine ſaturatæ recedunt veluti munere ad id faciendum perſuaſæ. Piſeæ verò Muſcæ, cùm non mercede, ſed dei reuerentia motæ, quod ab eis requiritur, faciant, laude mihi digniores videntur. Hæc ille. [c] Cælius Rhodiginus hoc dæmonis illuſionem fuiſſe oſtendit, & ſimul repetit in hunc modum: Et quia ex veteri ſuperſtitione animalium miracula conſectamur, & anquirimus ſtudioſè, addamus illa quoq;. In Olympia cognitum hoc annorum plurium experimento, ingruente certaminum ex Panagyris celebritate, Muſcas inde omnes ad vlteriorem Alphæi ripam, ſponte velut mulieres aſſectentur, auolare. Porrò in Leucade, vbi in promontorio eminentiore Apollinis ſtat tẽplum, quem Actium nuncupant, futura inibi, vt aſſolet, Panagyrici, in qua & honori diuino editur ſaltatio, bouem Muſcis immolare fuit receptiſſimi moris: quę illius diſtentæ cruore confeſtim credebantur euaneſcere, hac velut mercede delinitę, ac (vt ſignificãter dicunt Grę ci) ἀπαθάνατοι. Cùm omnino Piſeæ animaduerterentur ἀθάνατοι, & proinde probiores quoque, vt quæ dei reuerentia quadam, non mercedis vi iuſtitiæ opus inirent, & (quod addecet in primis) ſi modo ibi erat deus, ac non ſpurciſſimus dæmonarches, miſerorum mentibus ad ſatietatem illuſurus. Hactenus ille. Beatus [d] Theodoretus Moabitarum amentiam dolet, qui non ſolùm maxima animalia in deos referebant, ſed etiam minima, viliſſima & odioſa, id eſt Muſcas. Quid enim eſt, inquit Muſca odioſius? ſed tamen, & eius ſimulacrum de vita ſciſcitabantur, & quam viuentem flabellis expellunt, eius figuram deum appellauerunt.

[a] *Lib. 5. de Animal. cap. 17.* Muſcæ inducias cum hominibus faciunt.

Muſcę pro dijs venera tæ.

[b] *Lib. 11. cap. 8.*

[c] *Lect. Ant. l. 23. 30.*

Moabitæ Muſcas adorabant.

[d] *In Lib. 4. Regum.*

A

# HIEROGLYPHICA.

IMPORTVNITATEM sanè, & impudentiam Ægyptij sacerdotes notare si vellent, Muscam haud indecenter faciebant: eam enim licet sæpiùs, & assiduè expellas, & à te summouere contendas, mirum est quanta impudentia prædita est, vt identidem redire, & infestare te minimè vereatur, vt antè satis superq; diximus. Vnde etiam Hebræis Beelzebub dæmonis nomen, quem aliorum longè principem prædicant, cuius Musca est hyeroglyphicum, quòd D. Hieronymus agnoscit. Nunquam enim cessat ille humanum genus modis omnibus infestare, & modò hos, modo illos, ad pernitiem laqueos tendere, ac omnes, quibus nos perdat, vias tentare. Obseruauerat etiam Eucherius Muscam in diuinis litteris modò pro Cacodæmone, modò pro impuro, atq; malefico homine, modò pro idololatriæ spurcitia poni, eo Salomonis citato loco. Muscæ morituræ exterminant olei suauitatem, hoc est, adeo malignum est Muscarum genus, ac perinde Beelzebub, vt vel si moriendum sit, dum aliqua noceat, quippe vel bonos, alicuius mores corrumpat, vel virtutem aliquam infringat, se quoq; simul perdi pro nihilo habeat. Musca etiam aliquando in Laconum clypeis insigne fuit, quàm cùm quidam non omnino verà maiorem in parma figurasset, obijcienti, quòd latitandi causa id feciisset. imo respondet, signum est, me tam proximè ad hostes accedere, vt Musca ab eis internosci possit. Quin etiam indocilitatis hieroglyphicum est Musca. Nullum siquidem omnium animantium minus docilè existimatur, neq; minoris intellectus, vt supra ex Plutarcho Plinioq; dictum est. Deniq; Musca illius hominis statui potest hieroglyphicum, qui amicus noster est eo tantùm tempore, quo
» aliquam à nobis percipit vtilitatem, qua si priuetur, ab amicitia nostra, quàm primùm re-
» cedit, quod docent hæc Plutarchi verba. Porrò cùm in domibus diuitum, aut procerum
» magnam vident turbam hominum salutantium, prensantium, stipantium, vulgò eorum
» laudant fortunas tot amicos habentium. Atqui in culinis eorum plures Muscas videre pos-
» sint: neq; tamen, vel hæ esca, vel illi vtilitate sublata manent.

Importunitatis & impudentiæ hieroglyphicum.

Beelzebub per Muscã notatur.

Musca quid in sacris litteris significet.

Rei cominus gestæ hieroglyphicum.

Indocilitatis.

Amici ollatis.

C

# EMBLEMA.

EXTAT Alciati de Musca emblema huiusmodi, cum lemmate IN DETRACTORES.

*Ardent flagriferi matulæ, stupidiq; magistri*
*Bilem in me impuri pectoris euomere.*
*Quid faciam? reddamne vices? sed nonne Cicadam*
*Ala vna obstreperam corripuisse ferar?*
*Quid prodest Muscas operosis pellere flabris?*
*Negligere est satius, perdere quod nequeas.*

# EPIGRAMMA.

D EXTAT etiam cuiusdam Andreæ Dactij de Musca epigramma, quod tale est:

*Lunarat rigidum sinuatis cornibus arcum*
*Armaratq; suas in mea damna faces.*
*Indoluit, lumenq; manu fricuisse Cupido*
*Dicitur, in causa Musca doloris erat.*
*Ergo furens animi pharetram laniauit, & arcus*
*Et scidit ardentes impia tela faces.*
*Quid tibi pro tanto reddam pia munera Musca?*
*Elysias habites vmbra beata domos.*

E

# VT OLEO MORIATVR, ET REVIVISCAT.

[a] *Sect. 1. pro ble. 62.* Cur oleo moriantur.

CVR Apes, Formicæ, Muſcę, cęteraq; Inſecta oleo pereant, rationem reddidimus in prolegomenis ex [a] Aphrodiſeo, quia cùm ſpirandi meatus continent anguſtiſſimos, oleum ſuo lentore interſepiant, & claudant iter, vt via ſpiritui omnis denegetur. Sed ſunt & aliæ ſolutiones, quas recitat [b] Galenus, vbi olei temperiem indagat. Prętera, inquit, inde adeo, quòd „ madefactę oleo Apes, Muſcę, Veſpę, Formicæq; intereant, alij quidem ca- „ lidum, alij frigidum, comprobare ipſum tentant: ac rurſum alij humidum, atq; alij ſiccum. „ Etenim cùm iam dictæ animantes exangues ſint, ac proinde frigidę, quidam eas celeriter „ refrigerari aiunt, atq; ita mori, quidam contrà, dum excalfiant, haud poſſe in contrarium F mutationem perferre. Quia & quòd immoderatè exiccantur, alij quippe cùm natura iam „ antea exiccata ſint, immoderationis ratione offendi: alij verò, quòd humectentur, idq; na- „ turę contrarietate &c. Cęterùm nos Alexandri ſolutionem ceu veriorem accepimus antè, „ vbi prętera Inſecta, aut in oleo, aut alio in humore extincta, ſi cinere condantur, aut radijs ſolaribus exponantur, reuiuiſcere diximus. Hoc quoq; ad Muſcę encomium detorquet Lucianus inquiens: Quod autem eſt maximum in natura ipſarum non eſt ſilentio prętereundũ, „ quod Plato in ſermone de anima, deq; animorum immortalitate ſolum prętermiſſe mihi vi- „ detur. Mortua enim Muſca, ſuperinfuſo cinere reuiuiſcit, & noua ei generatio quędam, atq; „ ab integro alia fit vita, vt verè perſuaſum ſit omnibus, quòd illarum quoq; immortalis ſit „ animus. Siquidem & digreſſa reuertitur iterum, & agnoſcit, & ſuſcitat corpus, Muſcamq; „ volare facit: & verificat de Hermotimo Claromenio fabulam, quòd ſępè cum reliquiſſet „ eum anima, per ſe ipſa ibat peregrè, deinde reuerſa implebat iterum corpus, & ſuſcitabat „ Hermotimum. Sed videtur ipſum latuiſſe, Muſcam ſolius Solis calore reuiuiſcere, quod „ meminit [c] Aelianus, Muſca, inquit, animal ad omnia audax ſi quando in aquam decidit, nec „ natare ſcit, nec ex ſubmerſione ſeruare quit. Si verò eam humore exanimatam extrahas, G atq; in ipſo ſole illuſtri ponas, ad priſtinam vitam reuiuiſcit. Idem [d] Plinius, idem Phi- „ les, idem [e] Iſidorus, [f] Vincentius, alijq; tradidere. Ratio ex prędcedenti problemate peti poteſt: nam cùm ab humore aliquo exiles corpuſculi meatus infarciuntur, calor vitalis ita ſuffocatur, ſtrangulaturq;, vt penitus extinctę videantur (non enim omnino vitam amiſiſſe credendum eſt) ſublato eo apertisq; ſolis, aut cinerum calore obſtructionibus, idem exiguus ille calor iterum per tranſpiratum refocillatur, & ceu reuiuiſcit. In eiſdem prolegomenis fusè dictum eſt, cur Inſecta diſſecta ſuperuiuant: quod quoq; inter Muſcæ laudes minimè ſibi tacendum duxit Lucianus.

[c] *Lib. 2. de Anim. c. 29.*
[d] *Lib. 11. cap. 36.*
[e] *Lib. 12. cap. 8.*
[f] *Lib. 20. cap. 147.*

# PROVERBIA.

Elephantę ex Muſca facere.

ΕΛΕΦΑΝΤΑ ἐκ Μυίας ποιῆς, *Elephantem ex Muſca facis*, pro res exiguas verbis attollis, atq; amplificas. Hoc Lucianus libellum ſuum clauſit, qui inſcribitur Μυίας ἐγκώμιον, id eſt, Muſcæ laus, ita ſcribens: Poſſem etiam adhuc multa dicere, ſed finiam orationem, ne videar ſecundum prouer- H bium ex Muſca elephantem facere. Huic ſimile eſt illud vulgatum noſtrũ:

Ex aſino equum facere.

*Tu fai d'vn aſino vn deſtriero*, hoc eſt, ex aſino equum facis. Ὅσον μέλει χελώνῃ μυίων, *quàm curat teſtudo Muſcas*. Conuenit cùm quid oſtendimus, quod flocci facimus, nihili pendimus. Nam teſtudo duro cortice, vndiq; in tecta Muſcarum aculeos non curat. Vnde Suidas: An ignoras etiam Therſitem inter Grecos liberè fuiſſe locutum? Agamemnonem verò Therſitis petulantiam minoris feciſſe, quàm teſtudo Muſcas. Lepidiùs, in-

Muſcæ qui olim dicti. Paraſiti Muſcæ vocantur.

quit author adagiorum erit ad res animi detortum. Animus virtute, ac philoſophia munitus, nihil plus timet fortunę incurſum, quàm teſtudo Muſcas. Μυῖαι olim dicebantur, ait idē, qui delectabantur alia menſa, quos Plautus muribus comparat ſemper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum libro ſexto paraſitus quiſpiam, ſe Muſcæ comparat. Ἀσπάζομαι ἄκλητος Μυῖα, ideſt, quod inuocatus cœnitare amo, Muſca ſum. Aduolat enim hoc inſectum ad cibum alienum, & ægrè poteſt abigi. Apud eundem Hegeſander narrat, cùm Alexander

A xander dixisset, se morderi à Muscis, sic vocabat parasitos, iamq; conaretur illas abigere, Cinesias vnus eius ordinis, qui fortè aderat, profecto aliæ Muscæ sticuloſę magis vrgebunt te, semel gustato tuo sanguine. Extat apologus de erinaceo, qui voluit vulpi Μυιοσόβης esse. Plautus in marcatore deflexit ad hominem curiosum, & ad omnia aduolantem: „ Musca est meus pater, nihil potè illum clam haberi, nec sacrum, nec tam profanum quicquã „ est, quin adsit illico. Μυιοσόβαι, id est Muscarum abactores, à Persarum delicijs natum adagium, vt indicat Athenęus, qui in conuiuijs Μυιοσόβας adhibebant, quod apud Italos iam vulgare. Dicitur rectè in eos qui friuolis cuipiam obseruire conantur. In improbum, ac subinde redeuntem quadrabit illud ex Homero.

Καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσιν ἐνῆκεν
Ητε καὶ ἐργομένη, μάλα περ χροὸς αἰδομένοιο
Ιχανάκα δακέειν.
*Atq; illi Muscæ vim intra præcordia misit,*
*Quæ quamuis de pelle viri sit sæpè repulsa*
*Adsultat morsura tamen.*

B Ἔχει καὶ ἡ Μῦια σπλῶ α, id est, habet & Musca splenem, simillimum illi.
*Et pueri nasum rhinocerotis habent.*

Habet, & Musca splenem.

Item illi: Ἔνεσι καὶ μύρμηκι χολὸς, id est, Inest & Formicę bilis. *Muscas depellere*, etiam vulgato ioco dicitur, qui ocioso, atque inutili fungitur officio. Aristophanes: Ἀλλὰ φυλάττει δι' χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μύιας ἀπαμύειν. id est, immo cauet præ manu habens etiam Muscas deprehendere curans. Prouerbialis esse videtur hyperbole, quam refert [a] Aristoteles; ἀλλὰ δεδιὼ μὴ τὰς παραπεπομένας μύιας; id est; qui Muscas etiam pręteruolantes metuet: id est, quauis friuola de causa. Idem similem quandam commemorat alibi loquens de ijs, qui vsqueadeo natura sunt timidi, vt etiamsi sorex obstrepat, protinus expaueſcant. Ne Musca quidem. Hac prouerbiali hyperbole maximam hominum solitudinem significamus. [b] Plautus: Quas tu mulieres mihi narras? Vbi Musca nulla fœmina est in ædibus. Huc allusit Vibius Crispus Orator, qui rogatus ecquis esset cum Cęsare in conclaui, respondit ne Muscam quidem intus esse: Aucipiti ioco Domiciani consuetudinem notans, cui mos erat quotidie sibi secretum horarium captare, nec interim aliud ferè agebat, nisi quod Muscas captas stylo configeret. Illud etiam videtur prouerbialiter dictum apud [c] Plutarchum. Nõ C quantũ, vel Musca animũ aduertit maledictis. Ioannes Bapt. Pius refert apud Mediolanenses hoc ferri adagium. Non magis obesse poterit, quam in temone Musca consueuit. de quo Apollonius Rhodius Lib. primo Argonauticon σὺν δ' ἐπιπρηλῦ μενὸς ὑηλιος ὥρτο νεεσθαι. Vulgatissimum est apud nos, *Caualli magri Moſche*, subaudi *trauagliano*, id est, equos macilentos impetunt, aut lancinant Muscę, pro eo quod est, homines tenuioris fortunę obruuntur infortunijs. Sicut enim equis macris infestę sunt muscę, ita huiusmodi homines infortunia. *All' Alba de' Moſconi*, hoc est, in aurora Muscarum, id est, orto iam diu Sole, omniaq; perlustrante, Tunc enim Muscę circumuolitant. Illud deniq; prouerbialem figuram habet: *Non mi far ſaltar la Moſca ſul naſo*, ne muscam mihi in nasum induxeris, pro eo quod est, ne mihi stomachum facias, ne me irrites, quod ijs quæ de hoc Insecto scripsit Homerus, optimè respondet.

Ne Musca quidem.

[a] *Lib. 7. de Repub.*

[b] *In Truculento.*

[c] *Lib. de cap. ex inimic. vtilit.*

All'alba de Mosconi.

# APOPHTHEGMATA.

D DOMITIANVM Imperatorem ex Suetonio, cùm certis horis secretum captaret, Muscas stylo ferreo configere solere diximus, quęrentiq; cuidam, an quis cum Imperatore esset, ne Musca quidem, respondisse. Alius iocus legitur apud [a] Plautum: vbi Lyco quęritanti hospitium à Muscis liberum, in quo ne Muscę quidem sint arbitrę, respondet Colabiscus: minimè gentium. Quid ita? ait Lycus; quia, inquit ille, à Muscis si mihi hospitium quę- „ rerem, aduenienis huc irem in carcerem recta via. Quo loco Lambinus, iocus, inquit, ex „ ambiguo. Nam cum Lycus hoc sentiret quæritare hospitium à Muscis liberum; Colabiscus aliorsum accipiens quasi dictus sit, quæritare à Muscis hospitium, negat se à Muscis hospitium quęritare. Nam si à muscis quærerem, inquit, rectà in carcerem iuissem, vbi solet esse magnus Muscarum numerus.

Domitianus solitus Muscas cõfigere.

[a] *In Pœnulo*

HISTO-

# HISTORICA.

Pharao qđ plagis affectus.

DECEM ſæuiſſimis plagis in Pharaonem, & Aegyptios Deus animaduertit, quod populum Iſrael dimittere nollet: quæ quinque hiſce, licet barbaris verſibus compræhenduntur:

*Prima rubens vnda, tabes, rauæq; ſecunda*
*Inde Culex triſtis, pòſt Muſca recentior iſtis,*
*Quinta pecus ſtrauit, veſicas ſexta creauit,*
*Ponè ſubit grando, pòſt Bruchus dente nefando,*
*Nona tegit Solem, primam necat vltima prolem.*

De quarta Aegyptiorũ pœna.

Nos de quarta tantùm pœna ſcribemus, quæ ad præſentem hiſtoriam ſpectat: de qua ſic in ſacris litteris legitur, iuxta translationem Beati Hieronymi. Dixit quoq; dominus ad Moyſem. Conſurge diluculo, & ſta coram Pharaone. Egredietur enim ad aquas, & dices ad eum. E
Hæc dicit Dominus: dimitte populum meum, & ſacrificet mihi. Quod ſi non dimiſeris eũ, ecce ego mittam in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus " Muſcarum, & implebuntur omnes domus Aegyptiorum Muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra, in qua fuerint. Faciamq; mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus " eſt, vt non ſint ibi Muſcæ, vt ſcias, quoniam ego dominus in medio terræ. Ponamq; diuiſionem inter populum meum, & populum tuum. Cras erit ſignum iſtud. Fecitq; dominus " ita. Et venit Muſca grauiſſima in domos Pharaonis, & ſeruorum eius, & in omnem terram " Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſmodi Muſcis. Vocauitq; Pharao Moyſen, & Aaron, & " ait: Ite & ſacrificate Deo veſtro in terra hac: Et ait Moyſes. non poteſt ita fieri. Abomina- " tiones enim Aegyptiorum immolabimus domino Deo noſtro? Quod ſi mactauerimus ea, " quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in ſo " litudinem, & ſacrificabimus domino Deo noſtro, ſicut præcepit nobis. Dixitq; Pharao. Ego " dimittam uos, vt ſacrificetis domino Deo veſtro in deſerto: veruntamen longiùs ne abeatis, " rogate pro me. Et ait Moyſes. Egreſſus à te orabo dominum: & recedet Muſca à Pharaone: " & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras. Veruntamen noli vltra fallere, vt non dimittas populũ " G
ſacrificare domino. Egreſſusq; Moyſes à Pharaone, orauit dominum: qui fecit iuxta verbũ illius: & abſtulit Muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius. Non ſuperfuit, nec " vna quidem, & ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt ne hac quidem vice dimitteret populũ. " Septuaginta interpretes Muſcam caninam, non omne Muſcarum genus fuiſſe interpretantur, quod reprehendit Eucherius, afferens quamcunque fuiſſe Muſcam. Similem pœnam " luiſſe Romanorum exercitum author eſt Dion, tradens eo tempore, cùm Traiano omnia proſperè ſuccederent, Chriſtianos nonnullos tunc aſſiduè pſallentes, & ieiunantes, rerum mutationem in malum, & Romani exercitus cladem fore pronunciaſſe: ſed cùm omnino contraria ijs quæ prædixerant, nunciarentur, paſſim ab infidelibus eſſe deriſos, cùm nihilominus, vt Cæſar Baronius notauit, vera illa Chriſtianorum vaticinia fuiſſe poſtmodum probauerit euentus. Nam non tantùm Traianus nihil poſthac rebus antè geſtis, & ſuperiori vita dignum efficere teſte eodem Dione potuit, ſed & prouincię, quas ſubegerat, rebellantes, Romanos milites, qui earum fines tuebantur, partim eiecere, partim interfecere: itẽ rebellantibus fortè etiam in Arabia Agarenis, tantum abfuit, vt eos Traianus domare potuerit, vt pœnè periclitans, prohibente numine recedere coactus fuerit, propter multa quæ ibi H
contigere prodigia, inter quę poſtremò loco non eſt referendum quod orta ſubinde Muſcarum vis edulijs, & poculis inſidens, fœdo contractu cuncta Romano grauia, & moleſta faciebat: quamobrem digrediens inde Traianus, morbo primùm tentatur, &c. Megarenſes autẽ populos à Muſcis multò magis vexatos fuiſſe legimus, vtpotè à ſedibus ſuis Muſcarum multitudine, referente [a] Aeliano depulſos, vt vel hinc etiam pateat, nullum eſſe, tam exiguum, tamq; imbecillum animal, quo ad hominum peccata punienda ceu conuenientiſſimo, ac fortiſſimo Deus vti non poſſit. Narrat Baronius ex annalibus Hiſpanicis anno 1386. Septẽbri menſe, capta Gerunda à Carolo Siciliæ, & Philippo Francorum Regibus, cùm milites vim inferrent Sepulchro S[illegible]arciſſi, Muſcarum adeo ingẽtem inde prodijſſe multitudinem & in exercitum irruiſſe ta[illegible]feſto impetu, vt in fugam illum verterit, & à cœpto deſiſtere coegerit, illata magna clade. Eandem hiſtoriam, ſed longè aliter narrat [b] Ioan. Villanus, nempè Philippo Francorum Rege. Gerundam Cataloniæ vrbem obſidente, Muſcas obortas in exercitu, venenato morſu homines, atque animalia pungentes neci tradidiſſe. In Hiſpanicis

Muſcę Pharaonis pereunt.

Romanorũ pœna Muſcæ.

Romani milites eiciuntur.

Megarẽſes Muſcis infeſtati.

[a] *Li.11 c.28.*

[b] *Li.7.Hiſt.*

A Ispanicis historijs alia similis historia legitur de Alphonso decimo, in Regni sui initijs Nieblam oppidum in Vandalia à Saracenis diù occupatum mensibus decem obsidente, machinisq; continuò debellante. Nam & in castris eius innumeram quandam Muscarum plagam quæ manducare homines non sineret, quin & vnà cum cibis ingererentur, orram refert, indeq; omnes ferè in castris ventris fluxu, quem dysenteriam vocant, correptos esse, plurimosq; interijsse. Et cùm Barones, & milites Regi suaderent, vt ab obsidione recederet, ille autem perseuerandum in re incœpta diceret, ecce duo Monachi ad Regem accedunt, hortantes ne ab incœpto desisteret. Mauritanos enim summoperè annonę premi angustia: Muscas iam iam recessuras, si annuat Rex hortantibus. Persuadent vt publico edicto, statutoq; prẹmio muscas occidi iubeat, & in puteum proximum ad castra deferri. Id cùm factum esset, Muscas aiunt esse extinctas, & dysenteria liberatos esse milites. Qua re intellecta Saraceni, & obsessum oppidum, & castra, & vrbem Regi dedidere. Non itaque, vt dixi, parui facienda sunt, tam minuta animantia, quin potiùs quàm fragilis, quamquam caduca sit humana vita, etiam Deus immortalis exemplo Muscæ ostendere voluit, quæ nimirum potens sit hominem occidere, vt vulgò notum est, Adriani Quarti Summi Pontificis infelice infortu-
B natoq; exitu. Hunc etenim narrat Ioannes Cremonensis, cùm Anagniæ cum suis vmbrę captandæ gratia expatiaretur, aquamq; ex fonte hausisset, Muscam cum magno impetu in fauces impactam suffocasse. D. Hieronymus de Martyre quodam scribit, cùm equuleorum laminarumq; tormenta vicisset, à Valeriano melle perunctum esse, & sub ardentissimo Sole, ligatis manibus post tergum resupinatum, vt Muscarum aculeis obrueretur, quii ignitas sartagines antè superasset. Postremò [c] Petrus Gregorius Tholosanus huiusmodi historiam narrat. Memini, inquit, cuiusdam historiæ relatæ per Paulum Diaconum lib. sexto de gestis Lõbardorum capite tertio, quæ & abscissionem illam mirabilem (dæmonum) probant. Chunibertus enim Rex Longobardorum, secretò in palatio cum stratore suo determinauit de nece Aldonis, & Gransonis. Cùm autem consularet, apparuit Musca in fenestra, quam cultello, quem tenebat, occidere volens, non potuit, sed pedem tantùm abscidit. Cùm verò Aldo, & Granso in palatio Regis venirent, decreti necis inscij, apparuit quidam claudus obuius altero pede ligneo, iubens vt secederent, eò quòd de eorum nece determinatum fuisset à Rege: cui credentes in basilicam se receperunt in asylum S. Romani martyris. Quod nunciatum Chuniberto, cùm tamen strator à se non discessisset, interrogauit per nuncium, cur fugissent,
C & postea quis consilium de nece aperuisset, & audiens factum fuisse à claudo illo obuio, intellexit eum esse malum dæmonem qui specie Muscæ eis consultantibus adfuit, & pedem ei abscidit. Hæc ille.

Dysenteria ex Muscarũ hausțu.

Adriani 4. infœlix mors.

[c] *Lib. 13. de Repub. cap. 31.*

Dæmon Muscæ figura.

# FABVLAE.

DE muliere in Muscam conuersa huiusmodi fabulam narrat Lucianus. Ait verò fabula perpulchram fuisse Muscam, loquacem tamen, & garrulam, & cantatricem, & in amore contendisse cum Luna eodem tempore Endymionis: deinde cùm dormientem adolescentulum assiduò excitaret, friuola loquens, & cantans, & circa ipsum lasciuiens, ęgrè illum tulisse. Lunam verò iratam in hoc animal transmutasse Muscam; & nuncpropterea omnibus inuidere somnum, qui dormiunt, Endymionis memorem, & adolescentulis præcipuè, & teneris. Morsus autem ipse, & cruoris auiditas, non rusticitatis, sed amoris est, & humanitatis signum; nam eo, quo potest, modo fruitur, & ex pulchritudine decerpit aliquid. De Polytechno à Pandarei famulis in vincula coniecto, & melle perunctо, vt Muscarum aculeis exponeretur, fabulam in Aedonis historia ex Antonino Liberali recitauimus. In Græcorum monumentis legimus Neptunum Periclymeno concedisse, vt in quam vellet figuram se conuerteret, ac vt ait Euphorion, similem euasisse maritimo Protheo: interfectum autem ab Hercule in Muscam transmutatum in bello aduersus filios consilio Palladis.

Mulier in Muscã conuersa.

Polytechi fabula.

# APOLOGVS.

IN cella quadam melle effuſo, Muſcæ aduolantes comedebant. Implicitis autem eorum pedibus euolare non poterant. Cùm verò ſuffocarentur, dicebant, miſeræ nos, quia ob modicum cibum perimus. Fabula ſignificat, multis gulam multorum malorum cauſam eſſe.

# VSVS IN MEDICINA.

Aduerſus napelli venenum.

INTER remedia, & antidota, inquit author hiſtoriæ plantarum, quibus napelli lethaliſſimo veneno ſtatim ſuccurrendum, Auicenna murem napelli radice nutritum refert, qui naturæ huius maleficæ tota ſubſtantia aduerſetur, & ſumentem ab omni liberet periculo. Matthiolus murem napelli radicibus victitantem à ſe ſæpius inuentum affirmat, aitq; napellum Moyſi dici ab Auicenna. Et Petrus Aponenſis napelli Bezoar vocat murem naſcentem in radice Napelli, iubetq; exiccari, & dari in potu drachmarum duarum pondere. Contrà Antonius Guainerius Papienſis ſua ætate celebris medicus, in tractatu de venenis Muſcas, non murem in ea radice habitare exiſtimat: refertq; quendam philoſophiæ, ac veritatis ſtudioſum, ſolicitè admodum, & diligenter murem huiuſmodi quæſiuiſſe, neq; vnquam, vel murem, vel arroſam etiam napelli radicem ab eo repertam, ſed Muſcas abundè multas folia depaſcentes inuentas. His itaque pro mure acceptis, antidotum ex eis confecit aduerſus multa vtilem, ſed in primis contra napelli venena vtiliſſimam. Accipit terræ lemniæ, baccarum lauri, antidoti Mithridatis, ſingulorum vncias duas, Muſcas napelli viginti quatuor, mellis, & olei quantum ſatis eſt. Hunc ſequuntur Pena, & Lobelius ſcribentes, accliues montium ſaltus Rheticarum alpium napello abundare Iunio, & Iulio menſibus, eiq; licet omni illic arroſo gramine parere pecus omne, nec ab vllo animali attingi, præterquam à muſcis, quæ gregatim aduolent, & illi inſideant, quin floribus fortè innaſcantur: eſſe enim fermè concolores, maiores, quàm communes, alis capitibusq; ex lucido viridiq; vel cæſio virente quaſi Cantharides, vel Cincedulæ. Haſce ſe attentiùs obſeruaſſe quidem continenter flores roſtello delibantes, cæterùm murem napelli fruſtra dici, & multis auulſis plantis quęſiuiſſe, & an vidiſsent opiliones percunctatos, vſquam ſibi viſum negaſse; quare tum ſuſpicatos Arabes ex μυίᾳ μῦν feciſſe, id eſt, ex Muſca murem. Nullum enim antidotum ex mure parant, ex Muſcis verò præſtantiſſimum aduerſus funeſtum Tarantę morſum, & epidemicos morbos. Cuiuſmodi hoc: Accipe Muſcas quæ paſtum acceperunt de napello viginti, ariſtolochiæ, boli Armeni ana drachmam vnam. Nec in vlla planta huic congenere Muſcas has cęruleas inſidere, aut victitare. Quo certior ſit coniectura, iſtum napellum eſse Arabum, & vnum eſse ex Dioſcoridis aconitis. Et veriſimile fieri, non murem eſse, qui napello victitet, ſed Muſcas quę linctu eius viuant. nam aconitum, cuius napellus eſt ſpecies, mures interimit, atque inde μυοκτόνον, & μυοφόνον, id eſt, murici da dicitur. Idem ſentit [a] Baptiſta Porta, docens herbas, & animalia, quæ damna, eadem remedia præſtare. Alter napellus, inquit, murinus vulgò dictus, priori multo peior, in floribus fert Muſcas, vel ei perpetuo inſident, eius veneni antipharmacum. Eiuſdem quoque ſententiæ fuit [b] Scaliger, qui aduerſus quoſcunqne venenatos morſus, ſed pręcipuè Tarantularũ, hanc antidotum præſcribit, Ariſtolochiæ rotundæ, Mithridati, ſingulorum vncias duas, terræ ſigillatæ vnciam ſemiſsem, Muſcas quę de napelli frondibus victum capiunt, duodeuiginti, ſucci citri quantum ſatis eſt. Namq; inquit, vel aduerſus hoc maleficium (Tarantularum, vel Phalangiorum) vel contra quemuis alium morſum nulla cum hoc eſt comparanda theriaca. Sunt qui Muſcas iubent cum radice lapathorum vitiliginibus illini. Sunt item, qui eas impari numero affricatas digito medio furũculis mederi velint. Ad alopecias ſolio priuſ ficulneo aſperatas Muſcarum capita recentia applicant. Alij ſanguine Muſcarum vtuntur. Alij decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ, vel nucũ, ita vt ſit tertia pars è Muſcis. Alij cum lacte mulierum cinerem Muſcarum ſubigunt, quidam melle tantùm. [c] Soranus apud Galenum aduerſus eaſdem alopecias hoc remedium præſcribit. Alcyonij drachmam vnam, ſulphuris viui drachmas ſex, Muſcarum ad ariditatem torrefactarum cyathum

Muſcæ in radice napelli.

Antidotum ex Muſcis napelli.

Napellus vbi abũdet

Ad Tarantæ morſum

Napellus cur muricida dictus.

[a] *Lib. 3. Phytog. c. 2.*

[b] *Exercit. 185.*

Aduerſus Tarãtulas.

Ad alopecias.

[c] *Lib. 2. de comp. med. ſec. loc. c. 1.*

A thum vnum: Muscã per se terito, itemq; sulphur. Alcyonium verò aqua coctum vnà cum
» siccis læuigato, felle iuillo, ac aceto vicissim affusis vsquequo stigmentosum reddatur. De-
» inde axungiam à rotis derasam, & manu emollitam, vt emplastri forma confiat, misceto, &
» prærasa alopecia, ac rubificata, pharmacum, vt optimum confidenter illinito. Idem aliud
ibidem medicamentum tradit, quod admirandum esse ait, & verbis eius, qui ea prodidit in
scriptum ad alopecias, caluitiem, raritatem capillorum ęgrè curabilem in capite, in mento,
» ac supercilijs: Pilorum ouis vnciam vnam, radicis arundinis vncias sex, filicis cum radice
» quadrantem, ac vnciæ dimidium, castanearum hispidi corticis quadrantem, lanarum succi-
» darum, quàm pinguissimarum sexcunciam, capita Muscarum numero triginta sex, Muscas
» quinque reiectis capitibus, omnia in ollam nouam indita in furnum mittito, deinde cinerem
» ipsorum terito. Sint autem tibi in vino Aminæo priùs trita ladani vncia vna, myrrhæ vn-
» cia vna, adijciaturq; olei veteris sextans, & cedrini vncia vna, malabathrini sextans: deinde
» insperfis aridis tritis medicamentum fume; atque vbi linteolo alopeciam perfricueris, dein
» deque, aut cępa, aut scilla vellicaueris, aut fici folijs lentè excalpseris, pharmacum ipsum il-
» litu affrica: lotoq; homini in sequentibus diebus locum intento linteolo validè confricato
B contentus illitione vsque ad menses duos. Quod si amplius in hac curatione perseueraueris
etiam caluitiem ea superabis. Pro morbo comitiali curando voluit [d] Plinius esse, qui vigin
tiunam Muscas rufas, & quidem emortuas in potu darent, infirmioribus pauciores. [e] Mar-
cus Seruilius Nouianus verò, princeps ciuitatis, eodem Plinio referente supersticiosè non
pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret, aliusuè ei prædiceret, duabus
literis Græcis P. & A. chartam inscriptam, circumligatam lino subnectebat collo. Mutianus
ter consul eadem obseruatione viuentem Muscam in linteolo albo his remedijs carere ipsos
lippitudine prædicantes. Ad chymosim hoc est, vtriusque palpebræ distortionem ex inflam
matione obortam [f] Galenus hęc præscribit. In quibus verò chymosis fortis contingit, oui lu
teum cum Muscæ carne terito; atque vbi ad cerati formam deducta fuerint linteolo excepta
impone, confestim sedant. [g] Idem capita muscarũ è cera p cataplasmate oculorum carboni-
bus conferre ait. Chritas etiã, id est, instar hordei oblongos circa palpebrarum pilos absces sus
qui item posthiæ Græcis appellantur, ceræ albæ fomento dilui, aut muscę corpore, absciso
abiectoq; capite confricari iubet. Apud eundem [h] Dionysius Milesius ad pilos palpebrarũ
pungentes, leporem marinum in figulino nouo vri, & cinerem tritum caninarum Muscarum
C sanguine excipi, reponique in cornea pyxide, & ad vsum asseruari. Denique ouis Formica-
rum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt, referente [i] Plinio. Si vrinam equus non
facit, Columella si alia remedia non prosunt, foramini, quo meat vrina, muscam viuam
inseri iubet.

Ad capillorum raritatem.

Ad Epilepsiam.

[d] *Lib. 30. cap. 16.*

[e] *Lib. 28. cap. 2.*

Ad lippitudinem.

Ad Chymosim.

[f] *Lib. 4. de comp. med. sec. loc. c. 7.*

[g] *De Oculi part. 6. c. 7.*

[h] *Lib. 4 de comp. med. sec. loc. c. vlt.*

[i] *Li. 6. c. 33.*

# ICONES.

PACEDAEMONIVS quidam, vt antea obiter diximus, à nonnullis pu-
sillanimitatis notatus, quòd in scuto depictam haberet Muscam, eamq; vul
gari non maiorem, quasi instar Muscæ nollet ab hoste palam videri, respon
dit: quin imo ego cominus hostem excipio, & sic adorior, vt quamuis pu-
sillum sit signum, possit vel ab hoste cognosci. Inter eos sculptores, qui res
maximas paruis figuris imitati sunt, duo potissimùm celebrantur, Myrme
cides, & Theodorus; vterque quòd, vt ait [a] Plinius, currum fecisset tantæ exiguitatis, vt eum
D musca alis contegeret suis. Theodorus, inquit, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fu
» dit, præter similitudinem mirabilem fama magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limam te-
» net, lęua tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Prænestę, tantæ paruitatis, vt totam
» eam, currumq; & aurigam integeret alis simul facta Musca. De Myrmecide habet sic. [b] Myr-
» mecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia (ebore)
» quam musca integeret alis fabricatam, & nauem quam Apicula pinnis absconderet. Et ali-
» bi: Sunt & in paruis marmoreis famam consecuti [c] Myrmecides, cuius quadrigam cum agi-
» tatore cooperuit alis Musca; & Callicrates, cuius Formicarum pedes, atque alia membra pro
» uidere non est.

Musca in scuto depicta.

[a] *Lib. 34. cap. 8.*

Currus minimus sub Muscæ alis

[b] *Li. 7. c. 21*

[c] *Li. 3. c. 5*

DE

# DE MVSCA VINACEORVM. Cap. II.

Moſcini nõ naſcuntur in putri aceto, nec ſunt ephemera.

AELIANVS, Ephemera, inquit, animalia vnum diem viuunt: ex fæce vini aceſcente originem trahunt, aperto dolio, vt luce ſuſcepta ſunt, vita excedunt. Ariſtoteles verò Culices (κώνωπες) ſcribit naſci ex vermiculis, qui fæce aceti gignuntur. Quo loco Gaza pro κώνωπες reddidit Culices vinarij, ſed quàm benè, dicetur in Culice. Naſcitur quidem in ipſis vinaceis Muſcarum quoddam exiguum genus, Moſcinos vulgus vocat; ſed hi meo iudicio, neque Culices illi Ariſtotelis fuerint, non enim ex aceti fæce gignuntur, argumento quod vindemiæ tempore tantùm appareant cùm noua vina fiunt: neque Ephemera Aeliani etiam eſſe puto: nam plurimos quotidie prope dolia extinctos reperire eſſet, quod alioqui non fit. Moſcini autem noſtri animalcula ſunt admodum exigua, corpore craſſiuſculo, coloris ex cinereo fuſci, breui: capite rotundo, breuiſſimis antennis, breuibus etiam pedibus, quæ ferè omnia contrario in Culicibus modo habentur. Hę namq; antennas habent longas, corpus procerum, pedes longos. Moſcini vini valde ſunt appetentes, adeò vt in eo ſeſe ſubmergant, vnde bibaculorum adagium cupientium Moſcinorum more mori, hoc eſt, in vino, vt inextinguibilem ſuam ſitim ſedent. Vinulas eas vocat Scaliger.

# DE EPHEMERO. Cap. III.

EPHEMERVM Ariſtoteli binis in locis vocatum animalculum, quòd vnum tantummodò diem viuat, quanquam quod ſit, ignorem, tamen quę de eo prodidit, hìc inſeram, quia quadripenne id eſſe teſtatur. At verò, inquit, quæ ſanguine vacua pedibus ſe pluribus moueant, ſiue volucres ſunt ſeu pedeſtres, ijs certè motus per notas plures exercetur: vt animal, quòd à vita die vno deſcribenda Ephemerum appellatum eſt, pedibus quatuor, pennisq; totidem: quippe quod non ſolum vitæ ſuæ ratione proprium, id meritò habeat, ſed etiam cùm quadrupes ſit, volucre quoque eſt. Sic ille: & alibi rurſus: Hypanis fluuius, inquit, apud [a] Cimmerium Boſphorum ſub ſolſtitio defert velut folliculos acinis maiores, quibus quadrupedes volucres erumpunt: quod genus animalis in poſtmeridianum vſque diei tempus viuit, & volat: mox diſcedente ſole macreſcit, & languet, deinde occidente emoritur, vita non vltra vnum diem peracta; vnde Ephemerum, id eſt, diarium appellatum eſt. Cæterùm ego lectoribus conſiderandum propono, nunquid quod de Ephemeri pedibus ſcribit Ariſtoteles, præceptis eius conueniat, quæ vniuerſaliter de Inſectorum pedibus ſcripta reliquit, tribuens ijs, quæ pauciores habent, ſex ad minus. [b] Plinius tamen ſic repetijt: Hypanis fluuius in Ponto, circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre quadrupes, nec vltra vnum diem viuit; vnde Hemerobion vocatur. Meminit etiam [c] Aelianus citans Ariſtotelem, ſed neque alarum, neque pedum mentionem facit, vocatq; Monomeron. Ariſtoteles (inquit) ait beſtiolam apud Hypanin fluuium, vnũ diem viuentem, ſub lucem matutinam naſci, pòſt autem ad ſolis occaſum extingui. Iacobus Dalechampius in Plinij locum citatum hoc addit ſcholiolum. Tali tempore id Culicum genus in Arari naſcitur, codemq; die mortuum aquis innatat, piſcibus auidiſſimè conſectantibus: Lugdunenſes piſcatores vocant de la Manne. Sic ille. Sed cùm Ephemerum, ſiue Hemerobium, ſiue Monomerum Ariſtoteli quadripenne ſit, è Culicum genere, quod bipenne eſt, eſſe non poteſt. Sunt tamen multa Inſecta Culiciformia quo ad corpus, quæ alas habent quatuor, vt ſuo loco patebit. Bocatius addit Ephemerum manè eſſe infantem, iuuentutem tenere meridie, veſperi ſenio confici, & mori. Scaliger nobis Ephemeron deſcripſit his verbis: Ephemeri ab Ariſtotele ſcriptam, à Cicerone repetitam reponis hiſtoriam: animalis faciem non apponis. Quibus igitur ſcribebas hæc? Omnia legimus, & relegimus: in memoria habemus. Occidet miſeros crambe repetita. Igitur da nobis aliquid noui. Quid tu? inquies. Egon'? Nihil equidem. Niſi ſi animal, quod deſcribam pedes habet quatuor, Ephemeron puto.

[a] *Li. 5. c. 19.*

[b] *Lib. 4. de partib. c. 6.*

*Animal.*

[c] *Lib. 5. de cap. 43.*

A puto. Namq; ad Sarcam, & Benacum, frequentem vidimus vesperi, manè nullum. Captum
„ noctem tantùm vixit. Sin sex habet pedes: non enim memini: de nostro Ephemero actum est.
„ Neciam diem vnum viuet hic in lituris hisce nostris, sed post vnius modò lineæ tractum,
„ obijt. Et parui refert: parua enim iactura est. Tamen hoc pro alia historiola censeatur. Qua-
„ tuor oblongas gerit alas. Pedes quot, nescio. Caput, quale Musca. Oculos grandissimos. Pro
„ muscidem in se conuolutam. Ventriosum est. Cauda est longissima, sectiunculis coaggesta,
„ atque coaptata, in extremo bifida. Etiam in quibusdam trifurcata: vt in Gryllorum fœmel-
„ lis, quorum mares vno tantùm sulco bicornem habent. Color auri splendore sublustris in
„ maioribus: minoribus subfuscus. Taurini Moniettan vocant, quasi Monachellam. Adriatici
„ ad Maranum, & Tergeste, Curoculum. Puto ad Iustinopolin Exarchatum multa nomina
„ Græca attulisse. Plurima enim recensere possumus. Ab oculorum specie, tanquam Homeri-
„ cam Iunonem, Βοῶπιν, sic hoc κόυρης oculum. Luserim; si ita non sit. Maiora enim moli-
„ mur. In his interea pro deambulationibus ociosi, & haud falsò σχολάζοντες. A nostratibus
Situolla, id est, Sagitella nominatur. Hæc ille: sed notandum de pedum numero voluisse po
tius tacere veritatem, quàm Aristoteli repugnare. Non enim credendum cùm cætera memi
B nerit optimè, pedum numerum fuisse oblitum. Ab huius animalculi vitæ breuitate natum est adagium Ἐφημέρα ζωή, Ephemeri vita, de ijs qui subito moriuntur, aut pereunt. Est & Ephemerus piscis, cuius ex Iorath meminit Vincentius, inquiens nasci sine parentum complexu, & vix tres diei horas ab ortu superuiuere. Ephemeron denique duarum herbarum nomen est Dioscoridi: quarum vna ita dicta, quòd vno die interimat; altera quòd vna die flores amittat, de quibus alibi.

Ephemeri vita de quo dicatur.

# DE OESTRO, ET TABANO.
## Cap. IIII.

C INTER Muscas referre Oestrum quoque itemq; Tabanum veterum autoritas iubet, ac vtriusque similitudo corporis, alarumq; numerus. Nam Suidas ait ὄιστρον μῦαν ὑπόχαλκον esse, hoc est Muscam subæratam, & Aristoteles bipenne insectum. Varia tamen, ac dispari veterum, & recentiorũ de Oestro, & Tabano opinione cõmotus, de vtroq; separatim hoc capite agere institui. Nam quid sit apud veteres Oestrus, quid Tabanus, quid Asilus, multi recentiorum multa disputant, cùm sint qui diuersa hæc nomina significare, item qui prorsus eadem esse velint. Quorum discrepantes sententias seligentes, si quæ præstantiores melioresq; sint, recensebimus, & examinabimus. Interim tamen admonitum velim lectorem, ne quando aut Asili, aut Tabani, aut Oestri apud autores antiquiores præsertim, fit mentio, eadem esse statim existimet animantia, neque etiam diuersa penitus; sed prius consideret, à quo autore hæc nomina vsurpentur, & num idem diuersa hæc nomina statuat, num verò eadem esse dicat. Quàm enim vario significatu, & confusa appellatione multi autores vsi sint inter Synonyma, quàm plenissimè docebo subinde.

Oestrus, & Tabanus Muscarum species.

# AEQVIVOCA.

D ὄιστρον, & Oestrum tum Latini, tum Græci oratores, atque Poëtæ μεταφορικῶς pro stimulo furibundo, quo quis agitatur, accipiunt, vt apud D. Chrysostomum de Sacerd. ὄιστρον δαιμονικὸν ὑπομῦσιν, id est, diabolicis stimulis agitari. [a] Statius poëticum etiam furorem, & instinctum Oestrum vocat, hoc versu.

Oestrus furore.

[a] *Lib. 1. Theba.*

*Tempus erit quum laurigero tua fortior Oestro*
*Facta canam.*

Sed alij teste Lactantio in suis ad hunc versum commentarijs, hîc per Oestrum fontem intelligi dicunt apud Siculos, vbi Musæ colebantur. Cupiditatum quoque stimuli hoc nomine efferuntur, vt à Lucilio.

Fons apud Siculos Oestrus dictus

Μήσι γ' ἀπαρισίων ὄιστρος ἐλη κτεάτων, id est.
*Ne te capiat insana immensarum opum cupiditas.*

Est etiam ὄιστρος apud [b] Aristotelem auis nomen, quæ Vermiculis victitat Gaza Asilum tran

[b] *Hist. 8. c. 3*

ſtulit, de quo tomo ſecundo noſtræ Ornithologiæ quàm vberrimè ſcripſimus. Aſilus autem E
marinus, quem Græci ὄιστρον θαλάσσιον nuncupant, animal eſt ita vocatum ab Aſili terreſtris natura, quòd thunnos gladiosq; piſces, interdum etiam delphinos ita exagitat, vigente canicula, tantoq; interdum dolore afficit, vt propterea in naues ſæpenumero delphini inſilijſſe narrentur. Oritur ſub pinna thunnorum Scorpionis effigie, Aranei magnitudine, Pediculus marinus Bellonio dicitur, ſed falsò; de hoc alibi pleniùs agemus. Apud Auic. Aſilus ſerpentis ſpecies eſt, vt Leonicenus in libro quodam de Dipſade & alijs ſerpentibus autumat, nec id ſanè abſque ratione; ſiquidem ea omnia ſigna quæ à Dioſcoride, & Paulo in his quos Aſpis momorderit, enarrantur, eadem in morſu Aſili ab Auicenna referuntur. Μύωψ cũ Græcis Tabanus ſit, vt poſtea probabimus, ſi ſpectemus etymon, ſonat potius Μύων ὤπα, ſeu ὤπας, etiam ſignificat eum, qui claudit oculos, & conniuet. Certum autem oculorum vitium hoc vocabulo exprimi video. Gellius Μύωπα luſcioſum vocat. Fulgentius luſcioſos, inquit, dicunt, qui interdiu parum vident, Græcè Μύωπες dicuntur. differunt autem ἀπὸ τῶν νυκταλωπῶν, quòd hi propter viſus hebetem vim interdiù contueri nequeant, niſi clauſis oculis: Μύωπες autem dicantur, qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non vident. Senibus huic vitium contrarium accidit, ſiquidem ſenes admota non vi- F
dentes, longè reducta vident. Ponitur Μύωψ, ſed per υ & ι. pro calcari, quo vrgẽtur equi, apud Xenephontem ὅταν δὲ μέλλῃ τις πεδᾶν, παίσας τὸ αὐτοῦ τοῦ μύωπι. Quidam exponũt etiam flagellum: ſed de minimo digito dici (qui alio nomine ὀτίτης appellatur) annotat vulgare lexicon.

Aſilus apud Auicẽnam, & Aſpis Græcorum idem.

# SYNONYMA.

PRIMVM hîc recenſebimus eorum autoritates, qui Oeſtrum, ſiue Aſilum Tabanumq;, aut Μύωπα, idem eſſe ſtatuunt; mox eorum, qui inter hos ſua diſcrimina ponũt. Tanta.n.in his vocabulis exponendis difficultas exiſtit, vt quid ſignificẽt, hæreat, fluctuetq; animus. Iſiod. Oeſtrũ eſſe ait animal aculeis permoleſtũ Græcumq; id eſſe nomen, Latinè Aſilũ dici, vulgò Tabanum. His Μύωψ quoq; ſynonymum ſtatuit Hadrianus Iunius, cuius expoſitioni ſubſcribunt alij plurimi, forte Heſychij, & Euſtathij authoritate ducti, nempe G
quibus Μύωψ, & ὄιστρος eadem ſunt: vtriuſque loca placuit adſcribere. Ὄιστρος, inquit, Heſychius, καὶ εἶδος φθινῷ ὑφ' οὗ κεντιζόμεναι αἱ βοῦς σκιρτῶσι, ὁ Μύωψ καλεῖται. Id eſt Oeſtrus eſt ſpecies volatilis animantis, à quo puncti boues ſaltant, quod Myops vocatur, & Euſtathius duobus in locis idem dixiſſe videtur. Ὄιστρον, inquit, θηρίδιον ὁ καὶ Μύωψ λεγόμενος μῦς μὲν μέζον ταῦδε ἄλλα ἐμφερές &c. & rurſus alibi. Τοῖς βουσὶν ἐκπολέμιον τὸ Ὄιστρον τὸν καὶ Μύωπα, ὃς δὲ ζωύφιόν ἐστιν ἐχθρὸν τοῖς βουσί. Nam vbi hic dicit: Τὸν καὶ μύωπα, ſubintelligit καλοῦσιν. Hinc quidam interpres apud Lucianum Μύωπα Oeſtrum tranſtulit, dum ait Lucianus Ὠδύς Μύωπι διὰ τοῦ ὠτὸς τυπείς, vertit Oeſtro in auriculam immiſſo. Notandũ ibi etiã Euſtathio in nominatiuo Ὄιστρου vocari. Qui modò Tabanũ cũ Oeſtro confundunt, [a] Plinij autoritate nituntur: is enim hæc ſcripſit. Reliquorum quibuſdã, inquit, aculeus in ore, vt Aſilo, ſiue Tabanum dicere placet. Item Culicibus, & quibuſdam Muſcis. Qui diſtinxerunt, Oeſtrum, & Aſilum quidem idem animal faciunt, Tabanum verò diuerſum. Nam quòd ad Plinij autoritatem attinet, aiunt quidam non ignobiles doctrina viri Tabanum Plinij, & Aſilum idem eſſe, apud alios tamen auto- H
res differre, quidam rurſus incurię Plinium arguentes multis contra eum rationibus pertinaciter contendunt, Tabanum eam potius Muſcam eſſe, quam caballinam, eò quòd equos maximè infeſtet, vocamus: nec alia mouentur ratione, niſi quòd Tabanus armenta in fugam non vertat, ſicut Oeſtrus facit, quod falſum eſſe aſſerit Marianus Victorius olim Epiſcopus Reatinus in ſuo, quem in opera Diui Hieronymi edidit, Indice copioſiſſimo. Nam ſi Tabanorum copia, inquit, iumenta vexet, facilè in fugam vertuntur: appellat itaque, & hîc Tabanum Oeſtrum, ne à Plinio diſſentire videretur. At verò longè aliter, quàm illi ſentio, Pieriumque magni facio, qui mihi hunc honorem præripuit, ait enim is ſe vereri ne vbi Plinius inquit, Aculeus in ore, vt Aſilo, ſiue Tabanum dicere placet, hæc vltima verba, ſiue Tabanum dicere placet, ſubdititia ſint, & adulterina, & ab aliquo apud hunc autorem addita, quemadmodum pleraque alia, quæ non niſi quotidiana, ac diligenti doctorum virorum obſeruatione cognoſci, & auferri queunt. Nam Tabanus ab Aſilo diuerſus eſt, qui ὄιστρος Græcis propriè dicitur, Marone interprete hiſce verſibus.

Tabanus Aſilus idẽ Plinio.

[a] *Li.* 11. *c.* 8.

Muſca caballina.

*Eſt*

A *Est lucos Silari circa ilicibusq; virentem*
*Plurimus alburnum volitans, cui nomen Asilo*
*Romanum est (Oestrum Grai vertere vocantes)*
*Asper acerba sonans, quo tota exterrita sylvis*
*Diffugiunt armenta.*

Tabanus verò Μυίωψ Græcis dicitur, idq; cognoui ex [a] Plinio, qui ait Tabanos è ligno nasci, quod ex Aristotele transtulisse videtur, qui Μύωπα, ait ex ligno prodire his verbis, οἱ μυῶπες γίνονται ἐκ τῶν ξύλων. αἱ δὲ ὀρασδάκναι, ἐκ τῶν σκολήκων μεταβαλλόντων, item Sosistratus Oestrum è fluuiatili materia nasci tradit, Μύωπα verò ex lignis: propterea interpretes Aeliani, & Aristotelis rectè vbiq; Μύωπα Tabanũ transtulerunt. Hi autem si Asilum aut Oestrum transtulissent, sæpius coacti fuissent bis hæc vocabula repetere, quod absurdum lectoribus visum fuisset, vt potè, quod Aristoteles multis in locis Μυωπα καὶ ὄιστρον vnà coniungit, & in vna eademq; periodo vtriusque vocabuli mentionem faciat, vt vbi, inquit, ἔχουσι καὶ οἱ κηρυκες τὸ υτο καὶ αἱ πορφύραι σιφρὸν καὶ ὥσπερ οἱ μύωπες καὶ οἱ ὄιστροι. Sit itaque constans, ac firma sententia Tabanum ab Asilo in plurimis differre, quod in sequentibus, B vbi naturam planiùs ex veteribus recensebimus, fiet manifestum. Sed antequam ad ea dicenda perueniamus, quid apud alios quosdam, & apud me Oestrus sit atque Tabanus, paucis absoluo. Iacobus Greuinus in ea videtur esse sententia, vt Teredines sint Oestri. Sat, inquit, est vt intelligamus Apum, Vesparum, Crabronum, Fucorum, & Teredinum, quod vltimum genus Oestrum esse existimo, aculeum vehementissimum inferre dolorem. Pierius Valerianus, ait Tabanum Muscam esse lentam cineritiam, multoq; Asilo copiosiorem, vbiq; reperiri. Nos verò statuimus Tabanum veterum esse eam Muscam quam caballinam dicũt vulgoq; Tauano ab Italis vocatur, Oestrum verò quid aliud Insectum aculeo pestilentissimo: de vtrisque plenius in descriptione agetur. ὄιστρον putat Eustathius deduci ab οἴω, quod est ferio, fortassis quod ab Oestro icti boues impetu ferè quodam percelluntur. ita enim nomen vertitur quoties à proprio in aliud transmutatur, vt Byrsa cùm sit proprie corium, ab re ipsa quoq; dicta est arx Cartaginis: sic Oestrus cùm sit furor ab eodem effectu Oestrus dictum est animal. Asilum autem à vocis similitudine, quam hoc animalculum edit, Latini vocarunt, quod etiam placuit [b] Seruio Grammatico, qui super hos versus Virgilij

Propria de Tabano sẽtentia.

Asilus vnde dictus.

[b] 3. Georgic.

——*Cui nomen Asilo*
C *Romanum est, Oestrum Grai vertere vocantes,*

» annotat inquiens. Vertere ex soni similitudine onomatopoeam facere, non enim possimus » accipere ex Latina lingua mutauere, cùm constat Græcam primam fuisse. Cæterùm Μύωπα quem Tabanum esse dicimus per υ & ι scribendum arbitramur, maleq; in plurimis tum scriptis, tum impressis codicibus legi Μυίωψ per υ simpliciter, cùm ἀπὸ μυίας, & ὠπὸς dicatur, quòd Muscę sit aspectu, est enim è Muscarum genere. Asilum, atque Tabanum cæteræ linguæ vno eodemque vocabulo indifferenter exprimunt. Itaque Italis Tauano, ò Tafano dicuntur. Hispanis el Tauano, Moscarada que ahuyenta las vacas orases. Gallis Tahon, vn mouche fort picant qui molestе fort les buefs, & les vaches. Germanis ein Braem, rosbram rosmuck, grosse vliege, hummel. Belgis een peerde vliege, Coeuvliege, Brem. Polonis qziek Konie szezipiaci. Hungaris Barom Bergetoe, fenebogar, varga legy. Anglis Agraet flie bytinꝫ beastes, also à vorme found in fishes.

Aliarũ nationum nomina.

# D DIFFERENTIA, DESCRIPTIO. GENVS.

ASILO, atque Tabano id commune est, quòd aculeo in ore armentur eoq; duriori, quàm cæteræ Muscæ, quæq; binis volent pennis. Hæc testatum reliquit [a] Aristoteles plurimis in locis, his verbis. Bipennia anteriorum parte aculeos gerunt, vt Musca, Tabanus, Asilus, Culex. Et alibi rursus. Nulla ex cæteris partibus sensorijs manifesta est, præterquam lingua in nonnullis, quæ vel testa intectis omnibus data est, quia & gustant, & cibum attrahunt. Hæc alijs mollis infirmaq; est: alijs dura, & valida, vt purpuris, Tabanis, Asilis, atque alijs plurimis. Omnia enim quibus in aluo aculeus non est, linguam eiusmodi veluti arma gerunt. idem confirmat Plinius: & Aelianus ait Asilum maximè Muscæ similem esse

[a] Li. 1. Hist. cap. 5.

ex aliorum sententia, robustum esse, ac benè compactum, habere quoque aculeum in ore appensum, durum, validumque. Tabanum autem similem videri Muscę caninæ, aculeum verò minorem possidere. Meritò his natura duriorem, quàm Muscis aculeum tribuit, vt animantium grandiorum cutem, quæ durior est cæterorum plurium animalium, faciliùs penetrent, quò sanguine eorum potiantur. De magnitudine Asili, atque Tabani nil habeo certi quod ex veteribus proferam, memini tamen Aristotelem alibi Araneum Asilo similem magnitudine facere. Eustathius scribit Oestrum, siue Tabanum esse Insectum Musca maius, eiq; per omnia similem, quosdam tamen tradere Oestrum esse bestiolam Locustæ similem, colore variam, mobilem, in boues insolenter impetentem, forma verò, ac colore ὑποχάλκου. quasi sub æratam diceres: quod Suidas de solo Oestro, ὄιστρος, inquit, μυῖα ἐστὶν ὑποχάλκος ἐγχρίπτουσα ἑαυτὴν καυμάτι τοῖς βουσὶ καὶ ποιοῦσα ἐλαύνεσθαι. Sed cùm ex horum autoritatib. nil certi cognosci possit, ingenuè fateor ignorare adhuc me, quid sit Oestrus, quauè corporis magnitudine. Obseruauimus nos quoddā Insectū quod hic loco Oestri damus Pseudo oestrum appellantes; magnitudine ferè Crabronis, sed corpore crassiori magisq; obeso to-

Aculeū cur habeat duriorem.

Locustæ similis Oestrus.

E

F



to nigerrimo splendente, alis quatuor amethistino colore perpulchrè micantibus, pedibus hirsutis, duabus in capite antennis, quæ in extremo aliquo modo lutescunt, præter aculeum in ore duo quoq; alia aderant cornicula, quibus res oblatas fortiter apprehendebat. aluum instar Apum admodum annulosam, & obtusam in extrema parte habebat. dum volat maximum strepitum edit. rarissimè hoc Insectum videtur. Tabanorum apud Indos occidentales, ait Quiedus diuersa esse genera, quæ omnia, quòd prolixior eius historia euasisset, describere noluit. nos autem duo animaduertimus, vnum cuius figura hic à nobis priori loco da-

Pseudooestri nostri descriptio.

G



H

tur corpore minori, quàm Pseudooestrus graciliorię;, capite nigro antennis breuissimis, vt vix appareant, pectore item nigro, ac pedibus, alis subluteis, circulisq; subluteis aluum ambientibus. Tabanum maximum voco. Alterum genus quod secundo loco depictum ponimus, bobus equisque maximè infestum, præcedenti paulò minor, capite nigro, in cuius vertice duo punctula alba, pectore item nigro, sed nonnihil subcinerei coloris habente, itemq; aluo circulis cinereis, quo colore, & alæ insigniuntur. nullum quod sciam hi Tabani sonum emittunt, & quamuis scribat [a] Aelianus Tabanū maiorem bombum q̄ Asilus edere, tamen cùm id ab Aristotele neutiquā animaduersum video, maximè dubito, sit ne verum quod scripsit ille: Virgilius sonum Asilo suo tribuit hoc versu.

*Asper ac horrida sonans quo tota exterrita syluis*
*Diffugiunt armenta.*

[a] *Lib. 4. de Animal. cap. 51.*

ORTVS,

A

# ORTVS, ET GENERATIO.

DVPLEX Asilorum ortus, si veteribus sit credendum, veluti censeo. Nam à materia putrida oriuntur, quæ aut est in fauis Apum, vt visum est Plinio, & Columellæ: aut in aquis stagnantibus, vt [a] Aristoteli; ait enim quòd Asilus è latiusculis quibusdam bestiolis quæ in fluuijs supernatent, enascantur, & quòd propterea magna Asilorum copia circa aquas inueniatur; & alio in loco ex Culicibus palustribus generari voluit, his verbis; sunt porro, inquit, quæ viuant in humore, deinde forma immutata, foris vitam incipiũt agere, vt Cu
» lices paluſtres, ex ijs enim Asili proueniunt. Quod in extremis nascantur fauis scripsit [b] Pli
» nius his verbis. Nascuntur aliquando in extremis fauis Apes grandiores, quæ eæteras fugãt
B Oestrus vocatur hoc malum, quonam modo nascens si ipsa fingunt. Idem legitur apud Columellam, ex quo Plinius id transcripsisse videtur. Verùm hîc summoperè hæret animus, nunquid hîc Oestrus, cùm Plinius dicat esse Apis grandioris speciem, diuersus sit ab Oestro Aristotelis. Rursus [c] Plinius de quorundam animalium nascendi modo tradens, hęc verba
» habet. Multa autem Insecta, & aliter nascuntur, atque imprimis ex rore. Insidet hic raphani
» folio, primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milij cogitur. hîc quidam peruetusti codices legunt. Multa autem Insecta, & aliter nascuntur, atque Asilus imprimis ex rore, de qua lectione, num nimirum recipienda sit, alibi scripsimus. Tabani quoq;, eodem autore, ex
» ligno nascuntur. Sic quædam, inquit, ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno.
» Nec enim Cossi tantùm in eo, sed etiam Tabani ex eo nascuntur, & alia vbicunque humor est nimius: & alio in loco Vermiculorum meminit, ex quibus Tabani fiunt, de quibus quãuis apud Aristotelem nil, quod sciam, scriptum reperiatur, tamen cùm is antè Plinium tradiderit Tabanos ex ligno nasci, censendum est eosdem antea ex Vermiculis oriri, cùm omnia volantia Insecta eodem ferè modo producantur.

[a] *Li. 5. cap. 19. Hist.* circa aquas Asilorũ copia.

[b] *Lib. 11. cap. 16.*

[c] *Lib. eodem cap. 32.*

C

# LOCVS.

CVM Asilorum copiam circa aquas esse dixerit Aristotiles, fieri potest, vt non in omnibus regionibus ęquè frequentes sint, sed in ijs tantùm, quę plura habent flumina, aut stagna pluresq; aquas, & paludes. Silarus fluuius Lucaniæ in parte Apennini nascitur, & ad mare exit, vbi est Leucosia insula, ad cuius amnis ostia Alburnus est, apud quem multos esse Asilos cecinit [a] Virgilius. Neque enim, vt rectè Probus Grammaticus animaduertit, censendum est Silarum fluuium apud Virgilium eum esse, qui à Strabone dicitur veterem Campaniam diuidere à Picensibus, cui fluuio illud proprium inesse dicitur, vt in eius aqua demissa virgulta saxificentur, forma tamen coloreq; seruato. Refert similiter Eustathius ex Dydymo apud Lestrigonas Asilos, vel Tabanos, & Oestros, vel si mauis Græcè, μυῶπας τινὰς ὀξεῖς plurimùm nasci, animalculaq; hæc maximè inimica bobus esse. Cęterùm Lęstrigonas regionem illam Siciliæ, quæ postea fuit Leontinorum, incoluisse com-
D memorant, quę bobus, equisq; ac cæteris glabris, & villosis pecoribus abundat. Alij Lęstrygonas sub capite Draconis sitos esse autumant: de quo capite Aratus dixit, ortus, occasusq; solis confundi. Eos Formias Campaniæ vrbem habitasse Plinius, & Solinus scribunt. Verùm scribunt Indiæ occidentalis Historiographi ibidem, in terra continenti, Tabanos maximè molestos esse infestosque suis morsibus, magnamque ibidem eorum copiam reperiri.

[a] *Lib. 3. Georg.*

Silarus fluuius.

Tabanorũ copia in India occidẽtali.

# VICTVS. DAMNA, EORVMQVE REMEDIA.

SI verum eſt quod à Philoſophis pro firma conſtantiq; ſententia ducitur, animalia ex qua conſtant materia, ex eadem quoque viuere, erit neceſſe Aſilos, & viuere, & ali ijs humoribus, qui aut in aquis ſtagnantibus, aut extremis fauorum partib. ſunt; itemq́ue Tabanos ijs qui in lignis putridis exiſtunt, talesq́; humores ſanguini quorundam animalium quadrupedum ineſſe, vtpotè quòd ad ſanguinem eliciendum boues, equosq́ue, & cætera eiuſmodi glabra armenta impetant. Nam Tabanum Camelos infeſtare ſcripſit [a] Plinius; itemq́ue Heſychius boues omneq́ue animal agitare, Aſilos verò tantummodo boues laceſſere, qua de cauſa ab [b] Ariſtotele vtraque hæc animalcula αἱμόβορα appellantur. De Oeſtris ſcribitur paſſim apud autores, tam vehementer interdum boues ſuo aculeo mordere, ac pungere, aut in aures eorũ (vt aliqui volunt) incurrere, vt eos furibundos reddant. Hinc Oppianus cùm vellet furorem vehementem deſcribere, quem Oeſtri marini Gladijs, Thunnisq́ue inferunt, cum furore, quem Oeſtri frequenti inuaſione Tauris concitant, comparat, inquiens.

[a] Li. 31. c. 2.

[b] Lib. 8. c. 11. Hiſt.

Furor deſcribitur.

Καὶ γὰρ τοί καὶ βουσὶν ἀνάρσιος ἔυτε πελάσσῃ
Οἶστρος ἐνιχρίμψει δὲ βοὸς λαγόνεσσιν ἀραιαῖς,
Οὔτε τι βουφορβῶν μέλεται σέβας, οὔτε νομῆος,
Οὐδ' ἀγέλης, πόιηνδέ, καὶ αὔλια πάντα λιπόντες
Σεύονται λύσσῃ τεθοωμένοι, οὐδέ τις αὐτοῖς
Οὐ ποταμῶν, οὐ πόντος ἀνέβατος, οὐδὲ χαράδραι
Ρωγάδες, οὐ πέτρη τὶς ἀφοίτητος κατερύκει
Ρίπην ταυρείην, ὅτ' ἐπιζέσῃ ὀξὺ κελεύων
Βουτύπος, ὁ τρηρῇσι ἐπισπέρχων ὀδύνῃσι
Πάντῃ δὲ βρυχὴ πάντῃ δέ οἱ ἅλματα χηλῆς
Εἰλεῖται. τοίη μιν ἄγει δριμεῖσα θύελλα. Id eſt.

*Quin etiam fontes Tauros infeſtat Aſilus*
*Ilibus, & lateri medio cùm fixus inheret.*
*Nec iam paſtores curant, nec paſcua læta,*
*Et virides herbas, ſtabulum atque armenta relinquunt.*
*Conſoſſi, furiunt rabie, non flumina poſſunt*
*Non mare, non valles præruptaq́; ſaxa tenere.*
*Mugitu complent ſyluas, ſtimuloq́; coacti*
*Exilium, flectuntq́; pedes horrore minaci*
*Piſces, atque boues tangit furibunda procella.*

Hos Oeſtros autem, aiunt, vt plurimùm ęſtiuo tempore, aut cùm Sirius flagrat aſter bobus eſſe permoleſtos: nam eo tempore non aliter, quàm alia animalia videntur plurimùm ſitire. Terrorem itaque procorum Penelope, quòd Minerua ſuſtuliſſet Aegida, eleganter Homerus expreſſit, eum cum boum timore, quos Oeſtrus æſtate exagitat comparans.

Aeſtate boues maxime infeſtãt Oeſtri.

Οἶδ' ἐφήβοντο κατὰ μέγαρον βόες ὡς ἀγελαῖαι,
Τὰς μὲν τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται. Id eſt.

*Hi autem fugerunt in domum boues tumquam gregariæ.*
*Quas quidem varius Aſilus impetu aggreſſus exagitauit*
*Tempore in verno, quando dies ſunt longæ.*

Propterea diligenter cauendum eſt, ne boues, & vaccę, & alia animalia, quæ à Tabanis, & Aſilis infeſtantur iuxtà paludes, & militarem viam paſcantur: quod illę caloribus noxium virus, hæc aculeis infeſta Inſecta generent. At quoniam pauperioribus, quibus commodiora paſcua locaq́; à paludibus, & ſtagnis aliena plerunque non ſuppetunt, diligenter enitendum ne ſub flagrante ſole animalia paſcant, ſed ſub crepuſculo, aut ortu ſolis, vel etiam noctu, quod nos prudẽter admonuit Virgilius, dicens quomodo vaccæ, & equæ grauidę ab Oeſtro tueri poſſint.

Hunc

A *Hunc quoq; (Oestrum intelligens) nam medijs feruoribus acrior instat*
*Arcebis grauido pecori armentaq; pasces*
*Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.*

Id quoq; à Læstrigonum pastoribus obseruari apud Homerum inuenio. Is enim ait hos insomnes noctes traduxisse, duplicemq; mercedem accepisse, quòd noctu diuq; pascerent, noctu quidem boues, & equos, & cætera minus pilosa pecora, diu verò villosa, vt oues, quarum vellera ab œstrorum aculeis tutissima existunt. Versus Homeri hi sunt.

Ενθα κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μίσθους,
Τὸν μὲν βουκολέων, τὸν ἄγυφα μῆλα νοέυων
Εγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι. Id est.
*Ibi verò insomnis vir pastor duplicem capit mercedem*
*Vnam quidem pascendis bobus, alteram pascendis albis pecoribus.*
*Prope enim noctisq; & diei sunt viæ.*

Porro ne Asili Camelos infestent, iubet [d] Plinius Arabum exemplo, piscium adipe eos perungere his verbis. Cetos (inquit) scribunt sex centorum pedum longitudinis, trecentorum B sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguiq; eius negotiatores, & omnium piscium adipe Camelos perungere in eo situ, vt Asilos ab his fugent odore. Idem ad Tabanos valere verisimile est, ad quos Varro frondem vaccis, aut bobus substernit his verbis. Itaque (inquit de Vaccis) quòd eas ęstate Tabani concitare solent, & bestiolæ quædam minutæ sub cauda, ne concitentur aliqui solent includere septis, ijs substerni oportet frondē, aliudue quid in cubilia, quò mollius conquiescant.

Cameli ne ab œstris pungātur.
[d] *Lib. 31. cap. 2.*
Vaccas ne Tabani infestent.

# ANTIPATHIA. MORBVS.

OCCVLTVM hoc videtur propriumq; Tabanis, quod scribit vetustissimus poëta [a] Nicander, eos nimirum serpentem teterrimo fętore insignem (quem Chelidrum, & Hydrum appellant) circa Hellespontum frequentem, inuadere. Aiunt enim in huius squamis Muscas pennis æreis sua domicilia habere; quas fortè Nicander Tabanos vocauit inquiens.

[a] *In Theriaca.*
Hydrus serpens qualis.

C Ὕδρον μὲν καλέουσι, μετεξέτεροι δὲ χέλυδρον,
Ὅστε βρύα προλιπὼν, καὶ ἕλος, καὶ ὁμηθέα λίμνην,
Αγρώσσων λειμῶσι μολουρίδας, ἢ βατραχῖδας,
Σπέρχεται ἐκ μυίωπος, ἀήθεα δέγμενος ὁρμὴν.
Ἔνθα κατὰ πρέμνον κοόλης ἀπεδύσατο φήγου
Οξὺς ἁλεὶς, κοίτον δὲ βαθεῖ ἐνεδείματο θάμνῳ.

Vertit hos versus sic Iacobus Steue Valentinus.

*Quin alij appellant Hydrum rursusq; Chelidrum.*
*Hic linquens muscos, stagnantes atq; paludes,*
*Dum ranas sequitur, vastans per prata Locustas,*
*Vrgetur grauiter sæuo Crabrone petitus;*
*Atq; cauas statim latebras conscendere fagi*
*Festinat fugiens, denso se in cespite condens.*

Obseruandum hîc est μυίωπας interptetem Crabrones transtulisse poëtica licentia, & καταχρηστικῶς pro Tabano. A cæteris quoq; Insectis plurimùm Tabani variant, quòd nimirum D cæcitate, & aqua intercute pereant, vt scripsit [b] Aristoteles.

[b] *Li. 5. Hist cap. 20.*

# DENOMINATA.

Οἰστρώδης quo quis velut œstro agitatur, sì de re aliqua dicatur; sin de homine, qui œstro agitatur, œstro percitus, insanus, furiosus, quemadmodum etiam οἰστρήεις apud Nonnum. nam οἶστρος veluti dictum est furorem quoq; significat. Οἰστράω & οἰστρέω œstro seu asilo agitor, idem cùm οἰστρηλατοῦμαι. [a] Aristoteles πολλοὶ ἁλίσκονται διὰ τὸ οἰστρᾷν, Gaza vertit propter infesti Asili stimulum. capitur etiam actiuè pro œstro agito, œstro exerceo, œstro stimulo. Nam Hesychius οἰστρεῖ exponit οἰστρολατεῖ, ἐκμαίνει, id est ad insaniam agitat. Similiter apud eundem legitur οἰστροῖ pro eodem. Οἴστρημα vel οἴστρησις œstrum, vel stimulus, & aculeus quo quis

[a] *Li. 8. Hist. cap. 15.*

quis velut œſtro agitatur. οἴστρησις tamen ſignificat potiùs ipſam paſſionem, hoc eſt, cùm quis œſtro agitatur, vt οἰστρηλασία. οἰστρήσεις metaphoricè dicuntur etiam αἱ θηλυμανίαι, inſani mulierum amores, quibus videlicet aliquis velut œſtro ad eas amandas impellitur. apud Suidam, τὰς ὑπὲρ τῶν γυναικῶν οἰστρήσεις τε καὶ μανίας παρ' ἑδὲν ἐτίθετο. ex his ἀνοιστρέω & ἀνοιστρῦμαι, item ἐξοιστράω & ἐξοιστρέω ἐξοιστροῦμαι œſtro exagito; œſtro ſtimulo, furore agitor. idem etiam παροιστρέω & παροιστράω, niſi fortè præpoſitio παρὰ vim diminuat. apud [b] ſeptuaginta interpretes inuenio vaccam παροιστρῶσαν dici, hoc eſt, œſtro agitatam. Accipitur autem & παροιστρέω & παροιστράω neutraliter quandoq;, quippe apud Heſychium inuenio, παροιστρῆσαι, παροξυῶσαι, ἐρεθίσαι, & παροιστρήσουσι, μαίνονται, & παροιστρῶσαι, ἐρεθίζουσαι ἐξεμῦσιαι. in Epigrammatibus eſt οἰστροβολέω œſtro exagito, ſtimulo. Qui autem œſtro ictus in gyrum ſe agit, & quaſi rotatur οἰστροδίνητος dicitur. quemadmodum quem Aſilus percuſſit, aut œſtrus furorúe agitauit οἰστροπλήξ. nam Suidas οἰστροπλῆγα exponit τῇ μανίᾳ πεπολημῶτα. itemq; Heſychius οἰστροπλῆγος, τῇ μανίᾳ πληγείσης. Οἰστρηλασία, cùm quis œſtro agitatur, ſtimuli œſtri, quibus aliquis agitatur. Metaphoricè voluptatis ſtimulos, & irritamenta ſignificat, aut aculeos quibus aliquis veluti œſtro ad voluptates amplectendas impellitur. Hinc οἰστρηλατέω œſtro exagito, & paſſiuè οἰστρηλατέομαι œſtro exagitor. furore, & inſania agitor. Item qui inſanis cupiditatibus æſtuant, οἰστρηλατούμενοι dicuntur. Heſychio πυρούμενοι. Orpheus in Hymnis vtitur φιλοιστρομανὴς inſani œſtri amans, aut furoris. eſt autem hoc bicompoſitum ab οἰστρομανὴς cuius tamen exemplum non repperit author theſauri linguæ Græcæ. Μυωπήχθαι eſt oeſtro, aut Tabano agitari, metaphoricè quoq; μυωπίζειν eſt calcari vrgere. Xenophon μυωπίζοντι καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον, alibi quoq; apud eundem μυωπίζειν καὶ παίειν.

[b] *In Oſee.*

# MORALIA.

[a] *Lib. de Amicitia.*

Adulatores Aſilis comparati.

SIC habendum (ait M.[a] Tullius) in amicitijs, nullam peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blandicias, aſſentationem, quæ adulatores ſunt ſoliti exercere. quibus ſi patefecerimus noſtras aures, & adulari nos ſinamus, facillimè fallimur. Recte itaque Plutarchus eorum naturam Aſilis aſſimilat. vt enim hi Taurorum colla aures; ſubire ſolent, ac tandem grauem aliquem dolorem inferre, ita quoq; Aſſentatores aures ambitioſorum hominum laudibus occupantes, & aſſentationibus, ac blandimentis, ijſq; adhærentes, non facilè abſq; damno depelluntur.

# SYMBOLA. HIEROGLYPHICA.

Aſilo percuti vaccã quid. Quietis perturbator.

ASILO vaccam percuti, vt eſt in Oſee. *quoniam ſicut vacca Aſilo percuſſa*, ſignificat aliquem propter peccata in furorem cadere, permittente Deo. Peruulgato Hieroglyphico Aſili ſignificaturis, qui aliorum otia perturbat, quietisq; rebus tumultum, ac moleſtiam adfert. nam is aſpero, & acerbo ſono, itemq; aculeo exterret armenta, & in fugam conuertit. Veriſimile quoque videtur verba illa apud Tranquillum de Aſilo Romana voce dicto intelligi, quæ ab Othone Galbæ manibus deturbato identidem obmurmurato in damno fuerunt, ſi vt vulgata habent exemplaria legamus τὶ γὰρ μοὶ καὶ μακροῖς αἰσίλοις. ſed fortè caſtior lectior ſubſtituenda. Nam illud quoq; quod magni viri excogitarunt de longis tibijs, ad huc non conſtat.

A

# FABVLAE.

POETÆ diuino quodam furore correpti œstro perciti dicuntur. eo enim Iuno in pellicem Io immisso, eam ad insaniam adegit. Fabulam hanc à principio repetam. Inachus apud Argos primus regnauit annos quinquaginta authore Eusebio, cuius filiam Io (cùm esset à Ioue compressa, & Iunonis aduentu ab eodem in Vaccam conuersa) postea Iuno dono accepit tradiditq; seruandam Argo pastori suo. quæ cùm à Mercurio obtruncata, esset, Iuno irata in Io œstrum immisit, quo illa exterrita vsq; in Ægyptum fugit, ibiq; Ioue agente in humanam redijt figuram, mutatoq; nomine Isis dicta est, & ab Aegypto pro deo culta. Aliqui referunt Iunonem, propter adulterium, quòd Io Inachi filia cum Ioue commiserat, iratam fuisse, & in Io Asilum immisisse, totumq; per orbem eam egisse & fatigasse, vnde Virgilius de Asilo inquiens:

Io œstro agitata.

Io in vaccã versa œstro agitata.

Isis.

B *Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras*
*Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.*

Non minus elegans quam moralis hæc fabula narratur. Cùm Bellerophon ab Iobate successor regni constitutus esset, & hic (quale est ingenium plerisque mortalium) summa rerum gestarum fælicitate nimium elatus, in cælum quoq; ascendere super equo Pegaso voluisset, à Ioue omnis temeritatis grauissimo vindice, ob tantam arrogantiam, depressus est, œstro illi equo immisso. Quare Bellerophon præceps in terram deturbatus. at Pegasus nunc sublimis, nunc depressus per aëra volans in cælum deniq; redijt, in Iouis præsepe, quæ stellæ sunt ita vocatæ. Bellerophon verò in Alcæam Ciliciæ planiciem cecidit, ibiq; inedia absumptus est,

Bellerophũtis fabula.

Iouis præsepe.

# PROVERBIA.

C IN quodam Platonis dialogo, credo in Phędro, prouerbij loco vsurpatur ὀιστρόπαραπληγείς, id est, *æstro percitus*, hoc est ingenti animi cupiditate commotus, ac veluti attonitus. sumptum à natura œstri Insecti, quod suo horrendo strepitu attonita reddat armenta, & aculeo exagitat.

Oestro percitus.

# EPITHETA.

EVSTATHIVS putat ἀιόλον οἶστρον, hoc est varium ab Homero dici, quòd forma sit ὑποχάλκος. alij quòd celeriter, & turbinis in modum moueatur, nam ἀιόλλεσθαι, vnde ἄιολον deriuare volunt, est τὸ ταχέως καὶ δίνῳ ἀέλλης κινεῖσθαι. ἀερόφοιτον, id est in aëre versantem nominat [a] Orpheus hoc versu:

[a] *In Argon.*

Νεῦσε δ' ἐπὶ ἀερόφοιτος ἀπέπλατο δηΐος οἶστρος

A truculenta, ac feroci eius natura Oppianus ἄγριον nominat: [b] Virgilius asprum, inquiens,

Aper.

[b] *Lib. 3. Georgic.*

*Asper acerba sonans.*

D Sed in quibusdam exemplaribus inuenio semper acerba sonans, magis tamen probanda est prior lectio. nam naturam feriendi boues & exagitandi melius exprimit. Qua de causa horribilem [c] appellauit inquiens:

Horribilis.

[c] *In Ciri.*

*Fertur & horribili præceps impellitur Oestro*

Quamuis hoc epitheton eius horrido sono adscribi possit.

# VSVS IN MEDICINA.

EX Magorum commentis tradit, [a] Plinius contra febres alligari Vermiculos, ex quibus Tabani fiunt, antequam pennæ germinent.

Contra febres remedium.

[a] *Lib. 30. cap. 11.*

DE

# DE CVLICIBVS. Cap. V.

## PROOEMIVM.

MINORA nunc prosequamur corpore, maiora facultate, ac viribus. Quis autem curat, inquiat aliquis, Culicem? tenue corpusculum, vile, ineptum, ac molestum omnibus. Tu autem, quisquis es, qui hæc obijcis, nobis multo es molestior, quàm tibi Culex, quem non frustra creauit rerum natura, à qua nihil quicquam vnquam frustra. Nonne enim de Culice æquè solicita fuit, quàm de Elephanto, aut gigante, aut homine? [a] Galenus certè, cæteriq; ipsum secuti, non nugabantur duntaxat, sed ridiculos sese posteris exposuêre, quòd Culicem non ab eodem opifice, à quo homo fieri crederent. Ineptit planè etiam Cardanus, dum lapides, quodammodo homini præferre conatur, maiores ijs vires tribuens, quàm plantis, quòd scilicet longiori tempore à natura perficiantur. Nam & hic totum rem leuissimam brutissimamq;, quamuis naturæ longinqua opera factam, sibi ipsi prætulerit, cùm interim Culex longè adamante durissimo sit operosior. Nam & secum ipse tubam fert, & equitis vim transfigit enim. Vnus tuba, equus, eques, volucer. Idem Pegasus, & Bellerophon. Sanguinem sibi sugit, per eius tubi cauum, quem totum vix oculis capias. Tantùm abest, vt canalem ipsum vllo obtutu indipiscaris. Hæc autem in tam exiguo corpore cùm existant, & peragantur, longè mirabiliora sunt; quàm quæ in Elephanto, aut Leone, aut tigride; quorum naturas ob corporis magnitudinem facilè licet cuilibet cognoscere: Culicis autem ob exiguitatem difficulter. Quamobrem digniorem Culicis naturam perscrutatione iudico, quàm eiusmodi grandiorum.

[a] *Lib. de fœtuum form.*

Adamante Culex operosior.

## ÆQVIVOCA.

MAronis quoddam poëmatium Culex inscribitur, in quo Culicis fatum deploratur. Hoc ignobilis, quidam Grammaticus iam tum à poëta factum putat, cùm esset puer, & quindecim annorum, cuius sententia meritò vtpote absurda, multis ac firmis rationibus, à doctissimo viro Iosepho Scaligero explosa fuit. Meminerunt huius poëmatij vtpote grauissimi, & nobilissimi complures veterum. Papinianus;

*Ante annos Culicis Maroniani.*

Culex poematiũ Virgilij quando conscriptum.

Suetonius Tranquillus, in vita Lucani, quæ adhuc formis excusa non est, ait Lucanum inter æqualium suorum plausus, quum magno successu, ac fauore poëma aliquod à se compositum, recitasset, vt ostenderet quantò iunior, quàm Virgilius Poëticam attigisset, exultabundum dixisse: quantum mihi restat ad Culicem? [a] Martialis in quodam epigrammate ad lectorem, de eodem Maronis opusculo sic loquitur.

*Accipe facundi Culicem studiose Maronis*
*Ne nugis positis arma virumq; legas.*

[a] *Lib. 14. Epigr. 185.*

Nugis, inquit, hoc est iocis, & ludis Saturnalibus; quasi dicat leuiora in saturnalibus sunt legenda. Apud [b] Plinium herba quædam Culix vocatur: sunt, inquit, qui herba, quæ vocatur Culix nomine, trita, semen eorum (cucumerumm) aceratum seri iubeant, vt sine semine nascantur.

[b] *Lib. 19. cap. 5.* Culix herba.

## SYNONYMA.

Cyniphes.

כנים inde כ pediculi. Quidam, vt ait Pagninus Cyniphes nomine efficto ex Græco σκνίπιον vel κνίπες, qui sunt Vermiculi ligna erodentes, Culices iuxta descriptionem Originis, qui hoc animalculum pennis quidem per aerem volitare tradit, sed ita minutum esse, vt oculi visum effugiat, nisi quis acutissimè cernat: & corpus vbi insederit acutissimo terebret stimulo, vt sentire citius stimulantem, quàm volantem videre valeas. sunt qui ad כנה reducant, quòd firmiter innitatur, & incubat corpori. Hebræi credunt esse Pediculos. Arabibus, vt in Pandectario

est

A est, Heagi Culex dicitur. Græcis, vt in Synonymis Martini Rulandi, ἐμπὶς, κινώπιον, κνὶξ, κώνωψ, σκάβηος, σέρφος, σιφων, σκνὶψ & κνίψ σύρφος. Sed examinanda sunt hæc singula diligentiùs. ἐμπίδα vbiq; apud Aristotelem Culicem Gaza vertit, itemq; apud alios autores varij eorum interpretes. quidam putant Culicis potiùs quoddam esse genus. Scribit Scholiastes Aristophanis ἐμπίδας à comico vocari, quos sui temporis homines nominarent κώνωπας, quosdam verò velle esse εἶδος κώνωπος παραπόταμιον ζῷον ἔχοντος id est speciem Conopis prope flumina viuentis: & alibi ζῶον παρὰ τοῖς ὕδασι γινόμενον ὅμοιον τῷ κώνωπι, μεῖζον δὲ τῇ περιοχῇ, κατὰ δὲ τὸ μέσον λευκῷ περιεζωσμένον. ideſt, animal propè „ aquas genitum Conopi simile, maius verò in circumferentia, & circa medium linea alba „ cinctum. Nihilominus apud Sextum Empiricum philosophum ἐμπὶς & κώνωψ indifferēter Culex exponitur. hoc tamen inter hæc duo vocabula ibidem discriminis ponitur, quod κώνωψ cùm sit generis masculini, etiam de fœmina dicatur, vt ἐμπὶς fœminini, cùm dicatur de masculo. Cæterùm, & κώνωψ vbiq; ferè apud authores Culex communi nomine dictus exponitur, apud Aristotelem verò Culex vinarius à Theodoro Gaza traducitur, quemadmodum quoq; ab alijs interpretibus apud [a] Plutarchum. Verùm hi omnes in masculino B genere hoc vocabulo vsi sunt. Solus, quod sciam Aristophanes in Pluto fœminino genere dixit τὼ κώνωπα, teste Suida. Κινώπιτα quasi ἐν τῷ παιδίῳ κινούμενα, καὶ κινωπίσας in Lexico vulgari exponitur Culices, sed absq; vllo authore. alioqui Κινώπετα Hesychio sunt, κινώδαλα θηρία, id est reptilia animalcula. Callimachi quoque Scholiastes ita dici scribit τὰ θηρία ὅσα κινώπιτα, παρὰ τὸ ἐν τῷ ἐδάφει κινεῖσθαι: idem Scholiastes Nicandri κινώπιτα dici θηρία τὰ ἐν τῷ παιδίῳ κινούμενα, ὅ ἐστι κινούμενά τινα ὄντα. Κνὶξ in vulgari item Lexico Culex vertitur, absq; vllo veterum testimonio, ni fortè ex aliquo minus correcto codice hoc vocabulum transcriptum sit, in quo κνὶξ pro κνίψ legebatur. Etenim κνὶψ siue σκνὶψ Culex vbiq; ferè exponitur. quidam verò Insectum putant ficos infestans, ducti authoritate [b] Aristophanis, qui ita scripsit.

Εἰθ' οἱ κνίπες καὶ ψῶρες ἀπὸ τὰς συκᾶς οὐ κατέδονται,
Ἀλλ' ἀναλίξει πάντας καθαρῶς αὐτοὺς ἀγέλη μία κιχλῶν.

Vbi cùm ψῶρες etiam sint Culices, sunt qui ψῶρας esse velint, quos vocat [c] Plinius Culices ficarios, & κνίπας siue σκίπας, quos idem appellat Culices muliones, in eo præsertim loco, in quo scribit, in Culicum genere muliones arborarij pici rostrum habere. Sed idem C Plinius simpliciter etiam, & sine adiectione Culices vocat, quos Theophrastus κνίπας. Nam hęc Theophrasti verba, ἐγγίνονται καὶ κνίπες ἐν τισι τῶν δένδρων, ὥσπερ ἐν τῇ δρυὶ καὶ τῇ συκῇ. καὶ δοκοῦσιν, ἐκ τῆς ὑγρότητος σωίζεσθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν σωιζομένης. αὗται δὲ ἔχει γλυκεῖα γινόμενοι, [d] Plinius sic transtulit: Sunt & Culicum genera aliquibus molesta, vt glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci subdito corticibus. sic idem [e] alibi infestant (inquit) & Culices hortos riguos præcipuè, si sunt arbusculæ aliquæ. Et [f] Columella. Qui æstate ista seret, caueat, ne propter siccitates Culex adhuc tenera folia perrumpentia consumat. Meminit [g] Galenus quoque horum σκνίπων siue κνίπων tradens & ipse ab eis infestari vitem, & quidem oculos vitis germinantis: sed Vermium generi eos annumerans, Ἀμπελιτίδα γῆν ex eo nominari tradit, quoniam περιχριόμενα ταῖς ἀμπέλοις φθείρει τοὺς γινομένους ἐπ' αὐτῶν σκώληκας, οὕς, inquit, κνίπας ὀνομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἀμπελουργοί. hoc est, Ampelitim terram dici, quòd illita vitibus, Vermes qui inibi nascuntur, occidat, quod ij qui vitium curam habebant, appellarunt Scnipas. Quibus ibidem addit Galenus generari hos Vermes ineunte vêre, cùm germinant vites, & τὸ συνοιδισκόμενον αὐτῶν μέρος ὄζειν ὁ βλαξὸς φύεται, quod appellant ὀφθαλμόν. sic paulò pòst τούτους δ' ὡς, in- D quit, τοὺς ὀφθαλμοὺς διαφθείροντες οἱ σκνίπες, οὐ μικρὰ βλάπτουσι τὰς ἀμπέλους. διὸ καὶ τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν τούτων περιχρίουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. Quibus continenter adiungit hæc. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ ὧν ἀμπελίτις τε καὶ φαρμακίτις ἡ τοιαύτη γῆ προσαγορεύεται, δηλοῦσα καθ' ὃν φθείρει τοὺς σκνίπας ὅσον αὐτῆ μίγνυσι δυνάμεως φαρμακώδους, Verùm quum Galenus hìc dicat τοὺς σκνίπας esse σκώληκας, Vermes, suspecta videtur nonnullis ea scriptura: quòd σκνὶψ siue κνὶψ sit potiùs Insectum pennatum & pennigerum: & Culex non priuatim vites erodat, sed Vermis ille, qui Plinio Conuoluulus dicitur, Plauto Inuoluulus, & Volucra Columellæ. Quapropter eo loco reponendum existimant ἶπες vel etiam ἴκες canente Alcmane καὶ ποικίλον ἴκα τῶν ὀφθαλμῶν ἀμπέλων ὀλετῆρα. De hac διορθώσει sic putat author Thesauri linguæ Græcæ, vt nihil sit nisi temerè in Galeni codicè immutandum, quum terq; quaterq; constanter ibi sit scriptum σκνίπες, quumq; apud [h] Aetium eadem prope reperiatur scriptura, tantùm verso π. in φ. tractans enim ipse de terra ampelitide, cùm dixisset agricolas ἅρος ἐκβαλλοντος δεῖντας αὐτῶ χρέιν τὰς ῥίζας τῶ βλαχησάντων ἀμπέλων,

πρὸς

Heagi.

Quid sit.

[a] *Sympos.*

[b] *In Auib°.*

[c] *Lib.* 11. *cap.* 8. & *Lib.*3.*c.*16.

Muliones.

[d] *Lib.* 17. *cap.* 23.

[e] *Lib.* 19. *cap.* 11.

[f] *Lib.* 11. *cap.*3.

[g] *9 Symp.*

Galenus emendatus.

[h] *Lib.*2.*c.*9.

πρὸς τὸ μὴ ἅπτεσθα τούτων τὰ βλάπτοντα τὰς ἀμπέλους ζωΰφια, ſubiungit, ἐκ δὲ τοῦ φθείρειν τὰς κνίφας, δηλοῖ ὅσον μέτεστι δυνάμεως φαρμακώδους αὐτῇ. Deinde ait idem author ſe reperiſſe apud [1] Theophraſtum κνίπας nominari Vermiculorum etiam genus, namque in Hiſtoria plantarum ſic ſcripſit, φασὶ δὲ ἐρινάζειν τὸ πόλιον ὁπόταν αἰγείπυρος ἢ πολὺς. κατὰ τὴν τῆς πτελέας κύπριν. ἐγγίνεται γὰρ καὶ ἐν τούτοις θηρίδι ἅττα κνίπες· οἱ ὅταν ἐν ταῖς συκαῖς γίνονται κατεσθίουσι τοὺς ψῆνας. Verùm vt ſuper hac Galeni lectione liberè dicam, quod ſentio, puto malè hunc authorem Theſauri Græcæ linguæ opinari, nihil in Galeno immutandum eſſe, optimeq; eo loco legi ἴπες pro σκνίπες, nec me terret in eodem Galeni loco frequens eiuſdem vocabuli repetitio. nullos enim apud authores inuenias, σκνίπες dici Vermes, qui vitium oculos erodunt, præterquam apud hunc ſolum Galenum, qui poſt paucos annos, quibus in lucem prodijt, hoc loco mutilatus fuit, ex quo deinde Aetius malè ſua tranſcripſit. Sed ille locus, qui ex Theophraſto allatus eſt ad probandum ibidem κνίπες ſignificare Vermiculos, omnino id non probat. dicit enim non σκωλήκια, aut σκώληκας, ſed θηρίδι ἅττα κνίπες, hoc eſt animalcula quæcunq;, Cnipes. quæ Dioſcorides vocat θηρία κωνοποιεῖδη beſtiolas Culicibus ſimiles. Et Heſychio quoq; eſt κνίψ ζῶον πτενὸν ὅμοιον τῷ κώνωπι. ita vt κνίπες generale ſit nomen Culicum, & ſpeciei cuiuſdam. atque hæc omnia, quæ nunc diximus, magis fient perſpicua, ſi ea quæ de generatione Culicum dicturi ſumus, diligentiùs conſiderentur. pergamus ad reliqua. Σάβητοι Heſychio ſunt Κώνωπες. Σέρφος Varrino eſt animalculum ſimile Formicæ, aut Vermi, quo aues paſcuntur, quibuſdam putatur Culex, vnde id prouerbij ἔνεστι κἂν μύρμηκι κἂν σέρφῳ χολὴ quod ſimile eſt illi. *habet & Muſca ſplenem & Formicis ſua bilis ineſt.* Σίφων apud Varrinum eſt Vermis ſimilis Formicæ, & in quodam Meleagri Epigrammate Culex eſſe dicitur. Σύρφος apud Heſychium & Σέρφος idem animalculum, vt ἐμπὶς, βομβύλιος: & βομβυλιὸς quidam Culicem interpretantur apud Iſocratem, vbi ſcribit quoſdam βομβυλίων laudationem ſcripſiſſe: apud Suidam tamen, & quoſdam alios exponitur Apis ſpecies, nobis Papilio ex Bombyce genitus, veluti in præcedenti libro à nobis dictum eſt. Citatur & hic verſus à Pierio Valeriano;

*Nam Culices ab equi, ſed Apes ab origine tauri.*

qui proculdubio Nicandri hunc verſum expreſſiſſe videtur.

Ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις ταῦροι δὲ μελισσῶν.

Sed malè quidem ibidem Σφηκῶν transfertur Culices, cùm hoc ſit Græcis vocabulum, quo communiter Veſpas nominant, vt ſuperiùs comprobauimus, vbi de Veſparum ſynonymis egimus quàm pleniſſimè. nec ſcio qua licentia poëtica ſe excuſare queat Pierius, ſi is hunc verſum ita tranſtulerit. Cæterùm commune vocabulum Culex eſt Latinis, quo omnes ſpecies comprehenduntur, cuius quid ſimile, vt videmus Græcis videtur denegatum, vt ex prædictis facilè eſt videre, niſi apud eos ſit κώνωψ, quod frequentius, & vſitatius eſt. Ab aculeo Culicem dictum putat [k] Iſiodorus, habet enim in ore, inquit, fiſtulam in modum ſtimuli, qua & ſanguinem ſugit, & carnem terebrat. Culex autem maſculini generis eſt. [l] Angelus Politianus ſuo Bartholomæo Scalæ, dum ſcribit, eum ludit, quòd Culicem fœminino genere dixerit, cùm maſculino debuiſſet. Egi, inquit, tecum liberiùs (ita enim ſoleo) qui quoniam tu Culicem muliebri genere, quòd contrà virili decuit, vſurparas in Epigrammate, luſerim ſic ex tempore Culicis verbis:

*Non ſum fœmina Scala, nec Latinis*
*Nec Græcis ideo placet puella.*

Verùm non eſt, quòd ludas cum tuo Scala ô Politiane, quandoquidem & à [m] Plauto in fœminino genere vſurpatum inuenies, qui canam Culicem dixit. Reliquæ porrò nationes nullum, quòd ſciam vocabulum Latino habent ſimile. Galli quod ſit Muſcæ quodammodo ſimilis Moucheron tout petit ver ayant aiſſes nominant. Hiſpani Muſquilo, Angli à grat or Flye. Itali ob ſonum, vt arbitror, quem edunt Zanzara vocant. Germani ein Muck oder Braem. Belgæ Mueſie, & Mugge.

[1] Lib. 2. cap. vlt.

Galenus correctus.

Theophraſti locus explanatus.

Culex vnde dictus.

[k] Orig. Lib. 12. cap. 8.

Cuius generis.

[l] Li. 12. Epiſ.

[m] In Caſina.



GENVS

A

# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

CVLICVM omnia genera, quæ à veteribus commemorantur, partium diuersitate aut parum aut nihil differunt; si eorum libris, qui extant hoc tempore, fides sit adhibenda. Omnibus autem aculeus est in ore, quum sint bipennia teste [a] Aristotele. Bipennia, inquit, anteriore parte aculeos gerunt, vt Musca, Tabanus, Asilus, Culex; quem ἴπιδα eo loco appellat Philosophus; eademq; sic [b] Plinius. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt Asilo siue Tabanum dicere placet, item Culicibus, & quibusdam Muscis. Omnibus autem his in ore pro lingua sunt hi aculei. Differunt autem hi aculei in singulis speciebus, quibusdam enim durior est, vt meritò stimulus nuncupari possit: quibusdam paulò laxior, B omnibus tamen durior, & acutior, quàm Muscis, eaq; de causa acriùs pungunt. durioribus, autem egent stimulis, vt cruorem eliciant, & cutem animalium penetrent, quæ durior est, quàm caro putrida, aut aliud quid simile, quod putrido humore diffluuit, quo victitant Muscæ. Cæterùm harum, & Culicum aluus maximè differre conspicitur: itemq; vtrorumq; pectus. hoc enim latum Muscis, & longius magis, ab aluo diuisum, & tenui ligamento annexum: in Culicibus id contrà apparet breue, & tenue respectu alui, quę maximè longa est, & crassitudine ferè æqualis pectori, & hanc non vnicam esse in ijs, quæ à nobis mox recensebuntur obseruatis speciebus dicemus. Differunt autem, vt plurimùm magnitudine, & generandi modo seu ortus materia. Magnitudine quidem; sunt enim Culices alij magni seu maximi, quos [c] Strabo κώνωπας μεγάλους nuncupat, qui Leones impugnant. alij minores seu mediocres; quorum quoque inter se magnitudines differunt. alij minuti, inter quos ea recensenda est species, quam his verbis [d] Pierius Valerianus depinxit. est, inquit, genus Culicum minutum admodum in volatilium Insectorum genere, quod animal in aëre suspensum, oculi visum inter volandum fallit, nisi aciem intenderis validissimam: corpus tamen cùm insederit, acutissimo maximeq; tenui stimulo terebat. Generandi modo plura C sunt genera. Alij enim sunt Vinarij, quos apud [e] Aristotelem Gaza, itemq; alij apud Plutarchum κώνωπας appellari volunt. ita dicti sunt, quòd in vini aceto nascantur. Alij Muliones quos ab Aristotele quidam ἴπιδας nominari putant, & ex Ascaridibus generari. cùm tamen Dalechampius ad eum Plinij locum, quo inquit (in Culicum genere Muliones non ampliùs, quàm vnico die viuere) annotet, Muliones esse qui Mulis sunt infesti. Cæterùm ἴπις à quibusdam genus peculiare Culicum putatum, quod circa aquas, & paludes nascitur, cuius medium corpus linea alba cingitur. Hoc dicitur Hispanis Mosquito de lagunas. quemadmodum vinarius Culex Mosquito de vini. Alij rursus dicti ficarij, quòd in caprifico & ficibus generentur, vnde Hispani hos appellant, Mosquito de cabrahigos, & Mosquito dehigos. hos Aristoteles ψιλῶας Ionica voce appellauit, etiamsi in vulgato, & impresso codice corruptè legatur ψίρας: quod Hermolaus Barbarus litteris homo multis, & in perquirendis veterum monumentis diligens, & accuratus animaduertit. Atq; etiam poëtæ, cùm ψιλοὺς dicunt, caluos, & glabros intelligunt, vt est apud poëtam Simonidem. Annotandum tamen & ψιλῶα dici apud Aristotelem, & Theophrastum σκολήκιον ἐν τοῖς ἐρινοῖς γινόμενον. id est Vermiculum in Caprificis nascentem. itemq; apud Aristophanem in eo versu, quem suprà citauimus, ab Andrea Dino Iustinopolitano ψιλῶς interpretari auiculas. Sed cùm ignorem quo testimonio innixus ita transtulerit, fidem huic interpretationi libenter detraham. Ficariorum item Culicum duo rursus sunt genera; sunt enim qui veri nuncupantur, alij qui falsi, Centrini dicti, Apum Fucis ignauia malitiaq; similes, interimendo enim vtiles, & veros Culices vtique, & ipsi moriuntur. Sed de hisce omnibus postea pleniùs agetur, quæ autem à nobis obseruatæ sunt deinceps prosequamur. Sunt autem, vt in vniuersum dixerim, Culices minores alij, quidam maiores, imo maximi, alij minimi, quidam alis quatuor, quidam duabus; sunt & aculeo armati, & absq; aculeo, qui omnes hisce sequentibus tabulis continentur.

Culicũ omnia genera quibus differant.

[a] *Li. 1. Hist. cap. 5.*

[b] *Lib. 11. cap. 28.*

Aculeꝰ cur durior Culicibus quàm Muscis.

Muscæ & Culicis discrimen.

Magnitudine vt differant.

[c] *Geogr. 16.*

[d] *Lib. 16. Hierogly.*

Generandi modo differunt.

[e] *Hist. 5. cap. 32.*

Muliones Dalecham pij.

Aristoteles correctus.

Ficariorũ duo genera.

Genera à me obseruata.




Culex communis primus.

Secundus cauda bifurcata.

Culex maximus.

Quartus Perlæ ſimilis minim⁹.

Quintus.

Tabula prima nu. 1. Culex communis,& magnitudine mediocris bipennis, aculeo in ore longo & acuto colore nigro, pedibus duobus poſtremis valdè protēſis,& aluo ſatis craſſa, lu teis ac nigris lineis circuncincta vndiq;, vt in Veſpis vulgaribus contingere ſolet. Qui verò ſecundo loco ponitur, valdè eſt exiguus, cauda bifurcata, ſupra caput duobus tuberculis iux- ta ſe poſitis, ſub quibus poſtmodū oculi conſpiciuntur nigri,& parū protuberantes, pectore elato & gibboſo; aluo anguſtiore, & oblonga ex caſtaneo, & nigro alternatim variegata, in alui extremitate duas habet appendices longas, ſubtiliſſimas, ſeparatas, ac vnà cum alui ex- tremitate verſus ſuperiora erectas, alas habet etiã binas, ſed quàm in primo latiores. Tertio loco datur Culex maximus, capite oblongo acuto, duabus antēnis in fronte nonnihil recur- uis inſignito, pectore eleuato, duabus alis: aluo oblonga, anguſta & annuloſa (conſtat enim ferè ſeptem, aut octo annulis) eius extremitas nonnihil ſurſum retorta eſt, quamuis pictor id non euidenter expreſſerit. Pedibus longiſſimis, vt auricularis digiti longitudinē adæquare videantur. ſub alis duas habet appendices cum apicibus, quę Inſectorum quorundam anten nas mirum in modum referunt. ſed in quem finem his à natura dotetur, me vt verum fatear, adhuc latet, cùm eas in alijs Inſectis me obſeruaſſe meminerim nunquam. corpore toto eſt ci nereo, niſi, quòd pedes aliquantulum rufeſcant, quibus etiam natura tres articulationes de- dit, quemadmodum Araneis, quarum more cùm quieſcit, ſuos pedes expandit. arbitrabar primùm ſimulatq; conſpicatus eſſem, Araneam alatam eſſe, ſed diligentiùs inſpicienti mihi ſe obtulit aluus oblonga, & pedum numerus ſexenarius, qui minimè cum Araneis quadrat, quibus octo ſunt. Quartus ſecundo loco deſcripto ſimilis, differt autem cauda, aut appendi- cibus bifurcatis, quibus hic deſtituitur, & colore. hic enim toto corpore ſubuiridis, vt ille ca- ſtaneus. eo Inſecto alato, quod Perlam de noſtro idiomate nuncupauimus valdè ſimilis, niſi tantùm binis eſſet alis, corporeq; exiguo. Quintus prædicto paulo grandior, capite pluri- mis veluti antennis minimis inſignito, ita vt plumoſum anterius videatur, caput autem vix apparet ob paruitatem, minimeq; oculi; magis conſpicuum eſt pectus, quòd aluo quamuis plus dimidia parte curtius, craſſius tamen, & aliquantulum eleuatum. pedi- bus ſex quamuis pictura quatuor tantùm oſtendat. talis, vt ſemel dixerim, error aliquo- ties

A ties à pictore commissus est. Sextus cum reliquis subsequentibus in hac prima tabula quadripennis est: hos enim omnes cum ijs, qui in secunda tabula dabuntur Culicum species fecimus, non ob alarum numerum, sed potiùs figuram alui, quę neq; cum Muscis, nec cum alijs similibus alatis Insectis plus similitudinis, quàm cum Culicibus habet. Sextus itaq; alis quatuor capite Muscę vnà cum eius antennis, cui crassitie pectus respondet, à pectore autem vsq; ad extremam alui partem, paulatim fit tenuior, magisq; mucronatus, ita vt alui finis maximè acuminetur. aluus autem cum vltima ea pectoris parte, quæ aluum proximè contingit, circulis nigris, & rubicundis variegata: De septimo maximè dubito, num inter Culices sit referendus, nescioq; qua incuria hîc inter Culices positus. nam Perlis dictis minimis potius adscripserim. Culicibus vulgaribus siue lacustribus maior, corpore tenui, gracili, oblongo, viridi, linea ex luteo pallida medium dorsum intersecante, quæ à capite incipit, & in caudam desinit, antennis mediocribus, absq; oris aculeo, alis quaternis argentei splendoris, magnis. Octauus corpore ferè pollicē longo vnà cum antennis longitune sua conspicuis, est autem caput Muscæ simile, in epiboscide fistula satis insigni, rubicūda, pectore lato, aluo verò luteo & nigro coloribus distincta, cui quid in fine adhæret caudæ simile annulosum, & in extremo bifidum, quod vbi vult contrahit, & extendit, alis quatuor albo, & nigro maculatis. Postremus prædicto per omnia similis, excepta cauda, quæ Scorpionis in modum sursum incuruabatur, eius caudæ vltimus articulus erat quoq; crassior, & tanquam duobus spiculis armatus.

Sextus quadripennis mucronata aluo.

Cur quadripennes Culicū species positæ sint.

Septimus dubius Perla potius minima.

Octauus.

B

Nonus cauda Scorpionis.




C

Tribus primis numeris, qui in secūda conspiciuntur tabula, notati adeo sunt exigui, & vix describi possint, binis omnes alis duo priores barbati, quorum primus acuminata aluo, posterior obtusiore, & deorsum curuata. Hos sequuntur duo alij antennis longioribus, aluis oblōgis, colore varijs. duo reliqui tertio numero signati aluo rotūda, colore fusca, ad Muscas potiùs referendi, antennis satis longis. Quartus binis item alis, antēnis longissimis erectis, rotūdo capite, gibboso pectore, aluus parte ea quę proxima pectori subtilior, tenuior, quæ paulatim vsq; ad finē obtunditur, & incrassatur, coloreq; nigricat. Quintus alis quatuor, nigrisq; maculis, aluo acuminata, annulis cōspicuis, cui sextus corpore respōdet, sed cauda deorsum incuruata variat, nono primæ tabulæ congener. Septimus mediæ magnitudinis, alis argēteis, macula in dorso viridi, aluo lineolis trasuersim distincta. His duos alios subiecimus. Primus è Culicum maximorum est genere valdeq; similis ei, quem in tabula prima tertio loco posuimus. sed toto corpore angustior est aluiq; extremitate tumida, duabusq; exilibus appendicibus insignita. Alter κωνωποειδὴς sed mōstrosus vt apparet, toto corpore niger capite ferè Formicæ, antennis longiusculis, alis binis argenteis, & angustis, aluo digitum transuersum longo, septenis annulis constante, parte qua pectori annectitur tenuissima paulatimq; ad extremum ani crascescente, è qua ternæ exeunt appendices cuspidatæ capillaceæ, quarum media sesquidigitum longa, rectà protensa, ferruginei coloris, reliquæ duæ vtrinq; deorsum incuruantur extremis earum partibus, posterioribus duobus pedibus longioribus, qui secundo & tertio articulo candido maculantur, cætera nigri.

Priores tribus primis notati numeris in tabula secunda.

Quartus aluo obtusa.

Sextus.

Septimus.

Culex maximus.

D



# SENSVS. VOLATVS. NATVRA.

Olfactu plurimum valere. Muliones mel ſentiũt è lõginquo. [a] 4. *Hiſt.* c. 8. Volatus. Cur volant quietè. [b] *Lib.* 8. *Epigr.*

OLFACTV plurimùm valere argumento eſt, quòd è longinquo acida percipiant, ad dulcia non aduolent, exceptis ijs Culicibus, quos κνίπες Ariſtoteles nominauit, Gaza Muliones, hos enim ait [a] Philoſophus mel procul ſentire, quemadmodum & Apes. Volant & Culices, vt cætera bipennia, ſed magis quietè, minimeq; in volando aërem commouent. idq; ita accidere veriſimile eſt, non exiguitate corporis, quandoquidem & minora multò magis aërem quaſſant, ſed potiùs alarum mollicie, & alui tenuitate. vix autem in volando alas mouere conſpiciuntur. Quamobrem [b] Martialis facetè Pauli auaritiam deridens, quòd ſibi dono in Saturnalibus miſiſſet, tam exilis, ac tenuis laminæ phialam, vt à quàm minimo vento concuteretur, innuit de eadem phiala,

*Illa poteſt Culicem longè ſentire volantem;*
*Et minimi penna Papilionis agi.*

Lumen diligunt.

Lumen vſq; adeo diligunt, vt aliquoties nimis incautè in lucernas aduolent, & comburantur, non aliter quàm Phalænæ. Naturæ ac vitæ tam fragilis exiſtunt, vt minimo tactu rumpantur, & pereant.

# SONVS.

Quomodo ſonent. [a] *In Nebul.* Per quas partes putet Socrates ſonare.

PER quas partes, & quomodo ſonent (edunt enim veluti quandam ᾠδὴν) difficillimum eſt cognitu, ob corporis ac partium exiguitatem. Apud [a] Ariſtophanem facetè dicitur Chærephon interrogaſſe ſuum præceptorem Socratem, quî canerent, per podicemné, an per os, Socratemq; reſpondiſſe per podicem. Interloquuntur enim hæc inter ſe diſcipulus Socratis, & Strepſiades irridentes Socratem.

ΜΑΘ. Ανήρετ' αὐτὸν χαιρεφῶν ὁ Σφήττιος
Οποτέραν τὴν γνώμην ἔχοι, τὰς ἐμπίδας
Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τουροπυγιον.
ΣΤΡΕΨ. τὶ δῆτ' ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος,
ΜΑΘ. Ἔφασκεν εἶναι τοὔντερον τῆς ἐμπίδος
Στενὸν, διαλέπτου δ' ὄντος αὐτοῦ, τὴν πνοὴν
Βιᾳ βαδίζειν ἐνδὸν τοὐρροπυγίου.
Ἔπειτα κοῖλον πρὸς στενῷ προσκείμενον,
Τὸν πρωκτὸν ἠχεῖν ὑπὸ βίας τοῦ πεύματος
ΣΤΡΕΨ. Σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων.
Ωμακάριος ποῦ διεντερεύματος
Ηρᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην
Ὅστις δίοιδε τοὔντερον τῆς ἐμπίδος. Id eſt.
*DISCIP. Interrogauit ipſum Charephon Sphettius*
*Quomodo opinione haberet, Culices*
*Per os canere, an per culum.*
*STREPS. Quid certè dixit circa Culicem?*
*DISC. Dixit eſſe inteſtinum Culicis*
*Anguſtum, perparui autem exiſtentis ipſius ſpiritum*
*Vi ire rectà in culum,*
*Poſtea concauum ad anguſtum adiacentem*
*Podicem ſonare vi ſpiritus.*
*STR. Tuba podex igitur Culicum.*
*O ter beate trula,*
*An facilè fugiens aufugiet pœnam,*
*Quicunq; ſciuerit inteſtinum Culicis.*

[b] *Lib.* 2. *de Prop.* 12. *cap.* 12.

Sed omiſſis hiſce iocis de hac re ſeriò agatur. At continua alarũ, & replicata percuſſione ſtrepitum generare [b] Bartholomæus Anglicus putat. cui ego ſentẽtiæ libentiſſimè album calculum adijcio. Non enim aliter, quàm Muſcæ ſonant volantes, minimeq; cum quieſcunt.

LO

A

# LOCVS.

PALVSTRIBVS & lacustribus locis maximè gaudent ea Culicum genera, quæ circa ea nascuntur: nam quì ex quibusdam fructibus generantur, in ijs abundant locis, vbi plurimi tales sunt fructus, vnde in Babylone apud Herodotum, quem citat [a] Athenæus, circa palmas plurimi, Cæterùm Tricorinthe multæ existunt Empides, vtpote nemeroso, & humecto loco teste Suida. Alit & Culices insignes Mesopotamia mirum in modum infestos Leonibus. Est & Ægyptus ob Culicum copiam ab Herodoto nobilitata, vnde Conopæa dicta. [b] Bellonius & qui ipsi in itinere comites fuerunt, prima nocte, qua in Cairum venerant, à Culicibus plurimis ita fuerunt vexati, vt postridie exanthematibus laborare viderentur. In diuersis Indiæ locis Culicum sunt speeies, quarum aliæ æstiuo maximè tempore, cùm campi sunt expurgati in syluis, abundant, aliæ iuxta littus. nec id mirum; quandoquidem & littora Adriæ Culicibus sonoris fœcunda carminibus suis [c] Martialis celebrat,

B ijs, inquam, quibus vetulam edentulam irridet, quòd vix loqui posset, multò minus cantare,

*Meliusq; Ranæ garriant Rauennates,*
*Et Adriaticus dulcius cantet Culex.*

Occidentalis Indiæ ea regio, in qua Vrabæ sinus, miræ sunt angustiæ, perpetuas habet paludes, quas, teste [d] Petro Martyre, non modò vespertilionum, Crocodilorum ac draconum, sed etiam Culicum maximè altrices esse dicunt. Testatur idem author in Insula Hispaniola dicta cæterisq; insulis Oceaneis loca esse palustria pabulandis armentis aptissima: sitas in marginibus eorum colonias diuersarum specierum Culices ex humẽti ibidem solo creatos, noctu dieq; acriter infestare. quibus insuper addunt alij, in eadem insula magis vno, quàm altero tempore ad fastidium vsque permolestos, nec omni vento, & in planicie certisq; locis tantam eorum esse multitudinem, vt quis supportare non possit; pessimosq; ibidem esse, quosdam minimos, quos ibidem appellant scieseeni, qui mirum in modum pungunt, aliosq; itidem esse, qui vestes transfigant. Nouit etiam Septentrionalis plaga copiam Culicum, & nostra Europa tota ferè maximeq; Italia, eaq; loca, quæ sunt circa Eridanum, is enim plurimos suppeditat, qui admodum sub caniculæ æstibus Ferrariam molestant. Antiochia atq;

C Byzantium sola, quod sciam hac molestia vacant, quod Apollonium Tyanæum feciſſe his versiculis canit [e] Tzetzes.

Ο Απολλώνιος αὐτὸς Νέρωνος ὢν ἐν χρόνοις
Ο Τυανεὺς ὁ πάνσοφος, ὁ προειδὼς τὰ πάντα
Αντιοχείᾳ μὲν ποιεῖ, καὶ Μίλῳ καὶ Βυζαντίῳ
Μὴ παρεισδῦναι κώνωπας, ἕτερα τε τοιαῦτα, id est,
*Apollonius hic Neronis qui fuit temporibus,*
*Ille Tyanæus sapientissimus, qui præsciebat omnia,*
*Antiochiæ quidem facit imo & Byzantij,*
*Ne ingrederentur Culices aliaq; huiusmodi.*

Paluſtria loca quæ genera Culicum amẽt.
[a] *Lib.* 14. *Deipn.*
Mesopotamia.
[b] *Obs. lib.* 2. *cap.* 35.
Adriæ Culices sonoræ.
[c] 3. *Epi.* 93.
[d] *Lib.* 4. *Decad.* 3. *de Reb. Ocean.*
[e] *Lib.* 9. *Decad.* 7.
Sciſceni minimi Culices *Indici* peſſimi.
Apollonius Tyanæus.
[f] *Chil.* 60. 2

# VICTVS.

D PERELIGANS quęstio est, nũ Culices acida petant, ijsq; delectẽtur, nec vnquã dulcibus, quemadmodũ scripsit Plinius, & ante eum [a] Aristo. quum tamen idem [b] Plinius sanguinem potissimùm humanum appetere tradiderit, & in Epigrammatum libis αἵματος ἀνδρῶν σίφωνες apellentur. Sanguis autem ex [c] Arist. plurib⁹ in locis dulcis est, vnde sequitur, quòd Culices etiam dulcia petant. Quęstionem hanc mouit doctissimus Franciscus Massarius, atq; hoc modo eã soluere conatur. Dicẽdum, inquit, quòd Plinius quãdo dixit Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant, puta flores, mel & huiusmodi alia, quæ in se dulcedinis aliquid continent: queadmodum Apes, quæ ad dulces aduolant flores, quod elici potest ab Arist. eodem quarto de Histor. Nec cruor ille quem Culices attrahunt dulcis est, quia sanguinis pars dulcissima leuissima, ac purissima tota ad corpus nutriendum assumpta, interius est. quę verò alienissima crudissima, ac putrida est, quoniam nec apta nutritioni est, segregatur atq; ad summa corporis euenit: quo fit, vt pustulę extra corpus erumpant, quod igitur putridum salsum est, quũ salsedinis causa putrefactio est, Galenus febriũ secundo, quod autẽ salsum & putridũ est, tẽpore procedẽte propter consumptionẽ maiorem

An dulcia vnquam petant.
[a] 4. *Hist.*
[b] *Lib.* 11.
[c] *Hist.* 3. & *de partib. Animal.* 4.
Pustulæ à Culicum morsibus relictæ vnde fiant.

iorem in humiditate factam efficitur amarum, quod & in sudore etiam euenit. Hucusque Massarius, cuius solutio satis bona esset, nisi in eo deliquisset, quòd asserit Culices ad mel, & dulcia non aduolare, quum ei his verbis apertissimè contradicat Aristoteles. Insecta (inquit Gaza interprete) tam pennata, quàm non pennata (quæ posteriora in Græco codice non sunt) procul sentiunt, vt mel Apes, & Culices dicti Muliones. Itaq; alio modo ad prædictam controuersiam respondendum est, nimirum quando Plinius loquitur Culices ad dulcia non aduolare, de ijs Culicibus intelligendum id esse, quos κώνωπας appellat[d] Aristoteles, qui id huic Culicum generi adscripsit, quæ Plinius vniuersis. ὅδε, inquit, κώνωψ πρὸς ἡδὺ γλυκύ, ἀλλὰ πρὸς ὀξύ. Propterea q; rectè ab Aristot. dictũ est non Culices simpliciter, sed Culices dictos Muliones quos Philosophus propria lingua ἐμπίδας vocat ad mel aduolare, vtpote diuersos à Conopibus. Quot enim sunt Culicum species, quas modo commemoraui, tot diuersa singulis alimenta, de ijs dico speciebus, quæ inter se generationis modo differunt. Nam ficarijs dictis alimento sunt ipsæ ficus, ex quibus superuacaneum humorem hauriunt; & Therebentinis terebinthus. quærunt itaque eum victum qui ijs conueniat, ferunturq; ad id auidè, quod ipsis simile est: omnibus enim rei cognatæ desideriũ natura iniecit, quemadmodum & Pediculi sanguinis ex quo putrefacto nascuntur. Plutarchus aduersus stoicos Culices ait spuma vini gaudere: & [e] Martialis salicibus in eo Epigrammate, quo iocatur cum Lupo amico, qui ei exiguum donauerat prædium, à quo mallet accepisse prandium,

*Erucam, inquit, male pascit hortus vnam*
*Consumpto moritur Culex salicto.*

In hoc enim prædiolo vult dicere hortum tam fuisse paruum, vt Culex fame periret.

[d] 4. *Hist.* c. 8.

Alimenta singulis diuersis Culicibus diuersa.

Ficus ficarijs Culicibus alimẽtum.

[e] *Lib.* 11. *Epigr.*

Salicibus gaudent.

# ORTVS. GENERATIO.

CVLICVM alij ex putridis cadaueribus nascuntur, alij ex putrida in aquis palustribus & stagnis subsidente materia; alij ex herbis, vt polio; alij ex arboribus, vel lentisci, fici, terebinthi, palmæ, vlmi, & si quæ sint aliæ. ex putridis generari cadaueribus authores sunt, quamuis id potiùs quadam læui opinione ducti affirmarint, quàm certa obseruatione, qua Muscas, non Culices ex cadaueribus putridis nasci scimus. è Cossis autem putabant Aegyptij Culices generari, atq; prodire, quæ meræ sunt nugæ, cùm hi è lignis nascantur. Qui autem ex fæce aquarum putrida generantur Empides sunt apud Aristotelem, qui ait hos primùm in humore viuere, mox immutata forma foris incipere vitam agere ex ijsdemq; œstros prouenire. Horum itaq; generatio, vt vult [a] Aristoteles, hoc modo se habet. ex Ascaridibus generantur Empides. Ascarides ferè in puteis, aut puteorum fæce (ἐν τῇ ἰλυῒ τῶν φρεάτων) & vbicunq; aqua se colligit, terrena subsidente concretione oriuntur. fit principio fæx ipsa putrescens, vt colorem candicantem trahat, mox nigricantem, postremò cruentum. Talis cùm fuerit minutissima quædam, & rubra specie algulæ (φυκία pro Insecto hîc accepit Aristoteles, vt vult Lexicon vulgare) prodeunt, quæ ad tempus hærentia suæ origini mouentur, deinde absoluuntur. Itaq; feruntur per aquam Ascarides nuncupatæ: tum paucis pòst diebus, erigunt se super aquam duræ atq; immobiles, mox disrupto putamine Empis emergit, ac insidet, donec vel sole, vel flatu moueatur & volet. Commune omnium Vermium est, & eorum, quæ ex Vermibus oriuntur animaliũ, vt primordium generationis, aut à sole, aut à spiritu præstetur. Sed copiosiùs, ac celeriùs fiunt Ascarides ex aquis, quarum sedimentum varium, & promiscuum sit, quale in agro Megarico in operis solet misceri putrescit enim hoc faciliùs, & autumno vberiùs generantur. minus enim tunc humoris esse accidit. Sed Empides hasce vbiq; apud Philosophum Gaza vertit, aut Culices Muliones, aut Culices simpliciter; Ascarides, autem Tipulas vertit, nec benè, cùm Ascarides longè à Tipulis differant, vt alibi monstrabimus. Generantur quoque alij Culices ex acido humore, quos κωνώπας vocat Aristoteles, Gaza modo Culices vinarios, modo Culices simpliciter, de his hæc scripsit Plinius. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant, & genera Culicum acescens natura (alij legunt materia) gignit: & rursus [b] alibi ait pisces, qui durioris testæ sunt, vt murices, purpuras, saliuario humore gigni, sicut acescente (alij legunt crescente, quidam manuscriptus acrescente; neutrum imagis probo, quàm vt vulgaris co-

Ex putridis generari ea daueribus. Ex Cossis non generari.

Empides vt generẽtur.

[a] *Li.* 5. *Hist. cap.* 19.

Ascaridum generatio.

Vermibus in generando quid cõmune.

Empides vt Gaza vertat.

Ascarides non sunt Tipulæ.

[b] *Lib.* 9. *cap.* 51.

dex

A dex nunc legit) humore Culices. ad quem locum hæc commentatur Franciscus Massarius. Intelligit, inquit, hîc Culices vinarios, qui ex Aristotele quinto de Historia animalium ex Vermiculis, qui fæce vini acescente gignuntur, originem trahunt. Verùm non ita dicit Aristoteles, vt putat Massarius, ex Gazæ traductione deceptus, sed eius hæc sunt verba. οἱ κώνωπες ἐξ σκωλήκων, οἱ δ' γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος, quæ fideliter sic vertit Vvottonus. Conopes (Culicum genus) ex Vermiculis, qui in fæce aceti gignuntur originem trahunt. Nisi Gaza codicem alium habuerit, in quo legit ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος οἴνου ἰλύος, quod neutiquam suspicor. hi autem ter septem diebus generantur, quemadmodum ouipara animaalia quater septenis. Conopum (inquit [c] Aristoteles) & Vermiformis generis parti plurimæ, ter septeni attributi sunt. loquitur enim de temporis spacio quo perficiuntur. Conopas quoque nonnullos ex igne generari ferunt teste [d] Vvottono; ex flamma scilicet, & scintillis, quemadmndum Vermes ex niue. Sed vbi id legerit, aut apud quem nam authorem, tacet Vvottonus; proculdubio id est ex [e] Aristotele, qui non Conopes in igne nasci, sed bestiolas simpliciter pennatas Muscis grandibus maiores, (θηρία τῶν μεγάλων μυῶν μικρὸν τι μᾶζον ὑπόπτερα) scribit: quando inquit in Cypro insula, ærarijs fornacibus, vbi chal
B citis lapis ingestus compluribus diebus crematur, bestiolę in medio igne nascuntur pennatę paulo Muscis grandibus maiores, quæ per ignem saliant, atq; ambulent. recenset autem hæc Aristoteles, non vt probet Conopes ex igne prodire, sed potiùs ex quibusdam materijs, quæ contra putredinem possunt, & imputrescibilia dicuntur, vt est nix & ignis, animalcula prodire; nec propterea mirum esse, si Conopes ex aceto generentur, quod alioqui summoperè putredini resistit. Reliqua ferè Culicum genera in plantis diuersis innascuntur ex humore quodam in ijs existente, qui, aut putrefactus est, vt voluerunt quidam; aut non putrefactus, vt voluit doctrinæ summum decus Iulius Scaliger. Apud [f] Plutarchum in ea quæstione, quæ est priusné gallina an ouum fuerit, Firmus probans ouum priùs Gallina extitisse, hæc à simili argumenta adduxit. Nam in omni, inquit, mutatione necesse est prius re mutante esse id è quo mutatur. Considera enim Scnipes (ita enim hîc appellat Culices in arboribus nascentes) & Teredines, in arboribus, & lignis innasci, humoris putrefactione, aut concoctione. Sed [g] Scaliger subtilissimè contra Cardanum disputauit, ex semine in plantis
C Culices fieri, idq; non esse ex putredine; dum sic scribit. In terra mutantur plantæ aliæ in alias: ita supra terram è se ipsis gignunt animalia: idq; non è putrefactione, sed quædam quasi semina fouentes ad generationem. Neq; solum in ipsis fructibus, quales in tritico sunt Gurgulliones, in nucibus Vermiculi, in alijs aliæ bestiolæ, de quibus Theophrastus: sed vt è folliculis lentisci quos fert, præter baccas, oblongiusculos facie siliquarum: vt non sine consilio naturæ apparati esse videantur, quasi futuræ matrices primo, mox etiam domicilia illorum volucellorum, sicut in Vlmorum quoq; vesiculis non absimiles ijs. Quapropter Arabes arborem Cimicum Vlmum appellarunt. sic è medulla cardui fullonij, cùm maturuerint Vermiculus fit, de quo non falsò prodidit ad quartanas remedium Dioscorides. Tales fert etiã Terebinthus & Culices. Quæ omnia idem Scaliger in doctissimis suis ad [h] Theophrastum de causis plantarum Commentarijs repetens confirmat. Quo in loco (nam antea Theophrastus de ijs plantis erat locutus, quæ spontè proueniunt) vides nostram de visco sententiam hac fulciri sententia. Sola namq; alteratione produci posse plantas in plantis, ex subsistentis plantæ communibus principijs, quæ symbola vocant sapientes. Sic in Lentisci, atq; aliorum folliculis Culices innasci dicebamus alibi: non ex putredine, sed ex principijs quibusdam alteratis, vt hic ait (Theophrastus) πολὺ διαφθορῶν. Ficari os autem Culices, Caprificus generat, quos Psenas, & Cnipes appellari putat Cælius Rho-
D diginus, hos è putri tabe siluestris ficus generari putat [i] Plinius, itemq; [k] Theophrastus, dum inquit. vt enim in cęteris putrescentibus genus quoddam animalis concrescit, ita etiam his (Caprificis) viuifica quædam natura est: ad quem locum commentans idem Scaliger, planiùs magisq; perspicuè suam sententiam explanat, quam suprà posui, dum inquit. Nec miretur quispiam quomodo in caprifici cruditate fieri queat putrefactio: contraria namq; sunt. Est quidem cruditas cessatio eius caloris, qui intendebat fructus maturationem. In hac huiusce operæ suspensione subit externus calor, qui est author putrefactionis. In tritico verò perfecto naturalis calor, qui priùs erat integer, aboletur aut debilitatur, cui succedens alienus gignit Gurgulionem. Non autem totus semper aboletur. Quippe ex erosi tritici satu segetem exire videbimus in sequentibus. Culices autem multis in plantis oriuntur, Vlmi, quercus, Lentisci folliculis vel baccis: neque semper fortasis ex putrefactione. καὶ ἐν τούτοις (sunt hæc verba Theophrasti de caprificis, quæ subinde explicat, & commentatur) ζωοποιὸς ἡ φύσις animaligena est natura. Non igitur necessaria

Tempus generationis.
[c] *Li. 5. Hist. cap. 20.*
Ex igne nõ generari.
[d] *Lib. 9. cap. 213.*
[e] *Li. 5. Hist. cap. 19.*
Acetum putredini resistit.
Ex Plantis vt oriantur.
[f] *Sympos. 2.*
[g] *Exerc. 59.*
Vlmus arbor Cimicũ Arabibus.
[h] *Lib. 5 c. 6.*
[i] *Lib. 4. cap. 19.*
[k] *Lib. 1. de caus. plant. cap. 12.*

ſaria eſt putrefactio. Neque fit è terra putrefacta filix: ſicuti nec adamas. quemadmodum E
non fit è tritici ſemine putrefacto feges, ſed reducto ad actum. Ita fit adiantum ex primordijs, quà habent cum vero ſemine proportionis quandam proportionem. Fatetur itaq; Scaliger ex putrefactione oriri poſſe, non tamen eſſe putrefactionem neceſſariam ad animalia generanda in herbis, vtpotè in quibus ſua ſunt generationis primordia, à qua ſententia non abhorreo, vtpotè ad mentem multorum veterum explicandam ſatis conueniente. Pſenes
[1] *Hiſt. 2. c. 12.* itaque in Caprificis generantur, at quomodo docet nos id [1] Ariſtoteles. Ficarios, inquit, Culices, Caprificus generat ſuis pomis, mutataq; ſede petit fructus immaturas; quibus ſe inſinuans facit, ne decidant. Quæ ſic Theophraſtus, adijciens ex granulis fructuum prodire: Culices ficarij pomis caprifici egrediuntur, vt dictum. Sed ex putreſcentibus eorundem granis gignuntur, cuius indicium adferunt, quòd poſteaquam euolauerunt, grana ficubus nulla penitus inſunt. Euolant magna ex parte pedem, aut pennam relinquentes in pomo, nec diuer-
[m] *Lib. 17. cap. 27.* ſo modo hæc habet [m] Plinius. Nam Caprificatione (ficus) maturata in ea Culices naſci è groſſis manifeſtum eſt. quoniam cùm euolauere, non inueniuntur intus grana, quæ in eos verſa apparent. Exeundi tanta eſt auiditas, vt plerique, aut pede relicto, aut penna pariter erumpant. Hæc autem pomorum grana, quæ etiam in alijs frumenta noſtri vocant, Cenchra F
midas Galenus, ex quadam milij ſimilitudine, appellauit teſte Cælio Rhodigino. Ficarij verò Culices, cur in ficubus generentur, mox ex Theophraſto docebimus. eſt & alterum Culicum genus è ficubus natum, Centrine veteribus appellatum, quod Teophraſtus, ac Plinius aiunt ociosè viuere, vt Fuci inter Apes, & quos ex altero genere ſua poma egreſſos, hoc eſt veros vtilesq; maturandis fructibus adſpexerit, protinus necare; id verò ſuis mori operculis. Scribit quoque Athenæus ex Herodoto, cùm de Babylone loquitur, ex palmæ fructu conci-
[n] *Lib. Hiſt. 3. cap. 9.* pi Culices, non aliter, quàm in caprificorum groſſis. Gignuntur & ijdem in alijs quibuſdam arboribus, vt Vlmorum folliculis, & terebinthi. Videtur [n] Teophraſtus non hos Culices facere; ſed ab ijs non multùm differre, cùm dicat, in Vlmi folliculis genus quoddam beſtiolarum innaſcitur, quod Cnipes appellant: qui cùm in ficis gignuntur, ficarios illos Culices generant, fortaſſis hi cum Centrinis dictis eidem ſunt, vtpotè qui idem præſtant. Culices
[o] *Lib. 13. cap. 11.* verò eſſe, & [o] Plinius affirmat, aitque non ex folliculis, ſed è gummi naſci: de gummi enim generibus, & eorum viribus agens hæc ſcribit. Vlmo etiam in Coryco monte Ciliciæ, ac iuxta Nipero ad nihil vtile: ex Vlmi verò gummi, & Culices ibi naſcuntur. Sed folliculum Vlmi teſte Dalechampio, & Terebinthi, κώρυκον Græci appellant, inepteq; | Plinius hic Cory- G
cum montem Ciliciæ arbitratus eſt. Qui autem è robore, aut quercubus generantur, videntur Theophraſto, & Plinio ex humore naſci, tum dulci ſubdito corticibus. Miror qua auto-
[p] *Lib. 16. cap. 7.* ritate ſcripſerit [p] Plinius, è folio quercus rubente aquoſos nucleos candicantes, & transluci dos eſſe quamdiu molles ſunt, in ijſq; Culices naſci. Si ex Teophraſto hæc fuerint translata à Plinio, non ſatis ſincerè, cùm Teophraſtus Μυῶς ſic naſci ſcribat, quæ ſunt Muſcæ Latinis. ex Vlmis natos quidam ψιλῶς eſſe apud Ariſtophanem putant. Sed magis & hoc mirum eſt, quod ex polio naſcantur eo modo quo caprificis, cum veſtibus impoſitum arceat animalia nocentia: nihilominus id ex Teophraſti authoritate mihi perſuadeo. Quin & poliũ inquit, Culices gignit, cùm copiosè fructificat. His dictis ſupereſt diluenda quæſtio, quam
[q] *Hiſt. 5.* ante me mouit Franciſcus Maſſarius. Dixit [q] Ariſtoteles Culices Empidas dictos ex Aſcaridibus generari, Conopes autem ex Vermiculis, qui in aceto gignuntur, cùm tamen alio in loco dicat, Culices ex animalibus non generari. Quid igitur? contradicit ipſe ſibi Ariſtoteles, nonne & Aſcarides, & Vermiculi animalia nuncupantur? Dicendum itaq; quod duplex eſt generatio, ſui generis, & non ſui generis, & ſic quando inquit, Culices neque ex Animalibus naſcuntur, ſenſus eſt, quòd non generantur ex animalibus, quæ ſunt cognati H
generis: hoc eſt Culices ex Culicibus non generantur, non enim coeunt, vt alibi idem autor tradidit. Adagiorum autor, quod vltimo loco adijciam, reuiuiſcere, ait Culices exuendo
[r] *8. Hiſt. c. 27.* ſenectam. Hanc enim [r] Ariſtoteles exuere declarat his verbis: Inſecta eodem modo nempè ſerpentum exuunt ſenectutem, quibus hoc ſolitum eſt, vt Culex (ita enim ἴσπις transfert Theodorus Gaza, ſed meum exemplar habet ἀσπὶς, quod minus probo, eſt enim hoc genus ſerpentis, non Inſecti) vt ea quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabæi: ſed om- "
nia facto iam quod gigni debuerit exuunt: nam paruæ viuiparo ſecundæ; ſic Vermiculariæ "
proli operculum circumrumpitur. Cæterùm quomodo ſerpentes exuuant ſenectam, ex eodem loco ſic docet. Cùm ſerpens exuere incipit, ab oculis primùm detrahi aiunt, ita, vt obcæcari videantur, ijs qui rem non intelligunt: tum caput exuitur: glabrum enim hoc omnium antè quàm reliquum corpus apparet: atque vna ferè nocte, & die ſenectus tota exuitur à capite orſa ad caudam, & ante altera intus ſubnaſcente ipſa remouetur. Vt enim

fœtus

A fœtus inuolucro secundarum, quo contentus prodierit, exitur, sic ista senectute detracta, renouantur.

# COGNOMINATA.
# DENOMINATA.

OETEI Herculem Conopium, ne prouinciã infestam Culicibus redderet, venerati sunt. Nam Culices Oetei Conopas vocant, sicut de Apolline Culicario proditum est, qui in Attica colebatur, quod infestos Culices ex agro propulsaret. Hæcque Alexander ab Alexandro ex Strabone, qui ita habet: à Culicibus, quos Oetei Conopas vocant, Hercules Conopius, apud illos colitur, quoniam eos ab ijs liberauit. Sunt autem, qui non Conopium, sed Cornopium hîc legant: quòd scilicet Cornopas fugauerit, id est, Locustas B quas illi κορνοπας, vel ἀκρίδας vocant, vt suo loco patebit. Κωνωπεῖον, velum est ad arcendos Culices, quo vocabulo, & Latini vtuntur, exponuntque tentorium, seu velum, & papilionem lineum, vel laneum, vel bombicinum, qui toro circumdatur ad arcendos Culices: quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo Culices confluant, quos κώνωπας dicunt. Inde κωνωπεῖον per ει diphthongum. Poëtæ tamen Latini suo quodam iure abijciunt vocalem subiunctiuam, & penultimam corripiunt. Propertius.

Hercules Conopius cur dictus.

*Fædaq; Tarpeio Conopea tendere saxa.*

Et apud Horatium.

*Et inter signa turpe militantia*
*Sol aspicit Conopeum.*

Posterius carmen est iambicum dimetrum, cuius vltima sedes poscit iambicum. Ineptissimè autem lapsi sunt, qui per œ diphthongum hanc dictionem scribendam præceperunt. Affertur & νκωωπεὼν ex Epigrammatibus pro genere instrumenti ad arcendos Culices, κωνωποειδὴς Culicis speciem gerens, Culici simile apud Theophrastum κωνωποειδῆ θηρία. Κωνωποθήρας Hesychio ὄρνις ὁ κώνωπας θηρεύων, auis, quæ venatur Culices. Κνιπόλοχος C est auis quædam ex genere τῶν ξυλοκοπων, id est earum, quæ rostro arbores tundunt, vt οἱ δρυοκολάπται, qui Latinis sunt Pici, seu pici arborarij: quorum rostrum habere Culices Muliones testatur Plinius, meminitque huius auis Aristoteles, esse eam dicens τὸ μεγεθος μακρὰν ὅσον ἀκανθύλλιδα, τὴν δὲ χρόαν οποδοειδῆ καὶ κατάστικτον, φωνεῖν δὲ μικρὸν, id est longam secundum magnitudinem, vt parua Acanthis, colore verò cinericeam, maculosam, parua voce. Nominis ratio est, quòd Culicibus insidietur, seu scribendo κνιπολόγος, quòd Culices colligat in cibum, vnde & Culicilegam vocat Gaza. Metaphora à Culicibus ψῆνες dictis dicitur ὑπεψηνισμενή, fætu turgentem habens vterum, vt ficus, cui summissi sunt isti Culices. Affertur verò & simplex ψηνίζω caprifico, ἐρινάζω, hoc est submissis Culicibus ficarijs ad maturitatem perduco. Aliàs ψηνίξαι, Suida teste est ξύσαι radere (exponente etiam σοβῆσαι) proculdubio est ab adiectiuo ψηνὸς, quod eidem est φαλακρὸς caluus. Hesichio ἀραιὸς, ψεδνὸς, δάψιλος, raros habens pilos, pilis propemodum nudatus; vt sit reddo ψηνὸν, ac depilem, deglabro, idem verbum habet obscænam significationem.

D

# MORALIA.

CONVICIATORES detractores Culices non sine ratione dici possunt; vt enim hi aculeum habent, quo & sugunt sanguinem, & pungunt, durisq; & ferocibus animalibus nocent; ita illi, conuiciandi, ac maledicendi aculeo armati, sanguinem vindictæ ab alijs expetunt, quos suis conuicijs lacerant, & cruentant, dicentes illud Deuteronomij, inebriabo sagitas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, & corporis virtutibus; atque animi mediocribus cum valeant, magna tamen animalia hoc est doctrina præstantes viros, ac nobilitate insignes, vt sunt principes, inuadere non formidant. Atque vt ciuiles inter volatilia computantur, Vermes tamen, ita hi inter monasticos, cùm tamem Vermes sint, qui computrefiunt Culices quoque in aëre strepitum generant, equos maximè vlcerosos infestant, itemque dormientes, candelęq; lumen aduolant, quo incenduntur & pereunt,

Detractores Culices dicti.

& pereunt, minimo etiam tactu rumpuntur, & pereunt. Ita quoque Hypocritę in aëre huius mundi perſtrepunt, diſcordiamq; generant, dormientes, hoc eſt innocentes pungunt, & excitant, & plures pedes quàm alas, id eſt plures affectiones, quàm virtutes ferunt, equos vlceroſos, id eſt luxurioſos, & eorum vlcera, hoc eſt eorum malefacta mordent, & lacerant, plus in vlceribus, hominum dico criminibus, quàm in virtutibus ſe delectant, gaudent cãdelæ lumine, quia malefacta aliorum ſibi aperiri deſiderant, vt habeant quem conuicientur, & maledictis lædant, à candelæ tamen lumine comburuntur, quoniam nimium hæc inquirentes malis aliorum reſponſis feriuntur: & quamuis maledictis plùrimùm laceſſant, & noceant; tamen ſi ipſi minimis maledictis tangantur, rumpuntur: hi cibus hirundinum ſunt, quia dæmones, hos in inferno abſorpturi ſunt. Breuiter igitur hi os habent aculeatum quo fugunt punguntq;. Fugunt quidem adulando, & propriæ vtilitati ſtudendo, pungunt autem mordendo, & inquietando alios: quia iſti quum non fugunt pungunt: quia quando non inueniunt qui det eis aliquid, eum conuiciando corrodunt. Mich. 3. ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prelium: ideo Eccl. 28. Suſurro, & bilinguis » maledictus; multos enim turbauit pacem habentes. Plutarchus aduerſus Stoicos de amore » eorum diſputans, Deformes (inquit) aiunt (Stoici) eſſe adoleſcentes qui vitioſi ſunt, aut » ſtulti: formoſos qui ſapiunt, atque horum nullum neque amatum eſſe, neque amari dignũ. » Neque hoc grauiſſimum eſt; addunt eos qui turpes amauerint, finem amandi facere vbi hi » pulchri ſunt facti. Quis verò talem amorem cognouit, qui cum deformitate corporis animi » prauitatem cernens conſtet, pulchritudine vnà cum prudentia, iuſtitia, & temperantia inna » tis extinguatur, & contabeſcat? Tales ego Culicum ſimiles iudico, qui ſpuma vini, & aceto » gaudent, bonum, ac potui aptum vinum auolantes fugiunt. Apud Plautum quoque Culices » amatores dicuntur. Is enim Cleoſtratam vxorem Stalinonis ſenis amaſij, ſic ſuo marito reſpondentem introducit, qui non aliter, quàm iuuenes, aut adoleſcentes amatores, vnguenta olebat.

Amores Stoicorum.

Amatores Culices dicti.

*—— Eho tu*
*Nihili cana Culex, vix teneo quin quæ decent te, dicam.*
*Senecta ætate vnguentatus per uias incedis ignaue.*

Adrianus Turnebus verſatus quàm maximè in veterum monumentis, cùm hæc verba de amaſio ſene dicantur ſibi perſuadet, Culicẽ hîc figuratè amatorem eſſe, quod cum ſua promuſcide formoſorum, & formoſarum cutem Culices pertundant, & tanquam quodam Siphone ſanguinem eliciant, amore quodam eorum capti eſſe videantur. Dionyſius Lambinus eundem Plauti locum explicans, Canam Culicem ſic appellare ſcribit Cleoſtratam ſenẽ amatorem inſtar Culicis fœtidum; vel proinde moleſtum, & odioſum, vt ſunt Culices, qui formoſis puellis, dum eas promuſcide ſua verberant, & pertundunt, vel ſuo tinnitu obtundunt, & ſomnum capere non ſinunt, moleſti ſunt.

# HIEROGLYPHICA.

Guloſus.

Culex popinator.

POTEST per Culicem guloſus, & helluo ſignificari. hunc fortè Lucianus ὀψοφάγον, id eſt popinatorem Culicem vocat, apud quem Gallus qui ex Pythagora in auem transformatus eſt, ſe longè ſuauiùs vixiſſe fatetur, cùm eſſet rana, quam cùm eſſet rex. Illud autem, inquit, vnum in genere » dixerim, nullam ex omnibus vitam, non viſam tranquilliorem vita humana » na, naturalibus duntaxat cupiditatibus, & vſibus circumſcriptam. Siquidem publicanum equum, aut Sycophantam Ranam, aut Sophiſtam gracculum, aut popina » torem Culicem, aut Cinædum gallum, atque id genus alia quæ vos ſtudio comminiſcimini » haudquaquam inter illos videbis. Sed Aegyptij hominem acidis illectum propoſito Culice indicabant, quod Culices obſeruaſſent, non admodum cupidè appetere dulcia, ſed acida quam auidiſſimè. Hæc fortè (inquit Pierius) leuia videantur, ſi quis ſimpliciter acceperit. Sed enim veluti per mel omnem rerum iucunditatem intelligebamus, ita per acorem quidquid eſt amœnitati contrarium, nobis fuerit proponendum. Eſſe enim homines qui iucunditatem auerſentur veriſſimum eſt: Culicis minuti genere quod cum oculorum obtutu vix aſſequamur acriter pungit, ſi corpori inſederit, Dialecticam interpretari vult Adamantius, quæ minutis, & ſubtilibus verborum ſtimulis animos terebrat, & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus, nec videat, nec intelligat, vnde decipiatur. Ab hoc autem pungendi munere Hieronymus quoque doctrinæ Ariſtotelicæ ſpineta attribuit, contra Heluidium.

Doctrina Ariſtotelis.

A dium. Ingruentem quoque Culicum multitudinem Aegyptij significare si vellent, Cossos Vermiculos si non pingebant, certè loquendo significabant. Hierogliphicè enim modò loquimur, modò scribimus. Idq; ea de caussa, quod ex eiusmodi Vermiculis Culices generantur, vt erat eorum sententia, sed ex Culicum multitudine infestum aliquod agmen intelligebant. Vti enim Culices, quaqua feruntur, sunt incolis omnibus molestissimi, ita exercitus quantumlibet amicus, quaqua iter fecerit, & molestus est, & damnosus. Quod si vllo vnquã tempore experimento compertum fuit, infelicissima ætate nostra per tot continuos annos magna cum Italiæ clade perspeximus. Longè enim grauiora damna nunc ab armatis amicis inferuntur, quàm olim ab hostibus, qui rerum potiti essent: cuius mali caussa militum improbitas, summam disciplinæ militaris gloriam in sola rapacitate reponentium.

Agmen militum.

Exercitus semper dãnosus.

# HISTORICA.

## DAMNA.

B

NVLLVM ferè inter Insecta pluribus nocet quàm Culex, homini inquã, ac multis quadrupedibus. quin etiam hortos, ac rigua infestat, si plurimę adsint arbusculæ, quamuis corpore sit satis exiguus. Hominibus autem, ac multis animalibus molesti sunt, aut sonum edendo, vt à somno arceant: aut pungendo, quo dolor, ac pustulæ inferuntur exanthematibus similes, quas se obseruasse scripsit Hippocrates in febribus æstiuis circa septimam, & octauam, & nonam diem: asperitudines, inquit, in cute mileaceæ Culicum morsibus maximè similes, non valde pruriginosæ: ob has itaque molestias tanto ab hominibus odio habentur, vt nihil ferè odiosius. præclarè Plautus in Lenones.

Noxij quibus.

Hortos infestant.

Culicum morsus.

*Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo,*
*Vt Musca, Culices, Pedesq;, Pulicesq;, Cimices,*
*Odio aut malo, & molestiæ. bono vsuiq; estis nulli.*

Petrus Bargæus horum Culicum damna, & molestias breuiter attigit, hisce versiculis.

C *Ipsi etiam Culices, tellurem atque aëra magnum*
*Complentes, hominumq; genus, iumentaq; passim*
*Lædere, & impressis maculosos dentibus artus*

*Liuere*. Cardanus hæc recensuit. Culicem, inquit, armauit in nostram iniuriam (natura) » animal exiguum & frequens, adeo vt vix iuxta aquas commodè liceat habitare. Robusta » promuscide, vt natura Elephantem meditari, dum hoc generaret animal videatur: terebrat, » non humanam tantùm carnem; sed & equorum pellem, hauriens sanguinem acri dolore, » denique & bombo egregio somnos disturbat, æstiuis noctibus, vt nil sit odiosius. Nec obi» ter ferit, vt Muscæ quæ passim omnes impetunt, sed diligit quos feriat: nam solùm sanguine » dulci gaudet. Inuisa est Musca. Quamobrem vbi à Deo punienda regio est grauiter, eiusmodi animalculis grauibus punitur. Sed exempla proferenda. Satis autem imprimis hoc constat tertiam nimirum Aegyptiorum plagam factam fuisse per Culices, qui è puluere nati pro » ductiq; erant. Sic enim perscriptum legimus: Aron manu virgam suam de mandato domini protendit, ac terræ puluerem percussit, qua percusione Culices, tum in hominibus, tum qua drupedibus extiterunt. Atque hinc, inquit Michael Glyca, discito animalculum illud, quod Culicem appellamus, tametsi, vel minimum sit, nihilo tamen minus longè nobis esse mole-

Aegyptiorum plaga tertia per Culices.

D stissimum. Non enim tantùm cutis superficiem stringit, atque lædit, obscuris morsibus graues molestosq; pruritus efficiens; verumetiam per nares, & aures ad interiora vi penetrare nititur; ac prętera pupillis oculorum, in eos inuolando detrimentum adfert. Deinde hic etiam Aegyptiorum excantores consimile quiddam moliri nitebantur, vt Culices producerent, sed itrito conatu. Quamobrem Pharaoni confessi sunt, hæc Dei digito effecta esse. Potentia enim Dei in Aegyptijs plagis, vt ait D. Hieronymus per parua animalia ostensa est, & » præcipuè Cyniphes (Cnipes dicere voluit) qui tam parui sunt Culices, vt vix cernantur o» culis, & alibi rursum per Culices res minimas viles, & inutiles damnosasq; intelligit, dum ait: Et si quando Aegyptiæ filium viderit irascentem, recordatur patris, qui lucem, boues crearit, & Culicem, hoc est maximas res in vsum humanum fecit, & minimas in punitionẽ. Narrat quoque Nicephorus Persis diuinitus Culices immissos fuisse (dum Sapores eorum Rex Nisibim oppugnaret) qui victoriam Romanis reportarunt. Ephrain autem, inquit, qui » apud Syros optimus fuit scriptor, muro consenso, vbi innumerabilem illam hostium multi

tudinem

tudinem vidit, Iacobum qui tum ibi, vt dictum eſt, Epiſcopum agebat, rogauit, vt Muliones E
& Culices Perſis immitteret: quibus illi etiam per minima animalia Deum eis abundè auxi „
lium ferre cognoſcerent. Et ecce ſimul cum ipſa precatione, animalculorum aërius exerci- „
tus nubis inſtar confertim in illos inuolat, & in elephantorum proboſcides quæ veluti tibiæ „
erectæ eminebant, equorumque & aliorum iumentorum aures, & nares irruit. Illi verò ani „
malculorum eorum non ferentes congreſſum nullo ſeruato ordine, cum impetu diſcurren- „
tes miſcentur, fugientesq; turpiter concidunt. At Sapores ex rebus minimis maximo Dei „
ſubſidio cognito, quum multa per eam expeditionem tentaſſet, cum probro tamen, & igno
minia inde diſceſſit, clade ſibi ipſi potius quàm Victoria parta. Myontem quoque Ioniæ vr
bem dum floreret maximè, caſu tali derelictam deſolatamq; fuiſſe, memoriæ proditum eſt.
Ferunt enim eo regionis in tractu, quo ſita erat ciuitas maris, quendam haud ſanè magnum
fuiſſe ſinum, quem Meander è regione influens amnis limoſus alioquin, & materiæ ſemper
aliquid ſecum adferens, obturatis aduectitio luto obtruſisq; illius faucibus, & obſepto adi-
tu annis voluentibus paulatim paludem effecit; ex qua tanta Culicum vis poſtea eſt enata,
vt eorum moleſtia, & tædio coacti ſint Myontij relicta vrbe patrijsq; ſedibus Miletum po-
pulariter commigrare. Quod Atharnenſium ciuitati, quæ iuxta Aſiæ Pergamum ſplendidè F
frequenterq; habitabatur, quondam eueniſſe dicitur talem enim ob cauſſam relictam ab in-
colis fuiſſe illam, in Achaicis ſuis Pauſanias commemorat. Simileque quid prodidit Aelia-
nus de Culicibus Indicis qui diſertum locum, & inhabitatum effecerunt. Circa lacum, in-
quit, etiam Arathan (qui & ipſe in India eſt prope fluuium iam dictum eſtamenum) feros
iſtos Culices abundare aiunt. Vbi locus deſertus & eſt, & appellatur. quamuis poſtea
dicat locum eum ab initio, & perpetuò habitatoribus minimè caruiſſe, ſed vt accolæ aſſeue
rant, & circum vicina illa loca habitantes, ob Scorpionum, & Phalangiorum copiam dereli
ctum fuiſſe. Sed vt mirari deſinamus animal hoc adeo ignobile, ac imbecillum homini om-
nium animalium nobiliſſimo, & generoſiſſimo infeſtum eſſe, ſcimus etiam Culices, in Leo-
num greges petulanter adeo ferocire, vt eos magna interdum clade ad internecionem adi-
gant. Inter enim arundineta Meſopotamię Leones innumeri iuxta fluminum ripas, & fru
teta vagantur eo tempore, quo hyemis clementia ibi molliſſima eſt, ſemper innocui: Verùm
vbi per æſtatem cælum exarſerit, regionibus ijs æſtu candefactis arbuſtisq; propemodum,
ipſi tam vapore ſyderis, quàm multitudine Culicum agitantur, quorum denſiſſimis exami
nibus per eas terras, omnia referta ſunt, qui quidem ad ſplendorem oculorum tanquam hu G
midiora membra conuolantes eos appetunt, palpebrarum libramentis mordicus inſidentes.
Hinc Leones cruciati diutius, aut fluminibus ad quæ remedij cauſſa confugiunt, abſorben-
tur; aut amiſſis oculis immanius efferaſcunt, quod ni fieret, omnis ea quæ ad Orientem latè
diffunditur plaga, huiuſmodi beſtijs oppleretur. Id ſibi compertum eſſe teſtatur Ammianus
Marcellinus. Non ſanè prædicta hiſtoria diuerſam ſuper Rizophagis populis refert Diodo-
rus Siculus. Aeſtate in regionem, iuquit, Aethyopum Rizophagorum è diſerto Leones
irrumpunt, & vmbræ cauſſa, & vt minores venentur feras. Ad hos Aethyopes ex paludibus
exeuntes, multi pereunt, tum inferiores viribus, tum deficientibus quibus ſe tutari valeant.
Et iam diù ea deleta eſſet à Leonibus natio, niſi natura eis ſponte præſidium tuliſſet. Nam
ſub ortu canis mirabilis, atque innumera nullo exagitata vento Culicum multitudo ad ea
loca aduolat. Homines ad paludes confugientes minimè lædunt, Leones abire ex his regio-
nibus compellunt; tum morſu, tum vocis ſono territos. Quæ ferè omnia ſic, ſed breuius Stra
bo. Circa Meroen, inquit, Aſtaboras, & Aſtapas influunt. Hæc flumina Rhizophagi acco-
lunt, qui etiam Elei vocantur, propterea quòd ex adiacente palude euulſis radicibus maſſu-
las conficiunt, & ad ſolem coctis veſcuntur. Hæc loca Leones alunt, qui ſub canis ortum à H
maximis Culicibus hinc expelluntur. Itaque ſummoperè mirari ſubit, quomodo dicat Ae-
lianus Culices ciuitati apud Rhizophagos nocuiſſe, Leonumq; nullam mentionem faciat,
dum inquit. Indica regio eſt circa Eſtamenum (alias Aſtabaram) fluuium, vbi Rizophagi
habitant. Illic oriente Sirio Culices quidam terribiles, magna vi occupato aëre, ſubito ſu-
peruentu ciuitatem quandam infeſtarunt. Niſi dicamus aliter in hoc loco legendum eſſe,
aut etiam fieri poſſe, vt & tam incolis, quàm ipſis Leonibus infeſti ſunt eiuſmodi Culices,
quod tamen Diodoro Siculo aduerſatur, qui homines mihi habitantes, & ad paludes con-
fugientes minimè lædi ab ijs atteſtatur in ſupernè allatis verbis. Heſychius quod huic loco
ſubijciendum velim Empida ſpeciem Culicis appellat βούτυπον, quòd bobus infeſta ſit, hoc
tamen propriè ad Oeſtrum, ſeu Aſilum pertinere arbitror.

Myontem vrbē à Culicibus vaſtatam.

Deſertū ob Culices locus.

Leones infeſtantur à Culicibus, & vbi.

Leones Rizophagorū à Culicibus expulſi.

PRÆ-

A

# PRAESAGIA.

CVLICVM multitudo ingens anno Domini nostri Millesimo quingentesimo octuagesimo mense Maij visa per quatuor dies continuos euolare ex Italia in occidentem, significauit bella in parte occidentali, vt nobis refert Andreas Marachius in iudicio, quod fecit super anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo. Bella anni 1580.

# PROBLEMATA.

B LEONARDVS Iacchinus vnicam eamque perelegantem hanc soluit quæstionem, nimirum; cur Culices non æquè omnes morsu impetunt? Quosdam enim, nec attingunt quidem: at Muscę sine discrimine omnia, tum homines, tum bruta affligunt? An, inquit, quia sapores quosdam lubens prosequitur, quosdam verò respuit? Porro duce odoratu bruta pascuntur: qua enim alia via in multiplici illa herbarum varietate, non ingratas modò, verùm, & lethiferas quoque secernerent? Gaudet autem præcipuè acidis Culex, vt vsus monstrat, & Aristoteles obseruauit. Fructus enim non attingit, priusquam corruptione acorem contraxerint. Quibus igitur sanguis purus, & minimè putidus, hūc Culex non insectatur: Musca verò omniuorum animal est, & dulcibus maximè oblectari solet. Cur Culices non omnes mordeant.

# EPIGRAMMATA.

C VIRI amatores quomodo Culicibus comparentur ex hoc Epigrammate Græco, cuius adhuc me latet autor, licet cognoscere. Amantes Culicibus comparantur.

Τοὺς κώνωπας ἐρᾶν μᾶλλον πρέπει, ἤπερ ἄνδρας
Φωΐτας ταῖν γονίμων ὡς κύπρις ἐξ ὑδάτων,
Καὶ μιμησαμένους ἀερσιπότητον ἔρωτα
Εἰρεσίῃ πτερύγων, ταῦτ' ἐμὲν ἀιμοπότας,
Τὸν κῶμον τ' ἄδοντας ἐγερσιγυναῖκα, πλανήτιν
Αἰνοῖς ὑπναπατῆν ἱεμένους ὄαρον,
Ες λέχος ἐμπταίοντας ἐς αὐτοὺς πολλάκι μάθους
Καμφαφόωντας ὅλης ἅψια θηλυτέρης,
Ψαύοντας χειλῶντε καὶ ἐκμυξῶντας ὀποπῆς
Μαρμαρυγὰς, γλῴσσης τ' ἠρέμα γευομένους
Αγρύπνους, ἰταμούς, σκοτοδέρκεας. ἆρα τις ἀνδρῶν
Οσσαγε κώνωπες δέγμαθ' ἕρωτος ἔχει;

Hos versiculos sic Angelus Politianus transtulit.

*Culices amare magis decet quàm viros.*
*Productos fertilibus, vt venus ex aquis,*
*Et imitatos altiuolum amorem*
*Remigio alarum, vt sint sanguinis potores.*
*Comum cantantes suscitatorem mulierum vagum.*
*Grauiter somno captarum cupidos mulierum,*
*Ad lectum inuolantes, ad ipsas sæpè mammas,*
*Et contrectantes totius membra effœminatioris,*
*Tangentes labraq́, & exugentes faciei*
*Splendores linguamq́, paulatim gustantes,*
*Vigiles, impudentes, tenebris videntes: nunquis virorum*
*Quanta sanè Culices signa amoris habet?*

D

# EPITAPHIVM.

VIRGILIVS in eo poëmatio quod Culicem inſcripſit, eius enim mortem deflet, vltimis verſiculis hoc Culici epitaphium poſuit.

*Parue Culex pecudum cuſtos tibi tale merenti*
*Funeris officium vitæ pro munere reddit.*

# APOLOGI.

Magnos à paruis proſterni.

AESOPVS hac ſequenti fabula docet eos, qui magnos proſternunt, à paruis ſæpè ſuperari. Culex, inquit, ad Leonem accedens, ait: neque timeo te, neque fortior me es. Sin minus: quod tibi eſt robur? Quod laceras vnguibus, & mordes dentibus? hoc & fæmina cum viro pugnans facit. Ego verò longè ſum te fortior: ſi verò vis, veniamus ad pugnam, & cùm tuba cecinisset Culex, inhæſit mordens circa nares ipſius Leonis leueis genas, Leo autem proprijs vnguibus dilaniauit ſe ipſum, donec indignatus eſt. Culex autem victo leone, cùm ſonuiſſet tuba, & epinicium cecinisset, euolauit. Araneæ verò vinclo implicitus cum deuoraretur, lamentabatur, quòd cum maximis pugnans, à vili animali Aranea occideretur. In Gabriæ tetraſtichis aduerſus eos, qui volunt eſſe docti, aut prudentes, potentesvè, nec tamen ſunt, poſitus eſt hîc apologus.

Κώνωψ καθῆσθω πρὸς κέρας ταύρου πάλαι,
Ὅνπερ κελεύειν εἴπερ ἐκπτῆναι θέλει,
Ἤκουσε δὲ ὥσπερ οὐκ ἔγνω καθημένον,
Οὕτω δὲ μὴ πτήσαντος ἄισθησιν λάβῃ. Id eſt.

*Culex olim in cornu tauri ſedebat,*
*Quem dicere iuſſit, an ſe volare velit,*
*Audiuit quemadmodum non nouerat ſedentem,*
*Itaq; neque euolantem ſentiret.*

# PROVERBIA.

Culicem elephanti cõferre.

Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν. Id eſt. *Culicem elephanti conferre*, dicuntur, qui minima maximis comparant. Libanus ad Caſilũ: τὸ δὲ ἐμὸν τοιοῦτον, οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος, Id eſt: ego verò perinde ſum, quaſi Culex cum elephante collatus. Huius generis eſt illud Virgilianum.

*Sic canibus catulos ſimiles ſic matribus hædos*
*Noram: ſic paruis componere magna ſolebam.* &
—— *Si parua licet componere magnis.*

E Culice elephantem.

*E Culice Elephantem facis*, id eſt, res paruas, & viles nimium extollis, aptè hoc prouerbium in Cardanum torſit Iulius Cæſar Scaliger. Nemo, inquit, vnquam melius prouerbium expreſſit vetus. Quanquam haud è Muſca, ſed è Culice feciſti Elephantum: ais enim. Dum Culicem natura conderet, Elephantum meditatam. Vbi neſcio vter ineptior: tu ne quem referre non pudeat: an ego quem refellere non pigeat. In priſtinum tamen quandoq; meum me fatũ impulit, molendum eſt. Quin etiam argutemur. Natura cùm Elephantum meditaretur, eius formulam, quod & pictores, & Architecti ſolent, in Culice propoſuit, quaſi ichnographiam vt ectypum faceret. Muſcæ promuſcis proprior elephanti manui eſt. Quare ſuper ea non ſuper Culice priſci prouerbium condidere. Quin promuſcis à Muſca ad elephantinaſum deſignandum translata credi poteſt. Quid elephanto cum beſtiola ſenum crurum, quæ ſimul & valgia ſunt, & vaccia? Quorum poſtrema longiſſima, contrà quàm Elephanto. Præterea promuſcide pro manu, & calce vtitur elephas, non pro ore ſicut Culex. Simi-

Sus elephãto ſimilior.

milior Elephanto Sus. Quam ob cauſſam, vt opinor ſtultiſſimus ſimul, atque nequiſſimus impoſtorum omnium Mahomet: in arca Noæ ſuem ortum ex Elephanti ſtercore blaterat. Nihil alioquin Elephanto infeſtius, quàm Sus. Eius enim ſtridore ſolo, quod facere tela nequeunt, in fugam vertitur. Macte Culex Cardanice, cuius idea Elephantus eſt. Iam te aſſertorem video Platonicorum exemplarium, Ariſtotelicis iſtis nugatoribus perniciem minitantem. In epiſtolis, quæ Phalaridis nomine feruntur, extat huiuſmodi quoddam adagiũ, κώνω-

πος

A ποσὶ ἐλέφας ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει id est, *Culicem haud curat elephantus Indicus.* Dictum est autem ob singularem duriciem cutis elephantinæ, qua fertur etiam iacula excutere, tantùm abest, vt Culicis morsu possit offendi. Adhiberi poterit quotiens significabimus excelsis animis leues, & vulgares iniurias esse negligendas. Ἔμπης τριπόρυσια, prouerbij loco ponitur apud Suidam. Tricorinthæ enim multæ existebant Empides, vtpotè nemoroso, & humecto loco. Ἀνιρίναξος ὁ, *incaprificatus es.* Suidas putat in mollem, & infrugiferum conuenire. Sunt qui referant ad eos qui tueri non queant id, quod nacti sunt boni. Adagium vsurpauit Hermippus in Militibus. Eius rationem eiusmodi reddunt Suidas, & Zenodotus. Aiunt mariscis, qui caprifici fœtus est, innasci Vermiculum, quem Græci ψῆνα vocant. horum vim colligunt rustici, deq; fici ramis suspendunt, ne videlicet fœtus antè tempus, & immaturi difluuant. Nam Vermes protinus per rimas, irrepunt, atque hoc modo matureſcunt fici. Vnde arborem cui hoc maturitatis remedium adhibitum non fuit, ἀνιρίναξον appellabant, atque hinc deinde transferebant in hominem inutilem, à quo nil bonæ frugis esset expectandum. Vox composita est ἐκ τοῦ ἀ στηριτικοῦ μορίου καὶ ἐρινεοῦ, quasi dicas incaprificatus. de caprificatione paulò inferiùs plenius satisfaciemus. *Excolantes Culicem, Camelum glutiunt.* Culicē non curat elephantus Indus.

B Euangelicum est adagium in Pharisæos: illi enim maximis rebus indormientes, minimis superstitiosè vigilabant. Si quidem Deus præceperat propter alimentum Sacerdotum, & Leuitarum omnium rerum offerri in templo decimas: ex quo illi hoc vnum habebant studij, vt quę iussa fuerant comportarentur, etiam vilium olerum decimæ, at cætera quę erant maiora vtrum quis faceret, nec ne, parui pendebant. Quapropter Christus eos auaritiæ peruenusta hyperbole arguens apud Matthæum. *Duces cæci excolantes Culicem, Camelum autem glutientes:* qui innuit per Camelum magnitudinem præceptorum, iudicium, misericordiam, & fidem ab illis largiri; per Culicem autem quæ parua est bestiola decimas menthæ, & cumini & anethi liquari, vt D. Hieronymus super eadem Matthæi verba, & Polydorus Virgilius ex eo, exponūt: nam quæ voramus, minus degustamus, quæ verò liquantur, plus palato sapiūt. Sic denique Christus docet Pharisæos negligere maiora Dei mandata, & in paruis tantùm quæ lucrùm habent, diligentiam ponere, adhibere, demonstrare. Quadrabit prouerbium in superstitiosos Christianos, qui timentes, vel potius timere simulantes, vbi non est timor, & nescire volentes, in quo vera existat pietas, in ceremonijs duntaxat obseruandis hęrēt, quod hypocritarum proprium est studium. Excolantes Culicē Camelum glutiunt.

C Sed Santes Pagninus in Isagoge ad mysticos Sacræ Scripturæ sensus sic hęc verba sacra interpretatur. Quod, inquit, Dominus dicit excolantes
» Culicem, refertur ad id quod dixit, Decimare illos minuta quæque; Camelum glutientes re
» fertur ad id, quod dixit, pręteritis grauiora legis, misericordiam, & iudicium, & fidem, vt iste
» sit sensus Minima obseruatis, maxima contemnitis. Ex hac enim peruersitate etiam eis illud
» accidit, quo possunt hæc per allegoriam referri, vt demitterent Barnabam, quia videlicet ip-
» se non soluerat Sabbatum, quod magna diligentia carnaliter obseruabant. Occiderunt au-
» tem Dominum, spiritualiter Sabbatum insinuantem, per misericordiam, & iudicium, & fi-
dem quę illi maximè contemnebant. Nam & Culicis nomine non absurdè figuratur sedi- Culicis nomine seditiosus homicida figuratur.
tiosus homicida; quia hoc animal & strependo inquietat, & sanguine delectatur, & Cameli nomine propter humilitatem, se ad subeunda onera submittentis propter magnitudinem, intelligitur congruenter Dominus. Aliud quoddā ferè quid prouerbij sapiēs, ex Adriano Turnebo viro vndequaque doctissimo explicandum est, sed casto lectori castisq; auribus, cùm sit obscæni sensus. Nam quamuis obscęnitas in optimorum autorum scriptis, valdè improbetur: tamen nè cùm eorum volutamus libros, & angimur, cùm quæ vis verborum subiecta sit, non intelligimus, declarandum est id, quod Adrianus Imperator per Culices rotundos Culices rotundos pati quid sit.

D intellexit, quando hos Floro obijcit lepidis hisce versiculis.

*Ego nolo Florus esse*
*Ambulare per tabernas*
*Latitare per popinas*
*Culices pati rotundos.*

Ego, inquit, Adrianus Turnebus ad caprificationem alludum puto, in qua Culices è caprificis euolantes, in ficos penetrantes, maturitatem afferunt. id Græcè ἐρινάζειν dicitur: Culices autem vocantur ψῆνες; vnde ὑποψωσμένη, id est, caprificata mulier, quæ propè exactis mensibus vicina est partui, & inscius, & ἐψωσμένοι Culices passi, & caprificati à Græcis appellantur, pathici, vt è nouissimo constat versu.

Οὐδὲὶς κομήτης ὅστις οὐ ψωΐζεται. id est.
*Nullus comatus, qui non caprificatur.*

# VSVS IN VARIIS.

Vtilitas q̃ à Culicibus

NE minima,& viliſſima animalcula à natura quis abſque fine,& propoſito facta arbitretur,itaq; & Culicũ cõmoda exequamur. Cedunt autem nobis in vſum,itẽ & alijs animalibus,nec omnes tamẽ ſpecies eodem vtĩmur modo nec cætera animalia,vt aues,& piſces,& ſi quæ nã ſint alia. nam qui ψῶν vocantur ficuum,& aliorum quorundam fructuum, maturitati conſulunt, cæteri verò ferè omnes victum animalibus ſuppeditant,vt auibus quibuſdam,piſcibus,Crocodilo,Araneis,de quibus omnibus ſingulatim nunc dicamus,& primùm de caprificatione,quomodo Pſenes fructus quoſdam maturent. Nam,vt ex autoritate [a] Ariſtotelis confirmatur,agricolæ appendere ficis caprifici ficus ſolent, & iuxta eaſdem caprificos ſerere,vt hinc orti Culices ficos petant,& maturent, & ne decidant, prohibeant, quod faciunt continuis,& crebris morſibus crudum earum ſuccũ abſumendo, ſolisq; radijs ſimul aditum aperiendo. Atq; hanc eſſe cauſam ait Theophraſtus,cur Pſenes in caprificis generentur,quia inquit,fructus illi perfici nequeunt. [b] Plinius hæc eleganter nouiſſimis his verbis » proſequitur. Caprificus,inquit,è ſilueſtri genere ficus nunquam matureſcens,ſed quod ipſa » non habet,alijs tribuens:quoniam eſt naturalis cauſarum tranſitus, atque è putreſcentibus » identidem generatur aliquid. Ergò Culices parit; hi fraudati alimento in matre,putri eius » tabe, ad cognatam volant, morſuq; ficorum ( ficuum legit Dalechampius ) crebro,hoc eſt » auidiore paſtu aperientes ora ( coria Dalechampius ) earum, atque ita penetrantes, intus » ſolem primo ſecum inducunt, cerealesq; ( fœcundas,fertiles exponit Dalech.) mittunt foris » bus apertis. mox lacteum humorem hoc eſt infantiam pomi abſumunt,quod fit ſpontè (naturæ vi,ſed longiore temporis ſpacio) Ideoq; ficetis caprificus permittitur ad rationem venti,vt flatus euolantes in ficus ferat. Inde repertum vt illatę quoque aliunde,& inter ſe collj » gatæ inijcerentur fico. Sed videndum eſt inquit Scaliger quemadmodum huic cauſſæ poſſi» mus aſſentiri. Principio in maturis quoque fructibus animalia concreantur,fabis, tritico, alijs. Deinde τὸ παράεργον ἰὼ ἂν ἐργολαβία ἀξιότερον τοῦ πρόυργου. Propoſuit natura caprificj fructum perficiendum rem vilem admodum: non poteſt: vertit operam illam plebeiam ad operoſiorem functionem,quippe Culicem:quemadmodum contingit hominibus nequam, quibus pœnitentia eſt fœdior peccato. Dicẽdum naturam omnem vbi nacta fuerat materiã, adiungere formam idoneam. Neque eſt Culex παράεργον, aut acceſſorium operæ quę parabatur ad caprificum:ſed æquale propoſitum, vt ex materia caprifici Culicem generet,nihilominus quàm caprifici fructum. Sed vtcunque ſit,ſiue hi Culices generentur, vt fructum maturent, & vt ne decidat prohibeant, ſiue ijdem alia de cauſſa ſint generati,certum eſt fructum perficere,quod nos volimus.atque hic maturandi,& conſeruandi fructus modus Palmarum quoque fructibus adhibetur. idq; ex [c] Athenęo comprobari poteſt,qui ex Herodoti libro primo,cùm de Babylone loquitur,hęc citat. Addit præterea,inquit,is ſcriptor (nimirum Herodotus)palmarum quas mares appellant,poma illis circumligari quæ balanos edunt,vt earum fructum maturet fructus ſubiens, nec ex arbore ijs defluat: Culices autem in maris fructu concipi,non aliter quàm in caprifici groſſis. Atque idem videor ex [d] Theophraſto didiciſſe,qui inquit. Fructum autem antequam coquant,amittere poſſunt,amygdala,malus,punica,pyrus. Omnium maximè ficus,& palma,quibus vel auxilium magnoperè quæritur,vnde & caprificatio comperta habetur:nam ex pomis annexis Culices egredientes,corrodunt, & peruia reddunt ficuum ora. Sed & hic maturãdi fructusq; conſeruãdi modus alijs quoq; Culicibus,quã ijs qui in caprificibus appenſis naſcuntur,aut qui ex Palmę maris pomis producuntur,perfici poteſt,nimirum ſi conſeruatur locus ijs plantis, qui Culices producunt,vt polio. Cauendũ tamen ab vlmo eſt,in cuius folliculis genus quoddã beſtiolarũ innaſci ait Thophraſtus,quod Cnipes appellant:qui cũ in ficis gignũtur,ficarios illos Culices deuorãt. Huius remediũ cancros ſtatuunt alligandos:in eos.n.vertere ſe Culices inquiunt. Sed hîc caprificandi per Culices modus,vt nullus alius,non vbiq. locorũ deſideratur, maximeq. in ijs vbi nulla fructuũ iactura eſt,vt in Italia,in aquilonio,& macro ſolo,vt in Phalarico Megarẽſis agri,& partibus quibuſdã agri Corinthij. Spontè enim areſcunt fructus loci ſitu,eademq. pręſtantur,quæ Culicũ opera. Volucrũ quędam genera Culicibus gaudent in victu. in cibatu,inquit,Plinius Culices gratiſſimi ſunt Veſpertilionibus. Sunt & alia Auium genera quæ ob id κνιπόφαγα, & κνιπόλογα dicta ſunt,quę his verbis ab Ariſtotele cõmemorantur. Aliq inquit,aues Culicibus gaudent,nec alio magis quàm venatu Culicũ viuunt,vt pipo, tũ maior tum minor,vtrumq. picum martium vocant. Similes inter ſe vocemq; ſimilẽ emittũt:ſed » maiorem qui maior eſt. Paſcuntur ad maceriem aduolantes. Itemq; galgulus,cui magnitudo quan-

[a] Li.5.Hiſt. cap. 32.

[b] Lib.4.c.9.

[c] Deipn.14.

[d] Li.2.Hiſt. cap.9.

Aues quæ Culicibus, gaudent.

A do quanta turturi ferè est, color luteus. Piscis quoque Thymallus Ticini fluuij alumnus his animalculis viuit, cùm ijsdem nec vllis alijs faciliùs capiatur, vt testis est Aelianus, qui » qualis sit piscis his verbis vnà testatur. Piscem Thymallum sic nuncupatum, Ticinus flu- » uius Italiæ procreat: is ad cubiti magnitudinem accedit: & lupi, & mugilis communem, » ac mediam speciem similitudinemq; gerit. Eius capti odor non indignam admirationem » habet: non enim vt cæteri pisces pisculentum quendam mittit odorem: imo verò æstimes » te eius gentilem herbam recentem ex terra lectam manibus tenere. Tanta sanè odoris suaui » tate fragrat, vt qui eum ipsum non videt, gratissimam Apibus herbam, vnde nomen duxit, in » manu tenere putet. Retibus facile capitur: non item hamatis escarum illecebris: non adipe » suis, non Serpho (insecto vti dixi, aut Vermi simili, aut Formicæ, aut Culici) non Chama, » non alterius piscis intestino, non denique strombi collo, sed solo Culice, improba sanè be- » stiola, noctes diesq; homini, tum morsu, tum strepitu suo molesta, quòd hac sola delectetur » esca, comprehenditur. Crocodili quoque paruuli ijsdem victitāt. Plutarchus igitur de Cro- » codilo sic loquitur. Exclusis catulis qui primùm in lucem progressus, non statim ore arripit obuiū aliquid, Muscam puta, Culicem, Vermem, aut festucam, vel herbam, eum mater mor B sibus dilaniat, atque enecat. Araneæ quoque eosdem pascunt, ac suis retijs venantur. Philes de Aranea, ac tela eius hæc composuit carmina.

Thymallus piscis qualis sit, facile q; culicibus capitur.

Crocodili paruuli victitāt ijsdē.

Μυίαις δὲ, καὶ κώνωψι καὶ κρυψιτέροις,
Ετεταμένον θήρατρον ἀράχνης φέρον
Εκ τοῦ παρεμπίπτοντος ἁπλῶς ἐσθίει.

Quidam sic transtulit.

*Muscis, & Culicibus, & id genus volatilibus.*
*Intensa nectens fraudulenter retia,*
*Quod incidit, ieiuna pascens tamen.*

# VT FVGENTVR, ET OCCIDANTVR.

C PRO varijs nocendi modis diuersa quoq; remedia excogitata sunt. Morsu ne hominem molestent, D. Ambrosius, & Plinius suadent, vt homo absinthium cum oleo coquat, & eo se perungat; Aemilius Macer loco olei vino vtitur, in quo tritum sit Absinthium, his versiculis:

*Acri cum vino trita* (herba Absinthij) *se quilibet vngens.*
*Non metuit Culices, vstæq; fugantur odore.*

Laudatur ab alijs succus seminis Cymini, qui dentibus, dum teritur, conficitur, hocq; perungunt faciem, manus, & si quæ aliæ sint partes horum morsibus obnoxiæ. Sunt qui reticulo Conopeo dicto, in similitudinem tentorij cōtexto vtantur, vt Alexandrini, & Aegyptij teste Herodoto. Sunt, inquit, aduersus Culices, quorum magna ibidem vis est, hæc ab eis (Aegy- » ptijs) excogitata. Illos quidem qui supra paludes incolunt, iuuant turres quas dormituri ad » scendunt. Nam Culices ventus prohibet in altum volare. At qui intra paludes habitant, a- » lia turrium vice machinati, hæc videlicet. Singuli sua habent retia, quibus per diem pisces » capiunt, eisdem noctu vtuntur cubili in quo requiescunt. Circumdatis illis, deinde operti » somnum capiunt, qui si in vestimento inuoluti, aut in syndone dormirent, eos per ipsa indu- » menta Culices morderent: per retia verò nè tantùm quidem mordere conantur. Ad hunc ferè modum Bellonius cùm Cairi esset, à Culicibus quum primis diebus in quibus istuc ve- D nisset affligeretur, se tutatus est; aut enim ibi noctu tegenda est facies, vt ait; aut sub tentorijs dormiendum, aut in summis ædibus sub dio. Indi à quatuor Culicum generibus, quorum ij qui parui sunt, & exigui maximè nocui, hoc pacto se tuentur, obruti arena, faciem contegunt frondibus inter ramos. Alij quidam inter eos Culices adorant, ne ab illis noctu vexentur, vt Paulus Grisaldus testatum reliquit. Certè stultum hoc & superstitiosum auxilium, hominiq; Christiana fide imbuto impium. In septentrionali plaga homines à Culicum grandiorū maxima molestia præsertim in pungendo, quando in continua dierum, & noctium luce dormiendum est hoc modo euitant. Incolę (vt inquit Olaus Magnus) caput cæteraq; membra decoctione absinthij aspergunt, vel rutę, vel nigellę, quum haberi queunt: vel atramento sutorio permixto cum iunipero vsto. Dormientibus autem tentoriolum ex panno lineo, vel cortice confectum necessarium est, sub quo tanquam velamento, contra iniuriam Culicum tutò dormire liceat. Gaudentius Merula cannabis humidæ ramusculos penes te cum dormiturus es apponendos suadet; quæ ante eum scripsit Democritus, additq; non etiā ad

Aegyptij à morsibus Culicum vt se liberent.

Alexandrini, vt se à Culicibus defendant.

Indi vt se à morsibus Culicum defendant.

Septentrionaliū mod⁹ à corpore arcendi Culices.

eum accedere qui manna thuris, aut aceto, & oleo corpus illeuerit. Si ſpongiam aeri aceto E
imbutam à capite ſuſpenderis, & ſub pedes, non te contingent; itemq; ſi ſpongiam aceto im
butam ex faſtigio domus ſuſpendas: omnes enim Culices illic congregantur. Fallopius ſal-
uia contuſa, & mixta cum aceto, aut oleo inungi corpus iubet, itemq; cumini ſemine con-
tuſo ſolummodò, aut cum vino albo ſubacto, & corpori illito. Porrò nil melius, quàm fuga
re Culices ex domibus: alioqui enim non ſolùm pungendo, ſed ſono, vt ait Horatius,

—— *malis Culices ranæq; paluſtres*
*Auertunt ſomnos.*

Suffumigia ad arcēdos à cubiculis culices, & alia remedia.

Arcentur autem à cubiculis, & conclaui ſuffimigijs. Coniza frutex totus ſuffitu ſubſtratuque Culices abigit, vt autor eſt Dioſcorides, Cupreſſi pilulæ cum arboris coma ſuffitæ, Culices fugare æſtimantur eodem teſte, & alibi fimi bouis maſculi accenſi nidore Culices abigũtur. Quin & necari melanthio, quod alij melaſpermum vocant ex quorundam ſententia Plinius affirmat, & alio in loco abſinthij fumo eoſdem abigi tradit, quemadmodum Auicẽna odore ligni pyri. Suffitum ex nigella, & lutorio atramento laudat Galenus. Decoctione lupinorum, aut nigellæ, aut abſinthij, aut rutæ domus aſpergatur, aut feneſtræ limina ne per eas tranſuolent. Eoſdem non permittit introire domum; pilus equinus extentus per mediã F
domum, vt autor eſt Democritus. exigit eoſdem calamintha, & nigella ſuffitu, idem continget ſi ex enulæ ſextante, & muricum vſtorum drachmis duabus, amicula ſuffumigaueris. Pulueremcimini ſubtiliſſimè triti commendat Alexis Pedemontanus, quem cum vino albo optimo miſcendum ſtatuit, deinde pampinum vitis, aut alterius herbæ, ſeu arbuſculæ ramum viridibus oppletũ frondibus, hoc vino irrorandum eoque feneſtræ, oſtia, parietesq; cubiculi madefacienda. Ex Atramẽto ſutorio, & iuniperi ligno ſuffumigia fiunt in Aquilonari plaga. Indis ea cautio eſt, vt abſtineant à candelis, & lumine, ne domos ingrediantur Culices,

A candelis cur abſtineant Indi alijsq; luminibus.

faciunt id incolæ præſertim, qui in Inſula Hiſpaniola dicta habitant. nam lumen tædarum, aut facium ingentem copiam Culicum allicit, ſunt enim lucipetæ, vt dictum eſt. at qui nũc domum ingreſſi ſunt, aut occiduntur, aut capiuntur ab ijs animalculis quæ Cucuios ibidem appellant: cedunt enim Culices his quoque in cibum. vt itaque natura Indis dedit peſtem Culicum, qui quãdoq; Veſpis ibidem maiores ſunt, ita & illis præbuit remedium Cucuios quàm lepidiſſimos Culicum venatores, quemadmodum nobis feles dedit ad fẽdam muriũ extirpandam progeniem, hæc animalcula quidam putant eſſe Scarabæorum genus quum ſint eorum alæ vaginis incluſæ, minora paulò Veſpertilionibus, quatuor habent in corpo- G
re lucidiſſima ſydera, quibus noctu lumen domeſticis præbent; hæc ſemper vigent in ijs donec habeant vnde paſcantur. Nam exploſis Culicibus, & expurgatis qui in domo, aut cubiculo erant, ijsq; fameſcentibus, lumina hæc ipſa deficere incipiunt. propterea q; eius terræ incolæ, vbi ea languida ſentiunt, oſtium aperiunt, liberumq; ijs aditum faciunt alicubi quẽrendi eſcam; ſed de hoc cum putetur è Scarabæorum eſſe genere poſtea plenius agetur, vbi

Iumẽtis ne noceant.

de Coleopteris mentio fiet. Ne autem equis noceant, aut iumentis, ijſdem vti poſſimus remedijs. Aquilonares paſtores, vt eſt apud Olaum magnum iuniperorum rubos, vbiq; tam in campis, quàm in ſyluis abundantes, vel pineas arbores, vbi greges paſcuntur, penes radices incendere ſolent, ſimiliter, & iuncos odoratos, ac aridas radices, herbæ ſerpentariæ; quoniam horum omnium fumo mirè arcentur. Quòd verò Culices tam multi frequentesque in ſubpolaribus illis regionibus vagentur, ea cauſa eſt, quam idem Olaus retulit nulli (inquit) ibidem Veſpertiliones, qui hos ſimiliaq; Inſecta noctu deprẽdari ſolent, propter continuã dierum, & noctium lucem, ibidem manent, neque aliæ lucifugæ, ſeu nocturnæ aues; quam- "
uis quędam à natura deputatæ, Culices, ac Muſcas in eſcam colligentes reperiantur. Verùm "
vt à putreſcentibus celeriter incrementum accipere apparet, ita & aſpero flatu euaneſcere H
citò conſueuerunt: paſtu namq; deficiente, ad cognatam putredinem paſcendis euolant, at- "
que ibi tabeſcunt. Infeſtant & Culices hortos riguos præcipuè; hos galbano accenſo fugari "
ſcripſit Plinius, itemq; mali punici corticis fumo, aut lupinorum crematorum. Amurcam recentem, & ex caminis fuliginem hortis inſpergi iubet Palladius. Culices, inquit Mizaldus, fugantur aceti, & origani decocto, ſi reſpergas, quemadmodum in ſuis Georgicis annotauit Democritus, ad hæc rutę madefactæ aſperſione, & ſulphuris, aut cymini, aut bubili ſtercoris, aut bdelly ſuffitu, aut conizæ decocto, ijſdem quoque aquilonares vtuntur remedijs ad expellendos è domibus Culices.

FINIS.

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER QVARTVS,

QVI EST

# DE COLEOPTERIS SIVE VAGINIPENNIBVS,

& primùm

## DE LOCVSTIS. Cap. I.

## ORDINIS RATIO.

ANELYTRORVM, hoc est detectas habentium alas Insectorum, quotquot nobis obseruare licuit, tradidimus historias. Itaq; supersunt tradendæ eorum, quæ velut in vaginis quibusdam inclusas habent alas, inde Vaginipennes Theodoro Gazæ, Aristoteli κολεόπτερα vocata. Quibus omnibus commune esse obseruaui, quòd nullo aculeo infestent, quòd difficulter volent, quòd alas habeant fragiles, ideoq; duro cortici inclusas, quòd sedentia, alata neutiquam esse videantur, aliaq; nonnulla quæ suis pòst locis dicemus. Inter isthæc Insecta Locustæ, quòd vbiuis sint obuiæ, nulliq; non notæ, quòd tam frequens earum in sacra pagina fiat mentio, & non earum tantùm, sed & Bruchi, Ophiomachi, & Attaci; quòdq; tam famosa vbiq; quæ modò huic, modò illi regioni detrimenta infecerunt, existant; quòd eis quasi solis Deus immortalis, peccata hominum, vt patebit, vniuersaliter punire videatur; quòd Diuo Iohanni Baptistæ, quo non alius propheta maior fuit, in deserto agenti in cibum cesserint; quòd denique non vno hominis morbo medeantur, principem locum sibi vendicare videntur. Quare historiam Locustarum seruato nostro ordine aggrediamur.

Vaginipennes quæ siue coleoptera.

Cur à Locustis ordiatur author.

ÆQVI-

E

# ÆQVIVOCA.

Ἄκρις duo Græcis ſignificare obſeruaui, cacumen montis, & ſummitatem herbarum. Cùm montis, & ſummitatem, aut cacumen ſignificat, inuenio apud Homerum in plurali ἄκριες. Ex hoc ἄκρις, Iupiter, vt volunt, ἄκριος cognominatus eſt, vt tradit Euſtathius; item Minerua ἄκρια ὑπέρτινος ἄκρας ἱδρυμένη, vt ſcribit Heſychius. Fit autem ἄκρις ex ἄκρη, vt κίθαρις ex κιθάρη, ſi Euſtathio credimus. Cùm verò, & herbarum ſummitates, vt dixi, ſignificet, multi apud D. Matthæum, vbi dicitur D. Ioannes Baptiſta eſitaſſe ἀκρίδας, accipiendum putârunt pro fruticibus, aut ſurculis quibuſdam delicatis, nouam huic voci tribuentes ſignificationem, cùm recepta optimè conueniat, vt ſuo loco pòſt declarabitur fuſiùs. Neq; credendum apud Euangeliſtam ἀκρίδες Locuſtas maximas intelligi poſſe. Erat enim in deſerto Ioannes longiſſimè à mari. Inuenio enim apud [a] Galenum ἀκρίδες nominari vnà cum áſtacis, & carabis, aitq; eſſe nutrimenti, quod haud faciliter digeritur: ſed meo iudicio corrupta eſt ea vox, legendumq; καρίδες, hoc eſt, ſquillæ, atq; ita legiſſe videtur interpres, qui ſquillas tranſtulit. Diſputat ſuper hac voce contra Lonicerum Braſauolus in longis ſuis ad eum locum commentarijs, ſed vnico tantùm verbo lectori ſatisfacere potuiſſet, locum, vt ego feci, reſtituendo; nam Locuſta marina Ariſtoteli alijsq; Græcis non ἀκρὶς eſt, ſed κάραβος, pro qua voce Gaza ſemper Locuſtam reddidit, & pro καραβοῦδη Locuſtacea, Plinius plerunq; etiam Locuſtam, nonnunquam tamen Græcam vocem Latinè reſeruauit. [b] Adrianus Turnebus agens de ſiphone inſtrumento, quo incendia extinguuntur, citat hoc ex lexico antiqui cuiuſpiam critici, ἀκρὶς, ἄσακος, κάραβος, καὶ σίφων ὑπρησμῷ, ac ſi ἀκρὶς ſiue Locuſta idem illud inſtrumentum ſignificaret, quòd non puto: nam cùm de aqua ignem extinguente ſermo ſit addaturq; ἄσακος & κάραβος, rurſus in eadem opinione ſum qua priùs, nimirum ἀκάρις legendum. Locuſta iam verò præter Inſectum, de quo agimus, & piſcem, nomen eſt famoſiſſimæ veneficæ, quam Galba Cæſar vnà cum alijs pluribus veneficis morte affecit teſte [c] Dione Caſſio, qui eam præterea tradit immedicabile venenũ præbuiſſe Agrippinæ, quo intra boletum condito, maritum Cæſarem Claudium necauit. Eadem Neroni Cęſari cariſſima fuit, vt author eſt Suetonius, qui [d] Neronem ait illius opera Britannicum interimiſſe, vencno priùs in hirco expertum, poſtquam is quinq; horas protraxit, iterum ac ſæpiùs recoctum à Locuſta porcello obiecciſſe; quo ſtatim exanimato, inferri in triclinium, dariq; cænanti ſecum Britannico imperaſſe, & cùm ille ad primum guſtum concidiſſet, comitiali morbo ex conſuetudine correptum apud conuiuas ementitum, poſtero die raptim inter maximos imbres tranſlatitio extuliſſe funere; Locuſtæ pro nauata opera impunitatem, prędiaq; ampla, ſed & diſcipulos dediſſe. Qua de re citatur fragmentum Turni Aurunci ex ſatyris, quod ita recenſeo.

*Et quæ Cæſareas ſoboles horrenda Locuſta*
*Occidit, curis dum liberat arte Neronem.*

Meminit eiuſdem [e] Iuuenalis, canens:

*Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas*
*Per famam & populum nigros efferre maritos.*

[a] *In comment. 2. Sect. Aph. 18.*

Locuſta piſcis.

Locuſta inſtrumentũ quale.

[b] *Lib. 19. Aduer. cap. 23.*

Locuſta venefica.

[c] *Lib. 60.*

[d] *In Nerone cap. 33.*

Britannici mors.

[e] *Sat. pri.*

F

G

# SYNONYMA.

H

IOCVSTÆ omnibus notæ, varia pro morum ac locorum diuerſitate ſortiuntur nomina; quare ſi fortè paulò confuſiùs, quàm decuiſſet, ſingularũ nationum ſynonymiam tradidero, lectores æquos etiam, atq; etiam rogo, vt boni conſulant, & ſi quid deſit, addant, ſi quid ſuperfluum, reſcindant. Inuenio in primis varia apud Hebræos, & Chaldæos ſynonyma, quibus vel Locuſta, vel aliqua eius ſpecies ſignificatur. Leuitici vndecimo quatuor Locuſtarum genera inter aues mundas recenſentur, quarum prima ſpecies ארבה Arbeh dicitur à multitudine, à Rabah id eſt augeſcere, ſeu multiplicari. Rab. Dauid Kimhi ſuper Iolem ſic putat nominari, quòd hæc Locuſtarum ſpecies omnium ſit maxima, & copioſiſſima, vnde nomen ſpeciei pro genere vſurpatur; vel quòd agminatim aggregentur. In priori ſenſu hoc lego apud Pagninum הרבנה educatio, incrementum, multitudo, vnde, inquit, etiã

Arbeh.

Arbeh,

A Arbeh, Locusta, sic appellata quòd sit species multa, Exod. 10.4. Alibi vtramq; etymologiam repetit, nimirum quòd agminatim, & magna copia gradiantur. *Ecce ego adducam cras* Arbeh *Locustam in termino tuo*, Et versu 13. *& ventus Orientalis eleuauit* Arbeh *Locustam* pro Locustas, nam numerus singularis Hebræis maiorem, quam apud Græcos, vel Latinos multitudinem denotat: & multis alijs in locis. Atq; id genus Locustarū Aegyptios agros Moysis tempestate diuino iudicio Orientali vento immissum horribilem illis vastitatem intulit, sicut in decimo Exodi scriptum legitur. Vocem porro Arbeh nonnulli vertunt voce ἀκρίδος, quam & ipsam esse videri generaliorem ad quoduis Locustarum genus significandum putamus. Chaldaicè vertitur גובא Goba ab altitudine, siue vt alij volunt, Goba dicitur collectio à גבב Gabbeb, id est congregauit, quòd videlicet in magno numero veniat, atq; vt Prouerb. 3. legitur, veluti turmatim procedat. Ea vox etiam apud Nahum in tertio ponitur, *Parmuli tui* Cegob gobai, id est, quasi *Locustæ Locustarum*. Septuaginta simpliciter transtulerunt ἀκρίδα; Kimchi, Abraham & Ionathan intellexerunt etiam eximiæ magnitudinis Locustas, nam plerunq; geminatio verbi ἐπίπασιν habet. Rab. Sel. exercitum Locustarum exposuit. Amos quoq; septimo gobai ponitur, vbi per examen Locustarum fœnum cordum siue autumnale depascentium, terræ sanctæ futura depopulatio, & deuastatio à numerosissimo Assyriorum, Babyloniorum, & Romanorum exercitu designatur. Septuaginta interpretes ἐπιγονὴν ἀκρίδων. id est fœtum Locustarum reddiderunt. Secunda species Leuitici vndecimo סלעם Salaam, nusquam alibi in sacris literis reperitur. R. Abraham Ben Ezra, & Hizkuni putant sic Hebraicè dici, eò quòd ascendat, & saliat super rupes, & silices. Nam Sæla Latinè silicem, saxum, siue rupem significat. Alij sic volunt dici à Sullam inserta litera v, quod scalam significat, à Salal, id est, viam complanauit, seu contriuit, exaltauit, conculcauit. R. Dauid Kimchi definit genus esse Locustarum alatū, gibbosum, & sine cauda cum capite oblongo, quòd à Chaldæis & Rabbinis רשון Raschon appellatur. Septuaginta interpretes, & post illos Hieronymus ἄττακον, Attacum verterunt. Tertia species הרגל Chargol. Hebraicum Chaldæus paraphrastes retinet, qui vocat Chargola. Vetus interpres vertit ὀφιομάχον, de qua voce pòst. Kimchi Chargol exponit genus Locustæ. Quarta species Hebraicè הגב Chagab, Chaldeis Chargeba dicitur. Chagab D. Hieronymus Ecclesiast. vltimo dicit esse ambiguū, quòd & Locusta & Ἀττέλαβος potest transferri, & metaphoricè illo nomine significari senū crura tumentia, & podagræ tumoribus prægrauata. Atq; hæ sunt quatuor Locustarum speC. cies in vndecimo Leuitici commemoratæ, quæ Iudæis concedebantur in cibum, vt suo loco postmodum declarabitur. Rab. Selom. in Leuit. scribit Iudæos non posse has quatuor Locustarum species à se inuicem discernere. Sunt præterea tres aliæ Locustarum species, de quibus Ioel scribit cap. 1. & Amos 4. Prima dicitur גזם Gazam à גזז gazas, quòd tondere, radere, exscindere significat, quòd omnia è terra nascentia detondeat, depascat, & absumat. Chaldaicè Ioel. 1. Zachala vertitur, quod nomen generale est reptilium, à Zachal, quod repere siue serpere significat, inde Sechale ærets, id est, reptilia terræ Mich. 7. Apud Rabbinos passim ad significandam Gazam vsurpatur. Chimchi quoq; Ioel. 1. Gazam scribit esse vermem olera & præsertim brassicas abrodentem. Sic dicitur, quòd per humum rependo omnia absumat & perdat. Sunt qui Ioel 1. putant Βρῦχον posse verti, de qua voce infrà. Quinquarboreus in Amos 4. cap. dentibus, inquit, durioribus valet, ita vt arbores etiam comedere possit, vnde apud Amos scriptum est: *Et oliuas vestras comedet*. Septuaginta verterunt κάμπλω, id est, IelaK. Erucam. Secunda species apud Iolem est ילק Ielak quasi dicas Ligurio, à lakak, quod lambere, & lingere significat, quia herbas lambant & deuorent. R. D. Kimhi in 1. Ioel definit animalculum alatum instar Crabronis, sed minoris quantitatis, quod arborum folia depopuD latur, & in maxima multitudine vastat. Ielek Ioel. 1. Chaldaicè vertitur כורת Coret, ideſt, incidens. Nahū 3. *Gladius deuorabit te* Caiælæk, congregare, siue vt R. Abraham & Kimchi interpretātur, aggrauare Caiclek; & versu sequēte *ialaK expansus est & auolauit*. Hic Chaldaica versio nomen Ielek interpretatur partim nomine Sochala, ideſt, reptilis siue Vermis, partim Sochala. nomine Kameza, quòd & ipsum Locustam sic dictam significat, de quo suprà, à collectione Kameza. seu congregatione, (vnde & Camez punctum à collectione oris dictum volunt) quoniam gregatim siue agminatim volent. Syriaca quoq; noui testamenti versio eadem voce pro nomine ἀκρίδος vtitur. Eandem vocem Ielek Chaldæus Paraphrastes interpretatur nomine Pirha, quasi dicas motatio siue cursitatio, à perah id est, motū est, volitauit, cursitauit, eò quòd huc, atq; illuc vastando fruges cursitet, ac subsiliat. Secundum commemoratas ergò illas Chaldæas interpretationes colligitur Ialæk Locustæ genus esse, quod præter copiam & numerum volatu etiam præstat celeriore, & latiùs quàm cætera extenditur, pluresq; agros celeriùs conficit, atque consumit: vnde & Ieremiæ 57. legitur: *Adducite equos quasi IalaK aculeatum:*

Numerus singularis plo hebreis notat.

Goba.

Salaam. Sæla.

Raschon.

Chargol.

Chagab.

Gazam.

Zachala.

Pirha.

tum: & quinquageſimo primo: *Niſi impleuero te, hominibus quaſi Locuſtis*, & Pſal. 105. v. 34. de plagis Ægyptiacis: *Dixit & venit Arbe veiaLK abſq; numero.* Exodi 10. vox Arbe tantùm ponitur, quæ eſt generalis: *Et Locuſta abſq; numero.* Hinc rectè Grammatici Iælæk definiunt genus eſſe Locuſtarum numeroſum, turmatim volans, quod aculeo tanquam lingua vtitur herbis, & frugibus allambendis atq; corrumpendis accommodato. Porro Septuaginta interpretes plerumq; vertunt βρῦχον. Hieronymus & pleriq; Græcum vocabulum retinentes Bruchum vertunt, ſed cùm Bruchus, vt pòſt Græcam vocem explicando declarabo, Locuſta ſit etiamnum imperfecta, ſine alis: contrà Iælæk ſecundum Grammaticos, vt dictum eſt, propriè ſit genus Locuſtæ aculeatum pennatum atq; volans, meo iudicio plurimum differunt, quantum quod perfectum eſt, ab eo quod ſuam nedum perfectionem ſit conſecutum. Quidam apud Ioelem vertit pro Iælæk Erucam, quod quibuſdam viris doctis probatur, mihi autem non, ob allatam rationem. Dauid Pſal. 104. & Arbe & Iælæk nominans, docet in octaua Ægypti plaga non vnum ſæuiſſe Locuſtarum genus. Tertia deinceps Locuſtarum ſpecies apud Ioelem eſt חסיל Chaſil, quaſi dicas perditio ſiue abſumptio, ſiue depaſtor, à Chaſal, quod abſumere ſignificat, quòd omnia vaſtet & perdat, ita vt nihil reliquũ faciat, Deut. 28. *Sementem multam ſparges in terra, & modicum congregabis, quia à Locuſta Iechazilu*, id deuorabuntur omnia. Chal paraphraſtes Ioel. 1. vertit Schemota, vel vt tradit quidam, quòd longa ſit, & ſubtilis (id enim hoc nomen Thalmudicis ſignificat teſte Aruch) vel quòd terram incultã reddat, ſed quoniam שמט Schemat etiam rapere, euellere, extrahere in Targ. Eſther, necnon exilire Deut. 20. ſignificet, Schomota inde videtur eſſe dicta Locuſta, quòd huc & illuc ſaltando fructus, & grana euellit atq; perdit. 1. Reg. 8. Arbe & Chaſil coniunguntur. Septuaginta Ioel 1. verterunt ἐρυσίβλω per υ in antepenultima (nam ἐρισύβη per ιota aliud eſt, etſi vtrumq; frugum eſt vitium) id eſt, rubiginem vel robiginem, forſan quòd nomen Hebræo reſpondens, non inuenirent. Res tamen ipſa communis videtur: vt ſicut Vermis ſiue Locuſta Chaſil totum exhaurit & abſumit, ſic robigo in ſegetibus, nihil relinquat, quod ſit vſui. Chaſil autem Locuſtæ, aut Vermis noxij genus eſſe alia quoq; ſcripturæ loca teſtantur. Rubiginem quidam recentiorum putant Vermem eſſe, qui maximè rorem ſequatur. Hier. Rubigo rorem noxium ſequitur, qui cùm in folia depluit, ſole ſuperueniente animatur & viuit, varieq; plantis nocet. צלצל Thelatſal Deut. 28. ab Hieronymo etiam transfertur rubigo. Rabbi Selom. in commentar. ſcribit eſſe ſpeciem Locuſtæ: idem tradit Rab. Dauid in lib. Rad. Pagninus putat eſſe Cicadam; dicunt enim, inquit conſcendere arbores, & exugere earum folia. Addit Elias rationẽ nominis eſſe, quòd ſtrepitũ edat cymbalorũ more. Sed cùm & alij à צל vmbra deriuent, quã volatu ſuo obducit, vel quæ terram occupat, iudicandum eſt Locuſtam eſſe, tum inde, tum quòd ſenſus verborum id etiam indicent Deut. 18. 42. *Omnem arborem tuam, & fructum terræ* (tuæ) *depauperabit Locuſta.* חגמל Chenemal à quibuſdam exponitur genus grandinis, aut glaciei fortis: alijs frigus: Pſal. 78. 47. q. Locuſta, eò quòd maneret, & excideret virentia. Aben Eſra in lapide, id eſt lapidibus magnis è cælo demiſſis. In Syro Chaldaico dictiorio legitur Bachenomol, & exponitur etiam Locuſta, ſic dicta quòd בא veniebat, וח manebat. vel caſtrorum in modum locum occupabat, & מל ſe ſuccidebat. Gierat (Scaliger ſcribit Gierard) Bellunenſi exponitur Locuſta. Zizſa in continenti Raſis Locuſta magna eſt, & Bariol eidem Locuſta ſine alis. Apud Gentilem in expoſitione vocabulorum Kercules redditur Locuſta magni corporis, non habens alas. Troglodytæ teſte [a] Scaligero vocant Ambat. Apud Græcos, prout vario in modo inter ſeſe differunt, diuerſa nomina reperio, inter quæ tamen Ἀκρὶς vox videtur eſſe generalior ad quoduis Locuſtarum genus ſignificandum. Huius triplex etymum apud Grammaticos obſeruaui. Ἀκρὶς teſte Euſtathio ſecundum veteres dicitur à γράω, quod eſt, edo, cum adiectione literæ α, quaſi ἀγρὶς, & per inuerſionem Ἀκρὶς. Ἀκρὶς ὀξυτόνως Etymologo eſt animal παρὰ τὸ κάρη, id eſt à capite, & adiecta litera α ἀκαρὶς, & perſyncopen ακρὶς, hoc eſt caput non habens, aut paruo capite, aut quòd magnum caput habeat, aut παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φύτων νέμεσθαι, quòd ſummitates ſegetum, & plantarum depaſcatur. Quod poſtremum etymum communius à doctis recipitur, & ab edendo Euſtathius, vt oſtendi, dici voluit. Locuſta diminutiua voce dicitur Ἀκρίδιον, Latini reddunt Locuſtula. Ἀττέλαβος Ariſtoteli memoratur Locuſtæ ſpecies, de qua loquens [b] Plinius, Græca ſeruata voce, Aduerſantur, inquit (Apibus & Veſpis, & Crabronibus) & Locuſtarum minimæ ſine pennis, quos Attelabos vocant. Scribitur & Ατταλὶβος cùm apud Heſychium, tùm apud Plutarchum in ſympoſiacis. Eſt autem Ἀττελάβος ſiue Ατταλὶβος, Heſychio εἶδος κνωδάλου ζῴου μικροῦ καὶ λεπτοῦ, ſeu ſpecies ἀκρίδος, & quidem ἀκρὶς μικρὰ, vt Suidæ quoque ἀκρὶς τις, Locuſta quædam. Sic Hieronymus etiam apud [c] Nahum prophetam, Locuſtæ, inquit,

Ielek non eſſe Bruchum.

Chaſil.

Schemota.

Rubigo quid.

Thelatſal.

Chenamal

Gierat. Ziſza. Bariol.

Kercules.

[a] *Exer.* 192.

Ambat.

Locuſtula.

Attelabus.

[b] *Lib.* 29. *cap.* 4.

[c] *In Comment.* 3. *cap.*

A inquit,& Bruchus, & parua genimina Locustarum, quæ vocantur Attelabi. Et mox. Porrò
» Attelabus,quem significantius comestorem interpretatus est Aquila, parua Locusta est in-
» ter Locustam & Bruchum,& modicis pennis reptans potiùs quàm volans, semperq; subsi-
» liens;& ob hanc causam vbicunq; orta fuerit, vsq; ad puluerem cuncta consumit, quia do-
» nec crescant pennæ, abire non potest. Et rursum. Confertur exilienti Attelabo,& Locustæ,
» quæ in die frigoris,eò quòd auolare non possit, resident in sepe, & postea orto sole, & illius
» ardore calefacta exiliat,& ad alias regiones auolans,nequaquam meminerit sepis,in qua tẽ-
pore frigoris sederat. Hæc omnia D.Hieronymus. Videtur porrò ὁ Ἀττελαβος dici παρὰ τὸ ἄπτειν, quoniam paruas habens pinnas, subsilit potiùs quàm volat. Notandum Plinio planè pennis carere,D.Hieronymo alas habere, sed paruas, vt etymum nominis quoq; indicat: quin & apud [d] Plutarchum lego Lemnios galeritas honorare,quia Ἀττελαβων (Bruchorum vertit interpres) oua confringat, quod generatim de Locustis scribit Plinius, quanquam Gracculos ibi,non Galeritas ideo honorari scribat, quare non probo,qui apud Dioscoridem duo Locustarum genera facientem,alatum vnum,sine alis alterum, hoc postremũ Attelabum Plinij esse volunt:nam quantum ego percipere potui, Bruchus potiùs erit. Vo-
B catur autem id Dioscoridi Ἀσίραχος (Hermolaus corruptè legi ait Asitacon & Assiracon,legitur etiam teste Vvottono Axiarchus: sunt qui pro ἀσίραχος habent Ῥίξαχόσκη, vt annotat author thesauri linguæ Græcæ in sua Appendice) aut ὄνος, vel vt Scaliger legit, ὄνισκος, id id est asinus,vel asellus,facto,vt videtur nomine à tardiori motu,quoniam alis cùm careant, alatis comparatæ,segnes videantur; quanquam [e] Scaligero quiduis potiùs,quàm asellorum vel speciem, vel lentitudinem referre videantur ad appellationem consequendam. Paulo Æginetæ ὄνος ἄπτερος nominatur; ego Bruchum verterem,quem alis prorsus carere subinde docebo. Scaliger dum dixisset Plinij Attelabum esse, subiungit idcirco asellos dictos quosdam authores esse, ob pigritiam si cum alatis comparentur. Saliunt tamen, atque adeo, vt ab Italis Cauallette, à Gallis Saltatrices meruerint appellari. Non desunt qui eos Bruchos putent esse Bibliorum.Scriptum est in historijs Abissinorum:ab his fruticum etiam excindi truncos,vbi ad alius inopiam pabuli deuentum sit. Tum alas suboriri,quarum perfectarum præsidio abeuntes vestigent parentes suos. Hæ sunt illorum atq; etiam Mauritanorum superstitiosa verba. Hæc Scaliger. Fallitur Hermolaus,qui apud Dioscoridem cap.
de Ono, qui Latinis Millepeda vocatur, inquiens esse etiam Locustæ genus, quod Onos, &
C Millepeda vocatur. Non enim Onos vocatur, quòd plures, quàm cæteræ Locustæ habeat pedes, sed quòd Aselli instar pigra sit, quin pedibus carere tradit Dioscorides. Porro verba prophetæ quorum supra in explicatione Attelabi meminimus, hæc sunt: Βρῦχος ὥρμησε καὶ ἐξεπετάσθη. Ἐξήλατο ὡς Ἀττελαβος, ὁ σύμμικτός σου, ὡς ἀκρὶς ἐπιβεβηκυῖα ἐπὶ φραγμὸν ἡμέρᾳ παγῶσι ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ ἀφήλατο, καὶ οὐκ ἔγνω τὸν τόπον αὐτῆς. Vbi Bruchus Hieronymo est animalculum nihil volare valens, & ventri tantùm studens, Attelabus saltans potiùs, quàm volans, paruis alis: Locusta iam perfectas alas habens. Et [f] Alberto Bruchus est primus partus Locustæ, & cùm efficitur maior, vocatur (inquit)Archalabus (lego Attelabus) & quando perficitur,est Locusta. Bruchus autem,quòd adhuc immobilis est,totum depascitur, vsq; ad radices nihil viroris relinquens. Liranus etiam Bruchum, & Locustam differre scribit,sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. Bruchus, inquit Glo-
» sa,vocatur fœtus Locustæ,antequam alas habeat, deinde cùm incipit parum volare Attela-
» bus dicitur,cùm verò pleniter volat, Locusta dicitur. Multoq; grauior est Bruchus, quàm
» Locusta,vel Attelabus, quòd iacens in vno loco radicitùs comedit fructus. Sic & [g] Chryso-
D stomus ad ea verba, *Venit Locusta & Bruchus* &c. Locusta, inquit, & Bruchus non simul exi-
stere solent;aut enim præcedens Locusta Bruchum parit; aut Bruchus auctus in Locustam tandem euadit. Βρῦχος Varrino est εἶδος Ἀκρίδος παρὰ τὸ βρύκειν, τουτέστιν, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Μάσαξ καλεῖται, παρὰ τὸ μασᾶσθαι. Καὶ βρῦχος ἡ Κάμπη, ἡ ἡ νεογενὴς, καὶ ἄπτερος ἀκρὶς genus Locustæ ita dictum à vorando, quod & Mastax dicitur à mandendo; item Bruchus, Eruca primũ nata,& Locusta alis carens.Suidę pariter,& [h] Scaligero Βρῦχος est κάμπη Eruca. Hic enim Bruchum, Theophrasti,& Dioscoridis Ericam (sic habet meus codex, sed lego Erucam) esse ait, & à Lombardis Bruc dici, à suis vicinis Brecole, à Romanis qui sunt in
» Gallia,Brughiera, Vasconibus Brana; nasciq; in terra frugum fœcunda ex ouis,quæ parens
» ibi deposuit, postquam segetes ibi consumpserit. Alphonso Tostato Bruchus animal est
» paruum, quantitatis Muscæ nigerrimum, quòd demolitur vineas, & idiomate Hispano dicitur Pulgon siue Brugo; item fœtus Locustarum. quod primum animalculum Ips fortè fuerit. Βρῦχος verò Etymologo,& in lexico veteri cæterisq; rectiùs dicitur esse εἶδος ἀκρίδος παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν, pleonasmo τὸ, & τροπῇ τοῦ κ quasi βρυχος. Vnde fortassis Ita-

lorum

Attelabus vnde dict⁹.

[d] *Lib.de Iſide et Oſirid.*

[e] *Exer.192.*

Aſellus & vnde dict⁹.

Hermolai error.

Millepeda.

Bruchus quid.

[f] *Lib.26.*

Bruchus vt à Locuſta differat.

[g] *Pſal.4. in Homil.*

[h] *Exerc.36.*

lorum broccare pro vorare, qua voce de capris ferè vtuntur, quæ omnia abſumunt, aut bro- E
chezzare, quod eſt folia & cymas decerpere, & Germanorum Bruchen, quod conſumere, &
& conficere ſignificat, necnon Belgarum brocken, quod eſt minutim conſcindere. Βρῦχον
Ionicè Heſychio eſt Ἀκρίδων εἶδος, ſpecies Locuſtarum, qui etiam addit, Cyprios viridem
Locuſtam vocare βρῦχαν: Tarentinos autem Ατελάβον; alios ἀρραίαν Μάντιν. Author
theſauri linguæ Græcæ innuere videtur βρῦχος non eſſe vocem Græcam, ſed à recentioribus
Græcis receptam à Latinorum Bruco, nam in dictione Μελολόνθη ſic ſcribit. Ab authore
γεωπονικῶν vox latina vſurpatur in βρῦχος commutata; ſed ſi latina eſt, mirum fuerit [i] Pli-
nium non meminiſſe. Verba Geoponici ſunt, περὶ τὸ ϛέλεχος τῆς ἀμπέλε παρὰ τὴν ῥίζαν
[i] Lib. 13. τρῶς κόκκε σινήπεως χῶσον. φυτευόμενα γὰρ ταῦτα τῇ ὀδμῇ τὸν βρῦχον ἀναίρει. In lexico
Latinogræco veteri Bruchus dicitur βροῖκος, Μωρὸς, ἠλίθιος, βραδύς. Βρόκοι Heſychio ſunt
Ἀτελάβοι, Ἀκρίδες; pro qua infra Βρῦκοι & βρῦχοι. At βροκὸς eidem eſt μωρὸς, ἠλίθιος.
Aliquanto pòſt apud eundem βρόκων, ἀμαθὴς, ἀπαίδευτος: ſed μωρὸς, ἠλίθιος, & βραδὺς
ſtolidum ſignificãt, & inſipidum, neq; ad Locuſtas, aut Bruchos pertinent. Quidam incogni
tus, qui commentaria edidit in Pſalmos Dauidis, Bruchũ ſcribit dici à brachys, quod eſt bre
ue, eò quòd breuis ſit, & Bruchum exponit paruum Vermem à Locuſta generatum. Brucus F
[k] Lib. 12. cap. 4. denique [k] Iſidoro eſt, cuius penè totum corpus in ventre colligitur: ſed in tribus exemplari-
bus manuſcriptis id non legitur. Vbi apud Septuaginta in Complutenſi editione legitur Le
uit. 11. καὶ τὰυτα φάγεσθε ἀπ' ἀυτῶν τὸν Βρῦχον, καὶ τὰ ὅμοια ἀυτῷ. Καὶ τὸν Αττακὸν, καὶ τὰ
ὅμοια ἀυτῷ. καὶ τὸν ὀφιομαχὶν, καὶ τὰ ὅμοια ἀυτῷ. καὶ τὴν Ἀκρίδα καὶ τὰ ὅμοια ἀυτῆ. id eſt, Et
hæc comedetis ab ipſis, Bruchũ, & ſimilia illi, & Attacum & ſimilia illi, & Ophiomachen, & »
ſimilia illi, & Locuſtam & ſimilia illi: D. Hieron. Græca vocabula Latinè reſeruauit: Com- »
edere, inquit, debetis vt eſt Bruchus in genere ſuo, & Attacus & Ophiomachus atq; Locuſta, »
ſingula iuxta genus ſuum. In alia editione legitur τὸν Ἀττακὶν. Cùm itaq; hîc Ἀττάκης, vel
Ἀττάκος, & Ὀφιομάχης numerẽtur inter reptilia volucria, queq; quatuor ingrediẽtia pedib⁹,
longioribus itẽ pedibus ſubſaltitant, Ἀττάκος fortè idẽ erit, quod Ἀτελάβος, vt rectè quoq;
iudicat author theſauri linguæ Græcæ: de Ὀφιομάχῳ non eſt dubium, nam & Suidæ Ὀφιο-
μάχης eſt εἶδος Ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτέρα, genus Locuſtæ ſine alis. Sed Heſychius habet Ὀφιο-
μάχος, & exponit Ἰχνεύμων, & ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτέρα. Nos Locuſtam Serpẽtibus pu-
gnare infrà ſuo loco dicemus ex Ariſtotele, Plinio & alio quodã oculato teſte, & Ὀφιομάχος
aliàs eſt, qui ſerpentibus pugnat. Sunt qui Stellionem interpretentur. Alij interpretantur G
genus volucris, aut Lacertæ pugnantis cum Serpentibus, vnde nomen ſit ſortita. Μάϛαξ vt
Euſtathius tradit ex lexico Rhetorico inter alia ſignificata erit Ἀκρὶς Locuſta: Similiter & Ni
[l] In Theria- cã. candri Scholiaſtes Μάϛακι exponit Ἀκρίδι in hoc [l] Nicandri loco:

Μάϛακι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τοι δ' ὑπὲρ ἄκρων
Ἱπτάμενοι ἀτερων, λεπυρὸν ϛάχυν ἐκβόσκονται

Heſychio quoq; Μάϛαξ eſt non ſolùm ϛόμα & ἔνθεσις, ſed etiam Ἀκρὶς. A μάϛαμαι autem
[m] Lib. 3. cap. 25. deriuari Μάϛακα teſtatur Euſtathius. Locuſtas rodentes ſata, inquit [m] Cælius Rhodiginus,
Bruchos appellari & Attacos, atq; ita Maſtacas vti eſt apud Nicandrum: Alij tamen, inquit,
[n] Eclyl. 10. ſunt, qui vniuerſum Locuſtas dici Maſtacas velint, idq; in Ambracia in primis. Apud [n] Theo
critum in hoc verſu:

Μᾶντις τοι τὰν νύκτα χροΐσεται ἀκαλαμαία

nonnulli καλαμαίαν vertunt Locuſtam, ac ſic dictam poëtę volunt, quòd in ſtipulis naſcatur,
atq; arrodat ariſtarum ſummitates, μάντιν verò vocari, quòd famẽ prænunciet, quià cùm plu
rimæ naſcuntur, prænunciant eo anno difficultatem frumenti, & hoc quidem benè, ſed καλα
μάϊα adiectiuum eſt, μάντις verò Locuſta, vt meminit etiam his verbis [o] Cælius Rhodigi- H
[o] Lib. 30. cap. 22. nus, proditur memoriæ in Græcorum cõmentariolis quibuſdam, eſſe Mantim Locuſtæ ge- »
nus, quæ in ſtipulis enaſcatur, virens colore, corpore prælongo, pedibus item prælõgis, quos »
& agitat aſſiduè. Ex qua ratione ſunt, qui putent præmacram, & prætenuem ſignificari puel »
lam à Theocrito. Ariſtarchus in commentariolo Lycurgi, Locuſtam hanc ſcribit, ſi quod in- »
ſpexerit animal, protinus illi quippiam producere mali: vnde, inquit, Μάντις dicitur ἐπιβλα- »
βὴς καὶ χαλεπὸν ὁρῶσα, hoc eſt, Mantis vocatur, quæ noxij moleſtiq; aſpectus eſt: vel dicitur »
Mantis, quia Locuſtis aduentantibus, præſagium ſit ingruentis penuriæ. Sic ille. Idem ſcribit »
Zacharias Caliergus Theocriti Scholiaſtes alius Græcus, qui nouiſſimè prodijt ex officina
Cõmeliana. Eſt autem Poëtæ ſenſus, Amica tua, quæ nigro, & macro corpore eſt, ſicut Locu
ſta, ad inopiã, & famem te rediget, arrodens rem tuam familiarem, ſicut Locuſtæ ariſtas arro-
dere ſolent. In quo ferè ſenſu hoc lego apud Pſaltem, Sicut vmbra deplorans miſerrimum re
rum ſuarũ ſtatum, dum inclinat tranſeo, excuſſus ſum quaſi Locuſta. Nam & hanc ſimilitudi

nem

A nem multi ad corporis maciem nimio mœrore cõtractã referunt, quòd Locustæ tenues sint, atq; leues: alij ad iniurias quibus animalculũ hoc est expositum, cùm sæpe ventorum vi magna agmina Locustarum abripiãtur, & præcipitentur in mare, vel in loca deserta. Suntq; qui hoc simili instabilem Dauidis conditionem exprimi volunt, quòd Locustarum instar huc atq; illuc migrare, & quasi saltare cogatur, nec habeat certã aliquam, & quietam sedem. Sed vt ad dictionem Μάντις reuertamur, Μᾶντις, inquit Hesychius, ὁ ἐν τοις κήποις βάτραχος, καὶ εἶδος Ἀκρίδος, hoc est, Mantis est rana in hortis, & genus Locustæ: Hoc repetit Varrinus. Et apud Suidam inuenio inter μάντις significata, ἔστιν Ἀκρὶς δυσκίνητος χλωρὰ καλουμένη Μάντις. ἧς τινος προσέχοντες ταῖς κινήσεσι μαντεύονται. Est Locusta pigra seu ad motum difficilis, viridis Mantis vocata: aliquid abundantes motibus vaticinantes. Κόρνωψ Eustathio alijsq; affertur pro Locusta, Hesychio verò & Varrino Κορνώπιδες sunt Κώνωπες, Culices. Κορνωπίων tamen Hercules dici meruit à fugandis Locustis, vt dicemus. Πάρνοπες quibusdam exponi genus Locustarum diximus in Vespis. Sed cùm Pausanias ponat in genere volatilium maleficorum, quæ segetes exedunt, & Aristophanes vuas dicat depascere, arbitror è Locustis esse, cùm quòd harum illud ferè sit proprium inter alata Insecta, tùm quòd ab alijs ita quoq; ver
B ti videam, & priuatim Hesychio Πάρνοπες sunt Ἀκρίδες. Suidę quoq; Πάρνοψ est εἶδος ἀκρίδος; οἱ δὲ Μιλίσιας ἀγρίας, καὶ κλίνεται Πάρνοπος. οἱ δὲ κώνωπας Ἀριστοφάνης. Eadem ferè Varrinus repetit. Sunt qui Πόριοπες scribant. P Plinius alibi esse scribit animal Locustæ simile sine pennis, quod Tryxallis Græcè vocatur, Latinum, inquit nomen non habet, vt arbitrantur, nec pauciores hoc esse, quod Gryllus vocetur. Ex his viginti torreri iubent, ab bibi è mulso contra orthopnæas. Et q alibi rursus de eodem, Tryxalidum cinis margines vlcerum duros aufert cum melle adiuuat purgationes parientium. Ego id nomen apud Græcos non reperio; quare suspicandum est, Troxallis legendum esse, licet huius vocis significatio nõnihil variare videatur. Apud r Athenæum, vt in Eruca dictum est, Vermis genus est, quod olera consumit, nimirum Eruca. Sed ex s Æliano constat, Locustę genus esse, cùm ἀκρίδα, πάνοπα, & Τρωξαλίδα simul nominet; distinguatq; solo sono: καὶ βομβᾶσαν ἀκρίδα, καὶ Πάριοπα ὑποκορίζοντα (aliàs ὑποκορίζοντα) καὶ μὴ σιωπῶσαν Τρωξαλίδα, & bombis strepere Locustam, & Parnopem sono minuto obstrepere, neq; silere Troxalidem. Vbi interpres Tigurinus Parnopa interpretatur Locustę, vel Culicis speciem, vel Apiculam syluestrem (secutus vt videtur Suidam & Varrinum) Troxalidem ait esse, qui Gryllum ex Plinio vertant. Volunt non-
C nulli Locustas in Ionia à pennarum numero Tetrapelyridas vocari. Apud Aristophanem Acharn.

Ἀλλ' εἴτι βάλει πρίασο τῶν ἐγὼ φέρω,
Τῶν ὀρταλίχων, ἢ τῶν τετραπτερυλλίδων:

Scholiastes exponit τῶν Ἀκρίδων, Locustarum, παρὰ τὸ τέτταρα ἔχειν πτερὰ, id est, quòd quatuor habeant alas: eadem lego apud Varrinum. Suidas eandem reddit etymologiam, sed Locustã esse nõ dicit. Et Cicadę etiã τετραπτερυλλίδες dicũtur, item Ὀρσοδάκναι quas Mordellas Gaza vertit; adeo vt epitheton potiùs, quàm synonymũ sit, vt voluisse etiam videtur author Thesauri linguę Græcæ. Ἄβρωτον apud Varrinum legitur, diciturq; esse genus Cochlearũ, secundum alios Apum: quibus addit quosdam legere Ἄπρωτον, eoq; nomine intelligere λῃστῶν, prædonum. Ex quo intelligitur, hoc Ἄβρωτον siue ἀπρώτων esse pluralis numeri, & genitiui casus, non autem nominatiuum singularem, vt existimarunt vulgaria lexica. Ἄχηρον Cretenses teste Hesychio dicunt τὸν ἀκρίδα, Locustam. quod Varrinus quoque repetijt. Suidæ Ἀχήρας est nomen proprium, & ὁ σκώληξ, id est Vermis: fortassis Locusta, vel Bruchus. Ἀβαδδὼν legitur in nono Apocalypseos de Angelo Abyssi, siue perdente; sunt
D qui regem Locustarum interpretentur nocentium hominibus; sed Locustæ, vt pòst patebit, rege carent. Βρίττανα Hesychio, & Varrino est φοβαρὰ, Cretensibus ἀκρὶς Locusta. Ῥιζοχόσκης Locusta nonnullis vertitur, ab hiatu fortè oris patentiore, nisi rectiùs scribendum sit Ῥιζοχόσκης. Μολυρὶς dicitur esse σιτοφάγος ἀκρὶς Locusta frumenta rodens, aut deuorans. Apud Nicandrum de Chelydro serpente in hoc versu,

Ἀγρώσσων λειμῶσι Μολυρίδας ἢ βατραχίδας

Scholiastes Μολυρίδας esse dicit animal simile Locustis. At μόλυροι ab eodem poëta numerantur inter serpentes, & eos quidem innoxios; adeo vt Μολυρὶς, & μόλυρος plurimùm differant. Μολυρίδαι Hesychio sunt βατραχίδαι, & τῶν ψαχύων τὰ γόγατα. Suidas Μολυρίδας vocari scribit τὰς ἀκρίδας, Locustas: apud quem legitur & μολυρίδος κεφάλαιον: Fortè ita dicta fuerit Locusta ἀπὸ τῦ μολυρᾶ, quod Hesychio est νωθρὸν, βραδὺν segne, tardum: item ἀνιαρὸν, λυπηρὸν, ἀηδὲς, ἀχάριστον; dolorificum, molestum, iniucundum, ingratum: Si quasi segne vocari dicamus, cõueniet significatio Bruco, posteriora omnibus Locustis cõpetunt.

P *Lib.* 30. *cap.* 6. Tryxallis.
q *Lib.* 30. *cap.* 13.
r *Lib.* 3.
s *Lib.* 6. *cap.* 19.

In veteri lexico ex Maximo Tyrio Μιλονομεὺς ponitur pro quodã genere Bruchi. Atq; hæc de ſynonymis cùm Hebraicis, tum Græcis, ex quibus ſatis patere puto Arbeh Hebræorũ & Græcorũ ἀκρὶς nomen videri generaliſſimum; idem de Latinorum Locuſta dicendũ, quam volunt Grammatici dictam ab vredine locorum, quaſi loca vrens ſiue exuſtulans. Iſidoro verò, & Lyrano ſic videtur dicta, quòd longis ſit pedibus; vnde & eam tam maritimam, quàm terreſtrem (addit Iſidorus) Haſtago appellant, quòd poſtremum etymum aſtruit [t] Albertus Magnus, improbans alios, quibus dicitur quaſi loco ſtans. Italis vocatur Caualletta, vel à ſaltibus, quos exercent, vt Scaliger voluit, vel fortè, quòd equũ capite quodammodo referant. item Saltello, Gallis Sautarelle, Hiſpanis Logoſta di tiera, & Gafantholes grãdes: Germanis Hevvſchreckẽ, fortaſſis quòd in fœni aceruis deliteſcãt, maximè vbi recens refectũ de pratis iam conuectũ eſt: item Veyualter, quam vocem ex veteri Gothica lingua dimanaſſe volunt. Belgis Sprinckhaen, quaſi Gallus ſubſiliens. Polonis Konik, Szarancza, Vngaris Sáska.

Locuſta vnde dicta.

Haſtago.

[t] *Lib. 26.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ.

VARIAVIT, inquit [a] Marcellus Virgilius, admirabili artificio Locuſtas Natura. Nec facile eſt toto orbe naſcentiũ colores, formas, motus, diſcriminaq; alia penè innumera cõmentationis huius noſtræ anguſtijs cõplecti: Nec qui hactenus id egerunt, totã expleſſe rem nobis videntur; neq; immeritò. Quis enim tot primùm in eodẽ colores facilè deſcripſerit? quis tã diuerſas corporũ formas, quis ingreſſus, ſaltus, volatusq; earũ? Sũt enim quæ virides, quę nigræ, quæ liuentes, quæ aliqua parte hunc, alia illum colorem oſtendant. Sunt quæ volãtes tantùm latentem antea colorem aliquẽ proferant. Sunt quæ ſimplicibus, quæ pluribus alis volent, quæ alis carentes ſaltent, quæ vtroq; hoc motu priuatæ ingrediantur tantùm. Sunt quæ lõgioribus, ſunt quæ breuioribus, & paucioribus, lõgioribusq; internodijs. Sunt quæ canãt, quæ mutæ ſint; quæ per diẽ, quæ in tenebris tantùm audiãtur; & ne longiores ſimus; Sũt quæ nihil homini in re ruſtica noceãt, innocentesq; à pueris capi ſe patiantur: Sunt contrà quæ peſtem, & calamitatẽ ſatorum omnium totis regionibus afferant, illataq; fame antiquos agros deſerere ſepenumero gẽtes coegerint. Hæc ille. [b] Scaliger noſtrates alias dicit eſſe virides, alias ſuluas, alias colore ſquillarũ marinarum: Æthiopicas rubras, aut luteas. Ego ſanè plurimas cùm figura corporis, tum coloribus differentes obſeruaui, alatasq; & non alatas, ſed nigras nunquã: earũ ſubinde deſcriptiones vnà cum ſingularum iconibus lectori ob oculos ponã. Indicas deſcribit Plinius ternũ pedũ magnitudine cruribus ſuis ſerrarũ vsũ ſubire.

[a] *In lib. 2. Dioſc. c. 24.*

[b] *Exer. 192.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

QVOD ad formam corporis Locuſtarum attinet pauca apud Ariſtot. & Plinium reperio. Author de natura rerum, Locuſta, inquit, colore viridis eſt, ca» put habẽs formatum vt equus, os ad modum quadranguli, aculeum pro cau» da, crura lõgiora, & ad ſeipſam reflexa; vnicum inteſtinum ſanie, & immun» ditia repletum. Sic ille. Huius Locuſtæ (nã vni priuatim ea deſcriptio conue» nit) iconem mox dabo. Apud [a] Albertum reperio hoc ſcriptum de Locuſta. Caput habet, figura equi, & ante os duo additamenta dura, quę ſimul vicem labiorum ſup» plent, & dentium: dura eſt ante, & dura eſt poſt ſuccinctorium habens quaſi cornua phy» lana pro cauda; lõga retrò habet crura ad ſaltum, & quatuor alia in vno latere, & quatuor in alio ad gradiendum: alas etiã quatuor mobiles habet ad volatum membranales, & inteſtinũ» vnum ſorde plenum, quæ eſt ſuccus plãtarum. Sed nota, quod decem pedes tribuat Locuſtæ» Albertus, cùm ſex tãtùm habeat, ex quibus quidem duos poſteriores cęteris lõgiores eſſe veriſſimum eſt, vnde μεγαλόκωλος Dioſcor. hoc eſt prælongis cruribus, vt Ruellius vertit, nominatur, quãquã ſint qui craſſioribus cruribus vertendũ perperã velint. Eiuſmodi pedes alibi idẽ [b] Dioſcor. ἀκρίδια δίκωλα, hoc eſt Locuſtas paruulas bipedes vocauit, Auena, inquiẽs, genicula quædã habet, folio & ſtipula triticum imitatur, & in cacuminib⁹ dependentes par» uulas veluti Locuſtas bipedes gerit, in quib⁹ ſemen cõtinetur: Quod & [c] Plinius tradidit, fo» lio & ſtipula triticum imitatur, in cacuminibus dependentes paruulas velut Locuſtas habet.» Sic hîc Hermolaus reſtituit, nã perperam lobos legebatur. Vſus poſteriorum pedũ, de quib⁹ ſermo, eſt ad ſaliendum, quod meminit etiã cõmunis præceptor [d] Ariſt. his verbis: Poſteriora» crura medij lõgiora ſunt, vt ambulent melius, & attollãtur faciliùs de terra, cũ auolare libet.»

Quot pedes habeãt & quales.

[a] *Lib. 26.*

[b] *Lib. 2. cap. 116.*

[c] *Lib. 22.*

Pedum poſteriorum vſus.

[d] *Lib. 4. de part. cap. 6.*

Quod

A Quod planiùs ea ostẽdunt, quæ saliunt, vt Locustæ & Pulices. Cùm enim inflexa rursus cõ-
» nixa extẽdunt, attolli de terra necesse est. Locustæ nõ parte priore, sed posteriore habent cru-
» ra illa ad gubernaculorũ effigiem condita. Suffraginẽ enim intus flecti necesse est, quod nul-
» li crurum priorum datũ est. Omnibus his seni pedes, ijs etiã quorum enixu saliunt, enumera
tis. De hoc eodẽ vsu loquens Galenus, eadẽ ferè habet, quæ Arist. quin Aristotelẽ citat, atq;
opinionẽ eius omnino recipiendã esse iudicat; quẽ lector plura volens adire poterit. Plinius
tradit hosce Locustæ pedes foris curuari, Insectorũ, inquit, pedes quibus sunt, in obliquum
mouentur, & quorundã extremi longiores foris curuantur, vt Locustis. Idem [c] alibi Nigidiũ
scribit, & Locustis, & Cicadis oculos negare, sed cùm & Locustæ, & Cicadæ Plinio etiã sint
marinæ, dubium videtur, de terrestribusné an de marinis id debeat intelligi. Mihi vtrumq;
» falsum videtur: etenim nonnullis interpositis Plinius de marinis agens, Locustis, Squillisq;
» inquit, magna ex parte sub eodem munimento (crustarũ) præduri eminent oculi. Et subinde
» de Insectis subiungit: Insectorũ omnium, & quibus testacea operimenta, oculi mouẽtur, sicut
» quadrupedũ aures: adeo vt & terrestribus oculos esse nõ neget, si omnibus conueniat eos au-
rium modo mouere. Senectam exuit teste [f] Philos. quo tẽpore eius operculũ circũrumpitur,
B vt omni vermicularia prole. Claudianus de Locusta tale scripsit carmen in suis Epigrãmat.

*Horret apex, capitis, medio fera lumina surgunt,*
*Vertice cognatus dorso durescit amictus*
*Armauit natura cutim, dumiq; rubentes*
*Cuspidibus paruis, multis acuêre rubores.*

[c] *Lib.* 11. *cap.* 37. An oculos habeant.

Senectam exuit. [f] *Lib.* 8. *ca.* 17. *Hist.*

Quæ sequũtur descriptiones ad icones Locustarũ pertinẽt, quas author obseruauit, & hisce tabulis expressit. Inter quas omniũ maxima est, quæ prima depingitur alis clausis, & rursus apertis, à capite ad extremũ alui vsq; cõmensurata lõgitudine sex digitos explet extẽtis verò pedib⁹ digitos decẽ. Reperitur in nostris collib⁹ nõnunquã inter herbas in locis ferè ĩcultis. Capta acriter mordet, dolorẽ inferens haud exiguũ. Oua mihi peperit innumera, quę omnia animari nõ puto: nã si ita esset, inextinguibilis semper earũ esset numerus, omnẽq; quotannis segetẽ absumerent. Volat magis, quàm salit: quamobrẽ pedes natura dedit anteriores, nescio ad quẽ vsũ, nisi ad hęrendũ, cui inuolat firmius tenaciusq; crassiores, cùm in cęteris posterio res crassitiè præcellere soleãt, vt ijs insistentes faciliùs saliturę à terra eleuẽtur. Toto corpore, pedib⁹q; colore vestitur gramineo viridi, aluus tamẽ nõnihil per interualla rubet, potissimũ
C in superiori parte. Differt ab alijs nõ sola magnitudine, & ventris crassitie (crassus est autẽ pol licem) sed & partiũ quarundam situ, & figura. Capite Perlam vulgò nominatã potiùs quàm Locustas, quæ equinum quodãmodo caput habent, exprimit. Dorsum gibbosum est, è priorũ pedũ regione, longiùs quàm alijs: pedes anteriores, quos diximus posterioribus esse crassiores, è principio ferè pectoris ortũ suum habẽt, in extremo chelis astacorum more insignes subflauis, neutiquam serratis, sed ipsi inter primũ, & secundum articulum insigniter serrati sunt, vt minus horũ exemplo Plinium miremur, qui ex Indicis serras fieri tradidit: Medij sub alis oriuntur, anterioribus breuiores, quibus ferè cõtigui postremi, omniũ longissimi. Alę intus argento resplendẽt, albo cinereoq; variãtes, in extremo virides; viridi includuntur tegmine siue vagina. Antennas è fronte exerit exiles, breuiusculas, subflauas. Ex minimis est, tertio loco picta Locusta, dorso ac vagina rubicundis, aluo nigra, luteis zonis distincta. capite planè equũ refert. Antennas habet breuissimas, breuissimosq; pedes anteriores, & medios, postremos cõtrà longissimos lutescentes. Mediocribus adscribenda est quarta, toto corpore flauescens, Tænijs quibusdam fuscis trãsuersalibus insignita. Pedes, ac potissimùm postremi
D albo nigroq; distinguuntur. Aluus coloris castanei diluti, respersa multis maculis, exiguis, fu scis. Alæ vaginæ includę ex cæruleo diluto perpulchrè admodũ virescunt. Quinto, & Sexto loco posita ex maximis est medium digitum corporis crassitie æquans, palmũ ferè longa, capite viridi, nec nõ toto capiti continuato articulo, qui in dorsum deorsum excurrens triangu lari cuspide, ac squamaceis marginibus cuculli cuiuspiã speciem præbet, medio accliui, & in acumen surgente supercilio à frõte ad alarum principium, quod ipsum integit, disseptus, in cuius lateribus vtrinq; lacunæ quædam, seu scrobiculi in longum excauati hinc ab hoc ipso medio gibberæ, illinc exiguo tuberculo cõstitutæ. vti inter montes valles mediæ iacere so lẽt, colore nigro distinctæ spectãtur. Ocelli vt cãcri immobiles, nigri, minimè sphærici, sed lõ giores, quàm latiores. Inter hos medios duæ nõ ita longæ nempe digitũ tantũmodo, antẽnæ extant. Reliquũ corpus, nẽpe pectus latũ, ac cõpressum, ac æquabile; aluus nouenis coagmen tata inciſuris, quę veluti loricatũ lamellæ exterius imbricatim sese excipiũt. Petilli item qua-terni, nempe antici, & medij coloris cinerei; postici verò longissimi, quibus tãquã remigibus nixa sese vibrans procul salit, versicolores sunt. Fęmen enim nigris maculis notatur, femur


1
2
3
4

A verò viridi,& subalbido variat. Tibia ac pediculi instar serræ dentati, dilutè punicea sunt. Alæ media sui parte vltra extremam aluum in longum protenduntur, quaternæ. Harum binæ superiores fusco, & balio maculosæ. Inferiores ex fusco argenti splendore micant, ac à volatus officio cessante insecto, minimè vt illæ simplæ sunt, sed decuplo rugarum ordine in se complicatæ, quomodo mantilia extergendis manibus dicata, & puerorum illæ ex charta laternæ viæ duces, multiplici plicarum serie sibi mutuo incumbentium componi solent; quas cùm ad volatum explicat, in trium digitorum latitudinem distensas est intueri.

Secũda Tabula duodecim habet Locustarum diuersas species. Prima è maiorum genere dorsũ habet colore ochrę nigris minutis pũctis siue guttulis consperso. Alarũ tegmen virides cit, & eiusdẽ coloris & magnitudinis punctulis notatur. Caput, pectus & aluus itẽ pedes viridi ochroq; variãt. Aluus in aduncũ aculeũ orhrę colore desinit; capite Perlis similis est. Antẽnas habet mirę lõgitudinis, & tenuitatis, rubicũdas subrutilas. Nu. 2. Locusta capite & antennis Cochleã siue Domiportã ęmulatur. Capite, nisi oculi id proderẽt, carere videretur.




Antẽnę crassæ sunt, & crassa quoq; admodũ femora posteriorum pedum. Alas habet corpore protensiores. Vndiq; concolor sibi. Color est cinereo flauescẽs. Num. 3. Locusta est è genere vulgarium, vnicolor, viridis, pręter antẽnas quæ lutescunt. Quarta tricolor Locusta vocari potest. Vulgo Frate hoc est monachus nominatur, nõ ob colorũ diuersitatẽ, sed quòd cucullata est. Caput collũ cucullatum, pectus, & femora posteriorum pedũ sunt viridia. Tibiæ verò eorundẽ pedum sanguinei planè coloris: cætera omnia cinerea. Antennæ exiles, sursũ erectę. Quinta ex aculeatarũ siue caudatarũ genere, vbiq; vnicolor, viridis. Num. 6. extra cinerea, viridiq; sibi concolor est. Septima ἄπτερος, Bruchus dici potest, fœtũ illius maximæ, quę primo loco in prima tabula spectatur, esse puto: nam etiã gibbosa est, & priores pedes, è pectoris initio è gibbi seu tuberculi regione, producit, & viridis est tota. Num. 8. ea videtur, cuius descriptionẽ supra dedimus ex authore de natura rerum: nam aculeum habet pro cauda, vt ille loquitur, & tota viridis est, caput equino capiti simile. Tales Hollandi, vt audio Corenmesen vocãt. Tales ego propriè legitimas

Locuſtas eſſe putem. Hanc cùm Cyprio oſtẽderem, Bruchum vocabat, quod non probo. Numero 9. ex Attelaborum genere dici poteſt, propter alarũ breuitatẽ. Hæ enim, aluo quæ admodũ craſſa eſt, comparatę, inutiles eſſe videntur, impotentes ſcilicet eam de terra attollere. Cucullum quoq; habet, eun q; viridem. reliquo toto corpore ex viridi, albo, flauo, & nigro varia. Decima inſigni ac notabili aculeo ſurſum reflexo, viridi, inſignis, ex vulgarium genere eſt, ſed differens plurimùm colore. Tota aluo & dorſo coloris eſt amethestini ſiue violacei, roſtro viridi, fronte, cucullo & antennis, quæ proceræ ſunt, ac exiles, coloris ochræ, pedibus poſterioribus viridibus. Alis caret, Bruchus adhuc ac imperfecta Locuſta. Vndecimo & poſtremo numero Locuſta ſeu Attacus cinereus linea in vertice, & dorſo ferruginea, alis exterioribus nigro, & cinereo varijs, cruribus poſtremis in femore interno, & infimis tibijs phœniceo ſuauè rubentibus, & maculis atris in rubeo colore, & poplitibus diſtinctis.



A Tertia tabula tredecim habet Locustas. Prima etiamnum bruchus est, eius generis Locustarum, quod ceu maximum primò posuimus: nam & chelas habet in anterioribus pedib. Figura corporis, qualem figura ostendit. Vbiq; sibi concolor, tota ex cinereo lutescens. Numero 2. Locusta ex minorum genere, siue Attacus, siue Attelabus, capite, dorso, pectore, alisq; & pedibus è viridi lutescentibus, aluo miniacea, zonis distincta atris. Numero 3. Bruchus, viridi, & atro varius, alui extremum habet bifurcatum. Quarto numero datur Bruchus siue ἀκρίδιον ἄπτερον, omnium minimum, totum viride exceptis pediculis, qui flauescunt. Numero 5. Papilionis icon est, quam suprà dedimus inter Papiliones. Numero 6. Bruchus est corpore tenui, totus viridis. 7. Numero ex vulgatis Locustis maximis est aculeo admodum longo, tota viridis; per dorsum verò, & alui zonas purpurascit. Numero 8. ex eodem genere, sed minor, & alis caret, Bruchus adhuc, supino ventre flauescit pectore candicat, cætera viridis. Numero 9. Bruchus est inusitatæ planè formæ, aluo fermè rotunda, siue sphęrica, assulatim compacta tota ex cinereo fuscescens. Numero 10. Attacus, vel Attelabus haud dubio omnium maximę Locustæ, capite, pedibus, & dorso subflauis, alarum tegmine ad ferrugineum vergente. Vndecima tota ferruginei coloris ex maioribus est.
B Numero 12. Bruchus alius totus viridis. Numero 13. Bruchus viridi, albo & atro varius. Numero 14. Bruchus viridi, luteo & nigro distinctus.




Numero

Numero 1. in quarta tabula Bruchus eſt omnium minimus, totus ex flauo ad ferrugineũ vergit. Numero 2. & 3. inſolentis admodum formæ Bruchum F. Gregorius Capuccinus, Regienſis rarioribus ſtirpibus inueſtigandis intentus, in pratis collium noſtrorum inuentũ ad me detulit, vt eum ſtudioſis curioſisq; lectoribus communem facerem. Cùm quieſcit, ita ſedet, quemadmodum prior icon exprimit; incedit verò, progredituruè, vt in altera oſtenditur. Capite ceruum, vel equum criſtatũ refert, item cauda quæ multifida eſt, ſed ſurrecta. Sub articulis poſteriorum pedum tubercula habet ſphærica. Corpore toto fuſco, luteo, & albo variat. Rariſſimum eſt Inſectum, & mihi aliàs nunquam viſum, vel obſeruatum. Numero 4. depictum Inſectum Locuſtaceum, Bruchus quiſpiam imperfectus, totus fuſcus eſt, & exiguo admodum corpore.




Tres iſtæ ſeparatim pictæ, cùm præcedentes tabulæ eas non caperent, ex minimis ſunt. Prior alis, corpore toto, & anterioribus pedibus coloris cinerei, dorſo viridis, pedibus poſtremis rubicundis. Alter per ſuperna viridis, cætera cinerea. Poſtrema tota purpurea.

# LOCVS.

Quæ loca ament.

LOCVSTARVM omne genus eadem loca amant, vbi ſegetes, vel gramina ſaltem luxuriant, maximè ſi & vitium, arborumq; aliarum adſit copia. Hæc enim in cibum illis cedunt, adeo vt omnia quandoque radicitùs abſumãtur, vt poſtea fuſiùs dicetur, vbi de damnis quæ agris inferunt, agemus. Poſt meſſem inter ſtipulas latent, vnde καλαμαιαν, Theocrito vocari diximus. Cur locis montanis, aut tenuibus Locuſtæ non fiant, ſed planis rimoſisq; dicetur, vbi agemus de partu, & coitu, ex Ariſtotele. Plinius quoque non naſci teſtatur niſi in planis, & rimoſis locis, vbi perperam ſunt qui legunt, non naſcuntur in rimoſis locis. Reperire tamen eſt Locuſtas in montibus plurimas, modo gramen abundet, Lacon apud Theocritum Comatam inuitat, vt ad Syluam ſuam accedat, vbi gelidus fons eſt & herba naſcitur, & Locuſta murmurat. Canit verò.

—— Αἁδιον ἀσῇ
Τᾶδ' ὑπὸ ταὶν κοτινοι, καὶ τᾶλσια ταῦτα καθίξας.
Ψυχρὸν ὑδωρ τλωει καταλείβεται. ὧδε πεφύκε
Ποία, χ' ἁσιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.
—— *Suauis cantabis*
*Hîc ſub cotino, & ad ſyluam hanc aſſidens*
*Gelida vnda illic fluit. Hîc enata eſt*
*Herba, & thorus iſte, & hîc Locuſtæ murmurant.*

Cotinus

A Cotinus autem in montibus nascitur. Interpres oleastrum vertit, sed idem est teste Dioscoride, quanquam & alia arbor cotinus vocetur Plinio, ea nimirum quam coccygriam nominauit Theophrastus. Sed vtraque arbor in collibus nascitur, raro in planis. Locustas nulla non terra alit, aliæ tamen alijs copiosiùs, & numerosiùs. Circa Brunduſium quotannis omnes penè agros absumere referunt. Necari eas in Syria militari imperio coguntur teste Plinio. In Lemno insula certa mensura, inquit idem, præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. In Cyrenaica regione lex etiam est ter anno debellandi eas, primò oua obterendo, deinde fœtum, postremò adultas; desertoris pœna in eum qui cessauerit. Aethiopiæ familiares esse constabit postmodum, cùm magnam illius partem Locustis tantùm viuere, & Plinius scribat, & id nostrates nauigatores in Indias referant. Partes eædem in cibo gratę sunt. Vniuersa pęnè Asia, inquit Scaliger, laborat ea peste. Apud Cassini montis incolas tot abundant, vt Iouem precentur, vt Seleucidas aues immitat, quæ eas absumant. M. Varro narrante Plinio author est ciuitatem à Locustis in Africa pulsam. Africam autem Locustis scatere, atque infestari, idem Plinius innuere videtur, dum inquit. Italiam ex Africa

B "maximè coortæ (maxima cohorte, vt legunt alij) infestant, sæpè populo ad Sybillina coacto remedia confugere, inopiæ metu. Apud Nigritas numerosissimam Locustarum multitu

" dinem aëra, inquit Aloysius Cadamustus, vidimus inumbrantem; nam ferè singulis triennijs aduentant, & vbi terras cooperuerint, corrodunt ferè omnia, adeoq; sunt frequentes, vt spatio miliarium duodecim cælum inumbrent: rubent & maiores sunt Cauallettis, non apparent nisi triennio, vel quadriennio semel; quæ si quotannis aduenirent, corrosa & deserta iam forent omnia: ego aliquando eas vidi cateruatim supra mare volare, numerus erat prope infinitus. In Insula Spagnola vulgo vocata Locustæ raro sunt alatæ, nisi cùm aliunde eò deuolant, & omnia absumunt. In cæteris etiam plerisque Indiarum locis Locustarum, vt apud nos copiam reperire est.

Cotinus arbor.

# MORES. VOLATVS. GRESSVS.

C

LOCVSTA animal paruum inter volatilia, & reptilia medium est, ac ambigit, argumento quòd non satis à terra attollitur, & cùm paululum eleuatur, non tam volat quàm salit, iterumq; pennis deficientibus, cadit in terram. Quando in aërem sese attollere conantur, primùm cruribus sese impellentes subuolant, & postmodum alis euaginatis volant. Nocturno frigore torpęt, nec matutinis adhuc horis à terra sese subleuant; cùm verò æstus exardet, altiùs volant; vnde scriptum est, nunquid suscitabis eum quasi Locustas. Et alibi:

" Custodes tui quasi Locustæ, & paruuli tui quasi Locustæ Locustarum, quæ considunt in sæ-

" pibus in die frigoris. Sol ortus est & auolarunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerũt. Cæterùm non semper nocturno frigore torpent, quin Plinius cùm dixisset sublatas vento in maria, ac stagna decidere, atque ita mori, contrà ac prisci opinabantur; ijdem, inquit, nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab ijs transi-

" ri, continuata plurium dierum (quod maximè miremur) fame quoque, quam propter exter

" na pabula petere sciunt. Sed eiusmodi altus volatus naturalis Locustis non est; Etenim li-

D " cet animalia sint leuia, ac facilè mobilia, alacrisq; volatus, hic tamen, vt authoris de rerum natura verbis vtar, cito est deciduus. Quamobrem diuini aliquid in alto eo volatu est, quod scripsit etiam D. Augustinus his verbis. Vsque ad Locustas quoque gracia diuina penetra-

" uit, quæ cùm agmine conferto regionis cuiusque occupauerit latitudinem, innoxio primùm

" fertur habitaculo, nec fructus in hospitali incursione depascitur, nisi diuinæ signum præce-

" ptionis acceperit. Sed & ipse ibidem Plinius subiungit, Deorum iræ pestis ea intelligitur.

" Namq; & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, vt aliæ alites credan-

" tur: Solemq; obumbrant, solicitè spectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt

" quippe vires: & tanquam parum sit maria transisse, immensos tractus permeant, &c. Mirum porro est etiam quomodo, cùm rege carere eas etiam scriptura testetur, vna acie tam ordinatum, vt videtur, exercitum ducant. Tradit Historia Locustas anno 852. quando Galliam deuastarunt, viginti millibus passuum vno die per aëra instructa acie compositisq; ordinibus lata esse, terræ incumbentes castra fecisse, duces cum paucis, itinere vnius diei præcedebant agmen, quasi loca oportuna castris capturi. Eadem hora, qua antecursores pridie venerant,

Rege carẽt

Exercitus Locustarũ descriptio.

nerant, vniuerſæ copiæ poſtridie aderant. Ante ortum ſolis à loco, cui inſederant, non mouebantur; orto Sole demum per cohortes ſuas proficiſcebantur. Eadem ferè de illis Locuſtis refert Cuſpinianus, quæ eandem regionem anno 874. infeſtarunt. Ex quibus patet mili tarem aliquam diſciplinam migrantibus Locuſtis ineſſe ac concordiam; vnde Origines Adamantius per Locuſtarum in octaua Aegyptiorum plaga mentionem putat, diffidentis ſem per à ſe, & diſcordantis humani generis inconſtantiam confutari, quòd homines rationales cùm facti ſint à Deo, neque ſemetipſos ordinatè regere potuerunt, neque Dei regis patienter moderamina pertulere. Aegyptiæ verò illę Locuſtæ, eæ inquam, quæ Aegyptum deuaſtarunt, non erant genitæ in Aegypto, ſed in alio loco deſerto Orientali. nam ſcriptura teſtatur ab vrente vento ſublatas fuiſſe, ſcilicet à media fronte Orientis, ac in Aegyptum deuolaſſe. Niſi itaque miraculosè vento quopiam à terra abripiantur, regionem in qua naſcuntur, non tranſeunt; quanquam naturaliter admodum ſint inquietę, & in continuo ſaltu, vn de diuinus Pſaltes, excuſſum ſeſe eſſe inquiens, ſicut Locuſtæ, ad morem illum horum animantium alludit, vagæ ſuæ vitæ motum exprimens, vt planè vagi ſunt, qui à tyrannis acti, nulli certę ſe dedunt ſedi, ſed modò huc, modò illuc tranſmigrantes Locuſtarum morē imitari videntur, quæ de loco in locum paſſim ſparſimque, quo ſuus ille naturalis fert motus, ſubſiliunt.

Aegyptiæ Locuſtæ vbi natæ.

# COITVS. PARTVS. GENERATIO.

LOCVSTARVM genus generari vel ex coitu mutuo, vel abſque eodem, idq; diuerſa ratione, proditum inuenio apud authores. Coire eas apertè atteſtatur Ariſtoteles eodem modo, quo cætera Inſecta, ſcilicet minore ſuperueniente maius. Sunt enim, inquit, in eodem genere mares minores quàm fęminæ. Pariunt in terra fixo cauliculo, quo mares vacant, ac vniuerſę, & loco eodem fœtum deponũt, ita vt quaſi fauus eſſe videatur. Hinc Vermiculi ſpeciem oui gerentes oriuntur, qui terra quadam prætenui, tanquam membranula ambiuntur, qua diſiecta emergunt Locuſtæ, ac euolant. Tam mollis fœtura hæc eſt, vt ad tactum leuiſſimum dilabatur, & pereat. Non ſummæ telluri partus committitur, ſed paulò altiùs. Hic concoctione peracta exeunt ex illo terreno amiculo paruę Locuſtæ, & nigricãtes; deinde cute abrupta, maiores ſtatim efficiuntur. Pariunt exitu Veris; & ſtatim à partu moriuntur, Vermiculis circa collum innaſcentibus tempore partus, qui eas ſtrangulent. Mares quoque eodem tempore obeunt. Vere terra emergunt. Locis montanis, aut tenuibus Locuſtæ non fiunt, ſed planis rimoſiſq;. Pariunt enim in rimis ſua oua, quæ durant hyeme: in terra ineunte æſtate proueniunt ex fœtu anni ſuperioris Locuſtę. Sic Ariſtoteles. Sed [a] Plinius paulò aliter hęc repetijt. Hæ inquit, pariunt in terram (in terra, legitur in manuſcripto codice) demiſſo ſpinę caule (ſpiculo caudæ legit Dalechampius, ſed rectè in Plinio legi conſtat ex ſuperioribus Ariſtotelis) oua condenſa, autumni tempore. Ea durant hyeme ſub terra. Subſequenti anno exitu Veris emittunt paruas, nigricantes, & ſine cruribus pennisque reptantes. Itaque Vernis aquis intereunt oua: Sicco Vere maior prouentus. Alij duplicem earum fœtum geminumq; exitum (exitium, in manuſcripto) tradunt. Vergiliarum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. (Pint. legit parere, deinde obire, & alias renaſci.) Quidam Arcturi occaſu renaſci. Mori matres cùm pepererint, certum eſt, Vermiculo ſtatim circa fauces innaſcente, qui eas ſtrangulat. Eodem tempore mares obeunt. Plinius itaque in autumno parere ſcribit, Ariſtoteles veris exitu. Plinio ſubſcribit Albertus, Ouat, inquit autumno, quæ verno tempore faciunt Bruchũ omnia deuorantem. Ego pariter pręgnãtes offendi Octobri menſe, ſed ſubinde mihi oua peperere. Quamobrē credendum, & Vere, & autumno, & fortaſſis etiam æſtate parere, quod ex Pſalmo etiam docemur, vbi legitur, quòd cùm Locuſtæ frondes, & ſegetes prius conſumpſiſſent, nati deinde Bruchi etiam fructus demoliti ſunt. Quin etiam Scaliger Aethiopię indigenas dicere ait à volucribus oua deponi, è quibus illæ aliæ carentes alis excludantur, quæ reliquias abſumant omnes. Sed quod Ariſtoteles de Attelabis dixit (Brucos vertit hîc Theodorus) id Plinius ſimpliciter Locuſtis aſcripſit: adeo vt ex Ariſtotele etiam palam fit, Vere generari Locuſtas, poſtmodum Attelabos. Is enim ſubinde de Attelaborum ortu ſic loquebatur: Pari modo, & quos Attelabos appellant, pariunt, & cùm pepererint, moriuntur. Intererunt oua eorum aquis autumnalibus,

Vt pariant.

Vt moriantur.

[a] Lib. 11. c. 29.

Quãdo pariant.

Attelaborũ ortus.

A nalibus,cùm nimis incesserint. Ac sicco autumno largior prouentus Attelaborum est, quoniam minus oua intereant. Inornis enim esse videtur eorum quidem interitus: quinetiam ortus nulla certa agitur ratione. Ita ille. Oua Locustarum intus generantur,numerosa admodum,ac minutissima,vt magnum eas habere vterum sit verisimile: nam & prægnantes summoperè tument. Aristoteles agens de coitu Insectorum, piscium & quadrupedum ouiparorum,fœminis in eo genere membrum quod pro vulua habetur, fissum iuxta intestinum, vt cæteris positum esse tradit,inque eo fœtum generari,quod patet,inquit, in Locustis, & reliquis,quorum magnitudo aliqua est, & natura coitum recipit. Cùm coeunt fœminam masportat,aliorum Insectorum more,quod Plinius notauit,dum ait: Coitus Locustarum,qui & Insectorum omnium,quę coeunt,marem portante fœmina,in eum fœminarum vltimo caudę reflexo tardoque digressu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares. Postremò Aristoteles agens ex professo de Insectorum coitu,& generatione Locustas,Cicadas,Phalangia,Vespas, Formicas scribit coire & ex animalibus sui generis oriri modo eorũ,quibus sanguis est. Aliàs tamen de diuerso tractans Insectorum coitu, Locustas, & Attelabos, & Cicadas testatur procreari ex Phalangijs,& Araneis,apertissimè non sibi contrarius,vt multis vi-
B deri queat,sed alio etiam modo generari volens. Non fuit tamen omnis generationis Locustarum diuersitas meo iudicio nota philosopho.nam cùm sine mutuo generantur coitu,non tantummodo ex Phalangijs ortum ducunt, sed & aliorum putridorum corporum humore. Testatur Plutarchus,in Sicilia sub seruile bellum,cùm sanguinis multum, & insepulta corpora computruissent in terra,ingentem Attelaborum (Bruchorum vertit interpres Xylander) erupisse copiam,qui per totam insulam frumentum corruperunt. Et Isidorus pleraque inquit per naturam recipere mutationem,& corrupta transformari in diuersas species: sicut de Equis Scarabęos,de Mulis Locustas,de Cancris Scorpiones: quanquam dubitem, nunquid è mulis Locustæ generentur,saltem ex equis Crabrones gigni,non Scarabæos, ex alijs probatis authoribus suo loco antè innotuit. Porrò si verum est quod Albertus, & Vincentius scribunt,omnes Locustę fœminæ fuerint,vt omnes Scarabęos mares esse volunt. Narrat Vincentius Locustam cùm vociferantem quædam haberet mulier, eamq; nutriret paruam, vbi iam creuisset,ipsam per se impręgnatam inuenisse. Et hoc,inquit,argumento est quòd fœmina quælibet sperma naturaliter habeat. Citat Vincentius Aristotelem,sed Albertum fortassis citare voluit,apud quem id quoque legere est,apud Aristotelem minimè. Postremò
C cùm tanto numero in aliquã regionẽ inuolent,vt volando solis radios impediãt, has ego ex putri generari autumo,idq; nõ tã humidiori,quàm sicciori temporis constitutione,maximè si calor immodicus sese coniunxerit, dubium non est. [b] Diodorus Siculus Veris tempore tradit à Zephyro, & Lybico ventis infinitum pænè Locustarum numerum ex deserto ad Æthiopes Acridophagos deferri. Ita sacra pagina Austro in Ægyptum,& vrente vento inferri ait,quanquam Ioel ab Aquilone dicat. Vbi D.Hieronymus,iuxta litteram,inquit,greges Locustarum magis Auster,quàm Aquilo consueuit adducere, id est non ex frigore veniunt, sed ex calore. Verùm quoniam de Assyrijs loquebatur, Locustarum ponens similitudinem, ideo Aquilonem interposuit,vt non veram Locustam,quæ ab Austro venire consueuit, sed sub Locusta intelligamus Assyrios, & Chaldæos. Non itaque dubium esse debet,fuisse Austrum,quippe qui ventus est caldissimus,& à Zona torrida profectus; ac propterea imperfectis animalibus generandis aptissimus. Itaque interpretes Septuaginta expresè Austrum verterunt, καὶ κύριος ἐπήγαγεν ἄνεμον Νότον, & dominus induxit ventum Notum,siue Austrum; appellaturq; notus ab humiditate,quæ in rebus omnibus eo flante solet contingere.
D Non errant tamen,qui vrentem ventum ibi interpretantur ventum calidum,& siccum. Nam tametsi Locustæ à vento Australi generentur, vt diximus, & Septentrionali, & Aquilonari moriantur,vt author de rerum natura etiam prodidit, & sacra testatur pagina,easdem illas Locustas suborto Borea extinctas esse,& in mare rubrum coniectas; nihilominus siccis temporibus,siccis, inquam spirantibus ventis plus quàm par est, multitudinem numerosissimã quandoq; Locustarum natam esse constat, modo cum calore coniuncta sit sicca ea intemperies. [c] Posidonius teste Strabone scribit in Libya,& Aethiopia,quòd in partibus Septentrionis non pluat,& paruis fluuijs irrigentur propter siccitatem pestem sæpè incidere, & lacus cœnosos fieri,& Locustas abundare. Meminere item historici infandę siccitatis per annos ferè quinque quam Locustarum ingens exercitus est secutus anno 1553. Hanc graphicè in suis obseruationibus pingit Franc.Valleriola,qui tã diuturni squalloris causam conuenientissimè retulit in illam eluctabilem naturalis vicissitudinis legem,quod alternata contrariorum permutatione rerum æternitas constet. Sic enim,& in homine diuturnas febres natiui caloris dissipatione sequitur hydrops, sæpè & hydropem intercedente putredine, febris.

Locustæ oẽs fœminę

[b] *Lib.3.c.3.* Ex humido generari.

Siccitate generari.

[c] *Lib. 17. Geograph.*

Vnde

Vnde & magnam ſiccitatem magni imbres inſequi ſolent, ſic vt à pluuijs diuturnis calores immenſi redeant. Paulus Diaconus quoque refert circa decimum annum Mauritij Imperaris maximam fuiſſe à Ianuario, vſque ad Septembrem, ſiccitatem, hancque inauditam Locuſtarum multitudinem eſſe ſubſecutam, quæ abſumptis biennio longè lateq; ſegetibus grauiſſimam Italiæ intulere famem. Atque hæc de varia Locuſtarum generatione, quibus ceu corollarium adde quod tradit, neſcio ex quo, Gaudentius Merula: Si Luna conſtiterit in Aquario, morietur princeps magnus, frumenti erit corruptio, Locuſtarum aduentus, pluuiarum raritas, peſtilentia.

## MORS.

ARISTOTELES agens de Locuſtarum generatione matres ſcribit mori à partu, vermiculis circa collum innaſcentibus tempore partus qui eas ſtrangulent: mares quoque eodem tempore obire. Hęc cùm repetiſſet Plinius, paucis interpoſitis ſubiungit. Eſt & alius earum obitus. Gregatim ſublatæ vento in maria, & ſtagna decidunt. Fortè hoc caſuq; euenit, non (vt priſci exiſtimauere) madefactis nocturno humore alis.

## SONVS. VISVS.

IOCVSTAS alarum opera ſonare argumento eſt, quod cùm volant, ſonum edant, vt ait Albertus, cùm ſedent, nullum. [a] Plinius tamen non tantùm pennarum, ſed & feminum attritu ſonare credi ſcripſit. Atque hoc fortaſſis dicere voluit communis præceptor, ἄιδει Ἀκρίδες τοῖς πηδαλίοις τρίβουσαι ποιοῦσι τὸν ψόφον. Gaza vertit. Locuſtę ſuis gubernaculis atterentes ſonant. Pedalia autem ſunt quaſi nauium claui, & gubernacula: hęc enim aliàs & fœmina vocaſſe videtur, nimirum quibus mouentur & fulciuntur Locuſtę. Huius ſoni cauſam, organaque indagaturus Iulius Caſſerius Placentinus hanc fecit obſeruationem. Sonum Locuſtarum genus alis edit, ita vt ſibi inuicem impoſitæ moueantur alę, quarum ſuperior, parte intima corpus habet ſubnigrum, durum per tranſuerſum locatum. Inferior eiuſdem ſubſtantiæ corpuſculum in extremitate orę ſuperioris, parte externa, cui adiacet perbellum tympanum. Horum mutuo attritu ſtridor ille (imo & in mortuis ſtyli tactu) excitatur, at multo maior in viuente animali, vbi copioſior intercipitur aër & natura mouente validiùs alæ colliduntur, non inutile membranæ, quæ admodum tenſa cernitur opera. Hæc ille adita tympani illius icone. Subodoratus aliquo pacto iſtæc mihi videtur Plinius hiſce verbis. Vox earum proficiſci ab occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes exiſtimantur, eoſq; inter ſe terendo ſtridorem edere, circa duo æquinoctia maximum, ſicut Cicadæ circa ſolſtitium. Quo loco Iacobus Dalechampius legit; Vox earum proficiſci ab occipitij videtur eo loco, vbi commiſſura ſcapularum. Habere quaſi dētes, &c. adeo vt dentes non ſint in commiſſura ſcapularum, ſed vbi cæteris animalibus Inſectis. Sed aliud meo iudicio dicere voluit Plinius, nimirū illud quod ex Caſſerio diximus. Vt vt eſt, ſonus iſte non ingratus omnino quin paſtor quidam apud [b] Theocritum, cùm omnes eum dicerent optimum eſſe cantorem ἀοιδὸν ἄριστον, idque is non crederet, ait:

Οὐ δᾶν ἐ γὰρπω κατ' ἐμον νόον, ἔτε τὸν ἐθλὸν
Σικελίδαν νικημι τὸν ἐκ Σάμω, ἔτε Φιλητᾶν,
Ἀᾴδων: βατραχος δὲ ποτ' Ἀκρίδας ὡς τις ἐρίσδω.
*Non enim, non per terram, meo iudicio, neque præſtantem*
*Sicelidam Samium vinco, neque Philetam*
*Cantando: ſed velut rana quadam contra Locuſtas contendo.*

vbi nota quod interpres ἀκρίδας, reddidit imprudenter Cicadas. Alibi apud eundem poëtam Lacon paſtor Comatam inuitat ad ſuam ſyluam, in qua gelida perfluit aqua, & herba naſcitur, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι, & Locuſtæ murmurant. Aelianus τὴν ἀκρίδα ſcribit βομβεῖσαν, καὶ πάρνοπα ὑποκορίζονται (ὑποκρίζονται) καὶ μὴ σιωπῶσαν Τρωξαλίδα, & bombis ſtrepere Locuſtam, Parnopem ſono multo obſtrepere, neque ſilere Troxalydem. Sed epigrammata aliquot pòſt citabimus in quibus Locuſtę cantus commendatur. Quod ad viſum attinet, ſupra dictum eſt non carere oculis Locuſtas, ſed viſu eſſe hebetiori, vnde Medi-

[a] *Lib.* 11. *cap.* 51.

[b] *Eidyll.* 7.

cus

A cus ille apud Plautum rogat Menæchmum.

*Dic mihi hoc etiam, solent tibi vnquam oculi duri fieri?*

Respondet ille;

*Quid? Tu me Locustam censes esse homo ignauissime?*

Vbi Lambinus hoc addidit scholiolum. Locustæ palpebris carent, idcirco durissimis sunt oculis. Quod enim alijs animantibus præstant palpebræ, id in Insectis præstat durities, vt docet Aristoteles. Locustę cur duros habeant oculos.

# VICTVS. DAMNA.

B HERBIS & segetibus infestissimum est genus Locustarum, quod sępius, vt quibusdam exemplis subinde ostendetur, quibusdam in regionibus paucis admodum diebus vniuersæ terræ germina absumant. Author de natura rerum Locustam ait esse animal dente noxium, & plusquam cætera inimicam frugibus nocere, vt rectè & appositè Mastaca σιτοφάγον vocauerit antiquissimus poëta [a] Nicander, Scorpionem pennatum descripturus. [a] *In Theriaca.*

Οἷς δὴ καὶ νάτοισι περὶ πτέρα ϖυκνὰ χέονται
Μάσακι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τοίδ' ὑπὲρ ἄκρων
Ἱπτάμενοι ἀθέρων, λεπύρου σάχυν, ἐκβόσκονται,
Πηδάσα, καὶ κισσοῖο, κατὰ ϖυχὰς ἐμβατέοντες.

*Huic igitur densis armantur tergora pennis*
*In morem Cereris vastantis dona Locustæ,*
*Quæ super excelsas volitans absumit aristas*
*Quæq; colit montes, hederæ per gramina saltans.*

Arboribus quoq; stragem inferunt. Amygdalarum autem floribus teste authore de rerum natura citius impinguantur. Idem tradit lauri folia abradere, abrosaq; infirmitatis suæ remedia habere, & ab ægritudine liberari. D. Ambrosius verò oliuæ folijs abrosis se ab ægritudine liberare tradidit. Vitibus quoque noxam inferunt, quod de Brucho meminit [b] Prudentius, dum canit: C [b] *In Amartigenia.*

*Aut populata vodit gemmantia germina Bruchus*
*Aut auibus decerpta feris lacerabitur vua.*

Apud [c] Theocritum quoq; Comatas orat Locustas, ne vites suas absumant. [c] *Eidill. 5.*

Ἀκρίδες αἱ τὸν φραγμὸν ὑπερπαδεῖτε τὸν ἀμὸν
Μὴ μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλους. ἐντὶ γὰρ ἅβαι.

*Vos Locustæ, quæ maceriam nostram transilire soletis,*
*Ne meas ladatis vites: sunt enim tenerę,*

Meminit huiusce noxæ etiam D. Chrysostomus in homilia, cui inscribitur, quòd nemo lædi-
„ tur, nisi à seipso. Omne, inquit, quod est in rebus, habet aliquid quo corrumpi possit ac Nihil ab
„ lædit, lanam Tinea, ouium greges lupus, vinum aceti permutatio, dulcedinem mellis omni parte
„ amaritudo corrumpit: lolium segetibus nocet, grando vineam lædit, virgulta ac diuersa beatum.
„ plantaria Locustæ, ac Bruchi exercitus vastant, & singulis quibusque corporibus (vt ne
D enumerando omnia longiùs producatur oratio) variæ morborum species inferunt corru-
„ ptelam. Vnde Meliunti populi sacrificabant Herculi, quòd Bruchos fugasset erodentes, &
„ consummentes eorum vineas [d] Cælius Rhodoginus notat præterea ex agricolationis li- [d] *Lib. 4. A. L. cap. 15.*
„ bro Bruchorum festum veteribus celebrari solere octauo calendas Decembris, id est, τῶν
„ βρύχων ἑορδὴν. Maiora damna inferunt, cùm consumptis priùs omnibus, vbi sunt, vel
„ spretis, ac contemptis ijs, alienas terras quærunt, quod naturale ijs esse putat [e] Al- [e] *Lib. 26.*
„ bertus, dum scribit. Locusta est Vermis gregatim egrediens, & transiens de terra in
„ terram ad pabulum; ita quod etiam ad exteras ad modum nubis vento immisso ve-
„ nit regiones, & tot aliquando simul egrediuntur, quòd omnes fructus terræ destru-
„ unt. Et [f] Plinius cùm demonstrasset, quàm ingenti copia maria quandoque vento sub- [f] *Li. 11. c. 29.*
„ latæ gregatim volando tranent, & tanquam, inquit, parum sit maria transisse, immen-
„ sos tractus permeant, diraque messibus contegunt nube, multa contactu adurentes;
„ omnia verò morsu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maximè

coortæ (maxima cohorte, in manuscripto Codice) infestant, sæpè populo ad Sybillina coacto remedia confugere, inopiæ metu. Sed nos Augustini testimonio diximus nisi diuinam propter iram alienas regiones petere, id quod Basilius magnus quoque memorat his verbis: Quonam pacto tibi militias exercitusq; Locustæ terribiles enarrauero, quæ velut » agmine facto, sub vna tessera in sublime vniuersa simul elata, castris toto latè positis agro, » non antea sanè fructus depascitur, quàm ipsi sit à Deo concessum, atque mandatum. Ita de » Aegyptiorũ octaua Ægyptiorum plaga, quæ Locustarum erat immissio, legimus. Cùm enim propter sep- plaga octa- tem alias plagas Pharao nollet dimittere populum, dixit dominus ad Moysem: Extende ua per Lo- manum tuam super terram Aegypti ad Locustam, vt ascendat super eam, & deuoret omnem » custas. herbam, quę residua fuerit grandini. Extendit Moyses super terram Aegypti, & dominus in » duxit ventum vrentem tota die, & nocte, & mane facto, ventus vrens leuauit Locustas, quæ » ascenderunt super vniuersam terram Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum » innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt. Deuorata sunt ergo omnia, quæ gran » do dimiserat. Quo factum est, vt Pharao se in Deum deliquisse fateretur. Itaque Moyses ite » rum deprecatur ad Deum, ac ventum educit è mari, cunctasq; Locustas in mare rubrum » abiectas demersit. Et quanquam Locustas simpliciter nominet hîc Scriptura: tamẽ diuinus F propheta Dauid disertissimè ostendit non vnum genus fuisse, sed plura, dum ait: Venit Locusta & Bruchus cuius non erat numerus, & comedit omne fœnum in terra eorum, & come » dit omnem fructum in terra eorum. Quo loco D. Chrysostomus, per grandinem, inquit, & » ignem arbores corrumpebat; per Locustam autem & Bruchum, paludes, prata, & segetes. » Non enim fructum duntaxat, sed etiam ipsorum fœnum absumpsit. Atqui Locusta, & Bru- » chus non simul existere solent. Aut enim præcedens Locusta Bruchum parit, aut Bruchus » auctus in Locustam tandem euadit. ita vt alterum prius existat, alterum autem aliquãto pòst » sequatur. Est ita sanè. Verùm quoniam miraculum erat, ac Dei iussu ac imperio signum ede » batur, eodem temporis puncto vtrumque extitit, atque vnà cum fœno fructum etiam vora- » uit. Itaque pręter hominum cibum, pecudum quoque alimentum corumpebatur. Quan- » quam itaque generalis, qualem statuimus ex Aristotele, & Plinio Locustarum detur quantitas, tamen, vt vides, non sine numine iræq; diuinæ suspitione, portenti speciem acquisiuit, vnde alibi dicebat idem propheta. Dedit erugini fructum eorum, & labores eorum Locustæ. Sed nota, quod annotari voluit D. Augustinus, plerumque plus intelligi cùm aliquid dicitur ab Hebræis singulariter, quàm si pluraliter: manifestum enim est, inquit, plus sonare G Locustam, quàm Locustas multas. Iudæi putant referente D. Hieronymo, in diebus Ioel tã innumerabilem Locustarum super Iudæam venisse multitudinem, vt cuncta complerent, & nõ dicam, inquit, fruges, sed ne uinearum quidem, & arborum cortices ramosq; dimitterẽt; ita vt omni virore consumpto, arentes arborum rami, & sicca vinearum flagella remanerẽt. Hoc vtrum factum nec ne sit, liquido affirmare non possumus: neque enim Regum, & Paralipomenon narrat historia. Quod vtique si fuisset (quomodo famem sub Helia trium annorum, & sex mensium legimus) nunquam scriptura tacuisset. Verba Ioelis sunt: Residuum Erucæ comedit Locusta, & residuum Locustæ comedit Bruchus, & residuum Bruchi comedit rubigo. C. Popilio Lenate, & P. Aelio Ligure Coss. Locustarum, inquit Liuius, tantę nubes à mari vento repentè in Apuliam illatæ sunt, vt examinibus suis agros latè operirent. Tradit Pompeus Vizanius anno 232. Locustas agros Bononiẽses deuastasse quidem, maius tamen vitibus, quàm segeti damnum intulisse, adeo vt cùm summa quoq; esset frumenti penuria, maior tamen fuerit uini, vt nuptias sine Baccho celebrarent ciues. Anno Christi 593. post siccitatem maximam, Locustæ omnia absumentes famem terrarum orbi non minimam peperunt. Magnis item agminibus per Syriam, & Mesopotamiam volitarunt an- H no 677. Prima çstate anni 852. grandiores solito Locustæ, vt testatur historia, pollicem viri æquantes ab Oriente externa pabula quæsitura occiduum solem versus, tanto stridore pennarum peruolarunt, vt aliæ alites crederentur. Dira messes contegebant nube, multa contractu adurentes, cortices quoque arborum, atque fores tectorum. Centum quadraginta iugera vno die depastas fuisse memoriæ proditur. Viginti millibus passuum vno die per aëra, instructa acie compositisque ordinibus ferebantur, terræ incumbentes castra faciebant. Duces cum paucis itinere vnius diei præcedebant agmen, quasi loca oportuna castris capturi. Eadem hora, qua ante cursores pridie venerant, vniuersæ copiæ postridiè aderant. Ante ortum solis à loco cui insederant, non mouebantur, orto sole demum per cohortes suas proficiscebantur. Germani inopiæ metu ad diuina remedia confugere coacti. Tandem illæ à vento sublatæ in Oceanum Belgicum actę sunt, reiectæque æstu ad continentem, fœtore corruperunt aërem, vnde dira pestilentia subse-

cuta

A cuta est. Refert D. Hieronymus suis sese temporibus vidisse agmina Locustarum terram texisse Iudæam: quæ postea misericordia domini inter vestibulum,& altare (hoc est inter crucis,& resurrectionis locum,sacerdotibus,& populis dominum deprecantibus,atque dicentibus: parce populo tuo) vento surgente in mare primum,& nouissimum præcipitatæ sunt. Mare primum quod inter solitudinem est & vergit ad Orientem,illud intellige,in quo fuit Sodoma,& Gomorrha,Adoma,& Seboim,quod nunc mortuum nominatur,eò quòd nulla ibi viuant animantia. Mare autem nouissimum hoc quod ad Occidentem est,& quod ducit in Ægyptum. Cumq; littora vtriusque maris aceruis mortuarum Locustarũ, quas aquæ euomuerãt,implerentur,putredo earum & fœtor in tantũ noxius fuit, vt aërem quoq; corrumperet, vt tam iumentorũ, quàm hominũ strages subsecuta sit. Anno sexto Romani Argyropoli Imperat. cùm Locustę teste Georgio Cedreno,aliquando Oriẽtales essent depastę prouincias,coacti sunt incolæ liberos suos diuẽdere & in Thraciã migrare: quibus Imperator terna in singulos numismata largitus est,& domum redire iussit. Interim Locustas ventus vehemens corripuit,inq; Hellespontum abiecit,vbi in littus iectę arenam operuerunt. Mare mortuum.

B Altero deinde anno examina Locustarum sponte sua reuixerunt, & omnia Hellesponti loca infestarunt,cumq; prouinciam Thracensem per integrum triennium depopulata essent, apud Pergamum perierunt. Anno nono Childeberti Regis legati principis Chilperici ex Hispanijs regressi nunciauerunt prouinciam Carpitaniã,vt scribit Gregorius Turonensis,grauiter à Locustis fuisse vexatam ac vastatam,ita vt non arbor, non vinea, non sylua, non fructus aliquis,ac quicquam viride remaneret,quod non à Locustis euerteretur. Eædem cùm quinque annis continuis eo modo eam regionem depopulatæ essent,ad aliam se prouinciã, quæ huic vicina erat prouincię contulerunt. Apud Platinam legimus in Adriani Secundi Pontificis Rom. morte Galliam à Locustis transuectis mirum in modum fuisse vastatam. Anno Constantini Progonati octauo Locustæ per Syriam, & Mesopotamiam teste Paulo Diacono,agminatim volitarunt. Idem Honorius tradit in suo Chronico. Anno 1084. Russiã infecerunt,quo tempore Boleslaus Rex Poloniæ in Hungariam exulans, factus est amens, atq; à suismet canibus deuoratus. Anno 1271. Mediolani omnes segetes depopulatæ sunt, & anno 1339. totius Lombardię agros. Anno 874. immensa Locustarum multitudo,vti Cuspinianus ex Sigeberto refert,quę alijs maior, senis alarum remigijs, volitabat ab Oriente cum senis pedibus, ac duobus dentibus durissimis, totam pœnè deuastauit Galliam mense Augusto. Et quod mirum est dictu tanto ordine volitauit præmissis ducibus, qui pridie castra meterentur,vt militaris disciplina in ijs animalibus cerneretur. Ea segetes depascendo detondebat,vt nihil reliquum esset. Volitabat diuino itinere quatuor, aut quinque millia passuum. Delata ad mare Britannicum cùm totam ferè terrę superficiem obtegeret, ventorum flatu in profundum delata est & submersa: Sed refusione Oceani in littus reiecta putredinem aëris ex fœtore peperit. Vnde magna nata est fames,& pestilentia,qua tertia pars hominum fertur absumpta. Scribũt anno 1475. Siradiensem,& Lencicien sem oram atque Masouiam,ingentem Locustarum vim ex Vngaria, Morauia, & Silesia aduenientem peruagatam esse, & non modò segetes, atque prata,verùm & arborum frondes depastam continuatis ad sesquimilliarium in latitudinem,& alterum tantùm in longitudinem examinibus concurrentibus inter se nonnunquam & Solis aspectum densitate sua terræ adimentibus. Anno 1477. in Agro Brixiensi, & Mantuano maxima cum pernicie locorum infestę fuere. Anno 1535. tanta vis Locustarum peruagata est Poloniam, vt volantes Solis aspectum hominibus adimerent; humi verò stratę equorum vngulas crassitudine superarunt,quę depastę maturescentes segetes,angustiorem annonam fecere,vt tradunt. Item anno 1541. Locustę Poloniam,& Vallachiam deuastarunt. Sub finem verò Septembris 1542. Locustarum innumera turba magnam Europę partem instar nubis densissimę peruagata est. Carebant,inquit Cornelius Gemma,alis per initia,mox duas,deinceps quatuor assumebant, vnoq; agro depasto in alium transuolantes depopulabantur passim humi nascentia fœtore grauissimo post se relicto,tandem & autumnali frigore tabescentes,in pernitiosum alimentum pecori faciebant. Meminit huius plagæ etiam Surius,sed Locustas aliter describit, vt pro regionis diuersitate,variasse etiam,illas sit credendum. Illa inquit æstate 1542. innumera ingentiũ Locustarũ turba Italiã citeriorẽ, & in Germania Silesiam Misniamq; multa clade affecit; habebant digiti longitudinem,turgida capita,ventres obesos,& sanie refertos. Itaq; extinctę intolerabili fœtore aërem corruperunt,vt etiam corui,cornices, accipitres,alięq; aues cadaueribus alioqui inhiantes ferre nequiuerint. Et præcedenti anno 1541. non tantum Poloniam, & Vallachiam infestarunt, vt iam diximus, sed omnes finitimas illis etiam regiones teste eodem Surio. Fuit,inquit,hoc anno incredibilis multitudo ingentium Locu- Locustæ mortuæ reuiuiscunt.

ſtarum in regionibus Poloniæ regno finitimis. Hę primò nullas habebant alas, ſed magnos dabant ſaltus; paulò pòſt quatuor adeptæ ſunt, tantaque multitudine prouolarunt, vt duo milliaria in longum, & latum cubito tenus ita occuparent, vt Solis quoque ſplendorem à toto illo terræ ſpatio ſua denſitate excluderent. Tranſuolabant aquas, arbores, ędes, & obuia quæque. Cùm alę ſuccreuiſſent, erāt magnitudine humani digiti, & tunc atrociùs graſſabantur in fruges, & ea quæ in vſus hominum neceſſario gignit humus. Tota æſtate nulla neque vi neque arte earum ſæuitia retardari potuit, ſed in autumno denique cœlo frigeſcente extinctæ ſunt, atro poſt ſe relicto ſemine, vnde proximo anno alij vermes orti ſunt. Fuit ea procul dubio plaga, & animaduerſio Dei in hominum peccata: putatæq; fuere non abſimiles fuiſſe illis Aegyptijs, quarum in Exodo fit mentio. Extiteruntq; primùm in Vallachia, cunctaq; in circuitu Leopolim vſque milliaribus circiter ſexaginta ad ſolum vſque deuorarunt. Nonus annus hìc agitur, inquit Scaliger, de eijſdem, ni fallor loquens, cùm huiuſmodi tempeſtas orta in Mæotide atque Aquilonibus, in Pannonias delata, cunctam obruit regionem. Cuius diluuij ne Noricum quidem immune fuit. Anno 1564. itē 1566. in Lombardia omnia deuaſtarunt, anno verò 1565. Cyprum depopulata ſunt. Cæterùm vt hiſce plagis à Deo hominibus immiſſis finem imponamns, neque enim omnes hìc recenſere potuimus, ſed eas tantùm, quas ſtudendo legendouè apud hiſtoricos obſeruauimus, ex hiſce ſaltē conſtare poterit, quanta damna Locuſtarum genus regionibus integris inferre queant. Quamobrem prudenter admonet Nahum propheta principes omnes, ne confidant ſuis munitionibus, quoniam volente Deo nullo ſint auxilio, ingredere, inquit, lutum & conculcare in paleis, obtine ſuper laterem, ibi comedet te ignis, diſperdet te gladius, & comedet te quaſi Locuſta, aggregaberis quaſi Bruchus: multiplicaſti negotiationes tuas ſicut ſtellas cæli, Bruchus irruit, & euolauit, exiliuit quaſi Attelabus commixtus tuus, ſicut Locuſta quæ aſcendit ſuper ſepem in die gelu. Sol ortus eſt, & exiliuit, & non cognouit locum ſuum. Scribit Scaliger Locuſtas quotannis alias atque alias partes depopulari. Adnatis enim alis tollere ſe humo, atque auolare. Earum aduentum ex agrorum coloratione multò antè præcipi: Splendeſcere enim ſolum è reflexione. Idem alibi in Cardanum ſerio, vt apparet, inuectus, quòd ſerpentes alis carere dixerat, ne vagaretur latè pernicies, multis exemplis falſiſſimū id eſſe docens, inter reliqua, de Locuſta, inquit, quid? quas tu à natura ad humani generis perniciem factas ſcribis. Nonne maria tranſuolant? Non vt homini venenata vulnera infligant vni, aut alteri, ſed integris nationibus ex fame mortem, ex fœtida corruptione læthalem atque ineuitabilem peſtilentiam. Ob tantam vnà volantium multitudinem, & audaciam, irruentibus hoſtium copijs D. Hieronymus eas aſſimilat, in explicatione horum prophetæ Ioelis verborum vrbem apprehendent, & ſuper muros diſcurrent, ſuper domos aſcendent, & per feneſtras intrabunt ſicut fures. A facie eius confundetur terra, & commouebitur cælum, &c. A facie, inquit, iſtiuſmodi Locuſtarum terra contremuit, cęli moti ſunt; quæ dicta hyperbolicè ſentiamus, non quòd Locuſtarum, aut hoſtium tanta vis ſit, vt poſſint mouere cęlos, & terram concutere; ſed quòd aduerſa patientibus præ terroris magnitudine, & cælum ruere, & terra fluctuare, videatur. Denique præ multitudine Locuſtarum obtexentium cælum ſol & luna conuertentur in tenebras, & ſtellæ retrahent lumen ſuum, dum lumen in medio nubes poſita Locuſtarum, ad terram non ſinit peruenire. Q. Calaber quoque Troianos ſcribit cum omnibus ſuis auxiliaribus copijs in Græcos tam numerosè inuehi, & malum machinari, quàm ſolent Locuſtæ in arua inuolantes. Statim igitur diſertus, inquit, erat vniuerſus cāpus: hi autem infundebantur Locuſtis in promontorijs ſimiles, quæ feruntur ſupra latam terram, in morem nubis, aut impetuoſæ pluuiæ, magnam annonę penuriam mortalibus allaturæ: ſic illi erant, & copioſi, & fortes, &c. Et Petrus Angelius Bargæus ab eadem Locuſtarum ſtrage deſumpta hac vſus eſt comparatione in deſcriptione ſcabiei, totū erodentis corpus.

Admonitio ad principes.

Hoſtis Locuſtis ſimilis.

Troiani Locuſtis comparati.

*Illa quoque in primis ſcabies eſt improba: quæ nunc*
*Corporis has partes raptim, nunc occupat illas,*
*Atque ita diuerſis artus deſæuit in omnes*
*Temporibus; ceu cùm longo procul orbe Locuſtæ*
*Actæ Euris noſtros ſeſe effudere per agros,*
*Et miſeris ſegetem latè abſumpſere colonis,*
*Inde aliam atque aliam; donec ſimul omnia fœdè*
*Direpta (heu) facie iacuere informia rerum.*

PRÆ-

A

# PRAESAGIA. PRODIGIA.

LOCVSTARVM, inquit Mizaldus, Vermium, Erucarum, & huius picturæ, Bacchi Cererisq; prædonum, ingens idoneis temporibus facta irruptio, vitibus & terræ satis, nec non fructibus detrimentum portendit. Quandocunque id accidit, hoc eodem exemplo iram indixit Dei. nam & Liuius Locustarum multitudinem in Africa prodigij loco habitam scribit, vt etiã Orosius, & Eutropius. quin & S. Augustinus, Locustarum, inquit, in Africa multitudinem prodigij similem fuisse, cùm iam esset populi Rom. prouincia, literis Ethnici mandauerunt, consumptis etiam fructibus, folijsq; lignorum, ingenti atque inæstimabili nube in mare dicunt esse deiectam, qua mortua redditaq; littoribus, atque hinc aëre corrupto, tantam ortam pestilentiam dicunt, vt in solo regno Massanissæ octingenta hominum millia perijsse referatur, & multo amplius in terris littoribus proximis. Hieronymus Mercurialis pestis Venetæ, ac Patauinæ signum ponit, quòd per vias, ac parietes multi apparuissent Bruchi. At non pestem solummodo, sed & bellum Locustæ portendunt. Scribit quidam Locustas anno septuagesimo tertio turmatim in Italiam aduolantes, circa Brixiam, & Mantuam omnia terræ germina, cùm sua inexplebili voracitate radicitùs deuastassent, ingentem & immanem subsecutam esse pestem, quæ plus quàm quinquaginta hominum millia interemerit. Quin neque illud, inquit, te latebit, quod elapsis iam vigintiquatuor annis ex Thracia immensa Locustarum nubes in Poloniam, Vngariam, & Germanię vltra limites, aduolauit: quæ non fruges tantùm, sed & olera, & quicquid in pratis virebat, & agris, præter vites depascebat: ob idq; crudelis (vt plerique diuinabant) futuri Turcarum exercitus prodigia, & portenta. Nec eos fefellit præsagium. nam altero anno statim Viennæ obsidio, Vngariæ deuastatio, & ex Anglia, & Brittannia febris illa sudore exitialis, ad nos deuoluta est; non tantùm arborum, sed etiam pestifera hominum pernicies, ex aëris putredine, & intemperie concepta. Sed & anno 1543. Surius Locustæ, inquit, illæ quæ ab Oriente per Illyricum stupendis agminibus in Italiam conuolarunt, maximaq; passim damna dederant, Turcarum aduentum portendere visę sunt, neque id prorsus temerè: nam & Turca Rhegium occupauit, Romęq; trepidatum est, dum Hostiæ subsediſſet. Nicæam cepit, Christianorum armis abducit plus 5200. 200. ex ijs sacras virgines, & prædam sexcentorum millium ducatorum, quam tamẽ iterum amisit in freto Siculo, à Garsia Neapolitano prorege recuperata magno Dei beneficio. Tamberlanes referente Cranzio Hierosolymam expugnare instituerat; sed cum Bruchi exercitum eius vexarent, admonitum se interpretatus à Deo, ea de re temperauit. Primam expeditionem sacram, vt Sigonius testatur, Hierosolymitanam anno 1096. Claramonte institutam, Locustarum repente nata vis tanta præcessit, vt nubium instar Solis lucem adimerent. Mirum quod scribit Georgius Turonensis, duas acies Locustarum per Auernum, atque Lemouicinum transeuntes, Romaniacum campum veniſſe, in quo prælio magno inter se acto, maximę sint concisæ, cùm Chlotarius eum Chranno filio suo esset pugnaturus, quem victum vnà cum vxore & filijs comburi iussit. Patet itaque & pestis, & belli præsagia esse Locustas, at semper non, quod notauit Scaliger aduersus Cardanum: quod

D scribis inquit, eorũ aduentũ omen esse futuri belli, ridiculum est; vt omittã minus latinã lo» cutionem. A Mauris enim Sicilię pænè quotannis obnunciaretur. Inde enim eò deferun» tur. Et tu quibus ex partibus adueniant, inde bellum imminere scribis. Sic illę. Locustarũ verò exercitus, quòd sæpè irruptiones externorum militum prę significent, ipsius animalculi forma, & qualitas satis affirmat: accedit euentus rerum, vt dictum est, qui rationem ancipitem vbiq; confirmat. Plinius equidem annonæ caritatem ex his prędicere non veretur, quòd ferè per squallores diuturnos è sicca putredine (vt Hippocrates vocat) atque ex vna terrarum ariditate progerminent. quodq; virulenti cuiusdam morsus contagio plantas & fata inficiant, vt mox vredine contabescant: Quare & aliud consequi necessarium est partim ex inspiratu, dum viuunt, partim à resolutione dum pereunt: hæc Insecta vitiatis paulò pòst alimentis, ac potibus ipsius etiam spiritus corruptelam tum in hominem, tum in animalia cętera propagari. Augustinus Niphus Locustas, Apes, & Formicas ponit inter cętera auguralia, aitq; de his Appionẽ diffusè scribere. Quin & μάντις, id est Vates vocatur Locusta, ꝙ

Pestem prę sagiunt.

Turcarum aduentum Locustæ de notant.

Cur exercitus significent.

ex eius inceſſu nonnulli curioſa vanitate futurorum euentus capere ſoliti erant. Mirum, ac prodigioſum eſt, quod de ficu, & Locuſtis ſcripſit Plinius, agens de prodigijs, & oſtentis, quę ex arboribus ſumuntur. Ait inquam in Bœotia deraſas à Locuſtis ficus iterum germinaſſe. E

# VT FVGENTVR.

QVEMADMODVM varia Locuſtarum, & innumera genera diuerſis modis generari voluit natura, ita quoque diuerſa dedit remedia hominibus, quibus eas vel occidere, vel fugare ſaltem poſſint: verùm ego expeditiora inde ſelecta ſcribam. Si nebula Locuſtarum, inquit Democritus, accedat, omnes intus maneant inconſpicui, & deliteſcentes, & præteribunt regionem. Si verò antequam hoc obſeruatum ſit, derepente inſtiterint, nihil omnino contingent, ſi lupinis amaris, aut cucumeribus ſylueſtribus in muria feruefactis conſpergantur. Eueſtigio enim moriuntur. Similiter præteribunt ſubiectam regionem, ſi captas veſpertiliones ex ſublimibus regionis arboribus ſuſpenderis. Si autem captas Locuſtas exuſſeris, ab odore vertigine afficientur, & partim moriuntur, partim demiſſis alis venatorē expectant, & à ſole corrumpuntur. Hoc naturale exiſtit. Nam ſi etiam Scorpium vſſeris, reliquos aut capies, aut fugabis. Idem & in Formicis contingit, quemadmodum docuit experimentum. Fortaſſis autem & in alijs huiuſmodi animalibus idem contingit. Fugabis Locuſtas, ſi confecto ex ipſis garo ſcrobes effoderis, eosque garo reſperſeris, ac madefeceris. Antequam enim præterient dies, ſi acceſſeris, reperies ipſas in ſcrobibus ſomno aggrauatas, quomodo verò ipſas perimas, tuæ curæ relinquo. Nihil omnino continget Locuſta ex eis, quæ abſynthio, aut porro, aut centaurea, aqua tritis reſperſeris. Didymus circum vitis truncum iuxta radicem tria ſinapis grana obrui iubet. Hæc enim enata odore ſuo Bruchum enecare. Magorum vanitas teſte [a] Plinio amethyſtum promittit grandinem quoque auertere, & ſimilia, & Locuſtas, precatione addita, quam demonſtrant. Chuerch inquit Scaliger (legitur id quoque in nauigationibus in Indiam) Scytharum Catainorum ciuitas eſt: in qua ſtagnum, cuius præſentia Locuſtas arcet. Olim eam ob cauſam inde petitis à Cypri rege aquis. Quarum vaſe ſtanneo pleno turri appenſo, factum eſt, vt eo tempore non ſit à Locuſtis inſula tentata. Author eſt Strabo Aethiopes Sillis finitimos Locuſtas hoc modo capere, fumoſam materiem in conuallibus inijcientes, & incendentes (cùm illæ parum volent) obtenebratas, & cadentes colligere, & admixto ſale ex eis maſſulas conficere, & vti. Idem ſcribit Diodorus Siculus, cuius verba pòſt adferemus. Igne quoq; fugari poſſe indicare mihi videtur Homerus, cùm canit.

Locuſtæ, vt Locuſtas fugent.

[a] *Lib. 37. cap. 9.*

*Ὡς δ' ὅθ' ὑπαι ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται*
*Φευγέμεναι ποταμόνδε, τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ*
*Ὄρμενον ἐξαίφρης, ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ.*
*Sicut autem quando ab iniectu ignis Locuſtæ euolant*
*Vt fugiant ad fluuium; ardetq́; indefatigatus ignis*
*Excitatus repentè: hæ verò ſubeunt præ timore aquam.*

Aues Locuſtas capientes.

[b] *Lib. 11. cap. 29.*

Poſſunt & aues aliquę ali, vt Locuſtis internecionem adferant. Plutar. prodidit à Lemnijs galeritas honoratas fuiſſe quòd Attelaborum oua inueniant, & abſumant. Iidem & Gracculos teſte [b] Plinio colunt, aduerſo volatu occurrentes Locuſtarum exitio. Aelianus idem non ſolùm de Lemnijs tradit, ſed etiam de Theſſalis, & Illyrijs. Gracculorū ſe beneficiarios exiſtimāt, inquit, Theſſali, Illyrij, Lemnij, ob eamq́; rem his victum ciuitates illorum publicè præbendum eſſe decretum fecerunt, quòd Locuſtarum fruges vaſtantium oua deperderent, earumq́; ſobolem perimerent. Vnde magna ex parte Locuſtarum nubes, & examina minuebantur, frugesq́; ipſorum incolumes ad tempeſtiuitatem perueniebant. Sic ille: dupliciter itaque Gracculi Locuſtas interimunt, aduerſo volatu earum exitio occurrentes, vt Plinius aſſerit, & oua conſumendo earundem, vt Aelianus. Tradit ibidem Plinius Seleucides aues vocari, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Caſſini montis incolæ Locuſtis fruges eorum vaſtantibus. Quod repetens D. Ambroſius, aues has datas eſſe ait ad remedia malorum, quæ Locuſta conſueuit inferre, cui, inquit, creator dedit inexplebilem deuorandi naturam, vt inſatiabili paſtu plagam poſſit extinguere. Inuenio & apud Diodorum Siculum, Ibim auem vtiliſſimā cenſeri, quòd ſerpentes, Locuſtas & Bruchos extinguat. Eſt præterea ſerpens drinus vocatus quē chelydrū alij vocant, hunc Locuſtas venari Nicander atteſtatur.

H

Ὃς

Ὅς τε βρύα προλιπὼν, καὶ ἕλος καὶ ὁ μήθεα λίμνην
Αγρώσσων λειμῶσι μολυρίδας, ἢ βατραχῖδας,
*Hic linquens muscos, stagnantes atq; paludes,*
*Dum ranas sequitur, vastans per prata Locustas.*

Inuenio item ab ipsis hominibus necatas esse. [i] Plinius in primis in Syria scribit militari imperio coactos esse eas necare: & in Cyrenaica regione legem esse etiam ter anno debellandi eas, primò oua obterendo, deinde fœtum, postremò adultas; desertoris pœna in eum qui cessauerit: & Liuius prodidit de Locustis, quæ Apuliam deuastarant, ad eam pestem frugum tollendam Cn. Sicinium prætorem designatum cum imperio in Apuliam missum, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantulum temporis absumpsisse. Anno 1542. cùm in agris Mediolanensium omnia absumebant Locustæ, præfectus vrbis referente Paulo Morigia constituto præmio in collectas, breui tempore duodecim milla saccos impleuit. Sed obseruandum est, vt terra obruantur, nam vel mortuarum oua nouas progignunt, vel ipsæ etiam putrefactæ pestem, vt suprà ostendimus: quare dicitur per prophetam; congregabuntur spolia vestra sicut colligitur Bruchus, velut cùm fossæ ex eo fuerunt plenæ. Collecturi mane summo eas inuadant, cùm frigore noctis etiamnum torpidæ, & immobiles desident: nam orto sole alis earum laxatis omnes egrediuntur per turmas, inquit Albertus, sine rege & lege ciuilitatem tyrannicam custodientes. Sed nullum humani ingenij inuentum sæpe prodest, vt ad orationes publicas, exorcismos, ac excommunicationes, vt vocant, deuenire cogamur. Cum Italiam vexarent aliquando, constat ex consilijs Hieronymi Grati, censuris Ecclesiasticis animaduersum in eam impiam vastationem turpissimorum animalium, datis hinc inde aduocatis, atq; patronis, vt processus formula seruaretur. De exorcismis, priuatos Ecclesiæ libros adeat lector. Quod ad orationes attinet, de his aliquot Sanctorum miracula recensebimus. Aphrates religiosissimus vir teste [k] Theodoreto, cùm in Perside magna Locustarum vis more flammæ, omnes terræ fructus, segetes, plantas, & nemora ac prata deuastaret; rogatus à pio quodam, vt agellum ab huiusmodi clade defenderet, vas aquæ ferri iubet, manuq; illi imposita, Deum rogat, vt elemento illi suam gratiam impartiatur; absolutis precibus, iubet vt agelli fines aqua illa aspergantur; quæ pro imperio spersa, se inexpugnabile, atque inuiolabile illius agelli munimentum præstitit. Nam cùm ad illius fines Locustarum acies peruenisset, diuinam aquæ potentiam verita, & tanquam aliquibus habenis repressa, retrogressa est: sane & reliquorum agrorum salus eadem fuisset, si reliquorum agrorum domini à Deo eadem postulassent: sicuti in Mazania ad Sibarim cùm Iunio mense Locustarum multitudo nebulæ instar totam regionem operiret, frugesq; & fructus omnes deuoraret, incolæ supplices ad Theodorum Siccorum contenderunt, vt suis precibus tantam calamitatem expelleret. Profectus ille cum eis ad S. Euenici Ecclesiam, ipseq; tribus acceptis Locustis in manu sua, pro populo dominum obsecrabat, atq; interim tres illæ Locustæ in eius manu mortuæ sunt, & gratias agens Deo, dixit ad populum: Deus celeriter misericordiam suam nobis ostendet. Igitur in S. Euenici templo diuinum sacrificium peregerunt, postero autem die in agros egredientes Locustas omnes mortuas inuenerunt, & Deum collaudauerunt, vt scribit Georgius Præsbyter miraculi inspector in vita huius [l] Theodori apud Lipom. M. Marulus Spalatensis de Seuerino in Panoniæ finibus Abbate, quod cùm Cuculli castelli agrum Locustarum agmina deuastabant, iussit omnes loci incolas vnà secum ad Ecclesiam pergere. Dumq; ibi simul orarent, omnis illa Locustarum tempestas inde sublata fugam fecit. Ac ne casu aliquo discessisse viderentur, pars earum non minima in cuiusdam agro residit, qui cum alijs ad orandum non venerat. Tantumq; homini illi obfuit non orasse, quantùm cæteros orasse iuuit. Apud Murisiam Ciuitatem Hispaniæ citerioris quadam æstate Locustæ & Bruchi innumerabiles intra dies quatuordecim omnia, quæ in agris erant, deuastarunt. Cùm per id tempus venerat eò B. Vincentius, eum ciues vrbis dolenter adeunt, precum eius suffragia implorant. Ille, vt [m] Pet. Rauzanus tradit in eius vita, iubet confestim adferri aquam benedictam, deinde cum clericis, qui eum assectari solebant, hymnos canentibus ad singulas vrbis portas accessit, stansq; in illarum medio contra ea loca, in quibus dicta animantia grassari dicebantur, aquam sacratam aspersit, & ecce postridie omnia extincta reperta sunt, & intra paucos dies agri, & vineæ adeò restitutæ sunt, vt illo anno nulla fuerit penuria subsecuta. Plures eiuscemodi historias recensere possim, sed ne longior sim, hîc vela contraham.

Homines Locustas occidunt.

[i] *Lib. 11. cap. 29.*

Locustas mortuas cur sepelire debeamus.

Orationibus fugari.

[k] *In Philoteo.*

[l] *Li. 2. Exēp.*

[m] *Lib. 3. ad finem.*

ANTI-

# ANTIPATHIA. PVGNA.

SVperiori rubrica dictum eſt, Galeritas, Graculos, Seleucides, & Ibides inter aues, & Chelydrũ inter Serpentes Locuſtis infeſtos eſſe, & deuorare, & oua earum abſumere, quòd nunquid occulto quodam faciant odio, ac antipathia, authores tamen non tradunt. Equidem Locuſtæ, quod ſaltem ad Serpentes attinet, egregiè ſeſe vlciſcuntur. Tradit enim [a] Ariſtoteles Locuſtã à comploribus viſam, quoties cum ſerpente pugnat, collum eius prehẽdere. Quod repetens [b] Plinius, cùm quomodo Locuſtæ moriantur, dixiſſet, quàm friuola, inquit, ratione morientes, ſerpentem cùm libuit, necant ſingulæ, faucibus eius apprehenſis mordicùs. Scribit [c] Simon Maiolus Epiſcopus Vulturiacenſis, olitorem ſuum, cùm ex agro rediret, narraſſe commemorandam Locuſtæ de ſerpente victoriam: apprehenderat illa ſerpentis guttur, atq; ita beſtiam extinxit abſq; pugna. Mirum ſanè tam imbecillum animal ſuperare fortiſſimum; fatuum vincere aſtutiſſimum. Legimus item in mirabil. auſcult. Ariſtoteli nuncupatis in Argo genus Locuſtæ eſſe ferri (Scorpiomachum vocant) quod viſo Scorpione ſtatim pugnæ accingitur, ipſo viciſſim opponente. Itaq; vndequaq; circumuentum ſtridore aſſultare: contrà aculeum eodem illum loco velut in gyrum actum vbique obtendere, donec auidius fortè, ac nimis eductum totum amittat: Quocirca aduolantem beſtiolam velut exarmatum iam deuorare. Scorpionumq; ictibus, hanc comeſtam ſtatim mederi. Minimum præterea Locuſtarum genus ſine pennis, [d] Plinio teſte, aduerſatur Veſpis, Crabronibus, & Apibus. Quin & ipſæ mutuo ſe comedunt, maiores deuorant, vt author de rerum natura prodidit.

[a] *Li. 9. Hiſt. cap. 6.* Vt ſerpentes occidat.

[b] *Li. 11. c. 29.*

[c] *Colloq. 10. in princ.*

Locuſtæ cũ Scorpio pugna.

[d] *Lib. 29. cap. 4.*

# DENOMINATA.

[a] *Eidyll. 1.*

Ἀκριδοθήρα inſtrumentum eſſe dicitur ad venandas Locuſtas. In veteri lexico capſula ad venandas Locuſtas. Meminit [a] Theocritus, aitq; id factum à puero vineas cuſtodiente ex culmis & iuncis,

Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν
Σχοίνῳ ἐφαρμόσσων. Id eſt.
*Sed ille ex culmis pulchram Locuſtis capiendis decipulam nectit*
*Iunco concinnans.*

[b] *Lib. 1. cap. 13.*

[b] Alexander ab Alexandro ſcribit ab Oetæis, Herculem Conopium, ne prouinciam Culicibus infenſam redderet, veneratos eſſe: nam Culices, inquit, Oetæi Conopas vocant. Hæc ille ex Strabone, vt videtur. Sed huius textus deprauatus Alexandro impoſuit, quem in communem ſtudioſorum gratiam ex Euſtathio corrigere, & reſtituere libuit. Deprauatus textus nunc legitur ſic: Καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν κωνοπῶν, ὃυς οἱ Οἰτέοι κώνοπας λέγουσι, κωνοπιῶνα τιμᾶσθαι παρ' ἐκείνοις Ἡρακλέα ἀπαλλαγῆς ἀκρίδων χάριν. Legendum: Καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν παρνόπων, ὃυς οἱ Οἰτέοι κορνόπας λέγονται, κορνοπίωνα τιμᾶσθαι παρ' ἐκείνοις Ἡρακλέα ἀπαλλαγῆς ἀκρίδων χάριν. id eſt, Nam à (Locuſtis) Parnopibus, quas Oetei Cornopes vocant, Cornopiona honorari ab ipſis Herculem, quòd Locuſtas fugaſſet. Atq; ita vt dixi habet Euſtathius, licet breuius. Οἱ γὰρ περὶ Τραχῖνα Οἰταῖοι κορνοπίωνα λέγονται τιμᾶν Ἡρακλέα, χάριν ἀκρίδων ἀπαλλαγῆς: ἤτοι παρνόπων, οὓς ἐκεῖνοι κάρνοπας λέγουσιν. Notandum verò etiam interpretem ibidem pro ἀκρίδων, reddidiſſe Culicum. Sicut quoque ibidem paucis interpoſitis, vbi Strabo habet: Παρ' Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ μῦς τις καλεῖται πορνοπίων, ὅτι τοὺς πάρνοπας καλοῦσι τῶν βοιωτῶν. καὶ θυσίαν συντελοῦσι πορνοπίῳ Ἀπόλλωνι, id eſt Apud Aeoles, qui in Aſia ſunt, mus quidam Pornopion vocatur. Bœoti autem hoc modo Parnopes (interpres Culices perperam vertit) vocant, & ſacrificium fit Apolloni Pornopio. Supra Parnopes, Locuſtas eſſe comitit, & in ſynonymis pro Parnopes alios Pornopes ſcribere diximus, quare hîc nihil muto, quanquam Apollo [c] Pauſaniæ Παρνόπιος, non πορνόπιος nominetur. Παρνοπίον δὲ καλοῦσιν: inquit, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν ἀποσρίψαν ὁδὸν ἔπεμψεν ἐκ τῆς χώρας, id eſt Parnopium, quòd ſe Deus Parnopes (Bruchos vertit interpres) quæ totum agrum magna afficiebant calamitate, ex finibus pulſurum dixiſſet: & pulſos quidem ſciunt, addit Pauſanias, quo autem modo, non tradunt. Scio equidem ter in Sipylo monte deletos Parnopes, non vno tamen modo: nam vehemens aliquando, & ſubita

Hercules Cornopius.

[c] *In Atticis.*

procella

A procella eas eiecit: iterum acri æstus vapore, qui statim est imbres consecutus, enectæ sunt: iam tertio repentino frigore oppressæ perierunt; atq; hæc quidem, quæ de abolitis Parnopibus memoraui, ætate mea acciderunt. Hæc Pausanias. Quod verò ad murem illum attinet, quem Strabo apud Aeoles παρνοπίωνα vocari ait, vt verum dicam, necdum habeo, quod dicam: Suspicor tamen ita vocari, vel quòd Parnopibus siue Locustis pugnet pabuli causa, vel quòd earum more agros vastet.

# HISTORICA.

B DE S. Gregorio in Angliam ituro, sed à Locusta remorato hanc historiam narrat Surius: Iamq; trium dierum itinere profligato, ad quendam locum requieturi fortè diuerterant. Quò singulis quiescentibus, Gregorius lectitabat. Quem Locusta superueniens, coegit paululum à legendo quiescere, & ex consideratione sui nominis docuit eum in eodem loco restare debere. Tunc fertur dixisse: Locusta, inquit, dici potest, quasi Loco sta; statimq; comites adhortatus, festinantius ire certabat, sed præuenientibus Apostolicis nuncijs, licet magnoperè tristaretur, redire ad proprij compulsus est monasterij curam. Hæc Surius. S. Gregorius à Locusta remoratur.

# MORALIA.

DER Locustas moraliter, quæ omne bonum consumpserunt, adulatio significatur, quę omnia bona hominis deuorat. Vnde D. Gregorius super Exodum ait: Exhibitæ cælitus Aegypti plagæ, exigentibus meritis corporaliter illatæ sunt. Sed quæ mala quotidiè prauas mentes feriant, spiritualiter signauerunt. Quibus exteriori concussione commota humana mens, dolensq; perpendet, quæ vastationis damna exterius negligens toleret. Per
» Locustas enim, quæ plus quàm cætera minuta animantia fructibus nocent, linguæ adula-
C torum figurantur, quæ terrenorum mentes aliqua bona proferentes immoderatiùs laudan-
» do corrumpunt. Fructus enim Aegyptiorum opera cenodoxorum, quæ Locustæ exterminant, dum adulantes linguæ ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam Locustæ comedunt; quando adulatores verba loquentium fauoribus extollunt. Poma
» verò bonorum deuorant, dum vanis laudibus quorundam tanquam fortium opera enarrãt. Adulatio.

Sic ille, & Iacobus de Vitriaco S.R.E. Cardinalis agens de eadem plaga. Locusta, inquit, volatilis quæ omnia bona atterit, & arrodit, inconstantes, & adulatores designat, quo immoderatè hominum facta extollendo, omnia bona illorum corrumpunt; sicut Isaias ait: Inconstantes & adulatores.
» Populę meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Et B. Gregorius ait: Residuum grandinis comedit Locusta, quia sæpe bonum, quod non tollit aduersitas frangens, perimit adulatio demulcens. Locusta à posterioribus se attollens, saltum habens deciduum, & adulatores, dum verbis mendacibus attollere cupiunt, in infernum decidunt. Herbam Locustæ comedunt, quando adulatores verba loquentium fauoribus attollunt. Poma arborum deuorant, quando opera aliorum adulando commendant.
D Hæc pestis omnia virentia consumit; plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris. Locustarum multitudo vexans omnia, radicitusq; exterminans, falsarius est, multa variaq; confingens, qui rodit vt Locusta famam, vitam, actusq; alienos, donec totum, Falsarius.
» aduersus quem falsa confingit, radicitus exterminet. Vnde Glossa, Octauum, inquit præ-
» ceptum, falsum testimonium non dices, octaua plaga Locusta, animal scilicet dente noxiũ.
» Falsus enim testis nocet mordendo, & consumit mentiendo. Vnde Apostolus. Si mordetis
» & consumitis, videte ne ab inuicem consumamini. Et Vitriacus de eadem plaga: ventus autem vrens, id est tempestas iræ diuinæ, Locustas proiecit in mare, id est, in amaritudinem pœnæ æternæ eos, scilicet qui specialiter octauum transgrediuntur mandatum. Falsus enim testis Deum ore offendit, proximum lædit, iudicem fallit, & sicut Locusta fruges consumit mordendo, sic falsus testis bona proximi vastat mentiendo. Sic Vitriacus. Verùm hoc maximè hæretici faciunt, & omnes, qui loquuntur mendacium, quorum mendacium, & vis per speciem Locustarum in [a] Apocalypsi hoc modo designata est: Et ascendit fumus putei,
» sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aër de fumo putei, & de fumo exierunt Hæretici. [a] Cap. 9.

Locustæ

Locuſtæ in terram, & hic ventus vrens leuauit Locuſtam. Myſticè idem intelligendum, videlicet quia ſicut Locuſtę proprium non habent volatum, ſed vento in perniciem Ægyptiorum ſunt leuatæ: ſic omnes falſi teſtes, ſiue in foro, ſiue in Eccleſiaſtico concilio contra ſanguinem proximi, ſiue contra fidem Chriſti falſa deſcripturis teſtimonia proferentes, volare ſe putant pennis ſcientiæ, ſed proculdubio per inane tolluntur vento diabolicæ ſuperbiæ ad ſubuerſionem audientium, ad perditionem ſibi conſentientium. Et D.[b] Ambroſius ad eadē Apocalypſeos verba: de fumo, inquit, id eſt de doctrina eorum qui hæreſiarchæ appellantur, magna multitudo hæreticorum generata eſt. In terram exierunt, quia à ſocietate electorum ſeparati, eis qui terra vocantur, id eſt, infidelibus coniuncti ſunt. Et paulò inferiùs ad hæc verba: Et ſimilitudines Locuſtarum, ſimiles equis paratis in prælium. Per equos, ait, prædicatores ſancti ſæpe deſignantur, ſicut Abacuc propheta in cantico ſuo loquitur, dicēs: Viam feciſti domine in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Viam fecit dominis in mari equis ſuis in luto aquarum multarum, quando initio fidei pacem mundo largitus eſt; vt Apoſtoli domini per vniuerſas gentes, quæ per mare, & lutum deſignatæ ſunt, poſſent diſcurrere, & ſemina fidei ſpargere. Equi ergo Dei ad prælia parabantur, quando prædicatores ſancti, & verbo, & virtutibus adhoc armabantur, vt genus humanum de poteſtate diaboli eruerent. Locuſtæ verò ſimiles equis paratis in prælium eſſe dicuntur, quia ſicut prædicatores ſancti tota virtute laborant, vt quoſcunq; poſſunt de laqueis diaboli eripiant, ita & hæretici ad hoc ſemper armātur, vt quoſcunq; poſſunt decipere, in barathrum ſuæ damnationis inuoluant. Et[c] D. Hieronymus ad hæc verba: Idcirco erunt quaſi nubes matutina, &c. Huic Locuſtæ (ſic habent ſeptuaginta) & nubi matutinæ, & rori, & pulueri hæretici comparantur: de quibus & in epiſtola, inquit, catholica dicitur: hi ſunt nubes ſine aquis. habent enim ſpeciem prophetarum, & nubium Apoſtolicarum, ad quas Dei veritas peruenit, ſed non habent aquas, id eſt, gratiam ſpiritus ſancti, dicenti domino in Euangelio. Qui credit in me, flumina de ventre fluent aquæ viuæ. Locuſta etiam vanam gloriam moraliter deſignat, & Bruchus gulam, vti legimus apud[d] B. Gregorium in expoſitione iſtius ſententiæ Ioelis prophetæ: Reſiduum Erucæ comedit Locuſtæ; reſiduum Locuſtæ comedit Bruchus, reſiduum Bruchi comedit Rubigo, dicens: Quid enim per Erucam, quæ toto in terram corpore repit, niſi luxuria deſignatur: quæ cor, quod tenet, ira polluit, vt in ſuperioris munditiæ ſurgere amorem non poſſit? Quid per Locuſtam, quæ ſaltibus euolat, niſi inanis gloria exprimitur, quæ ſe varijs modis præſumptionis exaltat? Quid enim per Bruchum, cuius pœnè totum corpus in ventrem colligitur, niſi edendi ingluuies figuratur? quid per rubiginem, quæ dum tangit, incendit, niſi ira innuitur? Reſiduum ergo Erucæ Locuſta comedit, quia ſæpe, dum luxuriæ vitium à mente receſſerit, inanis gloria ſuccedit. Nam quia iam quaſi per amorem Dei caro ſternitur; mens quaſi ſe ſanctam ex caſtitate gloriatur. Et reſiduum Locuſtæ comedit Bruchus, quia ſæpe cùm inani gloriæ, quæ quaſi ex ſanctitate veniebat, reſiſtitur, vel veneri, vel quibuslibet ambitionis deſiderijs indulgetur. Mens enim Dei neſcia tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur: quanto nullo vel humano laudis amore refrenatur. Reſiduum verò Bruchi conſumit rubigo: quia ſæpe, dum ventris ingluuies per abſtinentiam reſtringitur, impatientia acriùs dominatur. Et more rubiginis, quaſi exūrendo meſſem comedit; quia virtutem fructus impatientiæ flamma tabefacit. Dum ergo intus vitia ſuccedunt, agrum mentis alia peſtis deuorat, quod alia relinquit. Sic etenim, quod plaga grandinis dimiſit, Locuſta & Bruchus conſumpſit. D. Hieronymus eadem Ioelis verba declarans narrari ait impietatem hoſtium ſub figura Locuſtarum, & rurſum ſic de ipſis Locuſtis dici, quaſi hoſtibus comparentur, vt cùm Locuſtas legeris, hoſtes cogites; cùm hoſtes cogitaueris, redeas ad Locuſtas. Aſcendit ergo gens Locuſtarum de ſolitudine, ſiue exercitus Chaldæorum ſupra terram Dei, fortis & innumerabilis. Quid enim Locuſtis innumerabilius, & fortius, quibus humana induſtria reſiſtere non poteſt? Dentes eius, gentis videlicet Locuſtarum (omnia autem τυπικῶς intellige) quaſi dentes Leonis & molares illius, vt Catuli Leonis: vt qui in fortitudine, & multitudine Locuſtis coæquantur, in ferocitate & crudelitate Leonibus comparentur. Quod modo D. Ioannes Baptiſta Locuſtis in deſerto veſceretur, myſterio minimè vacat. Eodem[e] Hieronymo diuo per eas legis, & Iſraelitici populi imbecillitas denotatur. quòd animal ſit alis infirma, de terra conſurgens, ſed altiùs non auolans, vt plus ſit, quàm reptile, & tamen auibus non æquetur. Et D. Gregorius, profecto, inquit, Iudæorum populum Locuſtæ ſignificant, ſubitos ſaltus dantes, ſed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabant, cùm præcepta domini ſe implere promitterent, ſed citius ad terram cadebant, cùm per praua opera hæc ſe audiſſe denegarent. Videamus in eis quaſi quē dam Locuſtarum ſaltum. Omnia verba quæ locutus eſt dominus, & faciemus, & audiemus.

Falſi teſtes.

[b] *In Comment. ca. 9. Apocal.*

Prædicatores ſancti.

[c] *Comm. in c. 13. Oſeæ.*

[d] *Lib. 35. moral. c. 39.*

Hoſtium impietas.

[e] *In Ionam. cap. 4.*

Videamus

A Videamus ergo quomodo citiùs ad terram ruunt. Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam. Locustæ ergo erant, quia habebant saltum per vocem, & casum per actionem. Pariter S.[f] Chrysostomus loquens de eisdem Ioannis Baptistæ Locustis, hisce legem similem fuisse ait; nam Locusta cùm à terra se paullulum eleuauerit, iterum pennis deficientibus cadit in terram: ita & lex, inquit, videbatur quasi quidem ab idolatriæ errore paullum recedere, sed ad cælum volare non poterat. regnum enim cælorum nunquam legimus in lege. Et [g] antè etiam dixerat de Iudæis. Vides quia omnis continentia eorum corporalis erat, peccata tantùm actuum deprimens, non voluntatum. Item Locustæ sunt volatilia quidem munda, tamen parua, & non satis in altum volantia, quæ manducabat Ioannes constitutus in deserto. Quòd docebat Ioannes, idem manducabat. Volatilia quidem erant, non autem magna volatilia, nec satis in altum volantia, quia secundum iustitiam legis metu pœnæ corporalis viuebant, non secundum spiritualia, & altissima Christi præcepta. Deniq; quomodo magnæ volucres erant Iudæi, aut ad alta volantes, quibus à Ioanne pœnitentia sola iniungebantur? Qui enim abstinet se ab opere malo, & non insuper facit bona opera volat quidem, non autem in altum volat. Parua ergo volatilia, & non in altum volantia manducabat Ioannes: maiora autem volatilia, & in altum volantia, quæ altissima cæli poterant penetrare, Christo pòst venienti, quasi regi magno seruabat. Vnde & paulò pòst dicit. Edebat autem Locustas, & mel sylueſtre; ostendens eos, qui longè volabant, prope futuros, sicut & Apostolus ait ad gentes: Et vos qui aliquando eratis à longè, propè facti estis in sanguine Christi. Et qui agrestium gentium dulcedinem futuræ fidei docens, quæ ad sublationem curationis præcesserat, mel sylueſtre edebat. Denotant eædem D. Ioannis Baptistæ Locustæ populum gentilem, sicuti perquam breuissimis verbis attestatur facūdissimus [h] S. Ambrosius. Cibus quoq; prophetici index officij, nunciusq; mysterij est. Quid enim tam ociosum ad hominis officium, quàm Locustas quærere? & quid tam plenum ad vatis mysteriū? Nam quo magis ad fructum inutiles, ad vsum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagæ saltu, ore stridulæ sunt Locustæ; eò conuenientiùs his populi figura gentilis aptatur, qui nullo vsu laboris, nullo operis fructu, sine grauitate, sine voce sonum querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hic igitur populus cibus est prophetarum. Nam quo numerosior populus congregatur, eo vberior prophetici oris vsus augetur. Hæc ille. Ex Locustarum in diuersas partes volatu, non tamen pleno cursu, D.[i] Hieronymo Sapientes mundi, & imperfectæ, incertæq; scientiæ auctores denotantur. Is enim explicans ea verba prophetæ Nahum: Bruchus irruit, & euolauit; exiliuit quasi Attelabus commixtus tuus; sicut Locusta quæ ascendit super sepem in die gelu, & non cognouit locum suum; mixtitium putat in hoc differre à Brucho, quòd Bruchus imperitæ multitudini, & innumerabili comparatur, mixtitius autem cunctis gentibus hinc inde collectus. Et quomodo alij sunt in vrbibus ciues, alij peregrini, quibus placet habitare in vrbe non sua. Sicut mixtitium puto, qui habitat in Niniue, eos esse qui videntur sibi, iuxta opinionem suam aliqua sequi dogmata veritatis, & in eo meliores esse Brucho, quòd Bruchus nihil aliud faciat, nisi semper in terra sit, & absq; alis cibo, & ventri seruiat: Attelabus autem modicas assumat alas, & cùm in altum volare non possit, tamen de terra exilire nitatur, & tandem perueniens in Locustam volitat quidem, sed non est perpetuus volatus eius: deficientibus enim pennulis, & contractis frigore, etiam Locusta consident, & consident non in frugifera arbore, & in virentibus folijs; sed in sepe, sentibus virgultisq; contexta: siue in maceria fortuitu hinc inde lapide composita. Consideremus Sapientes Græciæ & Aegyptiorum, atq; Persarum, Indorumq; gymnosophistas, & Samaritanos, & varias inter ipsos sententias, & Iudæos, Pharisæosq; eorum, & Sabducæos, & Ecclesiæ multiplices hæreses: & videbimus Attelabum à terra se paullulum eleuantem, & Locustam volantem quidem, sed non pleno cursu, & quia non habeat calorem Solis iustitiæ, frigente in Deum charitate, sedere in spinosis sepibus. Omnia enim dogmata eorum cùm frigeant, & volare non possint, sedem sibi, & requiem inter Aristotelis, & Chrysippi scripta reperiunt. Et paucis interpositis. Hæc igitur Locusta, quæ nunc sedet in sepibus, cùm iudicij tempus aduenerit, & mundus ad ortum solis incaluerit, dimittet sedem & loca sua, in quibus tempore frigoris inhærebat, & ad meliora conuersa, prioris sedis non recordabitur. Quod autem generaliter de iudicij tempore diximus, & nunc ex parte intelligi potest, vt per eruditos, & doctos viros huiusmodi Locustis Solis iustitiæ lumen oriatur; & relinquentes spinas suas, in purum & liberum transeant volatum. Alio quoq; sensu, inquit Isidorus Locustæ per mobilitatem leuitatis accipiendæ sunt, tanquam vagæ, & salientes animę in sęculi voluptates. Bruchus cùm sit modicæ quantitatis & fusci coloris, eorum nobis præbet speciem

[f] *Hom. 2. in Marc.*

[g] *In tert. ca. Matth.*

Populus gentilis.

[h] *In comm. in c. 3. Luc.*

[i] *In Comm. in cap. 3. Nahum.*

Sapientes mundi.

Animæ vagæ.

ciem, vti ſcribit Rodericus Flauiacenſis, qui in religionis habitu conſtituti, ſi temporalibus E
ſubleuentur honoribus, nec mentis deſerunt humilitatem, nec habitus ſui mutant deformi-
tatem. Quid verò Ioel propheta intellexerit his verbis: Reſiduum Erucæ comedit Locu- »
ſta, & reſiduum Locuſtæ comedit Bruchus, & reſiduum Bruchi comedit Rubigo, docet D. »
Hieronymus in commento inquiens. Erucam Hebræi interpretantur, Aſſyrios, Babylonios, »
atq; Chaldæos: qui de vno orbis climate procedentes, tam decem tribuum, quàm duarum,
hoc eſt Iſraelitici populi cuncta vaſtarunt. Locuſtam autem Medos interpretantur, & Per-
ſas, qui ſubuerſo imperio Chaldæorum, Iudæos habuere captiuos: Bruchum Macedonas,
Hieroſolymæ quatuor vaſtationes. & omnes Alexandri ſucceſſores, maximeq; regem Antiochum cognomento Epiphanem,
qui inſtar Bruchi ſedit in Iudęa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, ſub quo Ma-
chabęorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti, &
vltimi in tantum oppreſſere Iudæos, vt de ſuis finibus eos pellerent. Scribit pleniùs Ioſe-
phus ſeptem voluminibus, Veſpaſiani & Titi narrans triumphos. Helij quoq; Adriani con-
tra Iudæos expeditionem legimus, qui ita Hieruſalem murosq; ſubuertit, vt de vrbis reli-
quijs, ac fauillis ſui nominis Heliam conderet ciuitatem. Hæc quatuor regna, quæ ſubuer-
tere Iudęam, in quatuor cornibus Zacharia ſe vidiſſe ſcribit, dicente ad eum angelo: Hæc F
ſunt cornua, quę ventilauerunt Iudam & Iſrael, & Hieruſalem. Et rurſum: Leuaui, inquit, »
oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, »
& montes, montes ænei: in quadriga prima equi ruffi, & in quadriga ſecunda equi nigri, »
& in quadriga tertia, equi albi, & in quadriga quarta, equi varij fortes. Cumq; propheta »
dixiſſet ad angelum, qui loquebatur in eo: Quid ſunt hæc domine mi? Reſpondit angelus, »
iſti ſunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur, vt ſtent coram dominatore omnis terræ, & eſt
ſenſus: iſti ſunt qui egrediuntur à facie domini, & eius impleant voluntatem. Cum habita-
Perturbationes quatuor. toribus terræ, percipimus auribus, quid Eruca, Locuſta, Bruchus, Rubigo, ſignificet; nunc
cum ſenibus, quod dictum eſt, audiamus: quatuor eſſe perturbationes, quibus animarum
ſanitas ſubuertatur, omnes philoſophorum ſcholę conclamant. Duæ præſentes ſibiq; con-
trariæ, duę futurę mutuo diffidentes: Preſentes ęgritudo & gaudium. Ægritudinem animi
dicimus, alioquin corporis non ęgritudo, ſed ęgrotatio nominatur. Aut igitur triſtes ſu-
mus, & mœrore conficimur, ſtatusq; noſtrę mentis euertitur. Vnde & Apoſtolus monet: ne
abundantiori triſtitia abſorbeatur frater. Aut è contrario gaudemus, geſtimusq; lætitia, &
bona noſtra moderanter ferre non poſſumus: iuſtiq; & fortis viri eſt, nec aduerſis frangi, nec G
proſperis ſubleuari, ſed in vtroq; eſſe moderatum. Diximus de perturbatione præſentium,
dicamus de futurorum, in quibus metus, aut ſpes eſt. Aduerſa timemus, proſpera præſtola-
mur, & quod ægritudo, & gaudium operantur in preſenti, metus & ſpes faciunt de futuro:
dum aut aduerſa pluſquam decet, rimemus eſſe ventura, aut proſpera quę ſperamus in tan-
tum nos faciunt exultare, vt non timeamus modum: maximè in his quæ incerta ſunt, quia
futura ſperantur potiùs, quàm tenentur. Has perturbationes vno, & non pleno verſiculo
illuſtris poëta comprehendit:

*Hi metuunt, cupiuntq;* (hoc de futuro) *dolent gaudentq;* (hoc de preſenti) *neq; auras*
*Reſpiciunt clauſi tenebris, & carcere cæco.*

Cauendum eſt igitur, ne ęgritudo, quaſi Eruca nos comedat: ne Locuſta vaſtet in gaudio,
huc illucq; volitans, & geſtiente lętitia per diuerſa ſe iactans; ne Bruchus id eſt pauor, &
futurorum metus, radices ſapientię deuoret: ne Rubigo & deſiderium futurorum res inuti-
les concupiſcat, & nos perferat ad ruinam. Sed vt in omnibus, quatuor quadrigas, & qua-
tuor cornua, & quatuor equos ruſos, & varios, & albos & nigros, id eſt, vel aduerſa vel pro-
ſpera, vel ex vtroq; ſociata frenis ſapientię gubernemus. Ego reor Erucam eſſe inſipientem H
in animo paſſionem; quę tarda eſt, & diſcurrere non poteſt, & mora ipſa ac pertinacia ebi-
bit, & exugit omnem virorem: quam ſi non occiderimus, in nobis creſcet, & auolat, & nunc
deuorat, quicquid attigerit, nunc ſemeſa dimittens pergit ad alia: reuertensq; ad priſtinam
ſedem, Bruchus efficitur, vt non ſolùm fruges, & folia & cortices, ſed & ipſam medullam
deuoret tarditate. Sin autem euenerit (quod tamen rarum eſt) vt etiam poſt Bruchum vi-
talis quippiam in nobis ſpiritus reſideat, cuncta Rubigo popularetur, ita vt ſtipulam, & vi-
le fęnum vertat in nigredinem, vt non ſolùm eſui, ſed & fimo inutilia ſint. Hęc itaq; D. Hie
Cur in cibo concedantur. ronymus. Cur verò Locuſtę, ac Bruchus in Leuitico in cibo à Deo concedantur, ratio mo-
ralis talis ab Iſychio aſſignatur. Quibus autem ſunt crura excelſiora pedum, vt per ea exi-
liant in terra inter munda propterea ponuntur, quia cùm ſint in carne, non ſecundum car-
nem militant, ſed à ſordidis exiliunt actionibus, & ſecularibus hominibus, vt doceant eos,
atque inſtruant, permiſcentur: ita vt & cum adulteris aliquando, & publicanis habitent, &

tamen

A tamen immundis eorum non commiſceantur actionibus: reſiliunt enim ab eis, & auolant, & cùm ſocietatem peccati ipſorum refugiant, peccatoribus tamen, vt eos à peccatorum ſordibus liberent, atque reuocent, plerunq; cohabitant. Sicut dominus qui peccatum non fecit, nec in ore eius dolus fuit, cum peccatoribus comedebat, & bibebat, doctrina eos, & inſtitutione, iuſtificans & ad ſui prouocans æmulationem, nihil eorum ipſe imitans, nec ab eis inquinatus. Propter quod dixerunt cantica canticorum. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiens ſuper colles. Oportet ergo nos habere ſublimiora pedibus, non qualia Iudæorum pedes habent, qui in vtriuſq; veſtigijs ſuis, in lege videlicet, & prophetis claudicant, ſed qualia habent ea, quæ dicuntur Cherubin, de quibus dictum eſt: Et crura eorum crura recta, & pennati pedes eorum rectè, & inclinabiliter in euangelicis pedibus, de quibus dictum eſt: Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Hic quamuis ſuper terram ambulet, quamuis cum peccatoribus diſpenſationis cuiuſdam gratia, iuuaminisq; conuerſetur, illud implens Apoſtolicum: Si quis vocat infidelium ad cænam, & vultis ſcire omne, quod vobis appoſitum fuerit, comedite, nihil interrogantes propter conſcientiam: tamen volatile permanet, & mundus eſt, ſciens, à terra emicare, atque exilire, & non ad-

B hærere ſecularibus actionibus. Bene autem talium animalium etiam vocabula protulit legislator, Bruchum & Locuſtam, Attacum atque Ophiomachum nominans. Cuius autem operationis ſint, ſiue virtutis, Nahum Propheta ſatis explicat, ait enim: Bruchus expanſus eſt, & auolauit: cuſtodes tui quaſi Locuſtæ Locuſtarum, quæ conſidunt in ſepibus, in die frigoris: vel ſicut Septuaginta: emicuit ſicut Attacus commixtus tibi, ſicut Locuſta, quæ tranſcendit maceriam in die frigoris. Ex quibus cernis, quia etſi peccatoribus commiſceamur, etſi in die gelu ſiue brumæ, id eſt abundantiæ peccati, cùm enim, inquit, abundauerit peccatum, refrigeſcit charitas multorum, tranſiliamus maceriam, ſpinoſam videlicet peccatorum exacerbationem, non ſimiles effecti eis, ſed ſubijcientes eos nobis, vt fiant doctrinæ obedientes, apertè ſaluamus, & ſaluabimur, vnde ait Paulus, Factus ſum Iudæis ſicut Iudæus his, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cùm ipſe ſub lege non eſſem: his qui ſine lege ſunt, quaſi ſine lege eſſem cùm ipſe ſine lege Dei non eſſem, ſed ſub lege eſſem Chriſti. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. Sed tamen in morem Bruchi, ineptum facere & euolare neceſſe habemus, vt ſicut Locuſta, ſiue Attacus eſſe, qui pro huiuſmodi Attacum dicunt, exilire poſſimus. Sic enim aptè conueniet, quod in

C eodem propheta ſequitur: Sol ortus & eleuatus eſt, & non eſt inuentus locus eius: quoniam orto iuſtitiæ ſole, qui illuminat abſcondita, emicant atq; exiliunt hi qui cum peccatoribus conuerſantur, ad ſolatium iuſtitiæ, & non iam locus illorum ille eſſe cognoſcitur, cuius habitum pridem demonſtrabant, cùm quodammodo vterentur, quos & erat neceſſe ſaluari. Ophiomachi autem ab appellatione manifeſtatur & virtus, quem imitari bonum eſt, & intelligibilibus repugnare ſerpentibus: reminiſcentes quod non ſit nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Hi ſunt quippe intelligibiles ſerpentes & venenati dracones. Hæc Iſychius. Locuſtæ etiam nomine per comparationem Redemptoris noſtri reſurrectio denotatur. Vnde & voce eius per prophetam dicitur. Excuſſus ſum ſicut Locuſta. Teneri enim à perſecutoribus vſq; ad mortem pertulit, ſed ſicut Locuſta excuſſus eſt, quia ab eorum manibus ſaltu ſubitę reſurrectionis euolauit. Quod referri quoq; ad prædicatorum numerū poteſt. In ipſis quippe ſicut Locuſta excuſſus eſt, quia Iudæa in ſua perſecutione ſæuiente, dum per diuerſa fugiunt, quaſi quoſdam receſſionis ſuæ ſaltus dederunt. Quia verò ille prædicator ad perfectionis culmen erigitur, qui non actiua

Reſurrectio per Locuſtam.

D ſolummodo, ſed etiam contemplatiua vita ſolidatur, rectè ipſa prædicatorum perfectio Locuſtis exprimitur, quæ quoties ſe in aëra attollere conantur, primùm ſe cruribus impellẽtes, ſubleuãt, & poſtmodum alis volant. Ita nimirum ſunt ſancti viri, qui dum ſuperna appetunt, primum quidem actiuæ vitæ bonis operibus innituntur, & tunc demum ad ſublimia ſe per contemplationis ſaltum volando ſuſpendunt. Crura figunt & alas exerunt, quia rectè agendo ſtabiliuntur, & alta videndo ſubleuantur. Qui in hac vita poſiti, diu in diuina contemplatione manere non poſſunt, ſed quaſi Locuſtarum more à ſaltu, quẽ dederant, in pedibus ſuis ſe excipiunt, dum poſt contemplationum ſublimia, ad neceſſaria actiuę vitę opera reuertuntur, nec tamen in eadem vita actiua remanere contenti ſunt. Sed dum ad contemplationem deſideranter exiliunt, quaſi rurſus aëra volantes petunt, vitamq; ſuam quaſi Locuſtæ aſcendentes, deſcendentesq; peragunt, dum ſine ceſſatione ſemper, & ſumma videre appetunt, & ad ſemetipſos naturæ corruptibilis pondere reuoluuntur. Eſt adhuc aliud, quod Locuſtæ ſimile ſanctis prædicatoribus gerunt. Matutinis namq; horis, id eſt, teporis tempore vix à ter-

Predicatorum perfectio.

ra se subleuant, cùm verò æstus exarserit, tanto altius, quanto alacrius volant. Sanctus autem quisq; prædicator, dum quieta fidei tempora conspicit, humilis & despectus aspicitur, & Locustæ more vix à terra subleuatur. Si autem persecutionis ardor incandeat, corde cælestibus inhærens, mox quantæ sit sublimitatis ostendit, & pulsatis alis, in altum rapitur, qui quietus in imis, torpuisse videbatur. De hoc ergo equo, id est, prædicatore suo, beato Iob dominus dicit: Nunquid suscitabis eum quasi Locusta? Subaudis, vt ego qui eò illum ad altiora excitando subleuo, quo grauiori persecutionis æstu excrutiari permitto, vt tunc in illo robustior virtus euigilet, cùm se ei ardentior infidelium crudelitas illidit.

# HIEROGLYPHICA.

[a] *Lib. 28. Hierogl. Temperantiæ & modestiæ typus.*

AEGYPTII per Ophiomachum, inquit [a] Pierius Valerianus, modestiam, temperantiam, atque continentiam intelligebant, quippe quæ nequitiæ virtutes oppositę sunt. Ea siquidem Serpentem oppugnat, voluptatem quippe terræ prorepentem allidit. Ipsa autem crura habet, quæ corpusculum altè tollant humo, à terraq; interim eorum innixu resiliat, & feratur in sublime, collisoq; serpentis capite intellectui proximior fiat, qui quidem terrenis obrepere nescius, ab ijs disiungi abalienariq; assiduè meditetur. Sunt qui per huiusmodi Locustam referente eodem [b] Pierio, famem intelligant, propterea quòd magnam satis inferant calamitatem, cùm agminatim innumerabili aliquando multitudine congregatæ segetes inuaserint, magna clade radices abrodentes, quare diuinatrix apud Theocritum dicitur: Cùm enim apparuerit, famis est prænuncia. Multa Locustæ huius significata ponit Eucherius, sed quoniam nullam super illis causam adducit, in quo nos præcipuè versamur, ea prætereunda iudicaui: vnum illud tantùm tangam, quòd per comparationem resurrectionis dominicæ similitudo quædam sit, cùm assaltum Philo dicat per Locustam significari: nullam enim à terrestribus animal tanta se pernicitate proripit in saltum, si corpusculi rationem habeamus. Sed hæc alij viderint. Inuenies in diuinis litteris aliud Locustę huius hieroglyphicum, vt apud [c] Salomonem pro pedibus poni, eò quod animal id pedum longitudine pro corporis modulo omnia excedit animantia. Scriptum igitur. Florebit amygdalum, & impinguabitur Locusta: hoc est superuenient cani, & pedum accedet tumor, podagra scilicet, quæ plurimùm ætatem grandiorem infestat.

[b] *Famis hierogl.*

[c] *Pedum hierogl.*

# APOPHTHEGMA.

[a] *Lib. 6. de vita philos.*

ANTHISTENES Athenienſis testante [a] Diogene Laërtio Athenienſibus, quòd indigenæ essent gloriantibus exprobans, dicebat illis Attelabis, & Cochleis nihilo nobiliores esse.

# EMBLEMA.

EMBLEMA Andreæ Alciati, cum verbis NIL RELIQVI.

*Scilicet hoc deerat, post tot mala deniq; nostris*
*Locusta vt raperent, quicquid inesset agris.*
*Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,*
*Qualia non Atylæ, castraq; Xerxis erant.*
*Hæ fœnum, milium, farra omnia consumpserunt.*
*Spes & in augusto est: stant nisi vota super.*

EPIGRAM-

A

# EPIGRAMMATA.

IN Epigrammatibus Græcis quoddam incerti authoris legitur epigramma de futuræ messis prædictione, quod sic quidam lusit Latinè:

*Calligenes cùm iam mandasset semina terræ,*
*Vatis Aristophanis limina docta petit.*
*Num sibi fœcundam auderet promittere messem,*
*Et num spicarum copia, quærit, erit?*
*Ille manu sumptos versans hinc inde lapillos,*
*Et flectens digitos, talia voce refert.*
*Si, quantum satis est, tibi ab imbre rigantur agelli,*
*Vlla nec agrestis strangulat herba sata,*
*Nec glacies sulcos rumpet, nec grandine tristi*
B *Decussa à summo pinguis arista cadet.*
*Si nec tonsa seges cervis, vitiauerit omnem*
*Acris & terræ deniq; pernitiem:*
*Faustam vaticinor messem tibi, demete spicas*
*Bellè: ne noceat sola Locusta, caue.*

Aliud Lucillij, quo facetè, & festiuiter irridet Gaium pumilionem, inquiens: Si contrà Attelabos, & Muscas caninas, aut mures, aut Pulices, aut Ranas expeditio suscepta fuerit, sanè tibi metuendum est, ne & tu conscribaris. Si contra viros fortes erit belligerandum, tum planè tranquillo sis animo: neque enim vllum bellum Romanis cum Gruibus est.

Εἰ πὲν ἐπ' Ατπελαίβες ἄγεται ςρατὸς. ἢ κυνομυίας
Ἢ μῦας, ἢ ψυλλῶν ἱππικὸν, ἢ βατράχων,
Ταῖϊ, καὶ σὺ φοβᾶ, μὴκαὶ σέτις ἐγκαταλέξῃ,
Ὡς ἂν τοῖς τέτων ἄξιον ὄντα μάχης.
Εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγεται ςρατὸς, ἀτρέμας ἧθι

C (sic pro ἧτο restituit Camillus Veronensis)

Ρωμαίοις οὐδεὶς πρὸς γεράνες πόλεμος.

*Si contra Attelabos, aut Muscas Gaie caninas,*
*Aut contra mures bella gerenda forent:*
*Aut contra Pulices equites, ranasq; palustres,*
*Horrida sanguinei prælia Martis erunt.*
*Ne noua fac metuas bellator in arma voceris,*
*Et dare cogaris nomina militiæ.*
*Si virtutis erunt certamina, Gaie quiesce,*
*Romulidæ Gruibus prælia nulla mouent.*

Aliud inscriptum εἰς ἀκρίδα, in Locustam, quod nonnulli Anytæ, alij Leonidis esse volunt, in quo Myro puella virgineam destillans lachrymam Locustæ per campum garrienti, & in quercubus dormienti Cicadę dicitur communem fecisse tumulum, atq; ita gemina illius ludicra, vel delectamenta, impersuasibile, siue contumax, siue surdum bustum accepisse.

D Ἀκρίδι τᾷκατ' ἄρυραν ἀηδόϊ, καὶ δρυοκοίτᾳ
Τέττιγι, ξυνὸν τύμβων ἔτευξε Μυρώ,
Παρθένιον ςάξασα κόρα δάκρυ. δυσὰ γὰρ αὐτᾶς
Παίγνι' ὁ δυσπαθὴς ὤχετ' ἔχων ἀΐδας

Vbi notandum, quod in epigrammatibus Græcis legitur ἀηδόνι, quodq; interpres vertit Luscinię, cùm duobus tantùm animalculis Myro tumulum extruxisse legatur etiam apud Plinium, & post in epigrammate dicitur à tumulo gemina puellæ delectamenta absorberi. Ego id ex tempore sic lusi:

*Ingratam per agros Locustam vno atq; Cicadam*
*Arbore quæ recubat, condidit in tumulo,*
*Myro virgineos destillans fronte liquores*
*Ludicra surdaster sic gemina ille capit.*

Aliud Mnesalci in eandem;

Οὐκ ἔτι δὴ πτερύγεσσι λιγυφθόγγοισιν ἀείσεις E
Ἄκρι, κατ' εὐκάρπους αὐλακας ἑζόμενα.
Οὐδέ μι κεκλίμενον σκιερῷ ὑπὸ φυλλάδα τέρψεις
Ξουθὰν ἐκ πτερύγων ἡδὺ κρεκεσα μέλος.

Quod ſic verti,

*Amplius in ſulcis Locuſta feracibus, alis*
*Dulciſonis modulans carmina nulla dabis.*
*Phœbæaq; cubans iam deinde ſub arboris vmbra*
*Audiet alarum nemo ita ſuaue melos.*

Aliud Meleagri epigramma, quo excitat Locuſtam, vt carmẽ amabile canat, quod eius ærumnas, quibus diu noctuq; cruciatur, leuet atq; diſcutiat, promittens ob id ipſum ei munera: Canit ergo.

Ἀκρὶς ἐμῶν ἀπατηλὰ πόθων, παραμύθιον ὕπνε,
Ἀκρὶς ἀρπαλίη, μοῦσα λιγυπτέρυγε,
Ἀὐτοφυὲς μίμημα λύρας, κρέκεμοι τὶ ποθεινόν,
Ἐκκέρσασα φίλας ποσὶ λάλας πτέρυγας. F
Ὥς με πόνων ῥύσαιο παναγρύπνοιο μερίμνης,
Ἀκρὶ μϊτωσαμένη φθόγγεσιν ἐρωτοπλάνον.
Δῶρα δέ σοι, γήθειον ἀνθαλέες ὀρθρινὰ δώσω,
Καὶ δροσερὰς κόμασι σχιζομένας ψικάδας.

Ego ex tempore ſic verti:

*Quæ mala noſtra leuas, ſomni & ſolatia præſtas,*
*Arma colens, alis dulce Locuſta ſonans,*
*Atq; lyræ noſtræ ſimilatrix optima, ſuaue*
*Pennarum motu carmen amica cane,*
*Quo mala noſtra leues, & ſomni tædia frangas*
*Verba illi immiſcens plena Cupidinibus.*
*Munera namq; tibi viridantia gethya ponam*
*Et manè roſtrum rore rigabo tuum.*

Aliud Anytæ, quo alloquitur Locuſtam, dicens Solem non viſurum amplius eam cantaturam iuxta opulentam Acidis domum; quòd iam ad Plutonis prata aduolauerit, & ad G aureæ roſcidos Proſerpinæ flores.

Οὐκ ἔτι λίγειά σε κατ' ἀφνειὸν Ἄκριδος οἶκον
Ἀκρὶ (ſic legendum & non ἄκρα) μελιζομένην ὀψεται ἠέλιος,
Ἤδη γὰρ λειμῶνας ἐπὶ κλυμένου πετέτησαι
Καὶ δροσερὰ χρυσέας ἄνθεα περσεφόνας.

Verti & hoc ex tempore ſic:

*Diuitis ante Lares non Acidis, ipſe, Locuſta*
*Phœbus dulciſonos deinde ſonare modos*
*Audiet: ad Ditis enim iam vaga prata volaſti,*
*Quosq; colit flores aurea Perſephone.*

Legitur ibidem & aliud Phaenni, in quo Locuſta alloquitur viatorem, inquiens ſibi à Democrito, quem ſuo cantu demulſit, tumulum eſſe congeſtum.

Δαμοκρίτῳ μὲν ἐγὼ λιγυρὰν ὄπα μῆσαι ἐνίσω,
Ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων, τὸν βαθὺν ὕπνον ἄγων.
Δαμόκριτος δ' ἐπ' ἐμοὶ τὸν ἐοικότα τύμβον ὀδίτα H
Ἐγγύθεν ὠρωπῷ χεῦεν ἀποφθιμένα.

Quod obiter ſic verti:

*Dulcia Democrito cecini quia carmina pennis,*
*Alta tenebroſa ſomnia nocte vocans.*
*Non longè Oropo mihi pulchellum hunc ille, Viator,*
*Extinctæ poſuit, Democritus tumulum.*

Aliud Leonidis, quod quoq; Locuſtæ epitaphium eſt, commendantis humanitatem Philænidis, quæ mortuæ parentauit extructo ſepulchro:

Εἰ καὶ μίκρος ἰδεῖν, καὶ ἐπ' ἤδεος ὦ παροδῖτα,
Λᾶας ὁ τυμβίτης ἀμμιν ἐπικρέμαται.
Αἰνοίης ὦ ἀνθρωπιφιλαινίδα, τλὼ γὰρ ἀοιδὸν
Ἀκρίδα, τλὼ ἔυσαν τοπρὶν ἀκανθοβάτιν.

A

Διπλᾶς ἐς λικάβαντας ἐφίλατο. καιμὲ θανεῖσαι
Κάτθετ' ἐφυπνιδίων χαραμύλω λαλάγων.
Καὶμ' οὐδὲ φθιμένω ἀπανήνατο. τᾶτοδ' ἐφ' ἡμῖν
Τέλιγον ὄρθωσεν σῆμα πολυτροφίης. id est,

*Tametsi est modicus lapis videndo, & in solo ô viator*
*Lapis sepulcralis nobis incumbit.*
*Laudaueris merito ô homo Philænida. Etenim musicam*
*Locustam, existentem priùs spinarum incensorem,*
*Geminum in annum dilexit, & me mortuam*
*Recondidit subtilibus viduatam vocibus,*
*Et me neq; vita defunctam abnegauit, hoc autem super nos*
*Modicum erexit sepulchrum.*

B

# PROVERBIA.

Ἀγραῖα Μάντις, id est rurestris vates, aut Locusta, prouerbialiter dicitur teste Suida de homine ocioso, desidè, & segni. Sed fortè de prodigo potiùs dicetur, ijsq;, qui ex asse omnia parta dilapidant, *Mantis te vidit*, esse in eos adagio videtur, quibus fascinator oculis mali obijcit aliquid: Qua de re suprà dictum est fusiùs ex Cælio Rhodogino. *Priùs Locusta bouem pariet* πρὶ τᾶ ἀδυνάτω. [a] M. Varro refert ex Ennio hunc versum,

Mantis agrestis.
Mantis te vidit.

[a] *Lib. 3. de ling. Lat.*

*Atq; prius pariet Locusta Lucam*

Nam Lucas antiqui boues appellabant ob magnitudinem: alij Lucam bouem interpretantur elephantem. Ἀχρίδων νοῦν ἔχει, Locustæ mentem habere, à [b] Luciano prouerbialiter prolatum esse videtur, vbi Momus nos dicit vocari à Themistocle asinos, ac mulos, qui tam facilè persuasi, illius verbis credamus, neq; tantùm habeamus mentis aut cerebri, quantùm habent Locustæ.

[b] *In Ioue Tragœdo.*

C

# NVMISMA.

INTER vetustissima Metapontinorum numismata, quę Hubertus Goltzius depingit, vnum est argenteum, quòd in aduersa parte insculptum habet caput mulieris spica triticea coronatæ cum duabus à sinistro latere literis ΣT. & in auersa parte verò integram frumenti spicam, cui à sinistro latere adhæret Locusta, seu potius Attelabus, & à dextro latere scriptum est META. Frumenti spicam, agrorum fertilitatis indicium esse, ac è contrario Locustam cùm abundat, agrorum pestis signum esse, nemo non nouit: cur verò hîc simul in hoc nummo depingantur, obscurior ratio est, neque id tetigit Goltzius. Videor tamen id ex eius scriptis posse expiscari. Fertilitatem in primis agri Metapontini alia etiam testantur numismata, quorum ferè omnium partes auersæ spica triticea, vel granis frumentaceis signantur, & in quibusdam caput Cereris etiam spectatur. quemadmodũ & in hoc, quod ex eo depictum damus. Locustam verò adiunxerunt, quantum iudicare possum, in memoriam pestilentiæ, & sterilitatis, qua Palladis contempto numine aliquando laborarunt. Cùm enim celebre intra mœnia eorum Mineruæ esset templum, eius numen eo bello, quod cum Sybaritis, & Crotonianitis socijs aduersus Græcos Italicos gesserunt, cæde iuuenum, & sacerdotis Metapontini violarunt, vnde ira deorum, vt credebatur, pestilentia & sterilitate cùm laborarent; oraculum Delphicum de mali remedio consulerunt: id calamitatis finem futurum prædixit, si offensum deæ numen, & cæsorum manes placassent. Paruerunt oraculo Metaponti-




D

Fertilitas Metapontinorum.

ni, & iuuenum interfectorum statuas in templo Mineruæ erexerunt, deamq; sacrificijs sibi propitiam reddiderunt, sedataq; ad hunc modum calamitate, cùm agrum admodum fœcundum possiderent, Apolloni Delphico messem auream dono miserunt, aliquotq; numismata in rei perpetuam memoriam fecerunt Apollini, Palladi & Cereri, in quibus omnibus triticeam spicam est cernere: Apollini propter memoratum oraculum, Palladi ob depositam iram, Cereri tanquam fertilitatis inuentrici. Eundem hunc nummum videndi copiam mihi fecit Iulius Cęsar Velius Bon. sed qui ab altera parte vultus fœminei iconem non haberet.

# VSVS IN CIBIS.

APVD Sanctissimos Euangelistas Matthæum, & Lucam cap. 3. Marcum cap. 1. legimus insignem illum Christi Saluatoris nostri πρόδρομον Ioānem Baptistam, qui duro omnino atq; aspero corporis cultu victuq; vtebatur, ἀκρίδας in deserto manducasse. Cæterùm cùm nonnulli velut nodum in scirpo quærentes, eam vocem contra omnem Grammaticorum consensum in alienum sensum detorqueant, vel etiam (quod videtur esse nefas) corruptam suspicentur, quid ij sentiant prius adducemus, & quantoperè à veritatis scopo aberrent, cùm ex sacris, tum ex prophanis scriptoribus ostendemus. Quidam teste Theophilacto ἀκρίδας voluerunt esse herbas, quas μύλαγρα appellant, alij etiam ἀκροδρυα, siue ὀπώρας ἀγρίας, id est arborum gemmas aut fœtus, aut sylueſtrium fructuum cibos, quibus Ioannes vsus sit. Sed vox ἀκρίδος nusquam in illa significatione reperitur apud vllos authores. Non desunt qui velint quasdam herbarum radices intelligi, alij verò nonnullas arborum sumitates, in qua sententia Hermolaus Barbarus magnum authorem Chrysostomum, & priorem eo Athanasium esse scribit, sed [a] Chrysostomus, ad locum hunc Marci Euangelistæ: Vestitus pilis Cameli, & Locustas & mel sylueſtre comedebat: Locusta, inquit, animal paruum est, & inter volatile, & reptile medium. [b] Hieronymus Montuus putat ἀκρεμόνας esse legendum, quæ vox turyones, asparagos, cymas, summitates arborum significat. Theophrastus similiter Paracelsus, vbi de melle scribit, & qui eum sectantur Michael Toxites in Onomastico suo super Theophrastum, & Leonardus Thurneyserus, per ἀκρίδας siue Locustas plantarum extremitates, non Insecta illa intelligenda esse volunt. Nam vt Toxites, inquit, nos solemus Lupulos, asparagos, & similium Locustas cum oleo, & aceto edere; veterum autem cibus olim herbis potiùs, quàm carnibus constabat. Hæc ille. Sed nusquam constat in vllo authore, vel vocem Græcam ἀκρίδος, vel Latinam Locustæ in illa significatione vsurpari, quam illi fingunt, linguarum forsan illarum ignoratione decepti. Alphonsus Tostatus tradit huius quoq; opinionis esse F. Brocardum Teutonicũ in libro suo de terra sancta, quia scripserit se fuisse in multis Monasterijs apud Iordanem, ibiq; cum multis Monachis comedisse herbas, quas illi Locustas vocent, ibiq; abundent. Sed hunc Brocardi locum Cornelius Iansenius diu quæsitum non inuenit. In eadem hæresi fuit quoq; Perottus, hîc potius intelligendum putans Ioannem victitasse herbarum sumitatibus, quàm Locustis animalibus scilicet noxijs, & venenosis. Sunt etiam qui ἀκρίδας scriptum fuisse existiment exigua mutatione deflexo nomine, quas pyrastros seu pyros agrestes interpretantur apud Theophrastum, & [c] Dioscoridem. Tradit Hermolaus Locustam, siue pedem Locustæ pro herba sumptam igitur multos interpretari, quam vulgo rapunculum siue napunculum vocamus folio angusto, desinente in mucronem cauliculis vertice torulos habentibus, vt in asparago & salictario lupo cernitur, itemq; multi lateris. Ex quibus minores alij alterno semper inguine prosiliunt. Radicula vel diuitum lautorumq; mensis petita, rapistri quidem sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatuus omnino gustus, sed cum aceto, & sale non iniucundus. Alij pedem Locustæ pro blito, aut valde simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Sunt qui non herbam vnam, sed summa herbarum omnium intelligant. Iam verò Epiphanius contra Ebionæos annotat nonnullos Iudæos deprauatè pro ἀκρίδες legisse ἐγκρίδες, quod nomen interpretatur bellaria ex melle siue oleo, veritatis sermonem, ita in mendacium conuertentes, vt Epiphanius ait. Eustathio ἐγκρὶς est πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, εἶτα μελιττούμενον, id est bellarium in oleo siue melle coctum. Idem etiam ἐγκρίδα, panis speciem ex Epicharmo probat. Acceperunt etiam quidam hoc loco ἀκρίδας genus esse cancrorum marinorum, qui ab Athenæo καρίδες & ἀχαρίδες (nam vtroq; modo scriptum reperi) appellantur, quorum Apitium ita appetentem fuisse scribit, vt & Minturnis (quæ vrbs est Campaniæ) plurimùm sit commoratus pretiosos cancros, quorum ibi magna

F

G

H

Locustas Ioannis Baptistæ animalia fuisse.

[a] *Hom. 2. in Marc.*

[b] *Lib. de tuen. Sanit.*

Herbæ Locustę dictę.

[c] *Coroll. 37. in Dioscor.*

Pes Locusta herba.

A gna erat copia, comedendi gratia, & in Lybiam vsq;, cùm ibi mira magnitudine nasci cognouisset, peregrinationem susceperit. Gaza apud Aristotelem Squillam siue squillum vertit, de qua sic scribit Robertus Constantinus in supplemento linguę Latinæ: inquiens, squilla καρὶς (quia capite quòd κάρη, magno est: vel quia ἀκρὶς marina) & καρὶς & χωρὶς apud Athenæum lib. 3. Gallis Cheurette, & Northmanis creuete est. Differentiæ plures. Est enim καρὶς πλατεῖα, squilla lata, Liguribus Orchetta, & Massacara Siculis ac Nepolitanis. Magnitudinis hæc Locustarum multo latior. Altera est cælata, tota rubra, quæ τέττιξ ἐναλιος [d] Æliani, id est Cicada marina, cammarus siue gammarus Columellę, ac Plinij. Tertia κράγγων siue κράγγη [c] Aristoteli, cui crusta tenuis, candida, interdum rubescens, longitudo palmi maioris. Quarta squilla gibba, καρὶς κυφὴ. Est & squilla parua, καρὶς μικρα (aliaq;, quæ καρίδιον in pinnis) Monspelij Ciuade, Italis Gambarello. Vltima Squilla μάντις (à μάντις magna Locustæ specie) dicitur. Cui duo brachia Locustæ magnæ terrestris. Verùm hæc quoq; opinio à vero videtur aliena, cùm & cancri illi marini non ἀκρὶδες, sed καρίδες, siue ἀκαρίδες appellentur, & desertum à mari procul absit, & cancri illi marini, in delicijs habeantur,

B à quibus Ioannem Baptistam constat omnino abstinuisse, duro rigidoq; victu contentum. Nos ergo repudiatis his omnibus opinionibus simpliciter credamus Ioannem Baptistam vesci Locustis fuisse solitum, cùm & vox ἀκρίδος nusquam nisi pro Locusta apud authores Græcos accipiatur, & constet, cùm olim, tum hodiè quoq; illas quorundam populorum cibum esse, & denique doctissimi quiq; cùm patrum veterum, tum recentiorum interpretum in eadem sint sententia, quorum priùs nonnulla exempla adducam, dein qui Locustis vesci soleant, quiq; etiamnum vescantur, subiungam. Chaldaica versio pro voce ἀκρίδος habet קמצא Kamza, quod Locustam significat Nahum. 3. & Esaiæ 40. sic dicta à colligendo. Suidas eandem vocem in Euangelio interpretatur εἶδος ζωυφίου, genus animalculi. S. Chrysostomus, vt dixi, scribit parua fuisse animalcula, quorum in desertis Iudeæ maxima fuerit copia, oleo coqui solita, qui pauperum fuit cibus. S. Augustinus quoq; in epist. ad Roman. Ioannem Baptistam Locustis vesci solitum dicit. Idem testatur Theophilactus, qui tamen simul esum illum Locustarum allegoricos interpreratur, id quod etiam facit Adamantius Origenes. S. [f] Hieronymus & ipse idem sentit, dum simpliciter vocem ἀκρίδες Locustas interpretatur. Nec mirum cùm Moses in selegendis cibis diligentissimus, Locustas Hebræis,

C » vt salutares comedere permiserit in Leuitici vndecimo. Omne de volucribus, quod graditur supra quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem super » pedes quatuor, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere de» betis, vt est Bruchus in genere suo, Attacus atq; Opiomachus, ac Locusta, singula iuxta ge» nus suum. De Ioanne Baptista canebat [g] Prudentius.

*Illic dicata parcus abstinentia*
*Potum, cibumq; vir seuera industria,*
*In vsq; serum respuebat vesperum*
*Parum Locustis & fauorum agrestium*
*Liquore pastum corpori suetus dare.*

Eum quoq; Locustis vesci solitum, ex vetusto Ecclesiæ carmine constat.

*Præbuit huic tum tegumen camelus*
*Artubus sacris strophium bidentes*
*Cui latex hausum sociata pastum*
*Mella Locustis.*

D. [h] Augustinus rationem redditurus, cur Locustas pro mundis animalibus habeat scriptura, eam ait non computare in pedibus duo posteriora crura, quibus Locustæ saliunt, quas dicit mundas, & ideo (inquit) discernit ab immundis talibus volatilibus, quæ non saliunt illis cruribus, sicut sunt Scarabęi. Omnia quippe huiusmodi volatilia quadrupedia vocantur in lege. Reliquum est modo, vt de populis dicamus, quibus olim, & nunc quoq; in cibum veniunt. De Æthiopibus acridophagis hæc scribit [i] Diodorus Siculus. Aethiopes Acridophagi deserto contermini, homines cæteris paulo breuiores, macilenti ac supra modum nigri, Veris tempore Zephyrus ac Libycus vēti infinitum penè Locustarum ex deserto ad eos deferunt numerum. Hæ permagnæ sunt, sed colore alarum turpi, ac squallido. Aethiopes ad id assueti, in quandam latam longamq; multis stadijs conuallem plurimùm materiei ex propinquis ingerunt. Cùm suo tempore Locustarum tanquam nubes à ventis supra vallem defertur, materiem congestam, omnemq; loci herbam antea succisam incendunt. Locustæ desuper volantes ingenti fumo enectę paullum vltra vallem ad terram tanta decidunt copia, vt victum omni genti abundè præbeant. Has enim sale, quod regio plurimum fert,

[d] *Lib. 13. cap. 25.*
[c] *Li. 4. Hist. cap. 2.*
[f] *Hom. 11. in Luc.*
[g] *In Cathemerin.*
[h] *Lib. 2. retraction.*
[i] *Lib. 3. c. 3.*

super-

ſuperinfuſo, diutius ſeruant cibum guſtu eis ſuauem. Hic eſt ſolus eorum per omne tem- E
pus Locuſtarum eſus. Idem ferè his verbis tradidit [k] Strabo: Aethiopes Sillis dictis, qui
cum Struthophagis bellum gerunt, finitimi, cęteris minores, nigriores & vitæ breuioris (ra-
rò enim quadrageſimum annum excedunt, eorum carne iam in ferinam verſa) viuunt ex Lo
cuſtis, quas Verni, ac zephyri vehementiùs flantes in ea loca compellunt. Eas hoc modo
capiunt, fumoſam materiem in conuallibus inijcientes, & incendentes (cùm illæ parum vo-
lent) obtenebratas & cadentes colligunt, & admixto ſale, ex eis maſſulas conficiunt, & vtun-
[l] Li.6.c.30. tur. Meminit eorum etiam populorum [l] Plinius, pars quædam Aethiopum, inquit, Locu-
ſtis tantùm viuit, fumo & ſale duratis in annua alimenta: ij quadrageſimum vitæ annum
[m] In Poly-biſt.cap.43. non excedunt. Item [m] Solinus dum ait: Confines Mauritaniæ certo tempore Locuſtas ter-
reſtres legunt, duratasq; ſalſugine, in præſidium vitæ ſolas habent: ſed ex illis quadrageſi-
[n] Lib.7. cap.2. mum æui annum nullus ſupergreditur. [n] Plinius aliàs Agatarchidis teſtimonio comprobat
eos populos à Clitarcho & Megaſthene Mandros appellari. Apud Africanos, Syros, Perſas
[o] Exer.192. in cibum recipi illas, quæ alis carent, ſcribit [o] Scaliger; ex illisq; veſci Arabes, toſtas etiam re
[p] Lib.2. cap.57. digere in pollinem. [p] Dioſcorides alatarum carnes nullo ait eſſe in vſu, ſed quæ ſine pennis
[q] Lib.9.de-ſcrip.Afric. cap.3. eſt, Aſiracos, & Onos dicta, ea abundè veſci Afros, qui Leptim incolunt. [q] Leo quoq; Afri- F
canus Locuſtarum in Africa plerunq; tantam frequentiam conſpici tradit, vt volantes inſtar
nebulæ, Solis radios operiant, & arboribus atq; ſegetibus magnam perniciem afferant, vn-
de magnam annonæ caritatem relinquant. Verùm Arabiæ deſerta, & Libyæ populos Locu-
ſtarum aduentu felici omine gaudere: nam vel elixas, vel ad ſolem deſiccatas in farinam
[r] Lib.11. cap.29. tundunt, atq; comedunt. Parthis quoque Locuſtas in cibo gratas eſſe [r] Plinius prodidit.
Quanquam putet Albertus alterius generis fuiſſe. D.[s] Hieronymus Orientales tradit & Li-
[s] Lib.contr. Iouin.2.c.6. byæ populos, quia per deſertum, & calidam eremi vaſtitatem Locuſtarum nubes operiant,
Locuſtis veſci ſolere. Hoc verum eſſe, inquit, Ioannes Baptiſta probat. Hodiè quoq; vulgo
eas comedunt Ægyptij referente Hermolao. Et qui in Indiam cùm Orientalem, tum Oc-
cidentalem nauigationes percurrit, multos populos diſcet Locuſtas vorare ceu gratum ci-
bum. in Inſula, quam Spagnolam dicunt, ſunt gratiſſimus cibus. Legitur ibidem Luſitanos
in quadam arce preſſos, diutina rerum penuria, ac fame pœnè extinctos, Locuſtis in mari
Cananor enatis menſe Auguſto, die B. Marię Virgini ſacro refectos fuiſſe. Et [t] Porphyrius
[t] Lib.1. de Abſtinen. à carne. ſcribit in Libya exercitui inedia laboranti Locuſtarum nubes ſeſe obtuliſſe. Sed & de Man- G
dis Indorum populis legimus olim Locuſtis veſci ſolere, & Crates Pergamenus teſtante
[u] Lib.7.c.2. [u] Plinio Indos Macrobios iunctos quadragenos non excedere annos, quorum fœminę ſemel
pariant; idq; & Agatarchides tradit, præterea Locuſtis eos ali, & eſſe pernices. De quibus
etiam Euſtathius in illa Homeri; σῖτον ἔδοντες. Hoc, inquit, dictum eſt ad differentiam alio-
rum hominum, qui non tales ſunt; cuiuſmodi Aethiopas Macrobios hiſtoria teſtatur, qui
cùm panem vidiſſent, illum ſtercori compararunt. Sunt etiam qui Locuſtis ac piſcibus vi-
ctitant, qui idcirco ἀκριδοφάγοι, & ἰχθυοφάγοι dicebantur. Scythica autem gens & Maſſage-
tica carnibus victitans, ne ipſa quidem vult σιτοφάγειν. Quin & Ariſtophanes eſus Locuſta-
tum meminit, cùm inquit:

Δ. Οὐκ· ἀλλ' ἐγὼ χῷ παῖς ἐρίζομεν πάλαι, βούλει περὶ δοθῆναι,
Κᾆτ' πιτρέψαι Λαμάχῳ πότερον ἀκρίδες ἥδιον ἔφυν ἢ νήχλοι;
Λ. Οἰμῶ ὑβρίζεις. Δ. ταὺς ἀκρίδας κρίνει πολύ. id eſt,
*Non. Sed ego & puer iam diu contendimus, vis paciſci,*
*Et Lemacho committere vtrum Locuſtæ ſuauiores ſint, aut turdi,*
*L. Eheu quàm me contumelia afficis. D. iudica Locuſtas longè ſuauiores eſſe.*

Hinc & apud Plutarchum in ſympoſio Thales ita loquitur: nihil enim eſſe diſcriminis inter H
colonum, qui loco tritici, & hordei Locuſtas comportare velit, atq; aues, atq; tyrannum, qui
mancipijs, quàm viris malit imperare. Atq; hæc de Locuſtarum eſu: ſed notandum popu-
los illos ἀκριδοφάγους, vitę breuis ab authoribus deſcribi, quod annotauit etiam [x] Hieronymus
[x] Li.2. Var. lect.20. Mercurialis præſtantiſſimus medicus, inueſtigaturus, quamobrem rubri maris incolis
dracunculi quidam parui crura, & brachia deuaſtarent: an inquam is morbus ab aëre, an à
regione, an à victu naſceretur, certum ſe eſſe tradit, victum potiùs ſimili morbo occaſionem
dediſſe, ex ijs, quæ in quinto περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης Agatarchides & [y] Diodorus Sicu-
[y] Lib.3.c.3. lus ſcripta reliquerunt; nimirum quoſdam populos, ob frequentem Locuſtarum eſum non
modò breuiori cæteris vita eſſe, verùm etiam fœuiſſimo quodam pediculorum alatorum
genere, nec admodum dracunculis prædictis diſſimili morbo conſumptos interire. Vnde,
inquit, vehementer mirari ſoleo, quomodo Parthi, ac Iudæi potuerint Locuſtis victitare:
niſi Dei immortalis beneficio, id perinde factum eſt in ipſis, ac in Ioanne Baptiſta obſeruatum

A tum est apud Matthæum: alioquin, vt [z] Galenus & Suidas tradunt, Seleucidas aues in Asia Locustis vescentes, statim eas excernere, & proinde nihil ferè nutriri, sic par erat homines eo vnico cibo haudquaquam diù superesse posse. Historiam ab Agatarchide relatam, quoniam medicos adiuturam, ac delectaturam spero, eam latino sermone expositam hic subiungam. A prædictis non multùm differunt Locustarum esores, gens quidem staturæ aliàs brevioris, aspectu macilens, ac supra modum nigra. Sub æquinoctium vernum, quando apud ipsos Africi & Zephyri spirant, ex loco quodam incognito ineffabilis magnarum Locustarum multitudo vnà cum illis ventis ad ipsos prouehitur, quæ ab auibus volandi facultate parum, at corpore longè differunt. Ab hoc animalium genere toto corpore nutriuntur, ijs salitis atq; alio modo paratis vescentes. Atq; hi agilitate quidem, & pedum velocitate polleré dicuntur: sed cùm valde siccum nutrimentum capiant, vltra quadragesimum annum minimè vitam producunt, imò vita miseriorem sanè mortem obeunt. Siquidem appropinquante senectute eorum corporibus alata quædam pediculorum genera innascuntur, figura quidem caninis Muscis similium, sed aliquin minorum. Incipiunt à pectore, ac ventre breuiq; vniuersam faciei cutem depascuntur. Atq; horum alij primùm scabiosorum instar B afficiuntur, deinde seipsos grauiter dilacerant, tandemq; morbo consistente, necnon bestiarum exortu tenuibus effusis humoribus, intolerabiles cruciatus subire miseri coguntur, sicq; vel ob alimentum, vel ob aëris prauitatem intereunt.

[z] *Lib. 5. de loc. affect.*

## VSVS IN MEDICINA.

DIOSCORIDES Locustas scribit odoris suffitu vrinę difficultates adiuuare, præsertim quæ fœminas malè habent. Quem vsum [b] Plinius quoq; his verbis celebrat; Locustarum suffitu stranguriæ, maximè mulierum iuuantur; vbi stranguriam, vrinæ stillicidium pro dysuria, vrinæ difficultate posuit, quare minus mirari Hermolaum debebat Marcellus, quod ita etiam verterit: nam & Auicenna, conferunt, inquit, guttationi vrinæ, & difficultati ipsius, ac præcipuè mulieribus. Fitq; cum eis vaporatio hæmorrhoidibus. Eodem authore Locustarum stercus pano confert, & morpheæ, & pedes earundem eradicant C verrucas. Sed [c] Plinius pedes Locustarum cum seuo hircino scribit lepras sanare, ipsas verò virtutem habere pellendi calculum. Auicenna ex rotundis earum duodecim grana sumi ait (oua fœminarum intelligere videtur) abiectisq; capitibus, & extremitatibus poni cum eis parum myrti siccæ, bibiq; contra hydropem. Rasęs datas, quæ pedibus carent, ex vino cõtra morsum omnium venenatorum prodesse prodidit. Sed Dioscorides Locustam ἀπτερον exiccatam, si ex vino bibatur contra Scorpionis morsus magnoperè iuuare asserit: & Auicenna, Locustæ, inquit, meliores sunt crassæ, quæ alas non habent, & hæ assantur, & comeduntur propter punctura Scorpionis. Qui ab Apibus, aut Vespis illæsus permanere velit, cum maluæ folia cum oleo illita, aut Eruca siue Bruchus, inquit [d] Ætius, cum oleo asseruabunt, sed cum Eruca & Bruchus plurimùm differant, inspiciendus esset textus Græcus, quo ego destituor. Sunt qui asserunt Locustam collo appensam liberare hominem à quartana. Admirandum est, quod scribit [e] Gaudentius Merula, Locustam aut Cicadam si supernatauerit, vini puri indicium esse, si verò mergantur, aquam habere permixtam.

[a] *Lib. 2. cap. 57.*
[b] *Lib. 30. cap. 14.*
[c] *Lib. 30. cap. 8.*
[d] *Tetrab. 4. 179.*
[e] *Lib. 4. cap. 37. de memorab.*

## D DE GRYLLO. Cap. II.

GRYLLORVM genus corporis forma tota Locustas æmulatur, & mores etiam quosdam cum Locustis communes habent, necnon eodem vt illæ modo saliunt: quo fit vt à nonnullis perperam Grylli cum Locustis sæpenumero confundantur. Differunt etenim plurimùm, vt mox patebit.

# ÆQVIVOCA.

LEGIMVS inter ſocios Vlyſſis quendam fuiſſe Gryllum nomine, quem Circe in Suem commutarat. Is beneficio Vlyſſis in priſtinam formam reſtitutus non deſijt inclamare ſecum actũ eſſe infœliciter, quòd in hominem redijſſet, qui tam ſuauiter antea in Sue viueret. Hunc eundem Gryllum Plutarchus in brutum commutatum in ſuo doctiſſimo libello, quo diſputatur, bruta animalia ratione vti, cum Vlyſſe, & Circe colloquentẽ facit, ac demonſtrantẽ Vlyſſi fœlicius eſſe brutum eſſe quàm hominem. Γρύλλος autem Græcis Sus ſiue porcus eſt. Fuit & alius Gryllus Xenophõtis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans honeſtam mortem oppetijt, multorum ob id encomijs celebratus teſte [a] Ariſtotele. Hiſtoriæ tradunt hunc Xenophontem, vt [b] Plutarchus refert, cùm ſacrificanti ipſi nuncium è bello allatum eſſet, Gryllum filium in pugna perijſſe, ſertum capiti detraxiſſe, & quonam modo cecidiſſet perquiſiuiſſe: cumq; reſponderetur, eum generosè & fortiter præ cæteris præliantem, multis hoſtium interfectis occubuiſſe: exiguo admodum temporis ſumpto interuallo, dum ratione motum animi compeſceret, rurſus impoſita capiti corona reliquum ſacrificij abſoluiſſe, nuncijſque hoc reſpondiſſe. Non vt immortalem, aut longæuum filium meum redderent, à dijs poſtulaui: (cùm incertum ſit an hoc expediat) ſed vt probum & patriæ amantẽ: cuius quidem nunc voti ſum damnatus. Congros piſces Nicander aliter Gryllos vocari ſcribit. Et Itali plæriq; hodie Gryllum nominant teſte Bellonio muſtelæ marinæ ſpeciem, quam Rondoletius ophidron vocat. Gryllus item Pet. [c] Creſcentienſi ciui olim & Senatori Bonon. eſt arbuſtum exiguum in arenis fluuiorum proueniens. Berillum intelligit, nam & corbes & caueas volucrum ex eo fieri tradit, & alia nonnulla addit, quæ ad Berillum omnia pertinent, & fortè typographus imprudenter Gryllum pro Berillo poſuit. Gryllus verò etiam genus eſt ludicræ picturæ. Author enim nobis eſt [d] Plinius Antiphilum pictorem iocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxiſſe. Vnde, inquit, hoc genus picturæ Grylli vocantur. Hinc apud Belgas Grillen vocantur nugæ, omniaq; minus ſeria. Gryllum deniq; nonnulli, ſed nullius veteris quod ſciam, authoritate, vocant clauſtri illud Teutonici genus, quod recludi nequit, niſi cognitis litteris, vulgò Lochetto vocatur.

Gryllus filius Xenophontis.

[a] *In Politic.*

[b] *Lib. de cõſolat. ad Apol.*

Gryllus piſcis.

[c] *Lib. 5. de Agricul.* Gryll⁹ plãta.

[d] *Lib. 35. c. 10.*

# SYNONYMA.

GRYLLVS, quanquam notiſſimum animal, apud Græcos, quod obſeruare hactenus potui, nomen non habet. Calepino & Adriano Iunio ἀχέτη Græcè vocatur, ſed perperam. Etenim hæc Ariſtoteli & Plinio Cicada eſt cæteris magis vocalis. Sarſir vox Arabica Bellunenſi Gryllus eſt, animal paruum, noctu canens. Apud Pandectarium Cerad inuenio pro Gryllo Tryxallis [a] Plinio vocatur animal Locuſtæ ſimile, quod alijs Gryllus vocetur. Sed cùm inquiat vocem eſſe Græcam, & apud Latinos nõ habere nomen, nos in præcedenti capite ex Aeliano legimus Troxalis. Equidem Gryllus ex Locuſtarum genere eſſe videtur, ob magnam ſimilitudinem, Locuſtæ tamen id nomen magis quàm Gryllo conuenire videtur. Τρώγαι enim Locuſtarum potiùs eſt quàm Gryllorũ, tametſi & hi agris damnũ inferant, herbas abſumendo. Gryllus, ſi [b] Iſidoro credimus, nomen à ſono vocis habet. Italis & Hiſpanis Gryllo dicitur, Gallis Crignon, vel Grillon des camps, Belgis Krexel, & Nachtkrexel, Germanis Muheim, Heimenmug, Hauſeim, Feldheim. Polonis Svvierc, Vngaris Oſzifereg, Anglis à Kind, aut Locuſt.

[a] *Li. 30. c. 7.*

[b] *Li. 12. c. 3.*

# GENVS. DIFFERENTIAE. FORMA.

PLINIVS Scarabęos vocare videtur omne genus Insectorum, quod crusta tegitur, quod, inquam, vaginipenne est: nam & Gryllos illis accenset, dum ait: Alij (Scarabęi) focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Hæc enim Gryllis solummodo competũt, quemadmodum & ipse [b] Plinius aliàs testatur his verbis. Auribus prodest Gryllus cum sua terra effossus & illitus. Magnã autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retrò ambulet, terramq; terebret, stridat noctibus. Qui iuxta focum in muro delitescunt, plerumq; candidiores, maximè vbi panis excoquitur, hos Hieronymus [c] Cardanus domesticos vocat, palamq; esse dicit putredine gigni, & minus quàm pratenses vocales esse. Et Georgius Agricola libro quem eruditissimum edidit de subterraneis animalibus, Gryllorum facit alios domesticos, alios sylvestres, illos inquiẽs æstate & hyeme aridam terram fodere; hos verò ante hyemem interire. Gryllus in foci seu in fumibuli pariete, seu etiam fornace, vbi plerumq; degit repertus, nuper nati nec consummati fœtus speciem exhibebat, albis breuibus & candicantibus, tenero corpore ac molli, castanei coloris, annuloso: sex pedibus instructus, quorum posteriores anterioribus triplo erãt longiores. Sub oculis ei duo cornicula veluti capillamenta tenuia eminebant. In cauda, cui vtrinq; duo acuti extant appendices, medio protenditur veluti promuscis quædam longa, bifida. Alius in aruo inter frumenti herbam repertus, totus niger, alis orbus (vnde conijcio, quin certo mihi persuadeo sine alis nasci, atq; hoc quoq; cum Locustis commune habere) caudam priore descripto supra breuiorem obtinens in medio duorum appendicum vtrinq; ex vropygio exortorũ locatam, pedes hirsutos & veluti ferratos ad firmiorem comprehensionem habebat. Priori loco pictus Gryllus aruensis, totus & vndiq; ater, cæteris maior. Numero 2. Locusta vel Bruchus potiùs est quàm è Gryllorũ genere, vndiq; coloris cinerei. Numero 3. alas habet cinereas, cætera niger. Numero 4. Blatta fortè Lucifuga pistrinaria in farina inuenta, de qua suo loco. Numero 5. Gryllus est domesticus alis subnigris. Nouissimus aruensis, maior, eiusdem coloris.

[a] *L. 11. c. 28*

[b] *Lib. 29. c. vlt.*

[c] *Lib. 7. de Varieta. rer. cap. 28.*




# SONVS. RESPIRATIO.

IVLIVS Casserius Placentinus quibus instrumentis & qua ratione stridorem Locustæ excitant, similibus instrumentis, & simili formãdi ratione stridorem à Gryllis edi profitetur. nam & in his, inquit, duo obstrepentia reperiuntur corpora, quæ motu & agitatione alarum, collisa atq; percussa obstrependi vim habent. Sic ille exhibitis etiam membranis squameis, quarum interuentu facto mutuo attritu stridorem illum soni persentiri arbitratur. Contrà doctissimus [a] Iulius Cæsar Scaliger, Gryllum & Cicadam aliter quàm Locustam vocalem esse testatur:

[a] *Exer. 273*

ſtatur: inquiens Locuſtam alis ſtridere, Gryllos verò & Cicadas alui parte caua fiſtulata. Vt E vt eſt, ſonus ille ingratus non eſt, quin tantoperè multis placet, vt eo propter domi alant. Aiunt conciliare ſomnum. [b] Cardanus ſcribit, audiri qui procul abſunt, ſilere proximos præ timore. [c] Virgilio arguti dicuntur, haud dubio à ſono ſuaui, ac arguto.

[b] *Lib. 15. Var. cap. 85.*

[c] *In Diris.*

*Occupet arguta Grylli caua garrula rana.*

[d] Cardanus obſeruauit Cicadam & Gryllos capite abſciſſo non tantùm ſuperuiuere diu, ſed per medium diuiſos etiam canere. Iam verò [e] Scaliger cùm nocturni cantus gratia in pixidem incluſos haberet, tertiò pòſt die mortuos eſſe inuentos aduertit, non quidem fame, arroſæ namq; Lactucæ, ſupererant etiamnum, quas in cibum appoſuerat: quamobrem alij, inquit, poſtea pertuſis pixidibus, aut fiſcellis, totam æſtatem ſeruati ſunt. Ex qua obſeruatione diuinare licet, excluſo aëre viuere non poſſe.

[d] *Lib. 7 Var. rer. cap. 28.*

[e] *Li. de plāt. Ariſt.*

## CAPIENDI RATIO.

PLINIVS venantur, inquit, Gryllum Formica circumligato capillo in cauer- F nam eius coniecto, efflato prius puluere ne ſeſe condat, ita Formicæ complexu extrahitur.

[a] *Lib. 29. cap. vlt.*

## VSVS.

GRYLLIS [a] Scaligero eadem quæ Cantharidibus vis nota eſt experimento. Gryllus teſte [b] Plinio, ex quo diuerſis in locis ſubſequentia remedia hauſimus, faucium aſperitates lenit infricatus, aut ſi quis manibus quibus eum contriuerit, tonſillas attingat. Eorum excrementorum fauilla ex oleo putridis vlceribus prodeſt: ipſeq; igni ſacro medetur contritus in manibus. Legimus apud ſcriptores nauigationum in Indias, ab Occidentalis Indiæ Populis vnà cum Locuſtis comedi.

[a] *Exer. 186.*

[b] *Lib. 30. 4. 9. 12.*

## PROVERBIVM. G

RANA cum Gryllo, prouerbium de maximè diſſimilibus dicitur. Gryllus enim valde, vt diximus, muſicus eſt, & ob acutum molliter ſtridorem, conciliando ſomno à delicatis hominibus expetitur.

# DE SCARABÆIS. Cap. III.

## PROOEMIVM.

VOLVCRIBVS Inſectis quorum alę cruſta integuntur Scarabæorum ſunt cuncta genera, quæ à vetuſtioribus, & iunioribus autoribus commemorantur, His & reliquis omnibus, quæ κολεόπτερα dicuntur ea ſunt communia, vt aculeo careant, atq; proboſcide. Dentes enim habent, quibus edendi H munus explent. Fragilibusq; pennis cuncta eiuſmodi donata ſunt, quæ his verbis aſſeruit poſt Ariſtotelem [a] Plinius: quibuſdam, inquit, pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit, vt Scarabęis, quorum tenuior fragiliorq; penna: His negatus aculeus: quibus etiam verbis ſimul docuit, cur Inſectis quibuſdam volatilibus cruſta ſit, quæ alas contegat, nimirum, vt ab externis iniurijs tuta ſint, quibus alioqui magis, quàm alia volatilia ἀνέλυτρα dicta, obnoxia exiſtunt. non enim vt hæc per aërem tam frequenter tranant & ab hominum conſpectu remota ſunt, ſed continuo in puluere ſub hominum oculis, & pedibus verſantur. rectè itaq; Plinius: quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit. Sed quis hæc ipſum docuit? perſpicaciſſimus ille [b] Philoſophus. at ne quis id falsò me dixiſſe putet, vtq; quæ ab illo nimis breuiter, & obſcurè prolata ſunt, clariora euadant, huius verba apponam. Quæ, inquit parua ſunt, & vitam ſtabilem agunt, multis fulciuntur pennis, vt Apes & quæ cruſta obtectas pinnas gerunt, vt Melolonthæ, & cætera id genus Inſecta, ſcilicet vt pennarum

Aculeo carent Scarabæi. Dentes Scarabæis & ſimilibus.

[a] *Lib. 11. cap. 28.*

[b] *Lib. 4. de Partib. c. 5.*

narum vires integras tueantur. Cùm enim stabilia sint, corrumpi faciliùs possunt, quàm quę motu citantur agiliori. Itaq; septo proposito muniuntur. Exuunt quoque omnia, quorum pinnę hoc modo rutatę sunt senectam, vt idem testatur [c] Philosophus, quando, inquit: Insecta enim eodem modo exuunt senectutem, quibus hoc solitum est, vt Silpha, Culex, Empis, & quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabæi. Nomen quoq; commune ijsdem nullum, vt idem author asseruit. Nonnullis, inquit quamuis cognatis nomen nullum commune est inditum, vt Api, Crabroni, Vespæ, cæterisq; generis eiusdem. item quibus pennę vagina inclusæ continentur, vt Melolonthę, Carabo, Cantharidi, & quæ sunt eiusdem generis. Hæc autem in vniuersum dicta hoc capite dicere volui, quòd mihi hic locus aptior videretur, & accommodatior. Nam quamuis & de Locustis, quæ κολεόπτερα sunt, superiori capite actũ est, in quo hæc scripta in vniuersum requiri videbantur, aptiùs tamen (cùm eæ à nullis, quod sciam, scriptoribus inter ea Insecta, quæ vagina inclusas pennas gerunt, connumeratæ sint, Scarabęi verò ab omnibus ferè) hoc capitis procemio sunt posita. Locustas autem his prætulimus, quòd multò sint prestantioris naturæ, & generationis. De Scarabęorum autem laude, quid multa commemorem? ipsa eorum historia, quid in se præclari habeant, testabitur. At quoniam non vbiq; desint nasuti, qui horum tetro odore, fędo aspectu, ac infami nomine tędium animo concipiunt, oculosq; auertunt, dicendum item aliquid, quo animo quietiore tranquillioreue horum lectionem aggrediantur. Scimus nulli non esse notos Scarabæos, vt qui passim sint obuij, nisi sic vbi desunt stercora. Sed non est eadem omnium species, quas singulas commemorare non est huius loci. Illud in primis dico, quod si excrementis se delectent, ijs vtuntur, id ad sui commoditatem: propterea q; ingenij laus est, non crimen. Non pudet Alchymistas ad quintam illam essentiam extrahendam vti fimo, qua tanquam panacea, aut Theriaca, multos propellunt morbos. Norunt etiam excrementorum vtilitatem agricolę; quo quidem hominum genere nullum fuit olim nobilius & honoratius, dum ijsdem arua saginant. Sunt populi quibus ad incrustãdos domiciliorum parietes, fimus est pro gypso, aut creta, aut calce. eodem contuso, & exsiccato ad solem, ligni vice ad ignis alimentum vtuntur & nos etiam. nonne & quorundam animalium excrementa nobiscum ferimus in animi molliciem. putandum itaq; ea stercora, quibus se quotidie defatigat Scarabæus, illi benè olere, nobis autem malè. stultum autem in Scarabęo nasum hominis desiderare, cui id peculiare, vt sui odore offendatur, nec idem accidit vllo cęterorum animantium. Quare haud immundus Scarabæus, aut teter, quòd in stercoribus vitam agat, aut sordibus delectetur. Colorem quoq; ne quispiam calumnietur, qui pretiosissimas gemmas suo nitore, & splendore commendat. Ecce in tantulo corpore, quantum animi, quantum roboris, quàm Heroica mentis vis, quantus ad Aquilam inuadendum huic impetus, vt nil iam sit ad Scarabęum Homerica Musca. Iam opinamur futurum, vt aliquis Romanis ducibus impensè fauens Aquilæ vicem deploret, cui cum tam humili tamq; plebeio hoste res inciderit, quem vincere glorioſum non sit, & à quo vinci turpissimum, & cui deinde multum laudis accedit, quòd cum Aquila decertarit, etiamsi victus decesserit. Apud poëtas pudet Aiacem Vlyssis aduersarij tam imbellis, & Aquila cogitur cum Scarabæo tam imbelli confligtari? Rursum alius magis etiam demirabitur, vnde huic Insecto tantum animorum, tantum audaciæ, vt non sit veritum cum pugnacissima aue confligtari. Tum vnde opes, vires, facultates, vnde auxilia, vt tot iam annos bellũ ducere potuerit. Verùm si quis hunc explicet Silenum, & contemptum hoc animalculum diligentiùs domi contempletur, tam multas animi inueniet dotes, vt omnibus diligenter pensitatis se propemodum esse malit Scarabæum, quàm Aquilam. Quamobrem nasum illum tuum, quisquis Scarabæum aspernaris ob tetrum eius odorem, deponas: splendorem & colorem eius elegantissimum contempleris, animiq; robur, & multa alia laudanda; quæ relinquimus, & hæc quæ sequũtur lege, & relege.

[c] *Hist. 8. cap. 17.*

Nomen cõmune nullis Coleopteris.

Laus Scarabæorum.

Excrementorum vtilitas.

Coloris in Scarabæo cõmendatio.

# ÆQVIVOCA.

K

κάνθαρος & Græcis & Latinis est poculi genus, quo Liberum patrem vsum ferunt. [a] Plinius: C. Marius post victoriam Cimbricam Cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. [b] Virgilius:

*Et grauis attrita pendebat Cantharus ansa.*

Dictum autem hoc Bacchi poculum à Cantharo nauigij genere. Est enim, & Cantharus nauigij quoddam genus, vt ex Aristophanis quadam comœdia licet cõijcere in qua sic legitur κάνθαρος Ναξιουργής, id est in Naxo confabricatus Cantharus: quippe de

Cantharus poculum Bacchi.

[a] *Lib. 35. cap. 11.*

[b] *Aegl. 6.*

Cantharus piscis nomen.

Insularum nominibus sæpe nauibus imposita reperias nomina, quippe κνιδουργὰς, quandoq; dicuntur naues, quia in Cnido compingerentur. Cercyronq; à Cercyra, quæ Corcyra est, vocarunt. Πάρωνα item à Paro: vnde forte obtinuit, vt gubernatores ita passim dicantur. Est & κάνθαρος piscis quidam dictus apud [c] Aristotelem, Scarabæus itidem dictus à Gaza. At Georgius Valla in Ethicis eiusdem Aristotelis Crabronem vertit, vt habet Lexicon vulgare. Sed Cantharum Latini item traduxere. [d] Columella. Nam & halecula modo capta, & Cantharus exiguusq; gobio, & Ouidius.

*Cantharus ingratus succo & concolor illi*
*Orphus.*

[c] *Lib. 8. Hist.*

[d] *Lib. 8.*

Κάνθαρος est quoque portus cuiusdam Athenien sis nomen, ὄνομα λιμένος Ἀθήνησι, inquit, Suidas. In vulgari Lexico ex Aristophane citatur κανθάρου λιμένι. Apud Hesychium legitur κανθαρῶν. [e] Vlpianus Iurisconsultus scribit Cantharos esse per quos aquæ saliunt. Vnde [f] Cælius Rhodiginus Mediolani inoleuisse arbitratur, vt cloacæ euehendis aquis, ac sordibus dicantur Cantharenę: nam & Cantharia legimus forma diminuta. Quin & apud nos Bononienses aliosq; Italiæ populos olla aut vas excrementis humanis dicatum, Cantaro dicitur. Fuit & Comicus, quidam Athenien sis dictus Cantharus, cuius scripta commemorantur à Suida. Est quoq; sic dictum cœleste signum in aquario, ex tribus constans stellis. Apud [g] Herodotum notam quidam esse putant in lingua Apidis bouis Aegyptiorum, ait enim in fronte habere candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ: Cantharum in palato; duplices in cauda pilos. ab alijs hic nodus vocatur ex [h] Plinio: Bos inquit in Aegypto numinis vice colitur, Apin vocant: insigne ei in dextro latere candicans macula cornibus lunæ crescere incipientis, nodus sub lingua, quem Cantharum appellant. Racemus item vitis „ κάνθαρος appellatur, vt doctissimus [i] Iulius Scaliger in commentis ad Theophrastum asseruit. & [k] Hermolaus Barbarus ornamenti nomen apud Athenęum esse scribit. Dictum quoq; instrumentum seu malleus aptus feriendis foribus Cantharus apud Plautum, quod me primus docuit [l] Iohannes Baptista Pius Bononien sis, cuius verba noui quid habentia hoc loco lubens adscripserim. Exteræ, inquit, manus mallei ferrei pultandis foribus idonei dicuntur. quoniam extra ostio adpinguntur, vicem manus in claudendis, & aperiendis foribus „ præbentes. Quidam nihil immutant dexteras, dextras epitheton idoneum malleis ostij dicentes: quoniam sunt dextri, id est opportuni celeritudini itus, & reditus. Amplius hanc „ manum exteram siue dexteram Plautus in Menæchmis Cantharum vocat à similitudine, „ quam præferre videtur. Fiebant autem hi mallei ferrei manus humanæ similitudine, qui „ ventre capaciore, & ansa Canthari effigiem præ se ferunt: quod nos fugit. Quid enim pudeat „ noua discere per mare Plautinum velificantes? Plautina carmina sunt hæc, quæ in alium „ sensum torqueri vix possunt. „

*Expedite fabulatus. iam fores ferio. M E N. ferì*
*Vel manè etiam mille passùm commoratus: Cantharum*
*Placide pulsa.*

Quod si ductus Plautinis verbis: quæ subsequuntur Cantharum pro notissimo vase vinario „ sumere libet, tuum sit iudicium. Doctiùs tamen, & sensui conuenientiùs pro instrumento „ ostij capi posse Cantharum affirmauerim. Hactenus Pius. „

[e] *Digest. 37.*

[f] *Lib. 8 cap. 5. lect. Ant.*

Cantharenæ.

Cantharus signum cęleste.

[g] *Lib. 3.*

[h] *Lib. 8.*

[i] *Lib. 2. de caus. plant. cap. 19.*

[k] *Coroll. ad Dios. lib 1.*

[l] *Annotam. cap. 5.*

Malleus pulsandis foribus aptus Plauto dictus Cantharus.

# SYNONYMA.

גוב Gob est Locusta ex lingua Syriaca. Huius plurale sũt, qui existimẽt imbrices esse, & canales quibus aqua defluit, à cõcauitate. quidã quoq; Scarabæos, vel Bruchos sic dictos putant, quòd scrobes effodiant, & inhabitent, quasi scrobarios dicas. sed Pagninus ex lingua Chaldaica potius dictas putat hoc nomine Locustas. סלעם est species Locustæ. Huius esus à Moyse permittitur: quidam Scarabæũ esse putarunt. חפושית Chephusith in Dictionario syrochaldaico exponitur Vermis niger, Scarabęus. In Pandectario Arabũ Canesis, & Canesibu, Abogeatan, Abofesas ex libro doctrin. Arab. Græci Scarabæũ κάνθαρον dicunt, qua voce Ruffinus pro Latina vtitur apud D. Clementem, tametsi cantherium eius loco Germani reponere maluerint. Scholiastes Arist. dicit κάνθαρον esse εἶδος ζώου παρὰ τὰς τίλφας τὸ μέγεθος, animalis speciẽ magnitudine Tilphæ. sed quid sit Tilpha dubiũ est, & valde apud veteres recũditũ: ali qui apud Lucianũ τίλφα poni putãt pro σίλφα (σ in τ mutato) quod Blattã significat. τοῖς μῦσι διατριβὰς ἀνῦται, καὶ ταῖς τίλφαις οἰκήσεις, vbi ĩdoctũ ridet libros multos ementẽ. Dictus autẽ κάνθαρος, quasi κάθαρος per antonomasiã, vt arbitror, quòd valde sit ĩpurus. Scarabæus & ster-

core

A core se infarciat, quemadmodum apud nostros hodie Cantaro vas stercorarium. κάνθαρος enim purum significat. Aliqui deriuant παρὰ τὸν κάνθωνα, quod ex asini stercore, quem κάνθωνα Græci vocant, ortum ducat. At Suidas παρὰ τὸν κανθῶνα, & τὸν ὄρον deducit, vt sit κάνθαρος, quasi καθορος. ita enim apud illum reposuit author Thesauri linguæ Græcæ, παρὰ τὸν κάνθωνα καὶ τὸν ὁρὸν τοῦτ ἔστι τὸ περίμα κάνθορός τις ὤν. Sumitur quoq; apud [a] Aristophanem κάνθων pro κάνθαρος. [a] *In Pace.*

Ἥσυχος ἤσυχος ἠρέμα κάνθων.

Scarabæum cur dicant Romani [b] Isidorus docere videtur, nimirum à Cabo hoc est equo, sed nimis remotè etymologiam huius vocabuli detorsit: vt autem videat lector, si quid probabilis adferat, verba addam. Crabrones, inquit, vocati à Cabo id est, Caballo, quòd ex his creentur: sicut autem Crabrones nascuntur de equorum carnibus putridis: ita ex eis iterum sæpe nascuntur Scarabæi, vnde & cognominati sunt. Italis Scarafaggio, Scarafazzo. Hispanis Escaranaio. Gallis Escharbot, & Charbot. Germanis Roskefer, ein kaatkefer; quanquam hæc vocabula cuidã Scarabæorum generi, quod in sterquilinijs iumẽtorum degit, aptiora sint. Belgis Perdsuliegen, Schalbyter, & Schalbote Flandris. Polonis kruvvka B vvkobiliencach grzebaca. Hungaris Zaruas Zarhatto bogar. Anglis à Betell. [b] *Lib. 12. Orig. cap. 8.* Scarabæus vnde.

# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

SCARABÆORVM non eadem omnium est species. Differunt enim colore, magnitudine, sono, generandi modo, capitisq; constitutione, quod alijs cornutum, alijs est absq; cornibus, & similibus alijs. Colore differunt, quia alij sunt nigri, alij alio quouis colore insigniti, albo quod sciam nulli; qui autem virides sunt Galerucas vocant Aristotelis aliquot interpretes præsertim Gaza: quanquam id, quod sciam nomen nullibi apud probatum autorem reperi in hac significatione. Hos Μηλολόνθας apud Aristotelem, & Aristophanem comicum facetissimum vocari ijdem existimant. Horum enim, apud Philosophum C præsertim, frequens fit mentio, quotiescunq; quædam eorum Insectorum genera recensет, quæ vagina obtectas alas habent, itemque quæ sunt alata; vt [a] eo loco quo diuidit Insecta in pennata, & impennata. Sunt, inquit, Insecta alia pennata, vt Iuli, & Centipedæ; alia pennata, vt Apes, Vespæ & Melolonthæ: quanquam hic Gaza Scarabæos vertit, cùm sint Scarabæorum species. idem quoq; error in alijs ab eodem commissus est locis; vt quando rursus, inquit Philosophus ἔχει γὰρ' ὑπ λούτρῳ τὰ πτερὰ, ὅιον αἱ μηλολόνθαι καὶ οἱ κάνθαροι. quæ Theodorus sic transtulit. Alijs pennarum tutelæ crusta superuenit (vaginipennes possent nuncupari) vt Scarabęis: qua in translatione, quamuis & ipse interpres vera dixerit, tamen vocabulorum vis, & quæ singulis inest proprietas, eiusmodi indistinctam versionem nõ patitur. Petrus item Alcyonius libri Aristotelis de animalium gressu interpres κάνθαροι vertit Scarabęi, Galerucę verò μηλολόνθαι. Si quidem (inquit [b] Philosophus) integram habentia pinnam, vt rem simplici ratione complectar, vropygio carent; quod idem causæ est, quare tanquam nauigium temone priuatum, agitentur; & quocunq; fors tulerit allidant, & impingant. Idem quoq; sentiendum est de ijs, quę pinna in vaginam inclusa instruuntur, vt de Scarabęis, & Galerucis, & de ijs, quę alis nudis prædita sunt. Sed hic Galerucas vertit, D quemadmodum rursus sic alibi Gaza apud eundem [c] Philosophum. Cęterùm μηλολόνθη, aut μηλάνθη siue μηλολάνθη, vel etiam μηλάνθη dicitur. Μηλολόνθη est teste Hesychio εἶδος καν-θάρου, quos aliqui χροσοκανθάρους vocant. At Scholiastes Aristophanis non ait esse εἶδος καν-θάρου, id est Scarabęi speciem, sed ζωύφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον, id est, animalculum aurei coloris Scarabæo simile. verùm eiusdem vocabuli alia expositio his verbis subiungitur, secundum quam est illud ipsum, quod χρυσοκάνθαρος appellatur. ita enim ibi subintelligendum est, aduerbium ἄλλως, vt vult author Thesauri linguę Græcæ, quod in plęrisq; horum scholiorum, & aliorum autorum locis obseruandum est, à vulgaris Lexici cõsarcinatoribus nondũ animaduersum. Sed scribit Eustathius ex quodã veteri grãmatico, & Lexicographo, Μηλολόνθιον esse animal Vespa maius, quod nascitur ἐκ τῆς μηλεῶν ἀνθήσεως, aut μηλεᾶις, id est pomis arboribus, aduolare cũ florere incipiunt. sic & Pollux ἐκ τῆς ἀνθήσεως τῶν μήλων (quod pro μηλεῶν accipiendũ erit: nisi potius scripsisse μηλεῶν non μήλων ęstimandus sit) aut σὺν τῇ ἀνθήσει γίνεσθαι tradit. Dicit autẽ duntaxat esse animal volucre vocariq; μηλολάνθη. [a] *Li. 4. Hist. cap. 1.* Gazæ versio in Aristoteli improbata. [b] *de Animal. gres.* [c] *Li. 4. Hist. cap. 7.* Colore. Melolonthæ.

Suidas eſſe ſcribit animalculum, quod floribus inſidet: ſed fortaſſe ſcriptum reliquit τοῖς ἄνθεσι τῶν μηλέων, vel τοῖς τῶν μηλέων ἄνθεσι. A nonnullis μηλολόνθη redditur etiam Bruchus, quanquam hic μάσαξ propriè dicatur. Quidam deniq; annotant, illud eſſe animalculum, quod à Gallis Haneton appellatur. Vtcunq; autem ſit, plurimorum tamen conſtans eſt & firma opinio Scarabæi ſpeciem eſſe, quod ex Ariſtotelis locis paulò antea allatis facilè etiam conijcere licet. Inuenitur etiam apud Scholiaſtem Ariſtophanis χρυσομηλόλονθιον, ſpecies quædam μηλολόνθης χρυσιζούσης τὴν χρόαν, ſecundum quoſdam idem quod χρυσοκάνθαρος. Ariſtophanes.

Haneton Gallis qd.

Ἀναβαίνει δ' οὖρο χρυσομηλολόνθιον
Τῇ χαρὶ ποδὶ λαβομένη τοῦ χοινίου
Ἔχου.

Hîc enim Scholiaſtes χρυσομηλολόνθιον eſſe ſcribit ζούφιον τὶ ξανθὸν κατὰ κάνθαρον, ὁ κατέχοντες οἱ παῖδες δεσμοῦσιν ἐκ ποδὸς καὶ ἀφιᾶσι πρὸς τὸν ἀέρα. id eſt, animalculum flauum Scarabęo ſimile, quod, cùm habent, pueri ligant, ac pedibus vincula inijciũt, ac deinde volare ſinunt. vocari autem ita ibidem ait, quòd habeat χρυσίζοντα τὰ πτερὰ, id eſt, alas aureas, quanquam hoc loco autor Theſauri Græcę linguę μηλολόνθιον legi exiſtimet. Sed vt ad priſtinum ſermonem reuertatur oratio, ſciendum eſt Scarabęum viridem μηλολόνθην non eſſe, ſi ex nominis etymologia veritas aliqua expiſcari poteſt. Dalechampius in [d] Plinium commentans Scarabęum viridem putat eſſe Bupreſtem, aut Longipedem. ſunt rurſus & rubei, & virides, quos Cantharides appellant, de quibus peculiari capite agemus. Sunt & rutili, quos in terris nidificare commemorant. Magnitudine quoque differentias ſortiuntur, ſunt enim alij mediocris magnitudinis, alij maioris, vt ſunt quos rutilos appellant, quos prægrãdes [e] Plinius vocat. minimi verò ſunt ij plerunq;, quos in domibus frequentes eſſe vidimus. Sonum autem alij magnum edunt, alij minorẽ, alij nullũ quorum qui ſonant, alij noctu, alij circa veſperã plerunq;. Eſt quidam Scarabęus vulgo cognitus, & domibus frequens Burdigone dictus, vnde verbũ Burdigare Scarabęorum horũ more ſuſurros edere. κεραμβηλον, & κηραμβον, & κεραμβύξ Heſychio autore dicitur θηρίδιον τι κανθαρῳ ὅμοιον, ὁ περὶ τὰς συκᾶς δεσμευόμενον ἀποδιώκει τῇ φωνῇ τὰς σηπίας, id eſt, beſtiola Scarabęo ſimilis, quę ficui arbori circumligata, voce ſua Culices abigit. Generãdi modo diſcrepant, quippe ſunt alij, qui è ſtercore oriũtur, è quorum genere is eſt, qui in quibuſdam Gallię locis Fodimerda dicitur, teſte [f] Ruellio, Latini Scarabęum pilularium, & ſolarem ſimarium, quorum omniũ nominũ cauſa eſt, quòd è ſimo ingentes pilulas auerſis pedibus volutet, è quo genus producat ſuum, qua etiam de cauſa à Græcis ἡλιοκάνθαρος dicitur, & κοπριὰν ab Hippocrate, quaſi ſtercorariũ dixeris. annotandum & hunc cõmuni nomine etiam κανθαρον dici, vt à Latinis Scarabęũ, & Cantharum. Qua propter interpretem Diogenis Laërtij ſcribentis deorũ colloquia fieri per Cantharum, & accipitrem negligentiæ inſimulat [g] Philippus Beroaldus, cùm putet non Cantharum ſeu Scarabęũ fido interpreti vertendum fuiſſe. alij ex ligno cornibus inſignes. Alijq; ex alijs ſordibus humidis, taleſq; in domibus humidioribus proueniunt. Ariſt. quod ſciam, Scarabeorũ genera nulla expreſſa conſtituit, ſed inter ea Inſecta, quæ Coleoptera dicuntur, κανθαρον, μηλολόνθην καράβον & κανθαρίδα, præcipua connumerat. Sed horũ nullam, quod ſciam, corporis notam ſuis, quæ extant, ſcriptis Philoſophus exhibuit. Carabo autem (quem Gaza modò Taurũ, modò Fullonem vertit inepte ſanè) ait cornua prætendi, vt Papilioni. Plinius plura Scarabęorum genera commemorat; de ijſdem enim ex profeſſo alicubi ſic loquitur. Quibuſdam pennarũ tutelæ cruſta ſuperuenit, vt Scarabęis quorũ tenuior fragiliorq; penna. His negatus aculeus: ſed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, biſulcis dentata forcipibus, in cacumine, cùm libuit, ad morſum coëuntibus, infantum etiam remedijs è ceruice ſuſpenduntur. Lucanos vocat Nigidius. Aliud rurſus eorũ genus, qui è ſimo ingenteis pilas auerſi pedibus volutant, paruosq; in ijs contra rigorem Vermiculos fœtus ſui nidulantur. Volitant alij magno cum murmure, ac mugitu. Alij focos, & prata crebris foraminibus excauant, nocturno ſtridore vocales. Lucent ignium modo laterum, & clunium colore (fulgore alij) Lampyrides nunc pennarum hiatu, refulgentes; nũc compreſſu obumbratæ, non antè matura pabula, aut poſt diſſecta conſpicuæ. E contrario tenebrarum alumna Blattis vita, lucemq; fugiunt, in balneis maximè humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutili, & prægrandes Scarabæi tellurem aridam, fauosq; paruæ, ac fiſtuloſæ modo ſpongiæ, medicato melli fingunt. Dalechampius in hoc caput annotans ſimiliter Scarabæorum genera, ac nomine tenus recenſens Scarabæorum, inquit, genera ſunt, Lucani, ſtercorarij, κοπρίονες. Fullones, virides Mylagrides, ſiue Mylabrides: Grylli: Blattæ piſtrinariæ, Mololonchtæ χρυσίζουσαι: Rutili prægrandes: longipedes, Tauri eoſdem

[d] *Lib. 29. cap. vlt.* Bupreſtis. Scarabæus longipes.

Prægrãdes ſunt rutili Scarabæi.

[e] *Lib. 11. cap. 28.* Burdigone

[f] *De Nat. ſtirp. c. 115.* Scarabæus pilularius.

Cãtharus.

[g] *Hom. in Apulæum de Aur. Aſi. lib. 7.*

Scarabæorum genera Plinij.

A ri eosdem cum Lucanis, quidam esse putant à cornibus dictos, atq; hæc genera ex Plinij plurimis locis, quos ibidem citat, colligit. Cæterùm ad ea Plinij verba: Lucanos vocat hos Nigidius; animaduertenda Scaligeri coniectura: is enim in Commentis ad Varronem legi posse credit, Lucas vocat hos Nigidius, &c. qua forma elephantos appellarunt Lucas boues, eadem vt Lucas Scarabæos nominet. Non sunt hîc transilienda Ægyptiorum ea genera, quę
B prodidit Horus; is enim tres apud Aegyptios species noscitari tradit. primam ἀιλυροπρόσωπον, id est, felis forma. traditum enim marem ælurum eum solis incessu pupillam demutare, vt quæ solis exortu subintendatur, meridie rotundetur, occasuro hebescat sydere, quo argumento apud Heliopolim solis simulachrum effingi ἀιλυροπρόσωπον: alteram speciem esse δικέρων & ταυροειδῆ, quæ sacra Lunæ censetur: hinc & in Tauro Lunæ fieri exaltationem tradunt: Tertiam porro μονοκέρωτα esse, & ἰδιόμορφον, hanc Mercurij statuunt, sicut & Ibim. Duo quoq; recensetᵍ Cardanus Scarabæorum genera, quorum quidem alterum, quod primum sequentibus verbis describit, Scarabelaphum appellat nomine confecto ex vocabulo
„ Latino Scarabæus, & Græco Ἔλαφος, quod ceruum significat; idem fortè cum Lucano Nigidij. alterum Moscardinũ. Scarabelaphus seu Scarabæus ceruus, præciso capite, vtrinq;
B vitam diu seruat; sed tamen diutiùs caput viuit: cornua habet mobilia, atq; inuicem concurrentia, ramosa vt Ceruus, nigra, nitentia, dura, oblonga. Ego habeo, quantum digiti minimi longitudo est. Non expers in medicina virium est. Sunt & ex hoc volantium Scarabæorum genere benè olentes, quos ab odore pueri Moschardinos vocant, excellentioris vsus. Atque hos omnes Scarabæos, quorum scriptores, & veteres & iuniores meminere, obseruauimus eo excepto, quem Moschardinum Cardanus vocat. sed & vltra eos, & alios plurimos, quos tamen omnes ad sua genera reduximus plusculis tabulis contentos. Suprema Scarabæorum genera, duo facimus, ob partium varietatẽ: alia enim cornuta: alia verò absq; cornibus: quę verò cornuta sunt. aut vnicum habent cornu: aut duo: aut tria, quæ raro videntur: rursus quæ vnicum, μονοκέρωτες nuncupantur, apud Aegyptios nobiles: quæ duo, aut sunt Lucani siue Tauri, quorum nimirum cornua sunt dentata; ac forficum modo clauduntur, & coniunguntur, cùm apprehendere quid volunt: aut Carabi, quorum cornua nodosa sunt, ad prætendendum iter facta. Tria, quæ habeant in capite nulla, nisi impropriè habere dixerimus. Reliqua quæ sunt sine cornibus, differunt inter se multifariam. Horum igitur differentias tabulis sequentibus describimus. Primus qui depingitur, in prima tabula è Caraborum
C videtur esse genere, quo ad figuram corporis, quam habet communem cùm alijs Carabis: quamuis locum, quo nascatur neutiquam obseruauerim. Toto corpore niger, antennis longiusculis, paruis nodulis constantibus, longis, in postica capitis parte sitis; cornibus seu potius appendicibus binis prope os nodosis, item crassioribus, quàm sunt antennę, sed plus quàm media parte breuioribus. Pedibus in extremo bifurcatis, asperis: caudam constituunt duæ appendices vaginarum, cùm coniunguntur. Secundus est Scarabæus aquaticus pronus, & supinus. Aquaticum nuncupaui, quòd præter reliquorum morem in aquis degat, inter maiores sanè connumerandus: toto item corpore niger pronè, & supinè exceptis capillamentis, qui in pedum extremitate cernuntur, itemq; antennis: nam hæc rubescunt. Quartus è minimorum genere, pollicem enim latum longus, totus quoq; niger, capite paruo, trigono, minutis antennis, quarum extremitas obtusa, & veluti rotunda quadam pilula insignitur, pedibus bifidis in extremitate: paulo versus corpus habebat quasdam asperitates seu appendices, quibus ingressu iuuabatur, tanquam cirris polypus. In ea parte qua vaginæ sese inuicem in alijs contingere solent, euidens apparebat rimula; qua delatata, & aperta prodibant alæ subuirides, sed nonnihil ad castaneum vergentes: cùm eas ad volandum expandit, toto cor-
D pore maxime splendet: aluoq; robustissima. Quintus est Scarabæus pilularius, seu Cantharus compacto latoq; corpore & nigro, sed cœruleum splendescente. Capite plano inferiùs, & superiùs nonnihil arcuato, & lato cucurbitę instar, ac multis eminentijs, superiùs conspicuis, è quo ab vtraq; parte duæ prominent antennæ breuiusculæ, sed in fine diuisæ in plurima tenuia filamenta. pedes sunt anterius serrati in fine, ita à natura facti, vt illis cùm continuo in stercore vitam transigant, abstergere anteriores capitis partes faciliùs possent. Crasso magnoq; pectore, cuius medio ab vtroq; latere pedes priores annectuntur. Sexto loco datur Scarabęus viridis Melolontha Aristot. quorundã sententia, quẽ inter volandum putant soni tũ edere. corporis parte supina, & alui maximè colore est obscurè viridi vnde nomẽ sortitus: capite paruo nigro ferè, & ab vtroq; oris latere duobus cornibus nodosis insignito, itemq; dẽtibus quibus apprehendit validè: antẽnis lõgis, æqualibus, in extremo paulatim in acutũ desinentibus. pectore autẽ rotundo, tenuioriq; ligamento aluo latę annexo. Vltimus eiusdẽ tabulę nigro corpore est, in quo maculę virides, sed aliquid flauedinis in se habentes, proceris

Aegyptij Scarabæorum genera quæ habuerint.

ᵍ *Lib. 7. de Varietat. cap. 28.*

Scarabelaphus.

Tabulæ Primæ. Primus.

Secundus Aquaticus.

Quartus.

Quintus.

Sextus Scarabæus viridis.

Vltimus.

cornibus eiſdē maculis cōſperſis, quæ verſus poſteriora flectuntur: eiſdem quoq; maculis, & ipſi pedes, præſertim eorum femora: aluo procera, quam non vniuerſam vaginæ contegunt. E




F G H

Lucani deſcriptio.

In ſecunda tabula primus eſt Lucanus Nigidij, Ceruus volans Leoniceri, Scarabelaphus Cardani, Taurus Scaligeri; aliqui Scarabæum bicornem appellant: apud Theſſalos κεραμβυκα dici & ξυλοφάγον βοῶν quaſi bouem ligni edacem, autor eſt Antonius Liberalis. Gallis dicuntur Cerfs volants: Turo Lugdunēſibus ruſticis forte à Tauro deriuato nomine Italiſq; Ceruo volante, Bucarone del corno. Guſano con cuernos Hiſpanis. Ferrantes Imperatus Cerui volanti vocat. Belgis een Vliegende hert. Germanis ein Schrotter dicitur. Nigro eſt toto corpore, & maximo, huic duo cornua prætenduntur ramoſa ſeu dentata, quibus cùm conſtringuntur, validè apprehendit. oculi vtrinq; à latere horum poſiti, intra verò cornua duo parua cornicula veluti antennæ: capite latiori quàm pectore, ſed minus longo. huius & caput & corpus reliquum, à ſe inuicem diuiſa, diutius viuunt. Qui verò hunc ordinè conſequitur, cætera priori ſimilis, vt magnitudine tantùm differre videatur, qua dimidia parte minor eſt: Sequuntur duo alij μονόκεροι hoc eſt vnico cornu in ſummo capitis, quos ab

Tertius & quartus Monoceros.

Aegyptijs

A Aegyptijs Mercurio dedicatos suprà meminimus. corpore nigro, cui nonnihil rubri admistũ sit, crasso magnoq; capite. horum posterior hirsutus atq; pilosus est prona parte, horũ species Rinoceros appellat Ferrãtes Imperatus, ob similitudinẽ cornuũ, quam habent cum Rinocerote, animali quadrupede. tardè volant, quo fit vt vltrò ferè in manum eius, qui prehendere voluerit, inuolent. Quinto loco Lucanus est Papilioni similis: est enim versicolor toto corpore duos digitos per transuersum longo, cornibus instar Cerui dentatis, nigris: quibus ab vtraq; parte posterius ante oculos prominent antennæ tenues, longæ, vt ad latera viam tendant factæ: nam ad latera vtræq; protruduntur. capite albis insignito maculis per quas rubor, quidam obscurus perfunditur. pectore angustiori, quàm capite est, tribus albis maculis in medio notato, aluo prolixa, crassa, longa, vt Papilionibus, quibusdam contingit, annulis rubris: alis non vniuersam aluum contegentibus, sed multò breuioribus, &, vt puto, farinaceis: nam, vt verum fatear, id nunc me fugit, cùm eiusmodi Insectum inuentu rarum existat, nec eiusdem descriptionem exactam, quam olim feci, reperire postea vnquam potuerim: variis coloribus huius alę exornantur. nam suprema parte, qua superiori alui parti contingunt, vicinæq; sunt pectori, rubicundam maculam ingentem præbent cordis, quod vulgo pictores depingere solent, compressi mucroni seu cono similem. reliquum deinceps alarum corpus nigrum est: maculis aliquot primùm argenteis, deinde lineis latioribus obscurè rubentibus, quæ vtræq; aliquoties per uices iterantur: ita vt in huius animalculi alis natura illusisse pictores, artemq; eorum videatur.

Quintus Lucanus Papilioni similis.

B

C

D




Tertia tabula tota Caraborum plures continet species, excepto primo, qui ad Lucanorum genera potius pertinet, paruo corpore nigerrimoq;, cornibus incuruis paruis sine dẽtibus

Primus.

bus ad eundẽ vſum, ad quem Lucanorum aliorum, his ĩtẽ antennæ poſtponuntur ſingulis à latere, pectore modicè craſſo, & craſſiori, quàm caput eſt, aluo duplo lõgiori, eiuſdẽq; craſſitiei, & latitudinis. Ceruettino vulgo dicitur. Secundo loco datur Carabus inter minima genera referendus, eius caput quod paruũ eſt, itemq; pectus, antennæ, & pedes nigra ſunt: ſunt autem antennæ longę, nodoſæ: vaginis rubris ab vtraq; parte, quæ in medio maculam nigrã grandem habent. Portaterra vulgo Italis dicitur. Huic ex ordine ſecundo loco ſuccedit Carabus, quem Ariſtot. verum eſſe arbitror, cum aliquoties in ligno is ſit repertus arido, è quo poſtea euolauit: Secundus Carabus è ligno arido quoq; naſcitur, vt vidimus nodoſis procerisq; cornibus: quæ nodis conſtant nouem, aut decem, grandioribus primùm prope caput, deinde minoribus, in quos ſingulos extremitates tenuiores ſuperiorum nodorum inſerũtur, ita vt articulationes nodoſæ appellari poſſent. Vltima autẽ articulatio ex parte cõſtat nodoſa, & abſq; nodis, ita vt ea, quæ nodis deſtituitur, tenuis in fine in nodoſam partẽ inſeratur, veluti in vltimis digitorũ articulationibus facilè eſt videre: porro hæc cornua, quæ antennæ meritò ab Ariſtotele nominantur (ſupplẽt enim earum vſum) quandoq; corpore multò breuiora, quàndoq; longiora ſunt: vidi quandoq; duplo longiora ipſo corpore: cęterum colore niger rimo, vt totũ corpus. Capite paulò minor, quàm pectore, quod inæquale eſt: venter omniũ longiſſimus latiſſimusq; prona parte annulis quatuor, aut quinq; latis cõſtans: in ventris fine, vbi aluus eſt, hirſutus, pedum extrema ſerrata sũt, & aſperа, multis hirſutis partículis conſtãtia, quarũ vltima biſulca ſeu bifida, & adunca in modum hami, qua validiſſimè cuique obuiæ rei velut lapidi, ligno, linteisq; adhæret, vt vix inde tutò auelli ſubito poſſit. Vnde Portapeſo ab Inſubribus dictus putatur: Nã etiamſi paruum ſit animal, tamen quandoq;

Ceruettino.

Portaterra.

Carabus verus.




ſuſtinet retinetq; pondera ſextuplo, aut amplius ipſo animalculo longiora, cùm ſuis cornibus ſuſpenditur, & in altum euehitur: hunc aliquando in pertuſa pixide conſeruaui viuum per aliquot

A quot hybernos menses, apponens lignum aridum, & carioſum: Sed hybernis illis temporibus obſeruare non potui, num eo veſcatur, quod quidem veriſimile eſt, cùm duobus dentibus aduncis ſit inſtructum, vt reliqua Scarabæorum genera; his enim ſe coniungentibus ſectum alimentum ori ingeritur: vniuerſum autem corpus exceptis cornubus longum, duos digitos, latum minus vno. Qui deſcriptum ſequitur eiuſdem generis, differt autem corporis vniuerſi colore, qui ſuſcus eſt ad caſtaneum vergens: cornua ſunt tenuiora, breuiora, longioribus conſtantia internodijs, ſed tenuioribus. pectore multò minus caput in quo oculi ſunt ſatis conſpicui: ſiti in poſteriore magis parte, nec ita diſtantes, & ad latera, vt in præcedenti pectore quoq; minore, ventreq; longiori, & nigra cauda inſignito. Succedunt duo alij ſub eodem Caraborum genere referendi, minores, corpore nigerrimo: capite maiori, quàm pectore, quod linea quadã ſuſca à pectore ſeparatur. aluo ſeu ventre figura ferè ouali, qui totus vaginis binis cooperitur, ſecus quàm in prædictis: pedum extremitas nõ vſq; adeo aſpera, vt cuiq; obuiæ rei adhærere poſſit. Vltimus eſt Carabus dubius: nam eæ antennæ, quę in alijs nodoſæ erant, in his veluti Papilionum ſunt quorundam plumatę: toto corpore nigro: capitis, ac pectoris ferè magnitudo eadem: ſed in pectore ab vtraq; parte duæ appendices videntur nodulis aliquot conſtantes: quæ cùm pectus pedibus duobus deſtituatur, ſecus, ac in multis alijs pedum vicem ſupplere putantur. pedum vtiq; conſtitutio differentia eſt notabili: nam ſecundus eorum articulus, atq; tertius ijſdem villis eſt, ſeu aſperitatibus, & capillamentis, quibus ſunt antennæ, & deſcriptæ appendices pectoris: vniuerſi autem corporis ea eſt paruitate, qua in icone cernitur.

Quartus Carabus caudatus.

Vltimus Carabꝰ dubius.



B

C

D

Quarta tabula duos tantummodò continet, quorum primus ad Caraborum quoque genera referendus, ac præcedenti tabula quarto loco deſcripta congener, dorſo multis punctis protuberãtibus reperſo, aluoq; caudata. Secundus totus niger dentato capite, abſq; cornibus nodoſis quorum loco duas antennas nigras æquales, mediocriter longas habet.

Quintæ tabulæ primus vuas corrodit, toto corpore niger exceptis pedibus, vaginis, & antẽnis quæ ſunt colore caſtaneo, antennæ in extremitate multifidæ ſunt veluti ſcopæ. vaginæ ad finem aluí non pertingunt. Alter ferè eiuſdem generis caudatus, pectore & capite nigris, viride reſplendentibus, vaginis non totam aluum circumdantibus colore caſtaneis, pedibus in extremitate magis rubentibus, itẽ antennis eodem colore præditis quæ cùm in fine craſſæ appareant, vt fructus tenues, & oblongi æqualesq; paruo admodum pediculo capiti adnectuntur. Inſecta tria, quæ ſubſequuntur ad Cãtharidum genera referantur. quorum primum toto corpore nigrum exceptis vaginis, quæ mineaceæ ferè totæ ſunt. Nam linea nigra in principio latiuſcula à medio vaginarum ambarum, qua parte ſibiinuicem contingunt, oritur; & verſus anum protenditur, finitq;: antennæ ſunt in eo longæ. Secundum capite, pectore, antennis, & duobus prioribus pedibus ferrugineo colore, reliquis membris colore nigris cæruleum fere ſplendentibus, ſeu plumbeis. Tertium, & vltimum pedibus antennisq; nigris, reliquis membris mineaceis. Sexto loco ponitur Scarabæus Vermis facie, toto corpore niger. duabus in ano appendicibus craſſis, antennis proceris. Septimus caudatus eſt toto corpore ex cinereo ad caſtaneum vergente, pectore & vaginis aurum ſplendentibus, antennis tenuiſſimis, oculis conſpicuis à latere capitis collocatis.

Canthari-dis tres ſpecies.

In

Scarabæus fœtidus.




In Sexta tabula ordine primus ponitur Scarabæus fœtidus dictus quod tetrum haberet odorem, in cãpis repertus Scarabæo pilulari magis, quã alteri alicui Inſectorũ ſimilis: antẽnis eſt nigris geniculatis, in quarum extremitate duo ſunt globuli, ſeu pilæ, maculamq; prope has habet ferruginei coloris: cæteræ partes omnes nigerrimæ exceptis vaginis in quarum ſuprema parte quatuor apparent maculæ ferrugineæ. pedes erant in fine maximè ſerrati & aſperi: cauda annuloſa quam extingere, & retrahere poterat. Dum tangitur ſtridet: currit́q; velociter. Notandum in hoc eodem animalculo in parte inferna circa os Vermiculum, aut exiguum animalculum extitiſſe: quod vtrum ei naturaliter inſit, an verò per accidens adhuc me profectò latet: nam tandiu, quã apud me continui ſemper apparuiſſe deprehendi. Secundus & ille fœtidus, totus niger, minor, antennis ſerratis, & abſque pilulis, pedum extremitate aſpera. Tertius ſerpentarius à nobis nominatus, nõ quòd ſerpentis figu

Tertiꝰ Serpentarius.




ram referat, ſed quòd in occiſi ſerpentis corpore, cuius carne veſcebatur deprehenſus ſit. Pilulario minor anguſtiorq́ue corpore; capite nigro depreſſo; antennis nigris, paruis, quarum

apices

A apices flaueſcunt: roſtro bicorni oculis emiſſitijs. Pectore nigro ſcutiformi: vaginis quadrangularibus breuibus (non enim totam aluum coperiunt) nigris; quarum vtraq; duas in medio habet faſcias luteas paululum ſerratas: aluo valde annuloſa, & circa extremitatem, valdè piloſa: pedibus omnibus ſerratis; quorum tamen anteriores in extremo articulo reliquis erant latiores, vt manum quodammodo imitarentur; ſubtus verò flaueſcentes. Inter medios, & poſticos pedes colore eſt aureo, obuerſuſq; ea parte ſoli ſplendorem emittebat: ſed hunc colorem aureum pili quidam ruffeſcentes efficere videbantur. in pectoris parte ſupina cruce erat notata: inter antennas macula obſcurè luteſcente, & triangulari: pars eius inferna multis pediculis ſcatebat. Quartus è Pilulariorum fortè eſt genere: nam circa excrementa eum verſantem deprehendi: breui corpore, & obeſo, nigerrimo colore, & relucenti: capite rotundo, & inſtar ſcuti militaris efformato, è cuius medio cornicula duo exerit breuiora cum apicibus, & alias duas appendices his multo exiliores: Pectore item ſcutiformi, quod tamen in anteriori parte appendicem quandam protenſam, & acuminatam habet, vt tertium cornu referre videatur: vaginis ſtriatis: pedibus in fine ſerratis, & aſperis: anteriores horum minus aſperi, poſteriores magis: ad latera pilis quibuſdam ruffeſcentibus veſtitus: B ani figura medij ſcuti figuram exprimit. Quintus niger, paruo capite, antennis longioribus, nec pedibus aſperis. Sextus Aquaticus minor dictus, quòd in aquis degat, corpore eſt nigro, lucido, ad viridem quodammodo accedente: pectore, ac ventre lato: vaginis ventre maioribus: in medio ventre inter pedum exortum appendicem quandam habet, qua pedes à ſe inuicem ſeparari videntur. Duo poſtremi minimi dorſo vterq; virgato. Prior pectore ſcutiformi, ac capite rotundiuſculo duabus antennis exilibus inſignito. dorſo autem multis punctis ſeu granulis reſperſo, coloreq; nigro. Poſterior corpore magis rotundo, & compacto, capiteq; exiguo; antennis longioribus; dorſo toto virgato, & colore magis nigro.

Quartus Tricornis.

Quintus. Sextus Aquaticus minor. Poſtremi duo minimi.

Poſtremæ tabulę primus è minimorum genere eſt: toto corpore nigerrimus, compactus: antennisq; exiguis. vaginis vniuerſam aluum tegentibus. Qui hunc ordine ſequitur maior & corpore item nigro, magis oblongo, antennis longioribus. pedum extremitatibus minimè aſperis, ſed leuibus, & æqualibus, vt ad ſcandendum non vſque adeo aptus videatur; niſi eius paruitas has aſperitudines cernere non ſinat. Tertius inter Scarabæos quoq; C à nobis relatus, quòd cum eorum natura corporisq; conſtitutione, magis quam cum aliorum conueniat: capite paruo cuius articuli cum dorſo aurei ſunt: cæteræ partes nigerrimæ. Quartus corpore vniuerſo niger: capite rotundo paruo, antennis mediocribus: pectore triplo maiori: vaginisq; vniuerſum ventrem contegentibus. Quintus è minimorum genere niger ferè totus, præterquam in vaginis, in quibus aureus color, ſed obſcurè videtur. Capite rotundo, & exiguis valde antennis, nec facilè conſpicuis. Sextus totus niger: capite ſerrato, & magno: pedibus ſerratis & aſperis, in fine bifidis: vaginis breuibus, nec aluum totam contegentibus. Septimo loco poſitus eſt Gryllus potius: oblongo corpore, colore flauo, ſed circum latera præſertim vaginarum nigris quibuſdam maculis variegato, antennis rectis, longis, & nigro, atq; flauo colore diſtinctis. Octauus ſupinè depictus: capite rotundo & exiguo nigro: antennis paruis, & tenuibus nigris cum pectore, quod maius capite eſt. pedibus item nigris: inferna ventris parte ſeu prona rubra. Nonus totus niger, & oblongus: capite minutiſſimo, antennis mediocribus acuminatis: pectore grandi, quod à ventre diuiſum longo interſtitio, & exiguo ligamento connexum: pedum vltimis articulis ſerratis, & aſperis. Decimus quoque niger excepto dorſo, quod quodam argenteo ſplen- D dore nitet, mixto ſcilicet cum nigro: capite eſt exiguo, exiguisq; antennis: ventre paulatim verſus inferiora gracileſcente: pedum extremis particulis bifidis: Vltimus & is exiguis antennis totusque niger: minus gracili extrema parte alui: inter minimos hic computandus.

Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus. Nonus. Decimus.

LOCVS




# LOCVS.

AB Indicarum rerum scriptoribus relatum est, in Indiæ Occidentalis plurimis regionibus vbiq; variorum ac specie differentium Scarabæorum ingentem copiam reperiri. Alit Europa plurimos, & omnes Italia quos descripsimus præsertimq; ager Bononiensis. In Aetna monte horum natio fæliciſſima perhibetur. Contrà esse aiunt in Thracia iugerum aliquot spacium apud Olynthum: in quo si imprudens Scarabæus pedem intulerit, capitalis est: nec fas est exire semel ingresso: Verùm ibi se torquet donec emoriatur. Didici hoc ex [a] Aristotele: In Thraciæ Chalcide, inquit, quæ proxima est Olyntho; locus est paulò maior area, Cantharolethron dicitur; interfector scilicet Scarabæorum: in hunc locum, quod cunq; peruenit animal, loci abhorrescentia discedit; incolume tamen. at solus Scarabæus nequit discedere, sed locum circumámbiens, & vagans fame denique moritur. In Thracia, inquit [b] Plinius, iuxtà Olynthum locus est, paruus, in quo vnum animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Cornuti Scarabæi, Imperati (hi enim à nostris Carabis

[a] *Lib. Adm.* Cantharolethrus locus in Thracia.

[b] *Lib.* 11. *cap.* 28. Carabi Imperati.

A rabis diuersi sunt, quamuis eorum speciem constituant) frequentes in agro Neapolitano, etiam Monoceri, qui ibidem mensibus calidissimis Iulio & Augusto, maximè apparere dicuntur.

# VICTVS.

NON omni generi idem est alimentum. Nam Carabi ligno arido nutriuntur: sunt & qui frumenta erodunt ac panes, ob id frumentarij dicti. Eriphiam quandam herbam prodidere veteres, Scarabæum in auena habentem, sursum deorsumq; decurrentem, cum sono hœdi, vnde & nomen accepit. Viuunt & Canthari excrementis iumentorum: [a] Aristophanes facetè quendam introducit seruum Cantharo pro cibo dantem excrementum humanum, & postea mulorum. interloquuntur autem duo serui, quorum vnus victum suppeditat, alter imperat.

Scarabæus frumentarius.

Scarabæus Hœdus in Eriphia herba.

[a] *In pace in principio.*

B ΟΙΚ. Αἶρε αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα καὶ θάρᾳ.
ΕΤ. ἴδου. ΟΙΚ. δὸς αὐτῷ τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ
ΕΤ. καὶ μήποτ' αὐτῆς μᾶζαν ἡδίω φάγοι.
ΟΙΚ. Δὸς μᾶζαν ἑτέραν ἐξ ὀνίδων πεπλασμένην
ΕΤ. ἰδοὺ μάλ' αὖθις. ΟΙΚ. ποῦ γὰρ ἰὼν νῦν δὴ ἤφερες,
Ου κατέφαγεν; ΕΤ. Μὰ τὸν Δί', ἀλλ' ἐξαρπάσας
Ὅλην ἐνέκαψε περικυκλίσας τοῖν ποδοῖν.
ΟΙΚ. Αλλ' ὡς τάχιστα τρῖβε πολλὰς καὶ πυκνας.
ΕΤ. Ἄνδρες κοπρολόγοι προσλάβεσθε πρὸς θεῶν
Εἰ μή με βέλεσθ' ἀποπνιγέντα περιδῆν
ΟΙΚ. ἑτέραν, ἑτέραν δὸς παιδὸς ἑταιρικότος,
Τετριμμένον γὰρ φησὶ ἐπιθυμῶν. ΕΤ. ἰδού
Ενὸς μὴν ὦ ἄνδρες ἀπολελῦσθαί μοι δοκῶ.
Ουδεὶς γὰρ ἄν φαίη με μάττοντ' ἐθίειν.
C ΟΙΚ. Αἰβοῖ, φέρ' ἄλλην χἀτέραν μοι, χἀτέραν
Καὶ τρῖβ' ἑτέρασγε. ΕΤ. μὰ τὸν Ἀπόλλω 'γὼ μὲν οὐ.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὅιόστε εἰμὶ ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας,
Αυτὴν ἄρ οἴσω προσλαβὼν τὴν ἀνθλίαν. Id est.
*SER. Extolle, extolle massam quàm citissimè Cantharo.*
*AL. SER. Ecce. SER. Da ipsi pessimè perdito.*
*AL. SER. Et nunquam ipsa massam dulciorem edat.*
*SER. Da massam alteram è stercoribus mulorum factam.*
*AL. SER. Ecce valde iterum. SER. vbi enim quã nũc tulisti?*
*Non deuorauit? AL. SER. Per Iouem, sed rapiens*
*Totam reflexit circumuoluens pedibus.*
*SER. Sed quàm citissimè tere multas densas.*
*AL. SER. Viri stercorum lectores accipite per Deos,*
*Si non me vultis suffocatum inspicere.*
*SER. Alteram alteram da pueri scorti:*
D *Tritam enim dicit cupere. AL. SER. Ecce.*
*Vno quidem ô viri liberatus esse video:*
*Nullus enim dicit me pinsentem comedere,*
*SER. Papæ fer aliam & alteram mihi & alteram*
*Et tere alteras. AL. SER. Per Apollinem quidem non,*
*Non enim amplius possum supereſſe sentinæ:*
*Ipsam certè portabo accipiens sentinam.*

Et paulò pòst idem seruus ingrediens dat potum Cantharo, sed qualem, non exprimit.

# NATVRA.

Immobiles fieri tactu.
[a] *Lib.4. de Partib. c.6.*

VIDETVR Cantharis ineſſe quædam innata timiditas, cùm tactu reddantur immobiles, veluti prodidit [a] Ariſtoteles, de Inſectis ſic inquiens: „ Quę, glomerari nequeunt, contrahunt ſe in inciſuras. Quod patet cùm tãguntur, velut ea quæ Canthari vocantur. vbi enim metuerint, motu ceſſant, totoq; corpore indureſcunt. „

# ORTVS. GENERATIO.

[a] *Lib.12.Orig. cap.8.*
[b] *Lib. 11. cap.20.*
[c] *In vita Cleomen.*

SCARABÆORVM omnium non idem ortus; ſed ſingulæ ferè earum ſpecies diuerſo generantur modo; ſed quomodo Pilularij (quos vbique apud Græcos ſcriptores Cantharos appellari video) non apud autores ſatis conſtat: [a] Iſidorus Scarabæos ex equorum carnibus putridis naſci tradit. [b] Plinius ex Aſinis. Virgilius, inquit, iuuencorum corpore exanimato, „ ſicut equorum Veſpas, & Crabrones, ſicut Aſinorum Scarabæos mutante „ natura ex alijs quædam in alia. Idem confirmat [c] Plutarchus, ex ſapientum placitis. Poſt „ dies, inquit, haud multos ij, qui in crucem actum corpus Cleomenis cuſtodiebant, iuſtæ ma- „ gnitudinis Draconem viderunt caput eius circumplicaſſe, faciemq; operuiſſe, ita vt nulla „ carniuora auis aduolaret. Id ſuperſtitionem regi iniecit, metusq; expiationum nouarum „ cauſam mulieribus præbuit: quod vir Dijs charus, & præſtantioris humanâ naturæ interfectus videbatur. Alexandrini etiam frequentes ad eum locum commeantes, Heroem Cleo- „ menem & Deorum filium appellarunt tantiſper, dum errorem doctiores minuerunt: docen- „ tes putrefacto bouis cadauere Apes, equi Veſpas, aſini Scarabæos generari. [d] Ariſtoteles ait Cantharos in fimo, quem volũt per hyemem condi, & inibi Vermes parere, ex quibus ipſi procreantur. Sic & Melolontas naſci ſcribit Vermibus ex fimo bouis, aut iumenti creatis. Atq; etiam [e] Plinius Scarabæorum genus celebrat (idem nimirum cum Cantharo Ariſtotelis) quod è fimo ingentes pilas pedibus auerſum volurat; paruosq; in ijs contra rigorem hyemis Vermiculos fœtus ſui nidulatur: hoc eſt, vt exponit Dalechampius, velut in nido reponit, & recondit. Hieronymus Gabucinus probaturus Lumbricos in inteſtinis & excrementis generari, adducit hanc rationem, quòd quædam animalcula, foris in excrementis animalium generentur. Siquidem, inquit, quotidiè videmus, in excrementi bouilli equiniue humiditate, quædam naſci animantia, cortice quodam nigro contecta, quo ſub alæ inſunt, quibuſcum volitat: quæ ex eo, quod reliquum eſt humiditatis excrementiæ veſcuntur; velut quotidiè æſtate in vijs cuiq; licet intueri: quos Gaza Scarabæos pilularios vocat. Sunt qui ex Aſinorum ſtercore tantùm produci tradant, alij ex Mulorum; quidam promiſcuè ex quorumuis iumentorum, vt Ariſtoteles de Melolontis aſſeruit. Suidam plurimiq; alij veteres, ſemen emittere Cantharum in fimum bubulum aiunt, & ita pedibus agitare donec fœtus procreet. Scarabæum autem fœminam non naſci. Corroboratur idem [f] Clementis Alexandrini teſtimonio: Scarabæus inquit, cùm rotundam ex bubulo ſtercore effinxit figuram, eam vultu auerſo conuoluit: hoc animal ſex menſibus ſub terra; alteram autem partem anni vitam degit ſupra terram, & ſemen in globum emittit, & gignit, & non naſcitur fœmina Scarabæo. Accedit & [g] Aelianus: In ſuo, inquit, genere Scarabæorum ratio, fœminini ſexus quod ſit expers, ideo in fimi pilam ſemen emittit, quam octo, & viginti dierum ſpacio, & volutat, & calfacit, deinde fœtum procreat. Quod ſi hæc ita ſint, vt fœmina careant, fimus erit loco ſexus fœminini: admiroq; [h] Plinium, qui vbi Veſpas, & Crabrones ſcribit ex equorum corpore exanimato; Scarabæos ex aſinorum naſci, ſtatim ſubiungat horum omnium videri coitum: Quis enim coitus Scarabæis, qui fœmina carent? niſi cum ſtercore eos coire dixeris: excrementum enim fœminæ eſt loco, cùm in id ſuum ſemen emittant. Potius tamen opinor Plinio non intellexiſſe Scarabæos pilularios ſiue Cantharos, ſed aliud Scarabæorum genus, in quo fœmina reperitur. Atque hæc de ortu Scarabæorum Pilularium, & aliorum quorundam. Carabus autem (quem Gaza modò Taurum, modò Fullonem tranſtulit) ex Vermibus ex lignis aridis naſcentibus procreatur teſte [i] Ariſtotele. Primùm enim, inquit, Vermes ipſi immobiles fiunt, mox diſrupto putamine Carabus exit, aliorum more, qui ex Vermibus gignuntur. Hoc autem loco notandum eſt valde

Fœmina nulla Scarabæis.
[f] *Strom. l.5.*
[g] *Hiſt. ani. lib.9.c.16.*
[h] *Lib. 11. cap. 20.*
E ligno arido fiunt Carabi.
[i] *Hiſt.5. cap.19.*

Ariſto-

A Aristotelis textum mutilatum, qui dicit ex ijsdem Carabis gigni Prasocurides, qui vocantur Vermiculi brassicam, & Blattas infestantes, Gaza Blattas vocat: verba Aristotelis hæc sunt. ἐκ δὲ τῶν καράβων γίνονται αἱ πρασοκεύριδες; sed quædam exemplaria legunt κυράμβων: Ego & ante me doctissimus Hermolaus Barbarus, neque κυράμβων, neque καράβων legendum censemus, sed κράμβων, vt sit sensus. Prasocuridas in brassica gigni apertum est, quæ & ipsæ pennatæ sunt. Cæterùm vt ad rem reuertamur: eosdem Carabos non solum obseruaui ex lignis aridis maximè quercus, aut roboris nasci, sed etiam per coitum propagari, quod sapientem latuit. Superioribus enim annis mense Maij fœminam à me deprehensam peperisse vidi Vermiculos albos spacio duarum horarum plusquam quadraginta, figura Curculionis: hos intimiùs considerans cognoui esse Erucas paruas Bombycum modo progredientes mouentesq;, quæ spacio quinq; aut sex horarum cœperunt texere folliculos tenuissimo constantes filo, candidos, magnitudine seminis Melopeponis sine cortice. Fodiunt rutili, & prægrandes Scarabęi tellurem aridam, fauosq; paruæ, & fistulosæ modo spongiæ medicato melle fingunt; hos in his fauis Vermiculos facere credendum est, ex quibus suum producant genus more Apum Vesparumq;, ac cæterorum, quæ fauos faciunt.

Aristotelis locus emaculatus.

Carabos per coitum propagari.

Scarabæi rutili.

B



C

D

Horum autem fauos, aut nidos nunquam videre contigit: sed aliorum quorundam duos, quos mihi attulit Frat. Gregorius Capuccinus, vterque horum eadem constructus erat materia nimirum lutosa, ac valde fragili, fortè ex stercore iumentorum admixto cum terreno puluere, vnsuspicor Cantharorum vtrosque fuisse nidos, multoq; magis, cùm talem ferè Scarabęũ mortuum, in his nidis deprehenderim. Qui priori ostenditur tabula figura est pudendi vnico canali, cuius infernę parti testes duo appendebant, veluti scrotum, singulisq; hisce testibus suus erat ductus, qui cum maioris canalis ductu continuabatur: & in hisce testibus latebant Scarabæi: Aliquando hi testes plures sunt numero, magisq; figura oblonga, in quibus quoque nidulantur Scarabęi singuli in singulis, & prolem suam contra hyemis iniuriam tuentes pariunt, atque educant. cuiusmodi in secunda tabula apparet.



# DENOMINATA.

Κανθαρόλεθρος lacus Thraciæ Scarabæis exitioſus, veluti ſuperius dictum eſt. & ἡλιοκάνθαρος Scarabæus ſolaris, & ſimarius. Κανθαρίζειν apud Atticos eſt tremere, vt ſcribit Ammonius: ſunt enim κάνθαροι natura timidi, vnde hoc verbum originem ſuam deduxit. Κανθάριον eſt paruus Cantharus; vtitur Plutarchus in ſuo περὶ ἀοργησίας libro: ἔνιοι, inquit, πολλῶν παράντων ἐν ἐξελόμενοι καινθάριον (vt Marius) ἢ ῥυτὸν, οὐκ ἂν ἑτέρῳ πιοίην: Καινθάρις gemma quoq; eſt ab effigie Scarabæi cognominata, cuius meminit [a] Plinius. Ἡ καινθαρὶς καλουμένη ἄπιπελος: apud [b] Theophraſtum vitis eſt, quæ Canthareos dicitur, ex eorum genere, quæ ἐὰν μὴ κολουθῇ τὸν καρπὸν οὐ πέπτει: id eſt niſi auxiliemur, fructum non concoquit. ſed ſuſpecta ſcriptura autori Theſauri Græcæ linguæ videtur, quum apud Heſychium reperiatur, Καινθάριος ἀμπέλου εἶδος: in Gazæ verò verſione legatur Canthara. Inde fortaſſe eſt καινθαρίτης οἶνος, cuius meminit [c] Plinius inter vina tranſmarina. Refertur & ab eodem [d] Lapathum Cantherium, quod vtrumnam ab hoc Inſecto ſic ſit denominatum, valdè addubito, an ab equis quos Cantherios appellant, vt putat ibidem Dalechampius. Nam Hexaſtichon hordeum Cantherium

Cătharias gemma.

[a] *Lib. 37. cap. 11.* Cătharcos vitis.

[b] *De cauſ. plan. 2. c. 20*

[c] *Lib. 14. cap. 7.*

[d] *Lib. 20. cap. 21.*

A therium ait vocari [c] Columella, quòd Cantherijs, id est, equis pabulum detur: sic lapathum Cantherinum hoc rumicis genus vocari probabile est, quòd eo valdè Cantherij delectentur. In equis enim Cantherij, quod in porcis maiales, in omnium genere verueces. Lucilius; [c] Lib. 1. c. 9

*Penula, si queris, Cantherius: seruus segestre*
*Vtilior mihi quàm sapiens.*

# PRÆSAGIA.

INTERLVNIVM ex Scarabæorum generatione prodi, ac manifestari scripsit [a] Ruellius his verbis: Quin & Scarabæus omnibus cognitum animal, totidem digitis vel potiùs pedibus innititur, quot mensis diebus constat, in quibus exoriens sol suos prosequitur cursus. Is Solis & Lunæ coitũ
» nobis apertè demonstrat. Quandoquidem ex bubulo stercore pilulam ab
B ortu ad occasum rotando versans, in orbis imaginem effingit: quam vigin-
» tiocto diebus facto humi scrobulo adobruens, tantisper celat, dum signiferum ambiens luna
» ad intermenstruum reuertens sileat: aperto tum orbiculo coitus syderum denuncians nouã
» prolem ædit, nec aliam nascendi nouit originem.

Interlunij indices Scarabæi.

[a] Lib. 2. de Nat. stirp. cap. 151.

# MYSTICA. MORALIA.

ARISTOPHANES in ea fabula, cui ὄρνις nomen est, siue serio siue ridiculo (qui mos illius frequens est) Scarabæos dicit esse in tutela Iouis Catebatis, ideſt, desponsoris. Porro eosdem coluerunt Aegyptij. Scarabæum (inquit [a] Pamphilius) Ægyptij summoperè venerantur, animatam solis effigiem esse putantes: Scarabæus autem virilem sexum habet, & spermate in stercus infuso, ac pila deinde confecta, pedibus inuoluit ac velut sol cœlũ
» & mensem lunarem expectat. & [b] Plinius de eodem loquens, propter hunc, inquit Aegypti
C magna pars Scarabæos inter numina colit, curiosa Appionis interpretatione, qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus. Sed Plutarchus, Porphyrius, & Horus aliam huius venerationis causam reddunt, nimirum, quòd mares sint omnes Scarabæi nulla fœmina. Huc Ausonij locum in masculæ veneris sectatorem refer:

Ægyptij cur sacri.

[a] Li. de Præp. Euãg. 3. c. 3.

[b] Lib. 30. cap. 11.

Masculæ veneris sectatores.

*Peruersæ Veneris postico vulnere fossor*
*Lucilli vatis subulo, pullopremo.*
*Non Taurus, non Mulus erit, non Hippocamelus:*
*Non caper aut aries; sed Scarabæus erit.*

Clemens Alexandrinus Hypotyposeon sexto homines voluptatibus impensiùs dedicos, & immersos ac ebrios, tanquam Cantharos in stercore volutari scribit. [c] Plutarchus ad animi tranquillitatem collaudans memoriam bonarum rerum, & iucundarum, eos perstringit, qui à iucundarum memoria defluentes recordationi molestarum implicantnr. Imo
» sicut Olynthi (inquit) Cantharos ferunt in locum quendam (qui ab exitio eius Insecti
» Cantharolethron dicitur) iniectos, quòd exire inde nequeant, perpetua circumuersatio-
» ne enecari: ita ipsi quoque in malorum commemorationem vbi incidere, inde se reuocare,
D & recreare nolunt. Naturam Scarabæi ad Christum accomodant Theologi. D. [d] Ambro-
» sius in Lucam ad ea verba, *Postquam venerunt in locum qui vocatur Caluaria, &c.* Deniq; inquit,
» licet in Cruce erat Dominus Iesus, supra Crucem tamen regis maiestate radiebat. Vermis
» in Cruce; Scarabæus in Cruce. Et bonus Vermis, qui hæsit in ligno. Bonus Scarabæus
» qui clamauit è ligno. Quid clamauit? sequitur. *Iesus autem dicebat; Pater demitte illis:*
» *non enim sciunt quid faciunt. Pater demitte illis*; hoc est, ne statuas illis hoc peccatum.
» Clamauit Latroni hodiè mecum eris in paradiso. Clamauit quasi Scarabæus: Deus
» Deus meus respice in me. quare me dereliquisti? Et bonus Scarabæus, qui lutum
» corporis nostri antè informæ, atque pigrum, virtutum versabat vestigijs. Bonus Sca-
» rabæus, qui de stercore erigit pauperem. Erexit Paullum, qui propter Christum
æstimatus est, vt stercora. Erexit Iob, qui sedebat in stercore. Ab horum quoque
animalculorum natura sumpta collatione præclarè Diuus [e] Chrysostomus maledicos perstringit. Nè ergò maledixeris, inquit, ne teipsum polluas: nec lætum con-

[c] Lib. de trã quill. anim. Memoria bonarum rerum.

Christi typus Scarabæus.

[d] Luc. 23.

Maledici.

[e] Homel. in Psal. 49.

texueris cum luto, & lateribus, ſed coronas ex roſis & violis, & reliquis floribus connexueris: nec ſtercus ore tuleris, quemadmodum Scarabæi (id enim faciunt, qui maledicunt: vt qui ipſi fœtorem primi ſentiant) ſed flores ſicuti Apes, fauosq; vt illæ compoſueris, ſisque omnibus comis, & affabilis. Omnes enim auerſantur maledicum, vt eum qui lutum redoleat, vt hirudinem qui ſanguine, Scarabæum qui ſtercore, alienis malis, aluntur. Et iterum [f] alibi hæc ſcripſit in inuidum. Cùm, inquit, aliquid triſte, ac doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulum acquieſcit, atque reſpirat inuidus: alienas enim iacturas ſuos quæſtus exiſtimat, & aliorum fœlicitatem miſeriam ſuam arbitratur: nec magis conſiderat, quid ipſe ſuaue conſequatur, quàm quid proximo calamitoſum inferatur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? Nonne omni cruciatu contorquendi ſunt? Non aliter quàm canes rabie concitati, infeſtiq; dæmones, atque furiæ ipſæ. Nam quemadmodum Scarabæi alieno ſtercore, ſic inuidi aduerſa aliorum fortuna nutriuntur, cùm ſint communes humano generi hoſtes, & inimici.

[f] *Hom. 42. in Matth. cap. 12.*

Inuidus Scarabæo ſimilis.

# HIEROGLYPHICA.

Bellator ſtrennus.

BELLATOREM ſtrennuum Aegyptij ſacerdotes per Scarabæos deſignabant. At dixerit imperitior aliquis. Quid Scarabæo cum duce belli? Permulta ſanè congruunt. Principio vides, vt totus armis luceat Scarabæus, nullaque pars corporis ſit non diligenter cruſtis, ac laminis communita, vt melius non videatur armatus Mauors Homericus, cùm illum maximè ſua inſtruit panoplia. Adde nunc militarem aſſaltum, cum horrendo ac Panico bombo, cantuq; verè militari. Quid enim ſuauius claſſicorum ſonitu? Quid ἀμφότυπον tympanorum ſtrepitu? Nam tubarum vocem, qua nunc reges tantopere delectantur, olim Buſiritæ non ferebant, quòd Aſino rudenti videatur adſimilis. At ei genti inter abominanda habebatur aſinus, adde laboris in voluendis oneribus patientiam, inuictum animi robur, & vitæ contemptum. Ad hæc negant in Scarabæorum gente fœminam inueniri, ſed omnes eſſe mares: Verùm quid magis congruere poteſt, in fortem Imperatorem, aut Principem bellicoſum? Quin & illud ad hanc rem aptè quadrat, vt indicat [a] Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, veluti dictum eſt, fœtus ſuos edunt, fouent, alunt, educant: nec alius eſt locus naſcendi, quàm cibi. Verùm hoc myſterij non facilè ſit interpretari. Rectius exponunt Imperatorij milites, qui norunt, quid ſit συναποξηραίνεσθαι, qui norunt χαμευνίας, qui in obſidione nudi duras hyemes, duriorem famen ſæpenumero pertulerunt, qui vitam ægram non iam herbarum radicibus, ſed fœdo victu produxerunt, qui menſes aliquot in nauibus exegerunt. Si quis huius vitæ ſordes perpendat, mundus erit Scarabæus, ſi quis miſerias, eſt quod Scarabæo inuideat. At hæc eſt laudatiſſimorum Imperatorum ſors, & conditio, ne quis forte cõtemnat. Cur itaque ipſi ſacerdotes maſculam virtutẽ, ac ferociam, per Scarabæum expreſſerint, vides: cur quoq; imagines eorũ annulis inſculptas geſtarint. nam id tradiderunt pluribus [b] Plutarchus & Aelianus. Scarabæus, inquit Cœlius Calcagninus in annulis ſculptus, ſignificat hominem geſtantem illos annulos debere eſſe animo virili, & non effæminato, ſicuti Scarabæus tantummodo eſt maſculus, neque habet fœminas. Erat & ſignum Romanorum militum Scarabæus, quo virilem animum præſtare ſe debere admonerentur, neque muliebriter, quidquam meditare facereúe: eaque de cauſa dictum ab Horatio:

[a] *Lib. de Iſi. & Oſiride.*

Scarabæus annulis inſculptus.

[b] *Li. de Iſid. & Oſirid.*

*Tyrtæus mares animos in Martia bella*
*Verſibus exacuit.*

Contrà verò & Phrygas & ἀναίδας, in effæminationis opprobrium, Virgilius & Homerus vterque ſuos appellauit, quod nihil ſaperent maſculum, ſed muliebri torpore ignauiaque ceſſarent. Solem quoque per idem Inſectum expreſſiſſe Aegyptios, plurimi ſunt locupletiſſimi teſtes: adduco [c] Diogenem Laërtium, qui hæc ſcripſit: Aegyptiorum autem, inquit eiuſmodi Philoſophiam de Dijs, ac iuſtitia dixere Materiam principium fuiſſe rerum. ea deinceps quatuor elementa diſcreta, perfectasque complures animantes. Solem & Lunam Deos eſſe, alterumque Oſirim, alterum Iſim appellatos. Exprimere illos per Scarabæum, & Draconem, accipitrem, aliaque animalia, Manethus author eſt, in naturalium epitome, & Hecathæus in primo de Aegyptiorum philoſophia libro. At cùm Scarabæorum tres ſint ab Aegyptijs celebratę ſpecies, vna ἀιλουρόμορφος, altera ταυροειδὴς, tertia μονοκέρως, veluti dictum eſt, dubitare quiſpiam poſſet, quam nam horum trium ſoli conſecrarint. Plurimorum

Solis Hieroglyphicũ

[c] *Lib. 1. de vit. Philoſ.*

eſt

A est constans, ac firma opinio αἰλυρομορφον fuisse, quæ scilicet felis faciem mira refert similitudine, estq; radijs quibusdam insignita: eaq; de causa solis hieroglyphicum formam hanc esse voluerunt. Aiunt verò Aelurum (qui apud Latinos catus, & felis nominatur) oculorum pupillarumq; vsum cum solis cursu ἀντιπαθῆ quadam commutare. quippe quæ & noctu, & ingruente matutino tempore vegetiores fiunt, & acutiùs cernunt, ad ortum vsq; iubaris, vnde sensim paulatimq; incipiunt hebetari meridiem versus, atque ita quo magis ad occasum declinat sol, eo minus obscuriores fieri. Ad hæc Scarabæo digituli vnicuiq; sunt triginta, totidemq; sunt mensis dies, quibus sol ortu continuo gradatim per singula signa cursum peragit suum. Altera verò species, quam δίκερον, id est bicornem, & ταυροειδῆ appellant, quòd Tauri faciem præ se ferat, Lunæ dedicata fuit, propterea quòd cælestem Taurum Lunæ Aegyptij exaltationem commentati sint. Tertiæ speciei hieroglyphicum Mercurio dedicatum fuit, quippe vnicornis, & à reliquis forma admodum dissimili. Cæterùm Scarabæis communi nomine sic dictis (nos Cantaros appellauimus ex stercore iumentorum orientes) Aegyptios sacerdotes mundum eiusq; conuersiones motusq; syderum significasse putant plurimi, quod pilulas illas, ex quibus ortum habuerunt, ad mundi ipsius formam, & imaginem effingant: Vbi enim bubulum, aut alterius iumenti excrementum nacti fuerint, pilulas efficiunt, quas ab exortu occasum versus posticis impellentes pedibus, non intermissa rotatione protrudunt, ipsi interim aduersus ortum spectant, quasi de industria id dent operæ, vt cœli ipsius exemplar intuendo, imaginem eius exprimere conentur. Quid verò illud, quòd inter trudendum à subsolano in Africum fertur, quasi astrorum ortui fieri obuiã contendat, qui quidem proprio motu ab Africo ad subsolanum est? Rerum procreatio atq; principium ex eiusdem animalis imagine significarunt, si quidem quidam affirmarunt hasce eius pilulas in aquas volutando protrudi. si igitur ex aquis in lucem prodeunt Scarabæi, fieri non absq; ratione arbitror, vt rerum generationem significent. Hanc enim ab aquis esse sapientes quidam viri non infimæ sanè autoritatis crediderunt, Homerum secuti, cuius hoc fuit placitum:

Felium natura.

Luna. Mercurius.

Mūdi Hieroglyphicū Motus syderum.

Procreatio rerum & principium

Aqua principium generationis, quibusdã.

Ὠκεανὸς ἐξ οὗ πρῶτον μὴν πάντ' ἐγένηθ'. Id est.

*Oceanus ex quo primum sunt omnia nata.*

Nam ea quis quotidie non intueatur, scandere aquas in cœlum, vt ait Plinius, easdem cadentes omnium in terra nascentium esse causas, fruges inde gigni, arbores, fruticesq; viuere; vitalem etiam herbis animam elargiri; omnes deniq; terræ vires aquarum esse beneficia. At verò quod ex aquis dixerimus Scarabæos oriri, inde cognoscitur planiùs: nam simul ac pilæ illæ ex fimo fabricatæ sunt, Scarabæus terram infodit, vbi eas per dies aliquot viginti sepultas sub terra detinuerit, quot nimirum diebus Luna duodecim signa Zodiaci permeauerit: atq; hæc hyeme potissimum rigente fiunt: postea hæc pilæ tamdiu sepultæ animantur, primùm in Vermiculos, mox in Scarabæos, qui tamen adhuc fimi folliculo inclusi viuunt. nono autem & vigesimo die pater è nido prodit, pilulas egerit, & singulas, vti diximus, protrudẽdo in aquam deuoluit, vtpotè qui diem eum Solis Lunæq; coitum conciliare non ignorat, ac perinde mundi ipsius generationem quandam assimilare, Luna noua incipiente. Pilæ autem in aquis mollitæ primum, atq; haud ita multò post adapertæ cùm fuerint, informati iam excluduntur Scarabæi, & nigrum it campis agmen. Quod verò apud Aegyptios legitur, hieroglyphicè per Scarabæi figuram significari Vnigenitum, non eo tantùm modo accipiendum, inquit [d] Pierius Valerianus, quo quempiam vnicum filium vnigenitum appellare consueuimus: sed ea etiam de causa, quòd ab vno tantùm genus agnoscat, imò quòd solus ipse sibimet seminium fuerit: singuli enim ex pilulis singulis procreati, nequaquam habent ad quod genus referant suum; sed absq; vlla propagine nulla maris genitura, nullo fœminæ conceptu Vermium sponte nascentium instar in eam speciem prodierunt. Exigere & is locus videtur, vt Deum optimum & maximum humano corpore assumpto Scarabæi similitudinem subijsse, dictis Theologorum ostendamus: neque verò quisquam indignum facinus clamitet Deum ipsum omni admiratione maiorem, Insecto omnium putidissimo, viliissimo, teterrimoq; assimulari, qui legerit apud D. Augustinum in soliloquijs, de admiranda Christi humanitate dictum: Bonus ille Scarabæus meus non ea tantum de causa, quòd vnigenitus, quòd ipsemet sui autor, mortalium speciem induerit, sed quòd in hac fæce nostra se volutarit, & ex ipsa nasci homo voluerit. Neq; veritus est probus ille Theologus, pietatis & integritatis columen, dum in nitidissimo Dei fulgore contemplando, hominisq; ex opposita parte cloacalem quendam putorem expendendo, subturpiculam locutionis quodammodo stomachosæ nauseam, delicatiori cuipiam habitam iri derisui, qui satis exploratum haberet, Deum se Vermen etiam per Prophetam appellasse: proindeq; eos, qui

Ex aquis vt oriãtur Scarabæi.

Vnigenitus

[d] *Lib. 8. Hieroglyph.*

Deus in humano corpore.

tanti

tanti mysterij cognitionem assequerentur, ac perinde stercorariam Scarabæi procreationem ex historia callerent, dictum vtroq; pollice probaturos. Quod verò ad Psalmographi dictum pertinet: *Ego sum Vermis & non homo*, fuêre nonnulli, qui pro Vermis sum, Scarabæus traduxêre: quasi diceret, contemptissima res ego sum. Euthymius ita ex Christi persona humiliare se Dauidem ait, qui alioqui & Propheta erat & Rex, alibiq; se canem mortuum appellare, vt libro Regum legitur. Qui verò putant dictum hoc, propter humanam Christi generationem, quæ absq; vllâ viri coniunxione fuit, id nobis indicare videntur, quod quemadmodum Vermis è pluuia nascitur desuper in terram veniente, ita & Christus superno sancti spiritus in Virginem aduentu generatus est, quam ob causam Christus Vermis dicitur. Porro Augustini dictum eo quoq; reduci potest, vt assertor noster ait, *Ego sum Vermis & non homo*: quia scilicet ex mare & fœmina nasci solet, ego verò non ex masculo, & fœmina secundum ritum humanum, atq; naturam, sed in exemplum Vermis natus sum, cuius non est aliunde semen, sed in ipsis, in quibus est corporibus, sua est origo. Clementis recognitionum opus circumfertur qualecunq;, non vocabulis tantùm vitiatum, verùm sententijs etiam deprauatum, in quo quidem multa à malignis ingenijs in institutionis nostræ ludibrium inculcata sunt. Sed hæc corrigere alterius fuerit censura, illud hoc loco tantùm attingam, quod circa texti finem scriptum est, nos vt Canthari libenter volueremur in stercore: vbi is qui glossemata quædam adscripsit, non vt Canthari, sed vt Cantherij legendum putat, ratus nimirum Campanum prouerbium ad hoc facere, Canterius in fossa. In Epistolis verò bonus ille vir quisquis censor fuerit, sed non satis eruditus, audacter Cantherij fecit, cùm Cantari dubio procul sit legitima lectio, ex hac ipsa, quam retulimus historia naturali desumpta. Sed ne quid, quod ad Vermen facere succurrat, prætereamus, is prauæ nonnunquam cogitationis insuetudinem Hieroglyphicè significat. Quod Eucherius ad Esaiæ dictum trahit: Vermis eorum non morietur. Atq; hæc omnia, quæ nunc diximus ad Pierium Valerianum autorem sunt referenda, qui de hoc hieroglyphico, quàm copiosissime ea scripsit, qui etiam causam tradidit, cur vir paterúe Scarabæo exprimeretur. Cùm verò ita, inquit, nascatur Scarabæus, vt nullo fœminę beneficio progignatur, solaq; patris cura, labore, diligentia, vitam auspicetur (non enim fœmineum inter ipsos genus) hinc fit, vt Ægyptij sacerdotes patrem significaturi, Scarabæi prætulerint imaginem: & vbicunq; maris officium masculamq; vim exprimi voluerint, non alio magis vterentur hieroglyphico: nam velut pro matris, & fœminei sexus symbolo vulturem pingebant, quòd illa absque patris ope procrearetur, vti commentario suo disputatum est: ita virum ob similem, quam attulimus, causam, per Insectum eiusmodi intelligi voluerunt. Hominem quoq; à sole febricitantem, ac pereuntem per Scarabæum intellexerunt: Hunc autem cæcum pingebant, oculos vel acu, vel alia quauis leui cuspide transfossum, ita vt exoculatus omnino videretur. Aiunt enim solares radios Scarabęo inimicos esse, quibus si vehementius impetatur, accidere vt statim occæcetur: simulac cœcus effectus fuerit, breui etiam commori. Virtus quoq; eneruata dilicijs eodem Insecto significari potest; nam cùm sit egregius bellatorum dictator, tam alienus est à mollitie, vt cùm primum venereas rosas olfecerit emoriatur. si itaq; quis, inquit Pierius, Hanibalem ducem Capuæ desidentem velit, effœminatum pingere, scutum illi cum Scarabæi signo tribuat, oras verò clypei rosarum sertis ambiat, aut quid huiusmodi.

Vermis Deus.

Christi humana generatio.

Clemens emẽdatus.

Cãtherius in fossa.

Vir paterue.

Homo febricitans & moriens.

Virtus èneruata delicijs.

# EMBLEMATA.

IN eandem Pierij sententiam quadrat, & illud Emblema à Ioachimo Camerario iuniori conscriptum sub titulo *Turpibus exitium*, cuius hi sunt versus.

*Cantharidum rosa mors. sic luxu diliciaq́,*
*Eneruant animos eripiuntq́, virũm.*

In hos versus hanc explicationem addidit idem Camerarius. Canthari ac Scarabæi, & huius generis Insecta plurima, ita fœtoribus & sordibus, ex quibus originem duxerunt, delectantur, & illis sustentantur; vt contrà odorum suauitate planè exanimentur, & pereant. ideoq; rosis insidentes Scarabæi vel Cantharides torpescere, vel tandem emori dicuntur. Ad hunc modum molles, & effœminatos, in suis voluptatibus, ac delicijs, quę non solùm corpori, sed menti quoq; obsunt, plurimumq; nocent paulatim contabescere, ac tandem ilico luxus interitu suo meritas pœnas luere constat. Quod Claudianus libro secundo ad Stiliconem egregiè hisce versibus nobis explicauit.

Rosas fugiunt Scarabæi.

Luxu-

A *Luxuries prædulce malum quæ dedita semper*
*Corporis arbitrijs habetat caligine sensus,*
*Membraq; Circæis effæminat ærius herbis.*
*Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla*
*Interius fucata genas, & amicta dolosis*
*Illecebris, toruos auro circumligat hydros.*
*Illa voluptatum multos innexuit hamis.*

Silius quoq; Italicus breuiter hæc exposuit.

*—— Nec ira Deum tantùm, nec tela nec hostis*
*Quantùm sola nocet animis illapsa voluptas.*

A minimis quoq; timendum esse, Emblemate suo à Scarabæi fabula desumpto, exposuit his versibus Andreas Alciatus: A minimis timẽdum.

*Bella gerit Scarabæus & hostem prouocat vltrò*
*Robore & inferior, consilio superat.*
*Nam plumis aquilæ clam sẽ neq; cognitus abdit,*
B *Hostilem vt nidum summa per astra petat,*
*Ouaq; confodiens prohibet spem crescere prolis*
*Hocq; modo illatum dedecus, vltus abit.*

# FABVLÆ. APOLOGI.

EX Fabella Aesopica de Scarabæo, & Aquila superiùs Emblema Alciati desumptum videtur, qua docet inimicum quamuis humilem, doctis prudentibusq; esse metuendum, nec cuiquam cõtemnendum hostem, quamuis infimę fortunę. Itaq; vt præcedens Emblema melius intelligatur, lubet ipsius Aesopi apologum hic referre. Lepus Aquila insectante, in lustrum Scarabæi profugit, rogans vt ab eo seruaretur. Scarabæus autem rogabat Aquilam, ne occideret supplicem, obtestans ipsam per maximum Iouem, ne scilicet contemneret paruitatem suam. Illa verò irata ala percussit Scarabæum, & leporem arreptum deuo- De Scarabęi & Aquilæ inimiçitia.
C rauit. At Scarabæus, & cum Aquila volat, vt nidum eius disceret, & iam profectus oua ipsius deuoluta dirupit. Illa indignè ferente, quòd quis hoc ausus fuisset, & in sublimiore loco secundo nido constructo, & illic rursus Scarabæus eisdem eam affecit. Aquila autem consilij inops penitus, adscendit ad Iouem (huius enim sacra esse dicitur) in eius genibus tertium partum ouorum posuit, Deo ipsa commendans, ac supplicans, vt custodiret. Scarabęus autem pilula facta, & adscendit & in sinum Iouis eam demisit, sed Iuppiter cùm surrexisset, vt simum excuteret, & oua proiecit oblitus, quæ & contriuit deiecta. Cognito à Scarabæo, quòd hoc fecisset, vt Aquilam vlciscereturi nam non modo Scarabæum illa iniuria affecit, sed & in Iouem ipsum impia fuit, reuersæ Aquilæ, ait Iuppiter, Scarabæum esse qui mœstitiæ causa fuerit, & certè iure fuisse. Nolens igitur genus aquilarum rarescere, consulit Scarabæo, vt Aquilæ conciliaretur. Sed eo non parente, Iuppiter in aliud tempus aquilarum transmutauit partum, cùm Scarabæi non appareant. Meminit huius fabulæ comicus [a] Aristophanes hisce eisdem versibus. a *In Pace.*

Εν τοῖς αἰσώπε λόγοις ἐξηυρέθη,
Μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος,
D Ἄπιστος εἰ ὡς μῦθον, ὦ πάτερ πάτερ,
Ὅπως κάκοσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεούς,
Ηλθεν κατ' ἐχθρὰν αἰετοῦ πάλαι ποτὲ
Ω' ἐκκυλίνδων, κἀντιτιμωρούμενος. Id est.
*In Fabulis est repertum Aesopicis*
*Adijsse diuos vnicum è volucribus.*
*Haud credibilem ais fabulam pater pater,*
*Adijsse diuos animal obscænum atq; olens.*
*Peruenit olim inquam, ob similitudinem asperam,*
*Quæ illi fuit cum Aquila, oua voluens illius*
*Et expetens pœnas ab hoste mutua.*

Aristophanis comœdiæ pax inscriptæ argumentũ.

Aristophanes etiam Εἰρήνη comœdiam inscripsit: hanc bello Peleponesiaco, cùm iam defessos, bello vniuersos Græcos, & Athenienses videret conscripsit: admonens ciuitates deponere

nere debere mutuas contentiones concordiam, & pacem propriori inimicitia accipere. Adducit igitur in ea Comicus quendam agricolam Trygæum nomine, maximè pacem expetentem: qui triſtans in bello, in cœlum aſcendere conſultatus eſt ad Iouem, interrogaturus ab ipſo propter quam cauſam, ſic excurrunt Græcorum res, tantùm facientem bellum ipſis; quem iam dubitantem, quomodo in cælum iter faceret, adducit nutrientem Cantharum tanquam euolaturum in cęlum per ipſum, Bellerophontis iure. Incipiunt autem loqui primùm duo ſerui, quibus & nutrire iuſſit Cantharum, ægrè ferentes eius cibum, qui cùm eſſet tam fœtido odore illis fuerit tractandus. Therambum in Carabum mutatum fuiſſe prolixè ſatis tradidit [b] Antonius Liberalis, hiſce verbis. Euſeiro, Neptuni, & Eidotheæ nymphæ Othretidis F. Therambus fuit filius, in Melienſium terra domicilium habens ad montis Othris radices. Is pecus, quod ei obtigerat copioſiſſimum, paſcebat adiuuantibus nymphis, quòd eas in montibus cauendo oblectabat. Fertur enim ſuæ ætatis hominibus arte Muſica antecelluiſſe, qui & bucolicis carminibus famam reperiſſet, & paſtoralem ex arundinibus fiſtulam in montibus reperiſſet, lyraq́; primus hominnm vſus eſſet, & plurimas eligantiſſimasq́; cantilenas compoſuiſſet. Eam ob rem aiunt apparuiſſe aliquando ei nymphas, & ad ictus pollicis Therambici ſaltaſſe. Pana verò beneuolentia adductum, monuiſſe hominem, vt Othrij relicto, greges in campo paſceret: inuſitatum enim, & incredibile frigus inſtare. At Therambus, qui iam inde à puero iactantia ea fuiſſet, vt à Deo ſana priuatus ratione iudicari poſſet, greges ab Othrij in planiciem depellere in animo nequaquam induxit: nymphas autem ingrato, & fatuo ſermone eſt inſectatus, non eſſe eas Iouis genus, ſed Dinaſperchij natas dicens: & Neptunum deſiderio vnius de ſororibus Diopatræ nimirum impulſum, reliquas radicibus terræ affixiſſe, inq; Alnos mutaſſe, dum eas concubitus ſatur demiſerit, priſtinæq́; naturæ reſtituerit. Hoc fuit Therambi in nymphas conuicium. Paruo poſt tempore ſubitò gelu incidit, quo valles ſunt adſtrictæ, copioſaq́; nix decidit, & oues Therambi vnà cum vijs ac arboribus perierunt. Nymphæ autem, in eum iratæ ob maledictum mutarunt in Cerambicem, quę eſt auis ligniuora. conſpiciturq́; in lignis curuis dentibus, malas ſemper mouens, nigra, oblonga, ſolidis alis, adſimilis magnorum Cantharorum. vocatur bos ligniuorus, & apud Theſſalos Cerambix. Hunc pueri proludo habent, caputq́; amputantes circumferunt: quod ſimul cum alis ſimilitudinem gerit Lyræ è teſtudine confectæ. Hæc Antonius Liberalis ex Nicandri libro de immutatis.

Theramb⁹ in Carabū mutatus.

[b] *Lib. Metamorph.*

# PROVERBIA.

Scarabæus Aquilam quærit.

Κάνθαρος ἀετὸν μαίεται, id eſt, *Scarabæus Aquilam quærit*: cùm imbecillior, atque impotentior mali quippiam molitur, ſtruitq́; inſidias inimico longè potentiori. Eſt & altera lectio ὁ κάνθαρος ἀετόν μαιεύεται. id eſt Scarabæus aquilę obſtetricatur. ſenſus ferè idem eſt, ſiue legas μαίεται, ſiue μαιεύεται. Competit enim in humilem, & imbecillum, qui viribus longè præpollenti, malitioſis inſidijs, & clancularijs dolis perniciem machinętur. Ariſtophanes in Lyſiſtrata:

Ὑπερχολῶ γὰρ ἀετὸν τίκτοντα κάνθαρόσσε
Μαιευσομαι. Id eſt.
*Supra modum iraſcor tibi. Scarabæus aquilam ego te,*
*Quando oua paries obſtetrix iuuabo.*

Porro ad huius prouerbij planiorem expoſitionem pertinet ea fabula, quàm paulò ſuperiùs ex Aeſopo citauimus. Meminit eiuſdem prouerbij etiam Suidas.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κωνωψ
*Mel citius faciet Scarabæus & antè Culex lac*

Mel citius faciat Scarabæus.

Prouerbium ad τῶν ἀδυνάτων claſſem pertinet, quæ referuntur in epigrammate Palladæ. Κανθάρου σοφώτερος, id eſt *Cantharo aſtutior*, aut callidior, Zęnodotus ait, Athenis cauponem fuiſſe quempiam, nomine Cantharum, quem ob maleficia & impoſturas, ac proditiones capitis affecerint ſupplitio, proinde vulgo receptum, vt in verſutos ac impoſtores diceretur. At vero proprius videtur, ſi referatur ad animantis naturam, & apologum Aeſopicum, quo narratur, quemadmodum Scarabæus tanto aquila inferior viribus, tamen ingenio ſuperauit auium omnium reginam. Κανθάρου σκίαι, id eſt *Scarabæi vmbræ*. Dictum de inani metu, quòd hoc Inſectum ſub noctu repentè aduolans horribili bombo, nonnunquam terrere ſoleat parum attentum. Recenſetur à Diogeniano.

Cantharo aſtutior.

Cantharus caupò Athenis.

Scarabæi vmbræ.

Αἶρε

A Αἶρε ἄιρε μάζαν ὡς ταχίστα κανθάρῳ. ideſt
*Mazam ſine mora pone pone Cantharo.*

Tolle Mazam Cantharo.

Hoc verſiculo exorditur Ariſtophanes Ἐιρωσὶν comœdiam quem eruditi quidam prouerbij loco referunt. Eũ vſurpare licet quoties ſordidus cibus immundo conuiuæ apponitur. Quidam miniſtris panem furfuraceum apponunt, furfur autem tritici purgamentum eſt, vnde per furfuraceam Mazam cibum aluo redditum innuit, vt vult adagiorum autor: hinc enim vt naſcuntur, ita & aluntur Canthari; cognoſcitur autem ex ſequenti verſiculo quo inquit,

Δὸς μάζαν ἑτέραν ἐξόνι δῶν πεπλασμένων. ideſt
*Mazam alteram da è ſtercore aſini conditam.*

Maza quid

Porro Maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitans. Simillimum eſt illi prouerbio, *Cyprio boui merendam*. Μίσει Κανθαρίς, *abominanda Cantharis*. de contemptiſſimo viliſſimoq; homunculo dicebatur. Cantharides vermiculi ſunt lethali veneno. Quanquam hoc loco magis conuenit, vt ſit diminutiuum à Cantharo Scarabęo quaſi dicas Scarabęolus. Apud Suidam legitur Μυσὶ Κανθαρίς. i. muribus Cantharis, quòd quid ſibi velit nondum doctioribus compertum; ſuſpicatur autor adagiorum mendum ſubeſſe. Si legatur Μύσει ſo-

Abominandus Scarabæus.

B nat abominanda inquit: ſi Μυσὶ ſonat Myſiam Cantharidem. Myſos autem olim fuiſſe contemptui, docuit aliàs idem autor, hocq; contemptum maximè probatur. Κανθάρου μελάντερος. i. *Scarabæo nigrior*; in fœdos vehementerq; atros, & fuſcos. Nam Scarabæus inſigni, & fœdo nigrore eſt, vt pluries dictum eſt. Αἰτναῖος Κάνθαρος. *Aetnæus Cantharus* de magnis, & fœdis dictum. [a] Ariſtophanes.

Scarabæo nigrior.

Οὐκ οἶδ' ὅστις εἰσήγαγ' Αἰτναῖον μέγιστον Κάνθαρον. ideſt.
*Non ſciuit qui introduxit Aetnæum maximum Cantharum.*

Aetnæus Cãtharus.

[a] *In Pace.*

Aetnæum autem dixit, & prægnandem vel quòd in Aetna varij maximiq; Scarabæi ſint, vel Aetnæus dixit tanquam inſtar Aetnæ montis maximus. Fabulis quoque proditum eſt, Aetnam vnum è gigantibus præcipuè complexam fuiſſe, ac ſeruaſſe ne cum reliquis periret fulmine: vnde & illud, ὅυτε πῦρ οὐράνιον ἐπὶ αὐτὸν ἦλθεν, οὔτε αἶτνη μίζα αὐτὸν. ideſt; nec igniis cœleſtis ipſum attigit, nec Aetna ipſum premit. Auctor Diogenianus. Θᾶττον ὁ Κάνθαρος ἂν μεταπεσῇ. ideſt citius Scarabæum in diuerſam ſententiam protraxeris. De ijs, qui malis aſſueuerunt, à quibus tamen reuocari non poſſunt, eo quod aſſuetis videantur optima: [b] Lucianus οὔτε γὰρ αὐτὸς ποτὲ βελτίων γένοιο πρὸς τὼν ἐπιτιμησιν, οὐ μᾶλλον ἢ Κάνθαρος μεταπεσὼν

Scarabæo citius perſuaſeris.

[b] *In Pſeudologiſta.*

C θείη ἂν μηκέτι τοι ἅυτα κυλίνδειν, ἅπαξ αὐτὸ ἱστωνηθὴς γένομενος. ideſt. Neque enim vnquam ipſe fieres melior increpatione mea, nihilo magis quàm Scarabæo perſuaderi poſſet, ne amplius talia voluat, poſteaquam ſemel illis aſſueuit. Scarabæus fœtus ſuos educat in ſtercore iumentorum, & id idem paſcit atque ibidem habitat. Excrementa verò fingunt in ſphærulas, eaſque in nidum deuoluunt, capite in terram demiſſo, poſterioribus pedibus in altum erectis. Nemo facile abducitur à vitijs, in quibus natus & educatus eſt, & quæ per ſe ſunt fœdiſſima, videntur & pulchra, & dulcia diutinæ conſuetudinis commendatione. Eiuſdem ſenſus, & hoc eſt *Cantharus pilulam*, dicitur in eos, qui, caſtigati ſæpius nihil proficiunt: ſed quod pertinaciter ſemel arripuerint, pertinacius fouent. Quod enim animali ingenitum, nulla prorſus arte viceris. Ο Κάνθαρος τὼ Κάνθαρον σωρεύει. i. Scarabæus Scarabæam cumulat. Poteſt torqueri in peccatorem, & hominem impurum, qui multa peccata committit, cui poſtea non ſupereſt tantum temporis, vt ea quę commiſit vitia & peccata expiare poſſet, quemadmodum Scarabæus, qui plurimas cumulat pilulas, nec expectat donec ex vna fœtum ex-

Cantharus pilulam. Scarabæus Scarabęam cumulat.

D cluſerit. Vtitur hoc adagio [c] Iſiodorus Peluſiota, hominem oĩtẽdens in ſacra ſcriptura recte
» cum feris, ac iumentis comparari. Nam, (ſcribit ad Nemeſium) ſi rem accuratè atque exactè
» perpendere velimus, non iumentis duntaxat, ſed etiam truculentis feris comparari poſſe vi-
» detur. Imò etiam eas ſuperat qui turpium affectionum ac libidinum amator eſt. Quodque
» mirum atque ab hominum opinione alienum eſt, quæque fera vni tantum vitio ſeruit: at qui
» hominis ſpeciem habet omnibus vitijs in vnum congregatis, & cumulatis, vltra eorum te-
» meritatem & amẽtiam progreditur. at ne me hyperbolicè loqui putes, ipſas res in corrupta
» mente perpendamus. Cùm enim quiſpiam vt taurus ſubſultat, vt aſinus calcitrat, vt ſala-
» ciſſimus equus in fœminas hinnit, vt vrſus voracitati ſtudet, vt mulus corpus ſaginat, vt ca-
» melus iniuriarum memoriam retinet, vt leo iraſcitur, vt lupus rapit, vt Scorpius ferit, vt ſer-
» pens ſubdolus eſt, improbitatis venenum vt vipera conſeruat, opes denique vel vt rectius
» loquar, peccata cumulat vt Scarabæus Scarabæas, quonam pacto quiſpiam belluino animo
» præditum, inter homines recenſeri poterit, &c.? Hæc autem omnia hiſce noſtris paginis in-
ſerenda duxi, vt ſi quis meliori præditus ingenio (cum ſciam hunc autorem non ita cuique ad manus eſſe) clariorem expoſitionem, & aptiorem quam nos dedimus inuenerit, cæteris

[c] *Epiſt. lib. 2. 135.*

quoque

Scarabæi non guſtãt Attiçũ mel.

quoque litterarum cupidis communicare poſſet. *Scarabæi non guſtant Atticum mel.* conuenit in homines ſceleratos, improbos, nebulones, qui ſapientum virorum dicta non exaudiũt, nec virtutem ſequuntur, ſed perpetuò latrocinijs, ſceleribus, cęteriſq; vitijs intenti ſunt, ijſq; tanquam Scarabæi ſtercore, quotidie ſe inuoluunt, & in ijs verſantur. Vtitur hoc Clemens Alexandrinus in oratione ad Tharſenſes, qua eos caſtigat, quod Theophilum Alexandrinum virum prudentiſſimum & ſapientiſſimum, audire noluerunt, eique obſequi. Theophilum, inquit, haud ſcio an vnquam audiueritis, Quemadmodum quidam ait Scarabæos in Attica, licet ibi mel ſit puriſsimum, illud tamen nunquam guſtare, neque ſi effundatur, ſed potius alium cibum, ita & vos ſermones de virtute, viroſque ſapientes non curatis, ſed eſtis hilares, & ad cauillandum facundiſſimi. Illud poſtremò annotandum vice prouerbij à Plutarcho in ſympoſiacis eſſe pronunciatum ridiculos videri qui in conuiuio innoxias auerſantur voluptates, ſicuti ὄνια ἄνθαρι τὰ μύρα, vt Canthari vnguenta.

# VSVS IN MEDICINA ET ALIIS.

SCARABÆORVM nullus, quod ſciam, veteribus vllis populis vſus in cibo fuit, immo ne Iudęis quidem. His enim prohibebantur ea animalia, quæ quatuor pedibus incedunt (nam poſteriores, qui longiores erant, non numerabãt) nec ſaliũt, vnde & Scarabæi Hebræis prohibiti teſte [a] Auguſtino. Lucanos ait [b] Ferrantes Imperatus quos aliqui Ceruos volãtes vocant in Italia, in magno eſſe pretio, ad dolores ſedandos ſęliciter vſurpari, & neruorum contractiones, quod malum hodie Neapolitanis Grancio dicitur; ad eaſdem ægritudines portari quoque vice amuleti auro, & argento obductos. Ex eorundem cornibus amuleta faciunt pueris ad terriculamenta & faſcinationes; alij laudant ad omnes infantium morbos collo ſuſpenſa eadem cornua. Lucanorum, inquit Pierius Valerianus, cornicula nõ tantùm collo ſuſpenſa ad quartanas, quibus id remedij applicat Plinius, verùm etiam in frigidiuſcula lanatione vrinatoribus ad neruorum ſtuporem, qui plerunque ſit in aquis, amuletum creditur. Nam [c] Plinius ait Magos ad quartanam adligare Scarabæum cui cornicula ſunt reflexa, ſiniſtra manu collectum: Proculdubio hic Taurum intelligit, vt etiam exponit Dalechampius: nam & ſuperius eodem [d] libro, Tauri, inquit, vocantur Scarabæi terreſtres, Ricino ſimiles (colore, non magnitudine, inquit Dalechampius in ſuis annotationibus) nomen cornicula dedere. Alij Pediculos terræ vocant. Ab his quoque terram egeſtam illinunt ſtrumis, & ſimilibus vitijs, & podagris. Triduo non abluunt, prodeſtq; hæc medicina in annum. Omniaque his adſcribunt, quæ nos in Gryllis retulimus. Sed ad quartanas, de quibus ſuperiùs paulò facta eſt mentio, etiam Scarabæum laudat, qui pululas voluit, idem [c] Plinius, aitq; ad eaſdem etiam magos, tertium Scarabæum, qui vocatur Fullo, albis guttis, diſſectum (alij legunt ab his diſſectum) vtrique lacerto adligare: cætera (nimirum Scarabæorum genera) ſiniſtro; Aurium doloribus item Scarabæum prodeſſe, ſi oleum in quo eſſerbuerit auribus inſtilletur, aſſeruit Galenus in libro de Theriaca ad Piſonem. in alio item de Dynamidijs Galeno quoque falsò licet adſcripto, mirificè prodeſſe calculoſis Scarabæum nigrum ſiccum ſcribitur. Febris accenditur (vt tradidit Cardanus) ſi cornuti Scarabæi in oleo decoquantur, atque ex eo pulſus illinatur. Confert enim non parum quandoque febris ſuperueniens, vt in conuulſione & arthritide, cùm ex materia frigida fuerint, nonnunquam etiam in reſolutione. Cur potius id contingat, an ex ſola caliditate, vt in Euphorbio, quod idem præſtat; an occulta proprietate quadam, vt putat Cardanus, difficile eſt diſcernere; Cardani tamen opinio mihi potior eſſe videtur. Scarabæi viridis natura, inquit [f] Plinius, contuentium viſum exacuit, itaque gemmarum ſculptores contuitu eorum acquieſcunt. Idem quoque autor ex Magorum vanitate aſſerit Scarabæis è ſmaragdis ſculptis, Locuſtas, grandinem, & ſimilia auertere. Sunt & Chelonitides gemmæ oculis teſtudinum ſimiles, ex quibus ad tempeſtates ſedandas multi multa vaticinantur. Ea verò quæ ſit aureis guttis cum Scarabæo deiecta (alij legunt decocta) in aquam feruentem, tempeſtates auerti tradidit idem [g] autor. Iam & pueri ſe Scarabæis recreant: nam & ei qui apud Theſſalos Cerambyx dicitur pueri amputant caput, ac circumferunt. Annotat alibi Scholiaſtes Ariſtophanis Melolonthen à pueris olim filo alligatum emitti. Poſsimus autem ex Suida & Euſtathio puerilem hunc luſum exactiùs cognoſcere, coniungentes, quæ vnus dicit ijs, quæ ab altero dicuntur.

*Retract. 2. quæ ſcripſeris epiſcop.

[b] *Lib. 28. Hiſt. Nat.*

Ad neruorum cõtractiones.

Dolores ſedandos.

Ad quartanam.

[c] *lib. 30. c. 11*

[d] *Cap. 5.*

[e] *lib. 30. c. 11*

Ad Auriũ dolores.

Febris, vt accẽdatur.

Scarabæi viridis uis ad uiſum acuẽdum.

[f] *lib. 37. c. 9.*

Ad Tempeſtates.

[g] *lib. 37. c. 10*

Puerorum luſus.

Scribunt

A Scribunt enim pueros filum (τριώπηχυ, id est trium cubitorum, vt refert Eustathius) pedibus huius animalculi appendere seu alligare, deinde in aërem emittere, & sinere volare. Dum autem sic alligatum volat, velut in gyros circumagi, & circumuolui: puerosq; tali spectaculo gaudentes, non sine manuum plausu ipsum comitari. Suidas tamen non dicit tantùm λίνοι τοῦ ποδὸς ἐξαρτῶντες, sed adijcit, καὶ ξυλίφιον ὁ οὐκ ἴσχυσι ἀναχουφίσαι. Quidam verò (addentes fortasse de suo) scribunt pueros huius fili pedibus Melolonthæ appensi, caput digitis suis alligare.

# VT FVGENTVR.

B MIRVM quòd tanta viuendi Scarabæis insit facultas, vt etiam diuisi viuant, rosarum tamen odore moriantur, vt tradidit Aristoteles, itemq; Plinius. Quin roſaceo oleo si inungantur moriuntur vt tradit Clemens Alexandrinus. Sed id iure sic illis contingit, exemplo persimili in vulture auiũ ferè omnium rapacissima, quæ eodem vnguento moritur, quod cadaueribus oblectatur. Si enim Scarabæus in stercore viuit, & stercore se delectet, æquum est rosas, quæ alijs habentur in delicijs, illi esse in mortem, sicut stercore, & alia mille odore fœtida alijs sunt in necẽ. Sed [a] Ælianus non rosarum vnguento; verùm quibusuis, alijs eosdem enecari scribit, his verbis: Scarabæi bestiolæ fœtidæ, vnguento odorato, si instillentur intereunt. Sic etiam Cerdones aiunt aëri putrido assuefactos vnguentis abhorrere. Abominari quoque vnguenta testatur [b] Plutarchus & [c] Philes hoc versiculo.

Καὶ καὶνθαρος δ' ὀσμὴν ἐγγίζας μύρῳ. Id est.

*Moriturq; Scarabæus propinquans vnguini.*

Laudant ad eundem enecandum Thracium puluerem; laudarem & ipse si ex eo deportetur loco, qui Cantharolethrus dictus est, ab eiusdem animalis exitio. Ridiculam Methrodorus Scepsius obseruationem ponit, nostro etiam tempore, haud quaquam abolitam in frumentis oleribusq; ab Erucarum iniuria sospitandis, quod in Cappadocia inuentum prodit ob multitudinem Cantharorum: menstruas quippe mulieres, ire per media arua, hortosq;, retectis (sit verbo venia) supra clunes vestibus, Erucas ita, Vermiculos, & noxia alia animalcula decidere. Bufonius lapis (crapaudina dictus) suo contactu, & blando attritu, inflationes illatas à venenatis bestijs, & virus earum omne elicit. vnde si Scarabæus, aut Aranea, aut simile venenatum animal læserit, vt autor est [d] Mizaldus, admoto lapide eo dolor mitescit, & tumor omnis sedatur. Medetur & eorundem virulentiæ hominis ieiuni, ac sani saliua, si illinatur, aut pars laborans cum eo confricetur. [e] Simon Maiolus Episcopus Vulturiacensis male Scarabæos viginti morsibus, aut puncturis hominem interficere credidit ex [f] Plinio, qui id Crabrones facere tradidit.

Rosis perire & cur.

[a] *Lib. 1. c. 38*

[b] *7. Symp.*
[c] *De Animal. prop.*

A frumẽto vt arceãtur.

[d] *Memmor. cen. 4.*
[e] *Dies Cantcula. colloq. 5. de Insect.*
[f] *Lib. 11. cap. 21.*

# DE CANTHARIDE. Cap. IIII. ÆQVIVOCA. ETYMON.

D MVLTA profecto sunt, quæ Scarabæis congeneres Cantharides faciunt, vnde à quibusdam, non infimæ autoritatis scriptoribus, inter Scarabæorũ genera relatæ sunt. Sed nihil tam æquè amborum cognationem ostendit, quã vaginis clausæ vtriusq; animalis pennæ, ob quam similitudinem diminuta de Scarabæo (quem supra ostendimus καὶνθαρον Græcis appellari) Cantharida similem illi, sed minoris corporis hoc animalculum dixerunt, ac si Scarabæolum, aut paruum Scarabæum nuncupares. Quapropter si huius historiam in alium locum reiecissemus, alterius cuiusuis in huius locum substituta, quæ nam nobis reliqua, aut vnde petenda fuisset excusatio? Ne itaq; in tantam incurramus molestiam, aut culpam potiùs, de eo agendum erit, quod ordo efflagitat. Cantharis à quibusdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioscoridi Latinis fumaria, & officinis fumus terræ dicitur in medicina perquam celebris. Videtur etiam Cicero Papyrio scribens pro venenata potione posuisse. Caius, inquit, Carbo accusante Lucio Crasso Cantharidas sumpsisse dicitur. Hermotimi inimici Cantharidæ quoq; appellati sunt teste [a] Plinio. Apud Hesychium κανθαρὶς est χρυσοειδὴς ἰχθὺς id est piscis aurei coloris.

Etymon Cantharis vocabuli.

Pro quouis veneno.

Hermotimi inimici.

[a] *Lib. 7. cap. 52.*

E

# SYNONYMA.

KΕτωνὶς dicitur eodem autore ἡ ποικίλη κάνθαρις, forsitan quia in modum testudinis est compuncta, & distincta varijs maculis, vt opinatur Thesauri Græcæ linguæ auctor. Nam χελώνιον tegumentum est seu testa dura, qua testudo tegitur. Cantharis verò commune nomen est, & Græcis & Latinis, Plinius paruum Scarabæum interpretatur. Est, inquit, & Cantharis dictus Scarabæus paruus frumenta erodens. Arabibus Dherarie siue Carariha dicitur. Gallis Cantharide ou Mouſche verde, & venineuſe. Italis Cantarella, Hiſpanis Cubillo abadeio. Germanis, Cantharides, Goldtkefer Golht vvormlim, Meilādiſcher Kefer. Belgis Groene Vliege, ſpaēſche vliege. Polonis Chrzaſzczik zelonyna ieſienie albo oldrzeuuie, gvvogioim. Hungaris Fán terme ſonijes es merges pok. Anglis Agrene vvorme venimouſe and shynin glik gold.

F

# GENVS. DIFFERENTIA: DESCRIPTIO.

CANTHARIDEM aliqui rudi modo deſcribentes ſimilem Veſpæ faciūt, parumper tamen longiorem. Alij Vermem terrenum aiunt viridis coloris, auri colore ſuperlucentem: Quidam Inſectum oblongum paruum viride aurei coloris. Hic autem cum ſuperioris ſententiæ autoribus idem dicit, qui Vermem ampla, & confuſa ſignificatione, quali plerunq; vtuntur Grāmatici pro Inſecto, & quouis minuto animalculo, quamuis alato, acçepit. Scarabæi genus, inquit quidam eſſe luteo auri colore lucens. Autor verò Theſauri linguæ Græcæ Cantharidem ſcribit eſſe animalculum, paruum, varium, luteis lineis, quas in pennis tranſuerſas habet, promiſſo corpore, Blattarum modo præpinguem. Eandem aurum colore G æmulari, aſpectu eſſe iucundo ob lineas luteas, quas varias, & in pennis tranſuerſas habet, ſcribit [a] Iacobus Greuinus. Verùm hi omnes diuerſas Cantharidum depinxere ſpecies: prio res quidem eas, quibus nunc in officinis, quotidie vtuntur. poſteriores verò, quas ſummopere nobis commendauit Dioſcorides ad vſum medicum, quæ prorſus à prioribus differunt, & ijſdem multò laudabiliores iudicandæ. Cantharides autem, quas in roſis reperire eſt, alis rubentibus, paruis Scarabæis ſimiles eſſe ſcripſit Baptiſta Pius Bononienſis in ſuis ad Plautum Commentarijs, & ab ijs quarum in medicinis frequens eſt vſus, longè differre affirmat: repeririq; item in oleaſtro ſcutellatis auri maculis. Cæterùm (ſi fides aliqua adhibenda ſit prędicto autori) Cantharidem rubeam eam nuncupandam iudico, quæ ſparſim per varias plantas, non ſolummodo per roſas, æſtatis tempore reperiri facillimè poteſt. Hanc Violam Itali, Germani onſer frouen Kule, Belgæ onſer vrouvven haentken vocant; quam vnà cum alijs à nobis animaduerſis ſequentibus tabulis depictam exhibemus.

[a] *Lib. 2. de venen. c. 4.*

Roſæ Cantharides.

Cantharis roſarum.

Tabulæ primæ prima.

Primæ tabulæ primo loco depingitur Cantharis, è maximarum genere, colore viridi, atque aurum lucente in roſa reperta. Secundo prolixiori corpore, lineis luteis, in capite pectore ac dorſo, antennis longiuſculis ac nodoſis, luteis vt etiam pedibus, in roſa ex H Eruca nata. in qua, & tertiam repperi rotundo corpore nigro, & piloſo. Violarum ſpeciem exiſtimo. Quarto, ac Quinto loco eſt Cantharis rotunda, ſeu Viola nigra prona, & ſupina, obſcuris in vaginis punctis albicantibus, & rarioribus. in alui verò parte prona quatuor lineis paruis, & albis. eiuſdem generis & ea eſt, quæ hanc ſequitur, niſi, quod punctula illa alba, quæ in priori rariora erant, magis ſint frequentia, & conſpicua. Septimo loco eſt Araneus, quem exactius ſuo loco deſcribemus. Proxima huic Cantharis oblonga capite, ac pectore nigra, duabus antennis ſatis conſpicuis, in extremitate pilulam habentibus, pedibus item nigris, vaginis rubro & nigro colore tranſuerſim maculatis. eadem ſequenti pictura expanſis alis oſtenditur, vt aluus, quæ tota rubra eſt, exactè videri poſſit. Decimo loco eſt Cantharis alia fuſco colore, ſeu potiùs ſubcinereo ad obſcurum tendente antennis longis. Vndecimo colore nigriore multo, antennis nonnihil nodoſis, & in fine obtuſis. Duodecimum locum negligenter Culex occupauit longis alis, & antennis, rubicundis

A bicundis pedibus. Postremo est Cantharis tota viridis, & in vaginis colore mixto aureo, pedibus nigris.




Secundæ tabulæ prima est viridis, antennis longiusculis, è mediocrium genere, oblongo corpore. Secunda inter minimas numeranda tota cærulea. Tertia inter fabas reperta prædicta paulo maior, tenuibus antennis, lineis in vaginis transuersalibus nigris; reliquo corpore nigro. Quarto & quinto numero notatur Scarabæus χλωροχρυσος, siue colore viridi in supina parte, qui soli expositus aureum fulgorem edit, vt in alijs quibusdam Cantharidibus: tamen inter Scarabæorum genera referendus; fortè erit Scarabæus viridis Plinij quem

Tabulæ secundæ explanatio.

Scarabæus uiridis Plinij fortè.

quem ait ſuo iucundo aſpectu contuentium, viſum exacuere. Prona parte niger totus, antennis exiguis. Sexta eſt Cantharis parua pectore nigro, antennisq; exiguis, vaginis ſubaureis, recteq; ob paruitatem deſcribi nequit. Poſtrema è Violarum ſeu rotundarum Cantharidum ſpecie, capite nigro, & pectore, antennis longiuſculis, vaginis rubris, pedibus in fine nonnihil diuiſis, & rubris. Melancephalon appellaui. E



F

G

Tertiæ tabulæ deſcribuntur ſpecies.

In tertia tabula primo locò oſtenditur Cantharis omnium minima cœrulea. Secundo Longicolla dicta paulò minor Veſpa, toto corpore nigro. roſtro ſeu collo protenſo, cui vtrinque duæ inſunt antennæ. Tertiò minima colore aureo, & viridi. Quarto numero notata, eſt capite, antennis, ac pedibus nigris, vaginis luteis, quibus ſex nigra rotundaq; inſunt punctula, bina ſuperiori parte, qua caput proximè contingunt, reliqua in parte extrema verſus aluum per tranſuerſum ex ordine poſita. Hanc alia ſequitur latiori corpore atro, capite & pedibus luteſcentibus vaginis obſcurè, longiuſculis antennis. Sexto loco ponitur Muſca viridis, antennis longis, inter Muſcarum genera referenda. Septimo & octauo duæ exiguæ prior cærulea tota, altera cinerea. Octaua oblonga corpore, capite, pectore, antennis ac pedibus nigris, vaginis rubris. Nonus numerus ſignificat Conuoluulum, ἵπτα Græcis Tagliadizzo vulgò apud Italos agricolas, corpore cæruleo, pedibus obſcurè luteſcentibus, in vite repertum, ac folia eius depopulantem. naſcitur hic ex ouis Bombicum ouis ſimilibus magnitudine, colore rubicundis. hic cùm parere vult multa cumulat conuoluitq; folia (vnde fortè à Latinis, id nominis datum) at qui in his ſua oua reponit. Sequens numerus, aliam eius ſpeciem cœruleam continet. Duodecimus Cantharidem nigram duabus maculis fuſcis, nigris in vaginis diſtinctam. Minima, & è viridi aurea decimatertia eſt. Hanc ſequitur nigra ſemicirculis mineaceis in cruſtis inſignita. Poſtrema mineaceis vaginis, ſed nigro maculatis; pedibus, antennis, ac capite nigris.

Tagliadizzo.

H

Quæ




Quæ in quarta tabula proponuntur, omnes ferè sunt Cantharides rotundæ, Violæ dictæ à nobis nomine & Idiomate Italico, è quarum numero prima est lato corpore ac pedibus nigris, quos extendit in vtraq; latera cancri marini, aut Paguri modo. Capite nigro, antennis eiusdem coloris longis in fine obtusis, vaginis rubris, quatuor maculis nigris rotundis æque à se inuicem distantibus, quadratæ figuræ modo. Secundo loco Culex idem, quem prima in tabula numero duodecimo exhibuimus. hunc eximere sumus veriti, ne notas numerorum, atque ordinem depictorum interturbaremus, quemadmodum & eum, qui hunc ex ordine succedit, numero vndecimo primæ tabulæ delineatum, & ibidem descriptum. Sequuntur Coleoptera duo, quorum primum fuscum corpore, alterum viride, & vsq; adeo

Quarta tabula quæ genera continet.




exiguum, vt ad aliquod genus rectè referri non poſſit, nos inter Cantharides retulimus. Sexto loco datur Viola colore rubra, maculis nigris inſignita. Septimo & octauo eadem, ſed nigra vtraq; quarum prior linea rubra cingitur. Nona eſt ex prædictorum genere, rubro nigroq; colore varia. Alia decimo numero notatur rubra duobus punctis aſperſa nigris. Vndecimo & duodecimo pectore ſunt nigro albis punctis maculato, vaginis luteis, maculis nigris aſperſis.

Vltima tabula quatuor continet Violas, quarum prima eſt minima punctis albis ornata. Secunda magna nigro, & aureo varia, triangulo in lineas diſſecto nigras, dorſo pulcra. Tertia nigra quinque aureis notis ornata. Vltima exigua cinnabari colore tincta.

# LOCVS, NATVRA, VICTVS, TEMPERAMENTVM.

SVNT autem in Italia Cantharides frequentiſſimæ, & in alijs regionibus præſertim calidioribus; vbi non modò in frumentis inueniuntur, ſed etiam in fraxinis ſtabulantur, ac roſis & oleaſtris, alijsq; quàm pluribus arboribus, quarum folijs nutriuntur, perinde atq; Bombyces mori, inter ſegetes tamen frequentiores inueniuntur, frugesq; conſumere natæ dicuntur. Quapropter Nicander καρδαρίδος σιτηφάγου meminit in Alexipharmacis, quaſi frumenta erodentem dixeris. Volare per totum diem aſſerit [a] Vincentius, nocte verò in vnum diem congregare. ita mutuis auxilijs conſortioq; vrgent, & conſeruantur Formicarum modo. Illud quoque non ignorare oportet, cùm de loco facta ſit mentio, in Belgio, & vltra eius prouincias verſus Septentrionalem plagam, ea Cantharidum genera, quæ in frumento reperiuntur, neutiquam reperiri, nec ea, quarum in medicinis vſus eſt hodierno tempore; ſed tantùm, quę Cantarides rotundæ, & Violæ ſunt à nobis dictæ; hæ autem ibidem varia, ac multiplici ſpecie cernuntur. Mirum eſt de earum, quarum eſt in medicina vſus, temperamento tam varias eſſe ſententias: cùm illud ab omnibus pro confeſſo habeatur cauſtica inſigniq; vrendi facultate præditas. Leonicerus calidas, & ſiccas eſſe dicit in primo gradu, cùm tamen paulò pòſt eaſdem calidiſſimas affirmet. aut ignoraſſe videtur medicamentorum gradus, aut perperam de earundem temperamento iudicaſſe primum. melius itaque cenſent, qui calidas, & ſiccas in ſummo gradu ſtatuunt.

Frumenta erodunt.

Volare per diem tantũ

[a] *Lib. 20. cap.*

Temperamentum.

ORTVS

A

# ORTVS. GENERATIO.

IPSÆ autem in summis fraxini ramis generantur, item in ficis, pyris, pinis ac Cynacantha: Prodidit Aristoteles teste [a] Aeliano, inter tritici segetes inque populis arboribus procreari. Sed in ficis, si generentur, perire arborem verisimile est. Quippe apertissimè scripsit Theophrastus, mala & ficus cùm vermiculos, patiuntur perire, vbi & de [b] crambe vuarum morbo loquitur. Atqui Cantharides ex Erucis natis ex humore, qui est in folijs prędictarum arborum produci, duo sunt antiquissima testimonia, quæ id comprobent. Cantha-
» rides inquit [c] Philosophus, ex Erucis fici & pini, atque etiam sentis caninæ ( sic κυνάκανθαν vertit Gaza) oriuntur: fiunt enim in hisce omnibus Vermes. Petit id genus animalis fętida,
» quoniam ex tali materia constitutum est: Et [d] Plinius, ipsæ, inquit, Cantharides nascuntur
» ex vermiculo, in spongia, maximè cynorhodi, quæ fit in caule, sed fœcundissimè in fraxi-
B no: cæteræ in alba rosa. Sed & eadem coire ex binis Aristotelis patet locis. [e] Primò quidem
» ait: aliqua insecta coeunt quidem, & generant, sed nõ sui generis animal, sed Vermiculos tan
» tùm, neque ex animalibus procreantur, sed ex putrescente humido aut sicco: vt Pulices, Mu-
» scæ, Cantharides: & rursus [f] alibi de Insectorum loquens coitu; tardo, inquit, etiam quæ coi-
» uerint seiunguntur digressu: diu namque eorum copulatio durat, quod in ijs, quæ in nostro
» conspectu versantur, facile patet, verbi gratia in Muscis, & Cantharidibus. Omnia enim ad
hunc modum coeunt, vt Muscæ, & Cantharides, &c. Quo in loco, vt etiam in superiori ingens à Gaza in Atistotelis textum transferendo commissus est error; is enim in vtroque hoc loco Cantharides Scarabæos transtulit, nisi codicem habuerit, in quo κανθαροι legerit, quod tamen neutiquam suspicor: quin si ita est, mendosa fuit lectio. nam κάνθαροι, qui apud Aristotelem Scarabæi pilularij dicuntur, fęminino sexu carent. Qui itaque coire queunt?

Vbi generẽ tur, & in q- bus arboribus.

[a] *De Animal. lib. 9. c. 39.*

Ficum peri re si in eo nascãtur Cãtharides.

[b] *De caus. plan. 5. c. 13*

Ex Erucis fiunt Cantharides.

[c] *5. Hist. c. 19.*

[d] *Lib. 29.*

Coire Cantharides.

[e] *Lib. 1. de Gen. c. 16.*

[f] *Hist. 5. c. 8*

Error Gazę

# MORALIA.

C AVARI valdè ac sordidi, qui nulla in re vtuntur bonis vndique conquisi-
» tis, Cantharidibus comparantur. Plutarchus, Ergo, inquit, quemadmodum
» viperas, Cantharides, & Phalangia magis vituperamus atq; odimus, quàm
» leones & vrsos; quòd illæ bestiæ homines interficiant, neque interfectorum
» vllus ijs est vsus. Ita, maiori digni sunt odio, qui propter illiberalitatem, &
sordes mali sunt, quàm qui propter intemperantiam. & alibi de ijs differens
qui serò à diuino numine puniũtur, probat sumpta ab earum natura similitudine simul cum flagitio pœnam existere. Cantharidem, inquit, ferunt in se habere quoddam damni, quod iniuxit remedium, aduerso modo afficiẽtibus præditam facultatibus. Sic malitia simul secum gignens id, quod animum mordet atq; vexat, non subsequentem, sed in ipso malefacto præsentem pœnam habet. Assimulantur, & inuidi Cantharidibus, qui optimos quosque & præ-
stantissimos viros respiciunt ac maledictis lacerant vbi possunt, veluti Cantharides, quæ optimis frugibus, ac rosis quàm odoratissimis damnum accersunt. Atqui hac eligantissima
» parœmia rursus vsus Plutarchus est, dum de odio atque inuidia differit. Itaque inquit etiam
» Themistocles dicebat, se adolescentem nullum splendidum feciss facinus, nondum enim
D sibi fuisse inuisum. Sicut enim Cantharides maximè adultis iam frugibus, & rosis florenti-
» bus incumbunt: ita inuidia maximè adoritur bonos, & ad virtutem proficientes atque glo-
» riam. Et rursus ab eisdem inuidis, & maledicis laceratæ suæ famæ auxilium petere possunt,
non aliter quã à Cantharidibus pasi, alarum earundem beneficio mederi queunt. Nam eadem lingua, qua quis alterius famam læsit, recuperare pristinam, vbi vult, potest. Plutarchus quoque docens iuuenes modum audiendi ac fructum legendi poëtas, monet occasiones eas quæ ad corrigendum dictum prębentur ex adiectis, & vna pronunciatis verbis, non esse prętermittendas. Nam quemadmodum medici pedes, & alas Cantharidis, cùm quidem ipsa sit mortifera, prodesse & dissoluendi vim habere putant: sic in poëmatis quoque si quod est nomen aut verbum appositum, quod efficiat, quo minus ad deteriorem sententiam abducamur, arripiendum est, adque explicationem adhibendum sicut quidam in hisce Homericis versibus faciunt.

Anaritia.

Inuidia.

Maledici.

Epitheta poëtarum.

*Scilicet hoc miseris mortalibus extat honoris* *Odyss. 8*

*Vt lachrimis malasq́ rigent, ponantq́ capillos*, Et
*Hunc ſuperi ſtatuere modum mœrore carentes*
*Viuendi miſeris mortalibus.*

Non enim ſimpliciter omnibus hominibus miſeram vitam à dijs fatali neceſſitate deſtinatam dicit Poëta: ſed ſtultis, ac imprudentibus, quos prauitatis ſuæ cauſa miſerabiles cùm ſint, miſeros ſolet appellare, & ærumnoſos.

# NOCVMENTA.

BIISSE plurimos Cantharidum veneno legimus. Caius Carbo accuſante Lucio Craſſo Cantharidas ſumpſiſſe dicitur, quamuis hîc Cantharidas pro quouis veneno, quod ad mortem hominem adigat, intelligi quidam velint. Hoc tamen genus necis [a] Ouidius inimico ſuo imprecatur:

[a] *In Ibim.*

*Vtq́ nepos dicti noſtro modo carmine regis:*
*Cantharidis ſuccos dante parente bibas.*

In quibus carminibus Domitius Calderinus cæcutit, & penitùs ignorat quiſnam fuerit huius regis nepos. Erat autem Pyrrhus tertius ab eo, qui cum Romanis bella geſſit pro Tarentinis. Is enim puellam, quæ Tygris dicebatur ardentiſſimè diligebat. Cui Olympias Pyrrhi mater Cantharidas, quibus contabuit puella, propinauit. Sed Pyrrhus re intellecta præ dolore, & amoris impatiens, quod ſuperfuit reliquum veneni protinus hauſit, perijtq́. Coſſinum item equitem Romanum, vt narrat [b] Plinius, amicitia Neronis principis notum, cùm is Lichene, peculiari olim Ægypto morbo, correptus eſſet, vocatus ex Aegypto medicus, ob hanc valetudinem eius à Cæſare, cùm Cantharidum potum propinare voluiſſet, interemit. Quidã [c] Coſſinum hunc externa Cantharidum applicatione, qua ſua virtute cauſtica lichenas, pſoras, lepras, & duros, atque calloſos in plantis pedum, & digitorum clauos extirpare ſolent, interijſſe, quàm interna Cantharidum potione, quæ nihil ad Lichenis curam prodeſt, ſuſpicatur. Sequentem hiſtoriam regius Pariſienſis Chirurgus Ambroſius [d] Paræus commemorat, ex qua magnam huius veneni vim licet colligere. Scortum quoddam quo iuuenem abbatem, in ſui amore detineret lauta cœna excepit, additis etiam conditibus puluiſculo Cantharidum conſperſis. Poſtera die cùm merum ſanguinem ano virgaq́; rigida abbas redderet, medicos conuocauit, qui ſtatim ex ſymptomatibus commemorandis, quæ abunde aderant, intellexerunt ei Cantharidas exhibitas fuiſſe. Vomitorijs ergò aluũ ſupernè cient, clyſteres ex hordeo mundato, oriza, decocto maluarum, ſeminis lini, fœnigræci, oleo lileaceo, ſeuo hircino infundunt, paucam mox Theriacam cum multa conſerua violarum, quæ venenum foras eliceret, exhibent, lac potandum præbent iniectiones in vrethram & inteſtina ex refrigerantibus, vt ſucco lactucæ, portulacæ, cucumeris, cucurbitæ, melonum, & ex lentis, & viſcidis, quo faciliùs, & diutiùs vlceratis partibus blando oblitu adhæreſcerent, vt muccilaginibus pſillij, maluarum, cydoniorum, ſyrupo de nenuphare, papauere & violis, butyro recenti, & oleo amigdalarum dulcium fieri procurant, ſolum hordei decoctum, aut ptiſanam vulgo dictam ei in potum concedunt, cibant vitulinis, hœdinis, & porcellorum cum lactuca, & portulaca, hordeo, & violaria elixis carnibus: quæ ſua humiditate aluum laxarent, & lentore obductam aſperitatem oblinerent, refrigerantia, & humectantia lumbis, pectini, & perinæo admouent ad ardorem temperandum. Tandem in balneum tepidum, ægrum dimergunt, nihil denique non tentarunt, ſi qua arte venenum foras elicere, aut infringere poſſent. Sed fruſtranei omnes illorum conatus. Interijt enim abbas non remedijs conuenienter præſcriptis deſtitutus, ſed veneni contumacia victus. At nequis fortè opinetur omnes ex huiuſmodi veneni potu mori, animumq́; abijciens, medicorum auxilio ſe tradere nolit, referam exempla, qui ex huius modi veneni potu conualuerunt. Retulit hocce Paræus. Nobilis, quædam mulier, cui rubris adhuc, & ardentibus fœdisq́; puſtulis facies vniuerſa deformis erat, adeò vt hanc tanquam elephanticam, omnes aduerſarentur parati hominum conſortio interdicere, Lutetiam venit, vocatisq́; Hollerio & Grealmo medicis, me verò, & Caballo chirurgis, anxiè quærit, ecquid aduerſum tantam faciei deformitatem remedij ſit. Expenſo diligenter malo elephantia, vacare ipſam pronunciauimus. Ceterùm vniuerſæ faciei imponendum eſſe veſicatorium ex Cantharidibus, tribus, vel quatuor horis poſt, è facultate ad actum redacto medicamento, infigniter illi ardere veſica, ceruix verò vteri intumeſcere cœpit, cum torminibus aſſiduo vomitu, mictione & deiectione, corporis membrorum phanatica iactatione, febre perurente, & planè ignea. Cogo repente medicos, in

Coſſinus eques Romanus qui obijt.

[b] *Lib. 29. cap. 4.*

[c] *Li. 1. Epiſt. Medic. 47.*

[d] *Lib. 20. cap. 28.*

Exempla eorum qui medicorũ auxilio à veneno Cantharidum conualuerunt exterius & interius adhibito.

A in eam sententiam itum est, vt illi lac multum potandum exhiberetur, per anum in intestina, per vrethram in vesicę, & vteri ceruicem inijceretur, in lauacro tepido decoctionis seminis lini, radicum, & foliorum maluæ, bismaluæ, violariæ, hyoscyami, portulacæ, & lactucæ, ad doloris vsque sedationem, contineretur. Lumbi, & genitalia vnguento rosato, & populeone in oxycrato agitatis, & concorporatis linerentur. his artibus mituerunt omnia symptomata. E facie interim tota in vesicas sublata, cùm purulenta multa sanies prorupisset, euanuit in perpetuum, quæ ante faciem occupabat deformitas, adeò vt paulò pòst viro desponsata, multa prole fœlix hodie etiam superstes incolumi sanitate fruatur. Hæc itaq; mulier sic cõualuit: Verùm is Gallus iuuenis, quẽ refert [e] quidã, peius se ex Cantharidum assumptione habuisse, nihilominus medicorum, & is ope superstes euasit. Erat, inquit, Bononiæ ex Gallia adolescens diuitijs, & stemmate nobilis, Gallo quouis Gallinaceo salacior: qui puellam non adeo longè ab ędibus Diui Dominici habitantem deperibat: quæ cùm illi noctem condixisset, illius amore inescatus, consilio sui commilitonis, ne in Veneris conflictu succumberet, ad coitus illecebram Cantharidum puluerem in iusculo quodam absorpsit. postea cùm ad primã noctis facem pruritum circa pudendum sentiret, lętus, ac ratus esse libidinis à phar
B maco tentiginem, amicam adijt. in concubia verò nocte cùm pũctionibus corpus vellicaretur, & in ore cedrini picis odorem perciperet, nec mente sibi probè constaret, ac animę defectu, & vertigine penè concideret, tristis auxilij, & inops, domum redijt. Vbi cùm cruento vrinæ stillicidio, ac ardore continuò distorqueretur, deũm hominumq;, & præcipuè Lodouici de Leonibus mei in re medica præceptoris, opem implorauit. Quem cùm eius ex Gallia conterranei noctu consultum accessissent (nempè cui noctu egredi ob quorundam Bononiæ factionum insidias, tutum non foret) mihi accersito negotium visendi ægrum dedit: iussitq; vt dato ad sorbendum oleo, vomitum prolicerem: ventrem clysteri ex mercuriali, maluarum, radicis altheæ decocto, in quo cassia addito liliorum, ac violarum oleo, dissoluta esset eluerem, & vt singulis horis plenum lactis caprini, aut bubuli cyathum patiens ebiberet. Quod si hoc deesset, lac ex nucleis pinearum, ac melonum, & cucurbitę, ac papaueris seminibus contusis, cum stillatitio maluarum, & halicacabi liquore, aromatarium per colum emungere iuberem, ac id loco veri lactis patienti, etiamsi in solio aquæ calidæ desideret, affatim potandum præberem. istis remedijs Gallus sanitatem recuperauit.

[e] *Lib. 1. Epist. Medici. 47.*

C

# PROVERBIA.

CANTHARIDVM ritu astans somniat. ita in Plauti quibusdam codicibus scriptum reperio in Menæchmis.

*Certè hæc mulier Cantharidum ritu astans somniat.*

Cantharidum ritu astans somniat.

Sed hunc locum Plautinum Philippus Beroaldus, in suo ad aureum Apulei asinum commento, mendosum iudicat, ac legi vult Cantharino pro Cantharidũ: quia hoc intellectu, ait, fœminã somniare astantem ritu Canthari vasis vinarij, qui ea forma est, vt rectus astet consistatq;. quæ autem de Cantharidibus produntur futilia esse, nec quidquam ad Plauti elegantiam pertinere. Erant enim qui ita interpretarentur hunc locum; Astans somniat hæc mulier more Cantharidum Vermiculorum in pyro nascentium; qui astantes somniare solent. Porrò Baptista Pius, eum in Plauti locum commentans, autorem eius rei desiderat, qui Cantharides paruos Vermiculos stantes somniare asserat: cùm sint minutili, ac ferè nulli. Adde, quod si deflectis epitheton etymologicõs à Can-
D tharidis, fiet Cantharidinus: propterea mauult sic exponere. Hæc astans, in statu enim stabat & recta, cum Menæchmum alloquitur Erotium, somniat, somniosas loquitur affannias instar Canthari, hoc est, stat illa somnians, vt Cantharus stare consueuit. ita hic Pius à Cantharo Cantharinum deflectit. quem Cantharum scimus lenticulari fundo semper stare. Melius tamen mea quidem sententia hunc locum restituunt, qui pro Cantharino canterino legunt à canterijs equis deducto epitheto. Sunt autem equi canterij castrati. Itaque canterios stantes somniare, & canteriorum somnia placidiora, & tranquilliora esse, quàm equorum probabile est. Quin constat canterios magis, quàm equos stantes dormire, & somniare. Vt cunq; sit locus est difficillimus, quod si autem eo modo legatur quo vetusti codices legunt, quadrabit, aut in somnolentos, aut inepta, & futilia proloquentes.

Plautus correctus.

Canterij qui.

APOPH-

E

# APOPHTHEGMATA.

THEODORVS Philoſophus Cyrenæus Lyſimacho regi mortem ſibi minitanti, enimverò, inquit, magnifica res tibi contigit, quia Cantharidis vim aſſecutus es. Cumque hoc dicto accenſus, cruci eum affigi iuſſiſſet: terribilis hæ (ait) ſit purpuratis tuis; mea quidem nihil intereſt, huminé an ſublimè putreſcã. Ignobilis quidam Grammaticus hoc apophthegma, exponẽs, relatum à [a] Valerio Maximo, & [b] Cicerone, Cãtharidem Vermem exponit perexiguum ſimilem Araneæ, nigrum, atq; terrenum, qui eius dicitur eſſe naturæ; vt in quo affectu quempiam momorderit, in eo ſemper perſiſtat vſque ad mortem: vt ſi ridentem momorderit, ille ridens moriatur. Sed hîc interpres à vera aberrat via, nec formam, nec naturam animalculi planè aſſecutus. formam quidem quia nec Araneæ ſimile, nec nigrum, nec terrenum, ſed potius Veſpæ, aut alterius cuiuſdam coleopteri oblongi corporis ſexq; pedibus, colore aut viride, cui nonnihil aurei ſplendoris ineſt, aut vaginis lineis rubris conſperſis, in arborum quorundam, aut fruticum ſummitatibus naſcens. Sed & naturam, vt dixi, ignorauit, non enim morſu lethale venenum ſpargit per corpus, ſed ſi eius puluis per potum intus aſſumatur, aut exterius partes prope vitales applicetur, necem infert. Itaq; hoc modo interpretanda eſt hoc reſponſum philoſophi: tu tyrannus cùm ſis, vim Cantharidis aſſecutus es, hoc eſt potentiam necandi homines quoſcunque vis, non aliter quàm Cantharides, quæ cum cuicunq; homini applicantur, eum interimunt, ac necant.

[a] *Lib. 6.*
[b] *1. Tuſc. q.*

F

# VSVS IN MEDICINA.

CVM ſit tam frequens apud medicos Cantharidum vſus, tamque diuerſæ de earundem vſu ac facultate ſententię, nolui hac de re paucis agere, ne videar lucem aliquam, qua tam multæ controuerſiæ clariores fiant, lectori denegare velle. In his itaque quæſtionibus elucidandis verſabimur. An tutò medico liceat hoc genere medicaminis vti: contra quos valere plurimi autores prodiderunt. In qua corporis parte venenum lateat. Quomodo aſſeruandum, & colligendum: ac poſtea morbos quibus medeatur recenſebimus, & vtendi applicandivè modum exponemus. Scire itaque primùm oportet, meritò à pluribus dubitari, num Cantharidum vſus medico conueniat. Neque enim potum earum, nec externam applicationem tutam eſſe facilè ex ſuprà dictis patet hiſtorijs. Quin & Bartholomæus Montagnana inſignis medicus refert quendam ciuem Patauinum, cùm alteri genuum Cantharides admouiſſet, ſupra quinque libras ſanguinis eminxiſſe. atq; idem accidiſſe alteri, qui eas ad vnguium leproſorum ſcabritiem tollendam pollici pedum applicuiſſet. Quinimo reperti ſunt qui plura etiam adiecerint, ſcilicet Cantharides manus detentas ſanguinis mictum efficere; propterea quòd aliquando legiſſent, nonnullos purgantibus medicamentis fuiſſe purgatos, quę in manu ſolùm geſtaſſent. Sed hoc ipſum mirum eſt pleroſq; ſimpliciter credidiſſe, cùm abſque inſigni aliquo periculo quiſpiam experiri facilè poſſet, quàm ſit id à veritate alienũ. Afficere enim noſtram naturam, ac labefactare minimè poteſt, niſi vis eius ad interiora viſcera penetret, & ad veſicam præſertim, quam peculiariter lædere dicitur. At facultas eius venefica ad tales partes interiores peruenire non poteſt, niſi prius partes exteriores exulceret. Opinamur itaque in manu retentas nil damni adferre, niſi cùm exulcerentur. Atqui hoc modo ſi intelligant, nil noui adferunt, cùm id clarum ſit ac manifeſtum ex prædictis exemplis, & ſimilis in alijs noxijs medicamẽtis experiẽtia, Quandoquidẽ ſcripſit [c] quidã ſe crebro expertum eſſe, quum ſordidis in genu, & iuxta talos vlceribus, Mercurij præcipitati puluerem paulò frequentius inſpergeret, illius virus cæteris membris illæſis, ad dentes penetraſſe, & os, ac pharyngas diuturno nocturnoq; ſaliuæ effluxu maduiſſe. Ex his itaque cõſtat Cantharides, à medicis, vt aſſolet, minimè vſurpari oportere, cùm ſint medicamina noxia. Quin & lege Iureconſultis vetitum eſt atq; ſanxitum, ne quis cuipiam Cantharides, aut aliud quodpiam venenum dederit, aut vendat. Quapropter Cantharides obiectæ ſunt Catoni Vticenſi, ceu venenum vendidiſſet in auctione regia, quoniam eas ſeſtertijs ſexaginta adduxerat, vt teſtatum reliquit [d] Plinius, ac idem [e] Seneca confirmat. Venenum, inquit, Cato vendidit, „ quærite an ex proſcripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere? Quare ſi venditio ea- „

rum

G

H

[c] *lib. 1. Epiſ. Medic. 47.* Mercurij præcipitati puluis.

Cato Cantharides uẽdidit.
[d] *lib. 29. c. 4*
[e] *Cõtro ver. lib. 6.*

A rum ab antiquis fuerit improbata, multo magis vsus erit improbandus. Verùm si res ritè tan toperè controuersa examinetur, rationem vt rectè medici vtantur, ac quiuis hominum, sitam esse iudico in mensura seu modo, mixtura, in statu corporis ægrorum, in electione. In mensura autem, vt grana tria, vel quatuor intus præbeantur ægro, si eas in potu assumere debeat. Nihil enim nocet minima veneni quantitas, vt nec minima ignis scintilla nihil vrit. exterius autem maiori in copia applicari potest, sed quæ ad vesicas excitandas solummodo sufficiat; sed nec diu applicatæ parti detineantur, ne venenum vlterius longitudine temporis per venas, & interiora corporis viscera serpat. Refert quoq; mixtura, hoc est cum quibus miscean-tur: nam si interius sumi debent, vt vrinam prouocent, aut aliquem alium morbum profligant, danda erit diligenter opera, vt talia medicamenta commisceantur, quæ earum venenum obtundant, ac mitigent, quemadmodum scripsit[f] Galenus: Cantharis, inquit, si sola exhibeatur vesicam exulcerat, & cùm inimicam nobis facultatem obtineat, hominem pleruncque necat: at si quibusdam alijs misceatur, auxilium vesicæ præbet, & vrinam magnoperè prouocat. Adhibentur quoque externis partibus cum ijs commixtæ, quæ earum acrimoniam temperant. Aegrum quoque intueri oportet in quo sit statu, quodnam ipsi tempera-

B mentum, quæ vires, ac facultates corporis. Non dantur deploratis, nec quibus viscerum scirrus, aut alius morbus insanabilis est. Aegrius ferunt temperamento calidi, quàm frigidi; imbecilles corpore, quàm validi. Refert etiam non parum in ijs deligendis cura, de qua postea plenius agetur. Videtur quoque ad hunc locum pertinere, si dixerimus, in qua parte horum animalculorum venenum existat. nam si aliqua in parte lateat dempta ea, securus erit eorum vsus, nec tam circumspectè in ijs vtendis agendum erit. Verùm hac de re nõ constat inter autores: alij enim in pedibus, & capite venenum esse existimant, alij negant: rursusq; alij caput, & corpus abijciunt, alas, & pedes ad vsum redigunt, vt ait Galenus. [g] Hippocrates poculum præscribẽs hydropi, abiecit caput, pedes, & alas. Cantharides, inquit, tres, abiectis singularum, tum capite, tum pedibus, tum alis in cyathis aquæ tribus terantur, &c. Galenus in commento, Quidam, inquit, dictionis huius mentem haudquaquam intelligens audax medicus, prædictas partes à Cantharidibus abiecit, deditq; hydropi, cui cùm à primo die absessus in sura comparuisset, post tres alios dies sectus est, effusaq; copiosa aqua, curatus esse visus est, quod pars tumoris præter naturam plurima sanè statim ad moderationem redacta sit; Veruntamen non multis pòst diebus obijt. Quam ob caussam medico quidam

C crimen ingessit, perperam data esse Cantharidũ corpora, inquiens nempè, propinanda ablatis corporibus, tum caput, tum pedes, tum alas, idque esse, quod in dictione enunciaretur. Quare non cunctatus audax ille medicus hydropi altri ita propinauit, moxq; facto similiter in femore absessu, sectoque atque effluxo similiter humore, multis pòst diebus hominem mori contigit. Quanquam vrinarum prouocatorio ex Cantharidibus confecto quidam citra bibentium incommodum vsi sunt. Quapropter ex hac medici audacioris historia, qui nunc corpora tantùm, nunc alas, capita, & pedes solummodo infœliciter dederat, integras se dare profitetur Galenus; quasi in quibusdam earum partibus vis sit venenum reprimendi. Conuenit tamen inter omnes scriptores alas earum veneno auxiliari. At quidam, inquit, [h] Galenus solas alas, & pedes inijciunt, quæ aiunt esse alexiteria ijs, qui corpora ipsorum bi-

D bissent; alij contra; at nos totas indimus: & Plinius, Cantharides, inquit, Vermiculi ficorum, & pyri, & peuces, & cynacanthæ, & rosæ. Venena hoc remedia secum habet: alæ medentur quibus demptis læthale est. Notandum autem hunc locum Plinij mirè mutilatum, confusumque esse verborum ordinem, qui aliquo Asculapio opus habet, qui eum pristinæ sanitati restituat: nam cùm locutus esset de Tineis, & Culicibus quibusdam ficarijs, hæc de Cantharidibus mutilator, quisquis ille fuerit, imposuit, tum rursus ad Culicũ, qui ex acidis gignuntur, naturam reuertitur. Per Cynacanthen alij oxyacanthen alij cynorhodon intelligunt. Quum itaque in Cantharidibus obseruatum sit, venenum certis inesse partibus, merito redarguenda erit Cardani sententia, quę affirmat, vltimam siccitatem esse venenum. nam si alæ sint siccissimæ partes totius corporis, in ijs venenum latere magis, quàm in cæteris partibus, fateri cogitur, cùm tamen & experientia Galeni reclamet, & veterum autoritas. Virtutem habent si integra sumantur corpora calorem eliciendi, vlcerandi, erodendi, vt autor est [i] Dioscorides; ex quibus Galenus vult conijcere terrenæ eas esse substantiæ, gustusq; acris, quamuis ob erosionem, & putrefactionem non gustentur. Ad varios morbos vtiles, & quia calidissima sunt ad vlcera maturanda aperiendaque adhibentur. In pulueres tritæ sanguineq; hircino, vel mastici mistæ, in vino sumptæ intumenti corpori sunt vtilissimæ. ad hydropicos præscribit [k] Hippocrates Cantharides tres demptis alis capitibus, & pedibus in cyathis aquę tribus tritas. Sed antequam æger bibat, calido perfundendus, vngendusque, ieiunus bibere debet

Medici, vt rectè vtantur Cantęa ridibur.

Cum quibus miscendæ Cantharides.

[f] *Ad Pis. de Theriaca.*

Quibus nõ sint dandæ Cantharides.

In qua parte venenum lateat.

*Lib. de simplici. med. facul.* 11.

[g] *lib. de Vict. rat. in morb. acutis.*

[h] *lib.* 11. *simpli. med. facul. Lib.* 11. *c.* 35

[i] *lib.* 2. *c.* 55.

Ad quos morbos vtiles.

[k] *lib. de Vict. rat. Ad hydropē*

debet & panes calidos ex oleo, & pinguedine edere. Cantharidas antidotis impoſitas aquæ E
inter cutem auxiliari prodiderunt aliqui teſte Dioſcoride. Quin rurſus Hippocrates, aquæ
Ad vrinam prouocandam. inter cutem, quæ in vteris fit, præſcribit, Cãtharidas tritas, & modico tempore appoſitas. Pul
uerem earum ex aduſtione factum, (nam ſic præparatas magnam facultatis deleteriæ par-
tem exuri putant) addito ceraſorum gummi, vt magis ſit ſalutaris minuſq; noxius in diure-
ticis electuarijs cõmiſcendum ſuadẽt, atque exhibẽdum cum apozemate morbo conuenien-
ti diſſolutum. Quod ab Aetij doctrina non abhorret, qui ait quendam ex præceptoribus ſuis
in pharmacum vrinam ciens parum de Cãtharidibus indidiſſe, reiectis alis ac pedibus. Non
Lichenem. [l] Lib. 29. cap. 4. dubium eſt, quin brachio, ac ſcapulis appoſitæ vrinam potenter prouocent. Illitas licheni
prodeſſe cum ſucco taminiæ vuæ, & ſeuo ouis, vel capræ, autor eſt [l] Plinius. Excoriatorium
Lichenum quo Romæ vtebatur Pamphilus, ac plurima, cum eo lucratus, cùm mẽtagra nior
bus appellatus inualeſceret, ventres Cantharidum recipit. Ijſdem vtitur Axorius ad idem
malum in ſuo excoriatorio, quod recipit, ſquamæ æris drachmas ſex, atramenti ſutorij drach
mas quatuor, Cantharidum ſeſquidrachmam, veratri albi tantundem, ſandarachæ drach-
Ad Alopecias. [m] Lib. 29. cap. 9. mam vnam, excipitur cedria. Aliqui, vt tradit [m] Plinius, Alopecias Cantharide trita illinunt
cum pice liquida, nitro præparata cute, cauſtica cũ ſit vis earum, cauendum ne exulcerent al- F
te. Poſtea ad ulcera ita facta, capita murium, & fel murium, & fimum cum helleboro, & pipe-
[n] De comp. med. ſecun. loc. 5. re illini iubent. Et Apius Phaſcus citante ipſum [n] Galeno ad Alopecias inueteratas, cum
haſce in ſole, aut ad ignem illeuiſſet, & bulla excitata acu humorem euocaſſet, cerato hoc re-
liquam curationem perficiebat: habet autẽ ſandarachæ drachmas duas, auripigmenti drach-
mas totidem, veratri nigri, & elaterij drachmam vnam ſingulorum, ventrium Cantharidum
tantundem, excipiuntur cedria. quidam tritis tantùm cum aceto vtuntur ad producendos
Ad Verrucas. capillos capitis, eodemque modo lepris fœliciter illinunt. Tritas cum vua taminia ad ver-
rucas laudat Plinius, & cum farina hordeacea mixtas atque contritas ad aliena corpora ex-
Ad aliena corpora extrahenda. trahenda. Sufficientem, inquit [o] Galenus, habemus experientiam de Cantharidibus, quod
[o] 11 de ſymp. med. fac. in vngues pſoroeidas cum idoneis ceratis, & emplaſtris impoſitę ſic illos educunt, vt toti ca-
dant. Miſcuimus, inquit, eas facultatibus pſoris, & lepris congruentibus, nec non quibuſ-
dam ſepticis, atque interim etiam ijs, quæ clauos quos vocant, eijciunt. Quendam etiam
Ad Podagram. medicum medicamento ex Cantharidibus ad podagras vtiliter vſum Plinius, & [p] Paulus
[p] Li. 3. c. 78. Aegineta referunt. neque id mirum, cùm virtutem habeat erodendi, humorem ex alto euo-
candi, ac veſiculas excitandi, quibus ruptis humoris plurimum excreuit atque ita curauit. G
Phœnigmus ex Cantharidibus. Quapropter & hodierno tempore phœnigmis ex Cantharidibus frequenter vtuntur ad ſi-
miles morbos articulorum doloreſque, & ad humores parti cuiuis firmiter inſidentes, qui
neque emollientibus, attenuantibus, diſcutientibus, attrahentibus reſolui poſſunt. modus
autem vtendi hic eſt. Cantharides tritæ in exquiſitiſſimum leuorem parti imponuntur iam
frictione rubenti, & excalefactæ. atque ſic promptiſſimè, nec admodum vehementi dolore
ardorevè humores ſeroſi largiter euocantur. At mitius vnguentum fuerit, quod in portio-
ne vna tritarum Cantharidum, axungiæ, & cerati liquidi quadriplum contineat. Tutius
quoque & moderatius fuerit cataplaſma, quod habet Cantharidum tritarum partem vnam,
ſeminis ſinapis contuſi partes tres, pulpæ ficuum & fermenti acris partes ſex. Et hoc quo-
que compoſitum, quod veſicas eccitet, apparari poterit. Saponis nigri, & ſalis vulgaris tri-
ti pares portiones confundito, dum concorporentur, & emplaſtri forma fiat: impoſitum ve-
ſicas excitat, aquamque ducit nullo ſenſu doloris. Rupta autem, & aperta veſica humor
ſenſim emanat, inductoque pingui, aut leniente medicamento, non antè finitur exulcera-
tio ſiccari, quàm omnis humor ex affecta parte ſit exhauſtus, hoc itaque modo cum Can- H
Ad puſtulas faciei. Scabiem. Pſoras. Nomas. Carcinomata. tharidibus, acriter ac firmiter impacti humores ex alto corpore educuntur, doloreſque per-
tinaces ſedantur. Sanant quoque albas faciei puſtulas cum acetò illitæ, Scabiem, Pſoras,
& Nomas, item Carcinomata cum oleo coctæ ad mellis craſſitudinem. hoc etiam pacto
vſurpatæ molliendis maturandis aperiendiſque vlceribus conueniunt: nam miſta calce, (vt
Plinius tradit) panos ſcalpelli vice aperiunt. Hippocrates eiſdem vtitur in nobiliſſimo illo
medicamento Carico dicto, quo carnem in vlceribus exedere ſolet. Dicuntur non ſolùm vri-
Menſes cient. nam, ſed & menſes quoque ciere. Quapropter in plurimis mulierum morbis à menſium
[q] Li. de nat. mulieb. obſtructione profectis [q] Hippocrates dedit. Si verò, inquit, menſes non fiant, vbi hæc op-
portuno tempore feceris, Cantharidas bibendas dato, & poſtquam prodierint ieiuna, & il-
Ad varios mulieres morbos. lota, ac ſuffitu cum viro dormiat. & alibi; At in menſibus ſiquidem ſanguis eruperit, ſatis
eſt: ſin minus Cantharidas quatuor bibat pedibus, alis, ac capite reiectis, & pœoniæ grana
nigra quinque, & ſepiæ oua, & apij ſemen cum vino, &c. & rurſus ad vteros aperiendos pur-
gandoſq; hoc adhibet medicamentum. Cantharidas quinq;, inquit, aceto albo affuſo terito,

& non

A & non valde liquidum medicamentum facito, sed vt digitis effingi possit, & de ficu alba pingui sine granulis, & pelle, & duplam Cantharidum partem admisceto, & efformatam glandulam tenui lana inuolutam subdito. Vt mulier cõcipiat, valet hoc, quod sequitur, secũdum eundem [r] autorem. sumito Cantharidas tritas quinq;, & colocinthidis longæ internam partem spongiosam myrrhamq;: hæ melle cocto subacta in glandem efformata lana, inuoluito; excepta summa parte: deinde in oleum suauissimum intingito, & apponito. Et alio in loco Cantharidas in vino subactas in lana subdit, vt fœcundas mulieres reddat. Idẽ ad vteri stran gulationes commendat Cantharides quinque thuri, & myrrhæ commiscens, & glandulam longam magnitudine gallæ faciens, ac lana obuolutam linteo albo circundans, & vnguento Aegyptio albo, aut rosaceo madefactam apponens. Vbi autem vehemens dolor vterum inuaserit, prodesse [s] ait Cantharides simul coctas in vino nigro cum cypero, calamo, iunco odorato, & iride. Vtero verò ad præcordia prolapso suadet, vt postquam purgata sit mulier, fomentum vtero adhibeatur ex hisce, quę ex lauro præparantur, ea quę ex narcisso fiunt apponens, ac tribus interpositis diebus id quod ex Cantharide pręparatur. Idem autor ad secũdas ejiciendas Cantharidibus vtitur. [t] Alibi quoq; ijsdẽ ad alias internas affectiones, vt ad morB bum regium. Exhibeto, inquit, & Cantharidas sine alis & capite quatuor tritas, & in vini albi hemina dimidia dilutas modico etiam melle affuso, atq; has bis, aut ter in die bibat. Contra lumbricos tritas, & cum radice vitis albæ bibitas celebrat [u] Galenus. Mathiolus à cane rabido demorsis præbet. Si telæ Aranearum inuolutæ, & quartanario suspendantur, eum perfectè liberari cum [x] Mizaldo assero. Scribit [y] Ruellius easdem venerem concitare tanquam omnibus notum. Iam verò, & Salamandræ produntur Cantharidum potu. Hæ enim Salamandris contraria, vt scripsit [z] Plinius. Phalangiorum quoq; morsibus in Apulia occurrunt experimento [a a] Iohannis Baptistæ Portę nobilis medici: id nouum est: quapropter eius verba subscribam. In Apulia, inquit, genus Phalangij viget, Tarantula vulgo dictum, cuius morsus pernicioſissimus, nascitur ibi copioſissimum frumentum in quo Cantharides oriũtur. Nos hac contemplatione (nempè in ijs locis vbi malum, ibi quoque remedium nasci) imaginati sumus tres, vel quatuor in potu datas succurri posse ab eo demorsis, nec fefellit experientia: nam verum compertum est periculo facto.

Contra sterilitatem seminarum.

[r] *Lib. de sterilib.* Aduersus gulationes.

[s] *lib. de morb. mulieb.*

[t] *Lib. de internis affectionib.* Ad icterũ.

[u] *De Theriaca ad Piso.* Cõtra quartanam.

[x] *Memorabi. Cent. 3.*

[y] *Lib. 2. de Natu. stirp. 127.* Cõtra Salamandras.

[z] *lib. 29. c. 4*

[aa] *lib. 6. Physiognom. c. 23.* Cõtra Phalangia.

C

# ELECTIO MODVSQVE REPONENDI.

PLVRIMVM, vt dixi, refert ad rectum in medicina vsum, vt optimis vtamur. Eliguntur ad recundendum, quæ in frumentis colliguntur, teste Dioscoride, qui potentissimas esse scribit varias, lineis transuersis, promissoque corpore, crassas, & Blattarum more præpingues; sed inertes, & imbecillas, quæ sunt vnius coloris. In quibusdã codicibus vulgaribus laudantur luteis lineis quas in pennis transuersas habent, hęc lectio melior iudicãda, vtpotè

» cũ [a] Plinio conueniens, qui hæc ex Dioscoride transtulisse videtur. Potentissimæ, inquit, in» ter omnes variæ, luteis lineis quas in pennis transuersas habent, multùm pingues: inertiores » minutæ, latæ, pilosæ; inutilissimæ verò vnius coloris macręq;. Et Aetius affirmat se id expertũ esse, nimirũ, quæ in tritico reperiuntur, & virgulas transuersales melini coloris in alis habent, meliores esse reliquis. In quodã libello edito [b] Galenoq; adscripto efficacissimæ habenD tur, quæ in spicis frumenti adhuc florentis virides, & quasi districtę circa suas papillas, violaceo colore oblongę, & vastę: inertiores eæ, quę circa rosas colliguntur, quod cum Plinio cõgruit scribente, in alba rosa minus efficaces esse. Pręstant autem, quę sunt solidę, recentesq;: nam inueterascentes facilè cariem sentiunt, vnde inutiles fiunt in medicamentis. Selectę itaque viuæ secundum Dioscoridem, in fictili vase non picato conduntur, & raro mundoq; linteo obligato ore, & deorsum conuerso suspenduntur, super aceti feruentis quã acerrimi halitum, donec ęstu exanimentur, postea lino transfixę reponuntur. De eadẽ re sic breuiter [c] Plinius. Conduntur, inquit, in calice fictili non picato. (ἀκόνιτον vocat Dioscorides, quanquam ibidem interpres vas non picatũ exposuerit hanc Plinij versionem secutus. ἄ᾽s βαλω, inquit, εἰς τὸ ἀκόνιτον ἀγγεῖον. Est autẽ vas ἀκόνιτον τὸ μὴ κεκονισμένον, hoc est non illitũ albario opere, aut calce. aliàs idẽ Dioscorides ἄπιστον vocat de Thalassomelite loquens, quod contrariũ est τῷ πεπισμένῳ, & linteo colligato, congestę rosa matura, & suspenduntur super acetũ cũ sale feruens, donec per linteolũ vaporentur: postea reponuntur. Placet cuidam, vt circa mensem

[b] *De simpl. medic.*

Recundendi modus.

[c] *lib. 29. c. 4.*

Vas ἀκόνιτον quid.

Augustum ad remedium colligantur,& in aceto mersæ necentur,sicq; reponantur,durareq; per quindecim annos putat; nos per biennium & experientia, & veterum autoritate persuasi. vbi enim per duos annos repositæ fuerint, cariem sentire incipiunt. E

# VSVS IN ALIIS.

Viperæ Cantharidibus aluntur.

[a] *De Theri. ad Pison. c. 13.*

SI quis viperas domi in vase vitreo diu conseruare viuas cupiat spectaculi gratia, quod hodie pharmacopolas in Italia frequenter factitare videmus, eum oportet ipsis Cantharides in cibum dare. hoc enim conueniens esse earum alimentum [a] Galenus docuit. Qui visu hebetes facti sunt ex continuo rerum splendidarum,ac lucidarum intuitu, visum eundem acuere possunt, earum Cantharidum contuitu,quæ virides sunt,& quarum nunc apud medicos frequens est vsus, quamuis minus sint præstantes.

# CONTRA VENENA SEV POTVM. F

Signa potarum Cantharidum.

[a] *Lib. 6. c. 1.*

VIBVS datæ sunt Cantharides ( vt docet [a] Dioscorides ) signa eueniunt grauissima. Ab ore enim ad vesicam vsque cuncta erodi sentiuntur; picem „ aut simile quiddam cedriæ resipiunt: dextera præcordia inflammantur. „ Vrinam ęgrè reddunt,& subinde cum lotio sanguinem emittunt: strigmenta non secus atque dysentericis,aluo deferuntur: fastidia vrgent: animo linquuntur, obortaque vertigine concidunt. postremò mente abalienantur, „

[b] *In Alexipharma.*

Quarum plurima [b] Nicander hisce versibus expressit.

Μὴ μὲν Κανθαρίδος σιτηφάγου ἔυτ' ἄν ὀδώδῃ
Κῶνοποτὸν δεξάμενος χυτὴ ἐναλίγκια πίσσῃ.
Πίσσης γὰρ ῥώθωσιν ἀγει βάρος. ἐνδὲ χαλινοῖς
Ὀδία τε δὴ καρφέα νέον βεβρωμένα κέδρου.
Αἰδ' ὅτε μὲν παλαιόωντι ποτῷ ἐπὶ χείλεϊ δεγμὸν G
Τεύχουσιν. τότε δ' ἄυτε περὶ στόμα νέατα γαστρὸς.
Ἄλλοτε καὶ μεσάτη ἐπιδάκνεται ἄλγεσι νηδύς.
Ἡ κύσις βροθέουσα. περὶ ψαύουσι δ' ἀνίαι
Θώρηκος. τόθι χόνδρος ὑπερ κύτος ἔζετο γαστρὸς.
Αὐτοὶ δ' ἀχαλόωσ', ἄλλη δ' ἐφιν ἠΐθεα φωτὸς
Ἄψυχος πεδάᾳ. ὅδ' ἀελπέα δάμναται ἄταις.
Ὀδία τε δὴ γήρεα νέον τεθρυμμένα πάππου,
Ἠὲ ἐπιπλάζοντα διαψαίρουσιν ἀέλλαις.

Hæc Iacobus Greuinus hisce Latinis versibus explicauit.

*Nec tu frugisecam, piceum quæ reddit odorem,*
*Cantharidem pota, quia talem imitata resinam*
*Plenas illa trahit nares, & dentibus ipsis*
*Infecto cedriæ sapor obuersatur in ore;*
*Morsaq; labra dolent: aliâs extrema superni*
*Ianua ventriculi, contortaq; vellitur aluus,* H
*Atq; cruentam acer vesicam supprimit angor,*
*Multa coarctatum stringitq; angustia pectus,*
*Subcidensq; cibi coquus imo ad viscera tendit.*
*Redditur impatiens mutatis moribus æger,*
*Vt pulsa ob tantum mente, & ratione dolorem,*
*Lamentabilibus cadat interiatq; querelis;*
*Qualis in horrenti spinarum pappus echino,*
*Quem violenta rapit per inaneq; dissipat aura.*

Horum omnium symptomatum caussas examinemus. Nocent priuatim vesicæ omnibusque vrinæ inseruientibus membris, non modò haustæ, sed exteriùs appositæ, vt ex relatis historijs, licet cognoscere. Quo fit, vt qui hasce hauserint,exulcerata inde vesica, magnis in

vrina

A vrina reddenda excrutientur doloribus, & propterea vrinam ægrè excernunt. quanquam præter vesicam, omnia in vniuersum lædant viscera, quòd virtutem habeant erodendi, & postremò necē inferant. Sua enim deleteria, & pernitiosa vi deradunt internos omnes meatus, quibus obuiant. Proinde non mirum si cum lotio sanguinem extrahant erosis vesicę vasis ab eis: neque, si quando (vt recentiores quidam dixere) penis ipse, testes, pubes, & vesicæ ceruix intolerabili inflammatione vexentur. Hinc enim plerunque euenit, vt qui hauserint, vrinæ stillicidio afficiantur, non sine intolerabili ardore angustiaque. Cæterùm & picis, & cedriæ odor, quem à Cantharidibus malè affecti gustu, & olfactu percipiunt, aliunde Mathioli iudicio, non prouenit, quàm à vaporosis humoribus in ventriculo, & iecinore adustis, intensa huius iecinoris caliditate. Ab ea si quidem dum exuruntur humores, quædam inuicem fit commistio, quæ propriam, tum gustum, tum odoratum inficiendi, facultatem adipiscitur. Inflammantur præterea dextri lateris præcordia. quippe cùm veneni vis in iecur faciliùs quàm in lienem excurrat, mirum vtique non est si concitatis vtique inflammationibus, potius dextrum, quàm sinistrum ægrotet latus. Nec alia ratione fit inde fluxio dysenteriæ similis, secum deferens intestinorum ramenta, quàm quòd Cantharides ipsæ ad intestina B descendentes acerrima sua vi, ea exulcerent, & abradant. Defectus verò animi, ingensque anxietas, & cordis angustia partim eueniunt doloris, ardoris, intolerabilisque inflammationis exuperantia: partim verò deleteria vi pharmaci, quę vsque adeò resoluit vitales spiritus, & imbecilles reddit, vt inde affecto corde, hæc tam sæua oriantur symptomata. Quin & ob id vertiginosi fiunt, phrenitide amentiaque capiuntur, qui eas sumpserint, quod venenosæ exhalationes, quæ à colliquatis humoribus in inferioribus membris sursum in cerebrum feruntur adeò, vt ipsum inficiant, & animales facultates corrumpantur, ratioque pereat. Sanguis item corruptus, & plus æquo ab hoc venefico medicamento incensus febrem concitare potest, ex qua delirium & mentis alienatio, aut furor oriantur. Sed antequam grauiora talia symptomata accidant, solicitè diligēterq; vomitus eliciendus, dato oleo, aut decocto capitis hircini, porcini, vel agnini, veluti [b] Nicander his versibus pręcepit.

Vrinamcur ęgrè excernant ægri.

Picis aut cedriæ odor vnde.

Febris vnde.

Vomitus.

[b] *In Alexiphar.*

Δὴ πότε δ' ἢ σιάλοιο καρήατος, ἢ ἐκ καὶ ἄμνου
Αμμίγδην σπορά δεσσιν ἐ υτροχάλοιο λίνοιο.
Ἢ ἐ νέον κοροῖα ταμὼν κεράεντα χιμαίρης
Ἠ ἔτι πουχηνὸς μορόεν ποτὸν ἀ ἴνυσο χύτρου,
C Εις δ' ἔ μετον κορέσαιο, τὰ δ' ἀθρόα νειόθι βράσσοις
Εμματέων, ἔ τ' ἄπεπτα πύλη μεμιασμένα δόρπα. Hoc est.
*Præterea iuuenis capræve suisve, vel agni*
*Decocto capite, aut etiam ansere pinguia iura;*
*Quæ tamen adiecto lini sint lubrica fructu*
*Offer, & oppleto dum surgat nausea ventre.*
*Mox vbi tunc imo sederunt omnia fundo*
*Infimam ad vsque gulam crudas dum senseris escas,*
*Inserto vomitum proritans indice produc.*

Cerebella enim omnium animantium, cùm lentore quodam sint prædita, difficillimeq; concoquantur, succum generant crassum, vomitumque mouent, quod melius pręstant, si cum lini semine, quod crassum est, & flatulentum, elixentur. Nam & ventriculum laxat, & aluum lenit, & acrimoniam maleficamque vim Cantharidum obtundit. Quod & iura carnium pinguium cunctarum præstant, quibus ita infarciendus est ventriculus, vt tandem ea, vel spontaneo vomitu, vel digito in fauces immisso reijciat. Asclepiades apud [c] Galenū passum cum D oleo mistum, & seuum cum aqua decoctum atque colatum bibenda dabat, vt vomerent. Post vomitum clysteres è lacte parandi, vt cecinit Nicander.

[c] *Lib. 2. de Antid. c. 7.*

Clysteres post vomitum.

Πολλάκι δ' ἐν κλοστῆρι νέον γλάχος ὀιὸς ἀμέξας
Κλύζε. τὰ ἤλιθα γας ρὸς ἀφόρδια κεινώσειας. idest.
*Sæpenumero per clysterem recens ouis lac mulsum*
*Immerge: sicq; ventris recrementa plurimùm euacuabis.*

Ouis autem lac laudat, vt præstātissimum, cùm tamen & bouis, & capræ rectè præscribi possit. Præterquam enim quòd omne lactis ferè genus vniuersas corporis sordes abstergit, eam quoque vim possidet, vt restinguat, & aliquo modo temperet caliditatem, & siccitatem Cantharidum, quam ob caussam consulit idem poëta, vt lac etiam per potum sumatur. Laudat summoperè Mathiolus lac humanum ab vberibus exsuctum: crudum recensq; butyrū eclegmatis modolinctū. [d] Dioscorides per clysterem infundi præcipit, halicæ aut orizę, tragi aut ptisanæ cremorē aut decoctū maluę, aut seminis lini, aut fœnigreci, aut radicū altheę, quam

[d] *Lib. 6. c. 1.*

Latinus ſermo Ibiſcũ appellat. Deinde nitrũ dat ex hydromelite, vt quę ſtomacho adhuc aut E
inteſtinis adhærent eluendo excernantur, & diſcendant. Quæ niſi ſic diſcutiantur, ingeſta in
aluum ex nitro aqua mulſa vacuari debent. Deinde præbet vinum, aut paſſum in quo pineo-
li nuclei, aut cucumeris ſemina contrita ſint, aut ex lacte, aut mulſa, aut anſerinum adipem è
[e] lib. 5. c. 27. paſſo liquefactum. [e] Celſus tanquam proprium remedium panacem cum lacte contuſa, vel
galbano, vel vino adiecto dari, vel lac per ſe iubet. Mathiolus pſyllij, cydoniorum malorum,
& maluæ ſeminis ſpiſſamentum præbet; item ſerapium ex nymphææ floribus, & purpureis
violis: quin & quod ex papaueribus conficiunt: nec non lactucæ, & portulacæ, & cucumeris,
& cucurbitæ ſuccum: præterea cremorem lactis ſpeciem referens, qui è papauerum melope-
ponum, cucurbitæ, cucumeris, anguriæ, & lactucæ ſemine exprimi ſolet, affuſa violarũ aqua,
aut radicis althææ, aut ſolani, quod veſicariam, aut halicacabum vocant. cuius etiam ruben-
tes baccas decem, aut duodecim numero fractas, & ex aqua portulacæ, vel ptiſana hordeacea
potas, hoc in negotio præſentaneo remedio prodeſſe ſcribit. facereque item ad hoc amigda-
linum oleum, quod ſcilicet ex dulcibus nucibus elicitur vnciarum ſex põdere hauſtum. hinc
autem præfertur, quod ex recentibus pineis nucibus exprimitur; ſed omnium præſtantiſſi-
mum eſt, quod è ſemine albi papaueris eximitur. Quandoquidem hoc præter id, quod tan- F
quam pingue plurimùm conuenit, poteſt ſuaptè natura inflammationes extinguere, veneni
acrimoniam retundere, & dolores quantumuis vehementes ſedare. Sunt etiam qui præfe-
rant aquam, quæ feruentis balnei calore vitreis inſtrumentis elicitur è maluæ folijs, ibiſci
radicibus, & recentibus cucurbitæ ramentis: quod propriè vi vrinæ ardoribus opem ferat, &
inteſtinorum inflammationes repellat. Porrò ſuccurritur exulceratis inteſtinis ijſdem qui-
bus dyſenteria profligatur: nempè pinguium carnium iuribus clyſtere infuſis, addito hirci
Inflamma- ceruiq; adipe; & omphacino roſaceo, plantaginis aut portulacæ aqua prius elota. Inflamma-
tis partibus tæ autem partes ſecundum Dioſcoridem hordei farina cum mulſa decocta perungendæ. Ab
vt ſuccurra initio admota cataplaſmata nocent, quod citatus ab eis calor, ita illapſum virus remoratur,
tur. vt in principes partes ſe inſinuet: ipſa tamen interiecto tempore moleſtiſſimis inflammatio-
nibus opitulantur, vtpotè quæ dolores, & permulceant, & leniant. Tum vbi corpus calfa-
ciente oleo inunctum fuerit, in ſolium deſcendere oportet, ac lauare, vt per cutem ſummam,
Victus ra- quæ corpori noxia inhæſerunt, etiam excernantur. Victitare ægrum oportet gallinaceis car-
tio ægri. nibus, hœdinis, aut ſuillis catulis, maximè pinguibus, & tenerrimis, ac cum lini ſemine co-
ctis ſecundum Dioſcoridem. ſiquidem aluum cient, & venenorum acrimonias hebetant. G
[f] lib. 22. c. 1. Vinum dulce liberalius bibat. Natura Cantharidum aduerſari muſtum aſſeruit [f] Plinius,
quemadmodum & ſapam, quæ muſto cognata res eſt: decocoquitur enim muſtum donec
tertia pars ſuperſit vt fiat ſapa. Poſtea ea quoque adhiberi conuenit, quæ peculiari quadam
vi venenum expugnent, quale eſt pulegium. Neque autem Cantharidibus qualitate ſua,
quæ eſt calida ſicca, & acris ſolummodo, ſed ſpeciali ſuæ naturæ proprietate, quæ à Græcis
Ceres quã ἀλεξιφάρμακον dicitur, aduerſatur. Hanc potionem Ceres aſſumpſit tum, cùm tota mœrens
ſumpſerit eſſet ob amiſſam filiam Proſerpinam à Plutone inferorum Deo raptam, & hoſpicio excipe-
potionẽ ob retur in ędibus Hippothoontis filij Neptuni, ab illius coniuge Metanira. Cui Ceres cum vi-
mœſtitiam. num oblatum bibere recuſaret, in mandatis dederat, vt aquam illi, cui pulegium admixtum
eſſet, porrigeret. Interim Iambe Thracia oriunda Metaniræ ancilla, fabulas, & alia ridicula
verſibus recitabat, qui deinde Iambici ab ea ſunt denominati. Quam fabulam Nicander de
remedijs, & antidotis contra Cantharidum potum agens his verſibus incluſit.

Τῷ δ' ἐ'συ πολλά'κι μὲν γληχῶ ποταμίησι νυ μφαις
Εμπλήδ'ω κυκεῶνα πό'ροις ἐ'ν κυ'μβεσι τευ'ξαις
Νης εἰρης δ'ποῦ ς μορό'εν ποτο'ν. ὧ ποτε δ'ηὼ H
Λεοκαρίλω ἐ'βρεξεν ἀ'ν' ἄ'ς υρον ἱπποδο'ωντος
Θρηίασης α'δυ'ροισιν υ'πα'ι ῥήτρησιν ἰα'μβης ἑ

Quæ ſic Latinè ſonant Iacobo Greuino interprete.

*Huic etiam, vt medeare malo frugale ſubinde*
*Pulegium dulci nympharum munere funde,*
*Ieiunæ, & Cereris facto ægris porrige potu,*
*Hæc quo diua ſuas apud Hippothoonta rigauit*
*Fauces, Threiceæ numeroſum ad carmen Iambes.*

Vinum præterea contrariam habet naturam omnibus venenis, & ob hanc cauſſam rarò il-
lius Nicander obliuiſcitur in ſuis alexipharmacis, quemadmodum rurſus in hiſce verſibus
minutarum gemmarum in vitibus meminit cum melle mixtarum.

Ηὲ σύγ' ἀμπελό'ωντα γλύκα ἐνὶ καυλὲ'α κο'ψας

χλωρα'

A

χλωρὰ νέον πετάλοισι περιβρίχθοντα κολούσας
Ἡ μελισσάων καμάτω ἐνὶ ταῦρα μορύξαις. Hoc est.
*Pampineas etiam viridi de palmite frondes*
*Accipe, & infuso potandas melle propina.*

Imperat præterea herbæ cuiusdam vsum, quæ radicem aculeatam habet, ac in petris nascitur perpetuis frondibus. Quæ autem ea sit herba, adhuc inter scriptores non constat. Leonicerum Latinum interpretem carpit non immeritò Iacobus Greuinus. is enim in suis annotatiunculis hunc textum exponens. asphodelum, seu hastulam regiam intelligit, quando inquit, Radicibus Molothuri in monte crescentis cum melle vtere aduersus Cantharides. Molothurus est herba perpetuò florens. vnde & Euphorion, inquit. Molothurus.

Πτῶκες ἀεὶ χλωροῖσι ἰάνεσκον Μολοθούροις. idest.
*Dormitant lepores viridi semper molothuro.*

Quandoquidem Nicander herbam eius radicis (quam valere dicit contra Cantharides) florere ait altis ramis instar molothuri. non autem molothurum accipiendum esse. Idque perspicuum euadit ex hisce eius versibus.

B

Σκορπιόεντα ταμὼν ψαφαρῆς ἐκ ριζέα γαίης
Αἰεν κεντρήεντα. πόα γε μὴν ὕψι τέθηλεν
Οἵηθερ μολόθουρος ἐν ἴσχνα δὲ καυλέα βάλλει.

Quæ metro simili sic Iacobus Greuinus reddidit Latine.

*Quin & acuta inter petras radicula prodest*
*Cuius perpetui frondes apricantur aculei:*
*Illius herba velut molothurus floret, & altis*
*Conspicitur ramis, graciliq; assurgere caule.*

Eiusdem poëtę cōsilio drachmæ quatuor terræ Samiæ, quæ aster appellatur, assumi possunt. laudat eam terram cum passo Dioscorides. Proficit autem aduersus Cantharides duabus de caussis. Primùm ob naturæ suæ specialem quandam proprietatem: deinde ob tēperamentum aliquo modo frigidius, quo caliditatem Cantharidum hebetat, fluxumq; sanguinis reprimit, & vlcera intestinorum, quæ Cantharides potas sequi diximus, ad cicatricem perducit. Salutare & ægris est lutum Armenium. Cardanus id fieri putat, quòd sit tenuissimum. cuius caussam iure his verbis [g] Scaliger improbauit, aliamq; dedit. Quis enim, inquit, dicat erosioni tenuitatem aduersari? nihilo pręsentius ipsi quoq; putrefactioni. Implanantia nāq; (Emplastica Galenus vocat) prohibent erosionem: non autem partiū tenuium, ac dissitarum medicamenta. Obducitur ergò superficies quasi trullisatione luto ipso: qua tanquam incrustatione muniuntur partes neq; vlcerantur. Galenus cùm esset in Lemno Insula à quodam, qui inter principes ibidem habebatur, persuasus fuit terram Lemniam aduersus epota venena valere, idq; se expertum esse asserit in lepore marino, & Cantharidibus, cùm homines tale quid se sumpsisse suspicarentur; nam hausto eo, quod terram Lemniam habebat medicamento, protinus omne venenum euomuerunt, nec postea vllum symptoma accidit eorum, quæ ad Cantharidas, aut leporem marinum concomitari solent, tametsi coniuncta esset pernitiosorū medicaminum exhibitio. sed cùm hāc terram dicat ea ratione prodesse qua vomitum concitat, non loco alexipharmaci, vt terra Samia, & bolo Armeno, vtendum erit. Alterius quoq; antidoti Dioscorides Galenusq; meminerunt: cùm octo drachmis passi rutæ succum atque oleum irinum, seu rosaceum miscent. Nam ruta, & passum eam vim per se habēt: Asclepiades apud [h] Galenum rutam tantùmmodo tritam, cum irino vnguento dabat commixtam, vel Cantharidum alas & pedes ex melle tritos lingere iubebat. Veruntamen huiusmodi remedium suspicione non vacat, non propterea, quòd Galeni testimonium nequaquā valeat, sed quia à multis pręsertim Arabibus improbetur, qui pro certo habent Cantharidibus, si quid insit veneni, id in alis, pedibus, ac capite existere: tum etiam quia nullus nostro tempore eius periculū fecerit, quod scribit Galenus, ideo nec damnare, nec improbare hoc remedium possum. postponendum tamen alijs, quæ sunt notiora, & fortè efficaciora, & de quibus scriptores inter se conueniunt. Oleum Laurinum Cantharidi aduersari auctor est [i] Plinius. Eius veneno Lycus Neapolitanus ex atriplice occurrebat. Contra idem [k] gaudētius Merula, maxime aceti naturam pollere dicit. Acetum probare non audet Mathiolus, quod antiquorum recentiorumque neminem repererit, qui scripserit acetum contra Cantharidas auxiliari. Longè tamen omnium potentissimè antidota auxiliantur, vt Theriaca, & Methridacium, cum aqua mulsa quatuor drachmis pota, vt probat Dioscorides. Cæterùm ad vrinæ ardores, & vesicæ præcipuos cruciatus ea quoque illini poterunt medicamenta, quæ interius assumi diximus. Postremò ad omnes huius veneni reliquias, quæ cor-

Terra Samia.

Lutum Armeniū cur aduersus Cātharides salutare.

[g] *Exerci. 95*

[h] *2. de Antidot. c. 7.*

[i] *lib. 23. c. 4.*

[k] *Lib. 3. de ven. c. 19.*

Antidota. Ad vrinæ ardores.

Electuariũ ad roborandas partes corporis.

pori hæſiſſent, eradicandas, læſaque membra corroboranda, & ad priſtinum temperamentum reſtituenda, probatiſſimum erit electuarium Mathioli, bis in die mane & veſperi, vnciæ pondere ex humano, vel caprillo, vel aſinino lacte potum. Fit autem hoc modo. Accipe nucleorum pineorum vncias tres: nucis Indicæ recentis vncias duas: piſtaciorum ſeſcunciam: ſeminum melopoponum, cucurbitæ, cucumeris, papaueris albi, maluæ, ſingulorum vnciæ dimidium: corticis arboris thuris (hunc enim ad Cantharidum venena valere Dioſcorides teſtatur) drachmas tres: margaritarum, corallorum alborum, ſantalorum alborum, ſingulorum ſeſquidrachmam: ſucci glycirrhizæ drachmas duas: baccarum iuniperi drachmam vnam: gummi Arabici ſeſcunciam: terræ Lemniæ drachmas ſex, ſucci baccarum halicacabi, portulacæ, ſingulorum vncias ſex: ſerapij violacei vncias quatuor: de floribus nymphæę, de papauere cuiuſque vncias decem. diluti violarum vncias octo: ſpiſſamenti è ſeminibus malorum cotoneorum, aqua violarum maceratis vncias ſex. Quæ terenda ſunt, conterantur, deinde commiſtis omnibus ſecundum electuariorum regulam fiat electuarium. E

# VT FVGENTVR. F

Vites, vt à Cantharidibus ſeruihitur.

NOCENT quoque Cantharides viti, & ſegetibus: Erucæ autem numero centum, quæ naſcuntur in roſis, coquuntur ex oleo, ex quo ſi falces, quibus putaturus es vites illeueris, teneros pampinos, & à Cãtharidibus, & à pruinis ſeruabunt incolumes. Baptiſta Pius in ſuis ad Plauti comœdias commentarijs, contra animalcula, quæ vitibus nocent, accipit Cantharides, quas in roſis inuenire conſueuimus, ſi oleo immergantur, ac in tabem reſoluantur. Alij non obſeruantes, quo loco aut qua in herba naſcantur, ipſas qualeſcunque ſint Cantharides in oleo coquunt, ex eoque cotem, in qua falx exacui debet, obducunt. Idem præſidium præſtabit falx illita cum hircino adipe, aut ranarum ſanguine, aut coticulæ cinere, vel oleo illita, qua falcem exacues. Gaudentius Merula Cantharides vitibus noxias, ſtercoris bubuli, cui aliquantulum galbani commixtum ſit, ſuffitu procul abigit, cùm ſpirant auræ. Ne fruges depaſcant, Methrodorus Scepſius in Cappadocia id ridiculum remedium inuentum prodit, de quo alibi memini.

Ne fruges cortodant.

# DE IPE. Cap. V. G

Ips non eſt ſerpens. *In Coroll. l. 21. 12. Plinij.*

NONNVLLA ſuprà de hoc Inſecto diximus, & Iconem etiam expreſſimus. Vulgus ruſticorũ Tagliadizzo nominat Ipem ſiue Ipa eſſe credimus. quanquam erant qui Ipa ſerpentis genus interpretabantur, quos redarguit doctiſſimus Hermolaus ad hunc Plinij locum commentans: Contrà flos albæ (violæ) ſuppurata aperit: ipſa diſcutit: Quidam legunt, inquit, ipſa, non » Ipa, vt ſit ſerpentis nomen, qui Græcè Ips dicatur. Nihil cæcius; quando » Ips non ſerpens, ſed Vermiculus ſit qui cornua viteſque prærodit, vt Cis frumenta, Thripes » ligna, Sis veſtes, Ix vitra, Midas ſabam. Sed quamuis necdum obſeruarim an cornua corro- » dat noſter Taliaditius, auſim tamen affirmare Ipa eſſe: etenim in vitibus tantùm reperitur, eas rodens. Theophraſtus quatuor animalium genera recenſet in plantis, vnum communi nomine σκώληκα, Vermẽ, in quibuſdam leguminibus, & frugum radicibus: vnum in cicere κάμπας, Erucas, vnum in vitibus ἶπα, vnum in oleis κάρπας. Scaliger ἶπα à Catone Conuoluulum vocari teſtatur, hîcque frigere Grammaticos. Inuoluulus eſt Plauto, vt nos quoque in prolegomenis diximus. Quod verò etiam cornua rodat habemus apud Homerum de Vlyſſe arcum inſpectante. H

Animalia quatuor in plantis.

Conuoluulus. *Odyſſ. φ.*

Πάντη ἀνὰς ῥοφέων, πεπαρμένος ἔνθα καὶ ἔνθα
Μὴ νέρας ἶπες ἔδοιεν ἀποχομένοιο ἄνακτος.
*Penitus reuoluens, experiens huc & illuc*
*Ne cornua Vermes ediſſent abſente domino.*

Ix quid. Hercules Ipoctonos. Ampelitis terra vnde dicta.

Alcæus videtur diſtinxiſſe, ita vt ἶπες cornua rodant, ἶκες verò vites. Sed Ix vitro, non viti ſecundum alios infeſtum eſt animalculum. Et Strabo, & ex eo Euſtachius, Cæliuſq; Herculem ab Erythræis Ipoctonon appellatum eſſe ſcribunt, quòd ἶπας fugaſſet ἀμπελοφάγας, id eſt vites arrodentes: & Galenus ampelitim terram, ita dictam eſſe teſtatur, quòd Ipes (non ὑλίπες, vt nunc in eius codice deprauatè legitur) interimat, vitibus infeſtas.

Deri-

A Deriuatur ab ἵπτω, id est, βλάπτω, quòd sua corrosione noceat, vel vitibus scilicet, vel cornibus. Extat de hoc Insectulo parœmia apud Diogenianum: Κακὰ μὲν θριπὲς, κακὰ δὲ ἶπες, mala quidem Thripes, mala rursum Ipes. de duplici malo dici solitum, vt non magni referat, vtrum elegeris. Quo loco author Adagiorum: Thrips enim, inquit, Græcis est Vermiculus, qui lignis innascitur, materiasq; vitiat: Ips item cornibus, & vitibus infestus. Adagium.

# DE BVPRESTE. Cap. VI.

## ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

BVPRESTIS est oleris species, vt Galenus in Hippocratis Glossario tradit. eius & [a] Theophrastus meminit de olerum germinatione loquens: Germinatio, inquit, tam eorũ, quàm reliquorum, partim cum primis imbribus post æquinoctium fieri solet, vt aphacę, canariæ, & eius quam Buprestem quidam appellant. Quæ fortè non intelligẽs [b] Plinius hæc scribit. Buprestin magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere, ijdemq; remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est boum certè venenum esse, quos dissilere degustata fatentur. Etymologiam autem Buprestis animalis venenati, & Cantharidibus specie, ac viribus similis, vt loquitur [c] Galenus, optimè tradidit [d] Nicander.

[a] Li. 7. Hist. Plant. c. 8.

Plinij ignorantia.

[b] Lib. 3. c. 8.

[c] 11. de symp. med. facult.

[d] In Alexi.

Η καὶ που δαμάλεις ἐριγάστορας ἄλλοτε μόχους
Πίμπραται ὅπποτε θῆρα νομαζόμενοι θατέονται
Τούνεκα τὴν Βούπρηστιν ἐπικλείουσι νομῆες. Id est.
*Sæpè pigram hæc vaccam, vitulum quandoq; salacem*
*Perdit, pascentes sua quando armenta magistri*
*Discernunt, & ob id Buprestem nomine dicunt.*

Huic subscripsit Plinius, vt ex superiori allato loco licet conspicere, tum etiam ex hisce verbis, quæ [e] alio in loco posuit. Buprestis animal rarum in Italia, simillimum Scarabæo longipedi. Fallit inter herbas bouem maximè, inde nomen inuenit: deuoratumq; tacto felle ita inflammat, vt rũpat. Dicitur itaq; Buprestis παρὰ τὸ τὸν βοῦν ἐμπίμπρασθαι, quòd hoc animal boues incẽdat, & vrat. Aliter autẽ sentit Etymologiastes; ait enim dici, quòd summopere intumescere hominem faciat. Βούπρηστιν δὲ, inquit, φασὶ λέγεσθαι διὰ τὸ τοὺς γευσαμένους αὐλῆς μεγάλως πίμπρασθαι. τουτέστι φυσᾶσθαι. τὸ γὰρ βοὺς ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἔτασσον οἱ ἀρχαῖοι. καὶ βουπαῖδα τὸν μέγαν παῖδα. id est. Buprestem dicunt nominari, quòd eos qui eam gustarint inflatos, ac tumidos reddat multum, quod πίμπρασθαι Græci dicunt. Βοὺς enim nomen, magnum antiquis significabat. vnde βουπαῖδα magnum puerum dicunt. Etymologia autem vtraq; toleranda: prior tamen, quæ Nicandri est, magis arridet. Idem quoq; animalculum aliud apud Græcos nomen obtinuit, nimirum βουδακη teste Hesychio: fortè ita dictum quòd boues multùm mordeat. Græci hodierni præsertim Cretenses Voupresti adhuc dicunt. Arabes Xofostis. Itali Bupresti. Germani Knoelster, ein Qualster, Gauchkapher. Hispani Archentabuei.

[e] Lib. 30. cap. 4.

# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

SCIRE equidem, vt verum fatear, desidero, quid sit apud antiquos Buprestis. rarum hoc esse animal in Italia scripsit Plinius; frequens esse in Lybia [a] Lucianus. Nullus tamen veterum, id ita descripsit, vt cognosci possit, ac à cæteris Cantharidibus secerni: Scarabæo longipedi assimilat Plinius: nec de eo quidquam amplius veteres meminerunt, quàm quòd in herbis latitans, ab animalibus prætereuntibus deuoratum, ea interficiat. Id quoq; in veruecibus plærunq; pastores experiri, refert [b] Iacobus Greuinus, qui tympani instar intumescunt. Noxã itaq; seu damnum solummodo indicare, id animal potest. Quapropter [c] Bellonius rerum rariorum, dum esset in Græcia, diligentissimus obseruator, quoddam genus

In Italia rarum.

[a] In Dipsadibus.

[b] De venen.

[c] Obser. c. 45 lib. 1.

nus Cantharidis in monte Ato Cretæ inuentum, à nostris vulgaribus Cantharidibus diuersum, Bupreſtim esse veterum putat, quod magno suo malo incolæ eorum locorum experti sint, iumenta ac alia ruminantia animalia necare, primumq; intumefacere, si aut ipsum ab eodem deuoretur, aut herbæ, quibus insederit, depascantur. Vulgaribus Cantharidibus simili forma esse dicit, nisi esset crassius, pallidi siue lutei coloris, admodum putidum indifferenter vescens rubo, vel cichorio, vel vrtica, vel conyza, vel alijs herbis. hoc Caloieri antiquo nomine appellant Voupristis, alis ad volatum aptis prædictum, vt Muscæ. Suam Bupreſtem simili ferè modo depinxit Leonicerus animal, vt inquit, Scarabęo simile, altis ingrediens pedibus, fœtore pessimo, adeo vt Cimices etiam superet, ac frondes fructusq; per quos irrepserit inficiat. Videtur autem ignorasse, aut saltem malè depinxisse Iacobus Greuinus Bupreſtim, cùm eum octo pedibus depingat, Scholiastis Nicandri forte autoritate deceptus qui id animal ὅμοιον φαλαγγίῳ esse scribit. Nos autem quamuis in inueſtigandis hisce reconditis diligentiores fuerimus, quàm quæ magis sunt nota, tamen adhuc non reperisse veram Bupreſtem confitemur, etsi tres eius species hac tabella exhibeamus depictas.

Bupreſtis Bellonij descriptio. Victus. Leoniceri.

Primæ descriptio.



Quarum quę prima est in aruis deprehensa, rinctu satis magno, coloris candidi, in interna parte serrato; supra cuius duo cornicula, quibus constat, aliud corpus habetur candidum similiter. in ipso rinctu appendices illi quatuor breues & pilosi, quibus videtur primum cibum gustare, antequam in os sumat. capite est obscurè viridi, item dorso, & vaginis, quarum vtraq; maculam habet rotundam albamq;. Antennis longis. Lineam quam vtræq; vaginæ, cùm in alui medio coniunguntur, constituunt, ænei coloris. sub alis viridis, vt elegantiorem colorem vix intueri quispiam possit. pedibus longiusculis pilosis colore non semper vno, sed prout soli obuertuntur, ita nunc colorem viridem, nũc æneum referentibus, plus tamen ænei participantibus. Color qui supina est parte, nullum colorem de se fundit: in parte prona omnia eleganter micare conspiciuntur. Secunda superiori similis, colore tamen differt, qui in toto (exceptis pedibus qui flaui sunt) niger est, & hæc quoq; in aruis reperta. Tertia est Iacobi Greuini, quam quatuor pedibus ab vtroq; latere depinxit, colore viridi. Similem depinxit Mathiolus in suis ad Dioscoridem Commentarijs. Sed cùm ibidẽ eam non describat, dubito num velit eam esse Cantharidem, quibus in medicina vtendum est, an Bupreſtem.

Secunda & Tertiæ Greuini.

# VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.

SIMILI modo reconduntur Bupreſtes quo Cantharides, vt author est [a] Dioscorides. similiq; facultate pollent, erodendi nimirum, exulcerandi caloremq; eliciendi. Venerem his accendi, non aliter, quàm Cantharidibus, Ruellius existimat, si in potu sumantur. Admiscentur autem medicamentis, quæ lepras, ferosq; lichenas, & carcinomata sanant. Bupreſtis autore [c] Plinio cum hircino seuo illita, lichenas ex facie tollit, septica vi: Menses cient pessis emollientibus addita. Quapropter [d] Hippocrates ad varios muliebres morbos eam vsurpauit. Vt si menses non compareant, subdit purgatorium ex ea trita confectum demptis alis, & capite, ac pedibus, cum ficus interna parte commista: ita vt pinguedinis ficus portio dupla sit. idq; esse optimum desperatis affirmat. Inter subditicia acria, quæ sanguinem ducunt, refert & id quod ex Bupreſte fit. cui si parua sit demptis alis, pedibus, & capite commiscentur ea, quæ cum Cantharidibus miscet ad subditium seu pessum efficiendum, nimirum myrrha, thus, mel, oleum rosaceum, aut Ægyptium tinctum. Si verò magna sit, sola sumitur, & apponitur. At verò vbi molliore opus fuerit ad Bupreſtem vinum, & cuminum Aethiopicum ammiscetur: vua item passa, & pollen seselis, & anisi: vinum autem feruefacere oportet, eoq; affuso reliqua terere, in pastillos drachmales efformare, eosq; apponere myrrha, & thure ammixtis, facere autem eodem modo velut cum Cantharidibus præcepit.

Vt recundantur.
[a] *Lib. 2. cap. 59.*
[b] *Lib. 2. de nat. stirp.*
[c] *Lib. 30. cap.*
[d] *Li. de mor. mulieb.*
Menses cient.

præcepit. Pessariũ quoq; hoc conferre ait ad vteri strangulationem, quod sequitur. Bupreſtas primùm in vinum immittit, & cuminum Æthiopicum, seseli, & anisum addit, ac feruefacit. ad decem verò Bupreſtes acetabulum olei ammiscet, & reliquis omnibus eadem portione acceptis, commiscet deinde myrrham, & thuris parum, & ex hoc glandulam factam subdit. Quam etiam, vt existimo intellexit, quando ad obduratos vteros præscribit id, quod ex Bupreſte paratur. hoc enim medicamentum apponit, ac per diem manere in loco sinit, & vbi fortiter momorderit glandem extrahit, pudendum colluit, cum aqua calida, & in oleo ægram insidere iubet; postridie verò lotæ ceruinum adipem liquatum, & molli adipe exceptum apponit. Ijsdem subditicijs [c] vtitur ad molam expellendam, epoto dictam no è vino. Si quis Viperas spectaculi, aut alterius alicuius emolumenti gratia domi alere cupiat, eum non latere debet, Bupreſtem hisce in alimentum cedere, si fides aliqua [f] Galeno sit.

Ad vteri strangulationem.

Ad obduratos vteros.

[c] *Lib. de sterilib.*

Viperas nutriri Bupreſte.

[f] *De Theriaca ad Pison.*

# VENENVM, EIVSQ; CVRA.

RECTE apud Iurisconsultum titulo ad legem Corneliam scribitur: quod, si cui temerè pigmentarij Pithyocampas, aut Bupreſtes dederint, teneri pœna legis Corneliæ de sicarijs, & veneficijs; sunt enim ambo venenata, non aliter, quàm Cantharides. Quod si verò homini contingat Bupreſtis in ventriculum ingesta, aut epota, hunc certè quædam symptomata fatigant, ab his planè diuersa, quæ ab epotis Cantharidibus proferri solent. Qui Bupreſtem biberunt, inquit [a] Dioscorides, non dissimile nitro virus sapiunt: stomachi ventrisq; vehemens dolor insequitur: tam venter, quàm stomachus mirum in modum, vt in aqua inter cutem difflatus, inturgescit. vrina suppримitur. Quæ omnia hoc carmine cecinit [b] Nicander:

Signa potæ Bupreſtis.

[a] *Lib. 6. cap. 3.*

[b] *In Alexipharm.*

Μὴ μὲν ἐπαλγαύουσα πότις Βυπρήστιδος ἐχθρῆς
Ἀησέμεν. σὺ δὲ φῶτα δαμαζόμενον πεπυθοῖο.
Ἦδ' ἤτοι λίτρῳ μὲν ἐπιχώζουσα χαλινὰ
Εἴδεται ἐμβρυχθῆσαι βαρύπνοος· ἀμφὶ δὲ γαστρὸς
Ἀλγεα δισσύοντα περὶ σομάτεσσιν ὄρωρεν.
Οὖρα δὲ τυφλοῦται· νεάτη δ' ὑπὸ κύστις ὀρεχθεῖ.
Πᾶσα δὲ οἰνὰς διαπίμπραται· ὡς δ' ὅπο θ' ὕδρωψ
Τυμπανόεις ἀνὰ μέσσον ἀφυσγετὸν ὀμφαλὸν ἴζει
Ἀμφὶ δὲ οἱ γυίοις τέτανον περιφαίνεται ἔρφος.

Quæ sic vertit Iacobus Greuinus.

*Nosce etiam inuisæ Bupreſtidis acre venenum*
*Conuenit, & domitum qui affligat & opprimat ægrum.*
*Hæc alio aspergens sumentis labra colore*
*Nitroso infectum grauiter cit in ore saporem;*
*Et facit eroso non suauia tormina ventre,*
*Quorum vel solo est crucietum cernere vultu:*
*Obstruit vrinam, ima hinc vesica laborat,*
*Et tumet inflatus sicco velut hydrope venter;*
*Per mediasq; effert vmblicum in sumine sordes.*
*Ac leuat extensam sursum circa ilia pellem.*

Odoris autem, & gustus nitrosi quem æger percipit, vehementis ventriculi doloris, ac suppreſſionis nulla alia ratio esse potest, quàm veneni malignitas. Ventris autem tumor, qui hydropis speciem, quam tympanitem Græci dicunt, præ se fert, non aliunde prouenire potest, quàm à suppreſſione vrinæ, quæ per totum corpus, maximè verò ventrem regurgitat; quamuis Iacobus Greuinus existimet fieri ob vapores, & humores qui à veneno colliquantur, & sursum petunt. Huius animalculi potui aduersantur ea medicamenta, quæ ijs qui Cantharidem hauserunt, prodesse diximus, vt mustum, sapa, omne oleum potum redditumq; vomitionibus; lac marinum, & recens, lardum capræ eiusq; decoctum ius haustum, item ius suillum pingue, ac nitrum cum aqua, oleum laurinum, & oxymel antiquorum. Verùm post vomitum, & vacuationes quas clysteribus molimur, peculiaria antidota contra hoc malum antiqui tradiderunt. Vomitus autem peculiariter fieri potest ex oleo œnanthino; quod contra Bupreſtem valere ex aqua potum, & per se lotum vomitionibusq;

Causæ symptomatum. Ventris tumor vnde.

Curatio.

Vomitus.

reddi-

Antidota. redditum, Vincentius ex Plinio tradit. Propria autem antidota poſt vomitionem ſunt fi- E
[c] In Alexi. cus aridæ, vel earum decoctum ex vino, veluti nobis præcipit [c] Nicander:

Τῷ καὶ ἐυκραδίης τριπετεῖ ἐν νέκταρι μίξαις
Σύκων ἀυανθεῖσαν ἅλις πόσιν ὀμφαλόεσσαν.
Ηέτι καὶ σφύρη μιγάδην τεθλασμένα κόψας
Εν πυρὶ τηζάμενος πυρετῶν ἀλκτήρια νούσων.
Καίκε μελιζώροιο νέον κορέσαιο ποτοῖο.

Id eſt, vt Greuinus interpretatur.

*Hic coctum ſiccis cum ficubus accipe vinum,*
*Imo ſua abſciſſos ipſos à fronde minutim*
*Contere, & elixa dulcemq; hinc porrige potum.*
*Certa calentis enim fuerit medicina veneni.*

Verùm hoc in Nicandri loco animaduertendum eſt variare lectionem, vt eius interpres indicauit. legi enim poteſt τριπετεῖ vel τριετῆ. præterea κράδη non ficum, ſed propriè teneriorem, & ſummum ficus coliculum, quod traſplantari poteſt, ſignificat, vt doctiſſimè Marcellus Virgilius Dioſcoridis interpres ex Theophraſto alijsq; docet. Si τριπετεῖ legatur, ſen F
tentia erit, Ficuum tenerioris ſummi coliculi cui tria ſunt folia, vmbilicoſam ſiue nutrientem ſatisq; arefactam potionem vino miſceas. Sin verò τριετεῖ, ita vt κράδη pro ipſa ficu accipiatur, ſenſus erit: Bonæ ficus arefactæ vmbilicoſam potionem vino tres annos nato miſceas. Quum verò Nicander ait;

Καίκε μελιζώροιο νέον κορέσαιο ποτοῖο:

dubium eſſe Scholiaſtes ait, num μελιζώροιο adiectiuum ſit, pro dulci quo alibi quoq; vſus eſt in Theriaca, vt ſit ad potum ex aridis ficis confectum referendum, veluti retulit quoque Greuinus in carmine eius Latino; an verò ex melizoro herba intelligat. Quid verò herbæ ſit μελίζωρος non indicat. Cæterùm quod ad ſuperius dubium attinet, videtur Dioſcorides non colicula tenera per κράδη, ſed ficus aridas intellexiſſe, dum eas, vel per ſe, vel cum vino decoctas præſcribit. magis autem proderunt ficus ſi vinum ſit generoſum vetus, id enim maiorem habet vim reſiſtendi venenis. Ficus autem aridæ ita mixtæ ſuo temperato calore etiam flatus diſcutiendi, aluum ſoluendi, & veneni portionem aliquam per ſedem eijciendi, vim habent. Ab eodem Poëta pyrorum omne genus, myrtus, & lac muliebre maximè G
laudatur:

Αλλοτε δ' ἀυαλέης δὴν ἀχράδος· ἢ ἀπὸ βάκχης,
Η ἀπὸ μυρσίνης, ὁτὲ μυρτίδας οἰνάδι βάλλων.
Η ὅγε καὶ θηλῆς ἅτε δὴ βρέφος ἀμπελάοιτο
Αρτιγενὲς· μαστοῦ δὲ ποτὸν μοσχηδὸν ἀμέλγοι.
Οιητ' ἐξ ὑμένων νεαλῆς ὑπὸ ὄυθατι μόσχος
Βράττει ἀνακρούσα χύσιν μενοεικέα θηλῆς.

*Vel montanorum præbe genus omne pyrorum,*
*Interdumq; ipſas in vinum conijce myrtos.*
*Et ſe fæmineum, qualis puer, æger ad vber*
*Admoueat, præſasq; tenax trahat ore papillas;*
*Vt petulans vitulus fœtæ qui ſemina matris*
*Pulſat, & haud tacitis cit dulcia flumina labris.*

Bacche. Myrſine. Achras, Bacche & myrtine aiunt interpretes eſſe ſpecies pyrorum. quin & oleæ ſpecies eſt
Acheras quid. myrtine vocata. Acheras teſte Dioſcoride ſylueſtris pyri ſpecies eſt tardè matureſcens. Quia H
Bupreſtis calida. autem Bupreſtis calida eſt, ideo Nicander pyris ſylueſtribus, & myrthi baccis, quæ facultatem habent refrigerandi, & adſtrictione ſua ventriculum corroborandi, vtendum eſſe
Lactis vſus quatenus vtilis. conſulit. Cæterùm vbi accidentia remittere aliquantulum febrilisq; calor mitigari parum cœperit, Thebaicarum palmularum fructum pro cibo, aut tritas eaſdem in mulſo, aut lacte, ſecundum Dioſcoridem, loco potus dare expediet. Lac etiam (muliebre præſertim) & deinde bubulum, præterquam quòd peculiari quadam vi aduerſus venena polleat, vehementes compunctiones etiam, quæ in vẽtriculo, & inteſtinis adhuc ſupereſſe poſſent, ſedare atq; lenire poteſt. Minimè tamen dandum, cùm corpus adhuc tumidum apparet, & febris vehemens adeſt. Augere enim tum morbum poſſet. Aſclepiadis ad idem malum apud [d] Ga-
[d] Lib. 2. de antidot. lenum hæc ſunt remedia. Bupreſtem autem quiſquis ebiberit, paſſum multum primò hauriat, deinde vomat: ius demum carnis ſuillæ, & lac calidum ſorbeat: Prodeſt etiam ad ſaturitatem non edere. Dandum quoq; ficuum decoctum: vel nitri rubri drachmas quatuor, contuſas ex aqua bibendas trade. Eſt & hoc Inſectum venenum iumentis, & porcis veluti

dictum

A dictum est, quapropter signa eius ingesti tradiderunt veteres præsertim, qui de re veterinaria sua nobis commentaria reliquerunt. Si Bupreſtem bestiolam, vt scribit [c] Ælianus bubulum pecus deuorauerit, tantoperè inflatur, vt & rumpatur, & non multò pòst halitum efflet extremum. De equo autem tradit Hierocles, si fœno vescens Bupreſtem gustauerit distentus venter, dolore dissilit, quod & Pelagonius confirmat. Addunt præterea ventrem incendi, cibi fastidium vrgere, totumq; pabulo distendi, crebrius alui recrementa ferri, paulatimq; spiritum elidere. eiq; hoc modo succurri. Illigatum caput reflectitur, venæ quæ supra nares tendunt rescinduntur, quo sanguis extra per os profluat: brassica cocta cum oleo & garo datur voranda. [f] Vegetius paulò aliter curat. Equus, inquit, si Bupreſtem commederit in fœno, vel in pabulo, hæc signa statim sequuntur. venter ei inflatur, & à cibis resilit, & stercora minutatim, ac frequenter reddit; qui statim sternendus est, & cogendus ad cursum. Pòst ei vena tangenda est, de palato leuiter, vt sanguinem suum defluentem transglutiat, assiduè deambulet, triticum cum passo infusum, & porros adferes ad cibandum. Vinum autem tepefactum cum vua passa diligenter contritum ad cornu dabis eidem in potu.

[c] *6. de animal. cap. 35.* Equus si Bupreſtem esi tauerit.

Curatio.

[f] *Li. 3. c. 78. artis veter.*

B

# DE COCCOIO. Cap. VII.

## ORDINIS RATIO.

## DESCRIPTIO.

COCCOIVM in nouo orbe in Hispania compertum esse, rerum Indicarum scriptores commemorant. horum aliqui Scarabæi speciem faciunt, aliqui Noctilucarum seu Cicindelarum. videtur esse mediæ cuiusdam inter vtrasq; naturæ: ob lumen enim, quod præ se fert Cicindelam appellare possimus, ob alarum vaginas, quibus est præditus Scarabæi inter genera referre, qua de causa hoc medio inter Scarabæum, & Cicindelam loco posuimus. Hunc Muscarum forma aliqui describunt, non quòd alis sit detectis, sed quòd vo-
C lans sit Insectum, quod confusa nominis appellatione Muscam multi scriptores appellant. [a] Simon Maiolus Episcopus Vulturiacensis scribit tantæ Coccoium esse magnitudinis, quanta sit auellana nux, aut quantus Scarabæus noſtras; quaternas autem habere alas, binas vero leuiores, reliquas duriores Scarabæorum more. [b] Cardanus magnitudinem ipsi attribuit, qualem Scarabæis noſtris, quos ceruinos à cornuum longitudine vocamus. Sunt huic prægrandes oculi pro corporis magnitudine, & prominentes, quibus multò magis lucet, quàm reliquo corpore. Sed quatuor habere lucidissima specula testis est [c] Petrus Martyr. in oculorum sede duo; in ilibus sub vagina duo, quæ tunc apparent cùm alas expandit, & vaginas detegit.

Descriptio.

[a] *Dier. cani. coll. 5.*

[b] *De subtil. lib. 9.*

Oculi quales.

[c] *7. Decad. cap. 9.*

## CAPIENDI RATIO.

D VM tantus sit huius animalis vsus apud Indos, modum, quo capiatur pulcherrimum Indiæ incolæ inuenerunt. Primo noctis crepusculo (vt scribit Petrus Martyr) exit domo Cuccuiorum indigus, titionem manu gestat ignitum, tumulum vnde queat à Cuccuijs prospici, adscendit vicinum, elatis
» vocibus Cuccuium appellando circumrotat titionem. Cuccuie Cuccuie in-
» clamitando aërem obtundit. Ad vocantis reboatum simplices putant nonnulli Cuccuios
» eo delectatos strepitu conuolare: veniunt namq; properanti, & præcipiti accessu. Ego verò
» accurrere arbitror ad titionis fulgorem Cuccuios, quòd ad lucem quamcunq; agmina Cu-
» licum aduolent, quibus Cuccuij vescuntur in aëre ipso, vti Cipselli, & hirundines. En Cuc-
» cuiorum numerum exoptatum, titionem, venator manu proijcit. Titionem aliquando se-
» quitur Cuccuius aliquis, & solo se demittit, captu facilis tunc est, vti Scarabæum ambulan-
» tem vagina clausa, licet viatoribus, si quis eo indigeret, capere. Negant aliqui hoc pacto
solere capi Cuccuios: imo aiunt paratos habere venatores frondosos maximè ramos, aut lata lintea quibus ablato volantem percutiunt Cuccuium, in terramq; impellant, vbi iacens torpescit, & capi se patitur, vel vt alij dicunt, sicuti volucris lapsum frondoso eodem ramo,

mo, & linteo proiecto ſuper eum prædam aſſequuntur, vtcunq; ſit, venator venatore Cucuio apprehenſo, domum reuertitur. E

# CIBVS. VSVS.

Culices venator.

CAPTVS duo præſtat Indis commoda. venatur Culices, ac lumen candelarum loco præbet. Aiunt enim, quod qui Culices domi habere non vult, aut timet ne ingreſſuri ſint (magna enim in India Culicum copia, vt alibi dictum eſt) huius animalis inuigilet venatui, ac domi clauſum contineat. Clauſo enim oſtio totam circumit domum præcipiti volatu, ſub lectis penſilibus, & circum facies dormientium quæritans Culices, ita vt cuſtodis nocturni officio vnà fungi videatur. Culicibus verò iam explosis, & captis, eoq; fameſcente lumen dificere incipit, idcirco vbi langueſcere vident eius lucem oſtiolo domus aperto, abeundi & quærendi victum, liberam poteſtatem tribuunt. Elucent enim eius oculi veluti lucerna: noctuq; volitantes non minori coruſcatione aërem illuſtrant, quam quæuis candela cerea ſoleat illuſtrare: quin ſiquis noctu manu hoc animal deferat, procul putabitur lucernam ab omnibus deferre: facilèq; ita quiſq; falli poterit, dum ad eum accendendi luminis cauſa acceſſerit. tantam veræ lucernæ imaginem procul præ ſe fert. Quapropter in cubiculis Coccoium ardentis luminis loco ſumunt, & vſurpant Indi legentes, ſcribentes, aut aliud quid operis peragentes. Iter facientibus per ſyluas, aut alia quæuis loca tres quatuorue eiuſmodi Coccoij laternę vicem præſtat. Atq; vbi turma cohorſue proficiſcitur, omnibus horum lux vias dirigit, nec in itinere oberrare permittit. Solent etiam plærique ſibi reſtes ex eiſdem animalculis conficere, & collo appendere nocte modo torquium: atq; ex ea copia tanta lux emicat, vt ſi fides Ouiedo, quatuor millibus paſſuum eminus confici poſſet. Eiuſmodi autem lumen, multo ſecurius ipſis facibus accenſis, cùm illud à vento nullo modo extinguatur. hoc verò quo à facibus præbetur, ilico leuiori vento conquaſſatum moriatur. Totam hanc lucem de cuius vtilitate hactenus diſſeruimus, partim dant oculi, partim partes, quæ ſunt ſub axillis. Quæ cauſa eſt cur volans longè fulgidius ſplendeſcat, ac remotius, quã cùm quieſcit. Extinguitur ſenſim hoc lumen marceſcente animalis vita, adeò vis hæc vitali animæ coniungitur. Remanere tamen liquorem illum, qui reſplendebat in oculis, ac ventre putauit Cardanus, ac in ſe luminis aliquid adhuc poſt mortem retinere. nec alio id argumento ſibi perſuaſit, quàm quòd ſcriptum repererit, eo liquore perungi faciem Indorum, vt ſplendidi noctu appareant, ac flammis accenſis facies eorum ſimilis noctu videatur cùm terrere quempiam cupiunt. Verùm & hanc eius liquoris lucem, & igneam vim breui tempore elangueſcere tradit Petrus Martyr, quòd ſit in tenui ſubſtantia receptus.

Lucis eius vſus. F

G

# DE CICINDELA. Cap. VIII.

## ORDINIS RATIO.

SCARABÆORVM genus Cicindelam quoq; conſtituere oportet, ex plurium, & [a] Plinij autoritate. Nam quamuis ſint, qui dicant, Papilionem eſſe, tamen cauſam, cur ita opinentur, ſubticuerunt. fortaſſis eſſe poteſt ratio, quòd eodem ferè modo generatur quo Papilio, nimirum ex Erucis. Sed quamuis has Erucas appellarit Ariſtoteles, ex quibus Cicindelæ oriuntur, tamen Erucarum deſcriptionem minimè tolerant, vt poſtea dicetur planiùs. Nec alarum numerus cum eo quem Papiliones habent conuenit, binis enim aduolant pennis, ijſq; non detectis, ſed vagina quadam coopertis membranoſis, quam ob cauſam inter Scarabæorum genera relatę ſunt. Quapropter hoc capite, quod Scarabæorum hiſtoriam ſubſequitur, lubet eius animalculi innato quodam ſplendore notabilis, naturam, perſtingere. H

[a] *Lib.* 11. *cap.* 28. Scarabæi genus Cicindela.

Papilionẽ non eſſe.

ÆQVI-

A

# AEQVIVOCA.

ACICINDELA Insecto lychnus pensilis, quem vocant vulgò lampadē, Cicindela appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa, & Lampyridis instar lucet, vt autor est Calepinus. eius tamen significationis nullum autorem citat, quod mirarer summoperè, nisi mihi, vt credā absq; autoritate persuadeat similis quædam vocabulorum apud Græcos affinitas, qua vtrumq; & animalculum, id de quo agimus, lumen, quod plerunq; circa lares, ac domos suspenditur, non valde dissimili nomine significatur. nam λαμπυρὶς, vt illis Cicindela dicitur, ita λαμπῆρες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν φαίνοντες λύχνοι, vt ait Varrinus in suo Lexico. Λαμπυρὶς præterquam, quòd meretricis est nomen apud [a] Athenæum, quæ & λαμπὰς dicitur, etiam apud Hesychium λάμπουρις seu λάμπυρις mutato accentu in prima syllaba, vel addito o in media, est ἀλώπηξ seu vulpes, cui canes quidam similes sunt. nam in vulgari Lexico B λαμπουρὰ vulpis genus albicante cauda exponitur. Est etiam canis nomen λάμπουρος apud [b] Theocritum.

Cicindelæ.

Meretricis nomen.

[a] *Lib.* 13. *Deipn.*

[b] *Idil.* 8.

Ὦ λάμπουρι κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει σε; Id est,

*O Lampure canis, tam profundus somnus habet te?*

Canis, inquam, nomen hîc est. nam ita tradit Scholiastes, vel ἀπὸ τοῦ λαμπρὰν ἔχειν τὴν οὐρὰν, ἢ πυῤῥὰν, id est ab eo, quòd splendentem habeat caudam, aut ruffam, aut rutilam. nā λάμπουρος adiectiuè dicitur, qui lucentem caudam habet, & cuius cauda fulget; vel παρὰ τὸν λαμπουρίδα ἴσως εἶναι, id est quod Lampyridi siue Cicindelæ sit similis.

# SYNONYMA.

C Λαμπυρὶς & λαμπουρὶς accentu graui dicitur apud Græcos volantis Insecti genus, ac vespere per arua lucentis communi nomine; apud Aristotelem πυγολαμπὶς quod respondet superiori λαμπουρὶς, vt enim λαμπουρὶς dicitur παρὰ τὸ ἔχειν λαμπρὰν τὴν οὐραν, id est, quòd splendentem habeat caudam, ita quoq; πυγολαμπὶς. nam πυγὴ & οὐρὰ synonyma sunt. Nec in eam sentētiam adduci possum, vt apud Aristotelem πυρολαμπὶς legi putem, quum multos ita, si non putasse, saltē scripsisse video, fortassis ab Hesychio ita edocti, qui πυρολαμπὶς exponit ζῷον πτηνὸν ἐν σκότει λάμπον, hoc est, animal volatile in tenebris lucens. nā πυγολαμπὶς nomen huic Insecto multo magis conuenit, quàm πυρολαμπὶς, habet enim caudam splendentem fulgentēq; vt mox in descriptione patebit. Scribitur quoq; apud Aristotelem in quibusdā codicibus πυγολαμπὰς. Κυσολαμπὶς, dicitur eriam Hesychio ἢ περιλαμπομένη ταῖς νυξὶ κανθαρὶς, id est lucens nocte Cantharis, quod si κάνθαρος legatur, quod Scarabœum significat, erit fortassis & hoc nomen huic Insecto accommodatum, quum id è Scarabæorum genere multi opinentur. κανδήλα in Glossario Græcolatino dicitur Cicindela, quod apud alios probatos autores nullibi reperio. Est quoq; Latinis haud vnicum vocabulum, quo hoc Insectum exprimunt, communissimum autem est omnium Cicindela, qua voce frequētius vtitur Plinius. Apud quosdam autores huius vocabuli scriptio variat. Sunt enim qui Cincindelā scribunt, vt Adrianus D Iunius, & Iulius Cæsar Scaliger, ambo & bonarum artium studiosissimi viri, & in ijsdē præcellētes. Cęterùm cùm apud eundē Scaligerum vno tantùm in loco Cincindela, nimirum in Poematibus, scriptum cōperiam, in alijs autem locis Cicindela prioris syllabæ n dempto, & apud alios similiter plurimos autores optimos, & peruetustos asserere ausim posteriorē scriptionem probandā esse, alteram minimè. Vtuntur quoq; Latini Græco vocabulo Lampyris; sed infrequentiùs, cùm ipsis plurima alia à Græcis minimè mutuata, sed propria, & suis ducta verbis, nomina supersint. Nitedulam à nitendo dictam, muris exigui genus esse docet Seruius; alij Vermē esse putant noctu lucentem, qui dicitur Cicindela & Lampyris. [a] Cicero

Nitedulæ quid.

[a] *Pro Sestio.*

» Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex Vepreculis extracta Nitedula, Remp. cona-
» retur arrodere. Hîc Seruius Nitela legit citante Nizolio in Thesauro, quem in Ciceronis opera conscripsit. Verùm possem ex Iulio Cęsare Scaligero probare Nitedulam hoc animalculum, de quo agimus, posteriori parte nitēs nominari posse, is enim in Ænigmatibus Cicindela, Nitedula, Lucula tanquā eadem significantia ponit, quanquam posterius vocabulū, nimirum Lucula ab eo confictū putem ex Italico, qui Luciola hoc animalculū nominant. Flā-

Lucula vnde dicta. Flammis.

[b] *Hierog.16.* Noctiluca. [c] *De Ling. lat. lib.4.*

midē quoq; ab Apuleo nuncupari [b] Pierius Valerianus teſtatur. A recentioribus Latinis Noctiluca dicitur, quæ apud veteres Lunam aut Venerem ſignificat. [c] Varro, Luna, inquit, quòd ſola lucet noctu. Itaq; ea dicta Noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templum. ad quem locum Varronis, ſic inquit Ioſephus Scaliger in Collectaneis: Horatius quoq; eandem cum Luna facit.

*Ritè creſcentem face Noctilucam.*

Leuinus verò vetuſtiſſimus autor videtur eam Venerem nominare: Venerem igitur almam adorans, ſiue fœmina, ſiue mas eſt, ita vti alma Noctiluca eſt. Quare ab eadem ratione dicitur Noctuuigila à Plauto in Curculione, hoc eſt νυκτιλαμπὶς. Dicitur etiam hoc nomine Lucerna in Bimarco. Noctilucam tollo, ad forum fero, inflo, anima reuiuiſcit. & alibi idem [d] Varro à luce Noctiluca. Lucere item à luce, quòd propter lucem cultus inſtitutus. ad quæ verba Adrianus Turnebus, Varro, inquit, libro ſuperiore de Luna. Itaq; ea dicta Noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templum. Atq; is eſt cultus, quem hoc loco dixit Varro. ſignificans Romæ eius templum nocte lucere. Itali Luciola, & Lucio à lucendo nominant. Galli Verluiſant. Mouſche claire, Ver ou Mouſche luiſant de nuict au temps que les bleds ſont muers ou ſciez. Hiſpani la Luciernega, Germani S. Ioannis fliegen, S. Iohannis κefer, quod tempore feſti Diuo Iohanni ſacri appareat, vt notat Adamus Leonicenus. Nam [e] Adrianus Iunius putat ab ijſdem Germanis Licht oder nachtmugκ vocari, quemadmodum etiam à Belgis een licht ofte nachtmugge, quaſi ab hiſce populis inter Culicum genera referretur. mugκ enim vel mugge Culicem appellant. Poloni Zl' otnik chrzaszezeκ vvnocij szvvieccacij. Hungari Eyel tvvundoeκloe bogaratsκa vilant ſo. Angli à globert, à gloevvor me that sbynith bynich.

Noctuuigila dicta venus. [d] *Lib.5. de Ling.lat.*

[e] *In Nomenclatura.*

# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

Genera. Pennatę deſcriptio.

CICINDELARVM pars pennata eſt, pars impennis autore Ariſtotele, quod etiam & Formicarum generibus accidere dictum eſt. Pennata pennas incluſas in vaginis fuſcis habet. Caput à ſuperna parte ceu Cucullo quodam clypei inuerſi, & incumbentis formam habente totum contegitur, fuſci vt vaginæ coloris. capitulum ei paruum nigerrimum, in duo tubercula diſpartitum; ceu gagatis ſplendore ocellos. Aluum habet annuloſam multis ſegmētis diuiſam, in cuius extremo guttulæ duæ ignis inſtar pellucidæ, ſed è lucido igneo ad viride ſeu ſubcæruleum tendentes, qualis nonnunquam flammæ eſt ex ſulphure incenſo color, conſpiciuntur tunc maximè cùm aluo compreſſa humor ille diaphanus ad extremum alui vergit. ſupina pectoreq; luci obuerſo ignis inſtar lucet. Non ſatis diligenter hoc conſideraſſe videtur Plinius, & qui cum ipſo ſentiunt, nunc pennarum hiatu Cicindelam relucere, nunc compreſſu obumbrari. quod autem modò ſplendeat, modò verò non, fit quia humor ille modò ſurſum in aluo retrahitur, modò propendet, & extruditur, idq; motu voluntario ita euenire videmus. nam vbi hoc animalculum laceſſitur, aut eius aluus digito premitur, lucentem humorem emittit. hunc autem humorem veneni alicuius, quamuis non vſq; adeo inſignis, participem eſſe credi poteſt, propterea quòd [a] Albertus Magnus commemoret, ſe id expertum eſſe, quòd calor eius ſi manu imponatur, perſentiatur, leuiterq; perurat. Pennatas Lāpyrides Boſtrychos vocat Ariſtoteles, Gaza Cirros vertit. Eſt autem βοστρυχος & βόστρυξ, Cincinnus capilli certo modo plexi. ſunt & qui propriè Cirrum muliebrem ita dici putent. [b] Ariſtophanes ὡσπερ ἰδὴ' ἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον. Ab Heſychio βόστρυχοι exponitur πλόκαμοι. itidemq; βόστρυχος ab Etymologo πλόκαμος. qui & notationem huius nominis addit, videlicet à βότρυς, vt nimirum dicatur quaſi βότρυχος. Cæterùm Inſectum hoc quod prima tabula Erucæ ferè ſimile in ſepium fouea repertum Lampyridem ἄπτερον eſſe iudico, cùm & ipſum proprio ſuo lumine in fouea latens noctu proditum fuerit. Tæneæ eſt inſtar cōpreſſum, pollicem ferè longum, ſex pedibus anteriori parte inſtructum, nullis poſteriore. Capitulum nigrū quatuor cirris tanquam corniculis Limacis inſtar munitū, collo albo quod ad libitū modò exerebat, modò contrahebat, præſertim laceſſitum ſub primę inciſurę lamellā tanquā galeam caput contegentem. Compoſitum enim eſt ſegmentis duodecim, ſibi mutuo imbricatim ſuccedētibus, ac ſe ſubeūtibus laminarū inſtar dorſo æqualibus, ac cōpreſſis nigris, quę tamē ſingula ad latera puncto vtrinq; notata purpureo. Pedibus, inquā, ſenis oblon-

Vt luceat, & vbi.

Lucidus humor qualis & vbi. [a] *Li. de virt. Lapid.*

[b] *In Nubibus.*

Lampyris ſine alis.

A oblongiusculis, & trium articulorum : stans & cauda trahens dracunculi quodammodo speciem præbet. Cùm verò his pedibus anticis progreditur, caudam sub ventrem inflectens, & antrorsum complicans postica parte arcuatim repit. Nam & cauda pedum eorum vicem subit, qui in posteriori parte in veris Erucis existunt. Hanc enim candidam, & tricuspidem promit, qua posticam corporis partem inter serpendum sustinet, & cuilibet rei, vt aciculæ affixa adhæresci pendula. Prima & antica segmina longiora sunt, breuiora verò versus caudam vergentia, & medio latissimum corpus paulatim in caudæ penicillatum mucronem attenuatur. Aluo extrema egerit excrementum quoddam lentum, ac ceræ in modum fluuum, quod ipsum nonnunquam cauda ad os adducta in circulum ceu vertitur, contractum ori admouet, quo tamen etiam similem liquorem vomere videtur, ac veluti filo facto retrocedit illud diducit, ac protrahit lentore sequax, deinde denuo absorbet. Parte prona modicè nigrescens diluta purpura, qualis Persici florum est, admixta variat. Qui purpureus huic est maculârum color in quibusdam magis lutescit. [c] Iulius Scaliger in Vasconia sine alis Cicindelas esse scribit, Erucæ maioris quantitate, crassiores, ventricosas, Lucrambam ibi vocari. Ex harum grege ea forte erit quam secunda tabella pronam, & supinam ostendo, vnà cum Lampyride alata.




[c] *Exer.* 194.

# LOCVS. ORTVS. GENERATIO.

C MENSIBVS Aprilis, Maij, & Iunij vesperi per prata cernuntur Lampyrides, necnon & alijs anni temporibus, vt autumni, sed tunc rarò volant. Quo circa Plinius de Scarabæorum agens generibus, & ijs Insectis quorum alæ vagina cooperiuntur, inquit: Lucent, ignium modo noctu, laterum & clunium colore (legunt alij fulgore, alij candore) Lampyrides, non antè matura pabula, aut post dissecta conspicuæ. Hyemis autem tempore nullibi apparent; arcet namq; has iniuria frigoris, cuius vt cætera plurima Insecta, sunt impatientissimæ: propterea q; in frigidiusculis regionibus nullibi conspicuæ. Has putat [a] Iohannes Baptista Porta Neapolitanus è rore nasci, quod neutiquam arbitror. Hesychium autem, qui ait λαμπυρὶς ζωύφιον ἐκ φρυγάνων γινόμενον, id est Lampyris est animalculum ex stuppa natum, non ita intelligere oportet, quasi materialem ortus causam stuppam, aut sarmẽta, aut similia quæ φρύγανα Græci dicunt, constituat, sed quòd in ijs tanquam in aliquo loco generentur. nam inter pabula plærunq; volitant. Harum autem procreationem ignotam antea sapientibus, primus omnium, quos nostrum adspexit seculum, doctissimus Iulius Scaliger, aperuit. D is enim plurimis in locis attestatur per coitum propagari, in doctissimis suis in [b] Theophrastum Commentis, quando inquit. Insecta, quæ habentur pro imperfectissimis (animalibus) » diutissimè in coitu immorantur, vt Pulex, Cicindela. & rursus ibidem: Insecta pariunt haud » ita multò pòst: Cicindela postridiè. in cuius rei confirmationem hanc [c] alicubi historiam re- » citauit, docens contra Cardanum Apes oua posse simul habere in vtero, & continuo esse ope » re, Duo inquit, tibi, etiam sapientibus ignota declarabo. Primùm scito Cicindelam à me cũ » suo mari deprehensam in coitu. Mas ne contactus quidem abstitit. In pertusa pixide conditi » fuêre per totam noctem. Postridiè adhuc hærebat mas: in meridie solutus obijt. Ab ea hora » sub vesperam vsq; oua multa edidit fœmella: quæ intra viginti horas viuificata abierunt. sic » momento eduntur Insectorum oua, atque perficiuntur. Quod & Philosophus dicebat in » primo de Generatione animalium. De Insectis loquens ait: Συμπλέκεται μὲν πολὺν χρόνον, διαλυθέντα δὲ τίκτει ταχέως. Hæc si ita sint, vt mihi ex tanti viri autoritate persuadeo, necessarium est ex ijs ouis, quæ parit Cicindela Erucam, quandam fieri, quam impennem Cicindelam nominat Aristoteles, & ex hac tandem alatam gigni. sic enim ait [d] Philosophus,

Quo tempore volẽt.

Ex rore non nasci.

[a] *Phytog. 6. cap. 3.*

Coitu propagantur.

[b] *Lib. 4. de caus. Plan.*

[c] *Exer. 191.* Cicindelæ historia mira.

[d] *Hist. 5. cap. 19.*

loſophus, Ex Erucis quibuſdam corpore piloſo (ἐκ καμπῶν δασέων hoc eſt denſo corpore, δασὺς enim præterquam, quod ſit piloſus, & hirſutus, etiam denſus exponitur) non grandi primùm fiunt Cicindelæ non volucres: quibus deinde mutatis pennigera animalia gignuntur quos Boſtrychos vocant. has Erucas arbitror eſſe eas, quas paulò antè depictas oſtendimus; quamuis minimè ſint hirſutæ. nam dubito valdè vtrumnam δασέας καμπὰς intelligat Ariſtoteles loco citato, denſas, an hirſutas, vt Gaza cæteriq; tranſtulerunt interpretes. E

[b] *Lib. 5. Memor. cap. 61.* Nihilominus [c] Gaudentius Merula Vermes nocte ſplendentes in Italia ſe obſeruaſſe ſcribit, quæ erant piloſæ, cùm inquit. Euolant autem Lampyrides per totum ferè autumnum. Hyeme & primo vêre nuſquam apud nos apparent. Vermes etiam piloſos per æſtatem, & autumnum in foſſis herbidis, & aquis carentibus cùm eſſem in foro Lebetiorum, qui hodiè Burgus Lauizarius appellatur patria mea, per noctem ſplendidulos collegi. eoſdem etiam vidi per lacunas circa Vigleuanum, quod veteres Vergeminum appellabant, cùm captandæ auræ gratia cum Simone Puteo, & litteris, & moribus ornatiſſimo deambularem. hos autem Vermes aliquis non ſine ratione affirmare poſſet eſſe Erucas, quarum ſuperius mentionem fecit Philoſophus, & ex quibus Cicindelæ procreantur: ait enim Ariſtoteles Formicarum modo impennes eſſe Lampyrides, & pennatas. Pennatarum his verbis ſexum diſtinxit [f] Scaliger: Marem verò alatum hic quoq; (in Vaſconia) eſſe, ſed non lucere compertum habemus.

Sexus.

[f] *Exer. 194.* F

# MORES. NATVRA.

Benignum animal. Luminis amans.

MIRA naturæ benignitate præditum hoc Inſecti genus. neq; enim ſi tangatur, aut manu teneatur, quidquam homini nocet; non morſu impetit, aut punctione obuium laceſcit, atq; moleſtat. Ad candelas & lumina frequenter auideq; aduolat, quemadmodum Papilionis id genus, quod ſuperiùs deſcripſimus inter Papilionum genera. atque hæc erit fortaſſis ratio, cur à quamplurimis Lexicographis Lampyris Cicindela, & φάλαινα Nicandri (quæ per ἀφοκοπὴν φάλης Lycophroni dicitur) ſynonyma putentur, παρὰ τὸ εἰς τὸ φῶς ἅλλεσθαι, quòd ad lumen volet. Sed cùm φάλαινα ψυχὴ, dicatur à vetuſtiſſimo Nicandri Scholiaſte, vt etiam ſuprà docui, æſtimandum erit, φάλαινα à Nicandro Lampyridem non dici, ſed Papilionis eſſe genus. G

# LVMINIS NATVRA.

[a] *Lib. 2.*

CONSIDERANDVM nunc eſt, quomodo Cicindelæ, ſimiliaq; Inſecta, quæ noctu lucent, eluceſcere videantur. Ariſtoteli in opuſculo de ſenſibus (vt ſcribit Philalthæus in ſuis ad [a] Ariſtotelis libros de cælo Commentarijs) polita terſaq; præſertim aquea, & aëria apta eſſe ad producendũ fulgorem, ſed non ad mittendam lucem aſſerit. Idcirco illa animalia quæ noctu vagantur perpolita dum volant, aërem terunt nocturnum, & fulgent. at gemmæ, & diaphana perpolita apta ſunt ad fulgorem. Melior certe eſt ea ratio, quam reddit egregius philoſophus, omniumq; ſcientiarum peritiſſimus [b] Georgius Reiſchius in ſua Margarita philoſophica. Noctilucæ, inquit noctu ideo viſibiles dicuntur, quia intrinſecum, & connatum lumen habent, vnde etiam in nocturnis tenebris videntur, ſicut & ligna putrida, Vermiculi, ſquamæ piſcium, lumenq; illud ingenitum habent ab igne. H Nam huiuſmodi Vermes, quoniam ſine ſanguine ſunt, & frigidi, igneæ partes circa digeſtionis locum concurrunt, & ibi lucent. Sic & piſcibus qui frigidi ſunt, & in frigido degunt elemento, natura ſquamas prouidit multum duras, & terreſtres partes igneas conſeruantes pro fortificatione caloris naturalis. In lignis autem putridis ignis, cum humido aërio ad extremitates colligitur. Sed cur lumen Cicindelæ, aut Noctilucæ aqua, aut glacie non extinguatur, hanc poſuit cauſam [c] Albertus Magnus. Non enim, inquit, poteſt dici lumen illorum eſſe de natura cæleſti: quod natura cæleſtis non venit in compoſitionem corporum generatorum, & corruptibilium. Sed huius & ſimilium determinatio accipitur ex his, quæ à nobis in ſecundo de anima ſunt determinata. vbi oſtendimus, quòd natura perſpicui, non eſt propria alicuius elementi, ſed communi natura quæ eſt in multis, & participata eſt per prius, & per poſterius ab illis; quæ quidem purior eſt, quanto eſt ab opacitate remotior; & hoc eſt, quanto eſt naturæ ſuperiorum ſimilior: & huius

[b] *Lib. 10. tract. 2. c. 10.*

Piſciũ ſquamæ cur nocte luceant.

Ligna putrida cur noctu luceãt.

[c] *De ſenſu & ſenſato.*

Lumen Cicindelarũ cur aqua non extinguatur.

propriè

A propriè actus est lux, quæ fieri habet in illa natura. Fit autem in ipsa quotiens constat partes eius limpidiores, & nobiliores: & ideo tunc micant omnia talia. Hæc autem compositio aliquando est, in toto composito; aliquando non in toto; sed in exterioribus alicuius; cuius causa est, quòd cùm talis natura sit elementorum leuium, magis accedit ab intimis compositorum ad extrema, eò quòd talia supernatant: & sic inuenitur in capitibus, & spinis & ossibus quorundam piscium; & in testis ouorum quorundam, eò quòd tales partes minus assæ sunt: & egit in eis calor multam naturam densatorum perspicuorum: aliquando agit hic calor in exterioribus quarundam rerum, quando exhalat ab eis, & trahit secum subtile multæ diaphanitatis, & sic lucent partes quercus putrefactæ. Omnia tamen hæc, quæ debilem habent lucem, tegunt clariori luce superueniente: sicut alibi determinatum est. Hucusq; Albertus, qui cùm de Noctilucarum lumine ageret de alijs item noctu lucentibus suam opinionem haud sanè aspernandam prorsus, tradidit, vt suam rationem de Cicindelis horum exemplo clariorem faceret. Sed & nos librum de noctulucentibus composuimus, quem si vita supererit, suo tempore edituri sumus, præmissis ijs qui magis sunt necessarij. Dedit autem natura Cicindelis hoc parte posteriore lumen quo noctu videant cùm volant, B exiguum id nobis esse fateor, illis tamen sufficiens ad monstrandam agrorum viam, quam nocte peruolant.

# DENOMINATA.

Λαμπυρίζω Lampyridem refero, Cicindelæ instar luceo, vtitur hoc vocabulo [a] Dioscorides, in Stibij descriptione, & probitate, στίμμι, inquit, δὲ κράτιστόν ἐστι τὸ στιλπνότατον καὶ λαμπυρίζον. Plinius quoque de Stibio (idest lapide spumæ candidæ nitentisq;, non tamen translucentis) magis probari fœminam ait, cùm ea niteat, mas contrà cùm minus radiet. Pro λαμπυρὸν autem, quod apud Hesychium legitur, exponitur, εὔλαλον, εὐτράπελον, κατὰ πλητικὸν, ex Eustathio, & veteri quodam lexico reponendum λαμυρὸς. quæ scriptura ordini litterario in Hesychij codice non repugnat.

[a] *Li. 5. c. 99.* Stibij bonitas.

C

# PRAESAGIA.

DOCET [a] Plinius Lampyrides indicare tempus maturitatis hordei, & vltimæ sationis, quo solet milium, & panicum seri. Extremo autem, inquit, hoc tempore, panici milijq; satio est. Iustum est hoc seri maturato hordeo, atque etiam in eodem aruo. Estq; signum illius maturitatis, & horum sationis commune, lucentes vespere per arua Cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus. Græci verò Lampyridas, incredibili benignitate naturæ, & [b] subsequenti capite, dum monet agricolas, ne aspiciant stellas, sed magis tempora serendæ frugis: Iam, vergilias, inquit, in cælo notabiles caterua fecerat. non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans: Cur cælum intuearis agricola? cur sydera quæras rustice? iam te breuiori somno premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spergo peculiares stellas, easq; vespere, & ab opere disiungenti ostendo: ac ne possis præterire miraculo sollicito. Videsne, vt fulgor igni similis alarum compressu tegatur, secumq; lucem habeat, & noctem? [c] Baptista Mantuanus in eodem sensu hæc canit:

[a] *Lib. 18. cap. 27.* Sationis vltimæ indicium. Miliũ quando serendũ. Hordeum quando maturum.

[b] *Lib. 18. cap. 28.*

[c] *Acglo. 1.*

*His tandem studijs hyemem transegimus illam.*
*Ver redijt, iam sylua viret, iam vinea frondes,*
*Iam spicata ceres, iam cogitat hordea messor.*
*Splendidulis iam nocte volant Lampyrides alis.*

# ÆNIGMATA.

DE Nitedula ſeu Cicindela Ænigma tale confecit [a] Iulius Scaliger. *In Aenig.*

*Non ignis, non ſtella micans, non candida Luna:*
*Me tamen in cæca non niſi nocte vides.*
*Sic ſcribit ſapiens, ſapiens ſibi lumina præfert.*
*At mihi ſic ſapio, lumina pone gero.*

# EPIGRAMMATA.

ELIGANTIBVS ſanè verſiculis Cicindelę naturam hiſtoriamq; complexus eſt Antonius Teleſius Goſentinus, quos non pigebit ſubnectere, habentq; ſe hunc in modum:

*Tantula nocte volans volucris micat aëre tantum,*
*Ardenti ſimilis ſcintillæ, quam puer olim*
*Aequales inter metuebam tangere, ne me*
*Vreret, infirma eſt ætas cùm neſcia rerum:*
*Quæ quoniam noctu lucet, cognomen adepta eſt,*
*Aut incenſa nitet quoniam velut ignea lampas*
*Cauſa ſit vna licet, nomen non eſt tamen vnum.*
*Hæc modo ſumma petens commotis emicat alis,*
*Rurſus & adductis fuluum decus aurea condit,*
*Ardentiq; procul fugiens leuis igne coruſcat.*
*Et quocunq; volat ſecum ſua lumina geſtat;*
*Lumina quæ tenebras arcent quæ flamina temnunt.*
*Nunc, velut obſequioſa videntibus, aduolat, atq;*
*Fit magis atq; propinqua magis, ſcintillat & ante*
*Ora minuta velut candentis fruſtula ferri.*
*Ex quo rapta Ioui Stygio Proſerpina: namq;*
*Vna fuit comitum: veterem mutata figuram*
*Quærit adhuc domina veſtigia, & omnia luſtrat.*

# VSVS IN VARIIS.

HVIVS liquor ille lucidus in chartis ſulco tractus ad oſtentationem aliquando fuit ab Hadriano Iunio cum in Bononiẽſi agro ruſticaretur. Quod enim cum hoc liquore de die ſcribitur, id noctu legi facillimè poteſt. Sunt qui hunc liquorem non ſimplicem ſumunt, ſed cum alijs commiſcent, quo poſtea ſcribunt, aut imagines in parietibus pingunt, quas orto ſole abſcondi, occidente verò apparere volunt. Accipit itaq; [a] Vitalis fel canis, lignum ſalicis putrefactum, & Noctilucam, quæ omnia ſimul commiſcet, cum ouorum albumine, ac ea mixtura vtitur. Cicindelæ quæ noctu lucent (vt inquit Cardanus) docent nos liquorem fieri poſſe, qui luceat in tenebris. fit autem putreſcentibus his, quæ candorem, lucem, ac perſpicuitatem ſummam habent: & fieri poſſe [b] Euonymus non dubitat, ſed quibus, & quomodo, adhuc ipſi incertum eſt. Modum autem nobis docuerunt nunc plurimi. [c] Gaudentius Merula, Lampyrides inquit, quas nos Cicindelas vocamus, per noctem emicant. Ex ijs putreſcentibus in vaſe aqua fit, ſiue liquor potius ſit, qui mirè eluceat in tenebris. Ex his animalculis laticem conficit Iohannes Baptiſta Porta Neapolitanus citante hunc [d] VVeckero, qui tantum luminis, atque ſplendoris nocte refundat, quanto lectionis præauido eſt opus. Nitedulæ, inquit igneo multùm colore coruſcantes, inter omnia principatum obtinent (ſunt enim alia plurima, ex quibus idem fieri poteſt) Nos earum caudam à corpore reſcindimus præcauendo, ne alieni quippiam nitidis partibus immiſceatur, porphyretico lapide terendo, diebus quindecim, vel pluſculis ſub fimo vitro condimus: fueritq; præſtantius ne latera contingant, ſed pendeant: nam elapſis diebus, furno, vel calentis aquæ balneo vaſi impoſito

[a] *Ad diuer. morb. reme. cap. 85.* Liquor lucens in tenebris.
[b] *De Reme. ſecr.*
[c] *Memor. lib. 3. cap. 61*
[d] *Lib. 3. de Secre.*

A posito, & accommodato, paulatim luculentum, & stillatitium laticem subiecta paropside recipias, ac pellucido cristallino orbe condito: sic conclauis medio lucigena pendeat aqua, & aërem illuminabit, qui est circa illam, vt maiusculæ litteræ noctu possent conspectari, dummodo à non magis splendido illustretur. Sic enim illius penitus lumen exiguum exolescit, vt interdiu videri nequeat. [c] Mizaldus paulo aliter hunc parandi laticem refulgentem modum docuit. Lampyrides enim vult vitreo vasculo, quod diligenter opertum sit, immitti, ac fimo equino per dies aliquot obrui, vt in liquorem soluantur, qui cum æquali portione hydrargyri, vt decet, purgari, vitrea phiala pellucida includi, medijsq; ædium laquearibus appendi debet. Sed hæc & similia irridet Iulius [f] Scaliger contra Cardanum sic inquiens. Cicindelæ exemplo cum dicis arte posse liquorem excogitari, atq; parari, qui reluceat in tenebris, videris posse lucem è cælo diductam in materia, tanquam in triremum captiuum remigem imponere, atq; in catenis habere. Lampyrides vt scripsit [g] VVeckerus in cucurbita vitrea lento igne decoctæ aquam efficiunt piscibus capiendis aptam. [h] Baptista Porta Neapolitanus ait Lampyrum Vermiculum (per quem Cicindelam intelligo) in matrice mulæ alligatum, mulieri sterilitatem facere.

[c] *Memorab. Cent. 6.*

[f] *Exer. 194.*

[g] *De Secret.*
[h] *In Phytog. lib. 6 cap. 3.*
Sterilitas mulierum qui fiat.

B

# DE BLATTIS. Cap. IX.

## ORDINIS RATIO.

QVANTVM ex antiquis autorum monumentis colligere possum, non constat quænam sit Blatta veterum. Quin potius arbitrandum est nomen commune multis Insectis fuisse, aut bestiolis, quarum cùm de generibus agam, aut Blattarum differentijs, numerum recensebimus. illud autem hoc in primis loco dicendum est, cuius causa postrem ò hic à nobis inter ea, quæ inclusas vagina alas gerunt, tractandum fuit, [a] Plinium nimirum Blattas inter Scarabæorum genera retulisse, vt ferè omnia Insecta Coleoptera.

[a] *Lib. 11. cap. 28.*

C

## AEQVIVOCA.

RECENTIORES scriptores Blattam Vermiculum Bombicem intellexerunt, cuius textu vestes sericæ conficerentur: vnde Blattea vestis, & Blatteum paludamentum apud Lampridium Capitolinumq; pro serico, aut alio quouis pretioso: vel, vt Paulus Ægineta, pro purpura: quoniam Indicum conchilium vulgò Blatta dicitur. Sic Cassiodorus in Epistolis Blatteum pro purpureo cepit; Chamæleon, inquiens, modo prasina, modo cyanea, modo Blattea varietate se commutat. Ab hoc colore Blatta etiam dicitur frumentum, quod rubicundum sit, sementi accommodatius, in purpuram declinans. Blatteum pallium [a] Adrianus Turnebus interpretatur purpureum, vel coccineum à Blattis, & Vermiculis, vt quidam putant, qui è Chermes, vt Arabes vocant, & è cocco sanguinei coloris erumpunt. Alij Blatteum colorem pro purpureo dictum putant à Flauio Vopisco in Aureliano à Blatta Byzantia, quæ [b] Dioscoridi vocatur onyx, Latinis vnguis odoratus, & Conchula odorata seu Indica. Est autem testa cuiusdam generis conchiliorum non dissimilis purpuræ: vt quod in India reperitur, & Dioscoride teste aromaticum odorem habet, propterea, quod nardo in paludibus istic nascente ea conchilia pascantur. Βλάττιον Βυζάντιον, apud Actuarium, & recentiores medicos Græcos, dicitur os anterius narium purpuræ; vt & apud Nicolaum Alexandrinum in quorundam vocabulorum expositionibus legitur, *βλάττιον Βυζάντιον ὀσφραῦ τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας*. Diuersum itaq; hi statuunt Blattam Bizantiam ab Onyche Dioscoridis. in qua sententia est etiam [c] Adrianus Turnebus. Blattium etiam Bizantium, inquit, os naris purpuræ dicit. Actuarius esse, vt inde & purpureus dicatur color Blatteus. Eutropius scribit Neronem piscatum esse retibus aureis, quæ funibus Blatteis extrahebat; quod Tranquillus dicit, piscatus est reti aurato, purpura coccoq; funibus nexis. Andreas Alciatus (in lib. xi. Iustiniani cod. in l. notas serico blatæ, & metaxæ species) Castigatior, inquit, lectio erit serico baptæ, id est, serici tincti; Βάπτω enim significat tingo. inde baptæ apud Iuuenalem dicti, quod faciem fuco illinerent. Μέταξα autem Græcis à nobis

D

Blatta dicitur Bombyx.
Blatteum pro Serico.
Purpura Blatta dicitur Æginetæ.
Blatteum palliũ quid.
[a] *Aduers. lib. 18. c. 17.*
E Chermes Blattæ.
Blatta Bizantia.
[b] *Lib. 2.*
[c] *Aduers. 18. cap. 17.*
Blatteus color.
Sericum.
Serico bapta.

bis sericum dicitur: cuius tinctores baphij, παρὰ τὸ βάπτειν, quod est tingere. Hinc baptoſericum pallium Flauio Vopiſco in Aureliano: licet corrupti codices brattoſerico, ſeiunctim habeant, quamuis nunc mihi fiat magis veriſimile, & Vopiſcum, & Imperatorem ſenſiſſe non de bapta, ſed de Blatta hoc eſt purpera: nam Blattam pro conchilio capi ſcribit Paulus Aegineta, & quem Suetonius in Nerone coccineum funem, & Oroſius purpureum, Eutropius Blatteum dixit. Meminit & Caſſiodorus in Epiſtolis, & Lampridius in Alagab. Parauerat funes Blatta, & ſerico, & cocco intortos. Cenſeo itaque hîc legendum ſericoblattæ: & apud Vopiſcum Blattoſericum pallium. & cùm vxor ſua peteret, vt vnico pallio Blattoſerico vteretur, ille reſpõdit: abſit vt auro filia penſentur. libra enim auri tunc libra ſerici fuit, &c. prohibet igitur Imperator non ſolũ veſtes inferri purpureas ſerico intextas, ideſt ſericoblattam, ſed etiam ſericum ipſum ſimplex, ideſt metaxam. Hunc autem Iureconſultum Cœlius Rhodiginus contumelioſè reprehendit tanquam lapſum in errorem manifeſtarium, quod Aeginetæ Pauli autoritate purpuram dici Blattam velit.

Blattoſericum palliũ.

*lib. Antiq. lect. li. 8. c. 11*

# SYNONYMA.

THEODORVS Gaza apud Ariſtotelem πρασοκουρίδες Blattas tranſtulit, ſed quam benè dictum eſt à nobis ſuperiùs. Praſocurides appellat Hermolaus Vermiculos porrum braſſicamq; infeſtãtes, & lactucas, & alia quædam olerum. Extant Nicandri hi verſus in Alexipharmacis.

Ἰξιόεν δέ σε μή τι δόλῳ παρὰ χερσὶ πῶμα
Οὐλοφόνον λήσειεν ὅτ' ἀκιμοειδὲς ὄδωδε.

ἴξια quid.

In quorum interpretatione Scholiaſtes meritò reprehenditur, qui annotauit ἴξιαν eſſe γένος τῆς σίλφης τῇ χροιᾷ μέλαν, ideſt genus Blattæ colore nigrum; cùm Paulus Aegineta non inter Blattas, ſed venenatas radices poſuiſſe videtur, quãdo inquit, τῶν δὲ λητηρίων χαμαιλέων, ἀκόνιτον, θαψία, ἴξιας. Idem tradit[a] Aetius. Inter lethalia quoque medicamenta Dioſcorides ἴξιαν refert, ſic inquiens. ἴξια δὲ ὅς καὶ οὐλόφονον καλεῖται, ἐντὸς πίνεται ὅμοιόν τι ἀκίμῳ κατὰ τὸ ὀσμῶ καὶ κατὰ τὸ γεῦσιν ἐμφαίνει. ita enim ſcribendum putat autor Theſauri linguæ Græcæ, non ὅ τι ἀκίμῳ. Obſeruandum itaque Nicandrum in illis verſibus ἰξιόεν πῶμα periphraſticè ἴξιαν appellaſſe. Nam ἀκιμοειδὲς ὄδωδε conuenit cum eo, quod dixit Dioſcorides ὅμοιόν τι ἀκίμῳ καὶ κατὰ τὸ ὀσμῶ ἐμφαίνει. Obſerua item obiter vocem οὐλοφόνον, quæ itidem apud Dioſcoridem eſt nomen, quo à quibuſdam vocatur ὁ ἴξιας. Adeo, vt non ſimpliciter conſiderandum ſit hoc vocabulum οὐλοφόνον tanquam epitheton, vt cenſuiſſe videtur Scholiaſtes, cùm exponit τὰ θλαβάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν. Itaque intelligenda illa poëtæ carmina ſunt non de Blattæ quadam ſpecie, ſed de quodam medicamento lethali, ſiue ſit radix ſiue, ſiue planta Chamæleon, quàm ait Dioſcorides ἰξίαν appellatam, quia ἶξος ideſt viſcum quibuſdam in locis circa eius radicem inuenitur, quo pro maſtiche vtuntur mulieres. vnde Gorræus exiſtimat non omnem Chamæleonem ἰξίαν appellatam fuiſſe, ſed tantum eam, quæ viſcum profundit. Scire eſt etiam Galenum in expoſitione vocum Hippocraticarum ἴξιον interpretari φύλλον τῦ λοῦ κοῦ χαμαιλέοντος, ideſt folium albi Chamæleonis, Σίλφιον autem Blattam in Gloſſario dici ridiculum eſt. Vicino nomine eius proprio deceptus Gloſſarij autor. Nam Σίλφη vbiq; ferè apud Græcos Blatta dicitur, Σίλφιον ſuccus ille nobilis, qui Cyrenaicus nuncupatur, & à Latinis Laſerpitium. Hinc ridendus, & alterius cuiuſdam interpretis error, qui Silphiophoron Cyrenis agrum hoc eſt, vt Catullus, inquit, Laſerpitiferum, à Blattis cognominatum ratus Blattiferum conuertit in Strabone. Apud Ariſtotelem Σίλφη à Gaza Silpha traducitur, quæ non eſt Blattarum earum ſpecies, quæ vagina incluſas pennas gerunt, quandoquidem non numerat inter coleoptera, ſed inter ea genera Inſectorum, quæ ſenectutem exuunt, & bipennia tantummodo atq; anelytra ſunt, vt ex eius hiſce verbis cognoſcere licet. Inſecta enim, inquit, eodem modo exuunt ſenectutem quibus hoc ſolitum eſt; vt Silpha & Culex, & ea quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabæi. Scribitur etiam τύλφη. Ineptè χρίσαλλις in Gloſſario Blatta vertitur, quid autem ſignificet alibi à nobis dictum eſt cùm de Papilionibus ageremus. Blatta dicitur à pluribus ſcriptoribus Vermis, qui alucaria lædit à βλάπτω, quod eſt noceo. Iſidorus à colore Blattam nuncupatam ſcribit, quòd comprehenſa manum tingat, vnde Blatteum colorem dicunt. Hadrianus Iunius Σίλφιον Blattamq; ac Plinij, & Tineam Horatij Vermiculum exponit libros, & veſtimenta erodentem, qui Σής Theophraſto dicitur, Italis Tignola, & Tarma. Quomodo autem in alijs linguis dicantur, cùm videam omnes, quotquot ſunt, Grammaticos mirum in mo-

Chamalæõ ἰξία appellata, ſed nõ omnis.

Laſerpitiferus ager Cyrenis.

Etymon.

In Nomenclatura

[a] *lib. 13. c. 71. lib. 6. c. 23.*

A in modum ea nomina confudisse, quæ cuique Blattarum speciei conuenire putamus, planius in sequenti loco, vbi de generibus earum agemus, indicabimus.

# GENVS, DIFFERENTIA, DESCRIPTIO.

IN pulueris cuiusdam confectione apud Nicolaum Myrepsum legitur φάλης κεκαυμένης, quo nomine intelligit [a] Adrianus Turnebus Lucernarias Blattas, vel Papiliones lucernis aduolantes, quas φάλας, & φάλαινας Græci nominant, & apud Aelianum Phalænas exponit interpres Blattas quasdam noctu ad lucernas volantes. Phalænas autem Apibus insidiari tradit Aelianus. Sed Papiliones lucernarios neutiquam Aeliani Phalænas esse existimo, quamuis non dubitem apud alios autores hoc nomine eos vocari. Nam Blattas, B quas Virgilius, & ex eo Columella, Apibus noxias esse scribunt, non lucis, sed tenebrarum amore teneri significant hi [b] Maroniani versus.

*Nam sæpe fauos ignotus adedit*
*Stellio, lucifugis congesta cubilia Blattis.*

Quapropter Robertus Constantinus in supplemento linguæ Latinæ, alijque non ignobilis famæ viri, Blattas Lucifugas Virgilij, nigra animalcula esse scripserunt, Scarabæis, vel Gryllis similia, velocia, quæ interdiu delitescunt. aiunt hæc Gallis vocari Caphards, Græcis Σίλφας, nũc vulgo καλοιῤῥοὶ, Italis Piattole, Venetis schiam. Sed Piattole arbitror propriè apud nos esse ea Blattarum, aut Pediculorum potius genera, quæ obsenas hominum partes ex cõcubitu contracta inuadunt, Platluysen Belgæ appellant. Blattæ autem Lucifugæ Bucaroni vulgo dicuntur, ac inter Scarabæos referuntur. has putant esse apud Dioscoridem Σίλφας ἀρτοκοπείων, siue Blattas pistrinarias; Mathiolus in doctissimis suis ad [c] Dioscoridem commentarijs Blattarum plura esse genera ex Plinio confirmat, verùm has, quarum in Hetruria aliquibus in locis ingens est multitudo, quæ vulgò vocantur ibi Piattole, noctu magis quàm interdiu in cellis vinarijs apparentes, circa latrinarum ora, in pistrinis, balneis, vliginosisque ædium partibus, fœdissima quidem nauseosaq; animalia, Dioscoridem intellexisse autumat, C non autem Vermiculos illos oblongos, quæ in Apum aluearijs, & in carnibus diù sale inueteratis nascuntur, quanquam hi Blattæ nomen sibi vindicarint, Barbeggie vulgo dicti Senensibus alijs Carpe. Sed illæ, vt ait, Gryllos, qui noctibus æstate strident, quadamtenus referunt: planiores tamen cruribus quadamtenus tenuioribus Araneorum modo, proinde fugæ citissimæ. Lux istis aduersissima, ita vt si nocte lumen repentè inferatur, humentibus locis in quibus degunt, celerrimo cursu refugiant. Hæ Latinis pariter, & Italis Blattę nominantur: Germanis Gryllen, & Heymichem: Hispanis Rapacoua. Blattas quasdam frumentaceas commemorat [d] Scaliger alis carentes, quæ inter furfures, nutriuntur pro alendis Luscinijs, cùm saluber illis sit cibus: tonsores plerunque habent hanc curam, vt nutriant, & custodiant. Porrò Plinius tria Blattarum genera recenset, Molles, Myloecon, & tertium odore fœdo inuisum acuta clune. Molles, vt censet Dalechampius, Insecta sunt oblonga, & teretia, & colore subrubra. Reperiuntur in saccis, & arcis farinaceis. Auidissimè ijs luscinię vescuntur, illarumque esu à morbis familiaribus liberantur. Σιτοφάγους quidam eas vocant, quod farina nutriãtur, Dioscorides ἐν ἀρτοκοπείοις ὁρισμένας appellat. Hesychius quoq; Σίλφης μαλακῆς meminit Μυλικοὶ, & μολοικοὶ, quæ & μυλακρίδες, & μυλακρίδαι, & μυλαβρίδες, & apud D Hesychio μυλακρίαι Scarabæis, siue Cicadis sunt similes, vt idem annotat Dalechampius, quæ in moletrinis, & pistrinis gignuntur, colore quidem nigro, sed ob farinam conspersam albicantes. Μυλακρὶς (ita enim in vulgatis codicibus legitur, pro quo reponendum suspicatur autor Thesauri linguæ Græcæ μυλωκρὶς) à Polluce tribuitur cuidam Insecto, magnitudine Cicadæ, colore exalbido, quod farina vescitur in moletrinis. Hanc ait autor Thesauri linguæ Græcæ σίλφιον appellasse, pro quo habemus τίφλον apud Pollucem. quod si τίφλον legas? Hæc erit vera Blatta Pistrinaria cuius tot sunt à Dalechampio paulò ante citata synonyma. Fœtidæ Græcis βδέουσαι, quasi βδέλυκται, & βδελυττόμεναι abominandæ, in aggeribus terrenis, & apricis inueniuntur, Cimicum modo putidæ autore Dalechampio. idem tradit hasce Σίλφας appellari ab Andromacho apud [e] Galenum, & ab Archigene apud eundem Σίλφας ἀνυπτέρων. Dicitur σφονδύλη esse Insectum odore tetro de Blattarum genere. [f] Aristophanes. Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα ποιηρότατον βδεῖ. Vbi Scholiastes annotat Σφονδύλιον esse

[a] *lib. 18. Aduer. cap. 18.* φάλι, & φάλαινα Blatta lucernaria.

[b] *Georgic.*

Blattę lucifugæ Virgilij quales.

Blatta pistrinaria. [c] *lib. 2. c. 35.*

Vermiculi oblongi in carnib. salsis inueteratis.

Blatta frumentacea. [d] *Exercit. 194.* Molles dictæ.

Myloecon. siue Pristinaria Blatta.

Tertiũ genus Blattarum Plinij. [e] *lib. 2. secundum loca & lib. 5.* Σφονδύλη Blattæ genus. [f] *In Pace.*

esse σίλφην τινὰ βδέλλη πρὸς ὁμοίαν δυσωδη οὕτως. id est Blattam quandam similem Hirudini, aut Sanguisugæ (non corporis figura, aut magnitudine, sed colore, vt arbitror) valde fœtentem. [g] Aristoteles quoque inter Insecta numerat de Insectorum coitu loquens. Πάντα δὲ τὸν τρόπον τοῦτον ὀχεύεται, αἵτε μῦιαι καὶ αἱ κανθαρίδες καὶ αἱ σφονδύλαι, vbi Gaza interpretatur Verticilli. Idem [h] Aristoteles Staphilinum (quod & ipsum Insecti genus est) dicit esse ἡλίκον ἡ σφονδύλη. Quemadmodum Absyrtus quoque in Mulomedicina Staphilinon dicit esse ὅμοιον ταῖς σπονδύλαις ταῖς κατ' οἰκίαν, μείζονα δὲ addens eum γίνεσθαι ἐν τοῖς ἄγροις πανταχῇ καὶ πορεύεσθαι ἐπηρκότα τὴν ὄραν: & equum deuorato staphilino non aliter cruciari, quàm vipera deglutita: quemadmodum Aristoteles in loco citato scribit ἀνίατον esse si equus σταφυλῖνον περιχάνη. [i] Theophrastus de radicibus loquens, quæ à bestiolis arronduntur, & quæ secus τὰν δ' ἔξω θηρίων ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης ὀδεμιᾶς, ἠδὲ σφονδύλη πασῶν. [k] Plinius vertens, & animalium, inquit, cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta Spondyle, quæ omnes persequitur. genus id Serpentis est. Quidam annotat esse subnigro corpore, & emittere grauissimum odorem, quum emoritur. Idem tamen Aristophanis locum supra citatum ita interpretatur:

*Vt feles quoties fugitat male perdere sueta est,*

Hesychium secutus, qui Σπονδύλην Atticis vocari τὴν γάλην, id est felem, est autor. secutus etiam ipsum Aristophanem, qui [l] alibi sic inquit:

Ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα δριμύτερον γάλης.

Verùm & eorum, qui Σπονδύλην, interpretantur Σίλφης fœtentis, quandam speciem, non vsque quaque reprobanda est opinio. Nos autem hîc damus depictam Blattam, pronam, & supinam colore fusco; pedibus tamen, & antennis paulo plus rubentibus, quàm corpus reliquum.




# ORTVS. GENERATIO.

SI Blattæ sint apud Aristotelem Prasocurides, vt nos, quamuis falsò, Gazæ versio docet, generabuntur eæ ex Vermiculis, non aliter quàm alia volatilia Insecta; quandoquidem Prasocurides commemorat [a] Aristoteles inter ea Insectorum genera, quæ pennata sunt, quæq; aut ex Erucis, aut Vermibus gignuntur. [b] Cardanus in ligno Blattam generari putat, quod calor in ligno conclusus non posset exhalare. [c] Lucianus in eo dialogo quo diuitiarum, & potentiæ molestias persequitur, innuere videtur homines, post mortem, in Culices, Muscas & Blattas commutari, vbi in auarum hæc verba posuit. Vides, inquit, hunc quoque curis inuigilantem, & vsurarum rationem iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis hisce omnibus sit in Silpham, aut Culicem, aut Muscam abeundum. Nascuntur autem diuersa genera diuersis in locis. Nam qui Mylœcij dicuntur, in pistrinis, & farina humida producuntur, Fœtidæ autem in balneis maximè, tum etiam alijs humidioribus domus locis generantur, ob humidum vaporem, vt loquitur [d] Plinius. Hinc [e] Seneca Blattaria vocat balnea, si qua non ita aperta sint, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. Blattarum enim natura, quæ inibi generantur, omnem lucem auersantur, præsertim solis: tum quòd is suo calore humiditates ác terreos, ex quibus generantur, vapores exsiccet, & exhauriat; tum etiam, quia splendore suo, quo cætera præstat lumina mirum in modum officiat. Tenebrarum alumna Blattis vita, lucemq; fugiunt ait [f] Plinius. Verùm Spondylum, quem Verticillum Gaza vocauit in traducendo Aristotelem, si inter Blattarum genera referre non pigeat coire Muscarum more dicimus [g] Philosophi autoritate, qui & eundem à noctua comedi asserit.

[a] Hist. 5. cap. 19.
[b] Lib. 1. de vene. cap. 7.
[c] In Gallo.
Mylœcij vbi oriantur.
[d] Lib. 11. cap. 28.
Blattaria balneaque.
[e] Epist. 87.
[f] Lib. 11. cap. 28.
[g] Hist. 5. cap. 8. & 9. cap. 34.

MORA-

A

# MORALIA, PROVERBIA, EPITHETA.

IABERII vetusti poëtæ, ac comici extat hic versus in Virgine. Amoris miseria.

*Amore cecidi tanquam Blatta in peluim.*

Quo fortè poëta innuere voluit eos, qui perditè amant, non aliter esse miseros quàm Blattæ, quæ incidunt in peluim, aut aliud vas, è quo effugere amplius nequeunt. *Cum Blattis, & Tineis rixari*, dicitur prouerbialiter de re quæ computruit. sunt enim libris, & vestimentis inimicæ. Horatius de auaro sene, Cum Blattis, & Tineis rixari. *Satir. 2.*

*Cui stragula vestis*
*Blattarum, & Tinearum, epulæ putrescat in arca.*

B Et [a] Martialis

*Ne toga cordylis, & panula desit oliuis;*
*Aut inopem metuat sordida Blatta famem.*

[a] *Lib. Epigr. 13.*

[b] Idem alibi de carmine, quod Pompillus, sine vlla venustate, aut lepore composuerat, cùm tamen à multis ingeniosus æstimaretur, scribens, negat doctrinam solummodo carmini adesse debere, quod frequenter à populo legi perpetuumque esse cupit: cui enim lepos deest & gratia, à populo negligi, & à Blattis, ac Tineis corrodi: inquit enim: [b] *Lib. 6.* Libros à Blattis corrodi.

*Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur;*
*Sed fama non est hoc mihi crede satis.*
*Quam multi Tineas pascunt Blattasque diserti:*
*Et redimunt soli carmina docta coci.*

Etrursus [c] alibi monet scrinium, in quo libri includi solent, non admissurum libros, nisi prius compingantur, ne Blattis sit aditus. [c] *lib. 14. Epigr.* Libri vt à Blattis custodiantur.

*Constrictos nisi das mihi libellos,*
*Admittam Tineas trucesque Blattas.*

C Blattas pallidas, sordidas, truces dixit Martialis; frugimordicam [d] Scaliger. [d] *In Hipponace.*

*Et lucis hostem frugimordicam Blattam.*
*Sed hanc putauit esse pro tuis libris.*

# VSVS IN MEDICINA.

QVAMVIS remur gratioribus salubrioribusque remedijs morbos sanari posse, quàm ijs, quæ à tam fœtidis, & execrandis sumuntur animalibus, tamen propter naturæ admirationem priscorumque, vt [a] Plinius loquitur, curam, eorum in medendo vires, hoc loco explicandæ sunt. Loco Bupresti ponit Galenus Blattas in succedaneis. Itemque apud Paulum Aeginetam ἀντὶ βαπρήσεως Σίλφαι βδέουσαι. ideit pro Bupreste Blattę fœtidæ. ex quibus facilè colligimus hoc, autores eãdem illis Blattis facultatem assignare, quam cæteri scriptores Bupresti. Phryges, & Lacones, vt scripsit [b] Plinius, mammis (mulierum) puerperio vexatis inuenere otidum adipem vtilem esse: his, quæ vulua strangulentur, & Blattas illinunt. Est & quædam pinguetudo Blattæ si caput auellatur eodem [c] teste: hanc tritã vnà cum rosaceo auribus mirè prodesse dicunt, sed lanam, in qua incluserint pòst paulùm extrahendam. Celerrimè enim id pingue transire in animal, fieriq; Vermiculum. Alij binas ternasue in oleo decoctas efficacissimè auribus mederi scribunt, & tritas in linteolo imponi contusis. Iam & Blattarum diuersa genera diuersorum morborum remedia existunt. Molles in oleo decoctas verrucis efficaciter illini experti sunt. Alterũ genus, quod Mulœcon appellauere, circa molas ferè nascens lepras sanasse detracto capite attritum, Musa & Picton in exemplis reliquerunt. Blattarum ut docet [d] Dioscorides, quæ in panificijs pistriniſque versantur interanea exempta, contritaque cum oleo & decocta, doloribus aurium infunduntur. Tertium genus odoris tædio inuisum ex acuta clune cum pisselæo sanant vlcera aliàs insanabilia: struthomas, panos, diebus viginti, & vnùm impositum, percussa, contusa, cacoethe, scabiem, furunculosque detractis pedibus, & pennis. Diodorus & morbo regio, & orthopnoicis se dedisse tradit

D

[a] *Lib. 29. c. vlt.* Bupresti sloco Blattæ.

[b] *li. 30. c. 14.* Ad mãmas puerperarum.

[c] *Lib. 29. c. vlt.*

Ad lepras.

[d] *lib. 2. c. 36* Ad aurium dolores.

Vlcera insanabilia.

Ortopnoicis.

tradit cum reſina, & melle. Tantùm poteſtatis habet ars medica pro medicamento dandi E
quidquid velit. Humaniores medici cinerem earum Blattarum crematarum ſeruandum ad
hos vſus in cornea pyxide cẽſuere, aut tritas clyſteribus infunde orthopnoicis, aut reumati-
cis. Infixa vtiq; corpori illitas extrahere conſtat.

# VT FVGENTVR.

[a] *lib. 25. c. 9.*

E domo, vt expellãtur. Ab hortis, vt fugẽtur.

EST ſimilis verbaſco herba, teſte [a] Plinio, quæ ſæpe fallit pro ea capta, fo-
lijs minus candidis, coliculis pluribus, flore luteo, Hæc abiecta Blattas in
ſe contrahit; ideoq; Romæ Blattariam vocant. idem ſcribit Dioſcorides
de verbaſco ſylueſtri. Cunilæ quoque tertium eſt genus, quod à Græcis
maſculum, à latinis Cunilago vocatur, vt Plinius tradit; huius manipulo
abiecto, omnes etiam à tota domo Blattæ conueniunt. Vt fugentur ab hor
tis Diophanis conſilio vtendum eſt. Ventriculum veruecis, inquit, recenter mactati, & ſuis
adhuc ſordibus excrementitijs pleni, diligenter tibi comparato, eumque ſpacio illo quo be- F
ſtiolis ſcatet hortus, terra leniter adobruito. Peracto biduo ibi Blattas, & alia animalia gre-
gatim congeſta reperies: quę vel alio deportabis, vel eo loco altiſſimè defodies ne reſurgant.

Pudendorũ Blattæ, vt pellantur.

Pudendorum autem exterminant omnia, pilos radicitus euellunt & abolent, talis eſt ex au-
ripigmento fons Suſis in Perſia, taliſq; ex atramento ex Volaterrano: vel balnea valdè ſalſa,

Apes, vt a Blattis tuẽdæ.

& acria nitrata. Qui Apes benè à Blattis conſeruare cupit ab Apum caſtris, & aluearibus lon
gè fugare debet, quod fieri poterit aeribus ſuffumigijs, aut ſi hæc nil proſint, lucernas ve-
ſperi propè aluearia apponere conueniet, aut ipſa aluearia in loco ponere, quo mediocriter

Libri, vt à Blattis tuẽdi.

ſolis radij pertingunt, quiq; ſublimis Blattarum adſcenſum prohibeat, vt docent autores,
qui de Agricultura ſuos nobis libros reliquerunt. Libri ne ab ijſdem damno afficiantur com
pacti in ſcrinijs, & arculis collocandi Martialis conſilio. arbitror plurimùm eas defendi poſ-

Veſtibus ne noceant.

ſe à libris, quorum folia acri aluminis, aut nitri aqua lauata ſint & bene exſiccata. Veſtibus
ne noceant in arculis collocandæ herbæ calidæ odoratæ, lauendulæ floribus nil præfero, aut
roſmarini, Mentharum omnia ferè genera, quòd ſua ariditate aẽrem admodum exſiccent ef-

Vpupa, vt Blattas è nidis depellat.

ficacia plurimùm cenſeo, etiam abſynthium, ſtœchas, Scordium. Vpupa ne eius nidus à Blat- G
tis infeſtetur, cum amianto gramine munit, quod & capillus veneris appellatur. Cornix ad
eaſdem exturbandas è nidis verbenacam ponit. Hirundinibus naturam largitam eſſe, teſta-

Cornix.

tur Aelianus, vt cum earum ouis Blattæ ſint pernitioſæ, matres apij folia antè pullos proij-

Hirũdines.

ciant, ne fiat ab illis ad pullos acceſſus.

FINIS.

A

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

B

# HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER QVINTVS QVI EST DE INSECTIS APTERIS PEDATIS.

& primùm

## DE FORMICA. Cap. I.

C

## ORDINIS RATIO. ENCOMIVM.



INTER Insecta aptera, siue pennis carentia (nam de habentibus pennas omnibus quotquot videre vel obseruare hactenus mihi licuit, iã dictum est) Formica communiter familiariterq; & eodem victu viuens nobiscum, prima sese nobis obtulit; animalculum equidẽ industrium, diligens, ac in labore indefessum, cuius improbus atq; ineffabilis labor, cùm in eum aliquando per agros, colles atq; alpes exspaciatus herbarum colligendarum causa incidissem, & non modò quàm diligentissimè mecum obseruassem, verùm etiam tantum ac tam arduum, tam paruo in corpusculo admirarer, me etiam ad consimilem diligentiam inuitauit, cepitq; me temporis inutiliter, & sine fructu perditi penitentia desideriumq; horum

D

tam exiguorum animalculorum incredibilem industriam, & sudores continuos, prout ipse obseruabã, quàm possem accuratissimè exarare, vt sumpto ab illis exemplo in posterum meliorẽ temporis rationem haberẽ; idq; à plurimis factitatum video, ijsq; grauissimis, ijsq; antiquissimis scriptoribus cùm ecclesiasticis, tũ prophanis, quos vt nihil hîc me fugeret, quod ad laudem ac gloriam indefessorum horum animantium facere posset, obiter percurram, & fideliter eorũ verba hîc inseram. Admirabar ego in primis quanta diligentia, quantaq; celeritate, cùm alioqui repere potiùs, quàm currere videantur, eandem semper iterarent viam, neq; vnquam aberrarent à loco, in quo quicquam reposuerint, quanto nixu grana, semina-úe, quæ præ nimio pondere gestare non possunt, pedibus protruderent, quàm officiosè aliæ

[a] Auicẽna recta linea eaq; vna tantũ secundum longitudinem, ducerent, neq; hęc ab illa deflecteret, sed simul sese custodirẽt: & certè nisi quoq; alijs experiẽtiã testẽ adhibere liceret incredibile videretur tã pusilla animalcula tot fruges in cõmeatũ cõgere, & tã pulchro, quo

[a] *Lib. 8. de Anim. c. 5.*

cernimus, ordine res suas gerere ac tueri. Obstupescebã etiã, nec satis inspicere poterã, quàm mordicùs fructus, quos volunt in futurum tẽpus recondere, apprehẽderent, & aduersus eorũ põdera, toto corpore, totis humeris, totis viribus obniterẽtur, & quodvnica vice non possent, præ viriũ debilitate, secunda vel tertia, vel quarta ferrent, quomodo ore rã exiguo onera sæpe viribus maiora gererent, & auersæ maiora pedibus, postremisq; humeris tam obnixè molirentur, vt meritò sit exemplum nobis magni Formica laboris. Scribit [b] Aristoteles insectorum officiosissimum, & præ cæteris ferè omnibus animalibus Formicarum genus, & Apum esse, earumq; negocia omnibus in promptu haberi, & cibaria recondere, & cellas promptuarias facere, nec interdiù solùm, sed etiam noctibus plena Luna laborem exercere, neminẽq; esse, qui hæc non videat. D. [c] Hieronymus cùm & ipse aliquãdo solus in eremo sederet, multaq; tacitè secum de vita monastica perpenderet, in Formicarum indefessos labores incidẽs, non aliter, atq; ego de meipso dixi, summo eos stupore inspiciens, ceu rem memoratu dignissimam scriptis suis inseruit: Sicq; cogitans, ait, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora, quàm corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris trahebant; aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant; illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illita semina præcidebant; hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant; quodq; magis mirum est, in tanto agmine egrediens, non obstabat intranti; quin potiùs si quam vidissent sub fasce, & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? pulchrum mihi spectaculum dies illa tribuit; vnde recordatus Salomonis, ad Formicarum solertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo suscitantis, cœpi tœdere captiuitatis, & monasterij cellulas, quærere, ac Formicarum illarum similitudinem desiderare, vbi laboratur in medium, cumq; nihil cuiusquam proprium sit, omnium omnia sunt. Addit [d] Plinius apud quem multa quoq; de Formicarum laude legere est, itinere earum attritos filices, & semitas factas: Ex quo hoc saltem licet intelligere, quantum in singulis rebus, etiam durissimis quantulacunq; valeat assiduitas. In summa tanta Formicarum est sedulitas, & in sedulitate assiduitas, vt multitudine sua, ac continuis operibus arbores etiamsi prægrandes, ædificia, turres, horrea, cellaria, aliaq; loca cùm æditissima, tum profundissima perambulent, & nihil illic intactum, quin peragrent sua diligentia, relinquant. Equidem iucundissimum est spectaculum, Formicas tam pusilla animalcula tanto pondere onusta, & tanta solicitudine curaq; ac tanta velocitate ferri, currereq; & socias suas ad idem onus inuitare alias vacuas onustis occurrere, vt & ipsæ se onerent. Depingit inter alios poëtas hanc Formicarum curam, ac diligentiam [e] Pontanus poëta elegantissimus perquam doctis hisce versibus:

*Apparet certo tenuis sed semita calle*
*Qua nigrum Formica agmen trahit ordine longo*
*Festinant aliæ, vt plenos populentur aceruos*
*Illa redit rapto grauida, atq; ẽpondere fessa*
*Inuitat sociam in prædam, ac sese ore salutant:*
*Pars condit terræ, atq; hyemi male credit iniquæ.*
*Emicat agmen agens, segetiq; infertur abactæ.*

Diligenter etiam hanc diligentiã earum in colligendis sibi granis memorat, & ad cẽlũ vsq; extollit disertissimus [f] Ælianus, dum ait: Factis messibus circum areas versantes Formicæ ad triturã conueniunt, aut singulę, aut binæ, aut ternæ, domicilia sua, & consueta tecta relinquẽtes, triticum & hordeũ legunt; eademq; omnes semita iter faciunt: alię ad legenda grana eũt, aliæ onus portantes redeunt, ac summo cũ honore, & modestia aliæ alijs de via decedunt, in primis quidẽ expeditæ onus gerentibus. Et [g] alibi rursus: Formicæ in primis sedula atq; operosa animalia tanto laborãdi studio tenẽtur, idq; absq; vlla excusatione, & prętextu, quo vti solent ignaui, vt ne noctes quidem in suo opere cessent, modò sit plena Luna: nec verò quẽad modum homines inertiæ fugæq; laborãdi excusationes prætendunt &c. [h] Exactiùs verò singularum opera depingens, cùm cauernarum illarum artẽ descripsisset, ac vsum, addit tertiũ granorũ aceruis destinãt, cùm tamen ab Ischomacho, & Socrate rei œconomiæ peritis, nihil tale didicerint. Cùm autẽ tanquam ad pabulandũ proficiscuntur, natu grandiores similiter eas atq; exercitus duces, ducũt, vt ad segetes peruenerunt, adolescẽtiores sub stipula stant, duces verò ascẽdunt, & spicas abscissas inferioribus deijciunt; hæ verò circũstantes distrahunt, simul & ex suis glumis, & vaginis grana inclusa explicant, neq; ad excutiendũ vllo instrumẽto egent, neq; ad ventillandũ viris, neq; vẽtis ad purgãda à sordibus grana ex frumẽtis quæ homines exarãt, seruntq; cibos sibi cõficiẽtes, humanis laboribus fruũtur. Testatur prætereà [i] Plinius, si quis cõparet onera earũ corporibus, fateatur oportere, nullis portione vires esse maiores.

[a] *In Vita Malchi monachi.*

[b] *Li. 9. Hist. cap. 38.*

[c] *In Vita Malchi monachi.*

[d] *Lib. 11. cap. 30.*

[e] *Lepid. 5.*

[f] *Lib. 2. de Animal. cap. 25.*

[g] *Li. 4. c. 43.*

[h] *Li. 6. c. 43.*

[i] *Lib. 11. cap. 30.*

A maiores. Porrò longè maiorē laudem, & honorē Formicis debebimus, si prudentiam earum, prouidentiamq; item & pietatem in suos, & cæteras virtutes longè clariùs, ac dilucidiùs in illis, quàm in vllo etiam maximo animali resplendentes, sedulitati atq; solertiæ comites addiderimus. Perquam prudenter in primis in sequentem hyemem, cùm omnia arent, & frigoris iniuria perduntur, ac consummuntur, cibum recondunt, cùm inquam etiam homines nōnulli imprudentiores, vt bruta interim plurima præteream, famelici sunt, & non habent quo famelicum suum ventrem expleant. Tradit [i] Plinius Sphingiorum, & satyrorum genus condere in thesauros maxillarum cibum, moxq; inde sensim ad mandendum manibus exprimere, & quod Formicis in annum solēne est, his in dies vel horas: vt à Formicis potiùs tam abiectis animalculis, quæ ex tempore fermè viuunt, sapientiores homines exemplo sumpto reponere sibi aliquid in futuram hyemem didicerint, ab his, inquam, animalculis, quibus nullum aliud est animal, aut in cogendis cibarijs diligentius, aut in ijs, quæ contingere possunt, aduersis cautius, aut prouidum magis, vt rectè cecinit Horatius;

[i] *Lib. 10. cap. 72.*

*Paruula nam exemplo est magni Formica laboris,*
*Ore trahit, quodcunq; potest, atq; addit aceruo,*
B *Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri*
*Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum*
*Non vsquam prorepit, & illis vtitur ante*
*Quæsitis patiens.* Et Baptista Mantuanus ait:
*En Formica breuis, sed prouida bestia condit*
*In brumam noua farra canis æstate latebris.*

Sed nemo meliùs, nemo facundiùs hanc prudentiamq; Formicarum in congerendo cibo, & condendo in futuram hyemem expressit, quàm antiquissimus Phocilides, dum canit:

Μύρμηκες γαίους μυχάτους προλελοιπότες
Ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρουραι
Ληΐα κειράμεναι καρπῶν πλήθουσιν ἀλωάς.
Οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβὲς ἄχθος ἔχουσιν.
Ἠκριθῶν αἰεὶ δὲ φέρει φορέοντα διώχει.
Ἐκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες,
Ἄτρυτον, φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον. Id est.
C *Formicæ obscuris antris æstate relictis.*
*Descendunt, dulci victus ratione carentes.*
*Quando rara iacent demessis frugibus alba*
*Tonsa suis, complent vacua horrea fructibus acres.*
*Triticeum quarum hæ tritum nuper graue pondus*
*Conuectant humeris, aut hordei: & vsq; ferentem*
*Sectatur, quæ gestat onus, victumq; cibumq;*
*Ad brumam gelidam cogunt æstate sub antrum:*
*Infractum genus & modicum, multiq; laboris.*

Eleganter etiam Iuuenalis luxuriosas pauperculas perstringens, quæ cùm sæpe futura non perpēdunt, & in diem tantùm viuunt, tandem discunt quid non mali ex ocio proueniat, per collationem Formicarum proposuit nobis, quantum momenti ad virtutem adferat labor, & industria, & prouidentia ad parandum victum.

*Multis res angusta domi, sed nulla pudorem*
*Paupertatis habet, nec se metitur ad illum*
D *Quem dedit hæc, posuitq; modum, tamen vtile quid sit*
*Prospiciunt aliquando viri, frigusq; famemq;*
*Formica tandem quidam expauere magistra.*

Coniungit deniq; hanc tam vtilem, ac necessariā prouidentiam summo labori earū princeps poëtarum [k] Virgilius, Troianos è Carthaginis littore fugientes, luculenter admodum & elegantissimè Formicis cibaria ex agris in sua latibula deferentibus comparans ac canens:

[k] *Aeneid. 4.*

*Migrantes cernas totaq; ex vrbe ruentes*
*Ac veluti ingentem Formicæ farris aceruum*
*Cùm populant, hyemis memores, tectoq; reponunt.*
*It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas*
*Conuectant, calle angusto, pars grandia tradunt.*
*Obnixè frumenta humeris, pars agmina cogunt,*
*Castigantq; moras, opere omnis semita feruet.*

Nota quæſo atque animum aduerte, quàm doctè, quàm venuſtè, quamq; artificiosè poëta ſpondæorum tarditate, vehendi tarditatem difficultatemq; deſignauerit Troianorum. Formica enim animalculum eſt minimæ molis, nec niſi ſummo cum labore atq; tarditate granũ impellere poteſt: cui præterea illud accedit par incommodum, quòd calle anguſto, multiſq; difficultatibus impedito illud trahit. Maior verò & præſtantior adhuc in minimis hiſce animalculis obſeruatur prudentia, prouidentiaq;, dum non quodlibet ſemen aut granum recondunt, at ea tantùm, quæ arroſerint primùm, quia non ignorant, ſi integra terra obruerent, enaſcitura aliquando, & in fruges expullulatura, quare antequam ad maturitatem peruenirẽt fruges, ipſis moriendum eſſet præ fame. Addunt præterea, & aliam cautelam: nam etiamſi prius arroſerint, & vix pullulatura certò ſciant, tamen ſi, vt fit per humidiores tempeſtates, fortè madorem aliquem contraxerint, ea è terra proferunt, & ad ſolem ſiccant, cùm ne putreſcant, tum ne iterum pullulent, adeo vt non immeritò ἴδρις vocetur ab Heſiodo, hoc eſt, perita, & prouida: ὅτι τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται, cùm & prudens (Formica) aceruum colligit. Ariſtoteles [l] non modò etiam in Formicarum genere prædicat prouidentiã, ſed animalibus ſanguinem habentibus ſapientius eſſe tradit, cauſamq; reddit hanc, quòd humorem tenuiorem nactum ſit, quod proportione ſanguini reſpondet. Sapientiora enim ea animalia, quorũ ſanguis tenuis ſit ac mundus probèq; temperatus, ſenſumq; habent, vt ibi, & pleriſq; alijs in locis ab eodem inculcatum, inuenimus. Non erit mirum ſi tam multa paſsim ab authoribus de Formicis narrentur, ſiq; ex eius operibus plura veteres indicia captauerint. Afficitur enim maximè ob temperamenti nobilitatẽ quacunq; ingruente in aërem mutatione, ac mira quadam naturæ ſagacitate imminentibus malis occurrit, vt propterea nõnulli dubitauerint, an Formica, Hirundo, Aranea, & eiuſcemodi alia animalia intellecta operẽtur, quemadmodum notatum reliquit idem Philoſophus. Alij verò [m] recentiores dixerint dirigi ea ab intelligentia, quod tamen tanquam minus Peripateticum repudiatur, cùm in agentibus naturalibus naturaliter videãtur eſſe inſitæ qualitates ac virtutes actiuæ, per quas naturaliter ac ſufficienter determinantur ad ſuos fines, & actiones, vt non minus propria natura agantur, quàm intelligentiæ ope; At iſtæc alij diſputent. Laudanda quoq; eſt, omnibuſque imitanda Formicarum iuſtitia, vnde dicebat dictiloquus, & ſanctus [n] Hieronymus hoc præcipuè eis eſſe à natura tributum, quòd quæ nihil portant, non ſurripiunt, earum quę portant, onera: addebatq; hæc amplius Epiphanius, & ipſe uitæ ſanctitate clarus, cũ ſolicite diſcurrunt, & ſingulæ granum portant, à ferentibus uacuæ non petunt, nec vi auferunt, ſed vnaquæque colligere ſibi ſtudet. Plutarchus verò, qui licet prophanus, & ethnicus, multa ſalutaria, & uelut Chriſtiana documenta poſteritati tradidit, in libro de vitando ære alieno, homines increpans, ac reprehendens, quòd præſocordia propria, atq; incuria alienas operas ſæpe mutuentur, Hirundinum, & Formicarum brutorum animalium, & exiguorum exemplum obijcit, inquiẽs: Hirundines, Formicæq; mutuantur, quibus neque rationem, neque manus, neq; artem natura dedit, &c. Quapropter Ariſtoteles ciuiles appellat animantes, quæ labori communicant eidem, quarum, inquam opus cõmuni efficitur opera, munuſq; vnum omnibus eſt: hiſq; annumerat hominem, Apem, Formicam, Gruem: ſed homo eò Formica deterior, quò quę vnus ſępe ſummo cum labore, multoq; tempore acquiſiuit, alter uel vnico momento ſurripit, conſumitque; cùm Formica perpetuam ſemper colat æquitatem, omneſque vnanimiter operẽtur. Plato quidem tradit, eorum animas, qui popularem ciuilemq; virtutẽ abſque philoſophia, conſuetudine exercitationeque freti exercuerint, in Formicas poſt obitũ abire. Eſt præterea inter Apum & Formicarũ Rempub. illud differentię: non enim vt illarũ Reſpub. ad Monarchiã pertinere videtur, ſed ad eas, quæ populariter adminiſtrant, & quarũ gubernatio democratia aut ariſtocratia nũcupatur. Nullus enim rex, nullus præſes, omnes ex æquo ciues pro opportunitate tẽporis pręeſſe, aut ſubeſſe ſolent, ſeruatis inſtitutionibus, ſuęq; reipub. ordinibus. Attamen omnes, vt veri ciues ſolent omnia ad communem vtilitatem agunt maxima ſolertia, ut dictum eſt, animantia videlicet ciuilia, ſed nulli imperio ſubdita. Porrò de pietate Formicarum erga ſuum genus aliquod quoque dicendum eſt: nam & hæc homines quãplurimos mouere poterit crudeles dico, ac impios in ſuos. Formicas tradunt, imo ſępe obſeruatæ ſunt à plurimis fide dignis hominibus, qui hanc pietatem, ceu ad alta ſydera vſq; euehentes, ſcriptis conſecrarunt, mortuos ſuos humeris efferre ac ſepultura honore afficere, cùm ſanè homines ſæpe inſepulti per agros reperiantur, nec habeant qui hoc pietatis genus erga ſe exerceat. Diſcant igitur, & hoc à Formicis homines, quæ pręter hos ſolæ tẽſte Plinio animantium inter ſe ſepeliunt, cauernaſque ſuas cùm ob hoc, tum ob iam dicta, in tres partes diuidunt, in quarum ſcilicet vna vitam degunt, ac communiter commedunt, in altera alimenta ſua tanquam in horreo, aut granario recondunt, & in tertia mortuos ſuos, vt

[l] *Lib. 2. de Partib 4.*

[m] *lib. 2. natur. Auſcul. tex. 80.*

[n] *In Epiſt. ad Præſidium.*

*In Phœdone.*

*Pietas erga ſuos.*

Plutarchus

A Plutarchus alijque scribunt, sepeliunt, insigni sanè amoris, ac beneuolentiæ bonitatisq; argumento, in qua recensenda non me longiùs extendam. Ad artificium me confero, quo in fabricandis suis domicilijs, siue latebris vtuntur, id præterire nefas duco, eoq; magis cum in ijs deliniandis facundissimus Aelianus [n] non parum elaborauerit. Aegyptias fossas, inquit, & Creticos labyrinthos Historici litterarum memoria celebrant, & poëtarum natio versibus decantat. Verùm fossionum, quas Formicæ efficiunt, varia diuerticula, flexiones, anfractus nondum sciunt: enimverò eæ mirabili sapientia subterraneas ędificatiunculas tortuosissimè construunt, vt vel difficilem aditum, vel omnino inuium, insidias sibi molientibus efficiant. Terram verò quam effodiunt, pro foraminibus aggerunt, & tanquam muros quosdam & propugnacula circũijciunt, ne ex cęlo aqua pluuia defluens ipsas funditus aluuione perdat. Intermedia item sepimenta, cauernas alias ab alijs secernentia, solertissimè machinãtur. Atq; vt de splendidis hominum ædibus fieri solet, domum suam triplici regione formaque circũscribunt: alterum enim in ea locum Andronem, in quo mares, & iunctæ eis fœminæ habitent, ædificant: alterum Gynæcium nuncupatum, vbi fœminæ pariant, moliuntur, tertium granorum aceruis destinant. Hęc ille: in quibus aduertendum est, quòd in neutra triũ earum B latebrarum parte sepeliri mortuas dicat, quemadmodum nos suprà diximus ex Plutarcho alijsq;: mortuas interim ab ipsis humari non inficiatur, quin sua etiam idem authoritate elegantissimis verbis confirmat, inquiens. Illud etiam auditum habeo prudenter factum, eas humatione mortuas aliqua necessitudine sibi coniunctas afficere, & in granorum folliculis condere, vt homines in vrnis parentes suos, vel amicos. Celsus quoque ille, aduersus quem multa scriptitauit Origenes, defunctis Formicis viuas, ait proprium quendam locum secernere, illumque his esse monumenta patria. Simon Maiolus Episcopus [o] Vulturiacensis in doctissimo, & iucundissimo opere suo, quod dies Caniculares nuncupauit, philosophum interlocutorem introducit ita loquentem, & circa ingeniosissima domicilia earum differẽtem: Dicam & ego, quod mihi contigit memorabile. Inambulabam aliquando corporis exercendi causa summo manè Iulio mense extra Apuliæ oppidum, cui nomen est Sancti Bartholomæi: comperique quadratam trabem longam pedes octo: aduertiq; sub ea Formicarum esse domicilium; quamobrem subijt mihi desiderium spectandi illarum habitacula: moxque necessarij mei trabem tanta leuitate submouerunt; ut nulla earum rerũ, quæ suberant, facta fuerit motio, aut turbatio. Apparuit tunc in argillosa humo vrbs quædam quadrangularis, longa pedes ferè quatuor, lata vltra pedem; in qua per vias velut ad negocia vltro, citroq; cursitare, velut ciues, ipsæ Formicæ visebantur. Admiranda erat angulorum laterumq; directa delineatio, quam artificum amussi, circinoq; fabrefactam putasses, quòd æqualis semper dimensio longitudinis latitudinisq; seruaretur. Vrbis longitudinem media secabat via quædã directissima, profunditate latitudineq; digitali: quam rursum per transuersum æqualibus inter se spacijs tres aliæ viæ eadem digitali profunditate, & latitudine directissimè intersecabãt, vt ita tria compita, foraq; spectarentur. In extremis viarum angulis, velut angiportibus spectabamus collecta in aceruos seruari oua, vnde Formicarũ proles gignitur. Altera vrbis parte antra vidimus frumento, ita oppleta, vt in vias ipsas redundarent. Mira fuit omnium viarum mundities, nihil in illis lapillorũ, nihil pulueris, nihil festucarum, nihil humoris, ut deprehendas vrbem illam ab suis ciuibus ita curatam, vt prolis eximium studium, annonæ & structurarum ornatus vbique spectaretur: quin omnes illi ciues communi studio ad Reipub. beneficia incumbentes, dum alij domi de rebus consulunt, alij foris res agunt, summa pace, concordiaq; curandam Rempub. nos docebant; studuisse quoq; ijdem ciues visi sunt omniũ D incolarum incolumitati. Erat enim in vrbis longitudinis medio vnica porta Zephyro obiecta, quòd ab Aquilone, Euro, atq; Austro immunem vrbem sua philosophia oportere esse dicissent. Res istas omnes spectabamus curiosè, admirabamur industriam eximiè operantem omnia in obscuris, cęcisq; tenebris, memoriaq; dignam censuimus, quòd in plano pro opportunitate loci eam vrbem Formicæ condidissent, haud dubiè alibi inter saxa, inæqualiaq; loca pari industria vrbes suas consultò eas ædificaturas iudicabamus: neq; adeo admirati sumus Neapolim, quam homo rationis compos condidisset, sicut eã vrbem perspeximus, quã ratione carens animal ornatè construxisset. Simile Formicarum domiciliũ in putrida quercu inuentum ad me detulit rusticus, cuius iconem pòst, quia nondum sculpta erat, dabo, hîc verò alterius, qđ in semiputrido trunco obseruaui, appinxi. Pulchrè sanè atq; eruditè Formicis vrbes cõparantur, sicuti etiã Menippus facit apud Lucianũ disertissimis hisce verbis: Equidẽ, inquit, arbitror sępenumero Formicarũ concionẽ vidisse, aliquas in orbẽ obambulantes, nõnullas exeuntes, rursus has in ciuitatẽ redeuntes. Atq; hęc quidẽ simũ exportat, hęc alicunde raptã fabæ tunicã, aut dimidiatũ frumenti granũ currens apportat. Cõsentaneũ est autẽ pro

[n] lib. 6. c. 43

[o] Colloq. 7.

Formicarũ habitaculorum descriptio.

*In Icaromenippo.* Formicis vrbs similitur.



ratione vitę Formicarũ eſſe apud illas, & ædiũ fabros, & concionatores, & magiſtratus, & muſicos, & philoſophos. Sed vrbes ſanè cũ ipſis viris Formicarum nidis maximè videbãtur aſſimiles. Quod ſi tibi videtur humilius exemplũ, viros cum Formicarum Repub. conferre, vetuſtas Theſſalorum fabulas ſpecta. Reperies enim Myrmidonas gentem bellicoſiſſimam, è Formicis natos eſſe. Plutarchus deniq; eo in libro, in quo diſputat, an ſeni ſit gerenda Reſpub. ait honoris ſtudium non conſenescere, ſed multò minùs communitatis atque Reipub. quod Apes, & Formicæ conſeruant vſque ad finem. Mirum inſuper eſt, Formicas cœleſtium quodammodo notionem habere, curſum ſyderum tenere, atq; vim intelligere, ſæpeq; Babylonios, & Chaldæos, vt teſtantur Hiſtorici, imitari. Cęlum ſuſpiciunt, neq; digitis tamen

menſis

A mensis dies supputare norunt, hoc interim eis natura donauit admirabile, vt mensis nono quoquo die non ex cauerna egredientes admodum quietè sese tecto contineant, vt ex Ælia-no Gylius prodidit, alij verò pleriq; interlunio eas cessare semper volunt, nimirum primo quoquo die, vt ipsemet quoq; [p] Aelianus tradit, vnde sunt, qui astrologiæ peritas censent, iudicantq; hoc astrologiæ ratione fortè pernouisse, eam diem, qualiscunq; sit, si foras prodirent, infestam eis fore. [q] Aristoteles etiam author est Formicas cellaria, & promptuaria facere ordine diligenter seruato, verùm non omni tempore, sed plena tantùm Luna; cessareq; verò interlunio, quasi vel astrologiæ, inquit, peritiam habere ostentent. Annotat [r] Cælius Rhodoginus, trigesimum diem ab Hesiodo laudari, eiusq; rei Proclum authorem citat, quia in eo sit Lunæ coitus, quem veritatis arbitrantur imaginem; propterea insinuare poëtam, esse tunc operum inspectionem opportunam, sed & familiæ tum cibaria contribui debere; quam rem Latini nuncupare Demensum solent. Cessabant tunc veteres ab opere suo, sumpto nimirum exemplo ab his animalculis, quæ eodem tempore cùm ferientur, opera sua inspicere, & recensere putandum est, cùm alias plenilunio etiam totis noctibus operentur: & quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies, inquit [s] Plinius, ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quis præterea in tantulis, & tam minutis, & abiectis animantibus vaticinam expectarit præsentionem? Videntur enim eiusce modi Insecta quendam futurorum sensum habere: nam imminente annonæ caritate, imminente, inquam, vniuersali fame, cùm scilicet granorum futura est inopia, mirum in modum sunt laborioſæ ad comportandum victum, & reponendum sibi frumentum, ac cæteros fructus quibus vescuntur, quod non solùm [t] Ælianus nobis attestatur, sed quotidiana etiam docet experientia. Porrò & hoc in Formicis nostris præclarum est, & memoratu dignum, quod senes, & oneri succumbentes (nam tunc alas emittunt, vt homo canos capillos) è reipub. administratione à iunioribus deiecti, in eminentem vsq; locum, teste [u] Alberto, euolent, velut fastidientes terrena ad cælestia; adeo vt Romanæ Reipub. æmulæ videantur, vel potius Romani, cùm Formicæ his longè sint antiquiores, Formicarum æmuli aliquando fuisse videantur. Constat enim apud Romanos, cùm sexagenarij essent Senatores, de ponte consuetum fuisse eos præcipitare, velut qui Reipub. vlterius curam gerere non possent. Postremò noxia sibi instinctu quodam naturali, ita agnoscunt, vt lædi ab ijs se non patiantur. Scribit [x] Plinius ranarum rubetarum alteram fibram à Formicis non attingi propter venenum, vt arbitrantur. [y] Alibi etiam geminum esse ranæ iecur, ait, objiciq; Formicis oportere, nam partem, quam appetunt, contra omnia venena esse pro antidoto. Alij addunt tacta mēstruo sanguine mulierum germina non attingere, conscendentes spicam olfacere consueuisse etiam nonnulli volunt, atq; siquidem hordeum reperit, fugere inde, seq; ad tritici spicam conferre. Possem modò aliorum etiam scriptorum de mirabili Formicarum natura scripta encomiastica percensere, sed cùm alia etiam scribere animus est, & multi sæpe eadem repetunt, itaq; hîc vela contraham; cæterùm ne & ego velut Formicarum laudis inuidus, omnes omnino prætereā, [z] Plutarchi, quo nemo accuratiùs omnia prosecutus est, quæ ad laudem earum pertingere possunt, encomium, quod de illis memoriæ prodidit, solùm modo recensebo. Formicarum, inquit, apparatus & dispositiones exactè enarrare nefas pœnè est; omnes autem præterire, nimiæ socordiæ. Nullum enim ita exiguum habet natura magnarum, & pulchrarum rerum speculum. Sed tanquam in pura gutta insunt omnium effigies virtutum. Intus amicitiæ simulachrum est, nempe cultura societatis. inest etiam fortitudinis imago, laborum tolerantia. Insunt multa continentiæ semina, multa prudentiæ & iustitiæ. Cleanthes, tametsi negabat animalia ratione prædita esse, nihilominus in tale se narrat incidisse spectaculum. Venisse Formicas de suo cauo ad aliud Formicarum examen, Formicam portantes mortuam. Ex hoc adscendisse alias Formicas tanquam ad colloquium, rursumq; descendisse. Id bis terue factum. Tandem has sursum extulisse vermem, tanquam redemptionis precium pro mortua. Hoc illas accepto, & reddito Formicæ cadauere discessisse. Sed inter ea quæ manifesta sunt omnibus, est in occurrendo æquitatis studium, cùm nihil gestantes, gestantibus aliquid de via decedunt; & rerum portatu difficilium corrosiones, atq; partitiones, vt è pluribus possint fieri in particula diuulsæ. Omnem earum calliditatem superat præsensio tritici germinationis. Non enim manet aridum, aut putredinis exsors, sed humectatur, & lacteſcit, cùm tandem eò tendit, vt in herbam mutetur. ne igitur seminis vim seruans, inutile sui fiat exedunt illud principium seu acumen grani, è quo germen emitti à tritico solet. Non probo eos, qui quasi corporis dissectionem æmulantes, earum cauernas rei perspiciendæ causa lustrant. Si quidem dicunt, à foramine non esse rectum in eam descensum, aut quam alia bestia facilè posset perrepere: sed anfractibus atq; flexibus cuniculisq; variè interceptum in tres desine-

[p] *Lib. 1. cap. 22.*
[q] *9. Hist. cap. 38.*
[r] *Lib. 14. Antiq. lect. cap. 9.*
[s] *Lib. 11. cap. 30.*
[t] *Lib. 1. Var. hist. cap. 22.*
[u] *Lib. 26.*
[x] *Lib. 11. cap. 37.*
[y] *Lib. 32. cap. 6.*
[z] *Lib. de Solert. Anim.*

re ca-

re cauitates; quarum vna commune ſit omnium domicilium, ſecunda penu rerum ad victũ E
pertinentium, in tertiam mortuæ reponantur. Puto autem non importunum vobis viſum
iri, ſi poſt Formicas &c. Tantas itaq; & tam varias animi dotes in Formicis animaduertentes, atq; admirantes antiquiſſimi Philoſophi, multi eorum in certamen commiſere vtrum
[a] *Lib. 3. de Nat. Deor.* brutum, an humanum, aut diuinum etiam earum eſſet ingenium altercantes. Equidem [a] Cicero non paruiſnominis philoſopus in Formica non ſolùmmodo ſenſum eſſe ſcribit, ſed mentem etiam, rationemq; ac memoriam. Pythagorici item animam omnem, quæ ſenſibus, & memoria ſit prædita, rationis identidem, atq; etiam orationis eſſe participem aſſeuerabant, neq; interioris tantùm, ſed etiam exterioris, qua vniuſcuiuſq; generis animalia, quantum neceſſe habeant, inter ſe mutuò loquantur. Et reuera vt de Formicis loquamur, cum obuijs quaſi quædam interlocutio eſt. Dum enim operi ſunt intentæ, onuſtis vacuæ occurrunt, & antequam eis locum dent, prius facta quadam mora cum illis in occurſu mutuo colloquuntur: quamobrem Celſus, aduerſus quem multis egit Adamantius Origenes, Formicas inter bruta non recenſebat, ſed animantia rationis participia exiſtimabat. Quàm verò Deus immortalis admirabilem ſeſe præbuerit in creaturis minutiſſimis in primis nos docuit doctiſſimus Tertulianus, dum ait: Animalia minutiora maximus artifex de induſtria ingenijs, aut F
viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmodum virtutem in infirmitate ſecundum Apoſtolum imitare (ſi potes) Apis ædificia, Formicæ ſtabu-
[b] *In Comm. Pſal. 103.* la, Araneæ retia, Bombycis ſtamina. Et D.[b] Hieronymus ad hæc diuini Pſaltis verba, Impleta eſt terra poſſeſſione ſua, ſic habet: Et reuera omnia opera Domini, plena ſunt ſapientia: quando enim videmus Formicam ſcire, quando hyems venit, & reponit ſibi eſcam, & iterum Culicem tam minutum habere oculos, ventrem, & vniuerſa membra, ſicut & nos habemus &c. nonne ſunt hæc miratione digna, & ſapientia plena, videlicet cùm rerum natu-
[c] *Prou. 30.* ra nuſquam, quàm in minimis mira ſit. Vnde [c] Salomon quoq; regum ſapientiſſimus hoc genus minimorum animantium in primis obſtupuit. Quatuor, inquiens, ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus. Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi; Lepuſculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum: regem Locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas: Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Atq; hæc ſunt, quæ de diuina potiùs, quàm bruta Formicarum natura dicenda videbantur, nunc ad reliquam earum hiſtoriam conſcribendam animus aſpirat. G

# SYNONYMA.

נמלה, Nemalah Prouerb. 6. exponitur Formica. Vade ad נמלה, Nemelah, id eſt, Formicam, piger. Et plurale ſecundum formam maſculeam, Prouerb. 30. הנמלים, Nemalim, Formicæ, populus non fortis. Ita autem dicta eſt à radice נמל Nemal, hoc eſt, excidere, circumcidere, quòd nimirum Formica grana collecta incîdat, ne naſcantur, aut germinent. Syrochaldæus priori adducto loco habet שומשמנא Schumſchemana, vt legere eſt in dictionario Syrochaldaico fol. 188. col. 3. item fol. 192. col. 1. Græcis Μῦρμος dicitur, & μύρμηξ, pro quo Dores μύρμαξ dicunt: quibus μυρμηδόνας etiam μύρμηκας vocari, id eſt, Formicas Heſychius ſcribit. Apud Romanos ſynonymia caret, & à ferendis, vel vt alij volunt à forandis
Formica vn de dicta. micis Formica nomen obtinuit. Mica autem propriè eſt puluiſculus ille, qui in arena quaſi argentum fulget, à quo & panis, & omniũ rerum minimæ partes micæ dicuntur, quaſi minutim cadentes: vel ſimpliciter à ferẽdo, quòd nullum animal frequẽtiùs põdera conuehat. Gal
li vocãt Fourmi, aut Formis, Itali latinũ nomẽ reſeruarunt, Germani ein Amenſz, Belge een H
Miere, Hiſpani Hormiga, Poloni Mrovvka, Hũgari, Hãgya, Angli Anãt. Emote, aut Piſmire.

# GENVS. DIFFERENTIÆ.

[a] *8. Hiſt. c. 28.* [b] *li. 30. c. 4.*

FORMICÆ in Europa aliæ venenoſæ, aliæ non venenoſæ, quæ magnitudine potiſſimùm differunt. nam quæ hîc alatæ ſunt, ſenes ſunt, & inutiles, & eiuſdem generis, & nymphæ dictæ, Arabibus Arazaſi. Maiores [a] Ariſtoteles ἱππομύρμηκας nominat, Gaza Formicas equites transfert. Eaſdem [b] Plinius, teſte Dalechampio, vocat Herculanas. Has negat Ariſtoteles in Sicilia inueniri, Auicenna in Lycia. De venenatis poſtea dicam. Sed quanquam hîc de Europæis Formicis potiſſimùm agamus, ijs inquam, quas nemo nõ nouit, operæpretium

A ræpretium tamen est etiam obiter meminisse multas in alijs regionibus Formicarum differentias reperiri, earumq; alias venenatas esse, alias innoxias, harumq; alias alatas, alias apteras siue alis carentes, quarum rursus aliæ colore, ac magnitudine differunt, de quarum omnium diuersitate, & mira natura, quæ alij referunt, nos qui eas terras non perlustrauimus, hîc obiter recensebimus. Referunt ij qui nouum orbem lustrarunt, ibi Formicas luteas domos sibi construere, non minores humano capite, sphæricas, & ad eas non ingredi per foramen, sed accessum prælongum parare, quasi per exiguuam fistulam, per quam vix illis sit aditus in domuncula. Ingressas igitur habitare, horrea conficere, & alimenta condere, [c] author est Ouetanus, qui alibi etiam tradit aliud de Formicarum alio genere memorabile, Formicas scilicet esse minimas, quæ sibi in soli superficie domum condant non minorem vase modium, aut sextarium capiente, durescereq; adeo lutum, quo construunt, vt cùm glutinis modo sibi optimè cohæreat, perinde ac calx in lapidem transire; nec enim ferro penetrari posse. Ad ingressum, ostium latens constituere, habitare securas quasi in asylo aduersus ferarum hostilitatem; præcipuè verò aduersus Vrsum Formicarium, cui hoc inditum nomẽ, quòd Formicas ignauissimè depascatur. In regno Senegæ Formicas aiunt, teste [d] Scaligero, esse albas, de quibus ita scribit Aloysius Cadamustus: Inueniuntur ibi multiplices animaliũ species, præsertim serpentium ferè omnium generum, venenosi alij, alij innoxij sunt, duorum pedum mensuram excedunt, alas nec pedes habent, vt serpentes, alioquin immensi, & tantæ quidem vastitatis, vt integras capras hauriant, nec lancinent, solidè deuorantur: ferunt incolæ Serpentes huiusmodi congregari statis anni diebus, & migrare in loca quędam, vbi Formicarum est vis magna, quibus & colos albicans, quæ suapte natura humiles quasdã casas instar specus extruunt; nam ore terram portant, & ferruminant absq; calce, diceres clibanos aliquos vel ruscula in ordine disposita. Nam ex huiusmodi casis videbis C & C L continenter subordinatas, vt alteram sequatur altera miro naturæ ordine. [e] Pausanias quoq; in Pephno parua insula nihilo ingenti saxo maiore Formicas conspici ait vulgaribus albicante colore dissimiles. [f] Aelianus habet in Pheneo Laconicæ. Sed in Græco, inquit, legerim non μύρμηκας sed κοσύφους; & ἐν φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας, non autem Λακωνικῆς. Est enim Pheneus oppidum in Cyllene Arcadiæ monte: in quo Merulas albas reperiri authores habeo Aristotelem, Pausaniam, Plinium. Fortè κοσύφους aliquis Merulas interpretatus est, idq; vocabulum in textu repositum, & in μύρμηκας deprauatum est. Sic ille. In prouincia Mangi Formicæ rubræ sunt, quibus vt nos Gammaris, cum pipere vescuntur, vt meminit quoque [g] Scaliger. Prægrandes & colore albas apud Indos in regno Negritarũ reperiri tradit Aloysius Cadamustus. Apud Brachmanas palmaris longitudine sunt: in noua Hispania Scarabæos æquant, quarum morsus dolores, & tubercula excitat. Sed maximas canum more esse multi tradiderunt, Herodotus, Plinius, Solinus, Mela, Philostratus, alijq; hasq; aurum penitus egestum cum summa pernicie attingentium custodire; quorum authorum verba, vt vel veritas, vel falsitas ex ijs appareat opus est in medium afferre. [h] Herodotus, quem propter antiquitatem primo loco citare placuit, de Indis loquens, qui Æthiopiæ proximi sunt, & nigro etiam corpore, horum, inquit, omnium, quos recensui, Indorum coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis, ac proximus Æthiopico. Genitura, quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum cæterorum hominum, sed atra, vt color corporis; qualem Aethiopes quoq; emittunt. Hi Indi longius à Persis absunt, & vento Austro obnoxij: eoq; Dario neutiquam obtemperabant. Cæteri Indi Caspatyro vrbi, & Pactyicæ regioni contermini sunt, ad ventum Aquilonem habitantes. Et ex alijs Indis ij, qui proximam Bactrianis vitam degunt, pugnacissimi sunt, & qui ad aurũ præcipuè mittunt. Circa hanc enim plagam vasta sunt propter arenam loca. In ea solitudine arenosa Formicę gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpium verò maiores. Earum nonnullæ, & apud eos, & apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captæ. Hæ Formicæ in faciendis sub terra domicilijs egerunt arenam, vt apud Græcos Formicæ, atq; eodem modo, ipsa specie corporis simillima. Ea autem, quæ egeritur arena, auracea est; pro qua in desertum mittentes Indi, ternos singuli camelos iungunt: mares à lateribus, quos frænatos trahunt, fœminam in medio, in quam ipsi ascendunt, data opera vt à recentissimis fętibus abstractas iungant. Etenim apud eos cameli cum nihilo sunt minori pernicitate, quam equi, tum verò ad ferenda onera multò valentiores. Qualem autem habeat camelus speciem, Græcis, vtpotè scientibus, non puto scribendum: sed quod de eo animali nescitur. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura caudam versus spectans. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum legendum tendunt, vt cùm feruentissimus fuerit æstus, sint in rapina. Siquidem præ ęstu Formicæ sub terra se occultas tenent.

[c] *In Summ. cap. 52. & host. lib. 15. cap. 1.*

[d] *Exer. 367.*

[e] *In Laconicis.*

[f] *Lib. 4. c. 5:*

[g] *Exer. 96. 7.*

[h] *In Thalia. Lib. 3.*

Est

Eſt autem illis hominibus ſol ardentiſſimus matutinus, non quemadmodum alijs meridie, couſq; efferueſcens dum tempus eſt à foro diſcedendi: per quod ſpatium multò magis vrit, quàm meridianus in Græcia, adeo vt dicantur illi tum in aqua ſe abluere. Meridies verò Indos vrit ferè, peræquè atq; alios homines: declinante meridie, talis eſt illic ſol, qualis alibi matutinus; ac deinceps magis, ac magis frigeſcens, dum ad occaſum peruenit, quo tempore præcipuè friget. Vbi ad locum Indi peruenere, culeis, quos attulere, arena completis, rapidiſſimè retrò ſe recipiunt. Quos protinus Formicæ (vt à Perſis fertur) olfactu perceptos inſequuntur, tanta pernicitate quanta in alio eſt nullo: ita vt niſi viam, ad quam Formicæ cõgregantur, anticipent Indi, nemo ſit ipſorum inde euaſurus. Ideoq; camelos mares, quòd impares fœminis ſunt in currendo, ne trahantur, diſſoluunt, ſed non vtrumq; pariter, Fœmina verò pulli quem reliquit memor, nihil ſibi remittit: Hac ratione Indi maiorem auri partem nanciſcuntur, vt Perſæ memorant. Nam quod effoditur in eadem regione aurum, rarius eſt, &c. Eadem fermè ſed breuius apud [i] Strabonem legimus, qui tamen Herodotum non nominat, ſed Megaſthenen, & Nearchum. Hic quoq; (Nearchus) inquit, vidiſſe ſe ait Formicarum auriferarum pelles, pardalis pelli perſimiles. Megaſthenes de Formicis ait, apud Derdas, quæ maxima natio eſt Indorum montanorum, ad Orientem expoſitorum, collem quendam eſſe trium millium ſtadiorum ambitu, & ſub eo aurifodinas, quas Formicę effodiant, vulpibus magnitudine non minores, mira celeritate, victum ex venatione comparantes: fodere autem terram per hyemem, & ad oſtium accumulare, quemadmodum talpę. Talis auri ſtrigilis parua decoctione eget, eam vicini iumentis clam rapiunt. Apertè enim non poſſunt, prohibentibus Formicis, quæ & pugnant, & fugientes inſectantur, quos cùm deprehenderint, cum iumentis interimunt. Vt ergo illas lateant, ferinas carnes per loca plurima diſponunt, quibus diſtractis, auri ſtrigilem aſportant, & fuſionis ignari cuicunq; mercatori diuendunt. [k] Plinius quoq; omnium, quæ diximus, meminit, ſed Formicas, neſcio ex quo cornua gerere tradit. Indicæ Formicæ, inquit, cornua, Erythris in æde fixa, miraculo fuere. Aurum ex cauernis egerunt terræ, in regione Septentrionalium Indorum qui Dardę vocantur. Ipſis color felium, magnitudo Aegypti luporum. Erutum hoc ab ijs tempore hyberno, Indi furantur æſtiuo feruore, conditis propter vaporem in cuniculos Formicis, quæ tamen odore ſolicitatæ prouolant, crebroq; lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritasq; eſt cum amore auri. Solinus aliud addit miraculum, dum Formicis iſtis pedes tribuit [l] Leoninos. Formicæ, inquit, ibi ad formam canis maximi, arenas aureas pedibus eruunt, quos Leoninos habent, quas cuſtodiunt, ne quis auferat, captantesq; ad necem proſequuntur. [m] Aelianus eaſdem Formicas auri cuſtodes, Campylin appellatum fluuium nunquam tranſire author eſt; cumq; his regionem eandem Iſſedones incolere, qui & ipſi Myrmeces, id eſt, Formicæ appellantur. [n] Alibi etiam iſtæc de illarum mira prudentia memoriæ prodidit: Naturali quodam ingenio, & prudentia, valent etiam apud nos animantia, non totidem tamen, quot ſunt in India: Illic enim eiuſmodi ſunt, Elephantus, Pſittacus, Sphinges, & nuncupati Satyri, & Indica Formica. Noſtrates quidem Formicæ cauernas, & latibula quædam effodiunt, ſub terra habitantes, & veluti in fodinis metallicis cuniculisq; eruendis ſeſe exercent. At Indicæ ſingulari ſapientia præditæ domunculas commodas in excelſis locis conſtruunt: non in deuexis, & planis qui facilè inundari queant. In eis ambitus, & vt ita dicam, foſſas Ægyptias & Creticos Labyrintos magna ſapientia effodientes, domeſticas ſedes conſtituunt: non rectas quidem, & peruias, aut in quas quippiam influere poſſit, ſed ſinuoſis foraminibus obliquas: in quarum ſuperficie foramen vnum relinquunt, per quòd quidem ipſum ingrediantur ipſæ, & ſemina quæ colligunt, in ſuos theſauros inferant. In excelſis quidem locis latibula machinantur, vt fluminum alluuiones effugiant. Itaq; hac ſua induſtria, veluti in ſpeculis habitant, aut etiam inſulis, cùm ſcilicet adiuncta colliculis illis humiliora circumquaq; ſtagnant. Ipſorum verò aggeres quanquam congeſti, tantum abeſt alluente aqua, vt ſoluantur, vt confirmentur magis. Primum enim ex matutino rore admixto pulueri, tunica quadam veſtiuntur tenui ſed valida: deinde parte inferiori de fluuiatili cœno cortex muſcoſus adnaſcens aggerem aſtringit. Meminit item [o] Lucianus ſcribens ad Saturnum, ſe niſi concedatur, quod poſceret, precaturum vt Formicæ, vt in India ſolent, diuitum hîc theſauros eruant. Quandoq; futurum eſt, inquit illis grauiſſimum, vt Formicæ tales, quales feruntur, Indicæ aurum è theſauris effoſſum, noctu in publicum efferant, &c. Eaſdem intelligere volunt Theocritum his verſibus:

Οὐ μὰν ἀχρεῖος γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσὸς
Μυρμάκων. ἅτε πλῆτος ἀεὶ κέχυται μογιόντων.

Non

[i] Lib. 15. Geog.

[k] Lib. 11. cap. 31.

[l] In Polybiſt. cap. 43.

[m] Lib. 3 c. 4.

[n] Lib. 16. cap. 15.

[o] In Epiſt. 3. ad Sat.

A *Non tamen absq; vsu in domo optima aurum*
*Ceu Formicarum opes semper iacet laborantium.*

Iam verò nunquid reuera tales dentur Formicæ tantæ magnitudinis, & quæ aurum eruant, & mira innataq; auiditate custodiant, haud facilè mihi ipsi persuaderent, nisi etiam eadem (nam etiam in Brasilia Formicas canum magnitudine esse, qui aurum custodiunt, referunt) & alia longe admirabiliora de alijs Indicis neoterici, qui per vastas Indorum regiones diuagati sunt, referrent: nihilominus ego nunquam ea affirmarim.[p] Strabo sanè duobus in locis ridet eos, qui similia prodid erunt. Neque etiam [q] Arrianus ea admittit, qui alioqui quam plurima de Indicis rebus scripsit. De Formicis, inquit, etiam scribit Nearchus, se quidem eas non vidisse, cuiusmodi nonnulli tradunt in India nasci. Pelles tamen earum non paucas abs se visas in castra Macedonum allatas. Megasthenes certa veraq; esse quæ de Formicis scribuntur, dicit, eas nimirum esse, quæ aurum è terra effodiunt, non quidem auri ipsius causa, sed vt sibi antra, in quibus delitescant, parent, quemadmodum nostræ etiam Formicæ exiguæ cum sint, nonnihil terræ eruunt. Esse autem Formicas illas vulpibus maiores, ratione magnitudinis earum terramq; fodere, quæ aurum mistum habeat, & ex ea Indis aurum fieri. Sed Megasthenes auditum narrat. Ego verò cum nihil habeam certius, quod de ea re scribere possim, libenter hunc de Formicis sermonem missum faciam. Sic ille, & ex recētioribus Georgius Agricola, qui doctissimè de subterraneis scripsit, quid in hac re sentiat, ita quam breuissimè explicauit. Quod autem Formicæ Indicæ, inquit, eruant aurum, crediderim Formicas illas Indicas esse diuersæ naturæ à nostris, licet hoc nomine Formicæ nuncupentur. E contra Rasis, author sane fide dignus, referente [r] Cardano, scribit in Susidē inclyta vrbe Perfidis regionis fuisse nutritam Formicam publicè, siquidem in foro Auiano, quæ singulis diebus libram carnis ederet. Catuli quoq; magnitudine reperiuntur Formicæ teste [s] Bocatio apud hydrophagos, id est serpentiuoros, qui insulam illam habitant, in quo Gargarus fluuius est. Verissimum autem est Formicas in nouis Indijs laccam cōficere: nam & plerunq; alæ Formicarum laccæ permixtæ reperiuntur. In regno Pegù, cum terra pluuia vel arte plus iusto irrigatur, Formicæ alatæ ligna quædam tenuia ab incolis sic disposita conscendunt, in quibus laccam generant, è quibus, inquam certa gummi species defluit, quod illæ exsugunt, & circa ramos, perinde laccam, vt Apes mel, ac ceram diffundunt. [t] Dalecham pius certum esse ait laccam, non gummi esse, nec arboris plantæue alicuius lachrymam, sed potius Formicarum alatarum stercus, fauaginemue, veluti ceram Apum. Sed vt cera Apum non est, nisi prius hinc inde colligant, sic meo iudicio gummi illud, vt vocant, ex arbore, quam prunorum specie esse scribunt alij, extillat, & à Formicis circum ligna illa elaboratur, vt ab Apibus cera. Magna hęc arbor est, & in Canara bor in Decan ber, & in Malaxo Vidaras, apud Lusitanos Mancanos de la India: id est, mala Indica dicitur, quo nomine pariter depinxit Acosta. conspicitur æstate alatis illis Formicis perpetuò onusta, quæ in ramis eius laccam elaborant, vt dictum est. Hæc profectò communium Formicarum labor cum Indicis illis quas aurum eruere, & custodire aiunt, non parum congruit. etenim fieri potest, Formicas ibi incredibili esse magnitudine, quas cum ijs in locis degere viderent, & antra sua siue latibulas acriter defendere, multis ansam dederint, longè admirabiliora affingere. nam cùm Indi aurum auferre inde conarentur, Formicas haud dubiè pellere conati fuerint; ea verò Formicarum natura est, vt irritatæ egregiè sese vlcisci studeant: vnde etiamnum vulgata passim omnium in ore est paroemia, ineſt & Formicæ, & Serpho sua bilis. Estq; nostratum Formicarum morsus admodum molestus, adeo vt Æsopi Formica venatori, cum auem captaret, rete è manibus excuteret: ex quo quantum doloris, ac molestiæ attulerint Indicarum illarum morsus quispiam facilè iudicet. Vt itaq; magnitudinem illarum admitto, ita contra nunquam credidero auri amore id tueri, vt Plinius scribit, hoc enim apud me fabulas sapit; quare iam de reliquis monstrosis, vt ita dicam, Formicis pergamus. In nouo orbe in Baia Saluatoris ingens est Formicarum copia, quibus in ore extant, velut forfices ad quæcunq; sata, aut fruges abscendendas: quarum etiam morsu arescunt omnia: studeant tamen incolæ eas diligenter alere, vt saturæ fertilibus pareant. Eædem quoq; Formicæ in Brasilia dantur. Scribit [u] Olaus Magnus Formicas in Aquilonari regione in plura genera diuidi, inter quæ specie vnam compertam, quæ sibi è frondibus nidum conficiat è pino, & abiete, in aliquo ædito campestri loco. His, inquit, insidiatur vrsus: at illæ adeo solerter in eum inuadunt, vt eijciant; quin si fortè vnicam Formicam in foueas suas pilis occultam intulerit, eaq; ibi fortè nidificauerit, & fœtificauerit, etiam inde vrsum cum prole vniuersa perpetuò exulem faciet. Sunt enim huiusmodi Formicæ alatæ, & grandiores. Alatæ etiam sunt & magnæ, & coloris rubri, quas Indi in Brasilia Iza nuncupant, dum conteruntur, odorem cedri fundunt;

[p] *Lib. 2. & 15.*
[q] *Lib. Indic. rer.*
[r] *Lib. 9. de Subtil.*
[s] *Lib. de Fluuijs.*
[t] *Lib. 18. Hist. plant. cap. 16.*
Monstrosæ Formicæ.
[u] *Lib. 22. cap. 5.*

fundunt, magnas ſibi ſub terra latibulas ſiue caſas effingunt. Verno autem tempore, hoc E
eſt, menſe Septembri magnum ſenſim fœtuum agmen educunt, idq; eo potiſſimum die, qui pluuiam ſubſequitur, atq; tonitrua, cùm videlicet Solis æſtus viget maximè. Parentes præcedunt, ducesq; ſunt liberis, ore aperto huc illucq; curſitantes, viasq; vndiq; complentes, morſus multo quàm alijs temporibus acerbiores inducunt, ad ſanguinis effuſionem vſq; Sequuntur ſubinde liberi magnitudine prealētes, volatuq; nouas ſibi habitationes quærunt, tanto ſæpe agmine, vt velut denſiſſimam in aere nubem efficiant. Vbi quieſcunt, terram eo in loco effodiunt, ac quæq; ſibi habitacula conſtruit. Vita earum breuis eſt, at ex ſingularū ventre ingens fœtuum numerus erumpit. Cum latibula ſua egrediuntur, accurrunt Indi, accurrunt & volucres cæli. Indi autem magno cum deſiderio tempus hoc expectant, Formicas iſtas ceu nouos fructus in cibi vſum colligentes. Accedunt autem ad cauernarum ingreſſus, eas aquæductibus circumſæpiunt, adūerſus mordaces, & grauiter morſu vulnerantes parentes Formicas ſeſe defendentes. Nouas recētesq; eas Formicas in multos dies ſeruant, ac igne torrentes deuorant. Quam modo ſuauem delicatumq; cibum prębeant, teſtantur Ieſuitæ,
[x] *Lib. 4. de miner.* qui & ipſi illis veſcuntur. In Occidentali India duo item eſſe ait Cæcus [x] Adrianus Formicarum genera, quorum vnum agros depopuletur, aliud contrà eos conſeruet, pellatq; vaſtan F
[y] *In Summ. Indiæ Occident. ca. 52.* tes. [y] Ouiedus ait ibi Formicarum tot eſſe genera, & multitudinem, & multas etiam tam noxias, ac damnoſas, vt fidem ſuperarent, neq; credibile videatur, niſi qui viderint. Inter dānoſas verò primas obtinere, quas indigite voce Comixen vocant, quæ inquit, ſemiformicæ ſunt, & ſemiuermes, alba velut cauda prorepentes. Ligna penetrant erodendo, & domibus ingentia damna inferunt. Cùm arborem, vel parietes ædium ſcandunt, opercula terrea, digitum craſſa, ſecum ferunt: ſub quibus, vbi habitandum eſt, degunt, eaq; amplificant, & tribus, & quatuor palmis maiora faciunt; in his nidulantur, ligna & parietes, niſi auferantur, teredinis inſtar erodentes atq; conſumentes. Venenatæ modò Formicæ, & quæ hominibus plus quàm noſtrates nocent, cùm apud eoſdem Indos, tum apud nos quoq; reperiuntur.
[z] *Lib. 19. cap. 4.* Venenatas Italiam non nouiſſe aiunt. Solifugas (aliter Solpugas) Cicero teſte [z] Plinio appellat; Salpugas Bætica. Animal eſt, vt refert Solinus, exiguum, aranei ſpecie, in Sardinia in uetallis argentarijs plurima: occultim reptat, & per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem facit. Solifuga dicta, quod diem fugiat. Sardinia eſt quidē abſq; Serpentibus. Sed quod alijs locis ſerpens eſt, hoc Solifuga Sardois agris. Plinius hiſce, & cæteris Formicis cor Veſpertilionis contrarium eſſe tradit. Telephus Cretenſis ex Myſio Pergamo oriundus mortife- G
[a] *Lib. 10. cap. 42.* ferum quoddam, vt ſcribit [a] Ælianus, Formicarum genus eſſe ait: quæ Laertę nuncupantur; quo nomine etiam Veſpæ quędam nuncupantur. Præterea leguminibus innaſcuntur hoſtiolæ, quædam venenatæ etiam, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, Solifugarum generis. Aduerſus hęc omnia eadem medentur, quæ contra Araneos, & Phalangia demonſtrantur. Venenoſæ pariter Formicæ, eæq; magnæ habentur in Braſilia quas aiunt in arboribus ſeſe enutrire, & nidum facere more Hirundinum. In Iſthmo Sur & Nort occidentalis Indiæ caſulas adeo duras efficiunt Apum ſimilitudine, vt vix ſecuribus tandem rumpi
[b] *Lib. 9. de Subtil.* queant, atq; ſic arboribus perniciem afferuut teſte [b] Cardano. Ait item Ouiedus, eſſe quæ prædictas (paulò ſuperius commemoratas) magnitudine ſuperent, harumq; varia genera videri, at quæ cæteris ſint noxiores, & damnoſiores, nigreſcere, atque noſtrates adæquare Apes, Harum, inquit, tantum ineſt venenum, vt Indi in ijs ſagittas ſuas inficiant, ijſq; vulneratis moriendum ſit ſine vlla ſpe ſalutis recuperandæ. Viſi ſæpe ſunt Chriſtiani icti ab hiſce Formicis in febrem, quàm ocyſſimè incidiſſe, eamq; lethalem. Atque hæc de varijs Formicarum generibus: quæ in Indijs potiſſimùm reperiuntur. Ad paruas noſtrates pertinere volunt, quæ κνίπες aut σκνίπες nominantur. Mel appetunt, vt Apes, quod vel è longinquo H
olfaciunt. Galenus verò non Formicas, ſed vermiculos σκνίπας vocat, qui vitibus ineunte vere innaſcuntur, cūm germinare vites incipiunt: earumq; germina (oculos vocant) depaſcuntur: quamobrem agricolæ, vt hus interimant, oculorum radices inungunt ampelitide vocata terra. A Cnipe Scnipeue Auicula quædam κνιπολόγος dicitur Ariſtoteli, de qua conſule Ornithologiam noſtram. De his quid ſentiamus, antè in Culice diximus. Poſtremò Serphum quoque vocant animalculum Formicæ ſpecie, quo etiam veſcuntur Auiculæ.

FOR-

A

# FORMA. DESCRIPTIO.

FORMICAM minutissimum Insectum, & nulli non notum describere superfluum est: attamen non inconueniens, imo velut necessarium, atque vtile quædam, quæ ad corporis formam spectant, referre. Habes expressam Formicam maiorem, vulgarem, alatam & sine alis, item alia duo Insecta Formiciformia. [a] Aristoteles Insectorum alia membrum illud, quod natura ad sentiendum accommodauit, intus continere scribit, hisq; Formicas accensет, & alia multa ex testatis; alia contrà foris gerere. Nec non testata, inquit, etiam [b] alibi omnia huiusmodi eadem causa, qua sanguinea, videlicet ad cibum sentiendum: quoniam etiã Insecta simili ratione, aut promuscidem habent ore prodeuntem, vt Apum Muscarumq; genus, vt dictum iam est, aut in ore conditam partem eiusmodi possident, vt Formicæ, & si qua alia sint generis eiusdem. [c] Plinius quibusdam Insectis, vt Formicis, intus linguam tribuit, & ex recentioribus [d] Vvottonus dentes habere Formicas ait, & gerere aculeũ non in ore, sed parte posteriore. De oculis hæc prodidit [e] Cardanus: Formicæ visu omnino priuantur, quòd terrestre animal non adeo visu indigeret, cornibus auxiliantibus, quæ illis loco baculi sunt ad tẽtandum viam, velut & Limacibus: Hæ enim ob siccam temperiem, illæ ob paruitatem oculis priuatæ cornua pro baculis acceperunt, vt cæci. Nullum autem animal volans poterat esse; nã non adeo sensim animal volare potest, an impingat & excidat, si visu careat. Hæc ille, quæ nunquid veritati sint cõsona, dubito plurimùm. Formicæ enim senes, alas, vt dictũ est, emittunt, & volant non parum: quas viderene in senectute dicemus, cùm in iuuentute non viderint? Quare libentius cum [f] Alberto Magno non parui momenti philosopho dixerim, Formicam propter paruitatem sui capitis oculos non habere in eo, sed super quædam additamenta, quæ ceu duo pili egrediuntur de capite. nam ibi oculos esse locatos signum est, quod quando illa amputantur, tunc vadit errando, nescіens quo eat, proximam quamque apprehendens, & quàm tenacissimè amplectens, vt per ipsam ad casam suã reuertatur. Cùm senescit genus Formicarum, alatum efficitur. Consolatur enim illorum imbecillitatem natura, inquit [g] Cardanus, volatu addito: sed ab editis alis parum superuiuunt. Author quoque de natura rerum solam Formicam inter animalia senio fortificaturi ait & crescere. Quod ad temperamentum attinet, Formica sicci est temperamenti. nam canis ei comparatus à [h] Galeno dicitur humidus: Canis namq;, inquit, ad Formicam & Apem comparatus est humidus: in animantium genere est siccus.





B

C

[a] *Lib. 3. de Parti. c. vlt.*

[b] *Lib. 4. de part. cap. 5.*

[c] *Lib. 11. cap. 37.*

[d] *Lib. 9. de diff. animal. cap. 210.*

[e] *Lib. 9. de Subtil.*

[f] *Tract. 4. lib. 6. cap. 1.*

[g] *Lib. 9. de Snbtil.*

[h] *Lib. 1. de temp. cap. 9.*

# LOCVS.

D

QVIBVS in locis degat genus Formicarum, nemo etiam est, qui ignorat, & ante, vbi multa de miro earum ingenio, & industria egimus, inter alia quoque, quàm inextricabiles labyrintos sibi in suis labibulis conforment, demonstrauimus, & ex imagine, quam in fine dabimus, quisq; per se considerare poterit. Conduntur autem in aceruis, in quibus congerendis vere, & æstate multùm operæ, & laboris consumpserunt. Non sunt in Sicilia pennatæ teste [a] Plinio. Nidum earum Ponticum quendam, gratumq; odorem emittere scribit [b] Albertus, eoq; asseres circumuicinos inficere.

[a] *Lib. 11. cap. 30.*

[b] *Tract. 4. lib. 8. cap. 1.*

E

# COITVS. PARTVS. GENERATIO.

[a] *Li. 5. Hiſt. cap. 9.* [b] *Cap. 25.*

INSECTA, inquit [a] Ariſtoteles, hyberno quoque tempore coëunt, & ſerenis auſtrinisq; diebus naſcuntur ea, quæ ſe abdere non ſolent, vt Muſcæ, & Formicæ. [b] Alibi etiam coire Formicas ſcribit, & Vermiculum parere nulli annexum, qui accreſcens ex minutulo, & rotundo longiuſculus fit, formamq; accipit debitam, & ortum eorum verno tempore agi. [c] Plinius hanc eandem generationem pauciſſimis verbis complexus, plurima, inquit, Inſectorum Vermiculum gignunt; nam & Formicæ ſimilem ouis vere. Cur verò Formicæ, Papiliones & Locuſtæ, non autem Apes, oua gignant, rationem hanc reddit [d] Cardanus, quòd cum pariunt, non volant. Oua ipſa teſte [e] Alberto in Vermes albos panniculis inuolutos erumpunt, & ex his ſuperficie ad ſolem expoſitis Formicæ naſcuntur. Idē F [f] Albertus animalium vermes generantium, quoſdam Vermes moueri, ait in eadem hora ſuæ natiuitatis, & quoſdam hoc non facere, niſi poſt aliquot dies, ſicut Vermes Formicarum, & Apum. Alibi quoque eiuſcemodi oua oblonga eſſe ait, & quaſi columnalem exprimentia figuram, extraq; corpus paulatim recipere in locis calidis muſcidis incrementa quouſque perfectè compleantur: & ſi fortè ab aliquo de loco ſuo mota, ac diſperſa fuerint à Formicis recolligi, & ad ſuos nidos referri. Cæterùm longè alio modo Formicæ in orbe nouo generantur, quàm vt de noſtratibus dixi, vt illi tradunt, qui de eius mirabilibus ſcripſerunt, videlicet à parentis iam defuncti corpore fieri innumeros vermiculos, eosq; miro modo viuere, donec ex habitaculis ſubterraneis iam alati erumpant: quanquam viuentes adhuc parentes, aliquando etiam pariant; atque ita fit non ſpernendum miraculum, vt genus ſeruetur, vel partu, vel etiam corporis defuncti corruptione; atque ita parentum mors tametſi ſine prole ſequatur, prole tamen non caret, quam vel parere poſſit etiam mortuus genitor.

[c] *Lib. 11. cap. 30.*

[d] *Lib. 9. de Subtil.*

[e] *Lib. 26.*

[f] *Lib. 1. de Animal.*

[g] *Tract. 4. lib. 8. cap. 1.*

# VICTVS.

G

QVAM ſtudiosè in futuram hyemem grana frugum colligant, abundè antè demonſtrauimus, vnde agricolæ, & ciues etiam eas tanquam agrorum peſtem, ac perniciem non odere ſolùm, ſed fugare etiam diuerſimodè ſtudent, quare perquam appoſito epitheto frugilegas nominabat [a] Ouidius cum canit:

Frugilegæ. [a] *Metam. 7.*

*Hic nos frugilegas aſpeximus ordine longo*
*Grande onus exiguo Formicas ore legentes.*

Et agmen graniferum hoc verſu:

*Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis.*

[b] Plinius cupreſſi ſemen mirè à Formicis expeti tradit: & quàm papaueris ſeminibus inhient, oſtendit [c] Plautus his verbis: Quid factum eſt? Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis, piſcator, piſtor abſtulit, lanij, coqui, olitores, myropolæ, aucupes; confit cito. Quàm ſi tu obijcias Formicis papauerem. A fructuum genere etiam non abſtinent, H quin damna quoque inferunt non toleranda, eos exugendo. [d] Albertus animalium corpora etiam exugere ſcribit, quæcunque inuenerit, & exinde nutrimentum capere: cæterùm Formicas à cadaueribus abhorrere apud Aelianum legimus, at humanis fortè, nam mortuis anguibus libenter veſci inter confeſſa habetur.

[b] *Lib. 17. cap. 10.*

[c] *In Trinum mo.*

[d] *Lib. 26.*

Anguibus veſci.

DAMNA

A

# DAMNA A FORMICIS, ET REMEDIA ADVERSVS EA.

ALBERTVS Formicas morsu suo venenum spargere ait, & pustulas excitare; earum autem proprium est mordere teste [b] Plutarcho. Sunt qui velint Draconem Formicas, & Cantharidas edere, quibus comestis excitetur, vt Didymus prodidit. Quod autem ad Formicas ipsas attinet, venenosas eas esse volunt, vnde μυρμηκιᾶν & in Formicarum nidos inspirare dicuntur, qui malum sibi imprudenter accersunt. nam vt author est [c] Albertus, si quis vel tantillum irritauerit, vel nocuerit illis, mordicatiuum quendam humorem, & in cute pustulas haud facilè curabiles eijciunt in ipsum. Cumanenses diuersimodè sagittas suas inficiunt, cæterùm pessima inter venena eorum numeratur, quod ex capitibus Formicarum venenatis conficitur. Oua etiam in potu sumpta incredibilem faciunt ventositatem, & tumultum in ventre hominis, vnde sunt quandoq; qui ex assumptis hisce ouis inter proceres etiam in media mensa à crepitibus sese continere non possent. Porro alia ac frequentior earum noxa est, & damnum, quod agris, hortis, horreis, areis, arboribus, pennarijs, similibusq; locis, in quibus, frugibus, fructibusq; ac alijs cibis mirum in modum insidiantur, inferunt. [d] Virgilius sanè Formicas etiam inter areæ pestes recensет, inquiens:

[a] *Lib. 26.*
[b] *Lib. de cohib. ira.*
[c] *Tract. 4. lib. 8. cap. 1.*
[d] *Lib. 1. Georgic.*

*—— Populatq; ingentem farris aceruum*
*Curculio, atq; inopi metuens Formica senectæ.*

Diuersis sane remedijs pestis ista fugatur. Iubet [e] Varro, vt area sit pauita, maximè argilla, ne æstu perminosa, in rimis eius grana obliteſcant, & recipiant aquam & hostia aperiant muribus & Formicis. Itaq; inquit, amurca solent perfundere; ea enim herbarum est inimica, & Formicarum, & Talparum venenum. Aream, inquit [f] Cato, vbi frumentum teratur sic facito: Confodiatur minutè terra, amurca bene conspergatur, vt combibat quamplurimum. Comminuito terram, & cylindroaut pauicula coæquato, vbi coæquata erit, neque Formicæ molestæ erunt, & cùm pluerit, lutum non erit. Idem ferè legimus apud Columellam:

[e] *Lib. 1. de re rust. cap 51.*
[f] *Cap. 129.*

*Ozima comprimite & grauibus densate cylindris*
*Exurat fata ne resoluti puluerис æstus;*
*Paruulus aut Pulex irrepens dente lacessat*
*Neu Formica rapax populari semina possit.*

Est quoque Formicarum infestissima omnium arborum lues: quas vt non infestent, rubrica abigunt, ac pice liquida caudices perungunt, nec non & pisce coracino suspenso iuxta in vnum locum congregant: aut lupino trito cum oleo radices linunt. Author est Palladius, Sed Cælius Rhodiginus multæ vir lectionis, atque eruditionis Palladij locum ita corrigebat. Legebatur priùs in veteri exemplari non coracinum piscem, sed coracinam picem, vt differret à resina, quæ alba pix est, sic ex Græco Diophane coracinum piscem substituit. Sed ego cum Rondoletio, male commutatum locum existimarem, quippe se expertum dixit, coracinum piscem Formicas non arcere, quemadmodum etiam [g] Ioann. Baptista Porta falsum id esse experientia se comperisse ait. Ne Formica vitem ascendat, [h] Columella lupinum teri iubet, & cum fracibus misceri, eoq; imam linea vitem circumlini; vel bitumen cum oleo coqui, eo quoq; imas vites tangi, àtq; ita Formicas non exedere. Sabinus Tyro teste [i] Plinio contra Formicas non minimum hortorum exitium, si non sint, rigui, remedium monstrauit, limum marinum, aut cinerem obturandis earum foraminibus, sed efficaciſſimè heliotropio herba necari. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Sunt qui caudices arborum succo cyrenaico, ex aceto soluto inungunt. Multi fel taurinum cum pice, & amurca diluunt, & madefaciunt. Oportet autem per circuitum truncum omnibus supradictis madefacere; ne locus tanquam ianua, & scala quædam ad ascensum & descensum Formicis patefiat. Multi caudicem hedera amiciunt: pòst sub huius vmbra Formicæ torpidæ inueniuntur, vt facilè comminui possint. [k] Petrus Bellonius tithymali cuiuscunque generis plantæ ex aqua decoctum vtiliter ipsarum latibulis inspergi ait. Contra easdem Diophanes his vtitur. Si Formicas captas vsseris, reli-

[g] *In Pomar.*
[h] *Lib. de arborib. c. 13.*
[i] *Lib. 19. cap. 10.*
[k] *Lib. de neglect. Stirp. cult. cap. 19.*

quas fugabis, quæ res experimento conſtat. E cauernis ſuis expelles, ſi cochlearum tegmina cum ſtyrace vſſeris, & contuſas in agmen ipſarum conſperſeris. Cauernas ſuas relinquent teſte [l] Ariſtotele origani ſulphurisq; puluiſculo inſperſo, alioq; migrant. Idem repetit [m] Albertus. Equidem quantoperè origano fugentur, vel inde clarum eſt, quod apud antiquiſſimos, ac ſapientiſſimos Aegyptios Formicarum internecio origani picturâ denotaretur. Penitus intereunt, radice ſylueſtris cucumeris ſuffumigata, aut ſiluro maximè Alexandrino ſuffito ad lentum rogum. Si in horto habent foramen, & flores depaſcant, & folia rodant, fructusq; edant, quos ſi dulces ſint, ſummopere proſequuntur, cor Noctuæ authore Palladio, prope id poſitum eas arcebit. Præſens ætas, vt ſcribit [n] Benedictus Curtius ad hanc labem, vas terreum in medio perforatum, & per ambitum obice ad continendam aquam occluſum excogitauit. Quod, cùm ſerunt, arboris caudicem in foramine ſtatuunt, & vas omnino aqua replent: ſic enim Formicarum nociuus exercitus, tanquam vallo via ad arbores prohibetur. Si ceraſus ſpeciatim Formicis infeſtetur; portulacæ ſucco, cum aceti media parte miſto, vel vini fæce florentis arboris truncum adlinunt. Alij ne exeant è foraminibus ſuis, & caligine operiunt, aut raſuram quercus abunde ad arboris radices ſpergunt: nam ſuborta poſtmodum pluuia, ac cum ijs permixta, vel exitum Formicarum prohibet, vel necem quoque affert. In India præterea pernitioſa vbiq; earum multitudo, omnia edulia, etiã linteamina confeſtim magno numero inuadit. Ideo omnes ciſtæ, ac promptuaria quatuor columnis in India imponuntur, ac à parietibus remouentur, ne hiſce animalibus aſcenſus ſit, ac ſub columnis peluis cum aqua ponitur, & ſi ſiccata tempore, neq; renouata fuerit, continuò omnia Formicis plena ſunt. Etiam ſub lecticis eadem vaſa habent, vt ſomnus ſecurior ab infeſto harum Formicarum curſu, & morſu ſit. Auiculæ ex Canaria, aliæq; Fringillæ, quę ex Luſitania à quibuſdam cauſa deliciarum in has partes deferuntur, vt tutæ ſint à Formicis, baculo impoſitæ ſtant, cui vas cum aqua ſubſit, alioquin morſu aculeato petitæ à Formicis, mox intereunt, etiamſi funiculo ſuſpenderentur, cùm & per funiculũ beſtiolæ conſcendant. Milites, atque pauperiores, quibus non ita facultates ſuppetunt, ad ciſtarum cum pelui emptionem, cibum, ſi quid (quod rarò contingit) ſuperſit, inuolutũ, ſtrophiolo ex clauo ad murum demittunt, circulo carbonibus facto, qui curſum Formicarum ſcandentium impediat. Aliud genus digiti longitudine, ac colore rubro agros, herbas fructusque maximo agricolarum damno, inuadit.

[l] *4. Hiſt. c. 8.*
[m] *Lib. 26.*
[n] *Lib. 14. cap. 5. de Hortis.*

# PRÆSAGIA. AVGVRIA. PRODIGIA.

QVAM præſaga prouidẽtiaq; animalia ſint Formicæ, ex ſuo ante loco dictis manifeſtũ eſt, vbi inter alia hoc quoq; dictum eſt, quod ſenſum quendã diuinationis habere videantur, quod cùm futura eſt annonæ caritas, & fames, tum maximè ad recondenda frumenta, & reliqua ſemina ſuo vſui apta operoſiores exiſtant. Supra humanæ intelligentiæ captum eſſe etiam nemo negauerit, quod nunquã imber effluxiſſe è nubibus viſus ſit, cùm à Formicis expoſitum eſt ad ſiccandum frumentum. Pauciſſimos equidem homines ea præſagitura inſignes obſeruaui. Talem Democritum fuiſſe memorant, quem tradunt iuſſiſſe fratri cælo admodum ſereno, vt quàm rapidiſſimè poſſet, meſſem omnem ſub tecta referret, atq; effuſiſſimum paulò pòſt diluuium ſubſecutum. Aratus tamen teſte [a] Plutarcho, quando mutuas res ſuas foras efferunt, & frigori exponunt, pluuiam præmonſtrari aſſerit:

[a] *Lib. de Solert. Anim.*

Καὶ κόιλης μύρμηκες ὀχῦς ἐξ ὠὰ πάντα
Θᾶσσον ἀνηνέγκαντο. Id eſt.
*Etiam cauo Formicæ foramine oua omnia*

[b] *Georg. 1.*

Ocyus efferunt. [b] Virgilius ſic vertit, & ipſe inter varia venturæ pluuiæ argumenta.

*Sæpiùs & tectis penetralibus extulit oua*
*Angustum Formica terens iter.*

Politianus ſic vnico verſu:

*Progerit oua cauis patiens Formica laborum.*

Et ante vtrumq; Varro Seruio referente:

*Nec tenuis Formica cauis non euehit oua.*

Meminit etiam Plinius, at paulò aliter: ſegniterque & contrà, inquit, induſtriam abſconditæ

A sconditæ Formicæ, vel concursantes, aut oua progerentes. Quidam, inquit Plutarchus, non oua interpretantur, sed versum ita legunt, vt intelligant eos fructus, quos reconditos habent, metu rubiginis, ac putredinis, quam præsentiant imminentem, exitioq; futuram, foras efferre. [c] Theophrastus verò Formicas scribit in depressiori, & cauo loco commorantes, si oua ex cubili ad eminentiorem exportauerint, imbrem spondere: sed si importauerint ad proprias sedes, tranquillitatem. Si densioribus agminibus prædam tepidè adeo conuectent, vt per semitæ angustias in se inuicem incurrant, & allidantur, pluuias quoque imminere putant. Prognosticantur auras, inquit [d] Albertus, quia imminente tempestate, ad casas suas accelerant. Quòd ad auguria, & prodigia spectat, Formicæ infestæ multitudinis signum apud aruspices fuisse docemur ex veteri historia, vt quæ Neroni mortis appropinquantis præsagium attulerunt: qui sibi visus est per somnum pennatarum Formicarum multitudine oppleri: nã & paulò pòst concitata in eum multitudo, mortem accelerare compulit. Meminit eius somnij prodigiosi [e] Tranquillus, inquiens. Terrebatur Nero euidentibus portentis somniorum & auspiciorum, & omnium tum veteribus, tum nouis: nunquam antea somniare solitus. Occisa demum matre vidit per quietem nauem sibi regenti extortum gubernaculum, trahiq; se
B ab Octauia vxore in arctissimas tenebras; & modo pennatarum Formicarum multitudine oppleri; modò è simulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circuiri, arceriq; progressu &c. Cimoni teste Plutarcho (in Cimone) contra Persas, expeditionem suscipienti, agmen Formicarum inter sacrificandum sanguinem concretum rapiens, paulatimq; ad Cimonem deferens, & pollicipedis circumijciens, mortem portendit. Tradit Æneas Syluius certamen inter Formicas maiores, & minores, spectante exercitu Eugenij quarti commissum in agri Bononiensis pyro arbore à minoribusq; multitudine maiores ad internecionem delatas: sed quid protenderint, non addit. Formicæ anno 1521. in regijs hortis Vpsaliæ, & Holmiæ infestis coeuntes animis Christierno II. regi apud Suecos exilium denotauit, vt testis est Olaus Magnus, lib. 22. 20. Ferales quoq; fuere Formicæ Tiberio, quæ serpentem ab eo in delicijs habitum adhuc viuentem corrosêre: nam aruspices cauendum sibi esse à multitudine responderunt. Sunt qui inauspicatas esse putent ob colorem, qui omnino feralis est. In vniuersum coniectores ideo Formicas indicium esse mortis asserunt, quòd terræ filiç sint, & in subterraneis cauis habitent, quo identidem mortuorum cadauera inferuntur.

[c] *Lib. de sig. pluuiæ.*

[d] *Lib. 26 & tract. 4. lib. 8. cap. 1*

[e] *In Nerone*

C

# DENOMINATA. COGNOMINATA.

FORMICVLA quidem Latinis paruam Formicam significat, cæterùm Neapolitani Iyngem auem, quæ & Torquilla latinè dicitur, Formiculam nuncupant; quare vbi apud Kiranidem ad superstitiosum phylacterium, Formicarius, & Itygos legitur, ab interprete Formicarium pro Iynge redditum, & vtrumque in textum ascitum iudicandũ est. Auis autem ita fuerit dicta, quòd Formicas lingua in cauis indita captet, vt in nostra Ornithologia docuimus. Formicinus exponitur, quod ad Formicam pertinet: Vtitur hac dictione [a] Plautus dum ait: Nunc cogito, vtrum me dicam ducere medicum, an fabrum. Atq; eccum incedit, mouet Formicinum gradum. Formicosus verò, qui Formicis plenus est, apud
D [b] Plinium; Diffident, inquit, Thoes, & Leones, & minima æquè ac maxima: Formicosam arborem sorices cauant. Μύρμηδων Hesychio est ξυνοικία τῶν μυρμήκων, Formicarum contubernium, hoc est multitudo Formicarum vnà domicilium, & sedes habentium, quæ & μυρμηκία. A Formica medici etiam pulsum designant formicantem, ob mobilitatem exilem, exhaustis scilicet, deiectisq; viribus, adeo vt homini quàm minimum vitæ superesse possit, eo se pulsu proferente: cui affinis vermiculans à Vermiculi motu, atq; ingressu, qui non magnam etiam recuperandæ sanitatis spem decũbenti pollicetur. Philaretus quærit, quo distet à formicante vermiculans pulsus; & hunc quidem putat, quandoq; conuerti, demutariq; in melis, eius item amplius patere inæqualitatem: Formicantẽ verò virtute prorsus inter mortua fieri, & interitum prænunciare. [c] Plinius quoq; inter signa ingruentis mortis inæqualem, formicantemq; venarum percussum enumerat. [d] Galenus alibi pulsum hunc formicantem intelligit minutum, densum ac summè debilem, qui velocitatis opinionem exhibeat, cùm sit minimè velox: quemadmodum abundè alibi etiam idẽ [e] Galenus disputat doctissimè, apud quem præterea varijs in locis de hoc pulsu leges. [f] Rasis pulsui nuper editi infantis similem

[a] *In Menæc.*

[b] *Lib. 10. cap. 74.*

Pulsus Formicans.

[c] *Lib. 7.*
[d] *Lib. de tra. puls. cap. 3.*
[e] *Lib. 2. de dign. pul. c. 3.*
[f] *Lib. 10. ad Almansor.*

tradit. Equidem μυρμηκίζων iste σφυγμὸς, siue pulsus Formicans omnium pulsuum minimus E
est, & cùm motus amiserit multos, in vnum eumq; prorsus paruum desinit, vnde & nomen quidam inditum volunt, quòd perinde paruus sit, ac Formica; alij verò ex eo nominatum volunt, quòd eodem Formica modo agatur. Est enim inæqualis in vna pulsatione, & diuersis partibus arteriæ, Formicarum motui similis. In libro de compagine membrorum, qui Galeno ascribitur, saporum nouem species enumerantur, dulce, amarum, acre, salsum conditum, acidum, comprimens linguam, Formicans, & sine sapore. A μύρμηξ deriuatur μύρμηκιον, Phalangij genus, de quo sic [g] Plinius: Myrmecion Formicæ similis capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus, Vesparum dolore torquet. Id à [h] Nicandro dicitur μυρμήκειον: Μυρμήκειον, ὁ δὴ μύρμηξιν ἔοικται. Sofistratus, vt annotat Scholiastes vocat & μυρμήκιον, & μύρμηκα Ηρακλειωτικόν: ab alijs appellatur μυρμηκοειδὲς, à Formicæ similitudine, vtpote quòd μύρμηξιν ἔοικται; Formicis simile sit. Alioqui μυρμήκια dicuntur etiam verrucæ quædam lupini magnitudine, ferè in plantis pedum, & manum palmis nascentes, ita dictæ, quòd Formicæ in morem pungant. A Græcis medicis vocantur μυρμηκίαι, vt cùm ab Aetio & Polluce, tum Paulo [i] Aegineta, vbi de myrmecia, & acrochordone simul tractãs, Vtrumq; vitium, inquit, cutis excrescentia est exigua, callosa, & plerunq; figura teres: sed Formica, F
quæ Græcè μυρμήκιον dicitur latiore basi, similem si quis non tractet, mordentis Formicæ sensum inducit. Verruca autem, quæ Græcis vocatur Acrochordon, angustiore, vt chordæ summo assimilata, pendere videatur. Cornelius [k] Celsus quoque de acrochordone, & thymio loquens, Myrmecia vocari ait humiliora thymio durioraq; quæ radices altiùs exigunt, maioremq; dolorem mouent, infra lata, super autem tenuia: minus sanguinis mittunt, magnitudine vix vnquam Lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoque aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedum. Et mox. Myrmecia latissimis radicibus inhærent, ideoque ne excidi quidem sine exulceratione magna possunt. Sic ille. Latini etiam Formiculam vocant: videturq; esse Formicatio [l] Plinij dicentis: Capilli mulierum, si crementur, cinis Formicationes corporum sistit. Et [m] alibi dilucidiùs: Verendorum Formicationibus verrucisq; medetur arietini pulmonis inassati sanies. Est & alius morbus Arabibus medicis Formica dictus, qui nullas non corporis partes interreptat, atque erratica, vagaq; incursione inuadit, Belgæ à doloris inquietudine hunc affectum vocant, de Mieren, à Formica deducto nomine, animalculo agili atq; inquieto, quod nouas subinde sedes persequitur. Latinis etiam Formicatio dicitur, & Græcis μυρμηκία. Corpus foris fœdis tuberculis, ac pustulis deformat, intus verò mordentis Formicæ sensum affert, ac cruciatum, ita vt subinde scalpurire cogantur, atque attritu aliquod leuamen conquirere, vt assolet morbo Venereo infectis, qui nusquam quietè consistunt, sed continenter frictionibus insistere coguntur. Hinc Plautus, quoniam multi eo sæculo fœdissimis morbis erant contaminati, nempe mentagra, impetigine, lepra, tum plerisq; alijs, qui se in honestissima ferè parte corporis proferunt, illis vitijs deformatos, Formicinos, mucidos, vietos, putridos, vlceroſos vocat. Hunc eundem, vel simillimum saltem morbum (Est enim inter nonnullos hac de re quædam, at nullius momenti, controuersia) Sancti Antonij ignem vocant. Dicitur & pruna, ignis Persicus, carbo siue anthrax, quibusdam Græcis herpes, Dioscoridi, erysipelas, apud Plinium Zoster, & circinus, apud Scribonium Zona. Dicitur autem ignis sacer, ac Formica, quoniam erodendo, & per artus quos occupat, exurendo serpat, vt optimè declarat [n] Lucretius:

*Exurit sacer ignis & vrit corpora serpens*
*Quamcunq; arripuit partem, repitq; per artus.*

Meminit etiam Virgilius, inquiens: H
—— *Contractos artus sacer ignis edebat.*

quo loco malè Seruius putauit sacrum ignem esse, quem Græci ἱερὰν νόσον vocant, ideſt, morbum sacrum. nam ἱερὰ νόσος, vt elegãter scribit Hieronymus Mercurialis in varijs suis lectionibus, nihil est aliud, quàm epilepsia. [o] Plinius hunc sacrum ignem à Formicatione distingit, his verbis: Panos, podagras cum adipe suillo sacrum ignem sanguinemq; fisti ilico, & formicationes corporum. Apud [p] Aetium μυρμηκίζειν dicitur de ita affecto, vt si Formicas repentes per artus sentiat: quomodo μυρμηκιᾶν quoque & μυρμηκίασις significare possint, sentire reptationes, vel morsus quasi Formicarum. At μυρμηκιάω est infestor mijrmecijs, infestor verrucis, quæ μυρμηκίαι dicuntur, ex quo etiam verbale μυρμηκίασις, πάθος illud dicitur, cùm nimirum aliquis istas verrucas patitur. Παρὰ τὰς μύρμηκας, hoc est à Formicis præterea μυρμηκιὰ dicitur, idem significans, quod ἡ μυρμηδὼν, contubernium siue agmen formicarum, vnde prouerbium μυρμηκιὰ ἀγαθῶν pro ingenti bonorum multitudine ceu Formicarum. Alioqui μυρμηκιὰ dicitur quoque sedes, & domicilium Formicarum: & alibi apud

Hesy-

[g] *Lib. 29. cap. 4.*
[h] *In Theriacis.*
[i] *Lib. 4. cap. 15.*
[k] *Lib. 5. cap. vltimo.*
[l] *Lib. 28. cap. 7.*
[m] *Lib. 30. cap. 8.*
[n] *Lib. 6.*
[o] *Lib. 28. cap. 7.*
[p] *Lib. 12. cap. 41.*

A Hesychium ponitur ἐπὶ διδασκαλίᾳ καὶ συμφοιτήσεως, quoniam in scholam puerorum agmen velut Formicarum confluit. Μυρμηκολέων, vel Formicoleo [q] Alberto Magno vocatur Insectum quasi inter Formicas leo, simulq; Formica & leo, animal quidem paruum, sed Formicis adeo infestum, vt se in puluere abscondens, semisphæricum sibi velut vallum è puluere, munitionemque ædificans, Formicas frumenta gestantes aggressus interficiat ex insidijs. Alij aiunt esse quidem ex Formicarum genere, sed multò maiorẽ, & dum adhuc paruus est, & inualidus robore, pacem ac modestiam simulare; at vbi vires acceperit, pristina cõsortia despicere, & contra maiores turbas concitare: inualescentem enim audacia, Formicas ad labores conuenientes fallere, laborantibusque delitescentem insidiari, & aggredi annonam rapiendo in via, & qui nihil sibi in æstate parauerat, in hyeme labores earum diripere. [r] Cardanus sic meminit: Insidiatur Formicis animal Erucæ paruæ simile, sic interpretor Alberti, qui hoc vidit, verba: in sabulo foueam sibi fingens, hæmisphærij forma, in cuius apice quasi polus, foramen existit angustum ex quo improuisus insultat Formicis, easque deuorat. hoc Formicaleon ab Alberto appellatur. Meminit etiam D. [s] Hieronymus his verbis: Myrmicoleon ab ante leo, retrò Formica, de duabus feris nascitur. Esca verò ipsius in primis est lac
B matris, ideſt, Formicæ. Nutritur enim mater legumine, tanquam Formica. Meminit deniq; bibliorum interpres in libro Iob: Myrmicoleo perijt, eò quod non habeat prædam. Nõnulli leonem formicarium dicunt. Cæterùm in promontorio quodam extremæ Arabiæ, quod situm est inter Diram, & Austri cornu, leones Formicæ dicti reperiuntur teste [t] Strabone, qui nunquid ijdem sunt cum leonibus Formicarijs, nondum didici. Est & Vrsus quidam Formicarius dictus, animal formæ absurdæ ob oris, & linguæ longitudinem, animal inquam, aliàs inerme, & iniuriæ obnoxium. Maior est nostrate vrso, sine cauda, facie seu rinctu longiore, visu non adeò acuto, lingua Formicas ex foueis venatur more Pici Martij. Capitur canibus in India Occidentali. Huic Vrso myrmiciphago longè maior industria est, quàm Formicis: cùm etenim pluuijs earum domus aliquando alluatur, superueniente calore rimulæ quædam in ea fiunt, adeò tamen exiguæ, vt vix videantur, neque in eas gladioli cuiusuis cuspide penetrari possit. Attamen vrso est prætenuis atque oblonga lingua: ille tanto studio inuisibilis linguam admouet, atque humore perpetuò defluente adeò rimulas madefacit, vt ibi lutum emoliatur, paulatimque ingerit linguam, vt etiam ipsam domum ea transmittat; quam
C ibi pendulam aliquo momento demittens, Formicæ fraudis nesciæ, & in tuto se esse putantes, ab hoste illectæ humore, & frigiditate linguæ sicuti verme omnes quotquot lingua capere potest, adhærent, quasi ad pastum. Ille verò vbi senserit onustam esse linguam, ad se retrahens, stultam plebem depascitur ignauissimus vrsus. Cumanenses Indiæ etiam populi animali cuidam Formicis victitanti retia tendunt, quod fortè idem fuerit cum Vrso formicario, nam aiunt esse ore vasto, magnitudine spithamæ, & foramen in ore habere. Accedit ad formicarum cauernas, & arbores cauas, linguamque egerit, & quæcunque Formicę ad linguam accesserint, eas deuorat. Formicarium siue myrmeciphagon etiam dici potest animal illud, cuius meminit Ioseph Iesuita scribẽs ex Brasilia anno 1560. allatum esse, vbi Tamandrua ei nomen est, magnitudine maximi canis, sed ob breuitatem crurum nullius esse pernicitatis; nam cursu ab homine anteuerti potest. Setosum est animal, vnde se tuetur: est autẽ illi adeo durum tergus, vt vix sagittis sit penetrabile, collo est oblongo, capite exiguo pro corporis portione, ore sine hiatu rotundo, annulo, quo in digitis vtimur, non latiore: linguam inde exerit trium ferè pedum mensura; exerit autẽ præcipuè iuxta Formicarum latibula, ad quam imprudens Formicarum grex occurrit, totamque ipsam linguam obrepit, quam vbi prorsus,
D cõtectam Formicis sentit, ad se eam retrahit; atque ita Formicarum exercitus illi cedit in cibum: anteriora crura adeo ingentia sunt, vt superent hominis femora: vexatus sedet, atq; fortissimis anterioribus pedibus pugnat. Id se vidisse Iosephus ipse testatus est. Noster item Vrsus fortè eodem modo formicarius dici possit: nam & ipse Formicis insidiatur, vt meminit [u] Scaliger, his verbis: Historiam Hispanicam de Vrso narras, tanquam nouam, ac peregrinam. At apud nos vulgò prædicatur; Formicis Vrsos vesci. Id quod equidem ad medicinam eos facere suspicor. Nam quot Formicarum modijs Vrso Germanico, aut Numidico (si in Numidia Vrsi sunt) opus fuerit ad explendam famem? Μυρμηκίτης λίθος, siue myrmicites lapis seu gemma est authore [x] Plinio, repentis Formicæ effigiem habens, vt κανθαρίας Scarabæorum. Memoraturque ab eodem præcedente capite μυρμηκίας λίθος, Myrmecias lapis, nigras habens eminentias similes verrucis, quas verrucas μυρμηκίας, siue μυρμήκια nominari diximus. Nonnulli bellidem maiorem Formicariam nominant. Μυρμιδόνες Æginetæ dicti fuerunt populi, quoniam Formicarum modo terram eruentes locis petrosis inspergebant, vt colere ea possent, nec non in foueis habitabant lateribus parcentes, vt ait Strabo,

vbi

[q] *Lib. 26.*

Formicaleo.

[r] *Lib. 7. de variet. rer. c. 28.*

[s] *Lib. de vera circumcis. ad Præsidiũ.*

[t] *Lib 16.* Vrsus Formicarius.

[u] *Exercit. 216. 2.* Myrmicites lapis.

[x] *lib. 37. c. 11.*

Myrmidones populi.

E

[y] Lib. 8. vbi reijcit[y] fabulam, quę μυρμηδόνας ex eo nominatos vult, quoniam olim peſte ſublato populo, Æaci precibus Formicæ in homines mutati ſint; de qua ſuo pòſt loco fuſiùs dicemus. Myrmecides quidam dictus eburneum currum cum quatuor equis feciſſe dicitur tam exiguum, vt vnica Muſca alis ſuis totos cooperiret. Myrmex verò Epimethei vxor erat, & filiũ habuit Ephyrum, à quo Corinthus olim Ephyra dicta fuit teſte Stephano. οἱ μυρμηκανθρωποι, Fabulæ nomen à Pherecrate conſcriptæ, apud Athenæum, & Suidam. Μύρμηκας γυιοτόρους quidam dixiſſe fertur τὰς πυκτικὰς ἱμάντας, cæſtus pugilum, quòd artus perforent, ac mordicent Formicarum modo. Eleganter quoque[z] Apuleus vndas populorum ſepedum vocat Formicarum herbam, quæ ſex pedibus ambulant. Formicarum inſulæ ſunt in Corcyro, in quibus nihil peculiare reperiri aiunt. Beroſus ſcribit Cort Enebram, quam adhuc munitiunculam fuiſſe apparet, & à Formicis deletam, caſtrum Formicarium vulgo dici. Sæpe enim magnæ vrbes à minutis animantibus deletæ ſunt, vt author eſt[a] Pliuius.

[z] Lib. 8. Aſin. aur.

[a] Lib. 8. c. 27.

# ANTIPATHIA.

F

DE plurimis remedijs, quæ occulta quadam ratione Formicas fugant, ſupra egimus. Apibus inimicam eſſe Formicam teſtatur Philes: alij Elephanti metui eſſe eaſdam volunt, ne promuſcidem ſubeant.

# HISTORICA.

MIDAS Gordij bubulci filius, Phrygiæ rex, quòd Bacchum hoſpitio ſuſcepiſſet, iuſſuſque eſſet petere quicquid vellet, fingitur in fabulis veteribus optaſſe, vt quicquid attigiſſet, protinus in aurũ verteretur. Huic cùm puer etiamnum eſſet, dormienti Formicæ in os tritici grana congeſſere teſtante veteri hiſtoria, ex quo ditiſſimum hunc fore ita prædictum eſt, vt euenit. Hiſtoriam de Formicis ex diuerſis cauernis, quarum alteræ cum alteris cadauer pro Lumbrico commutarũt, narrat talem Ælianus: Cleanthem[a] hęc de Formica hiſtoria coegit, & inuitum, & fortiſſimè contradicentem beſtias concedere rationis non expertes eſſe. Nam eum aliquando ocioſa ſeſſione fruentem, ferunt Formicas, quę complures ad eius pedes eſſent, animo cœpiſſe vacuo, & ſoluto contemplari: alteras nimirum vidiſſe alicunde mortuam in alienarum domicilium, & ſuarum minimè contubernalium portantes, in Formicariæ cauernę faucibus conſiſtere; atque inde continuo alteras perſpexiſſe prodire, & cum externis velut quoddam contrahentes, iterum & ſæpius vltro citroque commeare: denique Lumbricum tãquam redemptionis pretium attuliſſe, eumq; alteras accepiſſe, & ſimul quam ferrent mortuam dimiſiſſe: alteras cum gaudio, & libenter ſimiliter atque vel fratrem, vel filium recepiſſe. Quid ad hæc dicet Heſiodus? qui ſcripſit Iouem naturas diſtinxiſſe, beſtijſq; terrenis, aquatilibus volucribus dediſſe, vt & inter ſe conficerent, & minimè quidem mutua inter ſe iuſtitia vterentur: hominibus autem iuſtitiæ munus largitum fuiſſe. Atqui non hæc diceret Priamus, ſi quidem is ipſe homo ab homine, & heroe, & ex Iouis ſtirpe oriundo, ipſe quoq; Iouis progenies, multa Hectorem pecunia redemit. Idem Aelianus[b] aliam narrat hiſtoriam de Formicis ſacri draconis cubile expurgantibus. Eſt & peculiaris, inquit, Draconum diuinatio. Nam & in Lauinio oppido Latinorum, quod à Lauinia Latini, (regis) filia nomen tulit: quo tempore Latinus Aeneę aduerſus Rutulis auxiliatus eos deuicit, & Aeneas Troianus Anchiſæ filius ciuitate prædicta potitus eſt; quæ quidem non temere Romæ veluti auia nominari poſſet. Ex hac enim profectus Aſcanius Aeneæ, & Creuſæ Troianæ filius Albam condidit, cuius Colonia eſt Roma. Cæterùm in Lauinio ſacer eſt lucus magnus, & opacus, iuxtaque ipſum ædes Iunonis Argolidis. In eodem luco latibulum eſt amplum, & profundum, Draconis cubile. In lucum quotannis virgines, certis diebus ingrediuntur, quæ mazam geſtant manibus, oculos faſcijs deuinctæ. Eas rectà ad latibulum diuinus quidam ſpiritus deducit. Progrediuntur illæ ſenſim, ac pedetentim ſine offenſione, ac ſi detectis oculis viderent. Quod ſi virgines fuerint, cibos tanquam puros, & Deo gratæ animanti conuenientes admittit Draco: ſin minus non attingit, corruptas eſſe intelligens, & diuinans: Formicæ verò hanc relictam ab illo mazam minutatim confractam, ut leuius ferant, è luco exportant, expurgandi gratia loci. Hoc cùm fit, ab indigenis animaduertitur, & quæ ingreſſæ fuerant, indicantur, examinanturque & cuius pudicitiam eſſe violatam conſtiterit, pœna

[a] Lib. 8. c. 50.

[b] Lib. 10. c. 16.

A pœna legibus constituta plectitur. Dracones igitur non expertes esse vaticinationis hoc modo demonstrarim.

# MYSTICA.

FORMICA etsi minutissimum, ac abiectum detestabileque animalculum, apud nonnullos veteres habuit etiam suos cultores. Nam in Isthmo occulta ac mystica quadam ratione Soli immolabatur, quoniã quemadmodum Sol omnia quotidie terrarum opera visitatione collustrat, ita pari diligentia Formica omnia deprehendit, quæ quisquam accuratissimè occultauerit. Quinimò Gryphes atque Formicas Indicas Aethiopicasque aurum in montem coaceruare, nec non custodire diligenter, fabulati sunt antiqui: insinuantes labore, ac diligentia, & item animi magnitudine sapientiam adipiscendam esse. Nam Formica indefessi nobis laboris exemplum præbet, & Gryphes ex Aquila, & Leone conflatum animal, vt fa-
B bulantur, simulacrum est generosi, & magni animi, adeo vt non ineptè Gryphes, & Formicas Apollini, idest Soli, sapientiæ præsidi dedicarunt.

Soli cur immolata Formica.

# MORALIA.

DE Formicæ naturali industria, & solicitudine, in quibus eam imitari debemus, audi obsecro, quòd scribit D. Ambrosius dulcissimis hisce verbis: Est etiam, inquit, in natura quadrupedum, quòd imitari nos sermo Propheticus adhortatur. Quo exemplo caueamus desidiam, & exiguitate, vel infirmitate corporis à virtutis studio non reflectamur, neque reuocemur ab vllius propositi magnitudine. Exigua est enim Formica, quæ maiora suis audet viribus: neque seruitio ad operandum cogitur, sed spontaneæ proposito prospicientiæ futura alimentorum subsidia sibi præstruit. Cuius, vt imiteris industriam, Scriptura te commonet, dicens: Confer te ad Formicam ò piger, & æmulare vias eius, & esto illa sapientior.
C Illa enim nullam culturam possidet, neque eam, quæ se cogat, habens, neque sub Domino agens quemadmodum pręparat escam, atque de tuis laboribus sibi messem recondit, & cum tu plerumque egeas, illa non indiget. Nulla sunt enim clausa horrea, nullæ impenetrabiles custodiæ, nulli inuiolabiles acerui. Spectat custos, furtaque prohibere non audet. Aspicit sua damna possessor, nec vindicat. Nigro conuectatur agmine præda, per campos feruent semitæ comitatu viantium, & quæ comprehendi angusto ore non possunt, humeris grandia frumenta truduntur. Spectat hoc Dominus messis, & erubescit tam parca piæ industriæ negare compendia. D. Hieronymus in declaratione communium horum Salomonis verborum: vade ad Formicam ò piger, exemplum Formicarum hominibus desidiosis proponit, inquiens. Hinc vacantem hortatur quemque: vt si ad alios erudiendos, non sufficit, saltem suimet curam agere non negligat. Et si sapientiam docendi nequit ab homine discere, vel operandi sapientiam, discat à Formica. Formica dicitur strennuus quisque, & prouidus operarius, qui in præsenti vita, velut in æstate, fructus iustitiæ, quos in æternum recipiat, sibi recondit. Et subinde ad hæc verba: Quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat
D æstate cibum, & congregat in messe, quod comedat: Si tantillum, inquit, animal principe carens, & rationis expers natura duce sibi prouidet in posterum, multò magis tu ad imaginem Dei conditus, ad videndam eius gloriam vocatus, Doctorum magisterio adiutus, ipsum conditorem habens ducem: debes in præsenti bonorum operum fructus congregare, quibus in æternum viuas in futuro. Hæc etenim vita in eo messi comparatur, & æstati, quòd tunc inter ardores tentationum tempus est colligendi futurorum merita præmiorum. At dies iudicij hyemis similetur rigoribus: quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, sed tantùm cogitur quisq; de horreo priscæ actionis, quod recondidit, proferre. Vnde dominus præcipit, dicens: Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato. Hyeme enim facultas; Sabbatho licentia iuxta legem, deest fructus vitæ colligendi, ac penuriam fugiendi perpetuam. Hactenus D. Hieronymus. Eodem planè modo D. Basilius Magnus idem exemplum proponit nobis inquiens: [a] Non laborabis pro te ipso ò homo, non in præsenti sæculo prædepones, ac recondes requiem futuri? Ad Formicæ exemplum respectum habeto, quæ in æstate alimentum hyemale sibi recondit, & non propterea, quòd nondum adsunt

[a] *In Hexa. hom. 9.*

hyemis

hyemis moleſtiæ, per ocium tempus tranſmittit, ſed diligentia quadam indeſinenter ſeipſam E
ad laborem intendit, donec ſufficiens alimentum in penu repoſuerit, & neque hoc ſegniter,
ac negligenter, ſed ſapienti quadam verſutia excogitans, quo ipſum alimentum, quàm diu-
tiſſimè perſeueret. Suis enim vngulis medios fructus diſſecat, vt ne enaſcentes inutiles ipſi
ad alimentum reddantur; eoſdem etiam ſiccat, vbi ſenſerit ipſos madefactos; & non in omni
tempore aduentum exponit, ſed vbi perſenſerit aërem in ſerena conſtitutione conſeruari.
Profectò non videas imbrem ex nubibus defluere, quo tempore frumentum à Formicis ex-
poſitum eſt. Hucuſq; ille. Huius itaque animalculi prudentia ſpeculum eſt, & exemplar ad
laborandum monens dandam nobis eſſe operam, ne in poſterum egeamus. Nota fabula eſt
Formicæ, & Cicadæ, quarum altera induſtriæ, & prouidentiæ mortalibus, altera ignauię do-
cumentum eſſe debet. Diſcat igitur hinc quiſque, quanta ſit homini, ratione prædito igna-
uia, quando ab hoc animalculo virtutem oporteat edoceri. Affirmabat Pythagoras laborem
omnem ſi paulatim à primordio vitæ ei nos dedamus, quemadmodum Formica facit, dul-
cem & facilem fieri toleratu, neque aliud nobis perſuadere ſtudebat ſapientiſſimus ille phi-
loſophus, quàm vt ocia fugiamus, à quibus omnia malorum genera oriuntur, atque in pri-
mis corporis animæq; interitus. Ab homine enim ocioſo nihil expectari poteſt aliud, quàm F
vt in deterius ruat, Coruoque ſimilis dici poteſt, Aquilæ reliquias ſectanti: quare nihil quic-
quam ac ſalutarius diſcipulos ſuos docere queat præceptor, quàm vt fugientes ocium labo-
ri ſeſe dent ac honeſto litterarum ſtudio, ſæpiuſq; in memoriam eorum inculcet Cicadæ, &
Formicæ exemplum. Monet iuuenem Alanus poëta moralis, vt exemplo Formicæ in iuuen-
tute pro viribus ſtudeat, quiſq; ne in dura ſenectute, quando quieſcendum eſt, & ex ijs, quæ
in florida ætate acquiſita ſunt, quietè viuendum, egere cogatur, & non habeat, vnde tunc vi-
uat: Canit autem:

*Dum calor eſt, & pulchra dies, Formica laborat*
*Ne pereat, dum nix venerit alta fame.*
*Sic iuuenis, dum tempus habet ſudoribus aptum*
*Quærat quò poſſit laſſa ſenecta frui.*

Atque ita pro vita æterna coaceruare merita, & cuſtodire, edocet Formica. Pro his enim cu-
ſtodiendis ne euaneſcant, nullum certè aptius exemplum habet homo, nullum ducem pro-
uidentiorem, quàm ipſa Formica. In hac ſi quidem triplex perpendi poteſt prouidentię mu- G
nus: Primùm quod pabulum æſtate ſibi ſedulo cõdat, quòd in hyemali tempore neceſſarium
prouiderit. Aeſtatis tempus nobis certè vita noſtra eſt, qua coruſcat radius gratiæ. Hortamur
vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; ait enim: Tempore opportuno exaudiui te. Tem-
pus hyemis, iudicij, ſeu mortis tempus eſt, quo abſcedente Sole gratiæ, & miſericordiæ, iu-
ſtitiæ tempus exurgit, tuncque quaſi in hyeme caligines oppreſſionis mentis, nubes timoris,
venti iudicij animam iactant, atque obruunt, atriſque tenebris confuſionis ipſa obuoluitur,
& obſcuratur. Eo igitur tempore, ne deficiamus inopia meritorum, huius vitæ æſtate exem-
plo Formicæ congerendæ ſunt ſegetes, ne id contingat nobis, quòd imprudentibus virgini-
bus, quibus dictum eſt: Neſcio vos. Deinde Formica, quòd mirificum eſt, morſu, & vngui-
culis fructus ſecat, arroſoſque recondit, ne rurſum ex terræ humiditate marceſcentes pullu-
lent, in herbaſque exeant. Conſimili euentu opera noſtra, quę facilè ex tumore ſuperbię, vel
inanis glorię carie putreſcere, atque inde in mundi faciem pullulare, in vanitatemque quaſi
nouas herbas erumpere poſſent, aculeo conſcientiæ ſunt corrodenda, idque nobis ſem-
per meminiſſe iuuabit: Quid habes, quod non accepiſti? quod ſi accepiſti, quid gloriaris,
quaſi non acceperis? Mirificum quoque eſt illud in Formicis, quòd vbi fructus madefactos H
ſenſerint, non omni tempore, ſed cùm aerem in ſua temperie vigeſcere intellexerint, ex hor-
reo ad Solem deferunt, vt exiccent. Humectantur certè, & opera noſtra cum lethifero ſce-
lere occupata mortificantur, ideoque nouo pœnitentiæ auxilio exiccanda ſunt, vt ad priſti-
nam meriti rationem reſtaurentur. Seligendum eſt igitur tempus ſerenitatis, tempus con-
ualeſcẽtis vitæ, dum Sol Chriſtus gratiæ radio hęmiſphærium noſtrum, Eccleſiam illuſtrat.
Neque expectanda eſt atra procella, & ſuperuenientes imbres mortis, & ſenectutis, quòd in
ſenectute, & in morte difficillima ſit pœnitentia, poſt mortem autem impoſsibilis. Nam &
Eſau exauditus non eſt, vt benedictionem impetraret quamquam cum lachrymis quæſiuiſ-
ſet eam. Antequam igitur imbres ſe occupent, ſatage, vt fugax Formica, fruges operum tuo-
rum pœnitentia exiccare. Inſuper exemplo Formicę ſecernendi ſenſus ſcripturarum habe-
tur; nam Epiphanius, Formica, inquit, cum ſit animal ſolers, & æſtum ſolis nimium, & hy-
bernum tempus præſentit. Itaq; cùm eam videris triticum in cauernã condentem, hyemem
aduentare intellige. Si verò illud extra educentem ipſam videris, tranquillum inſtare ſcito.

Tu verò

A Tu verò ò homo, sermones veteres à spiritualibus separa: littera enim interficit; & Paulus ait: Lex spiritualis est. Iudæi autem legi minimè adhærentes, fame perierunt. Non inscienter,& eleganter,inquit, Ascanius Martinengus, Epiphanius granum à Formicis recõditum, ac in duas partes secatum,sensibus è sacra scriptura hausti depromptisq; comparat. Quemadmodum si quidem granum alimonia est corporis, ita Dei verbum esca est animæ suauis: quinimò manna desuper scatens, quòd omnes sapores præfert. Cæterùm si sensus sacrarum scripturarum non seiunguntur, sed litteralis tantùm accipitur,periculosum est vt hyeme ingruente, algore scilicet spiritus superueniente, sensus ille putrescat, & pullulet,nimirum ad carnalia, & terrena trahatur, & documenta exhibeat prudentiam potius humanam, quàm pietatem Christianam redolentia. Verùm si dissecetur, & farina à furfure disiungatur, litteralisque sensus quasi furfur proijciatur, & spiritualis farina desumatur, nec putrescere, nec pullulare certè poterit,sed aqua pietatis conglutinata, sine fermẽto veteris hominis,vel melius fermento ipso Christo contemplationis, panis euadet nitidus, & suauis,mentem opiparè, & iucundè refecturus. Verùm à Formicis alia adhuc possumus depromere documenta. Cùm triticum in cauerna condit Formica in hyeme,edocet nos merita nostra in secreto obli
B uionis concludere, in hyeme tentationis, ne eorum memoratio blanda in inanem gloriam mentem pertrahat. Et cùm educit ipsa tranquillo tempore, vt a Sole exiccetur, edocet pariter merita nostra tempore gratiæ Christo offerre, vt magis inualescant. Cùm per solum carbone limitum, & nigrescens, onera sua ferre negligat, potiusque prolixiores petit circuitus, erudit nos pariter,culpa & peccato merita nostra non sordidare,nec contaminare. Sic ille. Iustitia insuper,quam seruant Formicę altera alteri non surripiens nobis,exhibent nobis documentum, nisi quod laudem, gloriam,dignitates, prẹmia cæteris debita, falso nomine, vel simulata probitate minimè suffurentur, sed vigilijs,lucubrationibusque nostris ea comparare studeamus. Et si Formica vitato hordeo ad triticum se confert multò magis nos abhorrentem à veritate doctrinam cauere debemus, & ad triticum doctrinam videlicet rectissimam, accedere. Formicæ licet hominibus noceant, flores & germina erodendo, fructusque, & semina consumendo, vrsos tamen iuuant,quoniam oua hisce medicina sunt. Sic iudices, principesq; iniqui crudelitate sua flores, & fructus arborum, hoc est, res alienas pauperibus eripiunt, ac spoliant, vrsis hoc est potentioribus parcentes. Formicarum quoque nimia in cibo acquirendo sedulitas, eos etiam exprimit qui nihil aliud cogitant, nihilque studeant aliud,
C quàm vt ventrem expleant. Vetat enim Christus nos nimis anxia, & præpostera earum rerum cura affici,quæ ad huius vitæ vsum spectant.

# HIEROGLYPHICA.

SAPIENTISSIMI illi Sacerdotes Aegyptiaci tria potissimùm Formicæ pictura denotabant, diligentissimam in primis inuestigationem,quæ ad vsum vitæ facerent; mox & prouidentiam; tertiò laboris perseuerantiam. Formica siquidem ea quoque deprehendit, quæ quisquam accuratissimè occultauerit, quod summum in inuestigando ingenium indicat, sicut summam prouidentiam, quòd hyemis memor cibaria comparat sibi in æstate, & recondit: Indefessi verò laboris indicium est,quòd non interdiu solùm,verùm etiam noctibus eum continuet. Rectè autem etiam pietatem, quæq; mutuò mortales mortalibus of-
D ficia debent, inquit Pierius [a] Valerianus, per Formicam expressis, si commeare eas in Formicarium spectes Formicæ alterius cadauer inferentes, prodire ex cauo aliquas,factasq; obuiam quasi consternatas retrocedere, bis idem terque factitare: alias demum Vermiculos ab inferiori loco,vtpotè redemptionis prẹmia quibus cadauer redimant,conuectare:alias verò tentare,si quæ dissectæ fuerint,vt partes committant,& cohærere faciant,impellere etiam,vt quæ nihil intermittant,quo explorent,an per se demum redire queant. Sunt qui eodẽ Pierio tradente collegas impares,aut inæqualitatẽ in moribus,in dignitatibus,in censu, & in omni deniq; vitæ colore significantes, Camelum & Formicam pingant,laborioſum vtrumq; animal, sed facie, magnitudine,reliquoq; ingenio magnoperè inter se dissident,vt nullis comparationis terminis circumscribi valeant. Apud Ægyptios fateor Hieroglyphicum hoc non haberi,sed vsitatissimi prouerbij citatio. μύρμηξ ἡ κάμηλος, ne prætereatur monet. Illud quoque exploratum satis, opulentiam per Formicas significari non tam apud Ægyptios, quàm etiam apud Aruspices, siue de nostratibus, siue de Indicis intelligamus: quarum hæ quidem victui necessaria oppidò congerunt,Indicæ aurum & pretiosam suppellectilem accumulant:

Diligentia, & prouidẽtia.

[a] *Lib.* 8.

Opulentia.

vt non

vt non immeritò Formicaria bona de affluenti diuitiarum copia dicantur, quam augures ijs portendi aſſueuerant, apud quos illæ rem conger unt: alioqui Formicæ apud aruſpices infeſtæ multitudinis inditium fuerũt, vt antè monuimus, & mortis ſignum. Tradit prẽterea Pierius probatiſſimos ſapientiſſimoſque morum ſcriptores quoſdam κενοδοξίαν per Formicæ hieroglyphicum expreſſiſſe. Inanem, inquit, noſtri gloriam dicunt, qua nos ipſos ſupra modum, & meritum æſtimamus, tacitique nobis applaudimus. Latet enim plurimùm hoc vitium in abditis animi receſſibus, cogitationiſque delicijs paſcitur, & educatur. Formica verò in cauernis ſeſe libenter continet, nec niſi neceſſitatis cauſa prodit in propatulum, cùm ſcilicet aut ſpeculatum, aut prædatum properat, vel congeſtas opes curat: de quarum ſolicitudine ſuperiùs ſatis dictum. Habet verò hoc Formica cum cenodoxia ſimillimum, quod laboribus, & fructibus inſidiatur perinde ac inſidioſa peſtis: hæc quicquid præclarè egerimus, & quaſcunque adoreas acquiſiuerimus, labefactare furtim aggreditur: illa in opes iam paratas, hæc in virtutes, & partam iam exiſtimationem populabunda. Fecimus quid in bello fortiter, forſan & corona donati ſumus, ſurripit hæc clanculum, & folia decerpit ſingula, dum noſtra nos facinora narramus, & glorioſum militem, vt in comœdiarum fabulis eſt, imitamur. Prudenter aliquid cauimus, id quicquid eſt, cenodoxia vitiat, & gloriando mutat in imprudentiam. Beneficio aliquem affecimus, deſtruit illud gloriatio, efficitq; vt de quo bene meriti fuerimus, maleficio ſe à nobis affectum putet, operamque ita & oleum perdamus. Plurimùm temporis in ieiunijs, in vigilijs, in orationibus, in continentia, in animi corporiſque moderatione ſine vlla mentis auerſione conſumpſimus, aduenit cenodoxia, quæ fructum omnem, quem per labores tot collegeramus, rapidiſſimè depopuletur. Ingeniosè, doctè & accuratè aliquid conſcripſimus, ſed dum nos ipſi illud efferimus, & aut noſtros non apparere labores ingemiſcimus, aut eorum vendicatione moleſta gloriam affectamus, cenodoxia illa, illa inquam ſtatim obſcurat, quæ alioquin futura erant illuſtria, proque ingenio ſtoliditatem, pro doctrina imperitiam, pro ſtudio negligentiam obiectat. Danda itaque eſt opera, vt laudabilia quidem faciamus, ex quibus gloria ſponte naſcatur: ſed cùm eam viſi fuerimus acquiſiuiſſe, negligamus potiùs quàm efflagitemus: ita enim cumulatior, & corollarijs etiam aucta vltrò percita ſubſequitur. Si quidem virtus ipſa ſibi pretium eſt, nihil indiga laudis, diceret Claudianus: eam tamen vel inuitam honor, & commendatio comitatur. Sed vt ad Ægyptios reuertamur, inquit idem Pierius, agrorum vaſtationem, & infrequentia facta loca, quæ populoſa prius fuerant, per Formicam, & origani faſciculum ſacerdotes illi ſignificabant: per Formicam, vti ſuperius declaratum eſt, Hieroglyphicum populi, quod paſſim iam habetur: per origanum, ſolitudinem eius intelligentes. Ea ſi quidem herba loco appoſita, quà Formicæ meant, modico, vel ſalis, vel ſulphuris puluiſculo ſimul inſperſo, efficit vt iter deſerant, ſuiſque relictis cauernis alio migrent, &c. Feliciter etiam mihi quidam videntur excogitaſſe, vt ſi hominem grauiore aliquo morbo confectum minimæ tamen rei cuiuſpiam ope incolumitati redditum ſignificare vellent, vrſam lingua in Formicas exporrecta hieroglyphicè pingerent. Vrſam enim ferunt Formicarum eſu, quas lingua illexerit, ac mox potu adhibito deglutierit, morbi opem ſibi comparare: quod eo præcipuè tempore facit, cùm primùm è ſpecu prodit, vbi ieiuna hyemarit. Nam Aron in primis agreſte paſcitur (eam dracontij ſpeciem medici ponunt) cuius acerbitas inteſtinum inedia concretum laxat: quòd ſi nullam attulerit opem Formicis eo modo deuoratis, incolumitati priſtinæ reſtituitur. De latebris verò in quibus aliquis ſe contineat, per veſpertilionis alam, & Formicam indicatis, inter reliqua Veſpertilionis ſignificata diximus, nimirum eam eſſe dici inter veſpertilionem, & Formicas naturæ diſcordiam, vt ſi ala tantùm veſpertilionis Formicarum cauo admota fuerit, nulla earum foris progrediatur: quin etiam ſunt qui tradant credi ſolitum, Formicam eò nunquam exire quò veſpertilio, vel ſemel acceſſerit. atque ideo Formicam ſub veſpertilionis ala poſitam, & moræ, & tarditatis, aut impedimenti ſignificatum habere.

Gloria inanis.

Agrorum vaſtatio.

EPIGRAM-

A

# EPIGRAMMATA.

IN Græcis epigrammatis hoc quoque inter alia Lucillij veteris poëtæ legitur, quo irridet Adrestum rhetorem, conferens eum insidentem Formicæ Bellerophonti, sed tamen à semimortua vmbra nihil discrepantem, est autem tale.

Μύρμηκος πτερόεντος ὕπερ νώτοιο καθεζὴς
Ἄδρηστος ῥήτωρ, τοῖον ἔλεξεν ἔπος
Ἵππασο, τὸν σὸν ἔχεις ὦ πήγασε Βελλεροφόντην,
Φέρτατον ἡρώων, ἡμιθανῆ σκελετόν.

Quod ita quidam transtulit

*Formicæ alatæ conscenso tergore rhetor*
*Adrestus, cœpit talia verba loqui.*
B *Nunc volita, portas ò Pegase Bellerophontem*
*Heroa eximium vix retinentem animam.*

Legitur quoque aliud Lucillij inter eadem epigrammata.

Ἰππολύων μύρμηκι Μενέστρατος ὡς ἐλέφαντι
Δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη.
Λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον, ὄφθόνε φησὶν,
Οὕτως ἱππεύων ὤλετο χἠ φαέθων.

Hos versus Ausonius transtulit, sed paulò aliter: nam quæ in Faustulum hic scribit, de Menestrato dicit Lucillius.

*Faustulus insidens Formicæ, vt magno elephanto*
*Decidit; & terræ terga supina dedit.*
*Moxq; idem est ad mortem multatus calcibus eius*
*Perditus, vt posset vix retinere animam.*
*Vix tamen est fatus: Quid rides improbe liuor?*
*Quòd cecidi? cecidit non aliter Phaëthon.*

C Notandumq; hîc τὸ καίριον exponi lethaliter, & mortiferè.

# EMBLEMA.

ACHILLES Bocchius[a] Bononiensis emblema habet, inscriptũ Formicæ aratra non sibi ferunt boues, in eos qui alienis laboribus perfruuntur: [a] *Symb.* 38.

*Arantis olim fortè per cornu bouis*
*Formica visa errare, arare se dixit.*
*Sic vos aratra fertis haud vobis, boues.*

Aliter

*Per cornu Formica bouis dum fortè vagatur*
*Quidnam ageret quidam quærit, aramus ait.*

D

# PROBLEMATA.

FORMICÆ cur oleo pereant, in Muscæ tractatu dictum est, Plutarchus[a] quærit, cur dicunt, Triticum in cœno serito, hordeumque in puluere? An quia, vt diximus, triticum conficere plus alimenti potest: hordeum nõ fert eius copiam, sed ea obruitur? Aut triticum cùm sit densum, & lignosum melius prouenit in humido emollitum, & laxatum solo, hordeo autem ob raritatem ab initio commodum est siccius? Aut quia ob calorem congruit temperies, & innoxia est: frigidius autem est hordeum. Aut verentur in sicco triticum serere, Formicarum causa, quæ statim ei insidiantur: hordeum autem non ita facilè eæ portare, ac differre possunt, cùm sit grandiusculum. Sic ille. [a] *In quæstionib. natu.* 16

# APOLOGI.

Formica & Columba.

FORMICA ſitiens deſcendit in fontem, ac tracta à fluctu ſuffocabatur. Columbæ verò hoc viſo ramum arboris acceptum in fontem proiecit ſuper quo ſedendo Formica euaſit. Auceps autē quidam poſt hoc calamis compoſitis ad Columbam comprehendendā ibat. Hoc autē videns Formica aucupis pedem momordit; qui dolens, & calamos abiecit, & vt Columba fugeret, author fuit. Fabula indicat, oportere benefactoribus gratiam referre.

Cicada, & Formica.

Alius apologus legitur inter Aphthonij Sophiſtæ exercitamenta, qui talis eſt: Cicadæ olim æſtate aſſiduis cantibus indulgebant, Formicæ verò hyemis memores, laboribus fructibuſq; colligendis operam dabant. Verùm cùm hyems aduenisſet, Formicę ijs, quę collegerant, paſcebantur. Cicadas autem delectatio illa, & canendi voluptas eò indigentiæ miſeriæq; perduxit, vt eſurirent omnes, & fame conficerentur. Sic iuuentus laborum fugitans, male habet in ſenectute. legitur hic idem apologus inter fabulas Gabriæ Græci:

Ἤτει τροφὴν μύρμηκα τέττιξ ἐν χρύσῃ.
Μύρμηξ δ' ἔφησε, τὶ θέρους ὄντος ἔδρας;
Ὡς ἐν θέρει εἰρηκεν ᾠδον ὀξέως
χειμῶνος ὄρχει φησὶ μὴ τροφῆς ἑρᾶ.

Sic Latinè redditur

*Petebat à Formica Cicada cibum.*
*Sed Formica ait. quid æſtate faciebas?*
*Quòd acutè æſtate caneret dixit:*
*Hyeme ſalta, inquit, ne ama cibum.*

Formica homo fuit.

Æſopus aliam rurſus recenſet de Formica fabellam. Quæ nunc Formica, homo olim fuit. Hic agriculturæ aſſiduè incumbens, non erat proprijs laboribus cōtentus, ſed & vicinorum fructus ſurripiebat. Iuppiter autem indignatus huius auaritia, tranſmutauit eum in hoc animal, quæ Formica appellatur. Verùm cùm mutaſſet formam, non & effectum mutauit. Nam vſq; nunc arua circumeundo, aliorum labores ſurripit, & ſibi recondit. Fabula ſignificat natura prauos, etſi maximè ſpeciem tranſmutarint, mores non mutare.

# VSVS IN MEDICINA.

FORMICÆ, alatæ potiſſimùm in medicinæ vſum quoque cedunt, adeò vt nullum ſit animalculum etiam minimum, ex quo non aliquid ſaltem vtilitatis homo capiat. Inuenio, inquit, Plinius, [a] & Formicas Herculaneas appellatas, quibus tritis adiecto ſale exiguo talia vitia (pſoræ, leprę, & lentigines) ſanentur. Formicas quinq; epotas contra omniū Phalangiorū morſus auxiliari alij volunt. Formicæ volantes oleo Sambacino exceptæ, & mēbro virili illitæ, impotentes in venerea paleſtra curant: quare vbi apud Galenum, vel in libro Secretorū Galeno attributo medicamen legitur, cui non eſt ſimile ſuper terrā ad ſatyriaſim, interpretare non ſedandā, ſed excitandā: quippè ingredientia omnia Venerem ſtimulant. Recipit autē olei ſambacini, vel de zambac, ideſt, de ieſmino, libram vnam: Formicas habentes alas, mille; nemerefin vnā; & eſt fęmina parua vulpes, quæ in Sabano moratur: cū Formicis miſcentur, & inungitur cū hoc vnguento mirach, & duo teſticuli, & virga, poſtquā ſuſpenditur in ſole duabus hebdomatibus. Vrſum dum ægrè habet, Formicas deuorare ſuprà dictum eſt, ſed ad quem morbum nō expreſſimus. Plinius [b] Vrſos cùm mandragoræ mala guſtauere, Formicas lambere aſſerit, Plutarchus [c] hoc eos facere vult, cùm tentantur nauſea. Vrſa, inquit, cùm primùm ex antro ſuo prodit, aro veſcitur agreſti, cuius acrimonia aperit inteſtinum ipſius concretum. Alioqui nauſea cùm tentatur, ad Formicarum cauernam ſe confert, linguamq; ſuam pinguem, & dulci ſucco mollitam exerens eis proponit, dum hæc Formicarum fiat plena, quibus deglutitis iuuatur. Aelianus [d] verò rurſus aliam rationem cauſamque adducit, cùm videlicet cibis ſeſe rurſus impleuerit, quo pacto facilè exinaniri, neque quemadmodum hominibus ad plenitudinem, & deiectionem illi, vel medicos, vel libros opus eſſe. Plinius [e] ouorum vſum etiam agnoſcit. nam eſſe ait qui ijs per ſe vtuntur ad aurium grauitatem. Alibi [f] ijſdem ſupercilia denigrari cum Muſcis tritis ait. Nonnulli ne malę ſint hirſutæ, Formicarum oua pueris infricata præſtant. Arnoldus de Villanoua Formicarum ouorum vncias duas conficit cum ſucco

[a] *lib.30.c.3.*
[b] *lib.8.c.27*
[c] *Lib.de Solert. Anim.*
[d] *Lib.6.c.3.*
[e] *Lib.29.c. vlt.*
[f] *Lib.30.c. 15.*

hyoſcyami,

A hyoscyami,& sanguine Vespertilionis,& cũ hoc fricat locũ, in quo pili eradicati fuerint bis, vel ter in die,& nunquã renasci pollicetur. Eadem oua luscinię, cùm ægrotant, sibi medẽtur, vt in luscinia monuimus. Mirum, quod scribit Plinius [g] terram à Formicis egestã aliquos illinire strumis,& consimilibus vitijs,& podagris. cęterùm longè admirabilius, quòd idẽ tradit inter vanitates magorum, nempè ex his omnium digitorum resegmina vnguium ad cauernas Formicarum abijci iubent, eamq; quę prima cęperit trahere, correptam subnecti collo; ita discuti morbum, nimirum febrem, vel tertianam, vel quartanam, vel quotidianam.

[g] *lib. 30. c. 5*

[h] *lib. 28. c. 7*

# VSVS IN CIBIS.

B IN Indię quibusdam partibus Formicas esse suprà scripsimus, quæ pipere conditæ in cibi vsum cedunt. Cenusuciæ quoque insulæ incolæ, apud quos Smaragdorum minerę sunt, Formicis vescuntur. nobis, vel visæ tantùm abominabiles existunt, tantùm abest, vt quis edere eas somniet.

# PROVERBIA.

Μύρμηξ ἢ κάμηλος, idest, Formica Camelus de vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quòd perinde sit, quasi repente Camelus in Formicam vertatur. Conuenit in eos qui sibi non constant, in vtramque partem immodici. Meminit Lucianus: ὡς δ' νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησὶ, idest: Nam vt nunc viuitur à nobis, Formica Camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, ut huic plurimum supersit, huic multum desit. Satis celebris est Formicarum paruitas, adeò vt quid paruum esse, aut videri, ostendere cùm volumus, id velut prouerbialiter Formicæ conferimus, sicut cõtrà, cùm aliquid magnum, monti, quod facit Galenus [a] inquiens: Atqui montem etiam si magnitudine sit stadij, paruum dicimus, & Formicam magnam, longè quidem cubito minorem. Herotymus quoq; apud Lucianum homines è sublimi contemplatur tam exiguos apparentes, vt Formicæ videantur. Quicunque inquit, omnibus superatis incommodis,& discriminibus in finem vsque animosè perdurauerint, illi tandem ad fastigium vsque conscendunt, & ex illo felices facti, vitam quandam admirandam per reliquam ætatem exigunt, alios quidem mortalium non secus atque Formicas è sublimi contemplantes. De Formicarum quoque indefesso labore, ac studio prouerbialiter profertur hoc ab Ouidio: [b]

Epist. Saturual. prima.

[a] *lib. 2. de dignosc. puls. c. 1.*

C

Dial. de sectis.

[b] *Lib. 1. de Trist. 8.*

*Horrea Formicæ tendunt ad inania nunquam,*
*Nullus ad amissas ibit amicus opes.*

Illud insuper Theocriti,

*Eidyl. 9.*

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμαξ δὲ μύρμηκι
Γρῆυς δ' ἴραξιν. Idest.
*Formicæ Formica placere, Cicada Cicadæ,*
*Accipitri solet Accipiter.*

Nihil indicat aliud, quàm quòd similis simili gaudeat, scilicet doctus docto, probus probo &
D contrà. Ἀγαθῶν μυρμηκία, bonorum myrmecia dicitur de immensis opibus: nam myrmecia Græcè significat cauernam, aut agmen Formicarum: quamquã à Formicis Indicis sumptum adagium videri possit, quas dictum est in Septentrionali Indorum regione aurum è cauernis egerere: nihil tamen prohibet quo minùs ad nostras Formicas referatur, non solùm propter innumerabilẽ agminum multitudinem, verùm etiam propter genui nam quandã animantis in accumulãdo fenore industriã. Videtur autẽ Theocritus ad hoc prouerbiũ alluisse cũ ait:

*In encomio Ptolomæi.*

Μυρμάκων ἅτε πολὺτος ἀεὶ κέχυται μογέοντων
*Non secus, ac Formicarum semper proparantium*
*Diuitiæ sunt extructæ.* Idem alibi.

*In Syracusanis.*

Ὦ Ζεῦ, ὅσος ὄχλος. πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσει
Χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.
*Dij boni, quanta turba, quomodo & quando tandem pertransire*
*Oportet hoc malum? Sunt vt Formicæ innumeræ, & infinitæ.*

Vsus videtur eadem parœmia Petrus Nellus Satyricus Italus, inquiens. *Satyr. 5.*

*Gli era vn volerui dir, quante formiche* E
*Habbia l'Eſtate, ò Stelle il Ciel ſereno*
*O Aprile, ò Maggio fior, ò Luglio ſpiche.*

Eodem ſenſu quoque dicimus bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, de bonis & immenſis, & omnigenis: quaſi dicas, quicquid terra progignit omnium rerum parens. Pro turba numeroque immẽſo Plato, [a] (quod hùc etiam ſpectare videtur,) dicebat τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, ideſt, voluptatum examen, & Socrates apud Plutarchum ἀρετῶν σμῆνος, ideſt examen virtutum. Formicarum nidos inſpirare, quòd eleganter vnica voce μυρμηκιᾶν efferunt Græci, quaſi Formicari dicas, prouerbio dicuntur, qui malum ſibi imprudenter accerſunt. Natum inde quòd qui inſpirant, aut aperto ore loquuntur, in Formicarum antra ſeu cauernulas, his lingua vlcere intumeſcit atque inflatur, cuius rei cauſam aſſignant venenatum aërem, quo illarum antra imbuuntur è paſtu ſerpentium: Formicas namque mortuis anguibus veſci, inter confeſſa habetur. Ἔνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σέρφῳ χολή. ideſt, Formicæ ineſt ſua bilis, & Serpho ſua. Admonet adagium, non eſſe contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temere laceſſendum: quandoquidem nullum animal tam minutum, aut imbecillum, quòd irritatum non excandeſcat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos viribus; tamen vindictam molientes, ira vt ſolet, animos ſuppeditante. Serphus minutum animal non diſſimile Formicæ. Braſidos auctore Plutarcho cùm manum in caricas temerè miſiſſet, & à mure inibi forte fortuna latente morderetur. Papæ, inquit, vt nullum eſt animal tam puſillum, neque tam inualidum, quod laceſsitum, non cupiat vlciſci ſeſe. Formicæ ſemitam canit, de eo dicitur, qui ſubtilitates omnes proſequitur, & minutiſsima quęque dictioni immiſcet, vt elabatur; aut qui vltrò citroque narrationem rei implicat, prima medijs, vltima primis inuoluens temere. Extat apud Ariſtophanem de Agath. Comico dictum, quem ſugillat, vt ſubtilia ac flexiloqua carmina ſcribentem; Formicę viam ſuam obliquant diſcurſu implicito.

[a] *Lib. 9. de Republ.*

In Theſmophor.

# ICONES.

[a] *lib. 7. c. 21.*

[b] *lib. 35. c. 5.*



ALLICRATES referente Plinio, [a] ex ebore Formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non poſſent. Alibi etiam habet ſic: [b] Sunt & in paruis marmoreis famam cõſecuti Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis Muſca, & Callicrates, cuius Formicarum pedes atque alia membra peruidere non eſt. G

# FABVLOSA.

In ſymb. Ruffini.

DE quo, inquit, D. Hieronymus, natum Caſtorem Pollucemque confirmant (pagani) & ex Formica Myrmidones, & alia mille, quæ quamuis contra naturam rerum venientia, ipſis tamen ſunt viſa credibilia. Fuere autem Myrmidones Theſſali, ab Aeginetis profecti, qui cum Peleo ea loca tenuerunt, infeſtiſsimi etiam Troiani nominis hoſtes, & ad Troiam Achillis ſocij, quorum quinquaginta naues plenas duxit. Homerus, cuius locum quoque Plinius [a] citat, tribus eos nominibus nominauit, Myrmidones, Hellenas, & Achæos. Euſtachius ab Heroë quodam Myrmidone, ſic eos appellatos exiſtimat. Alij huiuſmodi fabulam de eorum origine referunt. In faucibus ſinus Sauronici inter Atticam, & Peloponneſum ſita fuit Aegina inſula, contra Atthidem. Hic regnaſſe fertur Aeacus Iouis ex Aegina filia filius: quam cùm Iupiter comprimere vellet, & Iunonem vereretur, detulit eam in inſulam Delon. Quam rem cùm reſciſſet, indignè ferens Iuno, ſerpentem in aquam miſit, atq; ita totam inſulã peſte immiſſa infecit, vt breui omnibus mortalibus fuerit exhauſta: Heſychius eam venenaſſe ait, quod qui ex ea aqua biberent, debitum naturę ſoluerent. Aeacus ſolitudine perturbatus Iouem precatus eſt, vt aliqua via damnum reſarciret. Itaq; Iupiter Formicarum numerum, hęrentem in quercu proxima, in homines conuertit, & filio in hos imperium fecit. Cæterùm fabula verbis aliquanto diuerſioribus ab alijs in hunc fermè modũ narratur. Iupiter Aegina Aſopi fluminis filia abducta, deſcendit Phliuntem: quo loco ſtupro vitiũ obtulit puellæ, ac grauidam fecit. Ex hac paulò pòſt prognatus fuit Aeacus. Porrò Aſopus vbi diutulè quæſiſſet filiã, tandem à Siſypho didicit, à quo rapta & quò abducta eſſet. Itaq; pater nihil ſegniter agendũ raptus, quo potuit, eò maturauit. Iupiter aduertẽs fore, vt in adulterio

[a] *Lib. 4. c. 7. Iliad. B.*

H

depre-

A deprehenderetur, Aeginam transformauit in sui nominis insulam, se verò in lapidem. Venit Aesopus; sed cũ neminẽ ibi offenderet, redijt in suos alueos. Iupiter iratus, cùm vellet indicẽ pessimè multari, eũ apud inferos tanti põderis saxũ sursum deorsum versare coegit, in quantum ipse paulò antè mutaret. Aeaci item misertus, quòd solus insulam incoleret, Formicas eius regionis omnes mutauit in homines. Hinc ἀπὸ τῶν μυρμήκων, μυρμιδόνες ἐκλήθησαν. Alij locum non Phliuntem, sed Philiuntem nuncupant. Sunt qui aliam fabulam adducunt de Formicis. Peleus interfecto à se fratre suo, fugit, atque in Thessaliam delato, cùm exercitu opus esset, Iouem precatur: ac Formicæ regionis mutatæ extemplò sunt in viros. Sunt qui Iouem in ignem cõuersum Aeginam compressisse dicant, quod & Ouidius [b] innuit, cùm ait:

*Aureus vt Danaen, Asopida luserit ignis.*

[b] *Metamorph. 6.*

Idem Ouidius [c] prolixè, ac elegantissimè hanc eandem fabulam prosequitur, quam lector consulere, adireq; poterit. Addit autem Formicas eas, quas Iupiter in viros conuertit, in sacra Ioui quercu habitacula sua habuisse.

[c] *Lib. 7.*

*Fortè, (inquit,) fuit iuxta patulis rarissima ramis*
*Sacra Ioui quercus, de semine Dodonæo.*
B *Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo*
*Grande onus exiguo Formicas ore gerentes;*
*Rugosoq; suum seruantes cortice callem.*

Cæterùm quid per hanc fabulam significarent antiqui, explicauit Theagenes in rebus quas scripsit [d] Aeginetarum, quod Aeginetæ perrari erant aliquando in insula, quia frequentibus piratarum, aliarumque nationum incursionibus infestarentur: qui cùm minimè scirent resistere, in speluncis tanquam Formicæ delitescebant. Aeacus autem naues ædificare illos docuit, populosque ad rei militaris exercitationem euocauit, quare timore deiecto, externisque viribus paulatim resistere docti, è speluncis in apertum prodierunt: inde è Formicis in homines dicuntur conuersi, vt eleganter admodum scribit [e] Tzetzes. Hesiodus Myrmidones primos mare nauigasse ait, & è Formicis in homines mutatos.

[d] *Lib. 3.*

[e] *Hist. 133. Chil. 7. In Theogonia.*

Μοῦνος ἐὼν ἄσχαλλε, πατὴρ ἀνδρῶντε θεῶντε
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτῳ ἔνδοθε νήσῳ,
Τοὺς ἄνδρας ποίησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας
C Οἵδ' ἦτοι πρῶτα ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας.
*Solus tristis erat, hominum sator atque Deorum*
*Insula quas habuit Formicas, protinus omnes*
*Has homines facit, vt mas est, aut fœmina in illis.*
*Hi salsas primùm sulcarunt puppibus vndas.*

At Strabo fabulæ locum datum fuisse inquit, [f] quia Formicarum more terram fodientes, vt agriculturæ locum haberent, ad petras transferrent: fossasque incolerent, ne in ædificia sumptus facerent. Alij dicunt eos prius Formicarum more ex illis fructibus, qui sponte nascerentur, in speluncas congestis victitasse, ignaros prorsus agriculturæ, aut nauigationis, aut omnis politioris victus, quæ omnia per Aeacum edocti dicuntur è Formicis homines fuisse conuersi. Alij rursus Myrmidones volunt homines aliquando fuisse agrestes, eodem fermè ingenio, quo reliqui ferè omnes rustici malè audiunt, ac damnantur, furaces scilicet, & raptores, qui licet in id genus animalia fuerint transmutati, pristinum tamen conuectandi prædas, & rapto viuendi morem obtinuerunt. Contrà Ouidius ab Aeaco Myrmidonibus ait impositum nomen, quod Formicarum instar seduli essent, & indefessi in tolerando labore:

[f] *Lib. 8.*

D *Myrmidonasq; voco, nec origine nomina fraudo.*
*Corpora vidisti; mores quos ante gerebant,*
*Nunc quoque habent: parcum genus est, patiensq; laborum,*
*Quæstiq; tenax, & quod quæsita reseruet.*



# DE CIMICE Cap. II.

DILIGENTIÆ atque ſedulitatis typus nobis hactenus fuit Formica, & calcar ad laborem: iam verò Cimex, quem fœdiſsimum animal, & dictu quoque faſtidiendum Plinius [a] nominauit, itē Pediculus & Pulex, de quibus pòſt, paupertatis fuerint ſymbolum, quin & ſorditiei, & continui faſtidij. Equidem inter hoſce, & diurnos, & nocturnos hoſtes, qui placidam nobis noctu, & dulcem ſomni quietem; interdiu curas, ſolicitudines, amores, metus, gaudia, dolores, partim inuident, partim intercipiunt, partim præbent, & quæ ſordibus

[a] *lib. 29. c. 3.* Paupertatis, & moleſtiarū ſymbolum.

A bus nascuntur humanis, humanoq; sanguine vescuntur Insecta, Cimices graviores, nocentiores, infestioresq; sunt, quippe qui non solùm morsu dilacerent, quo & somnum interturbant, & sanguinem nobis adimunt, vt & Pediculi, & Pulices faciunt, verùm etiam teterrimo odore torquent, &, vt Matthiolus ait, fœtorem adeo detestabilem abominandumq; nobis ex se relinquunt, vt eo longè magis sensus, spiritusq; lædantur, quàm vniuersæ corporis partes, quæ ab ijs fuerint ictæ. Dixi autem paupertatis etiam esse symbolum, nam hoc me docuit facetissimus Comicus in Pluto, vbi Peniæ siue Paupertati conanti persuadere ne ditescere optaret, Chremulus respondet. Tu quidem quid mihi prębere poteris boni, præter vesicas ex balneo, & puerulos famescentes, & vetularum tumultum, Pediculorumq; numerum, & Culicum & Pulicum infinitum, adhæc lectum iuncorum Cimicibus plenum, qui dormientes excitat, proq; pallio vestem laceram, & stoream pro tabeto marcidam, pro puluinari non mediocris magnitudinis lapidem &c. Idem innuit lepidissimus [b] Epigrammatarius, cum Cheræmone ludens, qui mortem laudabat, volens in eo videri sectari sapientiam Stoicorum, qui mortem contemnunt, & de contemnenda morte præcipiunt, cùm id ageret desperatione, & ex rei domesticæ difficultate, nulla inquit, Cheræmon, laus est, si in ista miB seria mortem optas: maior laus fortitudinis erit ei, qui inopiam magno animo ferre potest.

*Quod nimium laudas Cheræmon Stoice, mortem,*
*Vis animum mirer, suspiciamq; tuum.*
*Hanc tibi virtutem, fracta facit vrceus ansa,*
*Et tristis nullo qui tepet igne focus.*
*Et teges, & Cimex, & nudi sponda grabati,*
*Et breuis, atq; eadem nocte dieq; toga.*

Cimicum noxæ.

[b] *Lib. 11. Epig. 57.*

Cæterùm etsi Cimex tam abominandum sit animal, vt omnes vbiq; terrarum nullum non lapidem moueant, vt eum domo sua expellant, ac occidant, non defuere tamen, qui eum laudarint, non quòd medicos nobis vsus præbeat, (præbet autem plurimos) sed quòd noctu nos mordeat, vt Chrysippus, qui, testante [c] Plutarcho, in quinto de natura dixit, vtiliter nos à Cimicibus è somno excitari, & à muribus admoneri, vt in rebus locandis curam adhibeamus:

Cimicē vtilem esse hominibus.

[c] *Li. de Stoi. repugnant.*

C

## AEQVIVOCA.

Κόρις (ita Cimex Græcis appellatur) etiam herbæ seu fruticis est genus, quod [a] Dioscorides alio nomine hypericon, ait dici, Ita quoq; [b] Plinius: Semen hyperici, quod coris appellatur. Et antè dixerat: Est & aliud hypericon, quod alij corin appellant, folio tamaricis. Apud Hesychium oxytonως scriptum κορίς, ab eoq; esse dicitur piscis quidam: item herba quædam alio nomine dicta χαμαιπίτυς. Plinius sanè paulò ante Locum citatum scripserat hypericum ab alijs χαμαιπίτυν, ab alijs corion appellari. Sed Dioscorides tamen seorsum de cori tractat, seorsim de chamæpyti, diuersa esse indicans.

Coris herba.

[a] *Lib. 3. cap. 174.*

[b] *Lib. 16. cap. 11. & cap. 8.*

Chamæpytis non est coris.

## SYNONYMA.

D CIMEX κόρις, vt dixi, Græcis nominatur, nonnunquam etiam κόρυς. Sed à Dioscoride κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης, hoc est Cimices lectularij dicuntur: In glossario in plurali κορίδες etiam inuenio, & in Epigrammate Antiphanis κόριες. Recentiores Græci κορίξα nominant: reperio deniq; in veteri Lexico Ἄφις pro Cimice. Apud Latinos nullum hactenus vidi Synonymum: apud Arabes verò non pauca, nempe Alcard, Alcarid, Alfesim, Alfesesim, Deboliar, Dgarsames, Corab, Coroda, Alhalem, Alcaradol, Fasafos, Flasis, Fesesisi, Iesafes, Igil. Germanis vocatur Vuantzen, Hispanis Chismes, Chimesas, & Parauelhos, Gallis Puneses, Italis Cemice, Belgis Vvaechluijs, & Vuandtluijs, Polonis Pl'usʀuua, Vngaris Palazk ferog, Tsimaz. [a] Isidorus Cimicem vocari putat de similitudine cuiusdam herbæ, cuius fœtorem habeat.

[a] *Lib. 12. Orig. cap. 5.* Etymum.

GE-

E

# GENVS. FORMA.

[a] *Lib. 29. cap. 4.*



CIMICVM duo genera [a] Plinius recenset, quorum primum simpliciter Cimicem vocat, quod illud est, quod lectis nostris tantoperè infestum est, alterum agreste, quòd in malua nasci scribit. de quo pòst seperatim agam. Domestici Cimicis differentiam nullam obseruaui. De eius forma autem agere superuacuum est, cùm omnibus fœtore suo horrendo, ac odiosis morsibus notissimus sit. Icon pòst dabitur.

# LOCVS. GENERATIO.

Cimex pro lecto sumitur.



NASCVNTVR communiter Cimices in lectorum grabatis, & præsertim in eorum rimulis siue confractibus, atque item in parietibus lecto proximis, qui tam communis eorum locus est, atq; habitatio, vt doctissimus poëta Catullus Cimicem pro lecto in suis carminibus acceperit, F

*Furi cui neq; seruus est, neq; arca,*
*Nec Cimex, neq; Araneus, neque ignis.*

Pauperes cum multùm Cimicibus infestentur.

[a] *Lib. 5. de Anim. c. 31.*

Cæterùm licet omnium & diuitum, & pauperum thalamos infestent Cimices, pauperes tamen ijs magis molestantur: cuius duplex dari potest ratio, ex materia scilicet, qua nascuntur, & cura, quam locus requirit, in quo Cimices generari prohibentur. Non enim nascuntur hæ molestiæ in lectis, quorum linteamina, & stramina sæpe renouantur, vt in diuitum ædibus fieri solet. Oriuntur autem ex sordibus humanis, vel vt [a] Aristoteles ait, ex humore, qui per summa corporis animalium consistit. Is verò etiam in pauperum lectis, pannisq; ac stramine magis colligitur, quoniam rarius linteamina, & camisias renouant. Quantopere pauperes Cimicibus affligantur, ostendimus antè ex Aristophane, & Martiale: apud quos simile, quid aliud lego. Hic enim in [b] Nestorem inuectus, quòd se pauperē simulabat, inquit:

[b] *Lib. 11. Epigr. 33.*

*Nec toga, nec focus est, nec tritus Cimice lectus.*

[c] *In Nebulis*
[d] *In Tcretismat.*

Apud illum verò [c] Bacchus descensurus ad inferos iter illud ostendi sibi precatur, & eas dari G cauponas, in quibus pauciſſimi Cimices essent. [d] Scaliger quoq; agens de vita hospitia, fastidijs hisce plena esse innuit, dum canit:

*Hæc summa est; æuo vt dulci lætoq; fruamur.*
*Hoc quodnam est, aliud, quàm hîc vitæ ponere metam*
*Nullam aliam sperare? vtrum malisnè? Viator*
*Semper in hospitio, dat quod prouincia, plenum*
*Pulicibusq; & Cimicibus: quæ incommoda latro*
*Et pestis facteteuiora viderier, aut te*
*In patria nitidum, tersum, florente, beatam*
*Inter amicitias & noti pignora cœli?*

Vnde nascantur.

[e] *Lib. 3. de sanit. tuen. cap 87.*

Aristoteles loco citato Cimices, Pediculos & Pulices per coitum ea scribit generare, quæ Lendes vocantur: ex hisq; nihil præterea nasci posse. Ipsos autem Cimices nasci, vt dixi ex humore, qui per summa corporis animalium consistit. In quem philosophi locum incidens [c] Cardanus: In Cimicibus, inquit, putat esse sordes humanas (& sanè sunt sanguineæ corpulentæq; ) sed videmus quotidie, inquit Cardanus, ex libris nasci, seu tum incerta ratione H

Cur in charta nascãtur.

hac chartæ; vel quoniam linteorum fragmentis charta nostra fiat, tam diu seruato viru. Sic Cardanus. Sed si virus illud tam diu conseruari velimus, vt ille conijcit, certè statuendum est, ex ea tantùm charta Cimices oriri, quæ ex linteis factæ fuerit, in quibus dormierit homo, vel vestem habuerit, sed cum in omni charta reperiatur, etiam in ea fortè cuius materiam homo nunquam contigit, non possum Cardani opinionem omnino recipere, neque etiam prorsus auersari. Idem Cardanus hoc quoq; non videtur recipere, quod neget ex coitu generari, sed Lendes generare steriles dicat: cur ergo est, inquit, quod ibi multi ex his, multi etiam generantur, vbi pauci, pauci? Nunquid errauit, an rectè potiùs intelligendus est. ex eorum igitur coitu duplex fit generatio, atq; vna quidem ex seipsis; atq; sic ob imperfectionem non simile, sed aliud generatur. Ex materia autem propria ex qua illi geniti sunt, id est ex sudore, aut recremento animalium eiusdem generis, quoniam à Sole aut Luna præparatur, quàm in ipso animali: Hæc igitur causa est, quod excindere hoc animalium ge-

Duplex generatio.

nus

A nus eorum prohibet generationem, non vt materiam, sed vt agens, ac generans. Hoc igitur est, quod à Sole, ab igneq; melius consumitur, ab aqua autem eluitur, à frictione perturbatur, atq; corrumpitur. Ita cubicula principum sic mundari solent. Hæc itaq; Cardanus. Addo ego, qui fiat, quòd minus infestentur lecti, quamdiu ab homine occupantur, cùm contrà fieri deberet, si ex recremento eius ortum habeant, vt philosophus dixit. Vidi sæpè peregrinantium, vel rus euntium lectos subito infestos esse Cimicibus, cùm præsentibus ipsis nullus appareret: præterea vnde ipsis cibus absente homine? ijs enim viuimus, quibus constamus. Sed hîc lubens incido in locum quendam [f] Cardani de Carthusianis Monachis, à quibus cùm audiuisset illos Cimicibus non infestari, idq; multorum testimonio corroborari videret, vt puderet ipsum negare, quod leuitatis esse putabat credere, eos causam afferre addit, quòd carnes non edant: seu id sit, inquit, ob munditiem, aut artem aliam quampiam, nondum assequi potui. Ego tamen minus laboro quærere causam cur sit, vbi mihi abundè nondum exploratum est, si sit. Aduersus quam opinionem sic agit [g] Scaliger. De Carthusianis » Cimicibus arrisere tibi fabulæ. Quarum nugas audes inferere subtilitatibus. Sed adiungis » his mendacijs causas non minus vanas non tentari ab illis, quia carnibus abstineant. Vtinã
B Pythagoræ id scire contigisset. An non meminisli: canes à Cimicibus non appeti: ab equis » fugere Pulices Mures tantùm alere, atq; inferre Pulicum, vt paulò minus accuratè prospe- » ctanti Pulicis interdum corio tecti esse videantur. Esto. Cimicum incursionibus nemo Car- » thusianus vellicetur. Restat illud tamen: in eorum cubiculis an oriantur. Nam Tolosani le- » ctuli non esitant carnes, & tamen ea peste infames sunt. Magnam verò sanè rem. Si Carthu- » sianorum asarcophagia exterminet ex illorum toto cælo tam fœtidam bestiam. Nam in Mar » sis Viperæ sunt: sed illis, quanquam infensis, non infestæ. Nascuntur abiegnis potissimum » cubilibus maximeq; vbi palea inueterauit. Si intra telam coacta fuerit, consutaq; non na- » scuntur. Inter chartaceos quoq; libros generantur. Sed mirum quantum in caueis gallinarum. Hactenus Scaliger. Sed illud summoperè miror, quamobrem Cimices non generet palea intra telam coacta, ac consuta, cùm æquè tela, ac palea, quin imo prius recremento hominis inquinetur. Bononiæ & fortassis in tota Italia, paleam intra telam consuunt, sed nunquid ad hunc finem, nescio, hoc interim scio, cùm Cimices vel fugant, vel interimunt, paleam non renouare, ac si ea infecta non esset. Vt itaque fabulosum est Carthusianos Ci-
C micibus carere, ita contrà verum est, in Insula S. Thomæ non reperiri Cimices: sed Pulices tantùm. Vulgo item iactatum est, è Cimicibus contritis nouos exoriri Cimices, quod, vt [h] Scaligeri verbis vtar, mihi quidem non fit verisimile. Sed quibus primordijs, illis in locis concreabantur olim ij, qui fuerint ibi contriti, subnasci alios. Ligna enim quædam, inquit ille, vt abiegna, & paleas habere illiusce speciei secum rudimenta naturalia manifestum est. Qua natura superstite, atq; incolumi permanente, non tam redintegretur, & contrariorum tabo, quàm noua ex veteribus principijs substituatur generatio. Mirum sanè est, quod refert [i] Cornelius Gemma, nempe quandam fuisse matronam in ciuitate prope Mosam, cui post capitis vehementissimos, & diuturnos cruciatus dissecta caluaria magnam putredinis vim ostendit circà substantiam cerebri, & inter meninges tum Vermiculorum, tum Cimicum copiam incredibilem. Quod ad victum attinet, is talis est, qualem diximus, nimirum humor ille, siue excrementum animalis, quo orti sunt, quamquam [k] Aristoteles viuæ carnis humore ali velit. Vnde itaq; eis cibus in eo lecto, quem nemo frequentat?

[f] *Lib. 10. de Subtil.* Carthusiani monachi an Cimicibus infestẽtur.

[g] *Exer. 246. 5.*

Palea intra telam coactaCimices nõ generat.

Cimices vbi non reperiantur.

[h] *Lib. 2. de plant.*

[i] *Lib. 2. Comoscrit. c. 4.* Cimices inter meninges.

[k] *Li. 5. Hist. cap. 31.*

D

# DENOMINATA.

CIMICVM arborem vocant Arabes vlmum, quòd vesiculas proferat, in quibus Culices generantur, de quibus inter Culices diximus, vt Culicum arborem rectiùs nominassent: non enim ibi Cimices nascuntur. Cimicia dicit [a] Isidoro propter similitudinem Cimicis. Vnde, inquit, & eam Græci Corionem vocauerunt. Nascitur in locis asperis & cultis. Ἀκορίζειν pro perdere Cimices affertur ex quodam Epigrammate.

Arbor Cimicum. Cimicia.

[a] *Li. 17. Orig. cap. 9.*

VT

E

# VT FVGENTVR.

[a] Lib. 1. de re rust. c. 3.

[a] MARCVS Varro cucumerẽ anguinum condi iubet in aquam, eamq; infundi quò voles, ita nullos accedere Cimices, & felle bubulo aceto mixto lectum vngi. Didymus Cimicibus abolendis, picem liquidam & syluestris cucumeris succum cubilibus inspergit, item scylla particulatim dissecta tritaq; in aceto, & spongia hoc liquore imbuta detergit. Itidem medicæ mali frondes cum oleo decoctæ, vt hanc pestem arceant, lecticarum coagmentis illinit: traditq; præterea taurino, aut hircino felle, addito acri aceto, cubiculorum parietes illini vtiliter: atque idem etiam præstare, si viuum sulfur, & oleum vetus adieceris. Cimices Lectularij non adderunt, vbi locum glutini piscium (quod ichthyocollon vocant) decocti resperseris iure. Incubantes enecabis, si coctis olei fracibus & bubulo felli mistis ex oleo roraueris: aut hederæ, aut capparis frondibus ex oleo litis. nec secus parietibus delitescentes perimes. Præsens eis moliuntur exitium, cum herbæ pedicularis acetabulum, scyllæ in taleolos dissectæ tantundem, acris aceti ligula, teruntur vnà, & cùm incaluerint igni, linuntur. Aliqui cedrini liquoris portionem adijciunt, & quadrantalem passi modum: vitulini vel caprini fellis, quantum volæ sinu capi potest, & tantundem passi cum aceto. Florentinus memoriæ prodidit Hirudines, & Cimices mutuo halituum eiaculatu confici. Illas, cum conceptum Cimicis nidorem ad eas fistula detulerit: hos, cùm graui fumi virus hirundinibus emissum insederit, ambitu velaminibus stipato, ne vapor euanescat in auras. [b] Plinius quoq; vrentium sanguisugas necare Cimices scribit. Scolopendra siccata suo odore eundem præbet effectum. Ad idem pollent hederæ folia cum hirudinibus decem trita. Democritus asserit Cimices nec situ cubilium, nec aspergine creari, leporis aut ceruis pedes à tergo circum lecti fulcra pendeant. Si quis inter peregrinandum vas aquæ frigidæ plenam lecticæ subijciat, dormientem non attingent. Lupini madentis imber, quo pleriq; omnes vtuntur, exanimat quos attigerit. is tamen non prohibet consperfus, quin paulò pòst rediuiui conualescant. Ad Cimices necandos probatum Alexij, Accipe absynthij, rutæ, olei communis aquæ, singulorum, quod sufficit, coquantur omnia bene vsq; ad consumptionem aquæ, deinde coletur oleum, cui misceatur axungiæ, quantum satis est, & fiat vnguẽtum, quo lecticarum iuncturæ inungantur. Aliud ad Cimices interficiendos expertum, eiusdem. Accipe axungiæ porcinæ, argenti viui, singulorum quantum satis est, misceantur optimè, & fiat vnguentum, quo lecticarum iuncturæ, & rimæ inungantur. Idem facit tinctura sulphuris. Aliud. Accipe absynthij m. 1. ellebori albi vnciam: coquantur in Lixiuio, vsque ad tertiæ partis consumptionem, quo iuncturæ lectorum inungantur. Aliud. Absynthium, ruta, abrotonum, mentastrum, satureia, iuglandis folia, filix, pseudonardus, quæ nobis lauendula dicitur, nigella, coriandrum viride, psyllium, anagyris; omnia, vel aliqua culcitris supponantur: aut coquantur in aceto, ac inde toralia conspergantur. [c] Plinius folia vtriusq; filicis Cimices necare scribit. Geniste communis siliquæ semine prægnantes, quòd Cimices referre figura quodammodo & colore videtur, si sub puluinari, & lecto ponantur, Cimices fugant, quod nuper fortuito quidam didicit, & mihi retulit. Democritus tradit, si crines equi suspẽdantur in ostio cubiculi, non intraturos Cimices; similiter præstat nigillæ, & cicutæ fumus. Rasis testatur, si inungatur corpus ex oleo, in quo decoctum sit absynthium non appropinquare Cimices. Si cannabis ponatur per lectum, fugient, & non iterum veniẽt, vt voluit Hippocrates. Stercus tauri si credendum Auicennæ, propriã fugat Vermes venenosos, & Cimices, si eo suffitus fiat. Cimices quoq; referunt pelli, si ebulis viridis in spondarum capitibus ponatur, forsan ob odorẽ tetrum: hoc certè, inquit [d] Cardanus, est malum malo pellere. Occidit eos fumus chalcanthi & æruginis, sed non ita quin denuo redeant: itaq; nil melius esse iudicat Cardanus, calce cum lixiuio feruente mixta, & vt sic diu torreantur tabulę & vndiq; inde misceantur staphisagria & hydrargyrium, & sulphur, & oleum laurinum chalcantho & ærugini, si illinantur. Fumus ex stercore bouino expellit eosdem, item ligni aloes, myrtuum siccarum, & cymini, & bdellij. Cimices grauis odor rubrarũ pellium, quæ à Germanis Reusch leder appellantur, mirificè tollit: hæ autem à Moscouia per Bulgariam in Italiam & Romam venales aduehuntur. Iuuat in primis storea eos sub ceruicali posita excipere, & manè excutere collectos, & vesperi etiam, antequam se ad dormiendum conferant: sic enim quoscunq; occident, à molestia auferent alios. Storea vt est vetustior, ita fit melior: nam societate odoris alliciuntur. Sic plerumq; fit Bononiæ.

F

G

H

Hirudinũ & Cimicũ antipathia.

[b] Lib. 32. Epig. 2.

Vt dormiẽtem non attingant.

[c] Lib. 27. cap. 9.

[d] Lib. 7. de Var. rer. cap. 30.

VSVS

A

# VSVS IN MEDICINA.

PLAVTVS Lenones animalculis, quæ homines infestant continuò, cõparans, minus rectè Cimices putat nullius vsus esse, dum ait: [a] *In Curculione.* Cimices vtiles esse.

*Item genus est Lenonum inter homines meo quidem iudicio.*
*Vt Muscæ, Culices, Pedesq́, Pulicesq́, Cimices*
*Odio & malo & molestiæ, bono vsuiq́ estis nulli.*

Tametsi enim infestissima, fœdissimaq́; sint animalia, noluit tamen eos genuisse natura omnium rerum parens, quin suum haberent in medicina vsum. Quædam pudenda dictu, inquit [b] Plinius, tanta authorum assueratione commendantur, vt præterire fas non sit. Siquidem illa concordia rerum, aut repugnantia, medicinæ gignuntur, veluti Cimicum animalis fœdissimi, & dictu quoq; fastidiendi natura, contra serpentium morsus, & præcipuè aspidum valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quòd dicunt gallinas, B quo die id ederint, non interfici ab aspide: carnes quoq; eorum percussis plurimum prodesse. [c] Dioscorides quoq; Cimices ad multa mala celebrans: Cimices, inquit, qui in cubilibus enascuntur, cauis fabarum inclusi, si ante febrium significationes septeni deuorentur, quartanis sunt auxilio: & citra fabas sumpti, percussis ab aspide prosunt. Vuluarum exanimationes olfactu reuocant. Poti cum vino, & aceto, adhærentes sanguisugas abigunt: triti & vrinariæ fictulæ impositi, vrinæ augustias leuant. Hæc ille, quæ præcitato loco Plinius partim confirmat, partim refellit, his verbis. Ex his quæ tradunt, humanissimum est illinere morsibus cum sanguine testudinis. Item suffitu eorum abigere sanguisugas adhęrentes, haustusq́; animalibus restinguere in potu datos, quanquam & oculos quidam ijs inungunt tritis cum sale, & lacte mulierum, auresq́; cum melle, & rosaceo admixtis. Eos qui agrestes sint & in malua nascantur, crematos cinere permixto rosaceo infundunt auribus. Cætera quæ de his tradunt, vomicæ & quartanarum remedia, aliorumq́; morborum, quanquam ouo, aut cera, aut sala inclusos censeant deuorandos, falsa, nec referenda arbitror. Lethargi tamen medicinæ cum argumento adhibent, quoniam vincatur aspidum somnifica vis, septenos in cyatho aquæ dantes, puerilibus annis quaternos. Et in stranguria fistulæ imposuere. Adeo C nihil illa rerum omnium parens sine ingentibus causis genuit. At verò de potu ipsorum ad hirudines eijciendas Galenus ita censet: Quidã de Cimicibus scripserunt, quòd si cum aceto bibantur, deuoratas hirudines eijciant. Nos autem per allij esum ipsas eijcientes, Cimicibus nihil opus habuimus. Equidem & ego à tam fœdo medicamento plurimum abhorreo. [d] D. Hieronymus tamen Cimices ad sanguisugas celebrans, hoc remedium in tam inutili nescientibus animale proponit, ceu quid admirandum. Quid ita inutile inquit esse videtur, nescientibus vt Cimices? Si sanguisuga faucibus hęserit fumo eius excepto, statim euomitur, & difficultas vrinæ huius appositione laxatur. Hierocles, si tardius respondeat vrina in equo, viuum Cimicem in aurem indi iubet, aliumq́; in parte genitalis superiore in foramen quo meat vrina pertritum imponi, itaq; statim lotium erumpere. Itidem recentiores quidam ad ciendam vrinam, viuis Cimicibus in penis organum immissis, non autem mortuis, vt Dioscorides voluit, vtuntur, quod Mathiolo magis consentaneum esse videtur, quòd in meatum vrinarium inditi viui, ingressu titillationem excitent, & vrinæ vim expultricem proritent. Michael Sauonarola tamen [e] Dioscoridi subscribit, laudatq́; præterea ad lapidem oleum, in quo ebulliti sunt Cimices multi contriti, si in eo plus quàm tepido in vase D aliquo existente virga teneatur; immo, inquit, creditur, quod etiam hoc modo iam egredietur è vesica. Et quamuis Plinius Cimicum remedium à Dioscoride memoratum ad quaternas improbet, Serenus tamen Cimices inter quartanæ remedia recensens canit:

[b] *Lib. 28. 4.*

[c] *Lib. 2. cap. 33.*

Cimicum agrestium vsus.

[d] *Lib. 2. contra Iouinianum.*

Contra vrinam retentã in equo.

[e] *Tract. 6. cap. 18.*

*Allia non pudeat terno cum Cimice trita*
*Et diluta mero, medijs haurire diebus.*

Et Marcellus Virgilius Cimices in vrbe & agro dari vidit tritos in puluere in cunctis febribus. Idem Serenus Cimices celebrat ad hæmorrhagiam.

*Si modicus pleno manat de corpore sanguis*
*Subuenit; at nimius cum vita funditur ipsa.*
*Quapropter multo naris completa cruore*
*Cùm fluit, attritus Cimex conducit odore.*

PRO-

# PROVERBIVM.

TAMETSI Cimex tam immundus sit, tamq; humilis, atque tam pessimè olens, fit nihilominus interdum eiusdem mentio, vt nihilo plus sit is, quem illi comparamus. Immo Italicum prouerbium est, aliquem Cimice sordidiorem fore. Sapitq; adagium hoc antiquitatem. nam & Horatius Pantilium poëtam quendam, sordidum Cimicem vocat,

Pantilius poëta Cimex cur dictus.

*Men' moueat Cimex Pantilius? aut crucier, quòd*
*Vellicet absentem Demetrius.*

Quem locum Horatij notans [a] Turnebus, Cimicem, inquit, dixit Horatius Pantilium ad contemptum, ex Insecti nomine, & fœtore omnibus inuisi, & quòd ab eo morderetur, rodoreturq;. Elegantissimè etiam Strepsiades apud [b] Aristophanem, Corynthios serpentes, Cimices vocat, & quantopere homines infestent, ostendit. Is enim cùm prius dixisset sese pœnas Cimicibus daturum, pòst subinde morsus à Cimicibus exclamat:

[a] *Lib. 15. cap. 19.*
[b] *In Nebulis.*
Corynthy serpentes.

Απόλλυμαι δείλαιος ἐκ τοῦ σκίμποδος.
Δάκνουσι μ' ἐξέρποντες οἱ κορίνθιοι,
Καὶ τὰς πλευρὰς δαρδάπτουσι,
Καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσι,
Καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσι
Καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι
Καὶ μ' ἀπολοῦσι. Id est:
*Perditus sum miser è scabello,*
*Mordent me extra serpentes Corynthy,*
*Et latera deuorant,*
*Et auimam ebibunt,*
*Et testiculos extrahunt,*
*Et culum defodiunt.*
*Et me perdunt.*

[c] Scaliger quoq; quendam Sabaudianum Cimicem sordidissimum vocat: & aliàs quoque de Picato & Ipnio, canebat:

[c] *In Ata.*

*Curtus Picatus, Pertica Ipnius longa est*
*Cimex Picatus repit, Ipnius nutat.*

# EPIGRAMMA.

ANTIPHANIS epigramma in Grammaticos, quos Cimices vocat,

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυκα μούσης
Αλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται.
Τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' ἠρίννῃ δὲ κομῶντες
Πικροὶ, καὶ ξηροὶ, καλλιμάχου πρόκυπες
Ποιητῶν λῶβαι, παισὶ σκότος ἀρχομένοισι,
Ἐῤῥοιτ' εὐφώνων λαθροδάκναι κόριες.

*Grammaticorum curiosa generæ, eradicatores musæ*
*Alienæ, infelices Tineæ spiniferæ.*
*Magnorum maculæ; propter Erinnam enutrientes comam*
*Auari & sicci Callimachi ante latratores.*
*Poëtarum contumeliæ, pueris incipientibus tenebræ*
*Valeatis in malam rem, clanculum mordentes Cimices.*

A

# DE CIMICIBVS SYLVESTRIBVS. PLINII. Cap. III.

TAMETSI eiusmodi Insecta, quorum aliquot diuersas species subinde depingam, alata cùm sint, ad præcedentem librum de Coleopteris pertinere videantur; nihilominus ob communem, quem habent cum lectularijs Cimicibus fœtorem pessimum, vnde meritò Sylvestres Cimices appellauit [a] Plinius naturæ scientissimus, & vulgò in agro nostro Cemici Botari nominantur, non incongruè hic ponenda arbitramur. [b] Cardanus etiam horum videtur meminisse; Referunt, inquit, in Darianæ prouincia Occidentalis Indiæ Cimices esse volantes: sed nil prohibet, quippiam tale oriri: nam & apud nos inter herbas duo progignuntur animalia Cimicibus similia; vnum odore, non forma: alterum forma non odore: neutrum ex ea specie est; ita de illis dicendum. And. Matthiolus esse quoq; meminit sylvestres Cimices, qui in herbis & victum, & locum habeant, lectularijs maiores, colore viridi, æquè ac illi fœtidi: sed hos, nullum in medicina vsum obtinere existimans, non parum fallitur: nam Plinium si adijsset, quem aliàs consulere semper solet, vsum percipisset. Is enim præcitato loco: Eos, inquit, qui agrestes sint, & in malua nascantur, crematos cinere permisto rosaceo infundunt auribus. Et [c] alibi pòst idem remedium repetit. Præterea Matthiolo vnicum tantùmmodo horum sylvestrium Cimicum genus cognitum fuisse apparet, cùm viride esse dicat. Ego multorum aliorum colorum esse obseruaui, vt mox patebit. Et quamuis Plinius maluæ Cimices vocet, ac si in ea generentur peculiariter, passim tamen in alijs etiam stirpibus eos est reperire, ac potissimùm in oleribus, vt Marcellus Virgilius quoque ait. Inuenio apud principem Auicennam in secundo canone ex fraxino capita inflata sicut granata (vtor interim eisdem verbis) egredi, in quibus sit humiditas, de qua Cimices oriantur; cumq; capita huiusmodi aperiuntur, Cimices ex illis egredi. Sed locus iste mihi valde suspectus est: arbitrorq; pro fraxino vlmum, pro Cimicibus Culices scribi debere. Vlmum enim arborem Cimicum Arabes appellare diximus, & ex eius vesicis Culices, non Cimices oriri, neque fraxinus vesicas, quod sciam, procreat. [d] Iulius Scaliger hosce volantes Cimices senectam exuere negat, eosdemq; igneos esse sese expertum esse scribit. Ij, quos ego diuersis temporibus obseruaui, differunt inuicem colore, magnitudineq; & latitudine: sed pictor deceptus nominis vicinitate exiguum quendam silicem, in quo humana facies expressa est, pro Cimice primo & secundo loco depinxit. Num. 3. Cantharidis potiùs, quàm Cimicis species. Pedibus enim est longioribus, quàm Cimices habere solent. Vndiquaq; colore est miniaceo, sed maculis nonnullis atris respergitur. Num. 4. Cimex lectularius, nulli non notus. Num. 5. Cimex sylvestris non fœtens, vndiq; subflauus, lineis fuscis. Numer. 6. colore flauo: alter versus caudam albescens. Num 7. 8. 9. etiam flauescunt, sed veluti humanam ferè faciem per alas expressam gerunt. Num. 10. colore fermè est castaneo, & alterius fortè generis, vel Cantharidis, vel Scarabæorum. Num. 11. Cimex sylvestris minor vndiq; cinereus. 12. Num. Ex Scarabæis videtur, aut Ricino congener, si alati dentur, quòd nondum obseruaui, ex cinereo ad castaneum vergit. Num. 13. Totus est coloris castanei, lineis nigris in longum sectis. Num. 14. Cimex atrocœruleus propè caudam tribus notis albis respersus. Num. 15. Colore est castaneo, macula in extremis alis cinerea. Num. 16. Luteus, nigro & albo conspersus. Num. 17. Cinereus macula argentea. Num. 18. Cimex oleraceus atrorubens, macula circa anum cinerea, Mordella vulgò. Num. 19. Mordella siue Orsodacne alia oblonga. Num. 20. Cimici & Pamphreno simile insectum. Num. 22. Cimex cinnabarinus cruciger. Num. 21. Cimex viridis. Num. 23. Cimex non fœtens, atrouiridis, guttis albis plurimis ornatus. 24. Cimici simile Insectum cinereum ferè anelytrum. Num. 25. Cimici simile anelytrum aliud pedibus longis Locustæ. Num. 26. Cimex ruber lineis nigris in longum insignitus.

B

C

D

[a] *Lib. 29. cap. 4.*

[b] *Lib. 7. de Var. rer. cap. 28.*

Matthioli error.

[c] *Lib. 30. cap. 3.*

[d] *Exer. 189.*




# DE PEDICVLO. Cap. IIII.

CIMICES meritò Pediculi ſequuntur, Pediculoſq; Pulices: ſiquidem omnes humano potiſſimum generi infeſti ſunt ſuis morſibus, & ex eiuſdem excremẽtis, licet diuerſimodè, oriuntur: odioſius tamen nomen Pediculorum, quàm Pulicum: quanquam Lodouicus Imperator, cùm familiarium ſuorum quidam Pediculum fortè in veſte eius offendiſſet, hominem ſeſe eſſe dixiſſe feratur, ac ſi humanum eſſet, hac lue infeſtari.

ÆQVI-

# AEQVIVOCA.



Φθεῖρες (ita Græci ferè omnes Pediculos vocant) vocantur etiam τὰ τῶν πιτύων ἐξανθήματα; id est tubercula picearum, vnde, inquit Eustathius φθειρῶν ὄρος, id est, Pediculorum mons Cariæ onomasticωs nomen habet, qui etiam φθιρῶν per iota à quibusdam scribitur, ampla significatione: qua de re qui plura volet, ipsum Eustathium adeat. Meminit eiusdem montis [a] Strabo loquēs de La-
» mico sinu, & Heraclia oppidulo sub Latmo. Id prius, inquit, Lamius dicebatur eodem no-
» mine, quo & imminens mons, quem Hecatæus putat eum esse qui à poēta Pediculorum
» mons appellatur. Dicit enim vltra Lamium vrbem, Pediculorum montem esse. Pediculos vocatos populos [b] Plinius enumerat inter populos Italiæ: Eodemq; testante Pediculorum oppidum Iapyx erat, à Dedali filio denominatum, à quo & Iapygia. Ager autem Pediculorum Brundusio conterminus est. Et Pediculorum fluuius Pactius nominatur, de quo vide Abrahamum Ortelium. Pediculos terræ quosdam Scarabæos appellari, ex Plinio, suprà suo loco diximus. Est & φθεὶρ piscis nomen apud Aristotelem, vbi Pediculus itidem dicitur à Gaza: Plinius eiusdem meminit; ita autem dictus est à similitudine Pediculorum capitis. De Pediculo marino, nos postea: Pediculus deniq; est Latinis, quo fructus, nonnullaq; folia stirpibus adnectuntur.

Pediculorū mons.

[a] *Lib.* 14. *Geog.*

Pediculi populi.

[b] *Lib.* 3. *cap.* 5.

Pediculus terræ.

Piscis Pediculus dict⁹

# SYNONYMA.

כנים Hebræis credunt esse Pediculos: quidam Cyniphes, nomine efficto ex Græco Σκνίπες, vel κνίπες: qui sunt Vermiculi ligna erodentes, Culices iuxta descriptionem Origenis, qui hoc animalculum pennis quidē per aëra volitare tradit, sed ita minutum esse, vt oculi visum effugiat, nisi acutissimè quis cernat; & corpus vbi insederit, acerbissimo terebret stimulo, vt sentire citiùs stimulantem, quàm volitantem videre valeas: Alij Cyniphes, quibus puniti fuere Aegyptij, Pediculos interpretantur, ea propter fortassis, quod Flauius Iosephus illos scribat Pediculis infestatos fuisse; sed nos quoque antè Cyniphes Culices interpretati fuimus, quia ad κνίπες magis ea vox accedit. Sunt qui dictionem illam Hebraicam ad כין reducunt, quod firmiter innitatur, & incumbat corpori: quod Pediculis, ac maximè feris conuenit. Huius singulare non inuenitur in scriptura, sed apud doctores Hebræos est in vsu in fœminino genere, כנה. Plurale verò est defectiuum, id est sine Iod signo pluralis præter vnum. Exodi 8. 17. *Omnis puluis terræ fuit* כנים, *Pediculi*, id est, versus est in Pediculos. Idem psalm. 105. 31. Exodi 8. 18. cum iod, *vt educerent* הכנים את *Pediculos*, & versu 16. *& erit* לכנם *in Pediculos*, id est conuertetur in Pediculos. Hieron. *& sint Cyniphes*. Et nomen speciei seu collectiuum, cum Mem, quod tamen non est signum pluralis, sed speciei secundum R. D. Exodi 8. 17. & 18. & fuit הכנם Pediculus in homine. Φθεὶρ ferè vbiq; Græcis Pediculus appellatur, nunc vulgari Græco ψύρα. Inuenio & alia synonyma, licet minus vsitata. Ἔγκαρ exponunt cerebrum, vel Pediculum, vt apud [a] Homerum, vbi Achilles de Agamemnone dicit, Τίω δὲ μὲν ἔγκαρος ἄϊση, vt sit, Non pluris eum facio, quàm Pediculum vel cerebrum: non minus enim cerebrum olim fastidiebatur in cibis, quàm Pediculus; quod cerebrum à Lycophrone ἔγκαρος, quoque dicitur eadem compositionis forma qua ἐγκέφαλος, videlicet παρὰ τὸ ἐν τῇ κάρᾳ ἧπαι τῇ κεφαλῇ εἶναι: sed rectiùs ij, qui scribunt diuisum ἐν καρὸς, & interpretantur, habeo eum pro carico, mancipio. Vtriusq; expositionis meminit Eustathius. Alij legunt ἔγκαρος & κάρα quoque Pediculum exponunt, aut κῆρα ἄγουσι θάνατον, sicut [b] Cælius annotat. Apud Hesychium ἔγκαρος legitur expositum ἄσιμος, id est, iustus: positumq; forsan Doricè pro ἔγκηρος. Κάρνος eidem Hesychio est φθεὶρ, βόσκημα, πρόβατος, id est, Pediculus, pecus, ouis, Et καρνοςάσιον stabulum ouium. Νίρνος siue Νίρμος Achæis est φθεὶρ, Pediculus eodem scribente, & Σάθραξ etiam φθεὶρ, item βραῦλα. Λικνία verò μίκρα φθειρία, parui Pediculi, fortè Ricini, siue Plactulæ. Ἀρπέδονες in veteri Lexico Græco sunt Pediculi: Suidæ verò τὰ σχοινία, funiculi. Πολύποδες, εἶδος ἰχθύος καὶ εἶδος φθειρῶν apud Hesychium, id est, genus piscis, & genus Pediculorum. Pediculi quoque Latinis, à pedibus si Isidoro credimus, nomen meruerunt: dicuntur, & Pedunculi Plinio, alijsque nonnullis, piscis etiam Pedes, vnde apud Liuium Andronicum legimus: *Pulicesnè, an Cimices, an*

Cyniphes.

[a] *Iliad.* I.

[b] *Lib.* 2. *cap.* 24.

Pediculi. Pedunculi. Pedes.

*Pedes, responde mihi:* vbi Festus, Pedes inquit, hîc pro Pediculis: & apud Neuiũ: *Est Pedis vnus* E *in naso:* nec non apud Lucilium: *Vbi me videt, caput scabit, Pedes legit:* Quo loco Nonius Marcellus, Pedes, inquit, quem nos Pediculum dicimus. Vtitur eadem voce nonnunquã Plautus

*Vt Muscæ, Culices, Pedesq́, Pulicesq́ Cimices,*
*Odio & malo & molestiæ, bono vsuiq́ estis nulli,*

[c] *In Menæchmo.* [c] Alibi quoq; Pedes nauales, meo iudicio Pediculos vocauit, quoniã captiui remiges ijs plurimùm infestari contingit, vt in historia patebit: Lego tamen apud Nonium, remos esse nauales pedes. Alij apud Plautum eo loco exponunt seruos remiges, alij nautas, alij pueros, qui vsq; in naui herum secuti sunt. Malim tamen Pediculos exponere ob allatam rationem: Sed notandum Pedem, cùm pro Pediculo Insecto accipitur, eidem Plauto, vt Nonius annotat, fœminino genere proferri in Vidularia: *Vbi quamq́ Pedem videbat, suffurabatur omnis.* Hinc pedicosum, pro pediculoso idem dixit: *Pedicosus, squallidus, vbi me vidit, caput scabit.* Et apud antiquos teste Festo aliquando inuenitur pedecosus in eodem significato: citatq; illud Titinnij;

Pedicosus. Pedecosus.

*Rus detrudetur pedecosus, squallidus:*

Dicuntur & Sexcupedes, item simpliciter Vermes, Plinioq; secundum nonnullos, etiam F Serpentes, quanquam alij contrà sentiant, quorum nouissimorum opinionem iure refellit [d] Mercurialis his verbis: Pherecydem Syrum pediculari morbo interijsse prodiderunt Aristoteles, Plutarchus, Serenus, Aelianus: cæterùm [e] Plinius non Pediculis sed copia serpentiũ „ ex illius corpore erumpente Pherecidem expirasse tradit, quod similiter scripsit [f] Apuleus. In „ hac controuersia fuerunt, qui putarunt apud Plinium & Apuleum, alium esse morbum quo „ interijt Pherecydes, alium pedicularem: eò magis quod ipsemet aliàs [g] Alcmanem poëtam „ & Syllam dictatorem, Pediculis obijsse dicit: vt etiam Aristoteles, Plutarchus, & alij testati „ sunt. Ego verò sum huius sententiæ, Plinium & Apuleum pro serpentibus, quibus perhibẽt „ esse extinctum Pherecydem, nil aliud intellexisse, quàm Pediculos, & fortasse æmulati sunt „ hac in re [h] Diodorum Siculum, qui de Acridophagorum morbo sermonem habens, modò „ φθεῖρας appellat, modo ἕρπητα. Pediculus Italis Pedocchio nominatur, Gallis vn Pou, Germanis ein Lauss, Hispanis Pioio, Belgis een Luys, Polonis Vvese, Vngaris Tetvue, Anglis à Louse.

Sexcupes. Vermes. Serpentes.

[d] *Lib 5. Var. lect. cap. 6.*
[e] *Li. 7. c. 51.*
[f] *Li. 2. Flor.*
[g] *Lib. 11. cap. 33.*
[h] *Lib. 3. c. 3.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. G

[a] *Lib. 5. Hi. cap. 31.* Pediculiferi qui sint Aristoteli.

[a] ARISTOTELI duo tantùm Pediculorum genera nota fuere; primum grandius hominibus valde familiare, in infantia potissimum, & ad pubertatem vsq; à capite orti, & toto corpore errans. Alterum ferũ vocauit, aitq; esse durius eo, quod magna ex parte prouenit, & corpori detrahi difficilius. Hoc communi omnium probatissimorum medicorũ iudicio illud est, quod Plactulas nonnulli & Plattas, Itali Piattolas, & Piattones, à latitudine corporis dicunt, Galli Morpiones, Gordonius Pessulatas, Arabes Gardan: Itali nonnunquam etiã Ceccam: quam [b] Iulius Scaliger Ricinum esse rectè iudicat, sed minus rectè Ricinum hominis, si ita cum eo Plactulas vocare velimus, cum Ricino canis, qui fæcibus destinatum exitum non habet, implicare videtur, vt mox cùm verba eius citauero, cuiq; patebit. Duo tantùm etiam genera agnouit [c] Cælius Aurelianus: Plurimi, inquit, Pediculi creantur, nunc „ formæ, nunc ignoti, nunc per eas partes, quæ capillatura conceptæ sunt, & nunc consueti „ ac simplicis formæ, nunc ignoti, hoc est latiores, & duri magis, ac fæuientes morsibus ve- H hementer, quos quidam ferales appellant: nam sæpe etiam sub capillis inueniuntur, cor- „ pora penetrasse. Sic ille. Hoc postremum genus pubem plerunq; occupat, vnde Pediculus „ inguinalis etiam dicitur, axillas item, barbam, & palpebras. [d] Mercurialis pedibus carere scribit, & non ambulare, sed remanere infixos, & corrodere. Recentiores tertium genus addũt, quod sine pedibus esse rectius Mercurialis dixisset, Scirrones eos vocan, vulgus Pellicellos, quòd inter pelliculam & cutem serpant, sinuantes sibi velut cuniculos, seu vesiculas non supurantes, quas si quis perforet, exeunt albi, adeo tamen parui, vt vix deprehendi oculis possint, non tamen fugiunt acriorem visum in loco maximo lucido. Aristoteles scribit in cera generari animalculum omnium minimum, quod Acari vocetur, sed nunquid Pedicello (sic nos in Italia vocamus) vel minus, vel maius sit, cùm Acari nunquam viderim, iudicare non possum, diuersa tamen animalcula esse non dubito, quanquam sunt, qui secus arbitrentur. Cyrones multi vocant: latent, vt dixi, sub epidermide, sub qua serpunt clam erodendo,

[b] *Exer. 195. 7.* Scaligeri error.
[c] *Lib. 3. cap. 2.*
[f] Pediculus inguinalis.
[d] *Lib. 1. de morb. cut. cap. 7.*
Pediculorum tertiũ genus.
Acari animalculum minimum.
Cyrones.

A do,& moleſtiſſimum excitando pruritum, quodſi inter vngues comprimantur, vbi extracti ſunt, paruulum quendam ſonum edunt. De paruitate iſtius animalculi, & de Plactula hæc
» [e] Scaliger prodidit aduerſus Cardanum: De Acari ſcribens Ariſtotelico, rectè eum cum Ga-
» rapate comparaſti: At quare longè minoris animalis oblitus es? Pedicellum Piceni, Scirum
» Taurini, Brigantem Vaſcones vocant. Nempe admirabile eſt. Et forma nulla expreſſa, præ-
» terquam globi. Vix oculis capitur magnitudo. Tam puſillum eſt, vt non atomis conſtare, ſed
» ipſum eſſe vna ex Epicuri atomis videatur. Ita ſub cute habitat, vt actis cuniculis vrat. Ex-
» tractus acu, ſuper vngue poſitus, ita demum ſeſe mouet, ſi Solis calore adiuuetur. Altero
» vngue preſſus haud ſine ſono crepat, aqueumq; virus reddit. Homini Ricinus innaſcitur è
» ſordibus in barba, alis, inguine. Eſtq; id quod canibus Cynoraiſtes. Crotonem Græci com-
» muni cum Arabicæ κεγρᾶς fœminis nomine, Galli Platam vocant: cùm tamen turgidus, &
» globoſus ſit. Admiranda natura: à qua vos materiales (omnia enim cum Alexandro veſtro
» ducitis à qualitatibus elementorum) admoneri æquum eſt. Vt videamus, ad quem materiæ
» vel defectum, vel confuſionem confugiatis. Hoc animal cùm cibi habeat aditum, excremen-
» ti exitum non habet: Scio vobis, quid ſit comminiſcendum. Defuiſſe naturæ fabulam, qua
B illi eam partem terebraret. Iccirco Italia cùm id animal Cæcam vocet: maiore fide fuiſſe ex-
» cogitandum illis nomen arbitror: quo alterius, quàm oculorum, loci cæcitas declaretur. Cæ
terùm Cicam primùm dictam reor: quia Cicy, Croton ſit. Hæc itaq; Scaliger, Ricinum ho-
minis, cum Ricino canis meo iudicio implicans. Atq; hiſce tribus, quæ enumerauimus, Pe-
diculorum generibus homines torquẽtur, differuntq; inter ſe & loco & corporis figura. Pri- Differẽtiæ.
mum enim genus, quod communius eſt & familiarius, plerumque capitis capillos occupat,
quanquam in veſtibus laneis, maximeq; leucophæis etiam gignatur; hoc cæteris eſt oblon-
gius, in poſtica parte craſſius, verſus caput in acutum deſinens. [f] Ariſtoteles pueris ſcribit ma- [f] Li. 5. Hiſt. cap. 31.
gis, viris minus in capillis oriri. Idem tradit referente [g] Mercuriale, quod omnes illi quibus [g] Lib. 1. c. 7. de mor. cut.
in capite ſunt Pediculi, in reliquis optimè valeant capite: ratio eſt, inquit, quia illa animal-
cula & generatione, & nutritione ſua abſumunt plurimam excrementorum copiam, quibus
excremẽtis cùm poſtmodum vacent capita, facilè in reliquis ſana degunt. Adyrmachidę po-
puli ſunt interioris Libyæ ab ea parte, qua Ægyptum ſpectat. De his memoriæ proditum eſt
vtrumq; ſexum æquè comatum eſſe, quo fit vt plurimos alant tales Pediculos, quos vbi ce-
perint, præmorſos abijciunt. Qui pubem infeſtant, barbamq;, axillas & ſupercilia, lati ſunt
C & plani. Minimi, quos Cyrones & Pedicellos nominari diximus, manuum, ac pedũ digitos
potiſſimũ inficiunt, inter cutim, & cuticulam, oua Papilionũ quodammodo ſua figura æmu-
lantur: ſunt enim rotundi, exigui, ſubcandidi. [h] Scaliger Pediculos capitis nigriores eſſe ſcri- [h] Exer. 59.
bit, quia ſuccus ibi pinguior: ad cæteras corporis partes albidiores, quia ſiccius excrementũ.
Sed de colore Pediculorum mox, vbi de eorum generatione & victu agemus, nonnulla iterũ
dicemus. Sunt præterea alij Pediculi ab hiſce quos enumerauimus, plurimùm differentes, Pediculi aliorum animalium.
qui nimirum alia animalia infeſtant: quin quot ferè animalia, totidem quoq; Pediculorum
genera. Auium Pediculi vulgo notiſſimi ſunt, exigui admodum, quos homines nõ mordere
expertus ſum. Vulgò Pulini dicuntur à pullis, vt videtur, Gallinarum. Columbis tamẽ nihil
minus infeſti ſunt, hyeme minus, æſtate plurimùm, vt vnico in nido incredibilis ſit numerus,
non omnes æquè magni, fragiles adeo, vt vel leuiter contacti rũpãtur. Phaſianas hiſce quoq;
interire author eſt Ariſtoteles, niſi ſeſe puluerent: omnibusq; auibus quibus penna caule cõ-
ſtat, Pediculos gigni. Luſcinias quoque plurimùm moleſtari Pediculis ſunt qui velint. [i] Al- [i] Lib. 26. tractat. 2.
D bertus Magnus maximè in auibus rapacibus generari ſcribit. Vulturis Pediculus, (quidam Pediculus Vulturis.
Pediculum Aquilæ nominant) teſte Galeno exiguus eſt. Auicenna ab eo non caueri ait, nec
videri morſum eius: promouere verò eruptionem ſanguinis per vrinã, per nares, ac per aluũ
nec non in ventriculo per vomitum, item ex pectore, pulmone & radicibus dentium, & quan
doq; ita vehementer ſanguinẽ educere, vt remedijs nequaquam cedat. Laudat autẽ Auicen
na aduerſus huiuſce Pediculi morſum, lac dulce, nimirum caprinum, & butyrum crudũ, ter-
ram prẽterea ſigillatã, & portulacam & ſimilia. Eiuſmodi Auium Pediculi in capite atq; alis
potiſſimum oriri, colligere licet ex conſultiſſimo rei ruſticæ [k] Columella: Etenim vbi docet [k] Lib. 8. cap. 7.
quomodo Gallinæ farciantur, præcipit vt pluma omnis è capite, & ſub alis, atq; clunibus de
tergatur: illic ne Pediculum creet: hîc ne ſtercore loca naturalia exulceret. Suntq; tales Pe-
diculi quoque ſexcupedes. Quadrupeda omnia excepto aſino hiſce Inſectis obnoxia ſunt, Aſinus Pediculis caret.
vt ſubinde ex Ariſtotele dicemus, ſed hæc inuicem diſſimiles ſunt, vt dixi: alium enim
canes, ſues alium, alium equi, boues alium generant, curioſeq; hæc omnia aliquando
perſcrutatus ſum atque obſeruaui, ſed obſeruationem in tam magno ſtudiorum meorum
oceano reperire nequeo: quamobrem id ſolummodo, quod ſuper hac re philoſophus

ſcriptum reliquit, adferam: Quin & ex cæteris, inquit, animalibus complura Pediculo in- E
feſtantur, vt Aues. Et Phaſianæ quidem intereunt, niſi ſe puluerent. Omnino quibus pen- „
na caule conſtat, ijs Pediculus gignitur. Nec ea quibus pilus eſt, carent eodem, excepto aſi- „
no, qui non Pediculos tantùm, verùm etiam Rediuos (κρότωνας) non habet. Boues vtrumq; „
id habent. Oues & capræ Rediuos habent, Pediculis vacant. Suibus quoddam Pediculi „
genus grande ac durum, familiare eſt. Canibus proprium Ricinus, qui ab eodem animali „
nomen Cynoraiſtæ accepit, (Græcè legitur, ἐν δὲ τοῖς κύσιν οἱ καλούμενοι γίνονται κυνοραϊσταί „
hoc eſt, in canibus generantur, qui Cynoraiſtæ vocantur.) Hæc Ariſtoteles: quæ, vt appa-
ret transferens in ſuam hiſtoriam [l] Plinius, nulla ratione horum animalculorum, cùm dixiſ-
[l] *Lib. 11. cap. 33.* ſet de ijs animalibus, quæ in ligno generantur: Iam in carne, inquit, exanimi, & viuentium „
quoque hominum capillo, qua fœditate &c. hoc quidem & aues infeſtat; Phaſianas verò „
interimit, niſi puluerantes ſeſe. Pilos habentium Aſinum tantùm immunem hoc malo cre- „
dunt, & oues (in margine rectè legitur boues, nam de ouibus id falſum eſt; quin & Plinius „
ſubiungit; gignuntur autem, & veſtis genere, præcipuè lanicio interemptarum à Lupis „
ouium, qua de re nos poſtea agemus) Aquas quoque quaſdam, quibus lauamur fertiliores „
eius generis inuenio apud authores. Atq; hæc de varijs Pediculorum generibus, quæ in hoc F
noſtro orbe cùm homines, tum aues, tum terreſtria quadrupedia infeſtant, qui omnes alis
Pediculi alati. carent: dantur tamen etiam alati Pediculi, quos ex Locuſtarum continuo eſu in Acridopha-
[m] *Lib. 4. rer. antiq. cap. 3.* gis ſiue Locuſtiuoris populis quibuſdam Aethiopiæ naſci [m] Diodorus Siculus atteſtatur,
finem eorum vitæ non ſolùm mirabilem eſſe ſcribens, ſed etiam incredibilem: nam appro-
pinquante ſenecta, Pediculi, inquit, alati, non ſolùm viſu varij, ſed etiam ſpecie horridi, ac „
turpes in corporibus nati, ventrem primò, tùm pectus, deinde totum corpus paruo tempo- „
re exedunt. Qui morbum patitur primùm veluti ſcabiei cuiuſdam pruritu allectus, corpus „
ſcalpit, voluptate ſimul & dolore perceptis: deinde exorientibus Pediculis ſimul effluen- „
te ſanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus, vnguibus corpus magno cum gemitu lacerat. „
Tanta verò Vermium copia effluit, alijs ſuper alios tanquam ex perforato vaſe ſcaturienti- „
bus, vt deleri nequeant. Hoc pacto ſiue cibi, ſiue aëris cauſa miſerum ſortiuntur vitæ finem. „
Hæc Diodorus. ſuprà quoq; capite de Locuſtis de ijſdem Pediculis egimus. In mari quo-
que piſces Pediculi infeſtant teſte [n] Ariſtotele; verùm cùm non in piſcibus ipſis, ſed è limo
[n] *Li. 5. Hiſt. cap. 31.* ſimile gigni id animal dicat multipedibus Aſellis, itaq; de eo pòſt priuatim agemus. Habent
Pediculi in plantis. deniq; & plantæ ſuos Pediculos, vulgo Pedocchietti dicuntur. Corpore ſunt viridi, admo- G
dum exiguo, flores & fructus interimunt, pedes ſex habent, in capite binas antennas. Ru-
ſtici inquiunt oriri ex rubigine, quæ vulgo melumo dicitur.

# GENERATIO. VICTVS.

DE cauſa materiali, & loco generationis Pediculorum (loquimur autem hîc potiſſimùm qui homines infeſtant) controuerſæ ſunt veterum authorum ſententiæ. Philoſophorum enim princeps [a] Ariſtoteles ex carne Pediculos
[a] *Li. 5. Hiſt. cap. 31.* oriri putauit, quemadmodum diſertiſſimis hiſce verbis ſcriptum reliquit: Quæ ex numero Inſectorum non carne viuunt, ſed carnis viuæ humore „
aluntur, vt Pediculi, Pulices, Cimices, hæc per coitum generant ea quæ „
Lendes (κόνιδας) vocant; ex quibus nihil præterea naſci poteſt. Illorum autem generatio ta- „
lis eſt. Pulices minima quadam putredine gignuntur, ſedemq; ſui ortus ſordes obtinent ari- „
das. Cimices ex humore, qui per ſumma corporis animaliũ conſiſtit. Pediculi ex carne: qui- H
bus futuris emergunt ceu puſtulæ quædam exiguę; quas ſi pungas, Pediculi exeunt. Accidit „
morbus hic nonnullis hominibus prę nimio corporis humore. Quibuſdam item morborum „
generibus copia naſcitur Pediculorum: Et pòſt eodem capite, Genus autẽ vnumquodq; Pe- „
[b] *Lib. 2. de cauſ. plant. cap. 22.* diculi ex corpore ſui animalis enaſcitur. Atq; hæc eſt opinio [b] Ariſt. Theophraſtus verò eius „
diſcipulus voluit ex corrupto ſanguine Pediculos naſci, nam apud illũ ſic legimus: Omnibus „
cognati nutrimenti deſiderium eſt: quemadmodũ Pediculis ſanguinis, ex cuius corruptione „
[c] *Lib. 26. cap. 13.* generatio eorũ exiſtit. Theophraſto calculum adijcit [c] Plinius, qui ſcribens Syllam dictato-
rem cõſumptũ eſſe phthiriaſi ſiue morbo Pediculari, Pediculorum generationẽ ponit in ſan
guine hominis. Vnde fortaſſis Ægyptij morbum hunc in corde, quod fontẽ ſanguinis conſti
[d] *Li. 5. Var. lect. cap. 6.* tuunt, poſuere. Sed eiuſmodi ortũ nihili facit doctiſſimus [d] Mercurialis; Pediculare morbũ, „
[e] *Lib. 4. c. 1.* inquit, in corde fieri, vt Ægyptios, qui mortuorũ corpora, valetudinũ cauſas cognoſcẽdi gra „
tia, diligenter perſcrutabãtur, inueniſſe teſtatur [e] Plinius Medicus: omnino fabuloſum puto, „

cùm

A cùm neq; humores prauos, nedũ animalia noxia cordi appropinquare natura patiatur. Idem Mercurialis Theophrastum cum Aristotele ceu concilians, neutrum fefellisse putat, cũ vtroque modo animalcula illa producantur, & caro sit ipsissimus sanguis. Idem Mercurialis meo iudicio rectè, & Aristotelis, & Theophrasti opinionem impugnauit: illius, duabus rationibus, prima est; quia in cute capitis nascuntur Pediculi, vbi minima est carnis portio: quòd si fierent ex carne corrupta, sanè in pueris, quorum capita abundant his animalibus, prorsus destituerentur carne, quia tota consumeretur: altera ratio est, quia Pediculi maximè abundãt in secunda, & tertia hecticæ specie: veruntamen in hoc morbo, ita carnes sunt consumptæ, ut nullus remaneat locus Pediculorum generationi. Itaq; remanet nullo modo fieri posse, vt Pediculi gignantur ex carne, quemadmodum dicit Aristoteles. Theophrasti quoque sententiam duabus itidem rationibus refellit: prima est, quia in febribus ijs, in quibus sanguis putrescit, nullus apparet Pediculorum prouentus, quod signum est, non esse materiam Pediculorum sanguinem corruptum. Altera ratio est: quia cùm orta principijs suis attestẽtur, si fierent ex sanguine, aliqui saltem apparerent coloris rubri, & sanguinei; sed nulli videntur; imò color ipsorum est prorsus alienus à colore sanguinis, vnde patere potest non generari à sanguine corrupto. Cæterùm quamuis neq; Aristotelis, neque Theophrasti opinionem astruere velim, ad Mercurialis argumenta tacitè tamen respondere possim. nam quod dicit capitis carnem citò absumendam iri, si ex ea Pediculi orirentur, id leue argumentum est. non enim carnem edunt Pediculi, vt ex Aristotele diximus, sed carnis viuę succo aluntur: neq; in vtraque illa hecticæ specie caro ita absumpta est, quin sua putredine Pediculos generare possint nisi multos, paucos saltem, qui alios generabunt copiosè (non enim in ea sententia sum qua Aristoteles, qui ex eorum coitu Lendes ait nasci, ex Lendibus deinceps nihil) propter nutrimenti abundantiam. Quòd autem ipsa caro in quandam humiditatẽ soluatur, ex Vermibus, & Pediculis, qui in his hoc tempore apparent, licet cognoscere. Neque hęc [f] Aristotelem latuere, qui in quibusdam morborum generibus copiam nasci Pediculorum scribit. Auenzoar etiam lib. 1. tract. 1. cap. 11. scribit fuisse sententiam Galeni, quòd gignantur intra cutem & carnem, hoc est, in loco medio inter cutem, & carnem. Atque hac ratione quis etiam Aristotelem interpretari queat, quanquam Galenus locum, vbi generantur Pediculi, imum cutis, hoc est propè carnem esse velit. Iam verò ad primam rationem, quam adfert Mercurialis aduersus Aristotelis discipulum Theophrastum, quòd videlicet Pediculi non dentur in febribus, quæ fiunt ex putrescente sanguine, in promptu sua est responsio, quòd sanguis ille non putrescit in loco vbi Pediculos generare aptus sit: sed hoc saltem verum non est, quòd rubei non dentur Pendiculi: quin contrà, hi colorem humoris quo constant, sequuntur, vt mox patebit. Ego arbitror Pediculos, vel intra, vel extra corpus gigni; cùm extra gignuntur, id puto fieri dupliciter, vel enim ex excrementis tertiæ concoctionis sudore, sordibusq; & immunditia, vt fit in longis itineribus, vel per contagium, & conuersationem cum pediculosis, qua de re pòst. [g] Galenus verò eumq; secutus Princeps [h] Auicenna, ex huiusmodi excrementis putrefactis, non acribus, non prauis, Pediculos in profunda cute oriri dicentes, non aduersantur: nam ij de phthyriasi loquuntur, non de vulgatis Pediculis, qui extrà fiunt. Sed eorũ sententia vt rectè intelligatur, sciendum est, inquit Mercurialis, quòd vbi sanguis in substãtiam membrorum conuertitur, multa excrementorum genera producuntur, quorum alia dissoluuntur per insensibilem transpirationem, alia per sudorem, alia conuertuntur in sordem; alia verò retinentur in ipsa cute: quæ retinentur in cute, si in summo eius retineãtur, faciunt furfurationẽ si in profundo, aut sunt praua, & acria, & faciunt ophiasim; aut non sunt acria, neq; praua, & faciunt Pediculos. Proxima sanè, & continens causa Pediculorum est materia putris calida, & humida, quæ in cute redundat. Hæc autem est sordes quædã, quæ superat, cùm aluntur partes solidę, retinetq; aliquo pacto naturam humoris superantis. Potest autẽ quiuis humor putrescere, non tamen æqualiter, qui calidus est, & humidus, putrescit facilè, facilè etiam putrescit pituita, quæ humida est, vbi ob circumfusam fuliginem incalescat: eiusmodi succus cùm in cute putrescit Pedunculos profert quales voluit Aristoteles; sed si extrà pro pulsus capillorum fundo hæreat, communes illos generat, quales pueros, & mulieres magis infestant, illos quòd communiter tales succos producere apta sit eorum humida ætas, has tum ob eandem causam, tum quòd longos alant capillos, quos nõ ineptè syluam, aut nidum Pediculorum vocare liceat; biliosus verò & melancolicus succus ægrius putrescit, magis interimit, quàm gignit Pediculos: nam hos constat felle illito interimi. Sordes autem illa, quæ communes Pedunculos gignit, à sanguine pituitoso maximè, vt dixi proficiscitur; quæ Plattas à pituita glutinosa; quæ Scirrones à sanguine vel pituita, cui admixtum sit aliquid flauę, vel atræ bilis tenuioris vim habens leniter erodendi. Qui capillorum syluam frequentant,

minus

Ex carnenõ nasci.

Nõnasci ex sanguine.

[f] *lib. 5. Hist. cap. 31.*

[g] *Lib. 1. de comp. med. cap. 7.*

[h] *Lib. 4. fen. 7. tract. 3. c. 26.*

minus præter naturam esse videntur. Plattę siue Morpiones aridiorem sortiuntur materiam, E
qualis est semiassata: vnde minus turgidi, sed pressiores videntur. Cyrones siue Pedicelli ex
sicciore adhuc sunt materia, quæ lentoris inopia velut in atomos discinditur. Rursus Pedi-
culi illi communes cum putrefactum sui ortus causam habent sanguinem, rubei sunt, qui pi-
tuitam, vt plerumque fit, albi, cui admixta bilis portio est, veloces sunt, longi, & citrini, cui
melancholia, cinerei, macilenti, & tardi. Iam verò extrà corpus ex contagio, & cōsortio cum
pedicosis, itemq; ex neglecta corporis munditia nasci Pediculos communes neminem latere
puto. Accidit, inquit, Hali peregrinanti copia Pediculorum in corpore propter sudorem, ac
puluerem, balneique paucitatem. Milites vulgares non ipsi etiam tantùm scatent Pediculis
in castris propter rarius mutatas vestes, maximè camisias, & linteamina, sed ipsos etiam præ-
fectos ac nobiles inficiunt. Ad cuius corroborationem narrabo quoddam augurium ex Pau-
sania, de Phalantho Spartano Pediculis ex longo itinere infecto. Phalanthus Spartanus, in- »
quit itaque Pausanias, classe in Italiam vectus cum Tarentinis congressus, & repulsus caput »
in sinu Æthræ vxoris reposuit; illa marito Pediculos legens profusis lachrymis sortem eius »
aduersam defleuit. Itaq; oraculum Delphicū de sede ibi figenda, vbi ἀπὸ ἀιθρας imbrem de- »
cidere animaduertisset, Phalanthus intelligens, non multo post Tarento potitus est. Paupe- »
res item non tam ob prauitatem esculentorum & potulentorum, quàm quòd nullam adhi- F
beant munditiam, neque mutent lintea sæpius, sed pannis ijsdem vestiantur, Pediculorum
multitudine vexantur: quod & remigibus vsu venit in triremibus, & his, qui religionis causa,
non linteis, sed ex lana contextis tunicis vtuntur. Scorta & hi qui frequenter concumbunt, si
non lauentur sæpè, si non detergant sordem, si eadem veste vtantur, quę vt inquit Lucretius,
veneris sudorem excitat, Plattis vexantur. In publicis nosocomijs quantum vigeat Pe-
diculorum, nemo nescit. Sed vt ad locum generationis reuertatur oratio: possunt quidem in
toto corpore gigni, vbique enim porosa est cutis, vbique sordes oriuntur. Est tamen locus
omnium maximè excepto capite opportunus, qui est ad emunctoria cùm axillarum, & in-
guinum, vbi scilicet copia excrementorum colligitur, & sordes tecta pressaq; ac pilis obsita
minus patent diffiationi. Collum etiam licet detectum, & ferè glabrum plurimos edere solet
Pediculos, quòd illic emunctorium quoq; sit, cum ampliſſimis vasis calidiorem humorem
ad caput deferentibus, quorum sanè causa frequentior, & copiosior illic est sudor. Aristote-
les [i] in ea etiam fuit sententia, quod in capite magis, quàm cæteris corporis partibus abun- G
dent, cuius verba modò inter causas citabimus. Videamus itaque nunc causam effectricem:
circa quod, inquit Mercurialis videntur conuenire omnes authores, efficientem causam Pe-
diculorum esse calorem: sed non est certum quis calor faciat Pediculos. Auicenna videtur
voluisse duos calores concurrere ad eorum productionem, alterum vniuersalem, quem ap-
pellat creatorem, seu chalcodeum; alterum verò particularem, quē tertia tertij, tract. 3. c. 1.
appellat naturalem: illum mediatam causam vocat, hunc verò immediatam: sed circa hanc
sententiam duæ, inquit, Mercurialis, oriuntur quæstiones. vna est quo pacto calor naturalis
in re putrefacta possit generationem vllam moliri: quia si materia est putrefacta, videtur om-
nino priuata esse calore naturali, & putredinalem duntaxat possidere: Altera dubitatio est
quomodo si vera est hæc generatio Pediculorum dixerit Aristoteles etiam pisces Pediculis
tentari. Ad primam dubitationem fuerunt aliqui, qui dixerunt litteram Auicennæ negatiuè
legendam esse: quasi dicat, quòd non naturalis calor faciat Pediculos. Sed hæc responsio est
mera fuga. Eapropter fuerunt alij, qui dixerunt duplicem esse calorem putredinalem, alium
qui perfectè & integrè putrefacit materiam atque eam deducit ad incinerationem: alium ve
rò esse qui putrefacit quidem, sed non perfectè; ita quod non producit prorsus materiam ad
incinerationem. Primum calorem dicunt nullo pacto generare posse, secundum verò gene- H
rare hoc pacto; quia cùm non perfectè putrefaciat materiam, eam aliqua ex parte disponit ad
susciendam formam animæ. Sed hæc sententia Mercuriali non videtur cōstare posse; quia
tametsi calor iste putredinalis non prorsus putrefaciat materiam, tamen cùm sit extraneus,
& putredinalis, nullo modo potest materiam disponere ad vitam susciendā: quia hoc opus
proprium est ipsius caloris natiui: præterea non potest hæc responsio accommodari verbis
Auicennæ; quia ipse dicit effectorem Pediculorum esse calorem naturalem. Iam verò calor
non est naturalis. Itaque dicendum est id quod dicit Aristoteles, [k] vbi sermonem faciens de
ijs, quæ gignuntur ex putri materia, scribit quòd putrefactio nihil producere potest, sed om-
ne quod generatur, ex concocto generatur. Ex quibus verbis colligitur secundum placita
Aristotelis, quod vbi ex putrefactis generatur aliquid, generatur, quia ibi est semper aliquid
concoctum: quod si adest aliquid concoctum, necessum est etiam vt in omni tali generatione
adsit semper natiuus calor; quia solius caloris natiui est concoquere. Vnde dicit idem Mer-
curialis,

Præfectis militū etiā Pediculis in bello inficiunt. *In Phocicis.* Phalanthi Spartani augurium.

Loca Pediculis gignē dis apta.

[i] *Sect. 1. Probl. 16.*

Qui calor Pediculos gignat.

Calor putredinalis duplex.

[k] *lib. 3. de gener. Anim. cap. 11.*

A curialis, quòd in omni putrefactione, ex qua generatur aliquid, non prorsus interit natiuus calor, sed semper aliquid eius remanet, quod concoquens partem aptam & dispositam, eam etiam induit dispositione ad suscipiendam vitam, & formam. Atque hoc idem dicendum de Pediculis, quòd fiant à calore natiuo concoquente partem illorum humorum, qui putrefiũt. Ad secundam modò dubitationem respondeo, quòd Pediculi, qui exercent pisces, primò nõ gignuntur in ipsis, secundò non sunt eiusdem generis; nam, inquit, Aristoteles, quòd generantur Pediculi quidam in limo, qui tentant & excruciãt pisces. Cùm itaq; eo, quo diximus calore proueniant, eodem etiam foueri volunt, & sine eo viuere nequeunt: quamobrem vbi hominis iam corpus tabescere sentiunt, membraq; sensim sanguine & spiritu vitali destitui, vel ipsum deserunt, vel ipsas partes occupant, quibus sanguis, calorq; natiuus diutius inhæret. Expertumq; est à libitinarijs, ac vespillonibus in ea se lacuna recondere circa stomachi orificiũ, in quam desinit cartilago ensiformis, vel in ea, quæ mento subest, ac vocali arteriæ incumbit. Siquidem illæ partes, vtpotè cordi vicinæ ad extremum vsque halitum calescunt: quod à nonnullis incunctanter pronunciatur certissimum id esse imminentis mortis argumentum, iam iamq; emigrantis animæ indubitatum signum. Relatum est quoq; ab Apollo- B nio in libris mirabilium historiarum, sententiam fuisse Aristotelis, quòd in illis, qui iam iam morituri sunt, Pediculi deserunt capita, atq; in puluinaribus reperiuntur, cuius rei reddens rationem Alexander Aphrodisæus [l] dicebat, idcirco à Pediculis deseri morituros: quoniam opus habent tepore quodam atque etiam succo sanguineo, & dulci, quibus cùm destituantur in morituris corporibus, facilè fit, inquit, vt ipsa deserentes, quærant meliora loca. Tetigit hoc quoque Scaliger: [m] Pij ciues, inquit, maximè sciunt hoc quod scribam: vbi è miseris illis moritur aliquis, confestim ex veteri hospitio, scilicet cadauere demigrant Pediculi. Estq; super hoc etiam problema Ambrosij [n] Leonis Nolani, qui quærens, cur à defuncto Pediculi diffugiunt? An quia, respondet, defuncti sanguis extincto eius calore refrigeratur, quamobrem etiam vaporem halitumq; omnem amisit, quo Pediculi viuunt & gignuntur, vt ait Plutarchus. An quia defunctus frigidus est, vt marmor, quare cuncta, & pili, & vestes, quæ in eo sunt, vehementer frigent: frigus autem fugiunt Pediculi, quod & pedibus, & ventre, & dorso atque vndiq; sentiunt. Quod pertinet ad causam finalem Pediculorum, Q. Serenus secutus est hanc sententiam, quòd natura faciat Pediculos, ad hoc, vt abrumpantur somni, atq; vt homines vigilent, & curis incumbant: sunt enim carmina ipsius hæc: C

*Noxia corporibus quædam de corpore nostro*
*Progenuit natura, volens abrumpere somnos*
*Sensibus admonitis, vigilesq; inducere curas.*

Sed hæc sententia Mercuriali videtur explodenda; propterea quod cùm Pediculi fiant, inquit, maximè in pueris, sanè illis opus est multo somno. Vnde natura si hoc tentaret, potiùs tentaret destructionem, & damnum illorum, quàm secus. Fatetur interim, illis, qui in triremibus viuunt, opus esse hoc excitatorio, sed pueris minimè. Quocirca dicẽdum iudicat cum Auicenna, quòd si vlla causa finalis tradi potest Pediculorum, hæc vera est, vt consumantur putridi humores existentes in corpore: vel dicendum est quemadmodum dicit Auerroes, [o] finem esse Pediculorum, vt non ocietur natura, quippè quæ nunquam debet feriari, sed semper aliquid producere: eapropter etiam in generatione Pediculorum, & aliorum animalium nullum finem alium habere videtur, quàm vt non ocietur. Cęterùm Serenus Aristophanem secutus videtur, apud quem Chremulus diteścere cupiens Peniæ siue paupertati exprobrat, quòd Pediculos generet, qui dormientes excitant. Ait autem: D

Εὖ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι ἀγαθὸν, πλὴν φύσας ἐκβαλεῖν
Καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων, καὶ γραιδίων κολοσύρτων,
Φθειρῶντ' ἀριθμὸν, καὶ κωνώπων, καὶ ψυλλῶν; ἐδὲ λέγω σοι
Ὑπὸ τ' πληθυς αἱ βομβῶσαι περὶ τὸν κεφαλὴν ἀνιῶσιν
Επεγεῖραι καὶ φράζεσαι, πεινήσας. ἀλλ' ἐπανίσω.
*Tu enim præbere aliquid poteris bonum prater vesicas ex balneo?*
*Et puerulos subfamescentes, & vetularum tumulum,*
*Pediculorumq; numerum, & Culicum, & Pulicum (neque dico tibi*
*Sub qua multitudine) quæ resonantes circa caput, dolorem inferunt,*
*Excitantes, & dicentes, esuries, sed surge.*

Inter causas primatiuas, quas apud authores inuenio, potissimùm sunt ætas, sexus, victus, & habitus corporis; ætas autem puerilis, & sexus muliebris maximè Pediculos procreare apti sunt, quemadmodum paullò antè ex Aristotele diximus, nimirum propter humiditatem: quanquam viri etiam interdum ijs affligantur non solùm in capite, pube, axilliśq; & palpe-

Quo calore foueãtur.

Pediculi mortua corpora deserunt.

[l] *lib. 2. Problem. 30.*

[m] *Exercit. 246. 5.*

[n] *Probl. 225*

Causa finalis.

[o] *Lib. 12. Metaph. 18*

Causæ primatiuæ.

bris,

bris, quin inſuper in toto corpore, ita vt ſæpius mortem inferant, ſicuti fuſiùs de pluribus recenſebimus poſtea. Ocium eſſe de præcipuis Pediculorum occaſionibus ego ſemper exiſtimaui, quòd eo ſemper natiuus calor torpeſcat, & excrementa faciliùs putreſcant, nam E

*Et vitium captant, ni moueantur aquæ.*

[p] *Lib. 20. c. 12.* Diodorus in empiricis teſte Plinio, [p] ocimi cibum Pediculos etiam facere author eſt. item caſtaneæ, vti Galenus [q] memoriæ prodidit, maximè idoneæ ſunt, Pediculos proferre, potiſſimùm in pueris, & mulieribus, in quibus ob cruditatem redũdat humorum multitudo. Qui ficis frequenter veſcuntur, etiam Pediculis frequenter tentari ſolere putantur. Sanè ficus ſcribit Galenus libro præcitato, item libro de cibis boni & mali ſucci, ſi frequenter edantur, Pediculos proferre; idem Oribaſius, & Paulus aiunt. Cuius rationem aſſignaturus Ambroſius [r] Leo Nolanus: An quia Pediculus, inquit, gignitur de ſanguine humido leni ſubcutaneo atq; calidiuſculo: ficus autem hunc ipſum ſanguinem comedentibus auget, vel ſi ipſa in illũ vertatur: vel ſi eius ſuccus in venis adauctus concalfaciat ſanguinem atque humidum ſpumeſcentemq; efficiat, qui natura ipſa ad cutem tendit, ac ſub cute aliquanto retentus putreſcit, inq; Pediculos vertitur, ſignum, quòd ficus comeſſantes etiam tubercula, & verrucas malas in cute oriri ſentiunt. Laurentius Ioubertus verò ficus prima menſa ſumptos, non poſſe nocere tradit: nulla enim, inquit, peculiari qualitate Pediculos gignunt (vt quidam exiſtimãt) F ſed tantùm ſua corruptela, dum in ventre diutius commorantes ipſæ corrumpuntur. Author eſt Galenus de bono & malo ſucco, caricas, & ad morbos faciendos, & ad bonam valetudinem eſſe comparatas. Si enim ipſæ ventrem pertranſeant, & hepar, & renes (ſic enim legendum iudicat Ioubertus, non cum alijs cutim vice hepatis, aut venas vice renum) liberè permeant, quia abſtergere valent, & vias ductuum expurgare; ſin diutiùs morantur, deteriorem ſuccum gignunt, & qui Pediculorum vim magnam progeneret, ait Galenus, hęc eſt, calidum humidumque & facilè putrens excrementum. Reliquæ agalochi ſpecies (præter Indicum) ſuffitu Pediculos ob dulcedinem creant: ſolum Indicum hos ſua acrimonia naſci prohibet, vt ſcribit Ruellius. Dioſcorides [s] ſcribit quoſdam putare viperarum eſu Pediculos procreari, ſed id ipſe refellit, & Plinius [t] Pediculos è toto corpore expellere ius viperę ait. Qui guſtãt de oleo, in quo eſt extinctus Stellio, Aeliano [u] teſtante, ſcatebit Pediculis. Proueniunt etiam largiùs Pediculi mutatione aquarum, quibus lauare ſe ſolent ea quorum natura Pediculos patitur. Quod ſcriptum eſt ab Ariſtotele, [x] vbi quærit cur mutationes aquarum faciunt, vt G Pediculi, in quibus haberi poſſint, multi habeantur? An quod, inquit, humoris eruditas, quã perturbatio illa committit, quæ ex aquæ vario vſu in crebra commutatione redundat, humoris creare copiam poteſt, præſertim in loco humori opportuniore. Cerebrum autem natura humidum eſt: quare caput maximè perpetuò humet: huius autem loci vis, ad progenerãdos Pediculos apta eſt: patet hoc in puerili ætate. Caput enim puerorum madet abundè, & ſæpè aut grauedine conflictatur aut ſanguinis profuſione. Quin etiam Pediculos plures illa ætas habere ſolet. De immunditia ueſtium antè diximus, item de conuerſatione cum pedicoſis: ſunt tamen etiam veſtes, quæ miraculosè Pediculos generant, quales ſunt quæ fiunt ex lanis ouium à Lupo morſarum, adeò vt ſint qui hominem Pediculoſitate confectum ſignificare ſi vellent, ouillam illi pellem inducant, quam Lupi caput impactis dentibus dilaceret: ſiquidẽ ouium, quas Lupus occiderit pelles, ac vellera, & facta ex his veſtis, lõgè quàm cætera aptiora ſunt ad Pediculos procreãdos. Quod cùm ſit tum ab Ariſtotele, [y] tum ab alijs receptum, quæ ſiuere multi cauſam, illudque cupedinariorum experimento deprehenderunt, carnes huiuſmodi quæ lupinis dentibus laceratæ fuerint, dulciores eſſe, quòd tactum ab Horatio volunt, vbi inter ea, quæ iucundiora delicijs regijs enumerat, hœdum etiam ereptum lupo H recenſet: quod tamen Pierius [z] Valerianus ad frugalitatem potiùs redigendum arbitratur, vtpotè quia Horatius parſimoniam eo loco in primis laudet, hiſque tantum carnibus fruatur, quæ aut inemptæ ſunt, aut niſi abſumantur perituræ. Vel ex eo magis iucũdum, quia qui ſemel amiſſus erat, ſit receptus. Sed vtcunq; illi, ſanè dulcedinis huius cauſam eſſe dicunt caliditatem, & igneam propè vim, quæ ſit in anima lupi, vtpotè quæ oſſa, vel duriſſima in vtero liquefaciat, ariditate permollita, euenireque inde vt carnes facilius atq; celerius putreſcant, ſi morſu fuerint huiuſmodi vitiatæ: lanaſq; identidem contaminatas, contagionem illã etiam in veſtibus pertinaciter perſeuerare. Cæterùm ſunt qui iudicent hoc non à calore, vel putredine prouenire, ſed ab aſperitate potiùs, & medicorum vtar vocabulo, vellicatiua quadam vi, quæ carnem ſcabritie interterat, pruritumque ſuſcitet, vnde poſtmodum humanæ cutis humore corrupto Pediculi ſuboriantur: abſurdumque eſſe dicunt aſſerere vim illam à lupi ſpiritu morſuuè vſque adeo in vellera diffundi, quæ totiens abluantur, ſolentur, depurgentur, inungantur, deſęcentur, ac propè modum excoquantur. Referunt verò venatores, & cau-

pones

[q] *Lib. 2. de aliment. facult.*

Ficus cur Pediculos generent.

[r] *Probl. 172.*

[s] *Lib. 1. de ſtirp. nat. c. 36.*

[t] *lib. 29. c. 6.*

[u] *lib. 9. c. 19.*

[x] *lib. 1. Probl. 16.*

Pelles ouiũ à Lupo cõmorſæ cur Pediculos generent.

[y] *Plutarch. lib. 2. ſymp. q. 9.*

Carnes à lupo laceratę cur dulciores.

[z] *Lib. 10. Hierogl.*

A pones animalia, quæ ictu vno procubuerint, vno, vt ita dicam, spiritu suffocata, solidiora, minusque putrefactioni obnoxia reddi. Quare Homerus rerum omnium doctrina insignis, siue coria, siue lora commendet, bouis ea dicit esse ἰφικταμένοιο, ictu quippè valido mactati. Itaque eorum, quæ neque morbo, neque senecta pereunt, sed iugulatione, coria validiora sunt, neruosioraque. At quæ pluribus conficiantur plagis, difficulterq; aut cunctanter exagitata, delassataque perimantur, præsertimque si ferro saucientur, facilè putrescere, neque in alterum diem asseruari posse. Eorum autem quæ tam lenta perimantur morte, contaminatam vim & in pelles, & in vellera, quin & in vngues penetrare, præcipuè autem si mordentur à feris: vngues etiam ipsos obnigrescere, sanguine, humore, & medullis etiam ipsis præ timore, & cruciatu contaminatis, inditiumque id tabis esse. Quare minimè mirum si contagio huiusmodi etiam in vellera diffluat, coriaque tentet, & omnia denique computrescere compellat. Atque hinc pediculositatis significatum. Agitat hanc quæstionem[a] etiam Mercurialis ex Plutarcho. Scitum est illud etiam, vestes ex lana morticinorum Pediculos facere: ita verò morbidorum alias infectiones. Auicenna inter causas effectrices Pediculorum, leuem capitis fricationem etiam recenset; quam sententiam sano modo intelli-
B gi vult Mercurialis, quandoquidem si corpus sit mundum, fricatio leuis, inquit, nullo modo producit hunc morbum; sed si sit vitiosum, & immundum, procul dubio fricatio illa leuis excitat materiam, calefacit ipsam, & cùm non inducat, disponit ipsam ad generationem Pediculorum. Hac eadem ratione dicitur ab Auicenna coitum in immundis corporibus hunc morbum parere. Aristoteles quosdam morbos ceu causas Pediculorum effectrices ponere videtur, sed qui ij sint, non explicat: nos in secunda, & tertia hecticæ specie plurimos Pediculos generari diximus, sed rationem non reddidimus: eam reddidit Alexander Aphrodisæus, [b] quærens cur tabidis, & purulentis copia interdum Pediculorum oriatur? Quoniam, ait, pus humores corrumpit: humores denique vitiati calore naturali concalfacti animalia creant, sicut etiam in cœno, aut quibuslibet fæcibus enasci Vermes consueuerunt. Sic ille: ex qua etiam sententia dicere licebit, humores illos prauos, (Pediculorum materiales causas,) quos calidos esse voluimus, non adeo calidos dici posse, vt acres videantur, tantum abest, vt adusti & erodentes dici queant, qualis est materia faciens elephantiasim, quam perperam Gordonius per morbum Pedicularem indicari somniauit.
C Eam enim gignendis Pediculis ineptam esse, vel inde patet, quòd naturæ animantium, tam sit inimica, vt nec mures, nec Muscæ eam gustare audeant, quin instar aceti terram fermentat, teste medicorum Coryphęo Galeno. Quin etiam experimento constat elephantiacos non esse Pediculis obnoxios, adeò vt carere Pediculis, à nonnullis inter lepræ æquiuoca signa reponatur, nisi tunc Pediculi ab externa causa in ijs proueniant. Videntur denique quædam loca hoc habere velut proprium, vt Pediculosos reddant homines. Hoc enim memoratu dignum refert Gonzaluus Ouiedus, dum in Indiam Occidentalem ex Hispania solueret, lineamque æquinoctialem traijceret, omnes Pediculos quos in vestimentis, ac capite habebant, quibuscum proficiscebatur, extinctos fuisse, iam verò cùm rursus domum versus nauigarent, & ad eandem lineam peruenirent, capita, corpus, stragula, tegumenta, vestesque Pediculis infesta ac referta fuisse; quod se aliquoties expertum esse scribit Ouiedus. Multi ex recentioribus Pediculos ex Lendibus generari quoque existimant, sed contrarium scripsit Aristoteles. Sed nescio quid responderit Aristoteles ijs, qui ex vnico, vel duobus tantùm Pediculis, quos ex contactu pauperum pediculosorum accepere, adeò plenas habuere vestes, vt vix medicaminibus adhibitis cesserint. Vnde autem illi, nisi ex eo-
D rum Lendibus, quę meritò oua Pediculorum vulgus appellat, non minus de hisce, quàm ipsis Pediculis occidendis solicitum.

Animalia vnico ictu occisa, sapidiora.

[a] *lib. 1. Var. lect. c. vlt.*

Morbi Pediculorum causa.

[b] *lib. 2. Probl. 31.*

Gordonij error.

# MORTVI A PEDICVLIS.

PHTHYRIASIS Græcis, Latinis morbus Pedicularis appellatur, vbi ex sanguine, & humoribus malis, & corruptis intra cutim Pediculi generantur. Hoc qui laborant, à Vermibus deducto nomine σκωληκόβροτοι etiam appellantur, qua dictione vtitur etiam D. Lucas de Herode loquens quem ita obijsse modò dicemus. Est autem iste morbus malus & prauus, & præsertim si increscat: quoniam non modò turpe est Pediculis scatere atq; hoc tœdio affligi, verùm etiam interdum ad mortem producit. Phtyriasis, inquit Marcellus, plerunq; in perniciem conuertitur, nisi occurratur. quid mirum, si corpus exedant, quemad-

Morbus Pedicularis.

quemadmodum [a] Plinius quoq; atteſtatus eſt his verbis: naſcuntur in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. quemadmodum aliquot exemplis corroborare libuit, ex quibus conſtabit plurimos diuinitùs punitos propter commiſſa in diuinum numen, ac proximos ſuos peccata; nonnullosq; ea fœditate correptos eſſe ob collectos, quales diximus, in corpore humores, cùm ex deprauato victu, quemadmodum de Acridophagis diximus, tùm varias alias ob cauſas, vt pòſt patebit. Antiochus Epiphanes Aſiæ rex, qui fanum Hieroſolymitanum Iouis Olympij ſtatua profanauit, & Iudæos ad internecionem delere ſtatuit, ex Perſide re malè geſta fugiens, inteſtinorum dolore, vt legitur in libro ſecundo Machabæorum cap. 1. grauiſſimo correptus, minas maiores ſpirans, Hieroſolymam proparabat: Verùm in itinere ex curru delapſus tanta putredine affici cœpit, vt Vermibus è corpore ſcaturientibus fœtorem aſtantes vix poſſent ferre: cœpit tum erratum ſuum confiteri, & ſeſe Iudæorum Deum coliturum, templum quod diripuiſſet, longè magnificentiùs reſtauraturum vouit, verùm ſimulata pœnitentia Deum permouere non potuit, ſed deſperabundus in mediis montibus vitam infelicem finiuit. Herodes Aſcalonita, referente [b] Flauio Ioſepho, rex Iudeæ Antipatri filius, poſt interfectos Alexandrum, Ariſtobolum, & Antipatrum filios, trucidatos item innocentes, ad intercipiendum ſacrum Virginis partum Vermibus ad extremum toto corpore ſcaturientibus perijt. Lento calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehenderetur, quàm intus popularetur viſcera, aderat & vehemens voracitas, cui neceſſe eſſet continuò cibos ſuggerere, ſimulq; vexabatur inteſtinorum exulceratione, & colicis paſſionibus. Pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, ſimiliterq; inguina. Ipſa quoq; verenda putrefacta ſcatebant Vermiculis, accedente fœda, nec minus moleſta tentigine, non ſine fœtore grauiſſimo: ſuper hæc omnia neruorum contractione laborabat, & difficultate anhelitus. Herodes Antipas ſedens pro tribunali, & veſtitus veſte regali, concionabatur ad populum: populus acclamabat Dei vox, non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quòd non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à Vermibus expirauit, vt legimus in actis Apoſtolorum. Alcman vnus ex clariſſimis Græciæ poëtis hac etiam fœditate perijt. Pheretima Batti filia Cireneorum regina, cùm ob interfectum filium ſuum Arceſilaum tyrannum Barcæos ope Perſarum victos crudeliſſimè vlta eſſet, viua Vermibus, teſte [c] Herodoto, abſumpta computruit. Pherecides Syrus Pythagoræ præceptor Pediculari morbo correptus primùm emiſit ſudorem calidum, viſcoſum & mucori ſimilem poſtea verò prorſus belluinum, tandem Pediculi creuerunt, cumq; carnes in Pediculos diſſoluerentur, ac fœda iam turpisq; facies euaſiſſet, abſtinuit, à conſortio familiarium, & eos fugiebat. Ad eum grauiter affectum cùm viſendi gratia Pythagoras diſcipulus aduenisſet, ac πῶς διάκειται, quonam pacto haberet, eſſet ſciſcitatus? protendens is digitum per ianuam χροιδάριλα ex corpore, inquit palam eſt: quod & paræmioides apud philoſophos mox eſt factum, ſed ita vt deteriora ferè indicentur. Q. Serenus de eodem cecinit:

*Sed quis non paueat Pherecidis facta Tragœdi*
*Qui nimio ſudore fluens animalia tetra*
*Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt.*

De Platonis Pediculis, quoniam in prouerbium abiere, in prouerbijs dicemus. Caſſander Antipatri filius Rex ſceleſtiſſimus, qui Olympiadem Alexandri matrem, & Alexandri filios interfecit, ex hydrope in phthyriaſim incidēs perijt, vt [d] Pauſanias prodidit. Caliſthenes Olynthius dum carceris cuſtodia teneretur, præterea & Mutius Iuriſconſultus eadem tabe interiere narrante Plutarcho in Sylla, qui Sylla Metrobium Lyſiodum licet exoletum, non diſſimulabat perpetuò amare: vnde etiam morbum aluit ex leui ortum occaſione, & perdiu vlcerata viſcera ſua ignorauit. Hinc putrefactum corpus, & in Pediculos totum verſum, vt cùm multi interdiu noctuq́ue tollerent eos, nulla parte potuerit tamen, quod reijciebatur æquare illud, quod ſuccedebat: verùm omnes veſtes, pallium, pallubrum, illo repleretur fluxu & tabe, adeo ſuppullalabat. Ideo bis die ingrediebatur balneum, abluens, & abſtergens corpus. Cæterùm nihil proficiebat, ſuperabatq́ue copia omnem purgationem. Meminit illius Plutarchus in eius vita, item [e] Plinius ſcribit Syllam perijſſe erodente ſeipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignēte. Meminit item [f] Pauſanias his verbis: Sylla quidem multa in Athenien ſes crudelia admiſit facinora, & à Romanorum more aliena. Diſſimiliaq; non fuerunt, quæ in Thebanos, & Orchomenios fecit. Quibus, & addidit, quod illud ipſum, quod Alalcomenis fuit, Mineruæ ſignum erupuit. Hunc hominem qui Græcorum ciuitates, & patrios deos tam furenter vexarat, morbus omnium teterrimus oppreſſit, Pediculis è toto corpore erumpentibus: huc priſtina hominis felicitas recidit; vt rectè etiam dixerit Serenus:

Antiochus Epiphanes.

Herodes Aſcalonita.

Herodes Antipas.

Alcman. n Pheretinia.

Pherecides

Caſſander Antipatri.

Sylla.

[a] *Lib. 26. cap. 13.*

[b] *Lib. 18. ant. Iud. c. 8.*

[c] *Lib. 4.*

[d] *In Bœoticis.*

[e] *Lib. 7. & lib. 11. 33.*

[f] *In Bœoticis.*

*Sylla quoq; infœlix tali languore pereſus*
*Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci.*

Fama eſt eum qui bellum ſeruile mouit in Sicilia fugitiuum Eunum nomine, poſtquam attractus Romam captiuus eſt, morbo pediculari, interijſſe, de quo conſule Plutarchũ, & Diodorum. Galerio Maximino Cæſari in Chriſti nomen arma mouenti putrefactis introrſum vitalibus (Egnatius genitalia habet) ex auribus, ore, naribuſq;, non aliter quàm ex putredinis cloaca Vermes continuè ſcaturiebant, intolerabili quodam cum fœtore quocunq; deferretur: cùm nulla medicorum ope leuaretur, ſibi ipſi manus intulit. Speuſippum Eurymedontis filium Athenienſem philoſophum, Platonis ex ſorore nepotem, quem nonnulli mortem ſibi intuliſſe tradunt, Plutarchus efferueſcentibus toto corpore Pediculis interijſſe ſcripſit. Pleminius legatus à Scipione Locris cum præſidio pop. Rom. præfectus, cùm templum Proſerpinę opulentiſſimum diripuiſſet, vinctus Romam Senatu iubente ductus eſt, carceriq; incluſus Pediculari morbo, ſi Liuio [g] credimus, & Valerio Maximo, [h] ante cauſę dictionem miſerè perijt. Iulianus Iuliani apoſtatæ auunculus (qui Antiochiæ ſacram menſam in tẽplo, lotio emiſſo profanauerat, Euzoio epiſcopo ob id eum obiurganti alapam impegerat) non multò pòſt graui morbo correptus inteſtinorum putreſcentium, miſerè interijt, excrementis non amplius per meatus ſuos, ſed per os ſceleratum egredientibus. Sozomenus [i] addit etiam carnem eius putrefactam in Vermes conuerſam eſſe, qui in profundo abditi, viuam carnem tantiſper depaſti fuerunt, donec eum interimerint. Honorius Vandalorum Rex Arrianus in Africa phthyriaſi perijt, vt Sigebertus ſcribit, cum 444. Catholicos epiſcopos in exiliũ egiſſet. Eodem Sigeberto referente Arnulphus Septimus à Carolo magno Imperator, Normanis perdomitis nimio ſucceſſu elatus, ita contumax in omnes, tum vel maximè Eccleſiaſticos factus eſt, vt dei nutu pediculari morbo breui conſumptus ſit. Metropius ob ſocietatem Vngarorum contra Morauos introductorum hoc illi accidiſſe ſcribit. Alij tradunt profligatis Formoſi pontificis hoſtibus à proditore quodam veneno potionatum euicto per triduanum ſomnum pharmaco in phthyriaſim poſtea incidiſſe. Author eſt Vincentius [k] in Auernenſi ciuitate, Proiecti epiſcopi occiſorem Radbertum viuum eſſe à Vermibus corroſum. Fulcherus Nouiomagẽſis epiſcopus in Gallia morbo Pediculari interijt, cuius cadauer cùm Pediculis ſcaturire non ceſſaret, ceruino corio inſutum terræ mandatum eſt: magnum punitæ ambitionis, & ſimoniæ exemplum inquit Iacobus [l] Meyer. Leoſtanus adoleſcens famam de crinibus, & vnguibus Edmundi regis Anglorum ſenſim creſcentibus in dubium reuocãs ſibi corpus oſtendi minis impetrauit. Eo viſo in amentiam incidit, & phthyriaſi haud multò poſt perijt. Platina narrat ex Sigeberto Alpindim Dodonem, quòd Lambertum virum ſanctiſſimum epiſcopum Vltraiectẽſem apud Leodium interimiſſet, quia Pipinum eius fratrem reprehenderat, quòd vxori pellicem ſuperinduxiſſet, pediculari morbo poſtea conſumptum fuiſſe. Lambertus Conſtantienſis epiſcopus phthyriaſi, vt Bruſchius annotat, perijt anno 1017. & noſtro ſęculo Clemens Septimus Pont. Maximus, vt ſcribit Folengius Pſal. 105. Napus Turrianus Mediolanenſium tyrannus ab Othone Vicecomite captus, clatratæq; cauea incluſus narrante Iouio, [m] poſt annum vnum, menſes ſeptẽ, dies vigintitres, in eo ſqualore, fęda illuuie, & enatis ſubinde Pediculis conſumptus eſt. Antonius Picens monachus eremita, vt teſtantur Anton. Panormitanus de rebus geſtis Alphonſi, & Aeneas Syluius in commentis, phthyriaſi perijt. Tertia Aegypti plaga à Domino per Moſem immiſſa, puluere ab Aarone percuſſo in Pediculos conuerſo, qui homines, & beſtias miſerè afflixit per vniuerſam Aegyptum, excepta Goſene, quam incolebant Iſraelitæ; quod prodigiũ cùm magi imitari non poſſent, confeſſi ſunt digitum eſſe Dei. Meminit huiuſce plagæ etiam Flauius Ioſephus his verbis: [n] Rurſum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentum vindicat. Pediculorum enim magna vis è corporibus Aegyptiorum ſcatebat, à quibus mali malè perdebantur, neque lauacris, neq; medicamentorum inunctionibus eos extinguere valentes. Qua noua peſte turbatus rex, & non magis ipſo periculo, quàm eius fœditate, ac turpitudine territus, nequam cùm eſſet ægrè dimidiata ex parte reſipuit. Hebræis enim exire permiſſis, ac mox malo ceſſante liberos, & vxores reditus obſides ab eis exigebat, &c. Antiochus Syriæ rex Iudeæ infeſtus tanta laborauit putredine, vt enatis è corpore Pediculis non ipſe tantùm ſit extinctus, ſed integrum ferè exercitum infecerit. In Inſula S. Thomæ duplex hominum genus, albi & nigri, hi Pediculis infeſtantur, albi minimè.

Eunus fugitiuus.

Speuſippus

Pleminius.

[g] *Lib. 9. 2. bell. Pun.*

[h] *Lib. 1. c. 2.* Iulianus.

[i] *lib. 5. c. 8.*

Honorius.

Arnulphus Imp.

[k] *lib. 12. ca. 119.*

[l] *In Chron. Fland.*

[m] *In vita Othonis.*

Aegyptipla ga ex Pediculis.

[n] *lib. 2. Antiq. Indaic. cap. 5.*

Antiochus.

E

# VT FVGENTVR, ET OCCIDANTVR.

DVO hîc considerandа nobis veniunt, nimirum ne homo, vel aliud quoduis animal Pediculos generet, item si iam generati sunt, vel continuè generentur, vt eos occidere fugareque queamus. A Pediculis sese quilibet facilè præseruabit bona victus ratione si vtatur, vt cibis, & potu boni succi, & corporis, vestiumque & lectorum munditia, potissimùm verò quæ ex lana conficiuntur: hæc enim aptior est gignendis Pediculis, quàm quę ex lino, quod Aegyptijs aduersus horum serpentium ortum maximè commendatum fuisse author est Plutarchus, qui scribit [a] eorum Sacerdotes, seu sapientes lineis vestibus vsos fuisse, quia plurimum ab excrementorum natura abhorrebant. Si verò iam nati fuerint Pediculi, hîc duo rursus obseruanda, nunquid in corpore, vel extra corpus ortum habeant: nam qui extrà vel ex neglecto corporis vestiumq; cultu, sudoreque nascuntur, facili modo, & breui fugantur, ceduntq; remedijs paruo negotio; contrà ac illi qui intus generantur prauitatem humorum, F non tamen malignitatem denotantes. Hoc malum phthyriasim, siue morbum Pedicularem medicis vocari diximus. Huius curatio duobus continetur capitibus: vnum est vt demus operam, ne Pediculi amplius nascantur: alterum, vt eos qui iam nati sunt, interimamus: non nascentur amplius, si non adsit materia putris: hæc non aderit, si & non contrahatur in corpore, & contracta non feratur ad cutem, aut in ea retineatur, & putrescat; non contrahetur si dentur esculenta, & poculenta boni succi, & ad moderationem redigatur viscerum temperatio: qua iam contracta, non feretur ad cutem neq; in ea superabit, si educatur, vel sanguinis missione, vel purgatione, prout res postulat, non retinebitur, nec putrescet in cute, si parua foramina relaxentur, ac detergantur. nam sic etiam calida expiratio exhalabit, neq; habebit vim putrefaciendi, quam habet calor externus. [b] Mercurialis tantoperè in fœdissimo hocce affectu purgationem commendat, vt si quid sit, quod possit hunc morbum tollere, id sit exacta, & repetita purgatio. Cuius opinioni, cùm malum sit contumax, & vix medicamentis cedat, lubens subscribo, qua de re lector ipsum adire poterit. Purgato corpore, deueniendum est ad remedia quæ & humores praues cuti impactos, tollere, & malam corporis temperiem corrigere possunt; quorum alia intus sumuntur, alia exterius adhibentur: quæ intus sumuntur secundum Auicennæ sententiam sunt allia cocta, calamenthum montanum: sinapi laudatur à Paulo & Sereno. Theriacæ etiam vsus est ex illis medicamentis, quæ magno præsidio in hoc morbo esse solent: puluis cornu ceruini quoq; optimus est. Inter externa medicamenta primò fomenta occurrunt, & balnea ad relaxandum, deinde tergentia, ad aperiendum: apertis enim foraminibus cutis, & detersa sorde non nascentur, & illi qui iam nati sunt, facilè decident, neque vltra hęrebunt si interimantur: interimuntur autem ab illis teste Galeno, [c] quæ validam siccandi facultatem habent, cuiusmodi sunt salsa, acida, austera, acerba; de quibus nunc omnibus agemus. Rasis scribit vsum balneorum, & lauacrorum, Pediculorum generationem prohibere, sed qualium non explicat: sunt qui balnea aquæ dulcis laudent, mihi marinæ aquæ magis laudantur, quoniam salsa est, & facultatis abstergentis, qua Lendes, & tetra hæc corporis animalia curantur authoribus Plinio, & Dioscoride: quod si verò ea in mediterraneis, vt fit, haberi non possit, arte paretur, quæ ei æquiualeat: quæ quomodo fiat, docet Plinius. Laudat etiam Q. Serenus.

*Vnda maris Lendes capiti deducit iniquos*
*Et quicquid crebri defendit syluа capilli.*

Priscianus [d] alijq; innumeri laudant lupinos amaros in aqua infusos per plenum diem, & sequenti die decoctos, si ex ea decoctione loca frequentiùs delauantur. Hoc quoq;, vt ille testatur, pyrethri & gallarum puluis ex æquo commixtus, in balneis adhibitus, facit: post hunc verò puluerem succo betarum loca lauari iubet. Similiter acetum cum aqua marina, si credimus Isaac Arabi, occidit Pediculos [e] & si desit marina aqua, sal & aqua cum modico aceto idem præstabit. Serum, idest, aquam lactis, quæ remanet facto caseo, si quis adiecto aceto in potione aliquotiens, inquit Marcellus acceperit, ita liberatur à Pediculis, [f] vt penitus extirpentur, nec postea in eo renascantur. Sic ille, mihi etiam probatur si eo pro fomento detersorio vtamur. Sextus philosophus ad Pediculos, [g] aquam celebrat, quæ è capræ palato effunditur, & quicquid comedit, misceatur cum melle, & sale, & ex eo caput, & corpus fero fricetur. Pollicetur ex recentioribus Gabriel Fallopius, [h] si facto ex cinere stechadis lixiuio manus lauentur nunquam infestatas iri Pedicellis, si caput, Pediculis;

[a] *Lib. de Isi. & Osiride.* Aegyptij Sacerdotes cur lineis vestibus vtebantur.

[b] *Lib. 1. de morb. cut. c. 7.*

[c] *Lib. 1. de ined. comp. sec. loc.*

[d] *lib. 1. c. 4.*

[e] *li. 4. pract. c. 9.*

[f] *Cap. 3.*

[g] *Cap. 5.*

[h] *Cap. 130. secret.*

A diculis; nunquamque nascituros si facto ex stechadis puluere vnguento, inungamur. Fomenta autem, & perunctiones, & cataplasmata membratim adhiberi iubet Cœlius Aurelianus.[i] sed ea loca quæ capillatura vestita sunt, præterea radi,& iugia adhiberi smegmata, quæ nos lacessentes,inquit,atque purgatiuos pulueres appellamus:item inunctiones magis, cùm mox fuerit capillatura derasa præfotis partibus aqua marina, vel aceto salso. Esse hæc plurima speciatim posita,vt bulbi cum nitro atque oleo contriti quo mellis faciat crassitudinem,ex quibus corpus iubet illini. Eodem authore staphisagria cum aceto,& oleo,tunc contrita cum salis fluore, quem Græci halos anthos vocant,donec liquidi mellis similitudinem faciat. Nunc etiam cum sulphure atque aceto: vel ita ponderibus composita medicamenta, staphisagriæ drachmas duas, sandaracæ drachmas duas, nitri obulos duos, admixto oleo,& aceto,donec in mellis crassitudinem veniat: Vel sandaraca cum oleo,& nunc staphisagria,& abrotonum æquis ponderibus admixta calce,quam Græci conin uocant,& ijs similibus. Staphisagriam autem, quæ Plinio etiam vua taminia dicitur, cuncti ceu peculiare aduersus Pediculos omnes celebrant. Eam laudat Galenus loquens de morbo pediculari. Et Plinius[k] ad eundem,resistitur,inquit vuæ taminiæ succo cum oleo perunctis corporibus: item in aceto decoctam etiam vestes eo tœdio liberare tradit;idem scribit Dioscorides.[l] Priscianus staphisagriam tundi vult;& oui album admisceri, & commixtione loca fricari. Filum madefactum aut intinctum oleo, in quo semina staphisagriæ attrita fuerunt, Pediculos necat, si capiti circundetur;hoc me docuere Albertus,& Dioscorides,alijque. Auicenna laudat staphisagriam cum arsenico. Vnguentum ad Pediculos, Accipe seminis staphisagriæ vncias duas, ellebori albi vnciam vnam, salis drachmas duas, argenti viui vncias duas, aceti vini drachmas duas,axungiæ porcinæ libram vnam, olei laurini vncias nouem,saponis Veneti libram semis,fiat vnguentum secundum artem. Ex Antidotario Augustano. Puluis ad Pediculos Io. Guinterij Andernaci.[m] Seminis herbæ pedicularię quæ & staphisagria dicitur, vnciæ duæ,salis communis vncia,aloes vncia semis,cinnabrij drachmæ duæ,detrita capiti inspergantur. At si hoc remedio non intereant, adhiberi poterit paulum sublimati, aut argenti viui in sulphure. Priscianus loco citato staphisagriæ vncias duas, sandaracæ vnciam vnam cum oleo, & aceto postquam contrieris, corpus omne perungendum præcipit: item postquam capillos abstuleris, melle aut cedria loca contingi. Plinio[n] autem quoque mel,Lendes, & fœda capitis animalia necat: Cedri succus defuncta corpora conseruat, viuentia
C corrumpit,mira differentia,cùm vitam auferat spirantibus,defunctisque pro vita sit, inquit idem Plinius, addens phthyriases perungere eo necdum dubitauerim, itemque prurigines. Marcellus nitri Alexandrini, & staphidos agriæ æquale pondus sumit, aphronitri quoque aliquam portionem, & sulphuris viui particulam simul omnia terens, & decimo die in balneo corpus fricat, omnes ita Pediculos necari inquiens. Ad Pediculos necandos hoc medicamine etiam vti iubet: oleum cum puluere cineris cuiuslibet de foco, sed bene creti pariter miscebis,& ita teres, vt sit ad spissitudinem mellis, atque inde cùm opus fuerit,caput vnge. Ad Pedunculos in omni parte corporis necandos, ellebori albi vncia, staphidos agriæ tantundem,simul trita,adiectoque oleo totum corpus perunctum etiam in tunicis necabuntur,si eidem credimus,item œsypum ex oleo tritum, & instillatum capiti,phthyriasi medetur. Lendes,& alia capillorum animalia alumen perministum aqua interimit.Plinius.[o] Gummi hederæ inunctũ Pediculos necat. Dioscorides.Lachryma hederæ psylothrum est,phthyriasimq; tollit. Plinius.[p] Galenus item, vt Serapio refert, gummi hederæ ac propriè nigræ facultatem tribuit,quæ adurit adustione occulta,ideoq; occidere Pediculos,& abradere pi-
D los. Succus genistæ cum raphanino,vel sinapino exceptus,tutissimum est remedium aduersus Pediculos, ut Ant. Mizaldus[q] notauit ex cuiusdam experimentis. Sinapi cum rubrica vtuntur ad psoras,lepras,& phthyriases,scribente Plinio.[r] Serenus ad phthyriasim,inquit,

*Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi*
*Nitro,vel sale permixtis, acidoq; liquore*
*Laxatis,vt sint simul allia, tangere corpus*
*Aut lachrymis hederæ, aut succo perducere cedri.*

Cęterùm allium non modo cum nitro,sale, acetoque vt Serenus hîc docet,inunctum,sed & per se tum potum, vt antè dixi,tum inunctum phthyriasi medetur.Bibitur,inquit,Auicęna, decoctio allij & interficit Lendes,& Pediculos,& inungitur super eos.Phthyriases,& prurigines potũ curat alliũ,tusum itẽ cum aceto,& nitro.Plinius.[s] Dioscorides idẽ alliũ cõtra Pediculos,& Lendes,sed cũ origani decocto vtiliter bibi tradit.Folia tamarici in aqua bulliantur,ex ea decoctione fricari Pediculosos vult Priscianus.Marcellus stercus scrofinũ immixtũ cum rosa liquida, ideſt roſę succo,Lendes, Pediculosq; discruciare voluit. Pediculi si sint in

[i] *li.3 Chron. cap.2.*
[k] *li.26.c.13*
[l] *lib.1.c.4.*
[m] *Commẽt. 2.dial.8.*
[n] *li.22.c.24*
[o] *li.35.c.15*
[p] *li.24.c.10*
[q] *Cent.3.memorabil. Aph.4.*
[r] *li.20.c.22*
[s] *lib.20.c.6.*

[t] *li. 4. pract. cap. 9.* corpore calido, Isaac[t] hoc vnguento vngit: Argentũ viuũ, cineres filicis cũ aceto & oleo tempera. In frigido corpore, hoc vtitur vnguento. Staphisagriã, nitrũ, auripigmentũ cũ oleo, & aceto tẽpera, & caput vnge. Itẽ auripigmẽtũ rubrũ capiti cũ oleo inungi iubet, atq; si post infirmitatẽ Pediculi nascantur, fieri vult vnguentũ de semine croci hortensis, vngiq; quotidie & lauari cũ aqua, in qua decoctæ sint rosæ, vel folia pini contusa, & isto succo similiter illini. Argentũ viuũ nulli non tradunt Pediculis internecionẽ afferre. Rases oleo id extinctũ si permisceatur, natos Pediculos interficere profitetur; Author de natura rerum, & Albertus argẽtum viuum in oleo oliuæ diutius bullitum commendant, & Zonam pedicosi eo intingi præcipiunt. Puluis etiam argenti viui cum puluere plumbi si super carbones spargatur, & suffumigentur vestes, vel homo fumum accipiat, occiduntur Pediculi, vt inquit, idem Albertus. [u] *lib. de Metall.* Argentum viuum, quod sit calidum, inquit[u] Fallopius, ostendo exẽplo familiarissimo, & est quod enecat, & quasi comburit Pediculos illos latos, quos vulgus vocat Piattole, & nihil ad hoc reperitur præstantius argento viuo, quo ego, inquit, vtor hoc modo in tali casu. Accipio pomum dulce, & coquo sub prumis, deinde cum carne illa cocti pomi misceo paucum argentum viuum, & mando illi qui cruciatur ab huiusmodi animalculis, vt quando it vesperi dormitum, inungat sibi alas, pecten & alias partes, in quibus animalcula residẽt, & si obseruaueritis, videbitis manè animalcula illa rubra, & fermè combusta. Hæc ille. Vnguento enulato, quòd argenti viui plurimum recipiat, multi etiam vtuntur. Ego tamen argentum viuum non probo, maximè in pueris. nam hinc sequissima sæpè suboriri symptomata multi obseruarunt: quod inconsultis matribus, & nutricibus, quæ plerunq; eo vtuntur, dictum esto. Albertus[x] à saxifragia Pediculos efficaciter occidi tradit, si contrita apponatur. Scoti teste Iulio Scaligero[y] aduersus Pediculos indusia croco tingunt, Bacchũ & Crocota, & alio viuendi genere imitati. Marcellus felle vituli caput perunctum Lendes ait exterminare. Aduersus Lendes, Pediculos, Cimices, Pulices summoperè commendatur hoc vnguentum. Accipe cineris hirudinum siue sanguisugarum vnciam vnam, costi & styracis liquidæ ana vnciam semis, sanguinis suilli, quod satis est, misce. Olibani, & lardi suilli partes æquales vitriato fictili coquuntur & ad linimenti consistentiam per setaceum excernuntur. Hoc si pediculosum caput inungatur, proculdubio immune euadet à Pediculis: eritq; præsidium eam in rem, & propugnaculũ multò tutius, quàm ex vnguento enulato, vel alio quod argentum viuum accipit. Palpebris autem Cælius Aurelianus [z] adhiberi vult pulueres siccos, atq; collyria, quæ Græci blepharica vocant, nos palpebraria dicere, inquit, poterimus, ex ære vsto atq; aneso asso, sed & lapide sciisso, & pipere, & staphisagria confecta. Hæc etiam in ijs, qui præter phthyriasim pruritu vexantur, sunt adhibenda, adiectis magis feruentioribus aquis in vsu lauacri, & asperginibus puluerис, ex thure & nitro, & sulphure confectis. Item solicationes, quas Græci helioses vocant, adhibendæ sunt: dropaces quoq; & vomitus radicũ, & ea quæ iam sæpe de alijs memorauimus scribentes passionibus, quæ corpus recorporatiua virtute fortificare, atq; in meliorem habitudinem commutare valeant: sic enim detracta corporis cachexia, eius quoq; comitantia depellentur. Hæc itaq; Aurelianus. [a] Trotula antiquus etiã medicus cõtra Pediculos generales circa oculos vnguentum fieri scribit satis valens ad expulsionẽ eorum, & ruborem oculorum, & ad mitigationem doloris eorum. Accipe aloes vnciam vnam, ceruſæ, olibani ana vnciam semis, laridi quantum sufficit: larido minutim contrito, cætera puluerizata imponuntur, & fit vnguentum. Idem ad Pediculos, qui in pectine, & sub asellis (sic habet) nascũtur distemperari ait cineres cum oleo, quo inunguntur illa loca. Ad Pediculos Plactulas quidam ex recentioribus accipiunt olei cõmunis vncias tres, idq; bulliunt in vase vitreato cũ drachmis tribus cineris quercini, & inungunt locũ infestatũ; pòst per aliquot horas abluunt cũ lixiuio & sapone nigro. Si autẽ Pediculi fuerint in palpebris oculorũ, laudant succũ foliorum Persici, vel Recipe myrrhæ, aloes, thuris, singulorũ partes æquales, trita larido misceantur, & palpebræ inungantur. Nonnulli elixant ouum ad duritiẽ, & adiecto vitello macerant ipsum in aceto per spatium sex horarũ: inde super palpebras cubitũ ituris imponunt: manè autẽ Pediculi mortui ouo remoto adhærent. Pediculi isti feri in pube, & genitalibus si nõ cedãt præcitatis remedijs, secundum multos ad argentum viuum deueniendum erit. Componitur à [b] *Lib. de vlcerib. c. 24.* Fallopio [b] ceratũ, quod accipit olei vncias tres, argenti liquidi siue viui vnciam vnam, ceræ albæ vncias quinq;, quo illinitur cutis. Testantur nõnulli etiã si cingulum ex lana hoc cerato illitum nudo ventri alligetur, statim Pediculos omnes interimi. Idẽ Fallopius ad Pediculos pudendorũ, accipit auxungiæ porcinæ, argenti viui, saluiæ ana quod satis est, miscet omnia simul, faciens vnguentum, quo partes Pediculis obsessas inungit. Cyrones, siue Pedicellos vulgus peculiariter acicula extrahit: sed cũ non simul tollatur causa eorũq; fomes, perseuerat affectio. Itaq; præstat vnguẽto, vel fotu eos extinguere, quo simul tollatur pruritus ille infestissimus.

*y Exercit. 246 5.*

*z Lib. 26.*

*z lib. 3. Chron. cap. 2.*

*a lib. de passionib. mul.*

Ad Pedicellos.

A stissimus. Maximè ἐυπορισικὸν Cyrones enecans est acetũ salsum. Practici quidã hyoscyamũ in primis ita commendant, tanquam à proprietate, vel antipathia vnicè conferens, sed non alio nomine iuuat, quàm stupefaciendo, qui fit vt pruritus, & erosio mox sistatur. Idem possunt alia quæuis narcotica: omnia sanè vitanda, nisi cùm grauissimus vrget dolor, quod per hunc affectum minimè accidit. Frequentior enim hyoscyami, & similium contactus tremulas reddit manus: quamobrem erit præstantius vti eorundem oleis, vt mandragoræ, hyoscyami, & papaueris, quæ minus noxia esse possunt, neque verendum est vngere pauco hydrargyro, vel pauciore sublimato cum axungia rancida, quibus Cyrones interficiuntur, & pruritus extinguitur. Esto verò hydrargyri ad axungiam proportio sexcupla, sublimati verò decupla. Multi, quod magis probo, vbi Cyrones sunt, perforant vesiculas illas, deinde abluunt muria, in qua cancri bullierint, aut aqua in qua decocti sint pisces saliti, vel succo foliorum persicæ, vel hederæ terrestris. Alij accipiunt scabiosæ vnciam semis, ellebori albi drachmam vnam & semis, terebinthinæ optimè lotæ, axungiæ porci recentis ana vnciam vnam, misce, & vtitor. Aliud adhibendum infantium pedibus pruritu ob talem luem multùm infestatis. Accipe oua recentia elisa, quousq; indurentur, quorum albumina frustim incisa inter duas
B tenuissimas vittas pedibus alligabis, & sic per multas horas permittes; postea solue, & inuenies omnes Pediculos in superficie vittæ inferioris; quod cognosces excutiendo super prunas; nam crepitabunt dum adurentur. Vnum notandum, quòd in quocunque vnguento ad huiusmodi affectum, acetum admisceri potest, & vt fortiùs operari possit, acetum scilliticum erit præstãtius: nam per se solum Pediculos interficit. Sed de animalibus alijs etiam aliquid dicamus, quæ si hoc morbo infestentur, si Pediculis scateant, pelles, & carnes nobis subministrant, non solùm illaudabiles, sed etiam abominandas. Si itaque Pedunculis, aut Ricinis infestentur oues, aceris radices, inquit Didymus, contundantur, & aqua addita coquantur, & postquam à capite vsque ad spinam, lanam ac vellus diuulseris, hæc aqua tepida infundatur, donec per totum corpus progrediatur. Quidam & hîc cedria sola vtuntur. Alij mandragoræ radice consimiliter vtuntur. Cauendum autem ne gustent inde, periculum enim inducit. Alij experti radicem decoquunt, & decocto lauant. Si sylueſtres Pediculos, inquit, Hierocles, necare voles, primùm si interna his scateant, Sandaracæ liquorem, instar heminarum duarum infudisse satis est. Si exteriora ijs pedibus obsita sunt, eiusdem Sandaracæ, quod satis esse videbitur, ex oleo linas aut fracibus calidi olei in sole perungas. hoc vnguine contacti Pediculi decident. Si Gallinæ, Anseres, & alites aliæ Pediculis infestentur, illitu ex oleo lini facilè curantur: quin imò sæpenumerò sibi ipsis magistræ, eo malo sese aliæ puluerando, aliæ lauando liberant. Palladius Paxamusque laudant staphisagriam, & torrefactum cuminum pari pondere cum vino contusa, si malum leue est, sin pennarum penetrarit secreta, decoctum lupinorum. Sunt qui proprio experimento edocti Gallinas arena littorali, aut quod præstantius esse aiunt, cineribus saponariorũ à lixiuio relictis, cura mulierum sese puluerantes istoc malo ocyus liberari referunt. Varro ab eadem Pediculorum lue præseruandas iri tradit, si in cubilibus cùm pepererunt, auferatur substramen, & recens aliud subijciatur. Atq; hæc de occidendis Pediculis dicta sufficiant. Cæterùm quemadmodum nos de occidendis ijs tantoperè sumus soliciti, ità è contrario Bancanorum, gens est in Guzzarat regno Indiæ mercaturç dedita, mira superstitio est nolle tangere, quod mortuum est, nolleq; quodquam animal occidere; ideoque quando Pediculis infestantur, accersunt ex deserto homines solitarios siue heremitas, qui eos captant, & captos capiti suo imponunt, & nutriunt. Alij etiam captos in parietum foraminibus occultant, nihil ita ægrè laturi, quàm mortem bestiarum,
D quam coram vident inferri, quin totis viribus, adhibitis etiam precibus instant, ne vita auferatur, quam scilicet nemo concedere potest, pecuniasque offerunt tanquam in redemptionem. Iam verò Americani referente Andrea Theueto, [c] si mordeantur à Pediculis, vel à Pulicibus, eos captos dentibus interimunt. Et Herodotus antiquissimus scriptor tradit Libyum [d] Adirmachidarum vxores, suos Pediculos, vbi ceperint, non antè abijcere, quàm eos vicissim momorderint. De Tartaris etiam referunt, quòd quando capitis, & aliorum locorum Pediculos deuorant, dicant eodem modo sese aduersus inimicos suos vindicaturos.

Ad animalium aliorũ Pediculos.

Ad Auium Pediculos.

Bancani Pediculos nõ occidunt.

[c] *Lib. 11 de America.*

[d] *In Melpom.*

E

# DENOMINATA. COGNOMINATA.

Phanoſtrates. [a] *Lib. 13. cap. 19.*

PHANOSTRATES nobile fuit, at impudicum ſcortum. Hoc apud [a] Athenæum Apollodorus in libro de ijs amicis, quę ſunt Athenis vocatum fuiſſe Phtheropylen ſcribit propterea, quòd Pediculos, cùm ſtaret in limine ianuæ, quæritaret. Φθαρίζω in veteri Lexico eſt venor Pediculos, φθαροφάγω, Pediculis veſcor, φθαροφάγος qui ijs veſcitur, de φθαροφάγοις dicam poſtea, φθαροποιὸς faciens & procreans Pediculos. Σταφὶς ἀγρία & ἀσταφὶς ἀγρία, Latinis herba Pedicularis & pituitaria dicitur, Officinis Staphiſagria. Pedicularis autem dicitur à viribus. Quantoperè enim Pediculos interimat, ex ſuperioribus facilè cuiq; liquere exiſtimo. [b] Hieronymus Tragus aliam quandam herbam, Pedicularem campeſtrem, ſed ab contrario effectu, vocauit. Eſt autem ea quam alij herbarij criſtam galli F alteram, ſiue alectorolophon nominant. Dodonæus fiſtulariam, quòd ad fiſtulas, & ſinuoſa vlcera ſit vtilis. Dicitur autem Phthirion ſeu Pedicularis, ſeu Pedicularia, quòd pecori, ac iumentis, quæ in pratis, vbi hæc prouenit, paſcuntur, Pediculorum copiam gignat: quemadmodum idem Tragus hiſce verbis teſtatum reliquit: Radicem habet tenuem, ac perbreuem, ita vt quàm facillimè euelli poſſit. Quare in noxia hac ſtirpe naturæ conſilium, ac prudentiam admirari certè debemus, qua pecorum ſaluti conſuluit, eò quòd peſtilentiſſimam herbam radices altè agere non permiſit, admonens interea pecuarios, vt è pratis, ac paſcuis, eijci illam curent ſedulò. Cùm enim à pecoribus inter cætera pabula deuorata fuerit, Pediculorum in illis ingentem procreat copiam, quo morbo vix tandem citra magnum periculum liberantur. Hinc apud Germanos Leuſs kraut, hoc eſt, Pedicularia vocari cœpta eſt. In [c] hiſtoria omnium plantarum alia ſtirps, Pedicularis maior alpina vocatur; ſed cur ita dicatur, non explicatur; ſuſpicor autem Pediculos generare eius eſum. nam præcedenti non eſt abſimilis multùm. Veretrum nigrum tertium quibuſdam nuncupatum, quod nonnulli etiã Plinij conſiliginem appellant, Germani Lauſs kraut, teſte [d] Carolo Cluſio dicunt, quòd Pediculos interimere credatur, perinde ac ſtaphiſagria, quam eodem nomine indigitari G diximus. Anacardum vocant quidam Arabes Pediculum elephantis.

[b] *Li. 1. Hiſt. ſtirpium cap. 83.*

[c] *Lib. 10. cap. 22.*

[d] *Lib. 2. rar. ſtirp. c. 63.*

# ÆNIGMA. LVDICRVM. APOPHTHEGMA.

Nautarum de Pediculis ænigma.

IN vita Homeri tale legitur ænigma de Pediculis: Nautis cæterisq; aliquot qui è ciuitate conuenerant, in Io inſula apud Homerum conſidentibus, fortè pueri piſcatores eò appulerunt, qui è nauicula egreſſi hæc illis verba fecerunt: Agite peregrini, audite nos, num quid eorum quæ proponemus explicabitis? Ibi è præſentibus quidam iubebat eos proloqui. Illi, nos, inquiunt, quæcunq; cepimus, reliquimus: quæ verò non cepimus, nobiſcum portamus. Et cùm nemo id ænigmatis interpretari poſſet; piſcatores explicabant; ſignificantes nimirum ſe, cùm piſcium nihil capere poſſent, deſidentes in ſicco, Pediculos venatos, & H horum quotquot cepiſſent, abieciſſe, quos autem non inueniſſent, domum retuliſſe. Quæ audiens Homerus, hæc dixit carmina.

Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε
Οὔτε βαθυχλήρων, οὔτ' ἀσπετα μῆλα νεμόντων.
*Hi vos, ô pueri, tales genuere parentes*
*Nec latis fundis, gregibus neq; mille potentes.*

Ariſtippi dictum. Ageſilai apophtegma. [a] *In Apoph. Laced.*

Sunt qui Homerum mortuum eſſe volunt, quòd hoc ænigma explicare neſciuiſſet, quod falſum eſt: æger enim iacebat in litore. Ariſtippus cauſante quodam, quòd filium quaſi non ex ſe natum proijceret: An verò, inquit, ignoramus & pituitam, & Pediculos ex nobis gigni, quæ tamen velut inutilia, quàm longiſſimè proijcimus. de quo vide Laërtium in illius vita. Ageſilaus magnus ille aſtans aliquando aræ Mineruæ, quæ ab æde ærea Chalcioecus dicitur, boucmq; immolans, morſus à Pediculo, nihil reuritus [a] Plutarcho referente, in conſpe-

ctu

A ctu omnium arripuit eum, & occidit, his additis verbis: Per deos, iucundum est, vlcisci insidiatorem, etiam ponè aram. Lodouicum Imperatorem ferunt, quòd quidam è familiaribus fortè coram eo vnaq; obequitans viso in eius veste Pediculo, suffundi rubore ceu pudibundum cerneret, ab eo quæsiuisse, quid ita euenisset, quòd tam inopinato rubore per vultum suborto ipsum puderet, cumq; pudoris causam percepisset, oblato prius munere respondisse, sese quoq; hominem esse: rursus cùm alius Pulicem sese in veste eius vidisse simulato pudore diceret, vehementer obiurgasse, addito & hoc, tuné canem esse me arbitraris? Quod si verò quispiam in stratu hominis, ludicri causa velit, vt appareant Pediculi scaturientes, vt non possit dormire, proijce, inquit Albertus Magnus, in lecto eius pondus vnciæ vnius, vel mediæ alkakengi, & si acceperis pilos asturis, fiet inde Licinium, (sic habet) quod quando accenditur, vident se inuicem omnes infirmos ex vehementia infirmitatis, extenuationis. Accipe Locustam citrinam, & exicca ipsam & tere & pone in panno exequiarum, & incende ipsum oleo Sambucino, in quocunq; loco fueris, erit quod tibi dixi, & mirabile.

Vt Pediculi in stratu appareant.

B

# PROVERBIA.

Οἱ Πλάτωνος φθεῖρες, id est, *Platonis Pediculi* in prouerbium abierunt, vti referente Laërtio in vita huius philosophi, testatur Myronianus in opere, cui titulum fecit de similibus: hinc coniectans hoc morbo perijsse Platonem, quòd vulgo Pediculi Platonis appellarentur. Myronianus nullum indicat vsum prouerbij: Suspicari tamen licet, dictum in sordidos, quòd philosophi minimum indulgeant nitoribus externis, dum circa mentis cultum toti sint occupati. In sordidos ac auaros homines bina habent Itali prouerbia eiusdem sensus: Egli è più misero d'vn Pedocchio, hoc est, Pediculo multò auarior est, & egli scorticarebbe vn Pedocchio per hauer la pelle, hoc est, etiam Pediculum excoriaret, vt pelle potiatur. Belgæ quoq;, vt audio, hinc habent adagium, Cael als een luijs, hoc est, æquè glaber ac Pediculus, in eos quibus nihil est, reliquum, qui vel omnia consumpsere, vel qui nihil vnquam habuere diuitiarum.

Platonis Pediculi.

C

# VSVS.

APVD Belgas audio Pediculos potos commendari à nonnullis aduersus morbum regium. Cæterùm cùm ciuiles hominum mores à tam fœdo abhorreant remedio, nescijs dandum erit, si modò verum est, eum affectum curare. Fœdius verò multò est, quin dictu turpe ac abominabile ijsdem vesci, quod [a] Herodotus de Budinis Scythiæ populis prodidit, quos [b] Plinius Salas vocare videtur: nam hos antiquis Pthirophagos, & Suauos dictos fuisse scribit: Eorum etiam Arrianus in periplo Ponti Euxini, Phtolomæus in Sarmatica Asia, nec non Mela & [c] Strabo mentionem faciunt. Sabellicus sic dictos esse vult, à sordibus & fame, quemadmodum nos vernacula lingua hominem sordidum Pedocchioso, & tignoso vocamus, id est, Pediculosum & tinea affectum. In Cumana insula, sicut in libris de nauigationibus in Indias legimus, Pediculis coctis & crudis vescuntur.

[a] *In Melpomene.*
[b] *Plin. 6. cap. 4.*
[c] *Lib. 6.*

D

# DE RICINO. Cap. V.

PLINIVS cùm esset locutus de Pediculis, subinde de Ricino, quanquam animal non nominet, agit, eiusdem turpedinis animal esse inquiens, vt postea patebit, cùm eius verba fideliter recitabo: Quin etiam ipsemet [b] Aristoteles Pediculi eum speciem facere videtur, cùm eodem de eo agat capite, adeo vt doctissimus [c] Iulius Cæsar Scaliger Ricinum vocet tam in homine, quàm animantibus alijs. cuius opinionem suprà refelli, ac mox iterum refellam. Quidni itaque & nos de eo post Pediculos agere debemus?

[a] *Lib. 11. cap. 34.*
[b] *Lib. 5. Hi. cap. 31.*
*Exer. 196. 5*

ÆQVI-

# AEQVIVOCA.

[a] Lib. 4. cap. 164.

Κρότων Dioſcoridi, ac [a] Theophraſto plantæ fruteſcentis nomen eſt: interpretes eorum rectè Ricinum latinè vocant. Quod enim Latinis Ricinus, id Græcis κρότων & κίκι eſt. quin herbam eam ab Crotone ſiue Ricino animante dictam diſertiſſimis hiſce verbis ſcriptum reliquit idem Dioſcorides: Cici aut croton, quod ſeſeli Cyprium, & ſeſamum ſylueſtre vocant, à Ricini animalis ſimilitudine dicitur &c. Herba eſt vulgo nota, officinis cataputia maior appellata ob purgandi facultatem quam obtinet, quibuſdam pentadactylon & palma Chriſti à foliorum digitata effigie, Meſuæ granum regium, Italis giraſole, ab Herodoto συλλικύπριον. Iam verò Polluce authore κρότων in aure dicitur τὸ ὥσπερ ἕδαφος. Eodem teſte κρότων vocatur μελιτηρὰ ὑγρασία ἐλαιώδης, ὅταν ἕλκος ᾖ περὶ τὰ νεῦρα. Et [b] Galenus ab Hippocrate κρότωνας nominari ſcribit τὰ ἐν τῷ πνεύμονι χονδρώδη βρόγχια, id eſt carthilaginea pulmonis bronchia. Nec non Heſychius κρότωνα ſcribit à quibuſdam exponi πύρσον. Alioqui & vrbis nomen eſt, cuius incolæ dicuntur κροτωνιάται. Κρότων deniq; dicitur oleæ morbus, qui ſolis quædam inuſtio eſt. [c] Iſidoro Ricinus etiam piſcis eſt, à Ricino terreſtri nomen trahens, quem vulgus inquit, eritium vocat, huius teſtula duplex ſpinis aculeata in modum caſtanearum, quando adhuc opertæ de arboribus cadunt: caro eius mollis & minio ſimilis. Hæc ille. Ricinus præterea & Ricinum, vel (vt quidam malunt) Recinum, veſtis antiquiſſima, quadrata, à reijciendo, vt inquit Varro, cuius partem mediam retrorſum iaciebant, vnde Riciniati momi. Meminit eius veſtis Seruius [d] Virgilij interpres, dictam ita eſſe inquiens, quòd poſt tergum reijcitur. Feſtus Ricinum vocat omne veſtimentum quadratum. Apud [e] Ciceronem legitur Ricinium per quatuor ſyllabas. Extenuato (inquit) ſumpto tribus Ricinijs, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Ex quibus Ciceronis verbis veſtem lugubrem fuiſſe conſtat, quod ex Varrone etiam confirmatur, qui colorem eius inſuper expreſſit. Is enim de vita patrum apud Nonium inquit: Vt dum ſupra terram eſſet, Ricinis lugerent, funere ipſo pullis pallis amictæ. Quo loco Nonius: Erat autem, inquit, Ricinum, quod ſua ætate maſurtium dicebatur, palliolum fœmineum breue.

[b] Lib. 2. de morb.

[c] Lib. 12. Orig. cap. 6.

[d] Lib. 1. Aeneid.

[e] Lib. 2. de legib.

# SYNONYMA. ETYMVM. FORMA.

[a] Lib. 5. Hiſt. cap. 31.

[a] ARISTOTELES cùm Aſinum neq; Pediculis, neq; Crotonibus infeſtari dixiſſet; boues è contra vtriſq; oues & capras Crotonibus, ſubiungit, in canibus fieri, qui Cynoraiſtæ vocentur. Theodorus Gaza neſcio an diſtinctionis cauſa κροτῶνας interpretatur Rediuos, & canibus proprium eſſe ait Ricinum, qui ab eodem animali nomen Cynoraiſtæ accepit, cùm tamen Græcè legatur tantùm, Ἐν δὲ τοῖς κύσιν οἱ καλούμενοι γίνονται κυνοραϊσταί, hoc eſt in canibus naſcuntur Cynoraiſtæ dicti. Quare ſi diſtinguere voluerit Ricinum a Rediuo, lapſus eſt. idem enim eſt animal Rediuus, qui Ricinus, quin vt mox patebit, multi apud Columellam, ex quo hanc vocem ſumptam eſſe volunt, Ricinus legendum eſſe doctiores iudicant, atq; ita habet meum exemplar Pariſijs impreſſum. Taxat hanc quoq; verſionem Gazæ doctiſſimus Hermolaus Barbarus: Ricinus à noſtris (inquit) dicitur (planta nimirum, de qua ſuprà diximus) vt ipſum quoq; animal canibus præcipuè infeſtum, quod & Cynoraiſta Græcè dicitur & Croton, quanquam Theodorus Crotonas Rediuos conuertit, non Ricinos. Fertini etiamnum hodie, vt ex Didymo Zenotele accepimus, vernaculo vocabulo Rhaiſtas canum vocant. Dicuntur & Cynomyiæ (hoc falſum eſſe infrà dicemus) à quibuſdam. Sed & ouibus moleſtos eſſe Ricinos teſtis eſt Cato. Vulgus ipſum eos Græco nomine appellat Cica. Galenus Cica dici vult etiam beſtiolas, quæ frumentum corrodunt, quarum cœtus Cion dicatur. Hic Vermis etiam Cis vocatur &c. Hæc Hermolaus. Heſychio etiam κυνοραϊσται ſunt κρότωνες οἱ τὰς κύνας πιπίζοντες, id eſt, Crotones qui canes mordent: & κονοραϊσιων, τῶν κροτώνων ἀπὸ τῆς ῥαίειν ὁ ἐστὶ φθείρειν. Attici geminato ρ dicunt κυνορραϊσται teſte Euſtathio. Sunt & nonnullis τὰ τῶν κύνων φθαρτικὰ ζῳύφια, nonnullis, ſed perperam κυνόμυιαι id eſt, Muſcæ caninæ, vt ſuo loco in Muſcis demonſtrauimus. Iam verò

A rò Crotonem eundem esse cum Ricino, in primis habemus ex [b] Varrone, apud quem hoc le
» go: Quidam nucibus Græcis, in aqua tritis perungunt catulorum aures, quòd Ricini soleant
» (si hoc vnguine non sis vsus) eas exulcerare; nec non ex Plinio, qui inscripto capiti trigesi-
» moquarto libri vndecimi titulo, de animali, cui cibus exitus non est. Est, inquit, animal eius-
» dem turpitudinis, (subaudi cum Pediculis) infixo semper sanguini capite viuens, atq; ita in-
» tumescens, vnum animalium, cui cibi non sit exitus: dehiscitq; nimia satietate, alimento ip-
» so moriens. Nunquam hoc in iumentis (Aristoteles, id priuatim de asino dicit) gignitur: in
» canibus aliquando (quin plerunq;, vt idem [c] alibi, vt subinde patebit, tradidit.) in quibus
» omnia. In ouibus, & in capris hoc solùm. Æquè est mira sanguinis, vt Hirudinum generi in
» palustri aqua sitis. Quanquam autem Ricinum non nominet hîc Plinius, aliàs tamẽ seipsum
» velut explicans, eum nominauit his verbis: Minus miremur hoc, qui sciunt fœdissimum ani-
» malium in quantum magnificent Ricinum, quoniam nulli sit exitus saginæ, nec finis alia
» (alius in manuscripto codice) quàm morte, diutius infame viuẽti. Septenis ita diebus dura-
» se tradunt: at in societate paucioribus dehiscere. (deficere in manuscripto.) Hunc ex aure si-
» nistra canis omnes dolores sedare adalligatum. Suidæ quoq; κροτωνες sunt οἱ τῶν κύνων τὸ
B δίμα ἁρπιζοντες, qui canum sanguinem exugunt. Eiusdem sententiæ est Scaliger. Κροτωνοι
Hesychio sunt eidem, qui κροτωνες, & κυνοπρῆσις ζωόν τι, quoddam animal, tale proculdu-
bio, quale βεπρῆσις, canibus nimirum ea mala inferens, quæ illa bobus. Inuenio item apud
[d] Homeri Scholiastem τριβίκια pro κροτωνες, citaturq; in veteri Lexico. [e] Vincentius ex au-
thore de natura rerum Engulam vocari scribit. Engula est Vermis à re nomen habens. Ha-
bet enim semper in sanguine caput, continueq; fugens ita intumescit, vt medius crepet. Non
enim exitum superfluitatis habet. Hoc à quibusdam Pediculus agrestis dicitur. In iumentis
nunquam, sed in lupis & canibus frequens. Sic ille. Hispanis dicitur Rezno, & Garapata,
Germanis Hundsslaus, Zack, Holtzbock, Belgis Hondtsluijs, quasi Pediculus canis, Gal-
lis teste Ruellio Gallo Thiques. Cùm verò duo Insecta prorsus inuicem & colore, & magni-
tudine, nec non figura differentia Ricini dicantur, vtrumq; rusticis nostris notissimum, vnũ
paruũ, nigricans, figura Plactulę siue Pediculi inguinalis, alterum magnũ, rotundum ac quasi
orbiculare, illud Cecca vulgò, hoc Cosso vocatum, meo iudicio illud postremum Ricinus est
veterum, etenim Dioscorides Crotonis herbæ semina Crotonis siue Ricini animalis figu-
ram exactè repręsentare scripsit; vnde vel quiuis videat doctissimum virum Scaligerum Cec
C cam nostram cum veterum Ricino implicasse. Homini, inquit, Ricinus innascitur è sordibus
» in barba, alis, inguine. Estq; id quod canibus Cynoraistes. Crotonem Græci communi cum
» Arabicæ Keruæ seminis nomine, Galli Platam vocant: cùm tamen turgidus & globosus sit.
» Admiranda natura: à qua vos materiales (omnia enim cum Alexandro vestro ducitis à qua-
» litatibus elementorum) admoneri æquum est. Vt videamus ad quem materiæ, vel defectum,
» vel confusionem confugiatis. Hoc animal cùm cibi habeat aditum, excrementi exitum non
» habeat: scio, vobis quid sit comminiscendum. Defuisse Naturæ fubulam, qua illi eam par-
» tem terebraret. Iccirco Italia cùm id animal Cæcam vocet: maiore fide fuisse excogitandum
» illis nomen arbitror: quo alterius, quàm oculorum, loci cæcitas declararetur. Cæterùm Ci-
» cam primùm dictam reor, quia Cicy Croton sit. Sic Scaliger. sed Plata plurimùm, vt dixi à
Crotone differt. Deceptus autem fuit Scaliger cæco animalis exitu excrementorum. Hoc
enim cùm vidisset fortè in canum Plata, ex eo Crotonem esse iudicauit, solùm id vtriq; conue
niat animanti canibus infesto. Postremò Plata canis plurimùm differt à Plata hominum. Ri-
cinum multi talpæ inimicum esse scribunt: sed de animali ne an de herba intelligẽdum id
D sit, necdum didici. Alibi [f] Scaliger Ricinum scribit neq; gignere, neq; gigni: item [g] alibi
etiam viuere non posse, nisi in alijs animantibus. quod postremum verissimum est, de priori
sententia dubitari potest. Etenim [h] Aristoteli Ricinus Pediculorum genus esse videtur, Pe-
diculus autem quomodo generetur, fusiùs suprà explicauimus. Sed verum tamen est, quod
dicit Scaliger, non gigni scilicet è suo genere, quoniam Ricinus, vbi sanguine satur est, quod
exitum non habeat, rumpendo moritur, & nihil procreat. Ortus enim eius est ex animantis
excremento, iuxta philosophi mentem. An verò etiam in herbis nascuntur? Obseruaui enim
sæpe in canibus, quòd cùm domo egredirentur, prorsus Ricinis carerent, redeuntes verò ex
agris vbi frequentior, spissiorq; altiorq; herba erat, ijs infecti essent vtroq; genere, & magno
& paruo. Nigidius teste Plinio fugere tota die canes conspectum eius qui è sue id animal
euulserit, scriptum reliquit.

[b] *Lib. 2. de Re rust. c. 9.*

[c] *Lib. 30. cap. 10.*

[d] *In Ody. π.*

[e] *Lib. 20. cap. 130.* Engula.

[f] *Lib. 1. de plant.*

[g] *Lib. 2. de caus. plant. cap. 23.*

[h] *Li. 5. Hist. cap. 31.*

E

# VT FVGENTVR, ET OCCIDANTVR.

CVM verò eiusce modi fœdissimæ, ac tetræ bestiolæ boues, oues q; (vt de canibus taceam,) infestantes, non tantùm noceant illis diu exent q; quo minus impinguescant, vel nobis inseruiant, verùm etiam carnes eorum abominandas, ac nauseabundas reddãt, itaq; haud ab re fuerit aliquot recensere remedia, quibus vel fugẽtur, vel interimantur. Si ergo quadrupedes, & detonsæ oues totæ amurca, sic vt biduum vel triduum consudent, illinantur cum aqua, vbi lupinus deferbuerit, deinde mari vel aqua salsa lauentur, neq; scabræ fient, neque (quod nos requirimus) Ricini erunt molesti. Si veterinum, inquit Didymus, Pediculis obsitum est, aut Ricini hærent, aceris radices tusæ in aqua coqui debent, & decocti iure tepido perfundi, sic vt imber totum corpus proluat: sed villi prius à capite ad dorsi spinam detondendi. Sunt qui solo cedriæ liquore vtantur. Alij mandragoræ radicis decocto consimiliter irrorant. Sed cauendum ne eam degustent, quippe cùm periculum adferant. Alij ciperi radicem decoquunt, & iuris imbre lauant. Ricini quoq; pice liquida cum suilla adipe cocta contacti decidunt: qui manu non sunt vellendi, ne faciant vlcera. Chamæleon niger quoq; teste [a] Plinio Ricinos canum necat.

F

[a] *Lib. 22. cap. 18.*

# MORALE. PROVERBIVM.

[a] *Li. de adu. & amic. discipl.*

[a] LVTARCHVS Ricino & Asilo egregiè adulatores assimilat: quandoquidem vt Asili tauris, Ricini canibus sub aures subeunt, eodem planè modo adulatores, ambitiosorum aures laudibus occupantes, ijsq; adhærentes, non facilè depelluntur. Κρότωνος ὑγιέστερος, Ricino sanior, prouerbium à Suida citatum, nescio in quem sensum. Is enim, inquit ille, Vermiculus vndique est æqualis & planus, nec vllam habet sciſſuram. De ano videtur intelligere, qui in eo desideratur: sed ano carere, inditium sanitatis esse non potest.

G

# VSVS IN MEDICINA.

[a] *Lib. 30. cap. 14. cap. 10.*

RICINI sanguis, inquit [a] Plinius, euulsi è cane psilothrum est. Et antè, hunc ait ex aure sinistra canis omnes dolores sanare ad alligatum. Eundemque in augurio vitalium haberi. Nam si æger respondeat ei qui intulerit, à pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitæ certam esse: moriturum nihil respondere. Adijcere etiam, vt euellatur ex aure læua canis, cui non sit alius, quàm niger color. Aliàs denique idem [b] Plinius Ricini sanguinem igni sacro mederi tradidit. Q. [c] Serenus eundemque sanguinem ad inueterata vlcera, quæ iam in fistulas abiere, celebrauit suis hisce versibus:

[b] *Cap. 12.*
[c] *Cap. 35.*

H

*At si iam veteri succedit fistula morbo*
*Mustelæ cinere immisso sanabitur vlcus*
*Sanguine vel Ricini quem bos gestauerit antè.*

A

# DE PVLICE. Cap. VI.

EX notissimis ac infestissimis Insectis Pulex est, eoq; magis infestus, quò ad fugiendum promptior ac dexterior. Captantem enim celerrimo, quem exercet, saltu eludit, & rursus mordet, nec facilè se capi sinit. Et quia facilè per quoslibet artus saliendo diuagatur, Ouidius, vel quisquis ille fuit, qui elegiam eam de Pulice scripsit, in Pulicem conuerti exoptat. Elegãs verò etiam Pulicis encomium scripsit Cælius Calcagninus: in quo mirè Pulicem celebrat: adeo vt nihil sit tam noxium tamq; infestum humano generi, quod non à felici aliquo ingenio laudari possit. Apud Mexicanos Indiæ populos Pulex pro Deo adoratur.

Pulex pro Deo.

B

# AEQVIVOCA:

EST & Pulex marinus, de quo aliàs. Item Pulex ex Phalangiorum genere, quod Pithece Æliano vocatur, de quo agam inter Phalangia. ψύλλοι (sic Pulices Græcis dicuntur) Psylli Lybiæ populi, qui & ipsi à serpentibus non lęduntur odore suo eos fugantes, & alijs qui læsi ab illis bestijs fuerint, venenum suctu extrahunt. [a] Plinius, Psyllorum corporibus ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, vt cuius odore sopirent eas. Ibidem dicit esse gentem Africæ è Psyllo rege dictam.

Pithece quid.

Psyllorum vis contra serpentes.

[a] *Lib. 7. c. 2.*

# SYNONYMA.

פרעש Paras Hebræis Pulex est. Quidam audaciùs, inquit Pagninus à radice פרש deducentes, Haijm putant insertum, quod insiliat & excurrat ad depopulandum, & sese expandat, ac explicet. Extenuandi se causa Dauid se cani & Pulici comparat. I. Sem. 24. 15. post פרעש Pulicem vnum. In Syrochaldaico dictionario מאכולת Macholeth, Pediculus niger, id est, Pulex. Græcis ψύλλος est, Atticis ψύλλα, vt scribit Scoliastes in Aristophanem. ψύλλα verò frequentiùs in vsu est, & raro ψύλλος legitur. [a] Cælius Calcagninus redditurus huius vocis etymologiam, cùm dixisset non rectè ascribi inuentionem secandi venam hippopotamo, quia Pulex id primum ostenderit mortalibus; atq; hinc, inquit, Græci hominum prudentissimi eum ψύλλαν appellauere, non à breuitate corporis, vt crassiores antiquitatum existimant: sed quòd Psyllorum imitatione exundans sanguinis virus, solo suctu, nullo dispendio, minima cum molestia, leuissimo tantùm pruritu euocet. ψύλλαχας dici τὰς ψύλλας refert Hesychius. Apud Latinos quoq; nullum reperio synonymum. Isidorus à puluere dictum autumat, quòd eo potissimùm nutriatur, generetur potiùs dixisset. Italis dicitur Pulce, Gallis Poulce, Hispanis Pulga, Germanis Floch, Belgis Vlo aut Vloije, Anglis à Flee. A volatu hoc est celerrimo saltu, & fuga tribus hisce nationibus nomen habere videtur.

Paras.

[a] *In Encomio Pulicis.*

Venæ sectionis inuentio.

Pulex vnde dictus.

D

# FORMA. GENVS. SEXVS.

PVLEX notissimum animalculum colorem corporis, in quo est, sequitur. In catellis, in candido dilutiores, in ruffo fului, in nigro nigriores, vt annotauit doctissimus [a] Iulius Scaliger. Mare est fœmina duplo maior. Pulicem verò, etsi tam exiguum animal sit, artifex quidam Africanus aurea catenula reuinxit. Quin tradit idem ille [b] Scaliger ita reuinctum salijsse. Cæterùm Pulicem in collo aureola catella, eaq; prælonga (inquit) vinctum atq; in delicijs habitum haud minori debet esse miraculo: cùm ille saliret aliquando: nonnunquam heræ suggeret delicatulum sanguinem: deinde in lectulo satur sese collocaret. Idem ego à duobus artificibus factum vidi, Belga vno, altero Veneto. Nigua animalculum est minus Pulice, quod

[a] *Exerc. 59.*

[b] *Exer. 326.*

Nigua.

[c] Exe.194.8 quod homines tantùm infeſtat. Pulicellus eſt, inquit [c] Scaliger, roſtro acutiſſimo. Pedes potiſſimùm inuadit, rarò partes alias, non ingredientium tantùm, ſed cubantium quoque. Ideo in ſublime cubant Indi. Frequentiſſimè partem eam quæ ſubeſt vnguibus, lancinant. Quarta die creſcere tumor incipit: tum ad eam turgent magnitudinem, vt Piſum ſuperet. Tumor fœtus eſt Lendinibus candidis, quibus extractis calidos imponunt cineres. Sunt & herbarum pulices, qui raphanis potiſſimùm innaſcuntur, vt infra dicemus.

# LOCVS.

NON in animantibus tantùmmodo locum habent Pulices, ſed per terram in puluere numerosè etiam habitant, in locis cubiculisq; immundis, & deſertis. In Africa, ac potiſſimùm monte Dedes tanta eſt huius peſtis copia, vt quieſcere homines nunquam patiantur, maximè qui eò veniunt, inſueti ita moleſtari. In Inſula S. Thomæ etiam abundant, item in Europa. contrà circa Segelmeſſe Africæ vrbem nulli reperiuntur Pulices.

# GENERATIO.

[a] Li.5. Hiſt. cap.1. DE Pulicum generatione iſthæc legimus apud [a] Ariſtotelem. Quæ per ſe vel in animali, vel in terra, vel in ſtirpe, vel etiam in eorum ipſorum partibus creantur, eademq; maris & fœminæ ſexu diſtincta ſunt, ijs coëuntibus gignitur quidem aliquid, ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit: verbi gratia coitu Pediculorum Lendes dictæ procreantur, Muſcarum Vermiculi, Pulicum, genus Vermiculorum oui ſpeciem referens: ex quibus, nec ea quæ generarint, proueniunt, nec aliud vllum animal, ſed id quod ſunt, ſordes tantùm perſiſtunt. Sic ille, quod ſanè diuerſum eſſe apparet ab eo, quod ſcriptum reliquit eiuſdem libri ca. 31. vbi nimirum non tantùm Pediculos tradit, & Cimices procreare Lẽdes, ſed & Pulices idem facere. Quæ (inquit) ex numero Inſectorum non carne viuunt, ſed carnis viuæ humore aluntur, vt Pediculi, Cimices, Pulices, hæc per coitum generant ea, quæ Lendes vocantur, ex quibus nihil præterea naſci poteſt. Pulices minima quadam putredine naſcuntur, ſedemq; ſui ortus ſordes obtinent aridas. Nunquid itaq; vel Lendes, vel Vermiculos ouorum ſpecie gignant Pulices, necdum obſeruaui. [b] Bartholomæus Anglicus ad priorem ſententiam accedere videtur, dum ait: Quamuis autem non ſit de animantibus, quæ procedunt per manifeſtam ſexus commixtionem: multiplicat tamen ſuam ſpeciem per ouationem; quæ oua quædam in ſe gignit, ex quorum commixtione, vel emiſſione vnicus Pulex multos producit: vnde Pulex albus, quidem naſcitur, ſed quaſi ſubitò in nigrum commutatur. Ego quoq; Lendes nihil gignere, non puto, vt antè etiam ſignificaui. ex puluere verò naſci minimè dubito Pulices, atque id quoque ſcribit Author de natura rerum: Pulices, inquit, atro colore de puluere caleſacto, & poſtmodum humore corrupto procreari dicuntur. Ariſtoteles quoque putreſcens humidum, aut ſiccum Pulicum generationis cauſam iudicauit, quemadmodum hiſce verbis diſertiſſimè ſignificauit: Inſectorum aliqua coëunt, atque ex animalibus eiuſdem generis oriuntur modo eorum quibus eſt ſanguis, vt Locuſtæ, Cicadæ, Phalangia, Veſpæ, Formicæ: aliqua coëunt quidem, & generant, ſed non ſui generis animal, ſed Vermiculos tantùm, neque ex animalibus procreantur, ſed ex putreſcente humido & ſicco, vt Pulices, Muſcæ, Scarabæi. Loquitur & [c] Cardanus de hac generatione: Sunt & animalia exanguia, quæ quia ſanguine viuant, ſanguinea videntur, cuiuſmodi ſunt Hirudines, Pediculi, Cimices & Pulices: hi maximè ſanguinem pro corporis magnitudine hauriunt: qui parui ſunt, maſculi, fœminas maiores frequenter incubare cernuntur: nati vêre, maio pereunt, qui pòſt naſcuntur, ſub hyeme, Auguſto menſe infeſti. Ob id Maius menſis ſine Pulicibus, quòd priores iam intereant, poſtremi nondum adoleuerint.

[b] Lib.18. cap.87.

[c] Lib.7. Var. rer. cap.28.

NATV-

A

# NATVRA. MORES. VICTVS.

SANGVINEM appetit Pulex & carnem, cui & insidet, terebrat, perfodit & exsugit, suctu quin morsu, ac pruritu rubicundum relinquit vestigium; dormire cupientes acri morsu impetit, neq; etiam regibus parcit. Salit potiùs quàm volat, noctu quàm interdiu magis homini molestus est, & nisi vehemens torpor aut grauis somnus mentem obrepat, sese tueri ab eo non potest. Cùm quis manum adhibet, celeriùs fuga dilabuntur, nec nueniri possunt; vbi verò quies esse creditur, celeriùs ad infestandum reuertuntur. Vnde canebat Ouidius vel author ille de Pulice.

B

*Tu laceras corpus tenerum duriſſime morſu*
*Cuius cùm fuerit plena cruore cutis.*
*Emittis maculas nigro de corpore fuſcas*
*Leuia membra quibus commaculata rigent.*
*Cùmq; tuum lateri roſtrum defigis acutum*
*Cogitur è ſomno ſurgere virgo graui.*

Quia itaque morsu suo tam molestus esset Pulex, veteres habebant sua scalptoria, instrumenta in speciem manus confecta, quo pruritus scapularum terebatur, cùm manus eo protendi non possent, vnde carmen est [a] Martialis inscriptum, Scalptorium.

Scalptoria.
[a] *Lib. 14. Epig.*

*Defendet manus hæc ſcapulas mordente moleſto*
*Pulice, vel ſi quid Pulice ſordidius.*

id est Pediculum. Ostendit etiam Philes quantoperè morsibus suis molestus sit Pulex.

C

Τίδ' ἄν ὀνομάζων ψύλλαν ἤδη τις λέγοι,
Σκωλήκιον ἄρ', ἢ ζωύφιον, ἢ θηρίον;
Ὅτι οὖν δὲ φαίνημεν, τοδ' ἁκέ ς' ἄλλο πλὼ'
Δερμὰ αἵματος πλῆρες, ὑπόπουω, ὀξύσομον
Ἐν σρώμασιν λυπηρὸν ἀγρίῳ δάκει. Id est.

*Quid nominando quis vocauerit Pulicem,*
*Num Vermiculum, animalculumné, vel feram?*
*Quòdcunq; dicamus, nihil quàm pellis eſt*
*Cruore ſuffuſa, atq; ſuffulta pedibus*
*Orisq; acuti infeſta morſiunculis.*

Temporibus frigidioribus pigrescunt, vel omnino deficiunt, æstiuis calidisq; vigent maximè, & infestant. Author de natur. rer. scribit. Si frigus circa Iunium mensem fuerit, cito perire Pulices, nec earum prouentum reliqua æstate fore copiosum. Calidis temporibus cùm imminent pluuiæ, maximè mordent. Idem author Pulicem scribit in duas partes diuisum reuiuiscere. Cùm progrediuntur, saliunt more Locustarum, vt tradidit [b] Aristoteles, inquiens: Posteriora crura quibusdam Insectis longiora sunt, vt ambulent melius, & attollantur faciliùs de terra, cùm auolare libet. Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt, vt Locustæ & Pulices. Cùm enim inflexa rursus connixa extendunt, attolli de terra necesse est. Locustæ (sic de Pulicibus dicendum) non parte priore, sed posteriore habent crura ea ad gubernaculorum effigiem condita. Suffraginem enim intus flecti necesse est, quod nulli crurum priorum datum est. Omnibus his seni pedes, ijs etiam, quorum enixu saliunt, connumeratis. Meminit etiam [c] Plinius, licet Pulicem non nominet. Alia rursus, inquit, generantur sordibus aridi soli, posteriorum crurum lasciuia petauristarum. hoc est, vt Hermolaus Barbarus exponit, qualis petauro ludentium aspicitur. Petauristæ autem sunt, inquit Marcellus, quicunq; saltibus vel scenis leuioribus mouentur. [d] Aristophanes Pediculos, Pulices & Culices ait βομβᾶν: quo loco Scholiastes Pulices propriè animalia esse ait aphona, id est, sine voce.

Incessus.
[b] *Lib. 4. de part. cap. 6.*

[c] *Lib. 11. cap. 33.* Petauristæ qui.

[d] *In Pluto.*

# DENOMINATA.

Pulegium. Pyllium.

QVÆ γλήχων Dioscoridi herba vulgaris notitiæ appellatur, Latini pulegium nominarunt, quòd Pulices interimat. ψύλλιον Dioscorides, & ex eo Plinius (Latinè enim psyllium quoque vocatur) nomen inuenisse scribunt, quia semen ferat ψύλλης siue Pulici simile. Conyza verò Pulicaria & pulicaris herba nominatur, quoniam Pulices interimat. Sunt etiam qui hydropiper eo indigitent nomine. ψυλλοτοξόται [a] Luciano dicuntur magnorum Pulicum sessores. Aduenerunt, inquit & à Septentrione auxilia Psyllotoxotæ quidem numero triginta millia. Horum sanè Psyllotoxotæ magnorum Pulicum sessores sunt, vnde & appellationem trahunt: Pulicum verò magnitudo, vt duodecim elephantes. Terra de Pulici dicitur Leandro, quæ Ptolomæo Pintia dicta est, Siciliæ vrbs, Pollucis templo olim clara.

[a] *Lib. 1. Verbist.*

# NOCVMENTA.

QVANTOPERE morsibus suis in homines grassentur Pulices, nemo nescit, pruritum tamen leuem potiùs, quàm dolorem inferunt, contrà ac in canibus qui ex morsibus non parum dolent, quod innuit [a] Dantes facta scilicet inde similitudine.

[a] *In Inferno.*

*Per gli occhi fuori scoppiaua lor duolo*
*Di quà, di là soccorrean con le mani*
*Quando a' vapori, & quand'al caldo suolo*
*Non altrimenti fan di state i cani*
*Hor co' piedi, hor col ceffo, quando morsi*
*Da Pulci son, da Mosche, o da Tafani*

Nec verò animalia solum infestant αἱ ψύλλαι, sed & olera etiam. [b] Theophrastus fruges scribit infestari à Pulicum erosione: & [c] antea dixerat Pulices nasci in raphanis, in brassica Erucas. Quem locum transferens [d] Plinius, napis Pulices (perperam hîc Culices legitur in vulgatis exemplaribus) raphano Erucas & Vermiculos innasci scripsit. Et apud [e] Anatolium inuenio à Pulicibus brassicas magis infestari.

[b] *Li. 8. Hist. plant. c. 10.*
[c] *Lib. 7. c. 5.*
[d] *Lib. 19. cap. 10.*
[e] *Lib. 12. Geopon.*

# VT FVGENTVR,

VARIA, quibus Pulices fugantur, inuenio remedia. Pulices, vt Pamphilus refert, necat aquæ respersus, in qua gith, quod melanthium Græcis dicitur maduerit. Ebuli quoq; radices, & cauliculi in aqua macerantur, vt ipsa spar sa Pulices enecentur. Acetum acre succo mistum hyoscyami fertur olerum Pulices necare si spargas. Aqua decoctionis cucumeris asinini rorata per domum interficit eos. Domus irrorata ex decoctione seminis rapæ, necat Pulices, item aqua tribuli marini eos arcet. Decoctionem rutę depellere Pulices vno ore omnes medici attestantur, nec non decoctionẽ rubi. Nil æquè verò deijcit Pulices, atq; res fortis odoris, velut ruta, menta, mẽtastrũ, allium, lupulus, præcipuè tamen fęces vel vrina equi. Eisdẽ absynthium est venenum similiter, & folia Persicorum, vt ait Constantinus: Colocynthidis puluis cum aqua sparsus per loca vbi Pulices abundant, idem præstat. Pulices etiam muria acris respersa & aqua marina fugat & occidit. Psyllium Pulices, ac Cimices fugat, modò culcitris, ac puluinari imponatur. Author de natura rerũ optimum remedium esse putat aduersus Pulices, si quotidie cùm dormituri sumus, corpus absynthio fricemus, vel eadẽ herba cum oleo decocta corpus perungamus. Fugantur & amurca per pauimenta frequenter aspersa, vel cumino agresti cum aqua trito. Odor crematæ calcis eosdẽ expellit. Si vngatur virgula ex adipe heritij & ponatur in medio domus, omnes eò conuenire Pulices author est [a] Rasis. Idem tradunt alij de axungia simiæ: idem facit paropsis sanguine refertus. Aduersus Pulices in Goa casas suas fimo vaccino inungunt. Necare eos etiam putatur radix anchusę. Saluia contusa & oleo permixta & aceto, illinitur aduersus eosdem. Fel pecoris ex oleo idem prę stat illitũ. Pulegium recens incensum Pulices arcet, inde nomen pulegio. Cunilæ contritę cũ aqua sparsæ eos occidunt. Sanguis hirci si ponatur in fouea quadã in domo, Pulices accurrunt

[a] *Lib. de Animal.*

A runt & moriuntur. Si quis pallio vel alia veste facta ex pelle lupi induatur, nunquam eum attingent Pulices. Lupinorum cremor infusus abigit eos: item ius decoctæ conyzæ perfusum. Hoc Cuculo miraculum, inquit Plinius, quòd quo loco primùm auditur, si dexter pes audientis ibidem circumscribatur, & vestigium id effodiatur, non gigni Pulices, vbicunq; puluis eo vestigio compressus, sparsus fuerit. hæc obseruarunt magi. Quamobrem nonnulli, quoniam Aegyptios animaduerterant de Pulicum defectu describendo solicitos fuisse, quippe origanum in eo significato proposuerant, addidere ipsi cuculum, & humanum vestigium, qua specie Pulicum exterminationem indicarent. Meminit huius remedij quoque Philes Magorum nugas id nominans, cùm aliàs nugas plerumq; pro veris obtrudere nobis soleat.

*Λῆρον κατείποιμ' ἂν μάγων, εἰ δὴ θέμις*
*Τιδρῶν τις ἂν δύναιτο κωλῦσαι τὸ μὴ*
*Αρχὴν γενέσθ' ἐν ᾧπερ ἂν ψύλλας τόπῳ.*
*Κοκκυσμὸν εἰ πρῶτον γ' ἀκούων κόκκυγος*
B *Ὅδε τότ' ἐπιστὰς, δεξιοῦ τ' ἴχνος ποδὸς*
*Κεῖθι περιγράψας, εἶτα τὴν χοῦν ἐξέλῃ.*
*Ὅπου τεθῇ γὰρ φασ' ὅδε κατωρυγμένον*
*Εκεῖ φύεσθαι ψύλλαν οὐδεμίαν ποτέ.*
*Quod si lubet, nugas Magorum proferam,*
*Qua possit, edocens, quis artis machina,*
*Arcere pubem hanc quolibet diram loco,*
*Quod si Cuculi quis audiens, primùm sonos*
*Vestigium dextro quod occupat pede*
*Describat, ac deinde puluerem eximat,*
*Quocúnq; subrutum loco desperserit,*
*Illo creari Pulices nullo ferunt.*

Pro captione Pulicum nihil melius est, quàm impositio pauci bombicij in lecto: quoniam in eo congregantur. Contra Pulices, radicibus ne noceant, Theophrastus docet remedium interserere eruum. Sed ne nascantur Pulices, nullum remedium est hactenus inuen-
C tum. Anatolius olera à Pulicibus non corrodi asserit, si seminibus eorum parum erui inter seminandum admiscueris. Semen sinapis, & rhododaphne feruescunt vnà vt Pulicosis oleribus infundantur. [b] Columella ne Pulex, & Formica maturas segetes erodant & rapiant, allia, cæpas, papauerq; cereale & anetum misceri iubet, & ocimum contundi, sed ipsum audiamus.

[b] *Lib. 10.*

*Sed cùm maturæ flauebit messis aristis,*
*Atq; diem gemino Titan extenderit astro,*
*Hauserit & flammis Lernæi brachia cancri,*
*Allia cum cæpis, cereale papauer aneto*
*Iuugite, dumq; virent nexos deserte maniplos,*
*Et celebres fortis fortunæ ducite laudes*
*Mercibus exactis, hilareisq; recurrite in hortos*
*Tum quoq; pro scisso, riguoq; inspersa nouali*
*Ocima comprimite, & grauibus densate cylindris,*
*Exurat sata ne resoluti pulueris æstus,*
D *Paruulus aut Pulex irrepens dente lacessat,*
*Nec Formica rapax populari semina possit.*

Vulpes Pulicibus vexata est homine prudentior in illis excutiendis. Fœnum enim & leuissimam stipulam ore tenet, aquam ingreditur, ac paulatim genua, mox ventrem, humeros & collum submergit. Pulices interim omnes iam ad caput cùm venere, tum illa sensim quoque caput ipsum mergit, donec Pulices omnes sese in stipulam, aut fœnum recipiant: quod vbi illa factum animaduertit, totam se aquis properè demergit illis prorsus libera. Tradit illud Iorath, & ex eo [c] Albertus, & [d] Olaus Magnus.

Vulpes vt à Pulicibus se liberet.

[c] *Lib. 26.*
[d] *Lib. 18. cap. 31.*

E

# PRÆSAGIVM.

SI ſummã corporis cuticulam Pulices, & Muſcæ ſolito infenſius ſua proboſcide vellicabunt, hominumq; ac iumentorum faciem & oculos ſæpiùs abacti cæſim (quod dicunt) & punctim recurrentes appetunt, breui venturas pluuias nunciabunt. Exhauſtas enim in circumfluum aërem vnà cum vapore humidi ſubſtantifici (quod perpaucum habent) portiunculas qua patet via reſarcire, & reſiccata corpuſcula humectare moliuntur. [a] Ant. Mizaldus.

Pluuiæ præſagium.

[a] *Sect. 1. Ephem. de ſig. plu.*

# PROBLEMA.

F

[a] FRANCISCVS Georgius Venetus Minoritanus quærens, cur Pulices acriùs infeſtant nos in lino, quàm in lana? An fortè, inquit, decipitur ſenſus? Sed quomodo poteſt decipi ſenſus in his quæ experimur? An igitur, quia Pulex haurit maiorem fauorem à lino, quàm a lana: cùm ex eodem Aquilonari fonte linum, & Pulex prodeant? Vtrumque enim Arietinum & Martium eſt. Vnde ſicut planetæ robuſtiores ſunt in domibus proprijs, & ſibi conuenientibus, quàm alienis: ſic & animalia in locis proprijs, & ſibi magis conuenientibus robuſtiora ſunt. Hinc [b] Mercurius ſapientiſſimus docuit concordiam lapidum, herbarum & ſiderum, ſymbolum ad inuicem habentium, vt per congeneum ſuum vniuſcuiuſque vis augeatur. Sic ille. Ego verò (ſi modò verum eſt Pulices acriùs in lino, quàm in lana infeſtare, ſecus enim credidere Aegyptij ſacerdotes, qui, vt ex Plutarcho diximus Lino induebantur, quòd ſordes, ex quibus Pulicum ortus eſt, arceat.) id fieri putarem, quoniam linum, quàm lana corpori vicinius eſt, vnde in plicis reperiuntur camiſiarum cùm eſuriunt, ſaturi verò in plicis femoralium, maximè laneorum, in quibus & coëunt, & ouã ſua deponunt.

[a] *To. 6 Sect. 6. de Anim.*

[b] *In tract. de concordia*

G

# EPIGRAMMA.

EPIGRAMMA præſtantiſſimi poëtarum noſtri æui Iacobi Sanazarij, quo Pulitianum Pulicem vocat, & ducem turmarum, exercitusq; Muſcarum.

*Vanas gignantum iras & impetus graues*
*Miratur aliquis audiens mortalium*
*Auſumq; cælo vincula inferre irrita*
*Sæuum Typhoëa, cùm iugoſum Pelion*
*Adderet Olympo matre nec terra ſatum*
*Agnoſceret ſeſe, impium donec pater*
*Iratus ardenti igne ſubſtulit caput*
*Vt par erat: nam quis petat ſanus Deos?*
*At nunc quis hoc, quis hoc ferat mortalium?*
*Iners, puſillus, vnus, heu Pulex ciet*
*Turmas, cohortes, copias, manipulos*
*Muſcarum, & altos ſcandere adparat toros,*
*Heroum, opacis qui ſub vmbris arborum*
*Strati, ac perenni flore ſubfulti caput,*
*Ducunt quietem perpetem, æternam optimam,*
*Nec noſtra curant dicta, vel facta amplius,*
*Vt qui beatos incolant tuti locos,*
*Et nomen alta in arce ſacrarint ſuum,*
*Functi periclis, & malis laboribus*
*Cunctasq; fortunæ improbæ calcent minas*
*Nedum puſilli Pulicis morſus leueis.*

H

At

A *At tu molestè, amare, vesane, impie*
*Pulex, inepti concitator agminis,*
*Quò prorepis te? quò vocas Muscarias*
*Istas phalanges? quò volatiles globos*
*Impellis audax? i procul miser, miser,*
*I criminose maximam in malam crucem.*
*Haud fas quietas manium sedes Deûm*
*Muscas subire, Pulicumq; copias.*
*Nil hîc negoci vel tibi vel pessimis*
*Tuis maniplis: quid moraris impie?*
*Abi profundam in noctem & vltimum chaos.*

# PROVERBIA.

B Ἐπὶ ψύλλας δήξας θεὸν ἐπικαλῶται, id est, in Pulicis morsu Deum inuocat; in eos dictum, qui quantumlibet leui de re grauiter perturbantur, perinde vt in maxima. Tractum ab apologo qui fertur inter Æsopicos. Quidam offensus dolore Pulicis pedem mordentis subsedit & Herculem ἀλεξίκακον implorauit. Mox desiliente Pulice, malè precatus est Herculi, qui cùm in tantillo periculo vocatus non tulisset opem, non videri verisimile, eum in grauioribus adfuturum. Simile est quod refert [a] Aristoteles de vehementer timidis, οἵους δεδιέναι πάντα κἂν ψοφήσῃ μῦς, veluti qui metuit omnia, si vel mus obstrepat. Hanc timiditatem appellat θηριώδη, hoc est, ferinam. Pulicum morsus in omni ferè idiomate populorum Europæ, de leuissimo dolore prouerbialiter dicitur. Ἴδιον τοῦ ψυλλῶν ἴχνη nosce Pulicum vestigia adagij vice ab [b] Aristophane effertur, ridente mores philosophorum, qui quaslibet etiam minutias, & res nullius momenti inuestigant, & perscrutantur. Suprà diximus Italorum vulgarem parœmiam esse de Pediculo, Egli scorticarebbe vn Pedocchio per hauer la pelle, id de Pulice nonnulli etiam dicunt, vnde [c] Petrus Nellus illustris Satyricus:

In Pulicis morsu Deũ inuocat.

[a] 7. Moral.

[b] In Nebulis

[c] Saty. 6.

C *Che la caualleria gliè spesso à noia*
*Egli à lei biasmo, ch'altiero è mendico*
*Scortica i Pulci per hauer la cuoia.*

Sunt autem eiusdem fermè sordidi ei animantia Pulex & Pediculus. Vnde etiam Pulicum nuncupatione, humiles rectè, sordidæq; curæ sunt intelligendæ, quibus impliciti vitam agimus anxiam & inquietam. [d] Dauid etiam propheta & rex Pulicem sese vocat ad humiliandum se, hoc est, abiectissimum, & in quo nulla resistendi vis inesset.

[d] 1. Reg. 24. & 26.

# DE LENDIBVS. Cap. VII.

[a] ARISTOTELES ex Pediculis, Cimicibus & Pulicibus Lendes (κόνιδας) nasci rectè quidem scripsit. sed quod ex ijs nihil prorsus procreari dicat, id nos refellimus ea ratione, quòd ex paucis sæpe Pediculis multi subinde pronasci cernamus, & vulgus non tam de Pediculis, quàm Lendibus interficiendis solicitum est. [b] Hieronymus Mercurialis Lendines dici ait paruos Pediculos, qui permanent in capillis. Et Eustathio κόνις est ζῳῦφιον τὶ μικροφυὲς κατὰ ἄτιμον κόνιν, ἀφ' ἧς οἱ φθεῖρες γινῶνται. Occiduntur ijsdem remedijs ferè quibus Pediculi eorum soboles & parentes, priuatimq; aqua marina, mellis intinctu, aqua lithargyrij, nitrum illitum cum terra Samia ex oleo; sulphur viuum cum aceto sandaracato eos tollit in palpebris. In morbis pedum Nicolaus Ceonidas vstas: sed quæ sint nemo explicat, ac ne explicare quidem potest quispiam: sed fortassis comminisci. [c] Turnebus onidas, id est stercus asininum legendum esse iudicat: sunt qui κόνιδας, id est Lendes. Κόνις multa alia etiam significat, vt quilibet in Lexico Græco videre poterit.

D

[a] Li. 2. Hist. cap. 31.

[b] Lib. 1. de morb. cut. cap. 7.

[c] Lib. 18. Aduers. cap. 18.

# DE FORBICINIS. Cap. VIII.

EIVSCEMODI Inſecta vulgo Forbicinæ dicuntur, quòd caudam habeant bifurcatam adinſtar forficis: apud Belgas (vt audio) Oor Vuormen, id eſt Vermes auriculares, ſeu potiùs aures petentes, ſiquidem Belgæ exiſtimãt in aures irrepere, vt cerebrum offendant. Habitant multùm inter vuas, in cauis arborum, foraminibus parietum, ſub lapidibus, ſub terra. Color eis fermè caſtanæus, pedes ſex, corpus oblongum. Quæ prima pingitur, omnium eſt vulgatiſſima, ſed necdum magnitudinem ſuam adepta. Secunda rara & inſolens, capite etiam bifurcato, corpore craſſo, tota ſubfuſca & flaueſcens. Tertia eiuſdem cum proxima ſpeciei, minima, candida. Prima verò in ſecunda tabula, neſcio an è Forbicinarum genere, (alata enim eſt) leucomelana, ſiue nigra & alba, alis expanſis. numer. 2. eadem clauſis alis. Tertia caſtanei coloris caudam habet, & bifurcatam & ſerratam. Num. 4. omnium eſt vulgatiſſima. Quinta omnium minima caudam habet trifurcatam: ſicut etiam ſexta corpore admodum craſſo, magnis & craſſis pedibus, tota nigra. Poſtremo loco pictum Inſectum, è Gryllorum fortè potiùs, quàm Forbicinarum genere, coloris leucophęi, cauda trifida.










DE

A

# DE TALPA FERRANTIS IMPERATI. Cap. IX.



B

FERRANTES Imperatus Neapolitanus diligentissimus, ac eruditissimus aromatarius[a] in naturali sua historia Insectum, quale hîc depingimus, Talpam nominauit, quòd talpæ more pedibus anterioribus ceu manibus terram effodiat: sunt enim pedes vtriusque animantis simillimi. Rusticis Neapolitanis, inquit, Guffolo, dicitur: sed cur, non explicat. Nostri rustici vocant Zuccaram, quos ego secutus Vermem cucurbitarium nominaui. Siquidem cucurbitas quas zuccas vocant, summoperè infestant. Imperatus hortulanis hoc Insectũ apprimè odiosum esse ait propter plurima, quæ stirpibus damna infert, earum radices deuorando. Insectum est quatuor digitos longũ, vnum verò latũ, habitu, corpulentia ferè Locustæ. In tria segmenta præcipuè diuiditur. Caput enim prima sectione ab ea parte, quam pectus libet appellare ventri superstãtem, separatur. Hoc Locustæ ora & faciem ferè anterius repræsentat, sed oculorum medio quidpiam eminens nonnihil conspicitur, quod nasi vices, & locum tenet. Ocelli vtrinq; aterrimi splendentes gagatis in modum: sub his duo velut cornicula oblonga tenuia, forsan ad prætentandum iter extant. Extremo rictu seu fræno alia velut emissitia cornicula seu appendices in articulos, seu internodia quaterna, aut quina ad commodiorem flexum, minora tamen superioribus, intra verò rictũ ipsum, ac oris lateribus aliæ binæ vtrinque appendices, deniq; sub mento vtrinq; vna protenduntur, quibus, vt opinor, tanquam digitis quibusdam alimentum in ore retinet, ac complectitur, & forsan comminuit, ita vt partim dentium munus obeant. Terni vtroque latere pedes. Primi antici lati, tribus articulationibus compacti, quarum extrema velut in digitulos secta est plures acutos serræ dentes referẽtes, cristam galli diceres, aut equitis calcar. Media & postica crura similiter tribus constant articulis, sed hæc maiora & in femore crassiora in altum supra tergũ eleuato medio, seu poplite, anticis longiora, sed minus lata, maiora medijs, hirsutie molli infernè. Venter lanosus octo compactus est annulis. Dorsum vestiunt quaternæ alæ, superiores breues, & latæ, alijs angustis longioribus, & ad caudam ferè extensis incumbentes. E cauda geminum exit spiculum longiusculum ac subtile. Cum Gryllo Locustæ specie affinitatem quandam habere videtur, estque colore ferè per totum subcastaneo.

[a] *lib. 28. nat. hist.*

Descriptio.

C

D

# DE SPONDYLI. Cap. X.

EIVSDEM cum præcedenti Insecto generis esse videtur, quod Spondylis Georgio Agricolæ in doctissimo suo de animalibus subterraneis libro dicitur, quanquam eam vocem in hoc quo ille vtitur, significato nullibi inueniam, Spondylis (Σπόνδυλη. Gaza verticillam vertit) Aristoteli serpentis genus. Plinius[a] tamẽ, serpentem licet etiam faciat, radicum pestem esse innuit, dum ait: Ex animalium quidem cęterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta Spondyli, quæ omnes persequitur genus id serpentis est. Sed audiamus quid de Spondyli scribit Agricola: Spondylis autem Vermis, inquit, intra terram reperiri solet, ita circa radices conuolutus, vt verticelli, quod Græci σπονδύλον vocant, speciem præseferat, vnde nomen inuenit. Ei longitudo, & crassitudo minimi digiti: caput rubrum, reliquum corpus album, nisi quòd supernè sit aliquantum nigrum, vbi cibo, quem sumit,

[a] *lib. 27. 37.*

Descriptio.

mit, turget: quæ hortorum pestis, cùm nec careat pedibus, nam sex habet, nec serpat, tamen E
Plinius scribit, genus id serpentis est, radices herbarum totas consumit, fruticum corticem, quo radices eorum obducuntur, tantum abrodit: quinetiam edit radices cucumeris asinini, chamæleontis nigri, centaurij, peucedani, aristolochiæ, vitis sylvestris, cùm aliud animal eas non attingat.

# DE SCORPIONE. Cap. XI.

## AEQVIVOCA.

Scorpio piscis.

Σκορπίος Græcis, & Latinis Scorpius siue Scorpio varia significat, quemadmodum in primis apud Aristotelem præter Insectum, de quo futurus est sermo, etiam piscem, qui bis anno parit, cuius fœmina vocatur σκόρπις, & σκορπαίνα, vt nonnulli volunt: sed Athenæus dubitat, nunquid Scorpius, & Scorpis ijdem sint Aristoteli, aut diuersi. Massilienſibus Scorpeno nominatur. Bellonius vbique suum nomen retinere ait; Græcum tamen vulgus Scorpidi pronunciare, ad Scorpænæ differentiam, quam, inquit, Scorpinam nominare solet. Genuenses, eodem teste, Scorpionem Scorpium dicunt, Scorpænam verò Strafinam, quam ait esse cineream, cùm Scorpius sit ruffus, & multò maior: præterea hic pelagius, & saxatilis est, illa palustris, & cænosa. Dicitur autem Scorpius piscis non à Scorpij terreni formæ similitudine, sed quòd sit πληκτικὸς, vt ex Aristotele citat Athenæus, [a] vbi perperā πλυκτικὸς legitur pro πληκτικὸς: ideſt, quòd pungat & feriat, venenumque effundat Scorpij terreni ritu: quod indicat etiam Plinius [b] his verbis: Sic & Scorpio lædit, dum manu tollitur: tot enim aculeos habet in capite, vt sine noxa tractari non possit, nisi cauda arripiatur, vel duobus tantum digitis medium corporis apprehendatur. Plura de huius piscis natura dicam in historia aquatilium. Scorpionis item, siue scorpij nomine inuenio diuersas quasdam plantas, de quibus omnibus dicemus inter denominata. Est & signum cœleste, quod cùm Græci, tum Latini Scorpium vocant. Antiquis Latinis nomine nepæ etiam dicitur, quanquam & cancrum & gammarum sub hoc nomine lingua nostra intelligat. Gammarus autem propriè est cancer caudatus, cancer verò rotundiore forma, & sine cauda est, & quia cauda nonnullis putatur ceruix, prouerbium natum, vt retrocedentes more gammari ambulare dicantur, & hinc Plautus à Nonio Marcello allegatus, retrouersum cedam, imitabor nepam: Sed Cicero ab eodem citatus Scorpionem sub nepæ nomine dici ostendit, cùm ait, natare Anaticulas, volare merulas, cornibus vti videmus boues, nepas aculeis. Item in Arato.

F

[a] Lib. 7.

[b] Lib. 32. c. 11.

Plantæ Scorpij dictæ.

Scorpius signum cœleste.

G

Gammari more ambulare.

*Atque oculos vrget pedibus pectuſq; nepai.*

Columellæ quoque de Nepa haud infrequens est mentio. Festus autem ait: Nepa Afrorum lingua Sydus, quod cancer appellatur, vel vt quidam volunt, Scorpius. Plautus:

*Dabo ad parietem, imitabor Nepam,*

Nepa quid.

Ex horum itaque authoritate, Nepa tam Scorpius, quàm Gammarus caudatus est, cancer verò sine cauda, & rectè. vterq; enim chelas caudamque gerit. Similitudo autem chelarum in gestu dissimilitudinem habet, & hinc Ouidius facta de Scorpio mentione ait:

H

*Sæuaq; circuitu curuantem brachia longo*
*Scorpion atq; aliter curuantem brachia cancrum.*

Virgilius quoq; Scorpium brachijs vti dixit, de eodem sidere loquens:

*Tibi brachia contrahit ardens*
*Scorpius.*

Chelæ quale signum.

Asclepiadeus poëta scholasticus ipsum Scorpium vocat chelas, cùm tamen confundi non debeant chelæ, & Scorpius: nam chelæ, etsi quasi pars quędam videantur Nepæ siue Scorpionis, tamen duo diuersa sunt signa: chelę etenim ipsum Libræ sunt signum teste Arato:

παρθένος αἰδ' ἐπὶ οἱ χηλαὶ καμ' σκορπίος αὐτὸς

*Virgo & prope eam chelæ, & Scorpius ipse*

Scorpij fabula.

Scorpius autem idcirco in cœlum translatus esse fingitur, quòd Orion cùm venaretur, iactare ausus esset se omnia quęcunque ex terra orirentur, interficere valere: quare terram indignatam, Scorpium maximum emisisse, qui illū interficere conaretur. Iouem autem vtriusq;

animum

A animum admiratum, Scorpium inter astra collocasse, vt species eius hominibus documento esset, ne quis eorum aliqua re sibi confideret: Dianam autem propter studium Orionis, petisse à Ioue, vt idem sibi beneficium daret petenti, quod terræ vltrò tribuisset, Orionemq; in cœlum acciperet. Ita igitur fuit constitutum vt cùm Scorpius oritur; Orion occidat. Quam fabulam sic breuiter complexus est Nicander. [a]

[a] *In Alexipharmacis.*

*At verò algificum Titania virgo creauit*
*Scorpion, armatum stimulo, caudaq; timendum.*
*Bœoto pœnas ex Oarione reposcens,*
*Sacram auso manibus vestem temerare Diana*
*Qui latitans parui caco sub formice saxi,*
*Duram improuiso violauit vulnere calcem:*
*Cuius ob id tanquam venantis in astra relatum*
*Sidus, & immotum magno fulgore coruscat.*

Sidus istud Plotinus [b] dici Scorpium ait, quoniam tunc aër primo frigore pungit. Quare aliam causam respexit Virgilius, dum ardentem vocaret, quia nimirum Scorpius iste Martis B domicilium est, & signum libidinosum, adeo vt quidam Grammatici luxuriosos pro libidinosis ponentes, dici à Nepa nepotes putarunt, vt

[b] *Ennead.2. cap.2.*

Nepotesvn de dicti.

*Pentalobum scurram, nomentanumq; nepotem,*

cùm acutiores alia via hoc tractum referant testimonio Festi. Infestum fertur esse hocce sidus genesi iuxta mathesin, idcirco dicunt physici, qui sub Scorpio nascitur, cito mori. In quo ferè sensu Horatius: [c]

[c] *lib.2.Car. Od.17.*

*Seu Libra, seu me Scorpius aspicit*
*Formidolosus, pars violentior*
*Natalis horæ, seu tyrannus*
*Hesperia Capricornus vndæ.*

Alij nepotes Nepas, siue Scorpios vocari putant, quoniam vt Scorpij liberos suos deuorant teste Plinio, [d] vno solo relicto, sic illi bona dilapidant, & decoquunt sua. Ioannes Meursius scribit in suis criticis exercitationibus Scorpiones à Latinis appellari homines feroces, & asperos. Σκορπίος quoque secundum quosdam dicitur coma plexilis puerorum cincinnus cri nium in acumen desinens, idq; in pueris, vt in fœminis κόρυμβος, in viris κρώβυλος. Est item C Scorpio tormenti bellici genus, quod Cæsar quoque Scorpionem vocat. Scorpiones, [e] vt inquit Vegetius, dicebantur, quos nunc manubalistas vocant, ideo sic nuncupati, quòd de paruis subtilibusq; spiculis inferant mortem; Græci frequentius vtuntur diminutiua voce σκορπίδια. Scorpionibus, & catapultis sagittas mitti solitas, balistis iaci lapides docet Vitruuius, [f] Ammianus Marcellinus [g] contrà Scorpionibus lapides, balistis sagittas mitti tradit. Ego sagittas Scorpionibus missas putem: nam apud Vegetium [h] sic lego: Per Scorpiones, spiculis, saxis item grauioribus per onagrum destinatis, non solùm equi eliduntur, sed etiam hostium » machinamenta frangũtur. Et Nonius Marcellus Scorpionem genus teli esse dicit: alij à No- » nio minus dissidentes Scorpionem sagittam, sed veneno oblitam esse aiunt, quæ virus quo » figitur, infundit, vnde & Scorpio nomen accepit. Ex quo item Isidorus, [i] Scorpio, inquit, est sagitta venenata arcu, vel tormentis emissa, quæ dum ad homines venerit, virus quo figit infundit, vnde & Scorpio nomen accepit. Scorpiones huiusmodi à Scythis originem traxisse » arbitror; illi enim viperea sanie, & humano sanguine tinctis sagittis, quolibet vulnere, leui licet tactu, sed irremediabili illico mortem afferunt, de quibus Lucanus;

[d] *li.11.c.25* Homines feroces.
Coma plexilis.
Tormẽtum bellicum.
[e] *Lib.4.* Scorpidia.
[f] *lib.10.cap. 15.16.*
[g] *li.25.et 24*
[h] *Lib.4.*
[i] *lib.18.c.8.*

*Spicula nec solo spargunt fidentia ferro*
*Stridula, sed multo saturantur tela veneno.*
*Vulnera parua nocent, fatumq; in sanguine summo est.*

Verùm siue Scytha siue Cretensis, vt voluit Plinius, [k] siue alio cœlo genitus fuerit, qui Scorpionem primus ad mittendas sagittas inuenit, aut proditor sanè fuit, aut nocendi auidus, aut metuens hostis: cogitauit enim, quod idem Lucanus inquit:

[k] *li.7.c.56.*

*Longè tendere neruos*
*Et quò ferre velit committere vulnera ventis.*

Inter flagella veterum erant etiam hamata; quare Scorpiones dicebantur, quia veluti Scorpiones caudis lædunt, sic & flagellorum extremitatibus, & apicibus fœuæ addebantur appen » dices, quibus cutis mirificè laniebatur. Hæc intelligit Isidorus, dum ait: Scorpio est nodosa, » & aculeata virga, quia arcuato vulnere in corpus infligitur. Postremò monticelli ex lapidibus congestis, qui monticelli pro terminis erigebantur, ab authoribus de agris limitandis, vocantur Scorpiones, quia in metam desinebant. Σκορπίος enim etiam Græcis appella-

Scorpio flagellũ quale

tur,

tur, quicquid in metam ac conum faſtigiatum eſt, vnde & tutulus in pueris ita vocabatur, E vt dictum eſt.

# SYNONYMA.

Acrab. עקרב Acrab eſt Hebræis Scorpio. Quidam ר inſertum putant, inquit Pagninus, ab עקב calcaneo, quòd calcatus pungat, & feriat. Apud Arabes Hacharab, Harrab, Scorpio eſt, in continenti Raſis Conches, in Pandectis etiam Satocakon, Hatarab, Acrab, & AKrol. Græcis Σκορπίος dicitur, Dioſcoridi σκορπίος χερσαῖος ad differentiam marini. Dici autem volunt

Etymum. σκορπίον παρὰ τὸ σκαιῶς ἕρπειν, ideſt, quòd flexuosè ſerpat, vel vt alij, παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰόν, hoc eſt, quòd venenum eiaculetur. Ad quod nouiſſimum etymum reſpexit Iſidorus, Scorpium dictum eſſe ſcribens Græcè ex eo, quòd caudam figat, & arcuato vulnere venenum » diffundat. Apud Latinos etiam, vt apud Græcos ſynonymia caret: inuenio tãtummodo pro Scorpio O'κτωπους, quòd octo pedes habeat, & apud Heſychium, Βλήσας, Scorpio terreſtris. Latinis, vt Plinio Scorpius, & Scorpio indifferenter appellatur. Italis Scorpione, Hiſpanis F Eſcorpion, aut Alacran, Germanis, & Gallis Scorpion, Belgis Scorpioen, Polonis Skorpion, niedzuviadek, Vngaris Scorpio, Anglis à Scorpion. Ex quibus patet idem ferè vbique nomen obtinere terrarum in Europa.

# GENVS. DIFFERENTIAE.

Scorpio cur ſerpẽtis genus dixit Celſus.

SCORPIONES Cornelius Celſus inter ſerpentes recenſens à nonnullis temerè reprehenditur, nam hoc ideo ab eo factum, quòd ſolus inter inſecta Scorpio venefico ictu caudæ, quam per terram trahit ſerpentinum more, hominem interimat, quanquam Scorpiones, vt poſtea patebit, vbique terrarum non ſint virulenti. Aelianus * nouem eſſe Scorpionum genera ſeſe accepiſſe ſcribit, album, ruſſum, fumoſum, nigrum, viride, vẽtricoſum, aliud cancro ſimile, infeſtiſſimum omnium flammeum vocari, aliud etiam dici alatum eſſe, & duplici aculeo armatum, aliud denique quod ſeptem haberet internodia. Cæterùm Aelianus G nouem iſthæc Scorpionum genera videtur confundere perperam intellecto Nicandro, nam è viridi & ventricoſo duas facit diſtinctas ſpecies, cùm vnam tantùm faciat Nicander, præterea diſtinguit alatos ab ijs quos flammeos appellat, qui flaui ſeu ruffi ſunt, hos Nicander igneo colore eſſe ait, cui octo ſunt genera Scorpionum, quæ etſi diuerſa accidentia inducãt, in nullo tamen diſcrepare videntur, niſi quòd aliqui diuerſis coloribus ſunt præditi, aliqui verò ſimilitudinem quandam cum cancris habent. Primum itaque albicat, & ut Nicander aſſerit, minimè lethale eſt. Secundum eſt ore ruffeſcente; tertium nigreſcit; quartum colore eſt ad viride inclinante, quintum liuido pallidouè colore eſt, amplo ventre diſtentoq; nam eſt inexplebili, ſextum marino cancro littorali ſimile eſt, non propterea abſque cauda putandum, ſed quòd cæteris rotundius magis ſit, & eodem cum cancro colore, quemadmodum etiam cum de ſeptimo genere loquitur, quod paguro comparat, qui ſpecies eſt cancri, qui teſta tegitur dura, valida & horrida ob appendices quaſdam acutas, in quo ſimile illi eſſe ait. Octauum genus melichloron eſt à colore melleo dictum, ſummæ caudæ nodus in hoc genere niger eſt, alas habet Locuſtæ ſimiles. Sed ipſum Nicandrum Latinum redditum audiamus: H

* *Lib. 6. de Animal. c. 20.*

Aeliani error.

Scorpionũ genera ſecundum Nicandrum.

Scorpio melichloros.

1 *Inde dolorifica cantandus Scorpio cauda,*
*Et tetricæ illius ſpecies, qui primus eorum*
*Albicat, haud mala, nec mortalia vulnera figit.*
2 *Sed rutilis quem fortè genis ſplendere videbis,*
*Hic calidas flammas, flagrantemq; incutit actum,*
*Quo detenti homines, horrore & frigore quodam*
*Concutiuntur, vti qui febre ſitiq; laborant.*
3 *Luridus apparens, trepidantes vulnere motus*
*Fert percuſſo homini, bipatenti qui oris hiatu*
*Vt ſolet attonitus, vel vanus morio, ridet.*
4 *Eſt viridans alius, qui quem percuſſerit, illi*
*Mox tremulum horrorem cict, & penetrabile frigus,*

*Alq;*

A *Atq; acri corpus se aspergi grandine sentit,*
*Supremus rapida quamuis Sol lampade flagret.*
*Tam grauis, & tanta est facta hoc afflictio noxa,*
*Cuius nexa nouem iuncturis horrida spina*
*Extremo nocuum iaculatur acumine virus.*
5 *Luridus est alius grandi qui cernitur aluo,*
*Nam rosea vescens manet insaturabilis herba.*
*Quæ ferit, infuso depascit membra veneno,*
*Et licet exiguo tamen inguina subleuat ictu.*
*Tam malus, & vehemens infixus aculeus illi est.*
6 *Deprendes aliud genus assimilante figura*
*Octipedum cancrum, qui albentes incolit algas*
*Extremosq; maris carpendo pabula fluctus.*
7 *Incuruis quidam similes etiam esse paguris*
*Cernuntur, maiore alios qui corpore vincunt.*
B *Chelis, forcipibusq; aquè solidi atque paguri,*
*Qui saxosa tenent timidi caua, quin etiam illi*
*Hisce suum ducunt, sed non genitoribus ortum.*
*Nam camuras quando sua nempe cubilia, rupes*
*Destituere, nec algosum propè littus oberrant,*
*Insidiosus eos timidis piscator in vndis*
*Extrahit: hac vbi se senserunt fraude teneri,*
*Confestim subfossa petunt à muribus antra,*
*Noxia vbi illorum soboles nutritur, ibiq;*
*Euectis è corporibus damnata propago*
*Ista per erumpit formamq; foramina sumit.*
8 *Inde melichlori species venit vltima, cuius*
*Summum ventriculum multa fuscedine nigret.*
*Fundit in extinctum, quos percutit ille, venenum,*
C *Excretisq; viris longè infensissimus hostis,*
*At paruos natu pueros celeri nece perdit,*
*Alitibus similis, quæ rodunt farra, Locustis*
*Quæ super extremas solita se tollere spicas*
*Extritam illarum planè populantur aristam*
*Pedasios per agros vagæ inhorrentesq; corymbos.*

Hęc itaque Nicander, Apollodorus quoque teste Plinio [b] nouem genera descripsit per colores quos Plinius superuacuos iudicat, quoniam non est scire, ait, quos minimè exitiales prędixerit. Virides Scorpiones apud Valentinos aiunt nasci in siliquarum arboribus, In India occidentali verò, qui prona parte lutei sunt, supina nigri. Est in magnitudine quoque differentia. In Tonerisa Insula ex Canarijs vna nascuntur Scorpiones, qui viribus, & magnitudine superant eos, qui sunt in Turcia, ex quibus fit oleum præstantissimum ad eorum ictus. In solitudinibus Brachmanum referente Cedreno reperinntur Scorpij bicubitales, & Formicę palmi magnitudine. Nicolaus à Nicolais in suis in Indiam nauigationibus scribit eo in loco, vbi Christiani à Turcis venduntur, (locus Bezar dicitur) sese vidisse Scorpionem flaui coloris, digiti longitudinis. Circa Hierosolymam, & per totam Syriam aiunt magnos esse Scorpiones, sicut sunt apud nos cancri fluuiatiles, quos gammaros vulgo nominant. Albucasis [c] quosdam Alhatrakay, aliàs Altraham vocat, inquiens multos, & paruos habere pedes, & assimilari radici polypodij, atque esse longos palmum circiter, eorumque alios esse rubeos, alios citrinos, aliquos virides, videriq; habere bina capita, cùm alioqui vnum tantummodo habeant. Pluribus testante Plinio [d] sena sunt caudæ internodia, quibusdam tamen septena, quos sæuiores esse constare dicit. Sunt & Scorpij duplici aculeo in cauda præditi, quasi non vnus, inquit Cardanus, [e] sufficeret ad nocēdum: item geminos quibusdam esse aculeos apud Plinium author est Apollodorus. Sed vt de alatis etiam aliquid dicamus, tales enim ex Nicandro memorauimus, Pammenes, vt refert Aelianus, [f] in eo opere quod de feris venenatis scripsit, alatos tradit Scorpiones in Aegypto nasci duplici aculeo armatos, & id quidem ipsum ait se non auditione accepisse, sed ex sese hanc historiam profiteri. Et apud Prasios tradit Megasthenes apud Strabonem, [g] Scorpios pennatos esse magnitudine admirabili. Alati & magni item reperiuntur in Palimbotra Indiæ regione. Addit Ælianus [h] Megasthenem in India

[b] li. 11. c. 25.

Scorpiones virides.

Scorpiones maximi.

[c] Part. 2. tractat. 2. ca. de Scorp.

[d] li. 11. c. 25.

[e] lib. 7. de varietat. rer. cap. 28.

[f] lib. 16. c. 42

[g] lib. 15. Geogr.

[h] li. 16. c. 41.

India dicere Scorpiones alatos, eoſdemque maximos procreari, & ſimiliter aculeis atq; Europæos pungere: imò Strabo etiam ipſe eos alarum opera, nunc hanc nunc aliam regionem petere affirmat, & Diodorus Siculus ſcribit Scorpios [i] traduci à mari in continentem in Ægypto. [k] Pauſanias volucres ſeſe ſerpentes, nuſpiam ſpectaſſe profitetur, ſed vt reperiri tamen credat, eò maximè ſe adduci ait, quòd homo Phryx Scorpium in Locuſtarum modum pinnatum in Ioniam attulit. Et Cardanus [l] aſſerit ſe quandoque magno timore à Scorpio alato tactum fuiſſe, non tamen pupugiſſe, nec mali quicquam paſſum fuiſſe, idq; in agro Patauino iuxta oppidum Saccenſe; vnde Italiã eo malo carere dicere non poſſumus, niſi aliunde inuolaſſe dicamus. Alatorum Scorpionum Plinius [m] quoque meminit his verbis. Hoc „ malum Africæ volucre etiam Auſtri faciunt pandentibus brachia, & remigia ſubleuantes. „ Apollodorus planè quibuſdam pennas ineſſe tradit, Sic ille, addens ſæpe Pſyllos, qui reli- „ quarum venena terrarum inuehentes quæſtus ſui cauſa peregrinis malis impleuere Italiam, hos quoque importare conatos eſſe, ſed viuere intra Siculi cœli regionem non potuiſſe: videri tamen aliquando in Italia, ſed innocuos, multiſque alijs in locis, vt circa Pharum in Ægypto. In Scythia interimere etiam ſues, alioquin viuaciores contra venena talia, nigras quidem celerius, ſi in aquam ſe immiſerint. Cęterùm dubioſa hæc ſunt, an de alatis, aut non alatis ea tradat Plinius: ſi enim de alatis intelligi velit, aduerſatur Ariſtoteli, ex quo poſteriora verbo ad verbum mutuatus eſt, ſin de non alatis, ſuperiora falſiſſima ſunt; Italia enim Scorpiones alit plurimos, de quibus nunquid exitiales ſint, diſputationem apud authores reperio. Etenim Hieronymus [n] Mercurialis videns Theophraſtum [o] ſcribere, hominem à Scorpione ictum, non interire, contrà Galenum ſcribere, interire, exiſtimat Theophraſtum loqui de Italicis Scorpionibus, & alijs quibuſdam, quos innocuos eſſe, inquit, Plinius affirmat. Baldus Angelus verò Abbatius, qui eandem quæſtionem agitat, potius dicendum arbitratur, vniuerſales propoſitiones contrarias omnino falſas; videlicet omnes homines à Scorpione ictos interire: nullos homines à Scorpione ictos interire: quoniam nõ omnes intereunt, quare particularis omnis propoſitio vera. Non omnis ictus interit. Aliquis ictus interit. Vel ambo hi vniuerſaliter falſa ſcripſerunt, vel particulariter vera ambos enunciaſſe eſt credibile: ſic etiam videntur contraria quandoque dicere ſcriptores. Hæc ille: cæterùm quibuſdam locis mortem afferre Scorpiones, ſicut contrà innoxios alibi eſſe veriſſimum eſt, idque teſtatum reliquit non obſcurè communis præceptor Ariſtoteles [p] morum diuerſitatem à locis etiam effici demonſtrans, morſus itidem belluarum ex locorum diuerſitate plurimùm differre, argumento quod in Pharo, lociſque alijs Scorpiones non lædant, at alijs, & præcipuè in Scythia multi, & magni, & nocui ſunt: & ſi vel hominem, vel quamuis beſtiam percuſſerint, interimunt. Nec ſues euadere poſſunt, quanquam cæteros virulentos ictus minimè ſentiunt, & nigri eorum potiſsimùm interimuntur. Quiſque tamen celerrimè interit, ſi ictus adierit aquam. Plinius [q] quoque cùm locutus fuiſſet alibi de animalibus, quæ indigenis innoxia, aduenas interimunt, contrà, inquit, in Latmo Cariæ monte Ariſtoteles tradit à Scorpionibus hoſpites non lædi, indigenas interimi. Alexander ab Alexandro [r] legit in Altenio Cariæ monte, vbi Tiraquellus legendum ait Latino ex Plinio, ſed apud hunc habetur in Latmo. Scorpiones in Melitenſi inſula, aiunt non nocere. Athenagoras Argiuus nullum ex Scorpionum, & Araneorum ictu dolorem ſentiebat, vt ſcribit Sextus Empiricus, ſed & Æthiopes [s] illi, qui ex aduerſo Meroes habitant, Hydaſpis fluuij accolæ Scorpios, & ſerpentes, & huius genera alia citra periculum comedunt. Sed vt ad innocuos Scorpios, & nocuos reuertatur oratio, quibuſdam locis, inquit [t] Scaliger, mortem afferunt Scorpiones, alibi ſunt „ innoxij, vt in auitis noſtris ſedibus, qua ſub Noricarum alpium tractu iacent. Totam eam „ regionem, ſine maleficio colunt. Quorum multitudine ſi tibi nota ſit, non ſine admiratione „ obſtupeſcas. Nullum enim penè movebis ſaxum, ſub quo non offendas plurimos. Fœcun- „ diſſimũ enim id animal eſt. Contrà in Ægypto exitioſiſſimos, quales Dioſcorides prodidit, „ haberi ſcribit Proſper Alpinus, [u] noſtratibuſque longè maiores eſſe, colore viridi, claro, nulloſque nigros illic inueniri. Apud Albanos læthiferos morſus inferunt, quoſdam flendo, quoſdam ridendo interimentes, quod ſcribit Alexander ab Alexandro. Cardanus quoque raro putat in Italia exitiales eſſe, deteriores regione, & tempore calido ac ſqualido, vt reliqua omnia venenata. Sed & Scorpionum alij alijs ſunt nocentiores, vt ex Nicandro ſuprà ſcripſimus, cùm genera eorum traderemus. Licet autem in Italia minus venenoſi, minuſque nocui, quàm alijs in regionibus ſint (Scorpiones,) quæ ſub meridie ſitæ ſunt, tamen And. Matthiolus complures ſe vidiſſe ſcribit in Hetruria à Scorpionibus ictos, qui ſæuiſſimas perpeſſi ſunt exercerbationes, & quaſi ad mortem redacti. Contrà in regionibus frigidis idem etiam exiſtimat minus nocuos eſſe, & in agro Tridentino à Scorpionibus ictos nihil,

[i] *Lib. 4. c. 3.*
[k] *In Bœoticis.*
[l] *Lib. 9. de ſubtil.*
[m] *li. 11. c. 25*
Plinij lapſus.
[n] *Lib. 5. de var. lect. c. 6.*
[o] *Lib. 4. de cauſis plãt. c. 10.*
Scorpiones non vbique noxij.
[p] *lib. 8. hiſt. c. 29.*
[q] *lib. 8. cap. vlt.*
[r] *li. 2. c. 17.*
[s] *lib. 1. Pyrrhon Hypo.*
[t] *Exercit. 289. 5.*
[u] *lib. 4. med. Aeg. c. 12.*

A nihil, inquit, noxæ percipiunt, quod tamen euenire aiunt gratia peculiari sibi à Deo impetrata precibus diui Vigilij episcopi quem & patronum præcipuum habent, & aduocatum apud Deum. Tradit Ælianus [x] in Æthiopia Scorpios Sibritas, quos ita indiginæ solent nominare, sese lacertis explere & aspidibus, & Verticillis, Blattisq; omnique serpentium genere, & eorum excrementa calcantes exulcerari. Adeo vt ex victu etiam venenosiores euadere inde arguere liceat. Porrò præter commemorata Scorpionum genera reperitur passim aliud genus exiguum admodum, quod in libris, & charta oritur, cuius binis in locis ipse Aristoteles [y] meminit, nam in quarto de historia animalium, cùm dixisset Scorpium habere bra
» chia quinque bifurcata forcipibus, addit; atque etiam bestiola quæ in libris similis Scorpio-
» ni creatur, Et in quinto eiusdem historiæ. Nec non & alia, inquit, animalcula generantur in
» chartis, aut ijs proxima, quæ in veste, aut Scorpioni, sed sine cauda generantur perquam exigua. Monachus quidam eiusmodi Scorpij genus, [z] credit esse speciem Tarantulæ. Et eodem scribente quibusdam Vinula vocatur. Sed rectius Scaliger [a] Volucellam, quæ obuolat in cel
lis vinarijs, atque vinum, vnde orta est, appetit, Vinulam vocauit. Meminit ibidem Scaliger
B istius Chartarum Scorpionis, & bina eius genera agnoscit, inquiens: In libris nostris duos
» inuenimus (in Vasconia) quales describit Aristoteles, sine cauda. Et profectò eorum alter
» maior, colore subpuniceo, carneo, in ipso Aristotelis codice inuentus est à nobis. In orbem
» adeo celeriter gyrant ij, vt quasi circino perinde circumagi videantur, quod eò magis mirum est, quòd in Vasconia ne cognitus quidem est Scorpio eodem scribente. Monachi, qui in Mesuem scripsere, apud suos, aiunt minimos esse Scorpiones, fabæ magnitudinem non excedentes. In Heluetiæ quibusdam, sed raris locis, vt Rapersuylæ ad Tigurinum lacum minimi visuntur, sed pauci ijque innoxij, quos eius generis esse putant, quos Vinulas vocari dicunt, admodum exiguos, & rubros, vini rosei diluti colore, vnde fortassis etiam nomen traxere.

[x] *lib. 8. c. 13.*

Scorpio li
brachius.

[y] *li. 4. Hi. c. 7 & lib. c. 32.*

[z] *Lib. de spectib.*

[a] *Exercit. 196.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

C

SCORPIVS animalculum est corpore in oui formam obrotundo, pedibus octo, vnde Octopes vocatur, & cauda oblonga, vertebris multis, tanquam articulis coagmentata: vertebrarum huiusmodi vltima, reliquis crassior, & paulò longior est: ad cuius apicem præfixus est aculeus, quibusdam, vt Auicenna quoque scripsit, duplex, cauus, vt mox examinabimus. Caput habet notabiliter exertum, & prominens nullum, ferè ad cancrorum similitudinem formatum. Præter pedes octo, duo alia habet crura, chelis & forcipibus solidis furcata, cæteris pedibus grandiora, fluuiatilibus astacis, & cancris haud absimilia. Color ferè subater, & veluti fuligineus est. Aristoteles [a] Scorpium scribit habere brachia quinque bisulcis dentata forcipibus, cùm bina tantùm forcipibus armentur, vt dixi, quanquam multi id quoque ex Aristotele repetant. Plinius omnium Insectorum solum Scorpium, & brachia habere ait, & in cauda spiculum: brachia autem vocat quos diximus forcipes, quæ Apuleius in cancro furcas, in quorum extremitate forcipes sunt manuum loco: ijs enim,
D quod apprehendunt retinent, dum punxerunt aculeo caudæ. Linguam habent, qua corpora lambunt, & cùm diligant pannos mundos, sese camisijs, & fœmoralibus insinuant, ac iuxta corporum carnes positi, lingua eorum cutem lambere dicuntur, vt refert Gordonius. Tota cauda longa est ad formam ferè rotularum præcariarum, quarum vltima reliquis grandior est, & longiuscula. Ouidius [b] sub sideris nomine sic depinxit.

Chelæ.

[a] *lib. 4. Hist. c. 7.*

Cauda.

[b] *li. 2. Metamor.*

*Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus*
*Scorpius, & cauda, flexisq; hincinde lacertis*
*Porrigit in spacium signorum membra duorum.*

Apollodorus mares gracilitate, & longitudine intelligi author est referente Plinio. [c] Et Auicenna quoq; masculum ait esse extenuatum, & minutum, fœminā verò pinguē, & magnam. Aristoteles [d] agens de Insectorum varietate Scorpioni tribuit aculeum extra prominentem, addens eum inter omnia Insecta [e] vnū lōgo spiculo armari. Alibi aculeū ad pugnā inutilem esse scribit, rationem reddens, quoniam extrà pendet. At verò quæ, inquit, aculeo in aluo

Sexus distinctio.

[c] *li. 11. c. 25*
[d] *li. 4. Hist. cap. 7.*
[e] *li. 4. de part. tib. c. 6.*

armata ſunt, hæc vt animoſa aculeum pro armis obtinuere, qui intra aluum conditus eſt, vt E
in Apibus,& Veſpis,quoniam volucres ſunt.nam,ſi prætenuis fragiliſque aculeus extrà pa- „
teret, facilè corrumperetur: ſed ſi vt in Scorpione diſtaret, onus ita afferret. Scorpio profe- „
ctò quod non volatu,ſed greſſu ſe moueat,caudamq; ſortitus ſit,aculeum caudæ adiunctum „
[f] *li.11.c.37.* gerat,vel inutilem ad pugnam habeat, neceſſe eſt. Plinius [f] hunc Scorpionis aculeum tenui „
fiſtula perforatum eſſe tradit, vnde venenum infundant,ideoque aſpidis,ac ſerpentium den „
tes ſimiliter tenui fiſtula perforatos eſſe iudicat, & ſimiliter venenum infundere. Et mox
Aculeus Scorpij an perforatus. pauculis interpoſitis cùm dixiſſet eſſe quoſdam, qui ſerpentium vnum eſſe dentem,eumque
aduncum, & reſupinari cùm momorderit; rurſus aliquos eſſe qui arbitrentur, tunc decide-
re eum, rurſuſque recreſcere, facilem decuſſu, & ſine eo eſſe quos tractari cernamus, addit
[g] *lib.9.c.4:* etiam Scorpionis caudæ ineſſe eum, & pleriſque ternos. Aelianus [g] pariter Scorpij aculeo
meatum quendam ſinuoſum replicari dici tradit,adeo verò anguſtum,vt viſu non percipia-
tur: in eo venenum gigni continerique, quòd cum illo ferit, mox per foramen,id quoq; mi-
nus quàm cerni poſſit,emanet. Eiuſdem opinionis Nicander fuiſſe videtur, ſic enim ex eius
mente Tertullianus ſcribit in exordio ſui Scorpiaci contra Gnoſticos: Magnum de modico
malum Scorpio, terra ſuppurat, tot venena, quot genera,tot pernicies, quot & ſpecies, tot F
dolores, quot & colores Nicander ſcribit,& pingit,& tamen vnus omnium violentiæ geſtus „
de cauda nocere, quæ cauda erit, quodcunque de poſthumo corporis propagatur,& verbe- „
rat proinde Scorpij ſeries illa nodorum venenata intrinſecus venulas ſubtilis arcuato impe- „
tu inſurgens,hamatile ſpiculum in ſummo tormenti ratione reſtringens. Vnde & bellicam „
machinam, & retractu tela vegetantem de Scorpio nominant. Id ſpiculum & fiſtula eſt pa- „
tula tenuitate, in vulnus, & virus qua figit,effundit.Sic ille,Contra medicorum Coryphæus „
Galenus ſentit, nullum in Scorpionis aculeo foramen eſſe ſcribens. Quis enim crederet, „
inquit, vel à Scorpionibus infixo aculeo, vel à Phalangiorum paruorum ictibus totum cor- „
pus ingenti,& inuſitata mutatione affici,niſi ſæpenumero id accidere videret,præſertim mi- „
nimam quandam ſubſtantiam feris in ipſum demittentibus. Cùm itaque Phalangium ali- „
quem momordit, quamuis paruum ſit animal, exiſtimare tamen debemus venenum ex ip- „
ſius ore in morſum corpus deſcendiſſe. Porrò marinæ Turturis, quemadmodum & terreni „
Scorpionis, aculeus, in partem extremam acutiſſimam illam quidem finitur, vbi nullum fo- „
ramen eſt, per quod venenum deijci poſſit: neceſſe tamen eſt, vt excogitemus ſubſtantiam „
quandam eſſe aut ſpiritalem,aut humidam,quæ, vt mole minima, ita facultate quàm maxi- G
ma eſt. Etenim cùm nuper ictus quidam eſſet à Scorpione, videor mihi videre,inquit, quòd „
grandine percuſſus ſum: eratque omnino frigidus, ſudore etiam frigido accedente: ſed tan- „
dem debitis adhibitis remedijs,non ſine negotio ſeruatus eſt. Itaque Pelops, impoſſibile eſt „
ait,in corpore ſimilem aliquam eſſentiam generari, non accedente cauſa extranea: quæ, vbi „
neruoſam aliquam partem occupauerit, per continuas partes vſque ad neruorum principiũ „
vim ſuam tranſmittit,ſiue id per alterationem (vt ipſe dicebat) fiat,ſiue ſpiritali eſſentia ve- „
luti aura ad ipſum elata: ſæpenumerò enim infigente aculeum Scorpione, aut in neruum, „
aut venam, aut arteriam, manifeſtè videmus percuſſos vehementiſſimis infeſtari accidenti- „
bus. Atqui Scorpionis aculeus totam cutim penetrando ad profundum uſque poteſt perue- „
nire: Phalangiorum verò paruorum morſus ſolam afficit ſuperficiem: vnde conſtat inter- „
dum à ſola cute veneni vim ad totum corpus deferri, quippè tota cutis, & continua eſt, & „
neruoſa. Proinde haud quaquam impoſſibile eſt, cùm ex icta parte per totam ipſam celeri- „
ter diſtributa fuerit veneni vis, eam inde eodem rurſus contactu in ſingulas ſubiectarum „
partium recipi, mox ex illis in alias continuas, atque iterum ex ijs, quæ afficiuntur, in alias; „
cumque ad dominantium partium aliquam peruenerit, tum mortis periculum homini in- H
[h] *lib.6.de locis affect. c. 5.* ſtare, &c. Et pòſt rurſus. [h] Quibus, inquit, nequaquam perſuaderi poteſt exiguum ſuccum „
in parte contentum tantorum accidentium, quæ vniuerſo corpori eueniunt, eſſe cauſam, ij „
omnino immemores eſſe videntur eorum, quæ quotidiè contingunt. Etenim à Phalangij „
ictu totum corpus affici videtur, exiguo veneno per minimum foramen iniecto. Sed longè „
maiori admiratione dignus eſt Scorpionis ictus, qui breui admodum tẽpore grauiſſima in- „
fert accidentia; & id quod inijcitur, dum ipſe pungit, aut perquam exiguum eſt, aut nihil „
omnino, nullo apparente foramine in ipſius aculeo. Atqui neceſſarium eſt, non ſimpliciter „
quia quis perinde quaſi acu punctus eſt, vt vniuerſum ſtatim corpus veluti grandine per- „
cuti videatur, animi ſimul defectione: ſed rationi magis conſentaneum eſt, vt vel à „
ſpiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, hæc eueniant accidentia, &c. Ego ſanè acu- „
leum carere foramine non putem, argumento quòd & in viperæ ſectione ſub dentibus „

veſiculam

A veſiculam offendi, è qua, cùm mordet, venenum effundit. Animaduertendum porrò etiam eſt ne quis Nicandri verſu decipiatur, vbi dicit à cuſpide nouem compagibus Spondylos contineri.

Nicander explicatus.

Τόιῳ δ' ἐπὶ κέντρῳ
Σπόνδυλοι ἐννεάδεσμοι ὑπερτέρω σικυρίης

Ἐννεάδεσμοι enim non eſt ibi ſimpliciter pro nouem nodis poſitum, vt Antigonus, & Demetrius arbitrati ſunt, ſed pro multis, vt ait interpres. Plures.n.quàm ſeptẽ viſi ſunt nunquã, plerunque autem ſex habent. Septem compages habere Scorpij caudam manifeſtum eſt: ſæpe verò nouem pro multitudinis numero ponitur. Quin etiam Nicander idem ἐννεάκεντρον dixit de eo, qui duos tantùm aculeos haberet, quæ quidem opinio eſt Apollodori, & de nodis numero ſeptem, vnicuique cernere volenti facilè conſtabit. Habes hic primo loco depictum Scorpionem fœminam, ſecundo marem, tertio marem alium, ſed longè minorem, & ſubalbidum, quarto alatum, qualem tamen nunquam obſeruaui, ſed iconem ex Mathiolo mutuatus ſum.

B

C




D

# LOCVS.

SCORPIONES ſub lapidibus plerunq; degere vel ex communi adagio notum eſt, ὑπὸ παντὶ λίθῳ Σκορπίος ἴῦδει, *ſub omni lapide Scorpius dormit.* Habitant item in vetuſtis parietibus, vt ſæpe obſeruaui, priuatim in pariete ædium nobiliſſimorum Pepulorum. In Africa in primis ingens, ac pernitioſa Scorpionum multitudo eſt, adeo vt Plinius [a] Scorpionem dirum animal Africæ vocet. Mauritania, alatos alit, & non alatos teſte [b] Strabone. Numidia ijſdem abundat. In Aethiopia, inquit Strabo, [c] vltra Acridophagos regio eſt deſerta, quæ paſcua larga habet, ob Scorpionum multitudinem derelicta. Eundem innuere locum videtur Plinius, [d] dum inquit: Citra Cynamolgos Aethiopas latè deſerta regio eſt, à Scorpionibus, & Solpugis gente ſublata. Meminit itẽ Diodorus [e] Siculus, Aethiopibus, inquiẽs, Acridophagis regio adiacet perampla varietate paſcuorum fertilis, ſed deſerta, & quæ penitus adiri nequeat. Non tamen hominibus à principio caruit, ſed poſtmodum intempeſtiua ex pluuia deſerta eſt, multitudinem Aranearũ Scorpionumq; ferente. Tantam enim harum beſtiarum excreuiſſe copiam ferunt, vt morſibus peſtiferis incolæ vexati patriam deſerere, & ad alia loca confugere compellerentur. Sic ille. Ptolomæus quoq; regionem quandã Scorpioferã vocari ſcribit, quòd ſcilicet Scorpios copioſiſſimè alat. Tinos vna Cycladũ, Ophyuſa dicta, quòd multos alat Scorpiones mortiferos, & ſerpentes varios. In Peſcara Africæ antiquiſſimo oppido maxima Scorpionum copia eſt, à quibus icti continuo moriuntur: quamobrem ciues ferè omnes æſtatis tempore, relicta vrbe, teſte Leone Africano, rus commigrant vbi in menſem vſq; Nouembrem manent. Circa lacum Arratham in India locus deſertus, & eſt, & appellatur, teſtante Aeliano. [f] Eum accolæ & finitimi circunquaq; negant ab initio, & perpetuo habitatoribus caruiſſe, ſed Scorpionum copias infeſtas ſuperueniſſe, & nimium Phalangiorum extitiſſe prouentum illorum, quæ tetragnata nominant. Hanc beſtiolarũ diritatem ex corrupta aqua pluuia generatam aiunt, & incolas primum huius mali impetũ aliquandiu magna patientia toleraſſe, ſed malo iam aucto, cùm paſſim omnis ætatis homines interirent, tandem conſilij inopia, cùm nulla ratione aduerſus totam luem tueri ſe poſſent, deſerta regione, gratum prius, & optimum paternum maternumq; ſolum reliquerunt ſolitarium. Apud eundem Aelianum [g] legere eſt in Aegypto Ibin auem coli, quòd Scorpios, & ſerpentes occidat: Et antè alibi apud Aegyptios [h] ſcribit maximos Scorpios verſari, qui vt percuſſerunt, ſtatim interficiunt, ad quorum vitationem omne cautionis genus Aegyptij adhibent, ſexcentaq; machinamenta moliuntur. Ea Lybiæ pars, quæ ad Auſtrum vergit, arenis repleta, duplex genus Scorpionum habet, inquit Lucianus, [i] vnum terreſtre & pedibus ingrediens permagnum, multis corporum vertebris inſigne: alterum aëreum, & volatile alis tenuibus, cuiuſmodi ferè ſunt Cicadis (τέττιξι, interpres perperam reddidit Locuſtæ) & veſpertiliones. Hinc quoq; Ibin auem eos venari ſcribit Philes, vt in Aegypto etiam Accipiter teſte Diodoro: [k] Aſcẽſus Scorpionis, Hebraicè Acrabbim, mons à Scorpionibus dictus, qui abundant eo in loco, vrbe deſuper ædificata, à quo Acrabatenam ciuitatẽ dictam putat Hieronymus, [l] atque eam eſſe, quam Arabatenam vocat liber Machabæorum, quam inuaſit Iudas Machabæus. In itinere ſecundi diei eorum, qui à Perſicis Suſis in Mediam proficiſcũtur, quòd per magna Scorpionum multitudo, dicit Aelianus [m] naſci dicitur, idcirco Perſarum rex, cùm eò ſuſcepit iter, triduò antè omnibus imperat, vt eos venentur, & ei qui plurimos confecerit, donat munera, niſi hoc fit, locus tranſiri non poteſt: nam ſubter omnem lapidem, & ceſpitem abditus Scorpius manet. Albani mortiferos teſte Bonfinio alunt Scorpiones, & Caſpij ad flumen Alazonium. [n] In Argo copia quoq; Scorpionum eſt, ibiq; Locuſta naſcitur aduerſus Scorpium inſurgens. Alabanda vrbs duobus montibus ſubiecta eſt, ita diſpoſita, vt ciſtæ inuerſæ aſpectum exhibeãt. Vnde Apollonius Malacus, ob hoc & multitudinem Scorpionum ciuitatem carpens dixit eam eſſe ciſtam inuerſam Scorpionibus plenam; nam ea & Mylaſia, ac tota intermedia montana regio, huiuſmodi beſtijs abundant. Narrat iſthoc Strabo. [o] Italia quoq; Scorpios habet, de quibus venenati ne ſint, an nõ, ſuprà dictũ eſt. Circa Neapolim Campaniæ rarò inueniuntur. Romæ plurimi ſunt, & peculiariter intra vrbis mœnia, in monte nimirum qui teſtaceus dicitur. Multæ aliæ Europæ regiones Scorpionibus carent. In Scotia portenti loco habentur. In Vaſconia, teſte Scaligero, [p] vniuerſa Scorpius quid ſit ignoratur. Pharmacarij tamen impudentes ante eiuſdem Scaligeri aduentum ex cordulo oleum pro Scorpionum oleo parabant.

[a] *lib. 5. c. 7.*
[b] *Lib. 17.*
[c] *Lib. 16.*
[d] *li. 8. c. 29.*
[e] *lib. 3. c. 3.*
[f] *li. 17. c. 40*
[g] *li. 10. c. 29*
[h] *li. 10. c. 23.*
[i] *lib. de dipſadib.*
[k] *lib. 2. c. 4.*
[l] *In Cõmẽt. Abdiæ c. 1.*
[m] *li. 15. c. 26*
[n] *li. 1. dec. 1.*
[o] *Lib. 14.*
[p] *Exercit. 196.*

MORES.

A

# MORES. INGENIVM.

PLINIVS[a] proprium esse Scorpionum scribit, quòd manus palmam non feriant, nec nisi pilos (nec si pilos, legitur in veteri codice) attigere. Cùm incedunt, inquit Scaliger, [b] transuersos sese inferunt, propter longitudinem pedum posteriorum, quos, vt in vacuum ponant, necesse est ingressionis cor rumpi quadraturam. Galenus [c] viperam, & Scorpionem nunquam mãsuescere est author. Mirum est, quod scribit Albertus, nimirum Scorpionem in oleo viginti duobus diebus vixisse, cùm cætera Insecta omnia oleo, quàm primùm intereãt. Illud tamen is sese expertum fuisse scribit: Ambulabat, inquit, in imo vasis, & in olei superficie ampullas emittebat, quasi rationis particeps. A Scorpionibus quidam tradente Plinio [d] fœtum deuorari arbitrantur, vnum modò relinqui solertissimum, & qui se ipsius matris clunibus imponendo, tutus, & à cauda & à morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremò genitores supernè conficiat. Sic ille: Sed Aristoteles [e] è contrario parentes pelli B interficiq́ue à prole sua atteſtatur his verbis: Mox vt prolem perfecerunt, pelluntur ab ea ipsa, sicut & Araneis accidit, & interimuntur à suis liberis magno numero. Et ipsemet Plinius in exordio eiusdem citati capitis innuit, nam Phalangius, inquit, vt emerserit, matrem consumit, sæpe & patrem: adiuuat enim incubare. Similiter his, & Scorpiones terrestres, Vermiculos ouorum specie pariunt, similiterq́ue pereunt. Aestum solis declinantes, vmbram petunt: nisi calcentur, innocui iacent, irritati prodeunt, & aculeos exerunt: quanquam Aelianus [f] contrarium sensisse videatur, demonstrans quàm argutè ac ingeniosè facta ex se catena homines sponte in Lybia inuadentes in lecto feriant. Fraudulenti etiam natura Scorpij, & dolosi existunt: etenim Lybici ab eorum multitudine metuentes, ad vitandos ipsos omnia machinamenta moliuntur: soccos ferunt in lectis cum longè à pariete remotis, tum in excelsum collocatis, tum fulcrorum pedibus in hydrias aqua plenas impositis, sublimes somnum capiunt: qua machinationis molitione facta, sese quieto, & tuto somno vsuros arbitrantur. Atqui Scorpius si quid, vnde semetipsum in tecto suspendat, nanciscantur, ibi fortissimè forcipibus inhæresci, simul & demittit aculeum: secundus igitur ex tecto descendens per primum serpit, atque suis itidem forcipibus ad illius aculeum adhæresci, & sublimẽ sinit suum C aculeum: item à secundo tenetur tertius, à tertio quartus: quintus similem ordinem conseruat, itemq́ue cæteri omnes deinceps per primos decurrunt. Postremus dormientem ferit, & per superiores recurrit: similiter ab illo secundus, tum verò ab vltimo tertius, reliquiq́ue sese subducunt, quo ad velut sanè catenam soluentes, inter se omnes subtraxerunt. Huc usque Ælianus. Clemens Alexandrinus [g] verò etiam dici ait Scorpium in Lybia, si ei non succedat, vt hominem feriat, abeuntem reuerti cum pluribus, alterum autem ab altero instar catenę dependentem, ita moliri insidias, non obscuro nutu bestijs vtentibus, sed nec figura sibi significantibus, sed propria, vt putat, dialecto. Fallax itaque ac insidiosum animal esse perhibetur Scorpio, estque apud Sophoclem [h] prouerbium in hanc sententiam: ἐν παντὶ γὰρ τῷ Σκορπίος φρᾳ λίθῳ; quippe sub omni lapide Scorpium insidiari: Sic & Nicander canit: [i]

Σκορπίος ἀπροϊδὲς ὀλίγῳ ὑπολαΐ λοχήσας,
*Scorpius insidias parua sub caute tetendit.*

Eleganter Athenæus [k] ex Carcino inquit:

D *Subit quoduis saxum, amicè, Scorpius,*
*Ne te feriat, caue: in ijs, quæ abdita sunt fraus quæuis latet.*

Dicuntur item capite velut abblandiri prius, vt cauda postmodum citius, & commodius lædant. Certè Apuleius morum acerbitatem per Scorpium notat, dum ait: nosti quendam barbarum nostræ ciuitatis decurionem, quem Scorpionem præ morum amaritudine vulgus appellat. De insidijs verò, quæ post aliquam felicitatem subsecutæ fuerint, Sidonius de fortuna loquens ait: Quæ virum, vt Scorpius, vltima sui parte percussit. Quin & mathematici vel D. Ambrosio teste percussorem, & ad inuadendum ex insidijs promptum eum futurum dicunt, quem Scorpius nascentem exceperit.

[a] *lib. 29. c. 4*

[b] *Exercit. 245. 3.*

[c] *Lib. de cogn. & curand. animi morb. c. 1.*

[d] *li. 11. c. 25*

[e] *lib. 5. Hist. c. 26.*

[f] *lib. 6. c. 25*

Lybici vt se contra Scorpios defendant.

[g] *lib. 1. Stromat.*

[h] *In Captiuis.*

[i] *In Theriacis.*

[k] *Lib. 15.*

Morũ acerbitas notata per Scorpium.

E

# VICTVS.

SOLEM, vt dixi fugiunt, vel ſub lapidibus, vel in foraminibus latitantes. Inter teſtas libenter generantur, & viuunt, vt aiunt monachi Meſues commentatores: quo verò cibo vtantur, necdum obſeruaui. Lego tamen apud Plinium, [a] Scorpiones terra viuere. Et Nicander Scorpio, inquit, qui marino litterali cancro ſimilis eſt, albentes algas fluctumq; maris paſcendo decerpit. Ælianus in Æthiopia ſerpentibus, & aſpidibus, verticillis, omniq́ue ſerpentiũ genere expleri ait Muſcis quoq; veſcuntur, quibus menſtruo ſpatio phiala vitrea incluſum cùm aluiſſet quidam, vidit inde incrementum euidenter accepiſſe. Famem incluſi diu ferunt, vt ſerpentium genus, & omnia venenata. Plinius [b] nullum venenatum fame ac ſiti interire ait, quoniam neque calor his, neque ſanguis, neque ſudor, quæ auiditatem naturali ſale augent. F

[a] li. 10. c. 7.

[b] lib. eodem c. 73.

# DE VENENO.

Veneni qualitas.

VENENI qualitatem Dioſcorides, & ipſum deinde ſecuti generatim narrant, ſed Nicander ſpeciatim de ſingulis agit: Albicans, inquit, omnino innocuus eſt, & minimè exitioſus. Ruffus contrà cùm virus ſuum effudit, ita humores corporis commouet, vt irritati continuum motum inficiantur, & maligna quadam putredine corripiantur, & accidentia ſimilia febri ardenti inducant, quæ hoc pernitioſiora, & vehementiora ſunt, quo cauſa horrenda magis eſt, & lęthalis. Nam hic facultas illa ſpecifica, & occulta malignitas plus virium profectò habet, quàm qualitas manifeſta, quæ cùm frigida ſit, frigida ſymptomata inducit: G quæ ab ictu nigri, & viridis potiſſimùm euenire conſueuerunt, quorum poſterior reliquis omnibus exitioſior eſt ob caudam quam longiorem habet. Pallidus aliquid peculiare præ cæteris habet: nam ictum inferendo mordet etiam, quòd natura ſit inexplebilis. Qui verò cancros, & paguros referunt, & ſplendeſcente ſunt colore, eadem quæ alij accidentia inducunt, aut ſaltem Nicander non diſtinxit, niſi quòd flauos maiorem in loco vitiato dolorem relinquere, & infantibus potiùs, quàm ætate prouectis inſidiari magis ſcribit. Hæc itaque Nicander de ſingulis ſpeciebus litteris mandauit. Galenus de Scorpionum veneno, aut ſpiritus id eſſe cuiuſdam, aut tenuis humiditatis immiſſæ dixit. Apud Plinium [a] de eodem, hæc legere eſt. Peſtis importuna veneni niſi quod grauiore ſupplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus læthali ſemper ictu, & fœminis ferè in totum, viris autem matutino, exeuntes cauernis, priuſquam aliquo fortuito ictu ieiunum egerant venenum. Semper cauda in ictu eſt, nulloq́ue momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. Ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab ijs candidum fundi Appollodorus author eſt; item mares eſſe ſæuiſſimos. Quod poſtremum etiam ſcribit Aelianus [b] his verbis: Mares Scorpij infeſtiſſimi habentur, fœminæ multò remiſſiores: non enim tantum virus acerbitatis habent. Plinius venenum omnibus medio die eſſe tradit, cùm incanduere ſolis ardoribus; itemq́ue cùm ſitiunt inexplebiles potu: conſtare & ſeptena caudæ internodia ſæuiora eſſe: quod & Auicenna, & Aelianus tradunt. Idem Plinius [c] agens de venenatis animalibus, ac inter ea recens Scorpiones, ait in eo genere omnia magis exitialia eſſe, ſi ſuum genus edant, antequàm noceant. In totum etiam tradit non nocere Scorpiones quibus non ſit ſanguis. Leo quidem rex ferarum exiguo Scorpionis aculeo exagitatur, & veneno ſerpentis occiditur. Eximia Leonis pulchritudo, inquit Ambroſius comantes ceruice toros excutit, vel ſublato pectore attollit ora. Sed quis non miretur tam breui Scorpionis aculeo, vt incorporeum putes ingentium corporum exire mortem? Nec hoc quiſquam reprehendat, quòd creator ſerpentis creaturis ſuis, aliaq; vel animantium vel herbarũ genera venenata miſcuerit. Nata ſunt enim hæc ad corruptionem noſtram, non ad deformationem. Sic ille. Scorpiones cùm præcipitantur in aquam, innoxij redduntur. D. Hieronymus re-

Venenum Scorpionis quid.

[a] li. 11. c. 25.

[b] lib. 6. c. 20.

[c] li. 10. c. 73.

Leo Scorpionis ictu moritur.

H

gulos

A gulos & Scorpiones arentia quæq; sectari ait, & postquam ad aquas venerint, ὑδρωβεῖς & lymphaticos facere. Cùm pungit Scorpio, caudam sustollere aiunt, in quo sensu Lucilius apud Nonium, inquit: Vt innoxij reddantur.

*Muscipulæ vt tentæ, atq; vt Scorpius cauda sublata.*

Quod verò inflexo ictu ferire Scorpionem dicat Plinius, id præsertim faciunt, cùm retrocedunt, ac vt ait [d] Plautus: [d] *In Casina:*

*Recussim cedam ad parietem, imitabor Nepam.*

Cæterùm cùm venena quadrupliciter nocere soleant, vel à primis qualitatibus, vt aqua epota frigida homini labore & sole æstuanti: vel à secundis, vt crocum: aperit enim, & laxat viam spiritibus ita, vt abeant: vel à tertijs, quales sunt Cantharides vesicæ: lepus marinus pulmoni: vel ab alia vi, quam quidam à tota substantia nominant: alij vocant virtutem specificam. Talis est Scorpio: minimo enim ictu, atq; insensibili materiæ quantitate mortem affert. Etiam quosdam serpentes necat, vt ait Plinius. [c] Cardanus eius venenum in homine icto serpere tradit, & vsq; ad cor, & vsq; ad cerebrum: quare sæuissima etiam symptomata infert, vt mox patebit, multò grauiora ieiunus, quàm qui iam saturatus fuit, & in æstate B & sub cane, quàm in hyeme, ac in homine degente in regionibus siccioribus, quàm in palustribus. [f] Vidus Vidius plures se Pisis à Scorpionibus ictos obseruasse testatur, qui nullam fermè percepêre in corpore agitationem, quòd regionis humiditas Scorpionum venenum maximè hebetaret, & ad homines contaminandos ineptum redderet. quemadmodum, inquit, siccitas regionum virus acuit, & ad interficiendos reddit aptius, ac magis efficax, ex quo tam immania, vt mox recensebimus, symptomata, oriuntur, vt non incongruè facetissimus [g] Epigrammatarius Ligurinum, quòd nimis tœdiosè versus suos omnibus occineret, magis timeri ait, quàm vel dipsas serpens, vel Scorpio: Venena quotmodis noceant. [c] *Lib. 1. de Venen. c. 23.* [f] *Lib. 2. de cur. generat. cap. 8.* [g] *Lib. 3. Epig. 44.*

*Occurrit tibi nemo quòd libenter,*
*Quòd quacunq; venis, fuga est, & ingens*
*Circa te Ligurine, solitudo:*
*Quid sit scire cupis? nimis poëtæ es.*
*Hoc valde vitium periculosum est.*
*Non tigris catulis citata raptis,*
*Non dipsas medio perusta Sole,*
C *Non sic Scorpius improbus timetur, &c.*

# PERCVSSI SYMPTOMATA EORVMQVE CVRATIO.

ICTV Scorpij authore [a] Dioscoride inflammari statim incipit locus, & indurescit, ac intensis rubet, vicissimq; dolore premitur. Modò siquidem exæstuat, modò frigore occupatur. Labor repentè fatigat, & aliquando meliusculè habet, aliquandò verò recrudescit. Consequitur sudor, horroris sensus & tremor. Externæ corporis partes refrigescunt, inguina extolluntur, per sedem flatus exeunt, capilli eriguntur, pallor membra decolorat, tanquam ex pungente acu, per vniuersam cutem sentitur. [b] Aëtius quoq; hæc signa ponit. A Scorpio percussos vehementissimus plagæ dolor consequitur, frigiditasq; ac tensio, ac stupor, circaq; plagam & totum corpus frigidus sudor: & his qui iuxta infernas partes percussi sunt, inguina incitantur ac intumescunt, qui verò circa supernas, sub alis. Et hæc quidem leuiter percussis adsunt. Validiùs autem ictis ardor circa plagam adest, quemadmodum in ambustis, & verrucarum instar Formicarum eruptio circa labra & totum corpus, vt grandine se impeti putent. Facies distorquetur, sordes circa oculos adsunt glutinosæ, & lachrymæ viscosæ, durities articulorum, anusq; procidit cum egerendi cupiditate: spuma circa os est, & vomitus largus, singultus, conuulsiones opisthotonicis similes. Eadem passim symptomata apud alios medicos legere est. [c] Rembertus Dodonæus famulum sese habuisse testatur, qui à Scorpione ictus tanto subito, actam frigido sudore toto corpore erat perfusus, vt algentissima niue atq; glacie sese opprimi quereretur. vt non immerito cũ [d] Galeno venenum Scorpionis frigidum statuere queamus: apud quem etiam legimus idem illud, quòd ex [e] Dodonæo diximus. Etenim scribit, cùm ictus quidam esset à Scorpione, videri sibi quod gran- D [a] *Lib. 7. c. 7.* [b] *Lib. 13. cap. 19.* [c] *Cap. 56. Obseruat.* [d] *Lib. 4. Meth. c. 3.* [e] *Lib. 3. de loc. affect. cap. 7.*

grandine percuſſus eſſet, eratq; inquit, omnino frigidus, ſudore etiam frigido accedẽte. Ictos equos à Scorpione ſequitur, vt Hierocles & Abſyrtus volunt, crurum contractio, claudicatus, faſtidia cibi, ſaniei viridis è naribus profuſio, ſpirandi difficultas & ægra ſuſcitatio. Quod modò ad curationem attinet, ea equidem varijs, ac infinitis remedijs peragitur, alijs intus ſumptis, alijs foris applicatis. Oportet primò dilatare plagam, deinde ſuperimponere medicamenta extrahentia, & tota ſubſtantia contra id virus pugnantia, poſtremò ſumere alexipharmaca & communia & propria. Via expedita dilatandi plagam, ſectio eſt. Eiuſmodi autem remedia, vel agunt occulta vi vel manifeſta, hæcq; vel ſunt ſimplicia vel compoſita. Simplicia accipiuntur, vel à plantis, de quibus dicemus primò, vel ab animalibus, ijsq; vel ſanguineis, vel exanguibus; vel à foſſilibus. Plantarum aliæ ſunt herbæ, aliæ frutices, aliæ arbores. Inter herbas primùm occurrit abſynthium, quod ex vino muris Aranei morſibus, draconi marino, & Scorpionibus aduerſari [f] Plinius teſtatur. Abrotonum in vino potum iuuat, vt Dioſcorides author eſt, lib. 3. cap. 29. Aeizoum habentem maius à Scorpionibus feriri negant, Plinius lib. 25. cap. 17. Macer quoque ſemperuiuum aduerſus Scorpios celebrat his verſibus:

Abſyntium.
[f] Lib. 27. cap. 7.
Abrotonũ.
Aizoum.

*Taliter & cunctis obſtat potata venenis,*
*Affirmant iſtam, qui ſecum geſſerit herbam.*
*Hunc non affectat lethali Scorpius ictu.*

Amomum ex ocimo illitum laudat Dioſcorides lib. 1. cap. 14. Plinius lib. 20. cap. 15. ammi cum lini ſemine Scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus mitigare ait: Et lib. 20. cap. 17. aniſum aduerſus eoſdem bibi. Cornelius Celſus lib. 5. ad Scorpionis & Aranei ictum allium cum ruta rectè miſceri tradit, ex oleoq; contritum ſuperimponi: Et Macer de allio canebat:

Amomum.
Ammi.
Aniſum.
Allium.

*Curat quos ſerpens, vel Scorpius intulit ictus.*

Et Strabo aſſerit ab Africanis, aduerſus Scorpios remedia excogitata, cùm dormitum eunt, pedes allio atq; etiam lectos ipſos illinere. Ariſtolochiæ præſertim corticis binas drachmas cum vino præberi iubet Dioſcorides lib. 8. cap. 5. Idem aſphodeli ſemen & flores in vino potos commendat: Andræas Matthiolus radice decocta, & plagæ admota vtitur. Plinius Nicandrum, non Dioſcoridem citat lib. 22. cap. 22. Nicander, inquiens, & contra ſerpẽtes, ac Scorpiones vel aſphodeli caulem, quem anthriſcum vocauimus, vel ſemen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis, ſubſtrauitq; ſomno contra hos metus. Achaaſos medicus, vt legitur in libro de medicinis expertis Galeno aſcripto dabat drachmam vnam aſſę fœtidę contra morſus Scorpionis. Atractilidem, quam perperam cum cnico confundit, Plinius lib. 22. c. 32. magnum contra venenata animalia præbere auxilium credit, item aduerſus fungos; conſtareq; à Scorpionibus percuſſos, quamdiu teneant eam herbam, non ſentire cruciatum. Et Dioſcorides lib. 4. cap. 107. atractilidis comam, ſemen & folia cum pipere & vino teri ſcribit vtiliſſimè contra Scorpionum ictus; perculſosq; tradi, quandiu ea teneatur herba, nullum experiri dolorem ipſumq; depoſita ſtatim recrudeſcere. Atriplicis ſuccus authore Matthiolo potus & ipſa herba illita prodeſt: item blitum ex vino potum. quod poſtremum ex Plinio tranſcripſit, qui lib. 20. cap. 22. blitum dicitur, inquit, aduerſus Scorpiones potum è vino prodeſſe. Cardamomum ex vino potum laudatur à Dioſcoride lib. 1. cap. 5. Caltha ſemen affert, cuius vaginulæ Scorpionum caudas imitantur, neoterici eius veneno reſiſtere dicunt. Calamintha cum poſca, in qua magnopere diſcoqui debet, datur. Dioſcorides lib. 8. cap. 5. & trita illinitur. Succum cęparum inſtillant plagis beſtiarum omnium, priuatim Scorpionum. Plinius lib. 20. cap. 5. Confert & centaurea, vt legitur in libello de virtutibus centaureæ, qui Galeno aſcribitur. Chamæpityos tria genera teſte Plinio lib. 24. c. 6. proſunt aduerſus Scorpionum ictus. Dioſcorides chameſyces ſuccum illitum laudat. Colus ruſtica cum vino pipereq; bibita & manibus geſtata dolorem punctura omnino fugat, ſi eidem Dioſcoridi credimus. Auicenna radicem colocynthidis ſuper omnia valere ait: & Plinius cunilaginem priuatim aduerſus Scorpiones ex poſca valere. Cucumis quoq; ſylueſtris efficaciſſimus ipſi lib. 20. cap. 1. putatur contra Scorpionum ictus & ſemine & elaterio, & cap. 15. eiuſdem libri cuminum ſylueſtre cum oleo ad ſerpentes, ad Scorpiones, ad Scolopendras commendat. Matthiolus verò cuminum cum melanthij, & viticis ſemine drachmæ pondere potum ex vino valere tradit. Eſt autem quoddam cumini ſylueſtris genus, quod corniculata producit ſemina, Scorpionis caudæ æmula, quod illud forte fuerit, quo de Plinius & Matthiolus loquuntur; hoc ſaltem potum ſerpentum morſibus remedio eſt, quare ad Scorpionum ictus valere etiam conijcio. Radix croci hortenſis, vel etiam frondes illius cum vino offeruntur. Quidam medici, referente [g] Conſtantino Africano dixerunt, dum radicem hanc infirmus in manibus

Aſſa fœtida.
Atractilis.
A triplex.
Blitum.
Caltha.
Calamintha.
Cæpa.
Centaurea.
Chamæpytis.
Chameſice
Colus ruſtica.
Colocynthis.
Cucumis ſylueſtris.
Cuminum ſylueſtre.
Crocus.
[g] Li. 7. c. 11.

tenuerit,

A tenuerit, nullum dolorem sentire. Cyperum ictibus etiam imponit Dioscorides lib. 1. cap. 4. Cyperus.
Aliter Plinius, Indicæ herbæ, inquit lib. 21. cap. 18, quæ cyperis appellatur, radix aduersus
serpentium ictus, Scorpionum præsertim remedio est. Cyani vtriusq; folia siue semen ex vi- Cyanus.
no decocta & pota laudat Matthiolus ex Plinio, ni fallor. Dioscorides delphinium etiam ap
positum. Præter opinionem autem facit teste [h] Aetio elaphoboscus, tum viridis comesta, tũ [h] lib. 13. c. 19.
sicca pota. Erucæ semen, Scorpionum venenis, & muris aranei medetur. Plinius lib. 20. c. 13. Elaphobo-
Medicinæ in satiuo fœniculo ad Scorpionum ictus & serpentium semine in vino poto. Idem scus.
lib. 20. c. 23. Dioscorides lib. 8. cap. 5. galbanum ad splenij formam ductum auxiliari, item Galbanum
gentianam tusam in potu dari author est, & Auicenna gentianam huic punctura vltimam
medicinam appellat. Heliotropium potum cum vino, & illitum prodest. Dioscorides lib. 4. Heliotro-
cap. 193. id verò duplex est, maius scilicet & minus. de magno sic ait Plinius lib. 22. c. 21. He pium.
liotropium maius, quam nostri verrucariam appellant, serpentibus & Scorpionibus resistit,
vt Apollophanes & Apollodorus tradunt. Et mox de minori: heliotropio tricocco siue Scor
piuro vis ad omnia venenata, & Phalangia & contra Scorpiones præcipuè illita. Farina hor Hordeum.
dei in vino parata, in decocto rutæ. Laudatur à Dioscoride lib. 8. c. 5. item hieracium maius
B & minus lib. 3. cap. 72. more cataplasmatis appositum. Iris contra Scorpiones duarum dra- Iris.
chmarum pondere in pane vel aqua sumitur, vt Plinius testatur lib. 21. c. 20. Intybus instar Intybus.
cataplasmatis adhibitus confert. Dioscorides lib. 2. c. 150. Lapatha sylvestria Scorpionum Lapathum.
ictibus medentur, & ferire prohibent habentes. Plinius lib. 20. 21. Folia lactucarum vulneri Lactuca.
illinuntur, maximè contra Scorpionum ictus. Idem lib. 19. c. 7. & pòst semen satiuarum con-
tra Scorpiones dari ait. & Zoroastres quoq; semen lactucæ cum vino potũ percussos à Scor-
pio sanare prodidit. Dioscorides verò lib. 2. c. 166. lactucam sylvestrem bibitam commen-
dat. Et lib. 8. c. 5. Laserpitium dari dixit. Sed Plinius, Laser, inquit lib. 22. c. 23. Scorpionum Laserpitiũ.
plagis ex oleo medetur. Laureolæ drachmæ quatuor quoq; exhibentur cum aceto, vt legi-
tur in libro de medicinis expertis. Lychnis sylvestris Scorpionibus adeo contraria, vt om- Lychnis syl
nino visa eo torpescant. Plinius lib. 21. c. 26. Dioscorides etiam Lychnidis semen cum vino uestris.
potandum proponit lib. 3. c. 14. Plinio lib. 20. c. 21. maluæ contra omnes aculeatos ictus di- Malua.
citur esse efficacior vis, præcipuè Scorpionum, similiumq; & muris aranei: quin & trita cum
oleo qualibet earum peruncti antè, vel habentes eas, non feriuntur. Idem melanthium me- Melanthiũ.
deri serpentium plagis dicit lib. 20. c. 17. & Scorpionum illini ex aceto, ac melle reperisse: itẽ
C folia mentastri aduersus Scorpionum ictus cum sale, oleo & aceto vtilia prædicat lib. 20.
c. 14. Dioscorides lib. 3. c. 99. folia melissophylli adhibita. Plinius lib. 24. cap. 19. nodiam her
bam efficacissimam aduersus Scorpiones esse potam in vino, aut posca reperit. Nasturtij quo Nodia her-
que vires describens lib. 20. c. 13. Sextium ait adijcere, vstum serpentes fugare, Scorpioni- ba.
busq; resistere. Et præcedente capite ocimum conferre putat ex vino, addito aceto exiguo. Nasturtiũ.
Dioscorides quoq; ocimum cum polenta imponi iubet, & lib. 8. c. 5. ocimi semen potum ef- Ocimum.
ficax esse scripsit, item oxylapathi & oxalidis semen vino, aut aqua potum. Olusatrum, Olusatrum
quod hipposelinum vocant, aduersatur Scorpionibus. Plinius lib. 20. cap. 11. Opium Opium.
ex vino meraculo, si protinus detur, Scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantùm
nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur. Idem lib. 20. cap. 19. Origani onitis pri- Origanum.
uatim vsus contra Araneas Scorpionesq; in vino albo probatur eidem lib. 20. cap. 17. Mat-
thiolus semen pastinacæ hausti auxiliari asserit, forsitan ex Plinio, qui lib. 20. cap. 5. Pastinaca.
postquam dixisset pastinacam efficaciorem esse sylvestrem, semen satiuæ quoque contra
Scorpionum ictus ex vino, aut posca salutare esse inquit. Apud Macrum quoque de pa-
D stinaca lego:

*Ex vino pastinacæ si sperma bibatur*
*Compescet diros quos Scorpius intulit ictus.*

Peucedani succo vtendum voluit Dioscorides lib. 8. c. 5. si non sit Laserpitium. Idem lib. 3.
cap. 122. Phalangium herbam potum celebrat. Recentiores polemoniam Scorpionibus Phalangiũ.
inimicam esse tradunt. Dioscorides eiusdem herbæ radicem alligatam prædicat lib. 4. c. 8. & Polemonia
lib. 8. c. 5. pulegium decoctum dari iubet. Hoc repetijt Plinius lib. 20. c. 14. Ad Scorpionum, Pulegium.
ictum, pulegium in vino tritum bibitur, maximè quod in siccis nascitur: item pulegium syl-
uestre. Porri folia melle subacta & illita conferunt, Matthiolus. Plinius verò lib. 20. c. 6. suc- Porrum.
cum porri ad serpentium Scorpionumq; ictus bibi cum mero scribit. Valent ruta sylvestris Ruta.
& satiua contra Scorpionum ictus & Araneorum, Apum, Crabronum, Vesparum aculeos &
Cantharides & Salamandras, canisq; rabiosi morsus. Plinius lib. 20. c. 13. Scorpionibus ad-
uersatur raphanus; vel ipso vel semine infectis manibus impunè tractabis: impositoq; rapha- Raphanus.
no Scorpiones moriuntur. Idem lib. 20. c. 4. Tarentinus ait, eum qui teneat sideritin herbã, Sideritis.

viuos

Sinapi. Sonchus. vinos Scorpios tenere posse, ita vt ab ipsis nulla iniuria afficiatur. Sinapi ad serpentiũ ictus E & Scorpionum tritum cum aceto illinitur, Plinius lib.20.22. Succus sonchi bibitur contra serpentes Scorpionesq;, radix verò illinitur. Idem lib.22.22. Dioscorides nulla radicis facta mentione, inquit lib.2.c.159. Sonchi succus comestus & cataplasmatis more impositus

Sampsuchũ Serpillum. iuuat. Sampsuchum ex aceto & sale impositum ab eodem laudatur lib.3.ca.47. Serpillum voluntarium & candidioribus folijs ramisq; aduersus serpentes efficax, maximè cenchrim, & Scolopendras terestres & marinas, & Scorpiones decoctis in vino ramis, folijsq;, Plinius

Spina alba. Spongiæ. lib.20.22. Spinæ albæ semen contra Scorpiones auxiliatur. Idem lib.24.c.12. Spongiæ cõtra Scorpiones ex aceto imponuntur, vt idem quoq; tradidit lib.31.c.11. Scorpius herba valet aduersus animal sui nominis. Idem lib.22.c.15. Item Scorpioides illita teste Dioscoride

Scorpius herba. Scylla. lib.4.c.195. Florentinus ait, si quis percussus scyllam ederit, illæsum mansurum, insuperq; scyllam saporem dulcem esse confessurum. Farina triticea ex aceto, & vino imposita prodesse dicitur à Dioscoride lib.2.c.107. Thelyphonum radicẽ habere videmus, quæ Scorpionis

Triticum. Telyphonum. caudam æmulatur, & ad eius morsus valere traditum est. Thelyphonum herba, inquit Plinius, ab alijs Scorpius vocatur, propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur Scorpiones. Meminit quoq; Ælianus lib.9.c.27. his verbis. Thelyphonum herbam Theophrastus narrat, si eam ad Scorpij dorsum admoueas, hunc statim perire. Idemq; affert eundem ad integritatem valetudinis restituis, si cum candido elleboro cõspergas. Atq; equidem thelyphonum probo, non item elleborum, quòd sanè ita homines egregie diligam, vt acerbè & penitus Scorpios oderim. Sic ille. Semen trifolij tritum & vulneri Scorpionis impositum

Trifolium. opitulatur. Dioscorides lib.8.c.5. vbi quoq; positum laudat trifolij. Et Plinius lib.21.c.21. trifolium scio, inquit, credi præualere contra Scorpionum ictus & serpentium, ex vino aut posca, seminis granis viginti potis, vel folijs vel tota herba decocta: serpentesq; in trifolio nunquam aspici. præterea celebratis authoribus, contra omnia venena pro antidoto sufficere vigintiquinq; grana eius, quod mynianthes ex eo appellauimus, tradi. Semen violæ Scor

Vio'a. Verbenaca Verbascũ. pionibus aduersatur. Idem lib.21.c.19. Verbenaca recta tum pota, tum illita iuuat. Dioscorides. Aetius lib.13.c.19. idem ferè tradit, dum ait: Confert verbenaca recta, aut viridis cataplasmatis more imposita, aut sicca in puluerem pota. Dioscoridi verbasci aureum florem ferentis folia imposita laudantur lib.4.c.104. Sed Plinius lib.25.c.10. contra Scorpiones bi bi radicem verbasci cum ruta ex aqua ait, Et lib.26. Verbasci, inquit, species, quæ à quibusdam saluia appellatur, similis verbasco, contra Scorpiones & dracones marinos efficax. Scor G

Vrtica. Zea. pionibus aduersatur & Vettonicæ succus, & plantaginis. Plinius lib.25.c.10. Apollodorus referente eodem lib.22.c.13. affirmat vrticam aduersari hyoscyamo, & serpentibus, & Scorpionibus. Zeæ farina ex vino rubro ad Scorpionum ictus tepida illinitur. Atq; hę fuere herbæ, quas potissimùm Dioscorides & Plinius contra Scorpiones celebrarunt, quas, ne de eadem bis, teruẽ, vt fieri potuisset, diceremus, ordine alphabetico recensuimus. Sequuntur eodem ordine frutices, ac arbores. Inter frutices primùm occurrit balsamum, cuius oleum cum

Balsamum. Myrtus. lacte bibitum commendatur à principe Auicenna, Myrti succus ex mero haustus à Dioscoride lib.1.cap.156. quod remedium repetens Plinius, quod de succo Dioscorides, ille de semine dixit lib.23.c.9. Paliuri semen Afrizuram (zuiram legitur in manuscripto codice, alij aprizuram legunt) vocant, contra Scorpiones efficacissimum. Idem lib.24.c.13. Sed Strabo

Paliurus. lib.17. Lybes scribit lectorum suorum pedes paliuris circumligare aduersus Scorpiones. Democritus tradit rosæ radicem adalligatam percussos à Scorpionibus sanare. Rubi flos &

Rosa. Rubus. mora prosunt. Dioscorides lib.4.c.37. Et Plinius lib.24.c.13. flore aut moris rubi Scorpionum vulnera sine collectionum periculo inungi testatur. Vt Scorpius non accedat ad iacen- H

Auellana nux. Cytinus. tes, auellanam lectulorum pedibus alligare iubet Plutarchus: hanc enim nucẽ negat à Scorpio adiri. Aetius quoque lib.13.c.19. nuces ponticas non modò in cibum sumptas, sed & in cingulo quoq; gestatas, gestantem ab omni Scorpionum ictu tutum reddere prodidit. Cytinus aduersatur Scorpionibus, testante Plinio lib.23.c.6. Et balaustij quoq; flores (hos cum

Cerrus. cytino turpiter confundit) experti inuenerunt Scorpionibus aduersari. Radix cerri aduersatur Scorpionibus. Idem lib.24.c.4. Citrij semen potum & appositum opitulatur. Matthio

Caprificus. Ficus. lus. Cupressus cum vino & ruta datur. Dioscorides lib.8.c.5. Cauliculi aut grossi caprifici, quàm minutissimæ ad Scorpionum ictus è vino bibuntur. Plinius lib.23.c.7. Ficus Scorpionum ictibus cum sale tritę illinuntur. Idem lib.23.7. Lactis quoq; ficulnei natura, vt ibidem dicit, aduersatur Crabronum, Vesparumq; & similium venenis, priuatim Scorpionum. Dioscorides quoque binis in locis, nimirum lib.1.c.183. & lib.8.c.5. percussis à Scorpione præsenti esse auxilio ficulneum lac in vulnus instillatum affirmauit: & postremo loco ficulneum lac dari quoque dixit. Florentinus prodit, si quis in plagam recens percussi fici succum in-

stillet,

A stillet, venenum non vltra progressum esse. Lauri baccæ pauco numero tritæ dantur. Dioscorides lib. 8. cap. 5. Et Plinius lib. 23. cap. 8. aduersus Scorpiones quaternas lauri baccas ex vino bibi scripsit: maximè verò id præstare baccas eius lauri, quæ tenuiora habet folia, vt pòst addit: & rursus ibidem dicit quosdam aduersus Scorpionum ictus decem baccas dari iubere potui. Scorpionibus aduersatur è radice corticis mori succus, ex vino aut posca potus. Idem lib. 23. cap. 7. Platani cortex ex vino Scorpionum ictus restinguit. Idem lib. 24. 8. Et rursus ibidem pilulas platani in vino potas serpentium, & Scorpionum venenis mederi ait. Scorpionum ictibus cum sale trita illinuntur pyra cocta. Idem lib. 37. cap. 7. Refert Alexandrinus, Iouiano Pontano autore, se vidisse hominem grauiter à Scorpione percussum, qui statim liberatus fuit ebibito thure contrito, in quo cælatum fuerat Scorpij signum. Debet autem sculpi in lapide annulari, ascendente Scorpio, dum luna ibidem agit cardinaliter constituta: eodemq; sigillo aromatica imprimis, hora qua luna in Scorpio cardinalis inuenietur; & quo dictum est modo exhiberi, ex aqua, vino albo, aut alio idoneo liquore. Ex Mizaldi centuria sexta num. 87. Cinis vitium Scorpionum & canum plagas cum oleo proficit. Plinius in procœmio libri vigesimi tertij. Acetum quoq; referente eodem, lib. eodem cap. 1.

B plurimùm fotu medetur canis morsibus, Scorpionum ictibus, Scolopendrarum, muris Aranei, contraq; omnia aculeatorum venena & pruritus. Atq; hæc de remedijs, quæ petuntur à plantis, sequuntur, quæ ab animalibus, inter quæ primùm homo, cuius vrinam potam celebrat Dioscorides lib. 5. c. 3. Plinius Scorpionum ictibus singularis remedij esse existimat lib. 28. c. 4. sordes virilitatis, & in 27. c. 4. dicit sordes ex auribus mederi Scorpionum ictibus serpentiumq; si statim imponantur. Aiunt, inquit Aelianus lib. 9. c. 4. vim aculei Scorpionis retundi hominis sputo, ita vt obtorpescat, & ad infligendum ictum reddatur impotens. Saliuam admodum laudat Galenus, dum ait lib. 10. de simplicium medicamentorum facultatibus. Porro tota substantia, inquit, vel maximè aduersa est saliua bestijs hominem interfi-

» cientibus, ceu alicubi Nicander poëta etiam refert. Pollicitus autem mihi quidam incanta-

» tionem sese ostensurum, quæ Scorpios interficeret, vbi illam semel dixisset, in Scorpionem

» expuit, inde rursum eam obmurmurans, iterum Scorpium conspuit, & vbi tertiò dixisset,

» atq; expuisset, mortuus est Scorpius. At postea ego absq; incantatione à sola saliua occisum

» vidi Scorpium, idq; celeriter à saliua esurientium, aut sitientium: tardè autem ab illis, qui

C » cibo potuq; fuerunt impleti, in alijs autem proportione. Hactenus Galenus. Mumiam ex mero hausta m, quin & illitam cum recenti butyro Matthiolus ad ictum Scorpij laudat. Sunt qui cerebrum Gallinæ cum vino potum conferre plurimùm volunt. Dioscorides probat fimum asini, & equi, si herbas depasti fuerint, vino dilutum ac haustum. Vtuntur, inquit Plinius lib. 28. c. 10. & pelle hircorum recente ad plagas, carne & fimo equi in agro pasti, coagulo leporis non morderi à Scorpionibus velint. Dioscorides lib. 2. c. 74. & Galenus lib. 11. de simpl. med. facultatibus mures domesticos dissectos, & impositos prodesse affirmant. Fibri fiue castoris testes aduersus Scorpiones ex vino bibuntur. Plinius lib. 32. 3. Ranæ fluuiatiles contra Scorpiones ex vino prosunt. Idem lib. 32. cap. 5. Testudinum felle cum Attico melle Scorpionum plagæ instillari prodest. Idem lib. 32. cap. 4. Lacerta dissecta & appositа plagæ Scorpionis, dolorem sedat. Dioscorides. Stellionem quoque teste Plinio lib. 29. c. 4. in oleo putrefaciunt, & ita ea vulnera (Scorpionum) perungunt; quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atq; ita illinunt. Et Constantinus Cæsar ex Democrito lib. 13. cap. 9. naturalem contrarietatem (de qua postea quoq; mentio fiet) habet stellio aduersus Scorpios. Si igitur quis stellione in oleo liquefacto ex ipso oleo percussum iniungat, à dolore ipsum liberabit. Mullus piscis dissectus & impositus iuuat authore Dioscori-

D de lib. 2. cap. 24. Sed Plinius lib. 32. cap. 5. mullum illitum, sumptumq; in cibo auxiliari ait contra pastinacam, & Scorpiones terrestres marinosq; & dracones & Phalangia. Smaridis piscis salita caro appositа sanat. Dioscorides lib. 2. cap. 30. Coracini pisces Nilo peculiares sunt. Carnes eorum aduersus Scorpiones valent impositæ. Plinius lib. 32. c. 5. Cochlea hortulana contusa & illita pro eodem remedio recensetur à Matthiolo. Ex Aetio, qui lib. 13. cap. 19. ait: Cochleam item hortulanam maximè accipito, eamq; vnà cum operimento tritam plagæ imponito, & confestim sedabis dolorem. Vrinæ veteri miscetur cinis ostreorum, & Scorpionum ictibus illinitur. Plinius lib. 28. cap. 6. Cancri fluuiatiles mirum in modum laudantur in hoc casu. Cancri fluuiatiles crudi, tritiq; cum asinino lacte prosunt. Dioscorides lib. 2. cap. 12. Cancer fluuiatilis tritus & potus ex vino iuuat. Matthiolus. Cancros cum ocimo, cineremq; eorum à Scorpione percussis imponunt magi. Plinius lib. 32. c. 5. Et rursus ibidem: Cancri fluuiatiles triti, potiq; ex aqua recentes, seu cinere adseruato contra venena omnia prosunt, priuatim contra Scorpionum ictus cum lacte asinino, vel si non

Laurus.
Morus.
Pyra.
Thus.
Vitis.
Acetum.
Vrina humana.
Sputum.
Mumia.
Cerebrum gallinæ.
Hircus.
Capra.
Mures.
Fiber.
Rana.
Lacerta.
Stellio.
Mullus.
Smaris.
Coracinus.
Cochlea.
Cancer fluuiatilis.

sit

Stella marina.

Locuſta.

Scorpio vt ſuo ictui proſit.

Galata terra.

Sulphur.

Sal.

Saphirus.

Achates.

Bezaar.

Aqua maris.

Remedia occulta.

Lib. 27. cap. 2.

Medicamẽta compoſita.

Oleum de Scorpionibus.

Theriaca.

ſit, caprino, vel quocunq;. Prodeſt præterea fluuiatilis cancer tritus addito laſere, in vino potus. Aetius lib. 13. cap. 19. Draconis marini Scorpionumq; ictus carnibus Stellarum marinarum impoſitis, item Araneorum morſus ſanantur. Plinius lib. 32. cap. 5. Vermes terreſtres plagæ impoſitas commendat Aetius citato loco. Locuſtæ quæ alis carent, aſſæ comeduntur à percuſſis. Auicenna. Referuntq; in Ægypti regionibus arefactum Aſiracum, quem vocãt (Locuſtam ſine pedibus Dioſcoridi eſſe ſuo loco docuimus) exhiberi ijs, qui à Scorpio percuſſi ſunt. Galenus citato loco. Ipſe quoque Scorpio qui ictum vibrauit, trito & percuſſo loco impoſitus, ſuæ plagæ remedium eſt ob cæcam quandam naturarum (vt conſtat) diſcordiam, quæ antipathia appellatur. Præterea tritus, & impoſitus cum ſale, lini ſemine, & althęa Scorpius conuenit. Dioſcorides lib. 8. cap. 5. Idem antea lib. 2. cap. 13. dixerat, Terreſtris Scorpius tritus & impoſitus, ſuæ plagæ remedium eſt: quin eſtur aſſatus, ad eadem. Galenus quoque Scorpium ſuo ictui impoſitum laudat in vndecimo de ſimplicib. Plinius lib. 11. cap. 25. Scorpionum cinerem homini icto potum in vino, remedio eſſe tradit. Atq; hæc de diuerſis animalium remedijs: Quæ modò à foſſilibus petuntur, pauca etiam non ſunt. Galatæ inſulæ terra Scorpionem dirum animal Africæ, necat. Plinius lib. 5. cap. 7. & lib. 35. cap. 19. Et Galata, inquit, inſula & circa Clupeam Africæ, terra Scorpiones necat. Sulpur ignem non expertum, reſina terebinthina exceptum & emplaſtri modo adiectum auxiliatur. Dioſcorides lib. 8. c. 5. Sulphur linctum contra Scorpionum ictum prodeſt. Plinius lib. 35. cap. 15. Sal Scorpionum ictus cum quarta parte lini ſeminis ex oleo vel aceto illitus ſanat. Plinius lib. 31. cap. 9. Dioſcorides lib. 5. c. 157. ſaphirum lapidem illitum laudat. Galenus verò lib. 9. de ſimplicium medicament. facultatibus ſaphirum bibitum credi ſcribit conferre à Scorpione morſis. Achates lapis geſtatus, vt carnem tangat, prodeſt. Matthiolus: plura de hac gemma Plinius lib. 37. cap. 10. Achatem, inquit, putant contra Araneorum, & Scorpionum ictus prodeſſe: quod in Siculis vtiq; crediderim, quoniam primum eius prouinciæ afflata Scorpionum peſtis extinguitur. Et in India inuentæ contra eadem pollent & alijs magnis miraculis. Thebis Ægyptijs repertæ carent rubentibus venis & albis. Et hæ quoque contra Scorpiones validæ. Eadem authoritas & Cyprijs eſt. Leonicæ pelli ſimiles potentiam habere contra Scorpiones dicuntur. Hæc ille. Si Scorpionis aculeus tetigerit lapidem Bezaar, virus amittit. Gaudentius Merula de venenis cap. 4. Si Scorpionem incluſeris in Lapide Bezaar luna Scorpionem tenente affectu trino aut ſextili, contra Scorpios vim obtinebit. Idem lib. 4. de memorabilibus cap. 1. Mirum quod tradit Galenus libro de medicinis facilè parandis, nempe ſi ictus humum reſpiciens, quem lapidem premebat, eum imponens ſanet. Exhalationes in Galata & Culpea noxias eſſe Scorpionibus Andreas Ceſalpinus ſcribit lib. 1. de metallis cap. 4. Sed hoc de terra nos ſuprà ex Plinio diximus. Scorpij plagam ſanabis argentei annuli ſigillo ad locum appenſi. Conſtantinus Cæſar ex Diophane. Aqua maris fotũ impoſita morſui Scorpionis confert. Dioſcorides lib. 5. c. 19. Balneum aquarum temperatarum ad Scorpionum ictus, ad hæmorrhoi ſerpentis morſum, & ad ranæ rubetæ virus excutiendum facta in cunctis exudatione in ipſo balneo plurima. Andreas Baccius lib. 7. de balneis cap. 22. Atq; hęc de ſimplicibus medicamentis, quæ manifeſta quodammodo qualitate Serpentium virus oppugnant. Occulta vi id præſtant paucula hæc quæ ſequuntur. [i] Plinius. Quin & à ſerpente & Scorpione percuſſos, coitu leuari produnt: verùm fæminas ea Venere lædi. Idem lib. eodem c. 4. Si percuſſus à Scorpione ſuper aſinum ſedeat ad caudam conuerſus, ſanabitur, & aſinus torquebitur. Apuleus lib. de re ruſtica. Addit & Democritus fabellam ſuam, qui ait percuſſum à Scorpio, ſi ſtatim ad aſinum quempiam accedens in aurem eius dixerit, Scorpius me percuſſit, non doliturum amplius, dolore ſcilicet in aſinum tranſeunte, qui mox pedendo moritur, vt Zoroaſtres addidit. Inter compoſita modo medicamenta, velut ſimpliciſſimum ſalſamenta piſcium ſunt, de quibus ſic Plinius lib. 32. c. 5. Contra Scorpiones largius ſumi, ſed non euomi ſalſamenta (piſcium) prodeſt, ita vt ſitis toleretur, & imponere eadem plagis conuenit. Matthiolus oleum ſuum de Scorpio nimirum in modum commendat. Eius poſtmodum deſcriptio dabitur. Vſus theriacæ apud Ægyptios frequentiſſimus eſt, præſertim, vti ſcribit Proſper Alpinus lib. 4. de medicina Aegyptiaca ca. 12. in venenatis atq; ab omnibus ſerpentibus demorſis, ictisq; à Scorpionibus, qui ibi, inquit, exitioſiſſimi ſunt. Tradit quoq; Dodonæus cùm algenti ex ictu famulo ſuo ſolam theriacam ex vino potentiore exhibuiſſet, ilico curatum fuiſſe. Celebrant eandem Andromachus ſenior, & Democrates. Andromachus hoc verſu:

*Incaſſum cauda conſurget Scorpius vnca*

Democrates alia adiungit Inſectorum venena:

*Obſtat marinis omnibus belluis quoque,*

*Et*

A *Et quas minutas bestias vocant, Apes,*
*Crabrones, Vespas, & rigentes Scorpios*
*Mures araneos, rapax Phalangium.*

Sunt & alia antidota ad ictum Scorpionum conferentia, qualis est Aelij Galli theriaca, qua Galenus lib. 2. de antidotis capit. 10. optima vsum scribit ad Scorpionum ictus, & alia quæ venenum morsu relinquunt. Cuius theriacæ descriptionem ex allegato loco lector, si lubet, poterit petere. Hac antidoto vtebatur Diophantus in Scorpionum ictibus, & in commorsis à Phalangijs, vt refert idem Galenus cap. 12. Habet autem, Aristolochiæ drachmas quatuor, piperis drachmas tres. Contusa hæc & melle excepta in rotulas ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem rediges, quarum duas deglutiendas trades ex vini puri cyathis duobus. Alia ad Scorpionum ictus, noxiosq; aliorum animalium morsus. Accipit autem Aristolochiæ, zinziberis, singulorum drachmas octo, nepetæ, seminis rutæ sylvestris, singulorum obolos tres, piperis obolos duos. Hæc primum testudinis sanguine subigito, tum rotulas inde trium obulorum pondere confingito, atq; ex vino puro dato. Alia, quæ constat ex cymini Æthiopici, sulphuris viui, piperis albi, singulorum drachmis duabus, castorij, silphij, trifolij, singulo-
B rum drachma vna. Hæc inter se vino commisce, & ex vino puro sorbenda præbe. Antidotus ad eos, qui in periculum deuenere ob ictum Scorpionis Phalangijue, aut alterius cuiusdam reptilis. Assumit autem, Seminis rutæ sylvestris, seminis Erucæ, pyrethri, styracis, sulphuris viui, singulorum drachmas sex, castorij drachmas duas: Omnia hæc testudineo sanguine subacta ex meri, vel aceti dimidia cotyla propinabis quatuor obulorum pondere. Antidotus quæ dolorem sedat ijs, qui à Scorpionibus, Phalangijs cæterisq; reptilibus percussi fuerint: quæq; cum difficultate parientibus auxiliatur. Huius nomen est Callista, hoc est, optima. Cõtinet autem myrrhę, castorij, styracis, singulorum drachmam vnam, opij drachmas duas, seminis apij acetabulum vnum, anisi tantundem, piperis grana triginta. Hæc inter se vino coniuncta ex vna vini cotyla dabis pondere vnius drachmæ. Antidotus autem hæc eximiè bona est. Antidotus, quæ à Scorpionibus Scorpiaca dicitur, quæq; medicantem minimè fallit, magna cum difficultate nobis, inquit Galenus accepta, qui in Africa degens hac vtebatur, & percussos à Scorpionibus tutos ab omni periculo reddebat. Optimè quoque præseruat bibita à nondum percussis in securitatem euentus. Habet autem: Sulphuris viui, sulphuris fossilis, singulorum libras duas, piperis albi drachmas tres, opopanacis, sabinæ her-
C bæ, thuris masculi, singulorum tres drachmas: aristolochiæ rotundæ, peucedani, myrrhæ, centaurij, serpilli, chamædryos, chamæpytios, herbæ scorpiacæ, anagallidis, bituminis, singulorum drachmas duas: betonicæ, medullæ ceruinę, scinci singulorum drachmam vnam. Singula, quæ enumerauimus contusa, ac per minutissimum cribrum primo traiecta, deinde simul omnia commixta ita seruanda sunt, vt respirare non possint. Cùm verò percussis opitulari volueris, cochlear vnum huiusce pulueris, ex vini puri cyathis duobus exhibebis. Oportet tamen eos, qui primùm hoc medicamentum præseruationis gratia bibent, die illo nec lauari, nec venere vti. Antidotus à Zoilo sumpta, qua Epaphroditus Carthaginensis vtebatur. Statim autem hæc & ægros à dolore liberat, & per annum quàm pulcherrimè quoque præseruat semel ebibita. Continet autem: Sulphuris viui libras quatuor, thuris libram vnam, sabinæ, stœchadis, aristolochiæ, singulorum drachmas sex, myrrhæ drachmas quinq; medullæ ceruinæ, opoponacis, singulorum drachmas quatuor; dictamni Cretici drachmas tres, bituminis, serpilli, scordij, rhei, trifolij, centaurei, chamædryos, piperis albi, abrotoni, betonicæ, polij, coaguli hœdini, anagallidis, singulorum drachmas duas, cro
D codili terrestris drachmas decem. Confice, vt dictum est, & percussis à Scorpio cochlear vnum bibendum præbe ex vini puri cyatho. Præseruat eadem singulo quoque anno semel exhibita. Antidotus, quæ aduersus viperæ morsus theriaca est. Facit tamen, & ad aliorum Serpentium ictus. Hanc Gallus ex Arabia reuersus Cæsari obtulit, qua multos ex commilitonibus suis à rabido cane demorsis, & à Scorpionibus, Phalangijs, cæterisq; serpentibus percussis, seruauerat. Accipit autem erui in farinam redacti drachmas viginti quinque, radicum vitis albæ drachmas sedecim, seminis rutæ sylvestris drachmas duodecim, iridis, opopanacis, aristolochiæ longæ, succi papaueris, zinziberis, singulorum drachmas octo, cumyni Aethiopici, myrrhæ, eryngij, succi Cyrenaici, croci, serpilli, costi, sagapeni, singulorum drachmas sex. Vinum aminæum inspergo, subige, rotulas confice: confectas pro conditione virium ægrotantis da. Sunt autem tres oboli, pondus antidoti integrum, ad percussos quidam ex vini diluti, ad reliquas verò affectiones ex mulsi hemina vna. Catapotium reficcatorium ad fluxiones thoracis, ad molæ dolorem, affectiones per circuitum repetentes, & percussos à Scorpio. Succi papaueris, seminis hyoscya-

Theriaca Ælij Galli.

Antidotus Diophanti.

Antidotus dolorem sedans.

Scorpiaca antidotus.

Alia antidotus ad viperas & Scorpios.

Catapotiũ.

mi,vtriuſq; par pondus,cum paſſo aut melle ad fabæ Græcę magnitudinem formato. Dato E
ad noctem: ſomnum inducendo prodeſt.Hæc omnia ex Galeno.In libro de medicinis exper
tis,qui eidem aſcribitur,de medicinis Betarnem Siciliæ agens, Secundum, inquit, valet ad
morſum Scorpionis,& calfacit corpus, & aufert tremorem in febribus, Recipit caſtorij dra-
chmam vnam, ſcordij drachmas duas, coſti amari drachmam vnam & mediam, zinziberis
drachmam vnam,conficiantur cum melle, & detur drachma vna & ſemis cum vino. Aliud
Electuariũ ad morſus Scorpionis. electuarium,quod valet ad morſum Scorpionis ex eodem libro.Recipe rutæ.ſulphuris viui,
non poſiti ad ignem,ana aureos ſex,caſtorei,aureum vnum,aſſę fœtidæ aureum ſemis,pyre-
thri,ſtyracis liquidæ,ana aureum vnum; confice cum melle,& ad drachmam vnam & ſemis
cum vino puro. Aliud habitum à Zenone,quod dicitur electuarium aſſæ fœtidæ; valet con-
tra morſum Scorpionis, & contra febres chronicas,& liquefacit phlegma viſcoſum, & diſ-
Electuariũ aſſæ fętidę. ſoluit ventoſitates.Recipe aſſæ fœtidæ,coſti amari,& dulcis,ana aureos quinq;, ariſtolochię
rotundæ,zinziberis,aſari,ana aureos duos,caſtorei,cinnamomi,aloes,ana drachmas tres,ra-
dicis lilij cæleſtis, ſarcocollæ ana drachmam vnam & ſemis,ariſtolochiæ gentianæ ana dra-
chmas ſex,pulueriza & confice cum bono vino,& melle rubro,& dentur drachmæ tres.Con
fectio alia ad puncturam Scorpionum ex [k] Iano Damaſceno, Recipe caſtorei, corticum ra- F
[k] Lib. 7. cap. 20. dicum capparis, pyrethri, ariſtolochiæ longæ ana partem vnam. Teratur & cribelletur, &
conficiatur cum melle deſpumato,& dentur drachmæ duæ cum vino antiquo. Alia confe-
ctio ex eodem loco. Recipe pyretri, ariſtolochiæ partem vnam: conficiatur & detur,vt præ-
cedens. Alia bona & experta: Recipe pyretri, ariſtolochiæ longæ ana drachmas quatuor,
piperis albi drachmas duas,aniuden, altith. ana drachmam vnam: Conficiatur cum melle,
detur ex ea pondus quantum eſt Lupinus,cum aqua rutæ. Hæc itaq; omnia antidota intus
[l] Lib. 2. de Antid. c. 12. ſumuntur.Quæ modò extrinſecus imponenda ſint percuſſis à Scorpionibus,hæc recitat [l] Ga
lenus: Lauri folia in vino cocta, & contuſa impone, vel liliorum radices attritas ex aceto.
Aliud. Ariſtolochiæ in vino decoctæ, rutæ ſumitatum, & nitri, partes æquales atteres & ex
vino impones. Aliud. Cancrorum fluuiatilium,cachryos,herbæ pedicularis,rutæ,partes æ-
quales ex vino ſuperimpones.Aliud. Chamæmeli,nigellæ,nitri rubri,partes æquas contun-
de & ex aceto admoue.Arabæ Thebani medicamen ad ictus Scorpionum excogitatum.Ha
bet autem galbani,terebinthinæ ſingulorum drachmas duas,herbæ pedicularis,pyretri,ſul-
phuris viui ſingulorum drachmam vnam, myrrhæ, piperis, ſingulorum drachmam vnam G
& ſemis,picis liquidæ, quod ſatis eſt. Atq; hæc de remedijs tum intus ſumendis, tum foris
applicandis,contra Scorpionum venenoſos ictus dicta ſufficerint, qui plura velit, is Ardoi-
num adeat, qui ex Arabibus quoque plurima alia hauſit.

# COITVS. PARTVS. GENERATIO.

APOLLODORVS Scorpionibus,vt ſcribit [a] Plinius,coitum tribuit.Cre
dibile autẽ id mihi fit omnino.Nam [b] Ariſtoteles Scorpiones terreſtres Ver
miculos ouorum ſpecie parere ſcripſit complures, & incubare. Sæpius autẽ
vndenos parere.Et [c] Plinius,cùm locutus eſſet de Araneis(hos quoq; ſimul
cum Scorpionibus nominat philoſophus)& eorum generatione; ſimiliter,
inquit, his & Scorpiones terreſtres Vermiculos ouorum ſpecie pariunt, ſi- H
militerq; pereunt. Et paucis interpoſitis loquens de Scorpionum fœtibus, vndenos parere
[d] Lib. 6. de Ani. c. 20. tradit. [d] Ælianus item non oua à Scorpijs, ſed fœtus animantes edi tradens,ab illis minime
diſſentit. Fallitur verò, quin planè ſe ridiculum præbet [e] Galenus, exiſtimans à natura
[e] Lib. de fœtus formatione. Scorpiones, Phalangia, Muſcas, Culices, Viperas, Vermes, Lumbricos, non formari,
ac fingi. Addit præcitato loco Ælianus eſſe, qui Scorpios non coitu, ſed nimio cæli ca-
lore tantùm procreari aſſerant. Cæterùm vt à cæli calore generationem Scorpionum
promoueri facilè credo, ita contrà propterea nullo modo coire, iuerim inficias: quin
[f] Exer. 189. §. imo plurimos ex coitu, paucos alia ratione modoque generari exiſtimo. Nam & [f] Sca-
liger agens contra Cardanum, rationemq; reddens, cur ſub Noricarum alpium tractu tan-
ta Scorpionum ad miraculum vſque multitudo ſit, Scorpium ait fœcundiſſimum animal
eſſe. Varijs tamen modis Scorpiones pronaſci inuenio. Cancri in primis corpus mirabi-
liter in Scorpionem mutatur. Ait Plinius ſole cancri ſignum tranſeunte, cancrorum

cum

A cum exanimati sunt, corpus transfigurari in Scorpiones. Quale quoque meminit, & cecinit Ouidius:

*Concana littoreo si demas brachia caucro,*
*Cætera supponas terræ, de parte sepulta*
*Scorpius exibit, caudaq; minabitur vnca.*

Nicander verò id priuatim de septimo Scorpionum genere dixit, quod Paguro simile est, nimirum si in marino littore pagurus moriatur hoc genus Scorpionis ex eo gigni. Crocodilus quoq; Scorpium gignere dicitur. Vt primum inquit [g] Aelianus, crocodili fuerint excluſi, Scorpium ex ijs nasci audio, cuius caudæ aculeo venenato ille ictus intereat. Archelaus quidam Aegyptius (vnum eorum, qui epigrnmmatis miraculosa Ptolomæo enarrarunt) de Scorpijs è crocodilo genitis, eosq; occidentibus ita cecinit:

[g] *Lib.2. cap.33.*

*In vos dissoluit morte & redigit crocodilum*
*Natura extinctum Scorpion, omnipotens.*

Meminit huiusce ortus etiam Philes, sed Scorpium ex ouis crocodili oriri tradit.

B Ὠῶν δὲ σωρὸν ὁ κροκόδειλος μὲν κύει,
Μετὰ δὲ γεῖτλω ἔκλειψιν εὐθὺς τῶν τόκων
Ἔγκεντρος ἐξέρπει τὶς αὐτῶν σκορπίος,
Ὑφ' ᾧ τελευτᾷ πρὸς φθορὰν πεπλημμένος.
*Crocodilus ouorum parit aceruum, sed his*
*Post fœtum perfecta quàm est excluſio,*
*Prorepit armatus sagitta Scorpius:*
*A quo ictus ille concidit lethaliter.*

Aristoteles referente Antigono in sua congerie mirabilium narrationum, etiam è sisymbrijs putrefactis Scorpios enasci ait. [h] Plinius insuper agens de ocimo, scribit esse, qui id tritum, si operiatur lapide, Scorpium gignere velint. Afros verò si ea die feriatur quispiam, à Scorpione, quo ederit ocimum, seruari non posse, arbitrari; quinimo tradere aliquos manipulo ocimi cum cancris decem marinis, vel fluuiatilibus trito, conuenire ad id Scorpiones à proximo omnes. Sed [i] Dioscorides Afros scribit adijcere, si feriantur à Scorpione, qui ocimum ederint, nullo conflictari dolore. Et subinde ipsemet Plinius secutam ætatem Scorpionum terrestrium ictibus, marinorumq; venenis mederi ex vino, addito aceto exiguo inuenisse testatur. Et [k] alibi agens de cancris: decem verò cancris, ait, cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt Scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt, & cum ocimo ipsos, cineremq; eorum percussis imponunt: Quod tamen etiam ipsum Dioscoridi aduersari videtur. nam de cancris ita scriptum reliquit: Cancri Scorpiones necant, si triticum ocimo admoueatur. Adeo vt non videatur dissentio, dicere ex ocimo & generari, & fugari Scorpios: nã [l] Iacobus Hollerius Stempanus cuidam Italo ex frequenti odoratu basilicæ herbæ, siue ocimi natum fuisse testatur Scorpionem in cerebro, & vehemẽtes dolores, & longos & mortem attulisse. Hunc ipsum Scorpium, quem Hollerius hîc nominauit, Ambrosius Pareus depinxit. Deniq; refert [m] Albertus Magnus [n] Auicennam scribere, quòd amicum habuerit, qui cùm vellet, Scorpiones ex putrefactis quibusdam lignis generaret: Addens item ex eiusmodi Scorpionibus alios procreari.

[h] *Lib.20. cap.12.*
[i] *Lib.2. cap.135.*
[k] *Lib.32. cap.5.*
[l] *Lib.1. c.1. de morb. internis.*
[m] *Lib.19. anim. c.18.*
[n] *Lib.15. de*

# VT FVGENTVR.

D GENICVLARIS herba teste Isidoro substernitur ob vim Scorpionum repellendam. Rasis Scorpiones ait fugari si domus cum asini vngula & sulphure, galbanoq; suffumigetur. Si Scorpium vnum captum exusseris, etiam reliqui fugabantur. Sãdaracha cum galbano & butyro siue adipe caprino suffita, Scorpios & omnia reptilia fugat. Plutarchus, vt dixi, nucem auellanam lectulorum pedibus alligat, vt Scorpius ipsos non accedat: nucem enim auellanam negat à Scorpio adiri. Apollonius Tyanęus, referente Cedreno, Roma Byzantium profectus, rogatu ciuium ea vrbe multitudinem anguium ac Scorpionum expulit, ne cui porro homini nocerẽt. Idem ab eo Antiochęæ, cùm eo veniſſet, efflagitatum est. Cùm enim Antiochenses à Scorpijs & Culicibus diuexarentur, æreum ipse Scorpium conflauit, supraq; eum in terra depositum parua erecta columna, populo iussit, vt calamos gestarent, perq; vrbem circuirent, & calamos concutientes, inclamarent: Vacet Vrbs Culicibus. Eo modo & Scorpij & Culices ea ex vrbe profligati sunt.

# DENOMINATA.

Aconitum Scorpion vocatum.

[a] *Lib. 5. hist. cap. 19.*

[b] *Lib. 25. cap. 10.*

[c] *Lib. 27. cap. 2.*

GORRÆVS tradit ἀκόνιτον παρδαλιαγχές à quibusdam σκορπίον vocari, quòd radix eius Scorpij caudę similis sit. [a] Theophrastus Thelyphonum vocat plantam, quam alijs Scorpionem vocari scribit, qua radicem similem habeat, admotamq; Scorpionem occidere, & [b] Plinius Thelyphonum herba, inquit, ab alijs Scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius ictu moriuntur Scorpiones. Est autem hæc herba aconitum illud pardalianches, atq; ita quoq; alibi nominatur à [c] Plinio. hoc enim tales habet radices, & eo ipso testante torpescunt Scorpiones aconiti tactu, stupentq; pallentes & vinci se confitentur. Et rursus in subsequenti capite de eodem aconito sic scribit. Fas ergò erit nobis, qui nulla diximus venena, monstrare quale sit aconitum; vel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini, aut cucumeris non plura quatuor, ab radice leuiter hirsuta: radicem modicam cammaro similem marino; quare quidam cammaron appellauere, alij thelyphonum, ex qua diximus, causa. Radix incuruatur paulum Scorpionum modo; quare & Scorpion aliqui appellauere &c. Heliotropium magnum flore est effigie Scorpionis caudæ, vnde Scorpiuro ei nomen esse tradidit [d] Dioscorides, & quoniam folia cum Sole circumagat, heliotropion vocari. Sed [e] Plinius de vtroq; heliotropio agens, id nominis tricoco siue minori heliotropio tribuit, dum ait: Heliotropij alterum genus, quod tricoccum appellauimus, & alio nomine Scorpiuron vocatur, folijs non multùm minoribus, sed etiam in terram vergentibus. Semen ei est effigie Scorpionis caudæ: quare ei nomen. Vis ad omnia venenata & Phalangia & contra Scorpiones præcipuè illita. Idem præterea [f] Plinius binas alias herbas appellat Scorpios, deq; ijs in eodem capite sic scribit. Ex argumento nomen accepit Scorpius (alij legunt, Scorpio) herba. Semen enim habet ad similitudinem Scorpionis, folia pauca. Est & alia eiusdem nominis effectusq; sine folijs, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen. Prior autem [g] Plinij Scorpius Dioscoridi Scorpioides nominatur; herbula inquit, est folijs paucis, semine Scorpionis effigie, Illita Scorpionum ictibus præsentaneo est remedio. Alter [h] Dioscoridi tragos appellatur, quem ait alijs Scorpion, aut tragonum appellari, quanquam aliàs eidem [i] Dioscoridi tragos etiam est, quæ quandam halicæ figuram nutrit. Tragos apud Theophrastum in aculeatarum censu est, de quo quoque alibi [k] Plinius. Est & alia herba tragos, quam aliqui Scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa sine folijs &c. Et [l] alibi dixerat: in totum spinosa est, asparagus, & Scorpio: nullum enim folium habet: Quo loco ineptè putauit Hermolaus asparagum, & Scorpionem vnicam esse plantam: quod liquet ex [m] Theophrasto, à quo id Plinius transcripsit, σκόρπιος δὲ, τὰ μὲν ἁπλῶς αὐτὰ ἀκανθώδη, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκορπίος. Gaza pro asparago corrudam reddidit, pro Scorpio nepam. Sed hæc rursus longè alia quam tragos planta est, estq; duorum generum, posterius, quibusdam geniſta spinosa vocatur. Quod verò Scorpionem seu nepam vocari tradat alibi idem [n] Theophrastus, quoniam eius radius, Scorpionis speciem representat, & vtilis sit ad eius ictum, id ad thelyphonum siue aconitum pertinet. Cæterùm quæ planta hæc sit, aliquando explicabimus. De Scorpioide quoque inter herbarios non conuenit, aliam enim Dodonæus, aliam Matthiolus depingit. Dodonæi Scorpioides semine, vt voluit Dioscorides, & cum secutus Plinius, Scorpionis caudam refert: Matthioli Scorpioides siliquis, eam herbam thelephij genus esse alij docti herbarij suspicantur. Dodonæi Scorpioidem Lobelius vocat Scorpioidem bupleuri folio. Est & Alsines genus floribus caudam Scorpionis æmulans, vnde alsine Scorpioides vocatur. Est & Scorpioides montanum herbarijs quibusdam dictum, teste eodem Dalechampio, in altis & asperis montibus nascens, sed cur Scorpioides vocetur, non explicat. Est postremo & Scorpioides leguminosa vocata à Petro Pena, aduncis corniculis, fœnugræco rotundioribus, graciliorib⁹q;, quæ introrsum flexas Scorpionum caudas transuersis articulis, ac pulchris aspectu, lineis virgata, imitantur. Ocimastrum quoque, teste [o] Porta, σκορπιοῦρος, id est Scorpij cauda à figura vocatur inter nothas Dioscoridis nomenclaturas, quod nomen, inquit, aptius echio conuenit, quippe florum series in cauliculo digesta & inflexa, rectiùs Scorpionum caudam imitatur; quod etiam in anchusis visitur. Vis earum contra Serpentum virus, nec incredibile est etiam ad virulentos Scorpionum ictus valere. Semen cucumeris syluestris scribit [p] Plinius esse ad speciem Scorpionis cauda reflexa, sed candida. Aliquos etiam ab eo Scorpionium cucumin vocare, efficaciſſimum contra Scorpionum ictus

Camaron.

Scorpiuros.

[d] *Lib. 4. cap. 193.*

[e] *Lib. 22. cap. 21.*

[f] *Lib. 25. cap. 5.*

Scorpij dictę herbæ.

[g] *Lib. 4. cap. 193.*

Scorpioides.

[h] *Lib. 4. cap. 56.*

[i] *Lib. 2. cap. 115.*

[k] *Lib. 28. cap. 13.*

[l] *Lib. 21. cap. 15.*

[m] *Lib. 6. c. 1. hist. plant.*

[n] *Lib. 9. Hist. cap. 14.*

Alsine Scorpioides.

Scorpioides montanum.

Scorpioides leguminosa.

[o] *Lib. 4. Phytogn. cap. 21*

[p] *Lib. 20. cap. 1.*

semine

A semine & elaterio. De Locusta Scorpiomacho, id est pugnante cum Scorpio diximus in capite de Locusta. Scorpitis gemma [q] Plinio vocatur, vel à Scorpionis colore, aut effigie. Ex quo [r] Isidorus, lapis Scorpitis Scorpionem & effigie, & colore refert. Orpheo in libro suo περὶ τῶν λίθων Scorpion vocatur. Liber quidam Q. Septimij Florentis Tertulliani aduersus Gnosticos hæreticos Scorpiacus inscribitur, eò quòd in eo agat, abigat, vel potiùs eximat spiculum leuitatis & inconstantiæ, quod Gnostici conabantur latenter immittere. Meminit huius libri D. Hieronymus aduersus Vigilantium his verbis: Scribit aduersum hæresim tuam, quæ olim erupit contra Ecclesiam (ne & in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris) Tertullianus, vir eruditissimus, insigne volumen, quod Scorpiacum vocat, rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in Ecclesiæ corpus diffudit, quæ olim appellabatur Caina hæresis, & multo tempore dormiens, vel sepulta, nunc à Dormitiano suscitata est. De Scorpiaca antidoto aduersus Scorpiones, suprà meminimus.

[q] *Lib.37. cap.11.*
[r] *Lib. 16. cap.14.*
Scorpiacus liber.

# ANTIPATHIA.

B

SCORPIVS & Crocodilus genuino inter se odio, quodam flagrantes, simul atque alter alterum conspexerit, in mutua funera sponte rapiuntur, amboq; eadem dimicatione perimuntur, vt referunt Aegyptij. Scorpionibus contrarius maximè, inquit [a] Plinius, inuicem Stellio traditur, vt visu quoq; pauorem ijs afferat, & torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum, & ita ea vulnera perungunt. Et prius [b] alibi dixerat: magnam aduersitatem oleo mersis, & Stellionibus putant esse, innocuis duntaxat ijs, qui & ipsi carent sanguine, Lacertarum figura. Meminit pariter [c] Galenus his verbis: Atq; vt plus etiam virtutem in corporibus animalium mireris, illud insuper tibi commemorabo. Multa sunt, quæ solùm inspecta vim suam ostendunt, vt Stellio, quem si Scorpiones intueantur immobiles, & demum mortui redduntur. Meminit & Philes hoc versu:

Καὶ ἀσκαλαβώτην φθορεὺς κλῶψ σκορπίος,
*Et Stellionem perditor, fur Scorpius.*

Cum crocodilo.
[a] *Lib.29. cap.4.*
Cum stellione.
[b] *Lib.11. cap.25.*
[c] *Lib de theriaca ad Pison. cap.9.*

C subaudi, timet, vel odit. Hoc quoque mirum, quod cùm sol in cancro est, serpenres torqueantur ictibus Scorpionum, vt Plinius in duodecimo prodidit. Sed & Scorpium vice versa à vipera deuorari certum esse tradidit [d] Aristoteles, ostendens omnium venatorum morsus grauiores esse, si alterum ederit alterum. Theophrastus ait Scorpionum ictu serpentes interire, homines non item: qua de re supra. Scorpionem cùm quidam cum vipera in eadem phiala conclusissent, inuenerunt mutuo sese ictu interimisse. Qui à Scorpione aliquando percussi sunt, [e] Plinius negat vnquam postea à Crabronibus, Vespis, Apibusúe feriri. Eodem [f] testante Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat, reuiuiscere aiunt. Hoc quoque [g] Theophrastus scripsit, de thelyphono loquens, de quo ibidem Plinius egerat, vt hinc hausisse sit putandum. Occultum verò sanè inter aconitum & Scorpionem odium intercedere videtur, si verum est, quod de vtroque prodidit idem [h] Plinius, tradens aconitum, cùm aliàs hominem interimere soleat, sanare si à Scorpio ictus fuerit. Hoc quoque, inquit, in vsus humanæ salutis vertere, Scorpionum ictibus aduersari experiendo datum in vino calido. Ea est natura, vt hominem occidat, nisi inuenerit, quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento. Sola hæc pugna est, cùm venenum in visceribus reperit, mirumq; exitialia per se ambo cùm sint, duo venena in homine commoriuntur, vt humo supersit. Imo verò etiam ferarum antiqui prodiderunt, demonstrando quomodo venenata quoque ipsa sanarentur. Torpescunt Scorpiones aconiti tactu, stupentque pallentes, & vinci se confitentur. Auxiliatur eis elleborum album, tactu resoluente, ceditque aconitum duobus malis, suo & omnium.

[d] *Lib.8.hist. cap.29.*
[e] *Lib.28. cap.3.*
[f] *Lib.25. cap.10.*
[g] *Lib.9.hist. cap.19.*
[h] *Lib.27. cap.2.*
Aconitum hominem sanat à Scorpio ictum.

D

E

# AVGVRIVM.

DE Mario, qui ſepties conſulatum geſſit, à duobus Scorpionibus viſis in Africa augurium captante ita [a] Sabellicus ſcripſit. Marius ſuis in Africa præter ſpem receptis, cùm in ipſo littore deliberare cœpiſſet, quo potiſſimùm ad afflictas opes ſubleuandas curſum intenderet, oblatum eſt ei inſuetum ſpectaculum. Duo Scorpiones chelis & cauda inuicem acriter inceſſantes, pugnam ciebant. Eſt malum hoc Africæ peculiare, nec vllibi terrarum magis noxium. Marius tale omen auerſatus, in Cercinam proximam continenti inſulam ſubitò tranſmiſit.

[a] *Enead.7. lib.3.*

Scorpiones duo pugnãtes.

# MORALIA.

F

DIVVS Ambroſius explicans ea Apocalypſios verba: *Et data eſt illis poteſtas: ſicut habent poteſtatem Scorpiones terræ*. Per Scorpiones, inquit, poſſumus dæmones intelligere. quia ſicut Scorpiones dum non præuidentur, corpora hominum ſuo veneno inficiunt, & extinguunt: ita & dæmones incautis hominibus venena malarum perſuaſionum ingerunt, & dum ad perpetranda ſcelera pertrahunt, eorum animas veneno ſuæ malitiæ infectas occidunt. Poteſtas ergo Locuſtarum, id eſt hæreticorum, ſimilis eſt poteſtati Scorpionum, id eſt dæmonum: quia ſicut dæmones in hoc ſemper inſiſtunt, vt quoſcunque poſſunt, decipiant, ita & hæretici tota virtute laborant, vt quoſcunq; poſſunt, in foueam ſuæ perditionis demergant. Et nonnullis interiectis Scorpiones eidem D. Ambroſio quoq; ſunt ipſi hæretici, in explicatione nimirum ſubſequentis ſententiæ: *Et cruciatus eorum, vt cruciatus Scorpij, cum percutit hominem*. Diximus ſuperius, inquit, per Scorpios dæmones eſſe deſignatos. Nam ſicut Scorpio corpus aculeo vulnerat, vt per vulnus venenum intromittat, per quod hominem interficiat: ita & diabolus aut ira, aut ſuperbia, aut libidine, aut aliqua delectatione carnali mentem vulnerat, vt per hoc venenum ſuæ malitiæ infundat, animamq; interficiat: Cruciatus ergo Locuſtarum ſimilis eſſe cruciatui Scorpij dicitur, quia hæretici imitantes patrem ſuum diabolum per leuia verba atq; compoſita, mentes hominum imperitorum vulnerabant, venenũq; ſui erroris, infundentes, eorum animas necabant. Poſſumus quippe per cruciatum, animarum interfectionem intelligere. Explicat eodem ſenſu eadem Apocalypſeos verba [a] Cœlius Pannonius in diuinis litteris vir eruditiſſimus. Quo per incrementa temporum, incommodi hi proficiant homines, pulchris, inquit, admodum, conuenientibusq; indicat tropis: Vt primùm ſimpliciter Locuſtæ ſint, poſtea verò actis virtutibus, quaſi parum ſit eos Locuſtas appellaſſe, titulo dignatur & Scorpionum. *Et data eſt*, inquit, *illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem Scorpiones terræ*. Nouimus Scorpiones Vermes potiùs, quàm animalia eſſe, cauda ſpiculato acumine, noxioq; recurua, qui ex eo à Græcis hoc vocabulo dicuntur, quòd cauda figant, & arcuato vulnere venena diffundant. In facie quidem blandi Scorpiones ſunt, & in cauda lethales: innocuos ſe ore ſimulant, vt incautos cauda occidant. Ita hæretici quoque blandi ſunt in facie, ſed in poſterioribus venena ſeruant: metuunt namq; ſuos auditores in exordio ſuæ locutionis offendere, ne ſi vigilanter attendantur, deceptionis laqueos deprehendant. Aſpectu ergo velut innocui ſunt, mortiferi caudæ punctione: vt bene Scorpiones ſint immo abſq; compoſito vniuerſis terræ Scorpionibus nocentiores. Quo nomine dignatur Deus & filios Iſrael [b] Ezechieli veluti amico loquens, *Et cum Scorpionibus*, inquit, *habitas*. Maligni enim erant, increduli, & ſubuerſores. Quibus nominibus ibidem notantur contumelioſi, ideo & domus exaſperans dicuntur. Sed qui magis verſores, exaſperanteſq; quàm hæretici: ij adulantur, in tempus, vt incautam, nihilq; mali ſuſpicantem ſubuertant plebeculam. Nimis crudelis eſt eorum punctio; nam ſempiterna perditio, morbus inſanabilis, nunquam reuificanda mors. Talis poteſtas eis eſt conceſſa, & lædent animas ſine fine, & modo, caudarum aculeis ferientes, id eſt, per dulcia blandimenta venenum eroris ſui diffundentes, ac intra ſinus miſeræ conſcientiæ occultantes. Hæc Cœlius. Et gloſſa quoq; in eodem ferè ſenſu. *Ecce*, inquit *dominus, dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper Serpentes & Scorpiones*. Sunt enim Scorpiones, qui cauda inſidiantur occultè: ſerpentes qui dente lædunt apertè. Ipſorum venenatus aculeus eſt retrò timendus. Et rurſus Scorpio blandus facie

pungit

Dæmones Scorpij notant.

Hæretici.

[a] *In Collect. in Apoc.c.9. punct.5.*

Cõſuetudo hæreticorũ in docẽdo.

[b] *Ezec.2.*

Contumelioſi.

A pungit occultè, non sentitur, quando pungit, sed postea venenum diffundit. Quamobrem, & hypocritarum typus statui potest: quemadmodum fecisse videtur Magnus Basilius. Quid? inquit, Hypocrisin [c] neges esse belluam? quisquis ad concinnandam calumniam compositus est, & peracri ingenio, is ne tibi meritò videri debet Scorpius? Et reuera vti Scorpiones blandiuntur capite, cauda verò sauciant, & funestum vulnus infligunt. Sic illi homines nefarij ex fraudibus compositi vtuntur blanditijs, & videntur innoxij, at post dorsum ferunt, vnde venenum fundant: quales erant illi de quibus Deus dixit: *Cum Scorpionibus habitas.* Quem admodum Scorpio [d] non calcatus quietus iacet, aculeos non exerit, sed tactus statim exerit pugionem, & pungit: ita etiam homo vacuus virtute, punctus vrenti verbo, vel iniuria ei illata, statim sicut serpens ira, & odio, ac verbo contumelioso, & impudentia armatus crepat, & insilit in illum, qui eum læsit, in quo probatur, & vas vacuum esse cognoscitur.

Hypocritæ.

[c] *In Hexam. homil. 11.*

[d] *Ezech. 2.*

Homo virtute vacuus

# HIEROGLYPHICA.

B

HOSTES duos, inquit Pierius Valerianus, pari conditione inter se dimicantes, vicissimque in damna mutua concurrentes, ostendere si vellent Ægyptij Sacerdotes, Scorpium, & crocodilum pingebant: nã ij genuino quodam odio inter se flagrantes, simul atque alter alterum inspexerit, in mutua funera sponte rapiuntur, amboque eadem dimicatione perimuntur. Quia verò terrestris, & marinus Scorpius inuenitur, de marino hîc proculdubio intelligendum putat Pierius, falsus vt apparet, nam veterum nemo quod noui, de marino illud tradidit, neque fortè etiam de terrestri, sed hic ex crocodili ouo natus, crocodilum inuadit, & occidit, vt suprà ostendimus. Quod si verò ijdem Sacerdotes Ægyptij rem è vestigio peractam indicare voluissent, crocodilum Scorpio subiectum pingere mos erat: ictus enim Scorpij, quam primùm interimit crocodilum: sin distractam diutius pugnam, difficulterque in necem diuentum ostenderent, superatum à crocodilo Scorpium faciebant. is enim motu segnis longè diutiùs laborat, antequam hostem assequatur, & interficere possit. Idem Scorpius in aquam demersus si figuretur, innocuam Pierio significat prauitatem: quandoquidem C & ipse & serpentes alij, qui præualent in sicco, si præcipitentur in aquam, vt Cyprianus ait, præualere non possunt, innocuique efficiuntur. Ad hæc libidinem, & nequitiam Scorpius pictus ostendit, eique ex humani corporis partibus pudenda sunt dedicata. Vtrum verò doli fallaciæue Pænorum, quæ tot bellis vniuerso terrarum orbi per tot annos innotuere, an corporum color fuscus, an quid aliud argumentum dederit, vt Scorpius Africę terrę symbolum haberetur, diu multi quæsiuere. Id sanè constat in Adriani quibusdam nummis Scorpium non aliter Africam significare, quàm cuniculus Hispaniam, equus Italiam ostentet. In quam sententiam, vt adducar facit ingens atque adeo pernitiosa Scorpionum multitudo, quam ea regio gignit.

Hostiũmuta cædes;

Res statim peracta.

Pugna distracta.

Innocua prauitas.

Libido, & nequitia.

Africæ symbolum.

# EMBLEMA.

D ALCIATI emblema, inscriptum IVSTA VLTIO.

*Raptabat volucres captum pede coruus in auras*
*Scorpion audacia præmia digna gulæ.*
*Ast ille infuso sensim per membra veneno,*
*Raptorem in stygias compulit vltor aquas.*
*O risu res digna; aliis qui fata parabat*
*Ipse perit proprijs succubuitq́; dolis.*

EPI-

# EPIGRAMMATA.

EMBLEMA, quod recitauimus, ex hoc Græco Archiæ epigrammate deſumptum eſt:

Ἐν πότε παμφαίνοντι μελάντερος ἀνθέρι νωμῶν,
Σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε θορόντα κόραξ.
Ὃν μάρψας ὤρουσεν. Ὃ δ' ἀΐξαντος ἐπ' οὖδας,
Ὃν βραδὺς, εὐκέντρῳ πεζαν ἔτυψε βέλει,
Καὶ ζωῆς μῖν ἄμερσεν. ἴδ' ὅσσον ἔτευχεν ἐπ' ἄλλῳ
Ἐκ κείνου. τλημων αὐτὸς ἔδεκτο μόρον.

Aliud Agathiæ.

Τὸν κρατερὸν πανοπῆα, τὸν ἀγρευτῆρα λέοντῶν,
Τὸν δασιος ἔρνων κέντορα παρδαλίων,
Τύμβος ἔχει. γλαφυρῆς γὰρ ἀπόχθονός ἔκτανε δεινεὸς
Σκορπίος, οὔτησας τάρσον ὀρεσσιβάτην.
Αἰγανέη δὲ τάλαινα, σίγυνά τε πὰρ χθονὶ κεῖται,
Αἴ, αἴ, θαρσαλέων παίγνια δορκαλίδων.

*Validum Panopea venatorem Leonum*
*Hirſutis pectoribus punctorem pantherarum*
*Buſtum habet. Concaua à terra interfecit terribilis*
*Scorpius, cùm vulneraſſet talum montiuagum.*
*Iaculum autem miſerum venabulaq; in terra iacent*
*Heu, heu, audacium ludrica caprearum, ſcilicet cupida.*

Aliud Ammiani in improbos.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γαλα κώνωψ,
Ἢ σὺ τι ποιήσεις Σκορπίος ὢν ἀγαθόν
Οὔτο γὰρ ἀντὸς ἕκωντι ποιεῖς, οὔτ' ἄλλον ἀφίης
Ὡς ἀςὴρ κρονικὸς πᾶσιν ἀπεχθόμενος.

Opſopius ſic tranſtulit:

*Lac dabit antè Culex, aut mel Scarabæus habebit,*
*Scorpio quàm dignum laude patrabis opus.*
*Nil facis ipſe boni, reliquis obſtacula præbes,*
*Deteſtabilior ſidere falcigeri.*

# LVSVS SIVE APOPHTHEGMA.

INVENVSTE' paraſitus Lyſimachi, qui cùm ei rex ligneum Scorpium veſti inieciſſet, perterritus proſiluit; cùm ludum ſenſiſſet: te quoque inquit, rex volo perterrefacere, da mihi talentum. Plutarchus lib. 2. Sympoſ. quæſt. 1.

# NVMISMATA.

IN primo Furiæ gentis numo argenteo, quem Vrſinus depingit, ab vna parte biga eſt, cum duobus equis, ac ſupra eos Scorpio. Vrſinus picturæ rationem non reddit. Alius quoque numus circumfertur, in quo quadrigæ ſunt cum Victoria, & his litteris: Q. EL. IVLI BVRSIO, à cuius altera facie caput eſt cũ laurea & alis, ab occipitio cuius fuſcina eſt, & Scorpius, quod victoriam terra mariq́ue partam videtur ſignificare. Eſt itẽ Adriani numus Scorpione inſignis, cuius modo ex Pierio meminimus, qui eum Africæ ſymbolum eſſe putat: ſuper quo numi ſignificato hanc velut exercitationem conſcripſit Baldus Angelus Abbatius.[a] Ex omnibus ſanè, inquit, qui de Imperatorum numiſmatibus libros edidere, neminem magis excelluiſſe ingenio perſpexi, quàm Sebaſtianum Eritium; vix dici poſſet quàm eleganter, quid velint illa, quiduè ſignificent, exprimat. Verùm in Adriani numo videtur paullùm à ſua natura receſſiſſe, qui quidem Senatus conſulto cuſus fuit his litteris,

De numo Adriani.

[a] *Lib. 2. diſcuſſ. concertat. c. 11.*

A ris, AERICA, atque his insignibus, copiæ cornu spicis, quas quidem despiceret Scorpio, quod quidem hac de causa factum affirmat Spartianus, quoniam cùm per quinquennium nunquam in Africa pluisset, ideoque in maxima rei frumentariæ penuria versaretur, factum erat, vt aduentante Adriano magno subsecuta pluuia esset; atque postero anno maxima omnium rerum copia circumflueret: at Eritius multa sanè rectè: verùm mihi nullo pacto id placet, quod ab eo dicitur, hac de causa Scorpionem esse incussum, vt demonstrarent Africam serpentibus venenatis esse ferocissimam: non hoc inficias eo, tritum est illud sermone prouerbium, aliquid noui affert Africa, nam mihi videretur superuacaneum, & fortasse iustas afferret causas, ni Africę nomen in eo excultum appareret: At si aliquid fortasse exemplũ afferret, ex quo cognosci posset Africam hoc signo demonstrari: illud potiùs crediderim, hac de causa esse factum, vt ipsam pluuiam in aduentu Adriani subsecutam exprimerent. Nam Scorpionis signo, vt plurimum pluuias fieri, nihil est quod probem, cùm omnibus sit exploratum. Accedit præterea, quod è mea sententia non discedo, quando cùm huius Imperatoris vitam perlego, diuinis honoribus dum viueret, decorari passum esse videam; idq; vt inseruirent fortassis principi, quoque factum esse reor, vt eò magis in familiaritatem se insinuaret, B ac eius gratiam aucuparetur. Non præteribo illud etiam ascribere, quòd sanè non erit ab re, Scorpionem ita esse exsulptum, vt illas frumenti spicas videatur inspicere. Illud certè negandum non est, dirum Aphricæ ac noxium animal Scorpionem, vt Plinius lib. 11. cap. 25. terra Africæ mirificè necari, vt idem lib. 5. c. 7. scriptum reliquit. Hactenus ille. Sed si ideo Scorpium in numo expressit Adrianus, quatenus pluuias illud sydus indicat, quid inde sibi gloriæ, ac honoris conciliauit? quare vel Eritij, vel Pierij opinionem magis probo.

Pluuiæ signum Scorpio.

# APOLOGVS.

DE puero & Scorpio apud Gabriam talis legitur Apologus.

Puer & Scorpio.

Ὡς ἀκρίδας θήρευε παῖς τις, σκορπίῳ
Πρόντευνε χῆρας. Ὃς δὲ, μὴ ψαύσῃς, ἔφη.
Ὡς εἰ γὰρ μου ψαύσειας, ἐκ κόλπων ῥένων,
Καὶ τὰς ἀληθεῖς ἐκκενώσεις ἀρκίδας, idest.

C *Cum Locustas cepisset puer quidam, Scorpio*
*Porrigebat manus: is autem, ne attigeris, ait,*
*Nam si tetigeris, suspirando ex sinu,*
*Veras quoque Locustas abijcies.*

Affabulatio significat, cum malis hominibus conuersari non oportere.

# PROVERBIA.

Sub omni lapide Scorpiº dormit.

Ὑπὸ πάντι λίθῳ Σκορπίος εὕδει, idest, *Sub omni lapide Scorpius dormit*, aut vt metri quoque ratio seruetur; est enim anapæsticus dimeter:

*Est sub lapide Scorpius omni.*

Admonet adagium cauendum esse, ne quis apud captiosos, & calumniosos temerè loquatur: quicquid enim attigerit, periculum esse, vt mordeatur. Constat autem Scorpios solere sub saxis cubitare, quæ si quis tollat incautiùs, fit vt ictus vulnus accipiat. D Conueniet & in morosos, qui quiduis causari solent; vel in pigros, qui friuola quædam prætexentes suffigiunt laborem. Vel significat potius etiam, nihil tutum esse, at omnia cauenda. Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις, idest, *Octipedem excitas*, nimirum Scorpiũ, cui pedes sunt octo, ac plerunque sub saxis abditus cubat, vt dictum est, quem nisi tuo periculo suscitas propter venenum quod in cauda gestat. Eiusdem significationis esse videtur cum eo Crabrones irritas; quod poëta dixit in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnas, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas. *Cornix Scorpium*, subaudi, rapuit. Quadrat in eos, qui vnde tantundem mali accepturi sunt lædunt, vt cornix arrepto Scorpio, ab eodem icta perijt, vt in Archiæ epigrammate suprà recitauimus, in quo coruus nominatur. Atqui in rebus humanis frequenter vsu venire solet, vt qui cępisse videatur, ipse captus sit: Quemadmodũ & apud Horatium: *Græcia capta feram victorem cepit.* Ita Cęlius ex Suida, & Hesychio, Cornix Scorpium: parœmia, inquit, est, in eos, qui tum grauia, tum nocumenti inferentia plurimùm toto petunt conatu. Illud quoque prouerbiali figura Lycophron dixit.

Octipedem excites.

Cornix scorpium.

Οὐδ' ἀντὶ

Οὐ ἀντὶ πίπης σκορπίον λαιμῷ σπάσας
*At Scorpium ille glutiens pipûs vice.*

Pipo auis. Est autem pipo auis genus. Simile videtur ei Ἀντὶ πέρκης Σκορπίον, *pro perca Scorpium*, vbi
Pro perca Scorpium. quis optima captans pessima capit. Nam perca piscis est, vel maximè laudatus, cuius identidem meminit Athenæus gulonum delicias recensens: Scorpius læthalis est: quanquam est & piscis huius nominis contempti saporis, de quo magis sentire videtur adagium.

# VSVS IN MEDICINA.

[a] *lib. de thor. ad Piso. c. 9.*
[b] *li. 30. c. 8.*

Vt vrantur. SCORPIVS si assatus cum pane comedatur, Galenus [a] calculos in vesica rumpere scribit. Et ante Galenum Plinius, [b] cinerem, inquit, Scorpionum in pane sumi ad calculos pellendos traditur. Modus comburendi Scorpios ad frangendum lapidem ex Seruitore. Accipe decem Scorpiones viuos, & pone in olla noua, & luta eam cum pasta, aut cum terra, & pone in furno accende ignem in eo cum lignis vitis, quousque calefiat, & demitte ibi ollam die de nocte, & extrahe: & da cinerem horum in potu in hora doloris renum, quando fuerit ex lapide grana sex in pondere, cum syrupo de radicibus, quia frangit lapidem. quidam ponunt ollam in furno panis, & dimittunt decem horis, postea terunt Scorpiones, & seruant.

Aqua ad calculum. Constat & aquam fieri posse, vt inquit Cardanus, quæ lapidem vesicæ per catherem immissa, illico confringet. Nam cùm duo, inquit, sint necessaria, & quod lapidem atterat, & quod vesicæ sit innoxium: primum præstabit modus, ac materia: nam extremos vapores è Scorpionum cinere, vel Macedonici petroselini semine, vel tecolito, aut lapidibus cancrorum excipiemus. Sic enim aqua fiet, quæ etiam porphyritem comminuat. Sic Cardanus. Ob tam celebrem Scorpionum cineris facultatem ad vrinam ciendam, ijs præcipuè qui renum, & vesicæ calculo obstruuntur: Quo fit vt in hunc vsum commendauerit Mesues oleum ex ijs paratum, quod officinæ habent renibus, & pubi illitum. Oleum ex Scorpionibus, inquit Mesues, lapidem renum, & vesicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi & perinæo illitum, aut per meatum vinarium iniectũ. Fit ex Scorpionibus viginti, vel paulò pluribus, aut paucioribus in olei amygdalarum amararum libris duabis insolatis mense vno in vase vitreo probè obstructo. Vel aristolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum radicum capparis, singulorum vncia. in oleo amygdalarum amararũ sextario diebus viginti insolentur in vase vitreo operculato; deinde Scorpiones à decem ad quindecim oleo inijce: obtura, insola iterum mense vno. Egressus è balneo, aut insessu calculosus, illo vngatur in illis tribus partibus dictis, & in meatum vrinarium inijciatur portio eius exigua horis singulis. Est mirabile. Quidam priores: alij posteriores ceu efficaciore vti malunt. Hæc Mesues. Sylvius verò in Scholijs; Paratur etiam nunc, inquit, oleo antiquo additis simplicibus medicamentis contra venena laudatis-

Oleũ Scorpionum.

Oleũ contra venena. simo; oleum mirandarum virium contra venena omnia, & pestilentiam. Scio hominem hoc solo munitum quantumuis sæuam pestilẽtiam nihil facere, sed etiam seruos suos vnà secum visentes pestilentia affectos, incolumes seruari: & sola vnctione quosdam à sæuissimis venenis potis liberatos. Prius ob Scorpiones frigidum est: posterius ob aromata calidum, & efficacius, non ob horum calorem, & essentiæ tenuitatem (quibus aperit, incidit, tenuat, tergit, perrumpit,) sed etiam totius substantiæ Scorpionum proprietate, & (vt loquuntur) forma specifica, qua vtrumq; calculum renum, & vesicæ frangit illitum tantùm lumbis, si in renibus est: si verò in vesica, pubi, perinæo, & iniecta etiam tum pauca in meatum vrinariũ. Hucusque Sylvius. In secretis Varignanæ legimus oleo de Scorpionibus inunctos quosdã à quotidiana febri mox liberatos. Oleum de Scorpionibus, cuius mirabilis effectus est contra venena præcipuè serpentium & aliorum animalium, & peculiariter contra napellum, scriptum

Oleum de Scorpionibus mirabile Matthioli. à Matthiolo, sic fit. Initio Maij accipe oleum commune centum annorum, aut certè antiquissimi omnium, quod reperiri potest, libras tres: hyperici recentis (cum herba, & floribus) manipulos tres. Oleum pone in cucurbitam vitream duplo capaciorem, quàm pro eius mensura, & hypericum modicè contusum superijce. Deinde vas obstructum, in subtilissimam arenam parte dimidia immittes, vbi toto die calefiat à Sole per dies decem, aut duodecim. postea pones in balneo Mariæ horis vigintiquatuor. Tum exprimes oleum ab herba, & addes hyperici, chamædryos, calaminthæ, cardui sancti, singulorum manipulum, modicè contusorum, ac rursus pones in balneum per tres dies. Deinde excolabis, & exprimes, & adiectis

tribus

A tribus manipulis florum hyperici, qui à cauliculis benè purgati sunt, & bene contusi, iterum per tres dies in balneo Mariæ pone, & exprime vt prius. Idem hoc repetes ter aut quater, donec oleum colorem sanguinis instar rubentem traxerit. Postea accipe cymarum hyperici semina, siue vascula generis hordei similia, in quibus semina latent, ea copia, quæ tres manipulos abundè æquet: hæc contunde, aspergendo aliquantulum vini albi, & infunde in oleum prædictum. Deinde in oleo sepelies in arena per octo dies, & mox in balneum per tres dies. Cola & exprime, vt prius. Et hoc ter aut quater nouas hyperici cymas infundendo repete, donec omnino sanguinis obscuri color in eo relinquatur. Post hæc accipe scordium recens, calamintham, centaurium minus, carduum sanctum, verbenam, dictamnum Creticum, singulorum manipulum semis. Contusa immitte in oleum, & pone in balneum per biduum. Cola & exprime, vt prius. Deinde accipe zedoariæ, radicis dictamni albi, gentianæ, tormentillæ, aristolochiæ rotundæ, singulorum drachmas tres, scordij recentis manipulum. Contusa infunde, & tribus diebus in balneo relinque, cola, exprime. Ac iterum inijce oleo, styracis calamitæ, belzoi, vel laserpitij, vtriusque drachmas sex, baccarum iuniperi drachmas quatuor, nigellæ drachmas tres; casiæ odoratæ drachmas nouem, santalorum alborum
B drachmas quatuor, schœnanthi, cyperi, vtriusq; sesquidrachmam. Contusa infunde, & pone in balneum per tres dies, cola, exprime. Postea trecentos Scorpiones viuos, in diebus canicularibus collectos, in cucurbita vitrea super cinere calido pone, & cum videris eos præ calore sudare, & humorem emittere, infunde super eos totum oleum supradictum calidum (non tamen ita feruidum vt vas ab eo rumpi possit,) & subitò obstrue os vasis, & pone in balneo per triduum: deinde cola, exprime, & abijce Scorpiones iam coctos. Et in oleum inijce rhabarbari electissimi, myrrhæ communis, aloes hepaticæ, singulorum drachmas tres, spicæ nardi drachmas duas, croci drachmam, theriacæ electæ, mithridatij perfecti, vtriusque semunciam. Trita infunde, & pone in balneo per triduum, nec amplius deinde colabis, sed repones, & balsami instar seruabis. Hoc oleum inunctum pulsatilibus venis, vbi maximè apparent, vt temporum, manuum & pedum, & in loco cordis, ita vt tertia quaque hora vnctio repetatur, securè liberat ab omnibus venenis intra corpus sumptis, quibus corrodendi vis non inest: & similiter à morsibus viperarum, aspidum & cuiusuis alterius animalis venenosi. Qua de re ij (absit tamen verbis iactantia) testimonium
C perhibere possunt, qui prius oleo sancto à Sacerdotibus illiti, nostro postmodum, inquit Matthiolus peruncti euasere incolumes. Præstat item maximè hoc oleum, cùm in homines pestilentia sæuit, quippè, quod non modò peste infectos iuuet, sed & sanos præ- Oleide scorpionibus vires.
seruet. Præstat denique ad omnes interaneorum Vermes, omnesque dolores mulcet ex flatu, vel ex frigore genitos, præsertim ventriculi. Confectio alia Iani Damasceni ex Scorpionibus [c] frangens lapidem qui fit in vesica. Accipe Scorpionum combustorum drachmas tres, & semis, gentianæ drachmas quatuor & semis, zinziberis drachmam, piperis nigri, piperis longi, ana drachmas duas, & semis, radicum vesicariæ drachmas quinque & semis, castorei drachmas quatuor. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle, & reseruetur sex mensibus, deinde administretur viris drachma vna, pueris drachma semis, cum aqua radicum apij. Testatur Galenus [d] Scorpium conuenire quoque putari ijs, qui à vipera demorsi sunt. Tritus denique Scorpio stellionum veneno aduersatur teste Plinio. Fit enim è stellionibus malum medicamentum. Quod si quis Scorpiones attritos ex vino mulso capiat, qui regio morbo est affectus, quàm primum teste Galeno liberabitur. Sæpenumero & cum aceto rosaceo podagricis impositos, eorum inflammationes leuare idem tradit. Scorpionis quatuor caudæ articulos cum aculeo panno nigro,
D ita vt nec Scorpionem dimissum, nec eum qui alligauit, videat æger triduo, post tertium paroxismum id condat, valere contra quartanam Plinius prodidit. Karanides iubet Scorpionem communem in cotylam olei missum in Lunæ diminutione seruari; hocque oleo si vngatur alicuius dorsum à partibus superioribus ad inferiora, præterea extremitates pedum & manuum, frontisque & caput, ante horam accessionis tertianæ, & quotidianæ, sanare.

[c] *Lib. 6.* Confectio frangens lapidem.

[d] *Lib. 11. de simpl.*

E

# DE ARANEIS. Cap. XII.

De Araneis libellus.

OCTO etiam pedibus incedunt Aranei, vt Scorpio, venenoſiq; ſunt vt hîc, cæterùm non ictu, ſed morſu virus ſuum eiaculantur; adeo vt ideo Scorpioni ſaltem ſubnecti iure merito debeant. De his Cœlius ſecundus Curio vir humanarum diuinarumq; rerum ſcientia inſtructiſſimus libellum verè aureum conſcripſit, quẽ tamen nedum videre mihi contigit. Quantoperè verò Araneos laudare quiſpiam queat, cùm ob miram texendi telas artem, venandiq́ue ſtudium, tùm ob vſus, quos medico præbent, ex hiſtoria erit manifeſtum.

Heliogabali luxus.

Heliogabalus eo veſaniæ interdum prouectus eſt, vt decem millia pondo Aranearum (Telas ita Araneorum vocant) collegerit, qua ex re dicebat magnitudinem vrbis Romę comprehendi poſſe, quemadmodum refert Platina in vita S. Vrbani primi.

F

# AEQVIVOCA.

PRÆTER Inſectum Araneus etiam piſcem denotat, eumq́ue marinum: quem cùm Plinius nominet, ſubticeatq́ue Ariſtoteles, draconem verò memorauerit, itaq; doctiſſimus Rondoletius draconem Ariſtotelis cum Araneo Plinij eundem eſſe autumat. Rurſus cùm alibi idem Ariſtoteles cancellum Araneis ſimilem eſſe alibi ſcribat, id de ſimili cruſtatorum genere intelligendum conſulit idem Rondoletius; ſed cùm nec Ariſtoteles, nec alius quiſquam, inquit corollarij in Rondoletium author, Arachnæ aquaticæ, (quod ſciam) meminerit; & cancellum non aquatili marinæuè, ſed ſimpliciter Arachnæ Ariſtoteles compararit, non eſt neceſſe genus illud malacoſtraci, quod Rondoletius exhibuit, Arachnem Ariſtotelis eſſe. nam ſi terreſtri etiam Araneæ conferre cancellũ volueris, benè quadrabit: quoniam tamen à vulgo Gallorum, ita appellatur genus hoc malacoſtraci, quin ita Latinè etiam & Græcè nominetur, non prohibeo. Pedes octo longiſſimos habet pro corporis exigua magnitudine, à quibus Araneæ nomen datum putat Rondoletius. Araneus verò piſcis, omni mari teſtante Bellonio familiaris, Romæ ac Genuæ Tragina, Græcis noſtri temporis Dracena, Gallis Viue, quòd præter aliorum piſcium naturam captus diu extra aquam viuat, ab Anglis ſimiliter Viuer, à Maſſilienſibus Aregne, ac in pleriſque alijs locis Peſce Ragno vocatur: Latinè verò non ſolùm draco marinus, & dracunculus (etſi quidam aliud velint eſſe dracunculum,) ſed marinus etiam Araneus appellatur: licet Plinius [a] ac Iſidorus [b] Araneũ, & Draconem tanquam diuerſos piſces eodem capite recenſentes, ſecus ſentire videãtur. Sed fuſiùs hac de re agam in hiſtoria aquatilium, vbi duo huius piſcis genera ponemus. Araneus, ſiue etiam Araneum vitium eſt oliuis, & vitibus peculiare, quemadmodum pòſt in denominatis oſtendemus. Aranea prẽter ipſum animal, etiam eius eſt tela, & veſtis Aranei Lucretio. Veſcas dici Aranearum telas, annotat Seruius, ab ariditate, & teneritudine, ἀράχνη, λεπτὸς ἀράχνης πέπλος Hipponacti: quin etiam Erucarum lanugo, ſiue potiùs tela Aranea vocator, ſi Hermolao Barbaro credimus, qui vbi apud Plinium [c] de Erucis loquentem ſcribitur, Ad tactum mouetur Aranei, legendũ arbitratur, Araneę, hoc eſt, inquit, panniculi Araneoſi, quo tecta Chryſalis obducitur. Reſtituit autem eum locum Plinij Hermolaus ex quinto Ariſtotelis, vbi Theodorus habet; ad tactum mobiles (Chryſalides) meatibus Araneoſis obductæ. Aranea eidem Plinio [d] eſt pappus, ſeu potius lanugo, quæ reperitur in ſalicibus. Inquit enim: Salicis fructus ante maturitatem in Araneam abit. Eſt præterea Aranea pars aſtrolabij, cuius etiam meminit Cœlius, agens de gnomone, & aſtrolabij partibus. Tertia pars, inquit, [e] dioptrice nominatur, Solis & Lunæ cæterorumq́ue aſtrorum interualla huiuſmodi internoſcens inſtrumentis: inter quæ eſt aſtrolabij inuentio, quam Ptolomæo Syneſius attribuit; quod eſt Politiano item obſeruatum; cuius partes vagina ipſa continens tympana, in quibus æquinoctialis tropiciq́ue deſcribuntur circi, quique alternis orizonti ſunt anaphorici: tum ſupra tympana, quæ vocatur Aranea deſignatur, in qua Zodiacus, & clara quædam ſydera cernuntur, vt per noctem quota ſit hora, quotumq́ue temporis momentum, reperiamus. De Arachne puella (quam lini, & retium inuentricẽ eſſe teſtatur Plinius) [f] in Araneam conuerſa dicemus in fabuloſis. φαλάγγια Araneos vocari, & φαλάγγες etiam infra oſtendemus ſunt quoque fulcimenta, quæ nauibus ſubſternuntur, de quo qui plura volet, adeat

Araneus piſcis.

[a] *li.* 32. *c.* 11.
[b] *li.* 12. *c.* 6.

Araneũs vitium & oliuarum.

Aranea pro tela eius.

[c] *li.* 11. *c.* 31.

Plinius correctus.

[d] *li.* 24. *c.* 9.

Aranea pars aſtrolabij.

[e] *lib.* 12. *c.* 9.

Arachnes inuenta.

[f] *lib.* 7. *c.* 56.

G

H

Euſta-

A Eustathium. φάλαγξ, Latinè etiam Phalanx (quo nomine poëtæ præsertim vtuntur, acies quodammodo ordinata, cuius vsus erat apud Macedones, eratq; centum & viginti hominũ, vt quidam scribunt: vt autem quidam tradunt ex Curtio, octo millia armatorũ continebat: nullumq; genus aciei apud Macedones validius erat, vnde & peditũ stabile agmen appellabãt; sed generaliter etiam pro quouis agmine, seu quauis acie vsurpatur. Est & φάλαγξ regula lances libræ suspendens Aristoteli in mechanicis teste Budæo, quod etiam ζυγὸν, idest, iugum appellare videtur. Est enim linea perpendiculo incumbens. φάλαγγες item sunt interno dia digitorum: sic dicuntur digitorum ossa terna, mutuo colligata, & ordine sibi succedentia, & velut in acie disposita. Ac quamuis Phalanx agmen siue aciem militum significet, & non singulos milites, digitorum tamen singula ossa à medicis φάλαγγες appellantur, vt cùm Galenus primam pollicis phalangem nominat, scribitq; priorem semper phalangem subire in cauitatem sitam in principio sequentis phalangis. Ratione eadem etiam σκυταλίδες vocãtur. Sunt etiam qui Phalangis nomine metacarpij ossa comprehendant, ordine etiam eodẽ, velut in acie, constituta quo ossa digitorum. In veteri lexico annotatur φαλάγγια esse internodium in digitis, id est, digiti partem rigidam, & quæ non flectitur, quę inter duos est articulorũ nodos. φαλάγγες ibidem dicuntur itidem esse ligna rotunda, fusteq; teretes, quibus suppositis naues in mare deducũtur, aut ad littus subducuntur. Vsi sunt autem & Latini hac vece in ista quoq; significatione. Budæus aunotat φάλαγγες etiam ligna esse quibus naues in nauali fulciuntur, & in quibus residẽt: quæ per φαλάγγια nos antè significari notauimus.

Phalanx pro acie.

Phalanx pro lancis parte.

Internodia digitorum.

Scytalides.

B

# SYNONYMA.

עכביש Hebræis est Araneus siue Aranea, Iob. 8. 14. Et domus (ideſt, tela) עכביש Aranei, fiducia eius. Iesah. 59. 5. & telas עכביש Aranei texent. עכביתא Acobita in Syrochaldaico dictionario, exponitur quoque Aranea siue Aspis, Psal. 65. & 139. & Psal. 59. סממית Simmith ibidem idem est, quod עכביש Araneus, vel secundum alios, lacerta, Hieronymo Stellio, alijs Simia, alijs Hirundo. Quidam etymum afferũt, quòd in locis desertis versetur, vel quòd flatu ab eo abhorreant homines, quod vtrumq; etymum Araneo conuenit. Græcis Ἀράχνης, & ἀράχνη, vt Latinis Araneus, & Aranea. Suidas tamẽ distinguit, ita vt ἀράχνης sit animalculum

C ipsum, ἀράχνη autem tela: quæ tamen differentia nõ semper obseruatur, sicut videre est apud Plutarchum: τὰ δὲ ἀράχνης ἔργα, inquit, κοινὸν ἰσῶν γυναιξὶ καὶ θήρας σαγηνευταῖς ἀρχέτυπον: item apud Dioscoridem; ἀράχνη τὸ ζῶον, &c. Ἀράχνιον quoq; non solùm est, vt Budæus notat, tela Araneorũ, sed & ipsum animal, quod liquet ex hoc loco Aristotelis τῶν δὲ ἀραχνίων τῶν γλαφυρῶν, καὶ ὑφαινόντων ἀράχνιον πυκνὸν, δύο ἐστὶ γένη. Dictam autem volunt ἀράχνιον παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν, aut παρὰ τὸ εἰς τὸν ἀέρα ἀίρειν τὰ ἴχνη, quòd tenuia habeat vestigia, vel quòd in aërem vestigia tollat. Ὄλκος nonnullis exponitur Araneus, siue Aranea, sed potiùs species quædam est Aranei, vti dicemus ex Dioscoride. φάλαγξ, & φαλάγγιον non solùm pro specie vsurpari video, sed simpliciter etiam pro Araneo quouis. Plato, ἐοίκασιν ἡμῖν οἱ νόμοι τούτοις τοῖς λεπτοῖς ἀραχνίοις ἃ τοῖσι τοίχοισιν ἢ φάλαγξ ὑφαίνει. id est, Comparabant nobis leges hisce tenuibus Aranearum telis, quas in muris net Phalanx, ideſt Araneus. Ælianus quoque modò φάλαγγες, modò ἀράχνας nominat. Synonyma esse autem, etymum etiam indicat: φαλάγγια enim à crurum longioribus internodijs, quæ Græci φάλαγγας vocant, appellata sunt. Eiusdem sententiæ est Iacobus Greuinus, [a] dum scri-

D bit: Phalangium genus quoddam est Aranei, cuius morsus periculosus est: nam inter Araneos ijs tantùm, qui morsu noxam inferunt, Phalangij nomen retinuerunt, quemadmodum Plinius scripsit, Aristoteles aliter distinxisse videatur. Nam sub appellatione Aranei, & Phalangij tanquam de speciebus vnius generis differit. Imò Nicander ipse Agrostem, qui Muscas, & Culices venatur inter Phalangia posuit, cùm tamen morsum ipsius innoxium esse dicat. Aetius, & Paulus Aegineta de Araneo quodam venenato scribunt, quem alium à Phalangio esse dicunt. Quo fit, vt existimem salua tamen Plinij authoritate. (Ego hîc Plinij authoritatem parui facio, cùm non vno in loco remedia contra venenatos Araneorum morsus præscribat, Araneosque & Phalangia nonnunquam vnà nominet) veteres quandoque indifferenter vtraque appellatione vsos fuisse. Nam, si significationem vocabuli Phalangij considerare voluerimus, inueniemus illud Araneo tam venenoso, quàm non venenoso posse attribui. Nomen autem sortita sunt à vocabulo quodam Græco, quòd digitorum internodia denotat. Et quia Phalangium terna habet internodia in cruribus, quemadmodum nos in singulis digitis, nomen huiusmodi illi est inditum. Non

Acobishi.

Ἀράχνιον.

Etymum. Ὄλκος.

[a] *Lib. 1. de venenis ca. 23.*

iniuria itaque Aranei innoxij tam Phalangia dici possunt, quàm venenosi. Hæc Greuinus. E
Sphalangi: Phalangium hodie in Creta dicitur Sphalangi. Inuenitur pro Aranea, & Araneo Araneola,
[b] lib. de nat. Deor. & Araneolus, [b] qua voce vtitur Cicero. Vt in Araneolis, inquit, aliæ quasi retexunt, aliæ ex improuiso obseruãt. Isidorus Araneã vermẽ aëris vocat, & ab aëris nutrimento nomen habere tradit. Sed Aranea etiã pro tela eius, vt diximus accipitur: vnde Titinnius antiquus poëta:

*Euerrite ædes, abstergite Araneas.*

Afranius in eodem significato

*Tamnè arcula tua plena est Aranearumè*

Catullus ad Fabullam:

*—— Nam tui Catulli*
*Plenus sacculus est Aranearum.*

Plautus citante Nonio:

*Ita inanijs sunt oppleta atque Araneis.*

Germani duabus appellationibus omnia Araneorum genera includunt, Rancxer & Spinne vocantes. Italis dicuntur Ragni, Hispanis Arana, Phalangium verò Arannamuij, ponzonosa, Gallis Araine, Belgis Spinnecop. Polonis Paiax, Paieczina. Vngaris Pox. Anglis à Spi- F
der, aut Cob Vuebbe.

# GENVS. DIFFERENTIÆ.

LONGA est Plinio, Nicandro, Aristoteliq; Araneorum Phalangiorumvè historia, fecitq; id multiplex eorum genus, diuersiq; in tam exiguo corpore ad vitam, & mortem hominum euentus, & quæ artificiosè modò exercent modò insidiosè vbiq; animalia id agunt. Prima, & maxima omnium in noxios, & innoxios diuisio est: Hos Græci ἀραάχνας, nos Araneos, illos Phalangia dicunt, quanquam sæpè, vt diximus, confundant. Innoxiorum duplex
Diuisio prima.
[a] lib. 2. c. 68. arbitror esse genus, vtrumq; autem Dioscoridi [a] notum, quorum primum etiã ὁλκὸν & λυκᾶον vocari scribit (Ruellius vertit Holcon & Lycon, ideſt, inquit, Lupum) facta vt Marcellus iudicat, à venatione & insidijs eius appellatione, & quoniã Muscas, & capiat, & trahat, & enecet, ideo Lupum & holcum à trahendo dictum fuit. Aristoteles hoc quoq; genus Lupum ap- G
[b] lib. 8. c. 6. pellauit. Alterũ genus Dioscoridi est, quod candidam tenuem densamq; telã orditur. Santes Ardouinus [b] differre scribit, venatione, opere, quantitate, & colore. Venatione quidem, quia quædam, inquit, venantur Muscas, quædam reptilia, sicut paruulas lacertas, & Erucas, quædam pisces, & quædam saltando venantur Vermes. Opere autem, quia quædam texit telam, & quædam non; & illa quæ texit, adhuc differt, quia quædam texit telam albam, quædam nigram, quædam subtilem, quædam crassam, & quædam medio modo, eamq; alia suspendit inter duos parietes, alia in angulis parietum, alia in aëre. Quantitate verò quia quædam est magna, quædam parua, quædam mediocris. Colore autem etiam differũt Araneæ, quia quædam sunt cinereæ, quædam virides, quædam variæ per totum corpus, quædam nigræ, & aliq
Genera ex Aristotele. alterius coloris. Araneorum autem & Phalangiorum secundum Aristotelem plura sunt genera. Mordax quod in duo distinguitur: alterum simile ijs, quę Lupos appellant, paruum, va- »
Pulex. rium, procax, salax, Pulex nuncupatum: alterum, maioris, coloris nigri, cruribus prioribus ni- »
Lupus. gris, tardum & lentè ambulans, nec viribus valens, nec saliens. Cætera, quæ medicamentarij » proponunt, aut nullum aut certè exilem inferunt morsum. Genus secundum, quod Lupi no- »
men accepit, partim exiguum est, quod non texit; partim maius quod asperam, paruamque H
telam apud sepes, aut terram orditur: bucculis intexere solitum primordijs intus positis ob- »
seruatur: Dum aliquid in tela offendens commouerit, mox accurrit, vt capiat: partim varium » est, quod pauçam vilemq; telam sub arboribus facit. Tertium genus, quod sapientissimum, » lautissimumq; omnium est: texit enim, primùm filis quoquo versus distẽdens in orbem, tum » stamina ducens, initio in medio accepto: nec inscitè medium ipsum accipit, deinde subte- »
gmina inferens atq; fulcans, cubile & repositorium sibi constituit, sed venationem in medio sui operis obseruando exercet; hæc & plura de hoc genere Aristoteles, quæ cùm simpliciter
[c] lib. 11. 31. alij de Araneo tradant, reseruamus ad rubricam de moribus, & ingenio. Plinius [c] hinc quædam transcripsisse videri potest, quorum nonnulla quoque postmodum trademus. Plura, inquit, sunt genera, nec dictu necessaria in tanta notitia. Phalangia ex his appellantur, quorum » noxij morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium. Altera eo- »
rum species, nigri, prioribus cruribus longissimis. Luporum nomine minimi non texunt: »

maiores

A maiores in terra cauernis exigua vestibula prætendunt. Tertium eorundem genus erudita operatione conspicuum. Orditur telas, &c. Aliàs verò idem Plinius [d] Phalangiorum genera exactiùs distinguit, neque tamen ab Araneis separat. Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum. Vnum simile Formicæ, sed multò maius, fuso capite, reliqua parte corporis nigra, albis incursantibus respersum guttis. Acerbior huius quàm Vespæ ictus. Viuit maximè circa furnos, & molas. In remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat. Et ad hoc seruantur, cùm mortui inueniuntur. Et cortices eorum contriti, & poti medentur, & mustelæ catuli, vt suprà diximus. Aequè Phalangion Græci vocant inter genera Araneorum, sed distinguunt Lupi nomine. Tertium genus est eodem Phalangij nomine Araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, ad alligatiq; mulieribus ceruina pelle ante solis ortũ, præstare ne concipiant, vt Cęcilius in commentarijs reliquit. Vis ea annua est: quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam aliquarum fęcunditas plena liberis tali venia indiget. Vocatur & Rhagion acino nigro similis, ore minimo sub aluo (alij legunt, subalbo) pedibus breuissimis, tanquam imperfectis. Dolor à morsu eius qualis à Scorpione. Vrina similis Araneis textis. Idem erat Asterion, nisi di

B stingueretur virgulis albis. Huius morsu genua labefactantur. Peior vtroque est cæruleus lanugine nigra, caliginem cõcitans, & vomitus Araneosos. Etiamnum deterior, à Crabrone penna tantum differens. Hic & ad maciem conducit. Myrmecion Formicæ similis capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus: Vesparum dolore torquet. (Hæc bis repetere videtur ex duobus diuersis authoribus, vel oblitus se hæc antea scripsisse.) Tetragnathij duo genera habent: peior, medium caput distinguente linea alba, & transuersa altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte candicans, lentior. Minimè autem noxius eodem colore, qui telas Muscis in parietibus latissimè pandit. Hucusque Plinius ex Nicandro, vt apparet, qui non eadem solùm Phalangiorum genera suis comprehensus est versibus, sed singulorum etiam priuatim inditia describit, qui ita periphrasticè in Latinum à Matthiolo Senensi conuersa sunt. Primus splendidus Rhox appellatur, niger planè, accumulatis pedibus prorepẽs, medium ventrem ore, & dentibus septum habẽs. Cui ab hoc inflictum fuerit vulnus, perinde corpore apparet, atq; si nihil quicquã sauciatus foret: oculi verò inferiori parte rubescunt, frigus iuxtà in corpore adhæret, infigitur, statimq; color & membra hominis à supernis ad ima vergere videtur: neq; penis semine vuidus demittitur, sed lumbos occupãs ita frigus genuũ

C nexus dissoluit. Asterion iam secundũ obserua, in cuius dorso pinguia quædã relucent, ac lucidæ in corpore virgulæ. Percussum ab hoc inexpectatus horror cũ flamine quodã adoritur, caput verò somnus grauat, genuum & mẽbrorum nexus, & imbecillitas fit. Cyaneum aliud sublime, crinitum & asperum æqualiter est. Difficilẽ corpori infert illud puncturam, quodcunq; labefactauerit, corq; graui languore succumbit. Nox & caligo tempora circumstant, vomitumq; edit è collo lubricum, ab Araneis telis non multum distantẽ, adeoq; tandem interitum subministrat. Ab hoc aliud est Agrostes, qui specie sua Lupo similis est, Muscarũ interẽptori, qui Apum obseruator est, Culicum qui Psenes dicuntur, & Oestrorũ, & omnium, quæ ad telam ipsius peruenerint. Hic imbellẽ plagam & vanũ vulnus homini infligit. Quod autẽ Dysderi siue Sphecion appellatur, rutilũ satis, Vespæ crudis vescenti simile. Hic si quẽpiam vulnerauerit ingens è vulnere tumor erigitur: morbi etiã quidam ad genua, aliàs etiam ad huius sæculi laboribus faciat. Est præterea Formicariũ dictũ, quòd Formicis planè simile

D sit, collo quidẽ rutilum, reliquum corpus nigredini ex putredine factæ, par est, vndiq; latũ, stellatum dorsum, punctisq; distinctum gerens, cui subcineritium tempus ad modicã ceruicẽ attollitur. Atq; ex hoc Phalangio dolores priorũ similes venenatorũ veniunt. Sunt & alia parua Phalangia Scarabæis similia, quæ in agris inter legumina sua carpunt pascua. Horum circa cruciantem morsum tubercula, & pustulæ exurgunt, cor oberrans furit, lingua incondità obmurmurat, oculi etiam subuertuntur. Educatur in Ægypto in Perseę foliis, quẽ Cranocolapten dicunt, Phalenæ similis, quæ circum lucernas cum impetu volitat nocte. Eius horribile semper caput incessanter nutat, vterus autem grauatur. Hic vbi cuipiam stimulum infixerit, quẽ ceruice tenus gerit, facilè sanè citra omnem laborem ad interitum ducit. Hęc Nicander. Ab Aetio [e] sex tãtùm etiam Phalangiorum genera enumerantur, his verbis: In Phalangiorũ genere primũ quidẽ Rhagiũ, alterum Lupum, tertium Formicarium, quartũ Cranocolaptes, quintum Sclerocephalũ, sextum Scolecium appellant. Ac primũ quidẽ Rhagiũ ideſt, acineum, figura rotundum est, colore verò nigrum, acini vuæ nigræ similitudine, vnde etiã appellationẽ accepit, & os quidẽ iuxta mediũ ventrẽ habet, pedes verò ex vtraq; parte,

[d] *lib. 29. c. 4.* Phalangiorũ genera.

Lupus.

Rhagion.

Asterion.

*In Theriacis*

Tetragnathij genera.

Rhox.

Asterion.

Cyaneus.

Agrostes.

Dysderi siue Spheciũ.

Formicariũ

Phalangia parua simi lia Scarabæis.

Cranocolaptes.

[e] *li. 13. c. 18.*

Rhagium

quàm breuiſſimos. Alterum verò Lupus appellatum, Muſcas perdit, eiſque paſcitur: ac cor- E
Lupus. Myrmeciũ. pus quidem habet latum, & volubile: partes verò circa collum ipſis inciſæ ſunt: amplius autem & os eius eminentias tres habet. Tertium autem Myrmecium, hoc eſt, Formicarium dictum, Formicæ maximæ aſſimilatur, colore fuliginoſo: corpus verò eius velut aſtris quibuſdam inſignitum eſt, maximè circa dorſum. Quartum deinde Cranocolaptes, ſublongum eſt & viride, ſtimulumque iuxta collum habet, atque ſi in quem irruat, locos circa caput petit.
Cranocolaptes. Scleroce-phalum. Quintum Sclerocephalum dictum, caput habet ſaxeum, & obduratum, lineamenta verò per omne corpus ſimilia animalibus illis, quæ circumuolitant noctu Lucernas. Sextum autem
Scolecium. Scolecium ſiue Vermicarium appellatum, ſublongum eſt, & ſubmaculoſum, maximè circa caput. Hactenus Aetius, qui à Nicandro in hoc diſſentit, quòd Sclerocephalum ijs ſimile ferit beſtiolis, quæ noctu lucernas circumuolitant. Nicander verò huic Cranocolapten comparauerit: præterea primum genus ipſe Rhagium vocet, cùm Nicandro Rhox dicatur. Aelia-
[f] *lib.3.c.36.* no [f] etiam hoc idem genus Rhax nominatur his verbis: Phalangij genus eſſe dicunt, quod
Rhax. Rhax appellatur, ſiue quòd Rhagi (ideſt, acino vuæ) nigro planè ſimilis ſit tum colore, tum figura etiam rotunda, ſiue aliam ob cauſam mihi ignotam. Naſcitur in Lybia, pedibus breuiſſimis, ore in medio ventre: morſu autem celerrimè perimit. Eidem Aeliano [g] Pithece ap- F
Pithece. [g] *lib.6.c.26.* pellatur Inſecti genus, quod à quibuſdam (inquit.) Oribates appellatur, ab alijs Hypodro-
Oribates. Hypodromus. mus, aut Pſylla, ideſt, Pulex. Animal autem eſſe ait piloſum, & in arboribus naſci: ventrem ei leuiter inciſum eſſe, vt ſectio notata filo videri poſſit. Morſum ab eo periculoſiſſimum tremor
Pſylla. & cordis dolor ſequuntur. Obſtruitur etiam vrina & aluus. Remedium ex cancro fluuiatili
Pulex. demonſtrant, quem in cibo ſumi iubent. Sic ille: quo loco Tigurinus interpres hoc addidit ſcholiolum: Genus eſt, inquit, Phalangij, quod & Ariſtoteles Pulicem appellat, vtpotè paruum, procax & ſalax. Pithece forſan à figura dictum: Oribates à loco, quòd in arboribus præſertim montanis reperiatur. Hypodromus, quòd ſub folijs. Nicander octauum genus Phalan-
Phalangia tetragnatha. gij ſub folijs Perſeæ degere ſcribit. Idem genus quartum Agroſtem nominat Lupo ſimile, Ariſtoteles Lupo Pulicem comparat. Phalangia quædam Tetragnatha dici alibi idem Ælianus [h] ſcriptum reliquit, quorum etiam meminit Strabo [i] his verbis: Vltra Lybes, & Zephy-
[h] *li.17.c.40* ros eſt regio deſerta, quæ paſcua larga habet, ob Scorpionũ multitudinem derelicta, & Ara-
[i] *li.16.Geogr.* nearum quæ τετραγνάθοι, ideſt, quadrimalæ appellantur. Hęc itaque de verbo ad verbum ferè è bonis authoribus ſunt deſumpta. Reliquum eſt, vt iam certi aliquid ex hac opinio-
Rhagion. num diuerſitate colligamus. Primum igitur genus, de quo Nicander loquitur, eſt Rhagion, G
nigræ vuæ acino ſimile, multos habens pedes, & os ſub medio ventre. In cuius deſcriptione, & appellatione Aetius, & Plinius cum Nicandro ſentiunt, niſi quod Rhagium à Nicandro, vt dixi, Rhox, & ab Aeliano Rhax dicitur. Quem crediderim facilè eum eſſe, quem
Aſterion. Ariſtoteles mordacem, nigri coloris vocat. Secundum genus eſt Aſterion quaſi Stellatum dicas. Maculis enim albis ad Stellę modum reſperſum habet corpus: quemadmodum iam diximus, quibus ſolis cognoſcitur & à Rhagio diſtinguitur Plinio teſte, qui hoc in loco cum Nicandro conſentit, Aetius nullam planè huius facit mentionem, quemadmodum etiam difficillimum eſt hæc ad Ariſtotelis deſcriptiones accommodare. Tertium eſt cæruleum lanugine horrida, & nigra, Plinio authore, cruribus longiſſimis, hinc Nicander dixit, id vtrinque ſublime eſſe. Plinius duobus prioribus noxium eſſe magis aſſerit. Sed de hoc nec Aetius, nec Ariſtoteles quicquam memoriæ prodiderũt. Quartum venator eſt, propterea quod Muſcas, Culices, & id genus parua animalcula venatur, Lupo ſimilis eſt, qui ſpecies eſt iuxta Nicandri interpretem Muſcæ. Hunc ego eum, quem Ariſtoteles Pulicem appellauit, eſſe exiſtimauerim. Similem enim Lupo eſſe ait. Aetius ſimpliciter Lupum vocat; in quo certè decipere ſeipſum potuit. Ariſtoteles etenim diſtinxit. Plinius etiam eodem nomine vo H
cauit. Quintum Dyſderi à Nicandro dicitur, quo vocabulo nullus reliquorum authorũ vſus eſt. Propriè enim Sphecion, quaſi Veſpariũ appellatur. Nam Veſpæ ſimile eſt. Cuius deſcriptionem ſeu nomenclaturam, nec apud Ariſtotelem, nec apud Pliniũ, nec Aetium inuenio. Sextum eſt Myrmecion, hoc eſt Formicarium, ſic dictum quòd Formicam referat, collum eius rubet, reliquum verò corpus fuliginoſum eſt. Aetius addit eſſe aſtris veluti quibuſdam inſignitum, præſertim circa dorſum. Plinius idem ſentit, niſi quod & Latina, & Græca appellatione videtur abuſus fuiſſe. Primum ſiquidem Phalangij genus Formicarium appellat, & ita deſcribit: paullò deinde inferius, quatuor aut quinque lineis interpoſitis, aliud Myrmecion introducit, quòd capite tantum Formicam repręſentet, non aliter diſtinguens à priore, niſi quòd vnius ictus exitioſior ſit quàm Veſpæ, & quòd alterum eundem dolorem excitet. Vocabulum autem Myrmecion nil aliud, quàm Formicarium ſignificat. Septimum à Nicandro nullo proprio nomine vocatur. Scarabæos tãtùm repræſentare ait, & colore eſſe

pulchro,

A pulchro, & flammarum æmulo. In campis inter segetes est, & à messoribus, & venatoribus magna illorum copia reperitur. de quo Plinius loquens; nascitur, inquit, & Phalangion in Eruo, bestiola Aranei generis, si hyems aquosa sit. Quam tamen non video an ad vnã è speciebus, vel Aristotelis, vel Actij referri possit. Albertus Magnus esse etiam ait Araneam quandam aquaticam, non quòd in aquis (neque enim id, inquit, fieri potest) telas texat, sed quòd aquas sicco pede permeet, & percurrat, cruribus semper emergentibus atque erectis, perinde ac si terram ipsam obambularet. Cardano etiam Hydorolcos [k] est riuulorum » Araneus [l] quidam in superficie aquæ stans, aitque venari Muscas; nec vnquam eandẽ viam » tenere, sed per vias diuersas gradi, vt faciunt qui laborant, inquit Cardanus, morbo eiusdem » nominis, qui melãcholiæ species est: nam ægri quoties alicui occurrunt, declinant ab eorum » occursu, atque ita per aliam viam incedunt, & allidunt pedes lapidibus, & ambulant tota » nocte, amantes solitudinem. Sed & Plutarchus spongias ab animali simili Araneo, regi scribit. Spongotherem is vocat, quod monet ac indicat cibum, aut insidias venantium adesse. Arabes Phalangia Rutelas nominant; Rasis de morsibus Rutelæ, [m] & Siptu (Tarantulæ,) &

B Aranei agens, Rutelam primo genere describit, aitque paruum animal esse paruo Araneo simile, qui vocatur Piphir, Muscas venari solitum: sexque eius faciens species, quandam tradit esse rubeam, quandam viridem, quandam pictam, siue versicolorem, quandam albam, & aliam quæ per dorsum lucentes habeat lineas, vocarique Stellatam, postremò aliam citrinam, villosam. Auicenna verò auctoritate quorundam antiquorum medicorum asserens similiter sex esse Rutelarum genera, ait primam esse, quæ Albaribon, aliàs Albarhasion dicatur, figura corporis rotunda, colore verò vueo, idest, ad nigredinem declinante. Altera species, inquit, Aucos, siue Auricos, corpore latiore, figura pariter orbiculata, in collo velut squammis obducta, in ore verò tres sunt eminentiæ raræ leneſque ad externa vergentes. Tertia Murchion vocatur, Api maiori quam Agaruf dicunt, magnitudine compar, colore subcitrino, cui corpus eminentijs tegitur paruis rubeis, maximè verò dorsum. Quartam speciem vocant Sagluuscolon, aliàs Sagluciscolon à totius corporis, & capitis duritie. Alas habet, Formicę maioris alis æquales. Quinta nominatur Suclion, aliàs Suchon, longo corpore, subtili, punctisque consperso, præcipuè prope caput, & collum. Sexta Surbultutis, aliàs Suburclitis cui notabilis corporis est longitudo, color verò viridis, & velut aculeus

C quispiam sub collo. Ex auctoritate verò Galeni, duodecim Rutelarũ genera recensetur, vnam rubeam rotundam, alteram albam, ventre rotundo, ore paruo, Stellatam, dorso lucidis insigni, & acuto; tertiam citrinam, hirsutam, quartam vueam, ideſt, nigricantem: quintam breuibus pedibus, quæ punctura aliquem, proijciat se in pedes, & bibituriens euomat nonnihil humiditatis: Sextam Formicariam, similitudine Formicæ, rubro collo, capite nigro, albo dorso, varijs notatam coloribus. Septimam Vespalem, rubeam, Vespæ persimilem. Octauam esse, quæ Alturſimati, aliàs Alheremati, aliàs AlKersenati dicatur, similitudine grani orobi, rotundam, subalbido ventre, pedibus hirsutis, candidis. Strabo atque Ælianus Albanorum terram scribunt lęthifera quædam serpentia gignere, & Scorpios, & Araneas quarum quædam ridendo mori cogunt, quædam flendo desiderio suorum, quod cùm de Tarantulis in Apulia, quæ & ipsæ ex Araneorum, siue Phalangiorum genere sunt, vulgo notum sit, nonnulli de his apud Strabonem intelligendum esse existimant. Phalangium, inquit Cardanus, [n] Aranei genus exitiale, quod Arabes Rutelam, nostri Tarantulam vocant. Plinius [o] breuiter eum describit, paruum, acutum, varium, assultim ingrediens hoc somnum profundum excitat, & vocatur Rutela Vespalis, ideſt, Vespæ similis, vt habetur in Prin-

D cipe sexta quarti. Sed Rasis distinxit Rutelam Vespalem à Tarantula, cuius morsus interficit breui. Hæc Cardanus. Rasis Siptu (sic Tarantulam vocat) magno Araneo longos pedes habenti assimilari scripsit; ex quibus verbis facilè liquet Tarantulam aliam esse à Vespali Phalangio, sicut Cardanus credebat. Rutelæ verò siue Phalangij speciem esse Tarantulam clarissimum est. Phalangium, & Araneorum decuria, inquit Cœlius Rhodoginus, [p] solens recentiorum perpensio dici ab Arabibus Rutelam animaduertit, collatis, quæ cum Galeno prodit Auicenna; vulgo autem Tarantulam, cuius exitiale virus stuporem lassis inducat, genuum labefactationem, demumque vniuersi corporis palmum, ideſt, tremorem, qui in prouerbium vsque profecerit. Sed de symptomatibus, quæ morsu suo inducit, postea. Ardouinus [q] quoque Tarantulam Rutelæ, vel Araneæ speciem esse ait, esseq; autem animal paruum, Araneo magno (Hoc habet ex Rasi) simile, senis pedibus (quod esset obseruandum: nam cęteri Aranei octo habent) tribus è quouis latere, cauda extensa, in cuius extremo exiguus sit aculeus, quo pungit. Ait item bina esse Tarantulę genera, nigram vnam, alterã subcroceã, quã postremã inuenio censeri deteriorẽ, maximè quę in Ægypto reperitur.

Aranea aquatica.

[k] *In cõment. Aphor.*

[l] *Hipp. 23. sect. 6.* Hydorolcos.

Spõtogher.

[m] *lib. 8. Almans.* Rutela. Piphir. Rutelarum genera.

Albaribon.

Aucos, siue Auricos.

Murchion.

Sagluuscolon.

Suclion.

Surbultutis.

Tarantula.

[n] *li. 2. de venen. c. 5.*

[o] *li. 11. c. 31.*

Siptu.

[p] *li. 7. A. L. cap. 16.*

[q] *lib. 5. c. 8. de venen.*

Tarantulæ genera.

Tarantulam Rasis, vt dixi, vocat Siptu, item Tarantulam, Albucasis Alfari, Rab. Moses Ayon Sarpa, Auicenna Sebegi, Tarantam Gilbertus. Ex hoc genere videtur etiam esse Solifuga, siue Solipuga, Solpuga, Solipunga, Solpunga, Salpunga, Salpynga, (tot enim nominibus apud authores venit) quanquam Plinius [r] naturalium scientissimus è Formicarum genere esse disertissimis hisce verbis profiteatur. Est & Formicarum, inquit, genus venenatum, non ferè in Italia, Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bœtica. Cur verò Phalangijs potiùs quàm Formicis congener hoc animal faciam, facit in primis idemmet Plinius, [s] qui citra Cynamolgos Æthiopas latè desertam esse scripsit regionem, à Scorpionibus, & Solipugis gente sublata: simile quid enim suprà dixi ex Strabone, idemque proditum memoriæ de Araneis reliquit Diodorus Siculus his verbis: Æthiopibus Acridophagis regio adiacet perampla, varietate pascuorum fertilis, sed deserta, & quæ penitus adiri nequeat. Non tamen hominibus à principio caruit, sed postmodum intempestiua ex pluuia deserta est, multitudinem Aranearum & Scorpionum ferente. Tantam enim harum bestiarum excreuisse copiam ferunt, vt morsibus pestiferis incolæ vexati patriam deserere, & ad alia loca confugere compellerentur. Idem Plinius [t] leguminibus innasci scribit bestiolas venenatas, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, Solifugarum generis: aduersus quas omnia eadem testatur mederi, quæ contra Araneos, & Phalangia demonstrantur. Et alibi: Nascitur, inquit, & Phalangion in Eruo, bestiola Aranei generis, si hyems aquosa sit. Equidem Solinus, [u] qui aliàs omnia sua ferè ex Plinio transcribere solet, adeo vt Simia Plinij vulgo dicatur, Solfugas disertissimè Araneas esse tradidit, dum inquit: Sardinia serpentibus caret, sed quod alijs locis serpens, hoc Solfuga Sardis agris, animal perexiguum, simileque Araneis forma; Solfuga dicta quòd diem fugiat: in metallis argentarijs plurima est; occultim reptat, & per imprudentiam supersedentibus pestem facit. Ibi fontes contra huiusmodi venenum sunt. Hæc Solinus: quæ eadem habet Isidorus Solinum potiùs quàm Plinium [x] sequens. Solino in agris nascitur Solifuga, Plinio in leguminibus, nimirum cùm adhuc per agros nascuntur, quod de septimo Phalangiorum genere ex Nicandro quoque diximus, & hìc repetimus: Sunt & alia, inquit, parua Phalangia Scarabæis similia, quæ in agris inter legumina, sua carpunt pascua. Lucanus [y] Salpyngam vocat, atque admodum acutè Parcas infernales, quę vitæ nostræ tempus suis metiebantur staminibus, ius ei in sua fila dedisse canit, innuens, & Parcas, & Salpyngam nere; quod proprium est Aranearum. Canit autem:

*Quis calcare tuas metuat Salpyga latebras?*
*Et tibi dant Stygia ius in sua fila sorores.*

Vbi Mycillus, qui diligenter quo ad nomen hunc Lucani locum expendit: Varia, inquit, huius loci lectio est. Volaterranus Salpynga legit, breuemque serpentem interpretatur: alij Salpyga malunt, idque genus Formicæ venenatæ tradunt, Plinij videlicet authoritate adducti. Vtra igitur lectio melior sit, difficilè est dijudicare, quando idem Plinius in octauo Salpugam vocat, vbi de Æthiopibus loquitur: & Festus Pompeius, Solipunga, inquit, genus bestiolæ veneficæ, quod fit acrius contractiusque feruore Solis, vnde & nomen traxit. Quod si autem vt in re obscura, diuinare licet, credam ego apud Plinium quidem posteriore loco pro Solifuga, Solipungam, vt Festus, aut certè Solpungam, vt ipse alibi habet, legendum esse, Lucanum autem Salpugam, aut etiam Salpygā, quando facilis transitus est u & y, gentis suæ more posuisse. Sic ille. Perottus Solpugam à Lucano hoc loco appellari docet, non Salpygam. Vt ut est, vel ipso nomine animalculum vitiosum esse cognoscere quis potest. Solfuga enim dicitur, quòd lucem, velut qui malè agunt, fugiat: vt enim ait dominus: Qui malè agit, odit lucem. Et ne liceret ei liberè malè agere, addidit natura fontes in veneni huiusmodi medicinam, ne naturam pœniteret huiusmodi animal edidisse. Sed vt ad Araneas earumque diuersitates sermo, vnde digressus est, reuertatur. In orbe nouo, vt Ouetus [z] tradit, Aranei præter aureum colorem, quem humor ipse ex solis radijs in tela sua ostendit, viridem colorem habent æquandum viridi serico. In Cumana noui etiam mundi parte Aranearum telæ adeo firmæ sunt, & validæ, vt nec facilè disrumpantur, perinde ac sericum. In insula quam Hispaniolam dicunt, idemque testatur Ouetus præcitato loco, adeo ingentes esse corpore, vt pilæ lusoriæ comparari queant, nuces verò plerumque adæquent soliditate sola corporis. In Bresilia quoque genus est Araneorum prægrande, quales sunt cancri, cùm nihilominus Crabro exiguus illi sit infensus hostis; insidiatur enim huic Araneo, tametsi longè maiori, captumque in sua latibula trahit, & depascitur. Ita fit vt apud Indos Araneas Musca venetur, in Europa Aranea Muscas. India Occidentalis Araneos alit, qui ad Passeris magnitudinem excrescunt, quod natura (inquit Cardanus) [a] hoc animal sit frigidum, quod etiam ex veneni auxilio docuimus. Sed ibi vt maior est, eò minus venenosa. Aduersus

quem

[r] *lib. 19. c. 4.*
[s] *lib. 8. c. 19.*
[t] *li. 22. c. vlt.*
[u] *Cap. 9. Polyhist.*
[x] *lib. 11. c. 2.*
[y] *li. 9. de bel. ciuil.*
[z] *li. 15. c. 3.*
[a] *li. 9. de subtil.*

Aranei Indici.

A quem [b] Scaliger. Alius, inquit, animaduertet, vt sæpè, vitiosam dicendi licentiam. Quid [b] Exc. 187.
» enim est auxilium veneni? At nos ad potiora. Miram verò propositionem. Araneus
» crescit ad passeris magnitudinem, quia totum genus frigidum est. Quod ipse Passer, qui
» non sit frigidus, quomodo crescat ad passeris magnitudinem? Tum in India & Africa Ser-
» pentes crescunt, quia frigidi? An frigida plus crescunt in calidis: quia fiat temperatio? Fri-
» gida igitur omnia crescent apud Indos. Saltem omne genus Araneorum ad illam progres-
» sus faceret magnitudinem. At illa sola species est. Non igitur ob illam generis tempera-
» tionem. Quid? Si in calidis crescunt frigida, in frigidis maiora fieri calidorum incremen-
» ta, par est. At serpentes in frigidis minores facis. Hæc videtur Empedoclis sententia: qui,
» vt recitat Aristoteles aiebat, piscium naturam igneam, atq; iccirco aquis inditam, vt ei mo-
» dus statueretur. Longè noster excellentiùs. Animantium naturæ cum locis, aut regionibus
» conuenire, vel propter similitudinem, vt pisci cum aquis. Quæ causa est, vt malè habeatur
» asinus à frigore, in Scythia: equus à calore, in Æthiopia, vt alibi dicebamus. Vel propter
» temperaturam. Frigida enim quædam melius se habent, in æstibus, vt Bombyces, Ara-
» neæ, Muscę. Tertia consideratio illorum est, quæ ob victum loca sibi habitant idoneâ, vt Del
B phin. Cui namq; spiratio sit necessaria, huic ob victum solum, mansio in aquis congruit. Ad- Delphinis locus.
» deres tu, vir subtilis, quartum. Quippe munimenti quoque, non solius escæ gratia stabula-
» tur in aqua Hippopotamus: vt est ad persequendos piscium lubricitates, celeritates, euasio-
» nes impensè tardus, atque ineptus, &c. Sed tempestiuum est, vt more nostro Araneos, quos Aranei ab
longo tempore diuersos obseruauimus, breuiter describamus atq; depingamus. Qui in authore ob
priori tabula prior depingitur, è paruorum genere est, corpore crassiusculo, ac oblongiuscu- seruati.
lo, pedibus octo instructus, totus cinereus, paruam texit telam, Araneum lautum vocant.
Secundùm pictus minimorum generis, totus est viridis, Araneus pratensis nuncupatus. Nu-
mero 3. Araneus est pedibus breuibus, totus subcastaneus, assultim ingreditur, arbitrorq;
eum esse, quem Pulicem Aristoteles nuncupauit. Eiusdem generis est, eiusdemq; coloris,
qui quarto numero datur. Ex minimis est sextus, campestris, rotunda aluo, albaq;, pectore
verò castaneo, tribus albis notato punctis, cùm totidem nigris notetur aluus: pedibus te-
nerrimis, longiusculis, telam texit oblongam, in medio, quo residet, rotundam. Septimus
totus viridis & ipse pratensis, protenso corpore, & acuta aluo, lineis candidissimis quinque
insignita. Octauus ex minoribus est, breuissimo corpore, aluo admodum orbiculata, crassis-
C sima pro portione corporis, pedibus mediocris longitudinis. totus nigricat. Nonus corpo-
re maximo, at breui & compacto, adeo vt vix pectus eius sit conspicuum, figura marsupium
æmulatur, totus ruberrimi coloris. Decimum lautum quoq; dicunt, aluum habet bifidam,
qualem in alijs non inuenias, pedes verò, qui hirsuti sunt, illius, qua pictor expressit proce-
ritatis, ac crassitiei. Color ei cinereus, maximè in pedibus, corpus enim nonnihil ad casta-
neum inclinat, & punctulis candidissimis vndiq; maculosum est. Vndecimus quasi trian-
gulari aluo, totus flauescit, quemadmodum duodecimus huic postremo congener, totus can
dicat. Decimus tertius albo, & cinereo fusco varius telam texit paruam, rotundam, & subti-
lem, ex mediocrium genere. Decimus quartus admodum exiguus, rotundus, coloris flaui,
longissimos habet & subtilissimos pedes, agros colit. Decimus quintus corpus habet ro-
tundum, videturq; pectore carere. colore est subluteo & subuiridi, maculis tortuosis, ser-
pentium gyros æmulantibus varius. Decimus sextus idem fortè est, licet paulò minor. De-
cimus septimus pratensis est, corpore procero, pectore candido, aluo flaua, pedibus crassis,
quorum penultimi cæteris paulo sunt breuiores. nulla in omnibus apparent internodia;
antennis caret. Decimus octauus sex tantummodo pedibus instructus, folliculum texit can-
D didum, sicuti in expresso hîc mori folio videre licet, vnde Aranei generis esse vix credo. cor-
pore Araneis simile animalculum est, cinerei coloris. Numero 20. expressus, ex mi-
nimorum genere, colore ex castaneo, lineis duabus flauis per aluum notatus. Po-
stremus in hac serie, capite, pedibus & pectore aterrimis, aluo ex albo cinerea ad maio-
rum genus redigitur. E Phalangiorum genere videtur. In secunda tabula primus Ara-
neus terrestris quoque dici potest, quia terram habitat è Pulicum genere, salit enim. Cor-
pus habet breue, & breues etiam pedes, ex cinereo fuscus totus. Secundus huius ordinis
corpore est atro, albo variante, grandi capite, candicante, breuibus antennis, pedibus ci-
nereis. Tertius exiguus, subalbidus ad luteum vergens, maculis variegatus nigris. Quar-
tus Arancus fœmina prolem tergore ferens, sed ea orbata: corpore procero, pedibus cras-
sis, crassissimo item pectore. Quinto loco exprimitur eius fœtus. Sextus idem fortè qui quin-
tus, prole tam numerosa onustus, vt quadam hirsutie villosus esse videatur. Proliger dici
potest. color ex leucophęo ad atrum vergit. Septimo & octauo loco pictus Araneus prono

& su-


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

A & supino corpore, ἀχρομέλας dici potest, atro enim & luteo variat. Nonus est ex minimorum genere totus flauus aluo triangulari.




# FORMA.

D ARISTOTELES[a] Araneum Asilo magnitudine similem esse scribens, de vulgatiori Aranco, qui in parietibus texit, intelligendus esse videtur. Quod[b] verò Phalangiorum fœminas maribus dicat esse maiores, id vniuersaliter de omni genere Araneorum verum esse puto. Omnibus quoq; teste[c] Plinio terna sunt in cruribus internodia; quibusdam prælongi accedunt pedes bini. Caput omnibus minimum, excepto vno, quod ideo grandissimo capite[d] Plinius esse dicebat. Ouidius sic breuissimè Araneam descripsit, Arachnen puellam in sui nominis Insectum conuersam esse canens:

[a] *Lib.5. cap.30.*
[b] *Lib.4.hist. cap.11.*
[c] *Lib.11.47 & 24.*
[d] *Lib.6.Met tam.*

*Postea discedens succis hecateidos herbæ*
*Sparsis & extemplo tristi medicamine tactæ*
*Defluxere comæ, cum queis & naris & aures*
*Fitq; caput minimum, totoq; est corpore paruæ*
*In latere exiles digiti pro cruribus hærent,*
*Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit,*
*Stamen & antiquas exercet Aranea telas.*

Pedes. Pedes habent non omnes eiusdem longitudinis, propter diuersas quas exercent, operationes: Quibusdam enim fila quæ neuerunt, attenuant, & in longum protrahunt, alijs eadem in telam deducunt, ac inuicem coniungunt, alijs deniq; per eadem prorepunt, & cùm volunt, ex ijs ceu immobiles sese suspendunt. Nicander in Theriacis Phalangium ait esse εἶδος μικρῶν

Phalangij Cretici deſcriptio. [c] *Lib. 1. cap. 12.*

τῶν ἑρπετῶν ὀφέων, hoc eſt, genus paruorum ſerpentium, quod non probo. Phalangij, quod Cretæ familiare eſt Inſectum, deſcriptionem exactam hanc nobis reliquit [c] Petrus Bellonius in ſingularibus ſuis obſeruationibus, quas Carolus Cluſius nobis Latinas fecit, his verbis. Cretenſes Phalangia appellare norunt Sphalangi: Inſecta ſunt parua, admodum pernitioſa, paulò maiora, octo pedibus prædita, vtrinq; quatuor: ſinguli pedes ſeu crura quatuor articulis conſtant, binosq; vngues habent incuruos. bina vtrimq; crura anteriora illis data ſunt ad progrediendum, bina poſteriora ad retrocedendum, obliqua in terra foramina inhabitant, ſtramine muniunt, ne obturentur, ſed aperta maneant. Corpore ſunt ſuperiore parte cinereo, binis rubentibus maculis anteriore dorſi parte inſignito: inuerſa autem nigris maculis notata, conſpiciuntur ea parte qua ſinguli pedes corpori inhærent: venter flauet. Si quis autem ſcire cupiat, qua parte nocere queunt, eorum os intueatur, & binos paruos nigros aculeos deprehendet, ijs ſimiles, quos Scolopendra obtinet, quibus mordent, atq; cibum retinent: telas Araneorum more texunt, Muſcisq; & Papilionibus vóſcuntur. Circiter ſexaginta oua ponunt, & pectori adherentia fouere ſolent, pullosq; excluſos ventri inhærentes geſtant, donec adoleſcant. Piloſo ſunt corpore: quoniam autem magnitudine differunt, foramina pro corporum magnitudine excauant: variare autem inter ſe, pro Inſularum diuerſitate obſeruauimus. Immortale eſt diſſidium inter exiguum hoc animal, & Veſpæ cuiuſdam genus à Latinis Ichneumon vocitatum: quod libro ſecundo, vbi de Ichneumone Aegypti agemus, ex noſtra obſeruatione deſcribemus. Hæc itaq; Bellonius.

Victus. Generatio.

Antipathia

# LOCVS.

Aranee vbi non ſint. [a] *Lib. 4 memorab. c. 50.* [b] *Lib. 8. cap. 58.*

NVLLA non regio Araneas alit. Tamen prope vrbem Gratianopolim in ea Gallię parte, quę Italiam proximè iacet, [a] Gaudentius Merula vetuſtam ſcribit eſſe turrim, quæ Araneas neſciat, neq; aliud venenoſum reptile: quin potiùs ſi quid huiuſmodi in eam immiſſum fuerit, è veſtigio emori. Contrà in Creta teſte [b] Plinio, cùm non ſint lupi, non vulpes, vrſúe atq; omnino nullum maleficum animal, Phalangium, Aranei genus reperitur, cuius videlicet modò deſcriptionem dabamus ex Pet. Bellonio. In Aethiopia Phalangia, & multitudine & magnitudine excellentia reperiri author eſt Strabo. Hoc ſuprà de Araneis ex [c] Diodoro, de Solifugis ex Plinio diximus, vel quid ſimile, atq; hoc etiam eſt, quod de Phalangijs his verbis ſcribit [d] Aelianus, cui (vt dixi) Phalangium & Aranea nihil differunt. Circa lacum Arrhatam, inquit, vbi locus deſertus eſt & appellatur. Eum accolæ, & finitimi circumquaque negant ab initio & perpetuo habitatoribus caruiſſe, ſed Scorpionum copias infeſtas ſuperueniſſe, & nimium Phalangiorum extitiſſe prouentum, illorum quę tetragnatha nominant. [e] Plinius Phalangium Italiæ ignotum eſſe ſcripſit: tamen And. Matthiolus, enumeratis primùm omnibus Phalangiorum generibus ex Aetio & Nicandro: Ego, inquit, aſſerere non dubitauerim, omnia hæc Phalangiorum genera haberi in Italia, quippe quæ à me ſępius ſint viſa, quanquam ſcribat Plinius, Phalangia in Italia non oriri. Quin potiùs præter prędicta genera inibi & alterum reperitur, omnium pernitioſiſſimum, quod à Taranto Apuliæ ciuitate, vbi innumera ęſtate tota vagantur in campis, Tarantulam appellant. Sic Matthiolus, quem temeritatis arguit [f] Iacobus Greuinus; nil dicam, inquit hic, quàm temerè Matthiolus locutus fuerit, cùm affirmat ſingulas ſe Phalangiorum ſpecies in Italia vidiſſe, nec tamen primos authores, quos allegat, inter ſe conciliat. [g] Plinius ſecundus Phalangium teſtatur prędipuè in leguminibus & hortis obſeruari. qui locus Tarantulæ conuenit, & Plinius in aruis quoq; Phalangij genus habitare ſcriptum reliquit, vt ſupra de Solifuga loquentes demonſtrauimus. Aranei loca habitant deſerta & ab hominibus inculta, vel ſaltem negle cta, in quibus caſſides ſuos contexunt, quod licet per ſe notiſſimum ſit, exemplis quibuſdam corroborare lubet, ac in primis ex [h] Homero, apud quem Telemachus patris ſui thalamum, quod diu peregrè fuiſſet, quod, inquam locus ille deſertus eſſet & incultus, Aranearum telis infectum eſſe ait:

[c] *Lib. 17.*

[d] *Lib. 17. cap. 40.*

[e] *Lib. 29. cap. 4.*

[f] *Lib. 1. de venen. c. 23.*

[g] *Lib. 3. de re med. c. 5. 6.*

Araneus quę loca colat. [h] *Odiſſ. π.*

—— Οδυσῆος δὲ πυκὰ εὐνὴ
Χήτει ἐνεικαίων κακὰ δ' ἀρόχθια κῆται ἔχουσα.
—— *Vlyſſis certè quidem cubile*
*Penuria incubantium malis Araneis obſitum.*

In eodem ſenſu [i] Propertius:

[i] *Lib. 3.*

*Putris & in vacuo texetur Aranea lecto.*

Hinc

A Hinc quod situ obsitum est, & quo non amplius vtimur, Araneis infestari dicimus. Lucianus
» in bis accusato. Ecce, inquit, præ continuis occupationibus, quàm multas controuersias in-
» tus repositas iam olim seruamus situ adeo & Araneis propè corruptas, præcipueq; eas quas
» scientia atq; artes aduersus homines quosdam habent admodum antiquas illarum nonnul-
» las &c. Item in Pseudologista: Vbi huiusmodi scripta reperis? In angulo fortassis alicubi
» alicuius ex poëtis istis defossa, situ & Araneis oppleta. Sed quanquam diuitum quoq; do-
mos Araneis suis conspurcent Aranei, copiosiores tamen eæ in casis pauperculorum repe-
riuntur, quod pereleganter, ac luculenter facetus [k] Comicus ostendit, apud quem Euclio [k] *In Aulul.*
senex & Staphila anus sic colloquuntur.

*Eu. Redi nunc iam intrò, atq; intus serua. Sta. Quippini*
*Ego intus seruem: anne quis ædes auferat?*
*Nam hîc apud nos nihil est aliud quæsti furibus.*
*Ita inanijs sunt oppletæ atq; Araneis.*
*Eu. Mirum quin tua me causa faciat Iuppiter,*
*Philippum regem, aut Darium, triuenefica:*
B *Araneas mihi ego illas seruari volo.*
*Pauper sum, fateor, patior, quod Dij dant, fero.*

Idem [l] Plautus alibi: [l] *In Stichō.*

*Effer huc scopas, simulq; arundinem*
*Vt operam omnem Aranearum perdam & texturam improbam.*

# NATVRA. MORES. INGENIVM.

C ARANEORVM genus omne infirmum est, leui admodum tactu defi-
ciens, vnde scriptum est, *tabescere fecisti, sicut Aranea*. Phisiologus tradit
dormientes dorsum suum ad terram, faciem versus cælum conuertere, & Vt dormiāt.
cùm dormiunt, à filis quæ texuere, in aëre dependere. Laborant impieta-
tis infamia, parentes enim post incubatus officium à suis fœtibus interimun
tur magno numero teste [a] Aristotele, quod repetens [b] Plinius: Phalangius, [a] *Li. 5. Hist. cap. 26.*
inquit, tantùm in ipso specu incubat, qui vt emerserit, matrem cōsumit, sæpe & patrem: ad- [b] *Lib. 11. cap. 31.*
iuuat enim incubare. Statim vbi editi sunt in lucem, mittunt, inquit idem [c] Aristoteles, non [c] *Lib. 9. cap. 39.*
intrinsecus tanquam excrementum, vt Democritus ait, sed extrinsecus de suo corpore, ve-
luti corticem, aut more eorum, qui suos villos eiaculantur, vt Hystrices. Merito autem De-
mocriti opinionem pessundedit Aristoteles. Etenim Aranex & alia istiusmodi annulosa pa-
rum sumunt alimenti, parumq; nutriuntur propter sanguinis, & caloris defectum: quare cū
illæ non tantum capiant cibi, quin plus continuè in telarum textura consumant, dicendum
esset, maiorem superfluitatum, excrementorumq; fore emissionem, quàm alimenti assum-
ptionem, quod absurdum est statuere. Quàm industriè autem texant, ideni Aristoteles præ Texturæ artificium.
cæteris scriptum reliquit, de tertio Arancorum genere agens, Tertium genus, quod sapien-
» tissimum, lautissimumq; omniū est, texit enim, primùm filis quoquo versus distendens in or
» bem, tum stamina ducens, initio à medio accepto: nec inscitè medium ipsum accipit: deinde
» subtegmina inferens, atq; stipans, cubile & repositorium alibi sibi constituit: sed venationem
D in medio sui operis obseruando exercet. Cùm enim bestiola eò inciderit, motu medij exci-
» tus occurrit, deuincitq; primum obuoluens Araneis, dum defatiget, infirmamq; faciat; tum
» tollit ac deserit, & si fortè fame tenetur, exugit: hæc enim fruitio eius est: sin minus, recon-
» dito quod ceperit, in repositorio, repetit venandi negotium, sed prius confarcinato, quod
» per venatum lacessitum est. Si quid inter media & extrema inciderit, primum ipse in mediū
» currit, inde ad id, quod inciderit, velut à stato initio properat. Si quis telam lacerarit, texere
» iterum incipit. Venatur oriente Sole, aut occidente, quoniam bestiolæ temporibus his po-
» tissimùm offendant: Fæmina & texit & venatur. mas comes fruendi, non laborandi est. Ele-
ganter quoq; [d] Plinius hanc artem texendi venandiq; descripsit, & ipse tertio generi Ara- [d] *Lib. 11. cap. 24.*
» neorum eum ascribens. Tertium eorundem genus, inquit, erudita operatione conspicuum.
» Orditur telas, tantiq; operis materiæ vterus ipsis sufficit, siue ita corrupta alui natura stato
» tempore, vt Democrito placet, siue est quædam intus lanigera fertilitas, tam moderato vn-
» gue, tam tereti filo, & tam æquali ducit stamina, ipso se pondere vsus. Texere à medio in-
cipit.

cipit, circinato orbe ſubtegmina adnectens: maculasq; paribus ſemper interuallis, ſed ſub- E
inde creſcentibus, ex anguſto dilatans indiſſolubili modo implicat. Quanta arte celat pedi- »
cas ſcutulato rete graſſantes? quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & »
quadam polituræ arte, ipſa per ſe tenax ratio tramæ? quàm laxus ad flatus, non ad reſpuen- »
da, quæ veniant, ſinus: derelicta laſſo prætenti ſumma parte, vbi arbitrari licet illa, quæ dif- »
ficilè cernuntur, atq; in plagis lineæ offenſæ præcipitant in ſinum? Specus ipſe, qua concа- »
meratur architectura? & contra frigora quantò villoſior? quàm remotus à medio, aliudq; »
agenti ſimilis? incluſus verò ſic, vt ſit, nec ne intus aliquis, cerni non poſſit? Age, firmitas »
quanta irrumpentibus ventis? qua puluerum mole degrauante? Latitudo telæ ſæpe inter »
duas arbores, cùm exercet artem, & diſcit texere: longitudo fili à culmine, ac rurſus à terra »
per illud ipſum velox reciprocatio: ſubitq; pariter, & fila deducit. Cùm verò captura inci- »
dit, quàm uigilans & paratus ad curſum? licet extrema hæreat plaga, ſemper in medium »
currit: quia ſic maximè totum concutiendo implicat. Sciſſa protinus reficit, ad polituram »
ſarciens. Hactenus Plinius. Miratur itaq; Gregorius Nazianzenus, vnde Apibus Araneisq;

Apum indu ſtria in fa uis confi ciendis.

cùm induſtriæ, tum artis tantùm ſuppetat, vt illæ quidem in cellis fauos ſuos connectant, di- F
ſtendantq; per ſexangulas fiſtulas, quas æqualibus in medio ſpacijs relictis ſic ædificant, &
in eorum medio, quaſi muro quodam interiecto, angulorum rectorum commiſſura ipſæ ſi-
bi ſedes inſtituant; eaq; in alueis adeo caliginoſis inuiſibili fingendi artificio efficiunt. Hi
autem, cùm interim vnde texturam ſuam exordiantur, conſpicuum ſit, nihil tamen per ſta-
mina ſubtilia adeo, & propemodum aëria multiplici ſpecie deducta, ſinuoſas inexplicabi-
lesq; telas contexant; quæ ſimul habitaculum, neutiquam vile, ſimul in alimenti prædam
infirmorum animantium mirabile præbeant aucupium. Et quis, inquit, Euclides alioqui
lineis, quæ nuſquam ſunt, effingendis occupatus, ac in demonſtrationibus anxiè laborans,
ingenium hoc imitatione conſecutus eſt. Hoc vnum in hoc itaq; animalculo laudes, geome-
tricam quandam artem, in illo illucere: filum enim textrinæ ſuæ corpore velut integro, vt

[c] Epiſt. 101.

tradit [c] S. Auguſtinus, ideoq; animi partus imitatur, perinde enim ac ingenij partus omnes
ingenium animumúe non minuunt, ſed integrum etiam manet, ne dicam augetur, ita quod
pariat fila, integrum corpus eius eſſe non deſinit. Textrinam & lanificia, inquit facundiſſi-

[f] Lib. 1. de Animal. cap. 21.

mus [f] Ælianus, deam nomine Erganem inueniſſe fama hominum celebratum eſt. Araneus
verò ad textrinum opus ſua ſponte naturaq; natus eſt. non enim textili artificio ſtudet, neq; G
aliunde filum aſſumit, ſed ex ſuo ventre ſtamina deducit & irretiendis leuiſſimis volucribus
venabula contexit, atq; in retis ſpecie diffundit. Porrò eodem, quem ad texendum de ven-
tre ſuo detrahit, ſucco, ventrem ſuum ſtudioſiſſimè alit. Mulieres ſanè quæ maximè ad nen-
di artificium digitorum argutijs valent, filumq; elaboratiſſimum conficere præclarè ſciunt,
non cum ea ſubtilitate operis ſunt conferendæ: huius nimirum filum tenuitate pilum vin-

[g] Lib. 4. de rer. nat.

cit. Rectè ergò [g] Lucretius, docens animum tenuiſſimis, & celerrimis imaginibus moueri,
tenuiſſima illa Araneorum filis, & auri bracteis aſſimilat, dum canit:

*Principio hoc dico, rerum ſimulacra vagari*
*Multa modis multis in cunctas vndiq; partes*
*Tenuia, quæ facilè inter ſe iunguntur in auris*
*Obuia cùm veniunt, vt Aranea, bracteaq; auri*
*Quippe etenim multo magis hæc ſunt tenuia textu*
*Quàm quæ percipiunt oculos, viſumq; laceſſunt.*

[h] Lib. 5.

Et [h] antea tenuia fila vocauerat:

*Nam neq; pulueris interdum ſentimus adhæſum* H
*Corpore, nec membris incuſſam inſidere cretam*
*Nec nebulam noctu, neq; Aranei tenuia fila*
*Obuia ſentimus, quando obretimur euntes.*

[i] Lib. de ſolert. Anim.

[i] Plutarchus quoq; Aranææ textum celebrans, commune exemplum telæ mulierum, & reti-
bus, non vna de cauſa admirationem ſui præbere ptodidit: nam & filis, inquit, ſubtilitas &
textura non deiuncta aut ſtaminis in morem diuulſa, ſed continens tenuis in morem mem-
branæ, & quodam glutinoſo humore obſcurè admixto conſerta, tum color aëream, & cali-
ginoſam reddens ſuperficiem fallendi cauſa, atq; ipſa adeo maximè totius machinæ guber-
natio, quòd callidi inſtar venatoris, ſi quod reti ſuo implicuit, ilico ſentiens caſſes ſuos con-
trahit, prædamq; conſtringit. Sic ille: quibus adde, cùm venatur Araneus, ſedem ſuam col-
locat in medio retis, quod operoſiſſimè contexuit, velut in centro ſuperficiei circularis, vt
inde Muſcas vndiq; incidentes percipiat, cùm ad centrum illud omne opus perducatur: qua
re ſæpenumero tenuiſſima, ac vix ſub aſpectum cadentia fila, longè à caſſibus ſuis, quæ ta-

men

Amen annectuntur hisce orditur, quibus imprudentes Muscas inhærentes adoritur & captat: vt non tantum reticulis fallat Muscas Culicesúe, sed astu etiam: vnde Lucianus in encomio Muscæ non paruam Muscæ intelligentiam inesse dicere audet, cùm insidiatorem & hostem suum Araneum effugiat: Insidiantem enim obseruat, inquit, & contrà intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur irretita, & in bestiolæ incidens casses. Sunt ex Araneis teste [k] Cardano, qui fructibus assistant, qui in pratis tela texant, qui in terræ foraminibus latitent, diuersis animalculis insidiantes, quæ repente adoriuntur, alij Culicibus & Muscis aquaticis. Equidem qui locum Araneorum in cassibus, qui ipsos etiam casses contempletur, sicut quilibet omni tempore videre eos potest, etenim semper venantur Arauei, retia inde suam originem agnoscere fatebitur, & ab Araneis venandi artem nos esse edoctos; quemadmodum etiam B. [l] Theodoretus in nostros superbos mores inuectus, admonet his verbis: Quin Araneam tenuia & inuisibilia ferè fi-
„ la ducere docuit idem rerum opifex, vt te quo pacto volucres capi possent, edoceret.
„ Hæc enim non verbis aut ratione artem edocta, sed natura magistra vtens retia contexit. Tu
„ verò rationem tibi familiarem habens, cùm exemplar ob oculos positum cernis, infinitas
B rerum species parauisti: atqui fastum tuum & insolentiam minimum hoc animalculū (quod
„ cùm ratione destitutum sit, paradigmatis tamen vsum tibi exhibuit) prohibet. Adhæc [m] Plutarchus, cùm multa animalia docilia esse dixisset: sed ridiculi fortasse, inquit, sumus qui eo nomine laudamus animalia, quòd discant, cùm Democritus affirmet nos eorum in maximis rebus fuisse discipulos: Araneæ in texendi arte atq; reficiendi, Hirundinis in ædificandi oloris, & lusciniæ in suauiter canendi & imitanti. Idem etiam ferè [n] Seneca testatur, inqui-
„ ens: Non vides, quàm nulli mortalium imitabilis sit illa Araneæ textura? quanti operis sit,
„ fila disponere? alia in rectum immissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex dorso
„ rara, quæ minora animalia, in quorum pernitiem illa tenduntur, velut retibus implicata
„ teneant. Nascitur ars ista, non discitur. Itaq; nullum est animal altero doctius. Idem legere est apud [o] Galenum. Quis Aranei, inquit, structuras, ad capturam insidias cernens, & telam ab eo fallentibus adeo tenuibusq; filis confectam, vt aliqui dixerint homines ab Araneis artem texendi primum accepisse, de natura dubitet? D. [p] Ambrosius Araneam quæ tã subtiliter (vtor interim eius verbis) ac doctè laxos casses suspendit in foribus, sapientiæ non immunem factam à Deo tradit. Et [q] Aristoteles agens de Insectorum ingenio, cùm dixisset
C officiosissimum præ cæteris ferè omnibus animalibus genus Formicarum & Apum esse, Araneos ingeniosiores in vitæ muneribus esse testatur; nimirum cùm propter telæ suæ artificium, tùm propter assiduitatem laborandi venandiq;, sed quanquis nullo non die, nullaq; non hora, quin omnibus momentis in opere sunt Aranei, Hesiodus tamen duodecima lunæ die magis operari ait, hortaturq; mulieres, vt tunc filis nendis magis animum applicent Araneorum exemplo:

Η' δὲ δυοδεκάτη τῆς ἐνδεκάτης μεγ' ἀμείνων
Τῇ γάρ τοι τῇ νήματ' ἀρεσσιπότητος Ἀράχνης,
Ἥματος ἐκπλείῃ, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται.
Τῇ δ' ἰσὸν στήσαιτο γυνὴ, προβάλοιτό τε ἔργον.
*Duodecima tamen vndecimâ multo melior*
*Hac enim nec fila in aëre suspensus Araneus*
*Die expleta, cùm & prudens Formica aceruum colligit*
*Hac telam ordiatur mulier, proponatq; opus.*

Cæterùm vt ad telarum artificium ac subtilitatem reuertamur, quarum nimirum gratia A
D neorum historiam naturamq; Bombycibus subnectit Plinius, dignam vel præcipua admiratione: quarum, inquam gratia idem author maius esse inquit naturæ miraculum, quàm in elephanto, si quis propius contempletur. [r] Ouidius laudaturus quid operosissimum ac ingeniosissimum, canebat:

—— *Non illud opus tenuissima vincant*
*Stamina, nec summo quæ pendet Aranea tigno.*

[s] Alibi etiam capillos mulierum laudãs, eos holoserico vel telis hisce Araneorum assimilat:

*Quid? quod erant tenues & quos ornare timeres?*
*Vela colorati qualia Seres habent.*
*Vel pede quod gracili deducit Aranea filum,*
*Cùm leue deserta sub trabe nectit opus.*

Et [t] Martialis Pauli auaritiam taxans qui phialam miserat ipsi tam subtilis & exilis laminæ vt nullius fermè pretij esset: Canit autem.

[k] *Lib. 7. var. lect. cap. 28.*
[l] *Lib. 5. de Prouident.*
[m] *Lib. de solert. Anim.*
[n] *Lib. 22. Epist. 122.*
[o] *Li. de ther. ad Pison.*
[p] *Li. 5. Hex. cap. 9.*
[q] *Li. 9. Hist. cap. 38.*
[r] *Li. 4. Metam.*
[s] *Li. 1. Amor.*
[t] *Lib. 8. Epig. 33.*

*Nec vaga tam tenui discurſat Aranea tela* E
*Tam leue nec Bombyx pendulus vrget opus.*

Antequam huic artificioſo filorum operi finem imponam, iterum quantoperè Araneos laudet [u] Ælianus, velim audiamus: Non modo, inquit, texendi ſolertiam Aranei præclarè tenent, ac ſimiliter vt Minerua lanificij illa præſes & ſolertiſſima dea tereti manuum miniſterio & tenui valent; ſed & natura etiam ſunt ad geometriam eruditi: nam & centrum ſeruant & quaſi circino circumducunt, & circumſcriptionem exactè ſciunt: neque interim Euclide egent, geometricis rationibus erudito. Ad medium autem centri ſedentes, inſidias prædæ ſuæ tendunt. Neque modo texendi rationem norunt, verùm etiam ſarciendi artificio excellunt. Nam ſi eorum quippiam ſolerti opere ruperis, ſtatim à ruptura reſarciunt, integrumq; præſtant. De venandi quoque arte hæc prodidit idem [x] Ælianus: Textoriam artem, atq; texere, & Erganæ deæ munera neq; norunt Phalanges, neq; noſſe volunt. Quomodo enim vteretur eiuſmodi veſtimentis talis beſtia? Sed tela hæc rete, & quaſi naſſa ponitur ijs qnæ incidunt: ipſa magno ſilentio, & taciturnitate excubias agit, & immotæ ſimillima eſt. Quod ſi quid incidit, quicquid illud ſit, ex eo cænam parat. Incidit autem tantum, quantum & tela capere poteſt, & illi ad explendam famem ſatis eſt. Hæc ille. Aranea itaque F telam ſuam miro texit artificio, ad vicina omnia adminicula ſurſum deorſumq; & vndiq; filo ducto, & decurſu facto eam ſubſtentans & fulciens: ac quamuis inceptum id pendensq; opus ancillarum famulorumq; diligentia excutiat percutiatq;, nihilominus ſedes & incunabula ſua non deſerit, nec ab incepto deſiſtit, aut deterretur opere: plura longè pauco tempore interrupto operi adtexens, quàm multo labore retextum fuerit, vt non aliundè textores, linteones & acupictores artes ſuas didiciſſe ſeu contextus perfectionem & fili ſubtilitatem ſpectes, ſeu telæ continuæ modos nexusq; indiſſolubiles attendas. Hæc enim nullis abrupta, aut interſecta filamenta membranæ tenuiſſimæ inſtar habet quodam velut perunctа glutine, quo Aranei irretita, vt diximus ſæpe, animalcula, rapido incurſu, contractisq; tanquam caſſibus, & retibus implicant, & captant venatorum ritu. Fabuloſa profectò hæc viderentur niſi eiuſmodi eſſent, vt quotidiè oculis cernerentur. Quæ omnia breuiter, vt ſolet Græcis ſuis verſibus complexus eſt Philes, qui Latinè redditi ſic ſonant:

*Araneis natura perquam induſtria eſt,*
*Vincens puellarum manus argutias.*
*Nam ventris humores ſuperuacaneos* G
*Ceu fila nent, textoris abſq; pectine*
*Et implicantes orbium volumina,*
*Aduerſa ſublegunt ijs ſubtegmina:*
*Sed licijs hinc denſioribus plagas*
*In aëre appendunt, nec vnde conſpicor*
*Seiuncta cùm ſit omnis à medio baſis*
*Quæ fulciat mirabilem operis fabricam.*
*Et ſtaminum fallit ligamen lumina*
*Subtilitatis ſub dio diſcrimine.*
*Firmatur autem denſitas ſubtegminis,*
*Raras in ambientis oras aëris.*
*Muſcis, Culicibus, & id genus volantibus*
*Intenſa nectens fraudulenter retia,*
*Quod incidit, ieiuna paſcit hoc famem,* H
*Vitamq; degit haud quietis indigam.*
*Suſpenſa centro, caſſibusq; prouidens,*
*Ne fila rumpat, orbiumq; diſſuat*
*Nexus retortos flaminis vis irruens.*

[u] *Lib. 6. cap. 57.*

[x] *Lib. 1. var. cap. 2.*

A

# COITVS. PARTVS. GENERATIO.

PLVRIMA de Araneorum, Phalangiorumq; ortu siue generatione scripta nobis reliquit varijs in locis diuinus Aristoteles. Aranei & Phalangij, inquit[a] alibi, procreantur ex animalibus sui generis: ex Phalangijs & Araneis Attelabi, Locustæ, Cicadæ: quam sententiam repetens in primo de generatione animalium cap. 16. coire quidem Phalangia dicit atq; ex animalibus sui generis oriri modo eorum quibus est sanguis, sed quòd Locustæ, Cicadæ & Attelabi ex ijs generentur, non addit. In tertiò verò de generatione cap. 8. docẽs & Insecta Vermem generare, quæ vim obtinent generandi, & quæ non per coitum, sed spõte naturæ oriuntur, ex tali origine consistere, Araneos ex hoc genere esse velle videtur, Nam
B & Erucas, inquit, genus esse Vermis credendum est, & fœtus Araneorum, quanquam propter figuræ orbiculatam speciem similia ouo, tum eorum nonnulla, tum alia complura primordia esse videantur. Coitus autem ijs agitur hoc modo, si eidem[b] Philosopho credimus, Cùm fœmina deductam Araneam traxerit, mas eandem mutuo trahit, quòd vbi sæpiùs fecerint, coeunt, & auersis clunibus copulantur: nam propter aluum orbiculatam modus hic coeundi ijs conuenit. Capite 17. eiusdem libri de generibus Araneorum & eorum partu loquens, hæc quæ sequuntur, nobis prodita reliquit. Aranei verò coeunt modo quo dictum est. Pariunt Vermiculos, qui non ex parte, sed toti Aranei formam immutantur, nam & rotũ di iam inde ab ortu proueniunt. Cùm pepererint, incubant & triduo peragunt. Pariunt omnes in tela, sed alij in subtili & breui, alij in crassiore, & alij omnino in sinu orbiculato: alij ita vt aliquatenus tela obducta proles muniatur. Proles autem ipsa non vniuersa producitur; vt tamen quisq; exiuit, protinus salit, filumq; mittit. Humor similis in Vermiculis infricta percipitur, atq; in Araneis ipsis recens natis, hoc est, crassus & candidus. Pratenses Aranei in tela pariunt, cuius dimidium applicatum ipsis matribus est, reliquum foris recipit partum; & incubant eadem in tela, atq; incubant. Cæteris lautioribus illis partus minoris numeri est: at verò Phalangijs admodum numerosus. Cumq; ipsa proles increuerit, matrem
C amplexa consumit, & eijcit. Sæpè etiam patrem si ceperint: adiuuat enim fœminam incubitu. Pariuntur interdum & trecenti vno vtero. Consummantur Aranei & iusta sibi recipiunt incrementa diebus quater septenis, à paruo sui ortus initio ad finem. Capite 26. eiusdemmet libri sæpius vnde nos parere scripsit. Aliàs quoq; agens de tempore definito incubationi, ac generationi Insectorum: ouiparis author est quater septenos magna ex parte attributos esse: septem ex ijs ab initu concretionem, & consummationem sibi vindicare, reliquis verò tribus diebus incubare, atq; excludere, ea scilicet, quæ suo procreant fœtu, quibus Araneum quoq; annumerat.[c] Ait deniq; Araneum causam generationis Tinearum esse, quæ lanis puluerulentis præcipuo oriuntur, si is vnà includatur, si quid enim humoris ineſt, hic absorbens ampliat siccitatem. Ex quibus nonnulla Plinius repetijt benè, nonnullaq; etiã peruertit: A ranei, inquit, conueniunt clunibus, Pariunt Vermiculos ouis similes: nam nec horũ differri potest genitura; quoniam Insectorum vix vlla alia narratio est. Pariunt autem oua ea in telas, sed sparsa quia saliunt, atq; ita emittunt. Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero, qui vt emerserit, matrem consumit, sæpe & patrem: adiuuat enim incubare.
D Pariunt autem & tricenos, cæterę pauciores, & incubant triduo. Consummantur Aranei quater septenis diebus.[d] Scaliger Araneos è situ nasci ait. Oua Araneorum, cùm aliquando obseruarem, inueni esse multa, modica, liuida, exiguis maculis aspersa, diuisa, inuicemq; separata, mollia, & viscida, quæ si casu aliquo fuerint perdita, Aranea diligenter inquirit, & sui additamentis interioribus & rostro etiam ea reportat. Vidi item ex vnico ouo multos ac innumerabiles fœtus procreari, ita exiguos, vt vix oculis percipi queant, attamen quàm primùm ouo erant excluſi, fila deducebant adeo tenuia, vt nihil posset esse admirabilius. Obseruaui item sub captæ Araneæ aluo magnam ouorum cumulum adeo exiguorum, vt atomis comparare licuisset. Erant autem candida, & digito compressa, crepitum edebant. Inuenio & apud Absyrtum, Phalangiorum genus latitans in fœno subinde non aliter, quàm Araneum parere.

[a] *Li. 5. Hist. cap. 19.*

[b] *Li. 5. Hist. cap. 8.* Vt coeant.

Pratensium partus.

[c] *Li. 5. c. 32.*

[d] *Lib. 1. de caus. plant. cap. 5.*

# VICTVS.

E

ARANEA, inquit author de natura rerum, ſucco viuit, ideoq; nulla fame interit.[a] Ariſtoteles Araneos & Apes ſui generis cibo ali ſcribit; Apes enim melle & quibuſdam alijs dulcibus ali: Araneos Muſcarum venatu viuere. Quas quàm induſtriè venetur, abundè diximus: Meminit iſtius etiam [b] Cicero, dum ait: At quibus beſtijs erat is cibus, vt alius generis beſtijs veſcerentur: ijs aut vires natura dedit, aut celeritatem. data eſt quibuſdam etiam machinatio quædam, atq; ſolertia, vt in Araneolis; alię quaſi rete texunt, vt ſi quid inhęſerit, conficiant, aliæ autem vt ex inopinato obſeruant, & quid accipiunt, id conſumunt. Apibus quoq; maximè ſunt hoſtiles, & cùm præualuerint, vt intexant, alueos enecant: vnde omniſcius poëta cauendum monet, ne

*Aut durum Tineæ genus aut inuiſa Minerua*
*In foribus laxos ſuſpendat Aranea caſſes.*

Maiora etiam animalia inuadit, vt refert [c] Ariſtoteles, irretitq; ſuis filis; nam & lacertos paruos aggreſſus circundatos & filis obducit donec cohibeat, mox adhærens morſum defigit. Quicquid ceperit, foris ſugendo euaporare ei mos eſt, ſi eidem credimus, diuq; ſine cibo viuere poteſt. [d] Alibi deniq; Araneos nihil conficere [e] author eſt, neq; recondere, ſed cibum ſolum venatu ſibi acquirere.

[a] *Li.1.Hiſt. cap.1.*
[b] *Lib.2. de nat. deor.*
[c] *Li.9.c.39.*
[d] *Lib.8.c.4.*
[e] *Li.9.c.40.*

F

# AETAS. SENSVS.

[a] TARDANVS Araneos ſcribit parum viuere, vti etiam Scorpiones, & [b] Georgius Agricola nigros qui habitant in terræ rimis ante hyemem interire. Tactu plurimùm vigent: reſidentes enim in medio ſuæ telæ ſubinde ſentiũt Muſcam in aliquam etſi remotiſſimam illius partem impegiſſe. Cùm verò ſenſus externi ſint quinq;, ita quoq; quinque ſunt animalia, quæ nos ijs ſuperant, ſicut ex communibus hiſce verſibus quoq; liquet.

*Nos Aper auditu præcellit, Aranea tactu,*
*Vultur odoratu, Lynx viſu, ſimia guſtu.*

G

[a] *Lib.7. de var.re.c.28.*
[b] *Lib.de Animal. ſubterran.*

# NOCVMENTA. DAMNA.

THEOPHRASTVS Araneũ nominat inimicum oleis, & vitibus quoq; communem hoſtem facit. Quantoperè verò domos noſtras operibus ſuis conſpurcent, prętерquam quod nulli non notum ſit, nos ſuprà quoq; nonnihil ex [a] Plauto oſtendiſſimus, apud quem hoc quoq; lego:

*Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri,*
*Iuſſin columnis deĭci operas Aranearum?*

Sic apud [b] Iuuenalem legimus.

*Vêre pauimentum, nitidas oſtende columnas*
*Arida cum tota deſcendat Aranea tela.*

Aliud eſt, idq; peſſimum pręcipuè homini Araneorum Phalangiorumúe damnum, mirum venenum eorum, quod tantæ quandoq; eſt malitiæ, vt peſtiferis ſuis morſibus alia ad loca confugere integram gentem compulerint, quemadmodum apud [c] Diodorum Siculum alioſq; legere eſt. Peſtiferum autem cùm ſit venenum, ingentia, malaq; ſymptomata generat. [d] Ferdinandus Ponzettus Cardinalis, qui de venenis monumentum reliquit poſteris, reddens rationem cur in demorſo ab Aranea domeſtica penis erigatur, exiſtimat venenum Aranei, licet facilè penetret, terreum eſſe tamen, ideoq; flatulentos mouere humores, qui depulſi ad inferiores corporis partes, penem diſtendunt. [e] Plinius quoque Phalangiorum morſu genitale excitari ſcripſit. Phalangia autem non ſolum ictu pernitioſa ſunt, ſed etiam in cibo aut potione ſumpta: inæqualiter vniuerſum corpus, calore, frigore, horrore, prurigine afficiunt, inflammant, tumefaciunt, torquent, ſed cerebrum maximè tentant, vnde ſequitur neruorum diſtentio, tremor, vrinę reddendę aſſidua libido, ex quibus ſymptomatibus deprehenduntur, præterquam quod vomitu iecta ſub aſpectum cadant.

H

[a] *In Aſinar.*
[b] *Satyr.14.*
[c] *Lib.4.c.3.*
[d] *Li.3.c.14.*
[e] *Lib.24. cap.9.*

Demor-.

A Demorsis à Phalangijs, inquit [f] Dioscorides, locus quidem ipse quasi ab impacto aculeo rubet, non intumescens, nec per ambitum calidus est, sed mediocriter humescit. vbi verò contrariorum occursu refrixit, consequitur corpore toto tremor, distentiones poplitum & inguinum, conuulsionibus non dissimiles. In lumbis collectio exoritur, & perpetua vrinæ libido lacessit, multaq; reddendis excrementis colluctatio. Vniuersa cute frigidus sudor emanat, collachrymant oculi offusis nebulis caligant. Multò plura signa commorsorum à Phalangijs recensent [g] Paulus, itemq; [h] Aetius. Et Paulus quidem omnia habet, quæ etiam Dioscorides, sed quæ plura habet, elapsa ex Dioscoride suspicandum est. Vnum tamen signum in Dioscoride corruptè legitur, quòd Paulus non habet, nimirum περὶ τῶν ὀσφῶν σύλλημα: quid igitur sit σύλλημα, ego non intelligo, neq; quid alij legerint, conijcere possum, σύνυγμα tamen legendum esse puto, vt compunctio circa lumbos accipiatur: & hæc vox interim tolerari potest, donec recta lectio se nobis offerat. Porrò quod Dioscorides habet assidua ad mictionem irritatio, & subijcit, difficultas multa circa excrementi egestionem, ambiguum est an ad excrementi, id est περιττώματος, alui egestionem referendum sit, aut ad vrinæ difficilem excretionem, cùm de assidua ad mictionem irritatione antea dixerit. Paulus certè post assiduam vrinarum irritationem ad excretionem, mox subijcit, quibusdam vrinæ difficultas. De alui verò excremento nihil dicit, vt etiam excrementi vox, vrinæ significatione Dioscoridi dicta videri possit. Sed iam prosequamur, quæ de Phalangiorum ictibus prodidit Aetius, qui loco superius citato sic habet. Quæ percussos à Phalangijs concomitantur, communia sunt iuxta magnitudinem & paruitatem discreta. Morsus verò tenuis est, vt vix conspici possit: tumor autem liuidus, quibusdam etiam rubicundus: frigiditas adest circa genua, lumbos & scapulas, nonnunquam verò totum corpus aggrauatur: amplius & dolor assiduus adest, tremor, pallor, vigiliæ. Quibusdam verò pudendi tentigo, & circa caput pruritus, aliquando etiam circa suras: oculi humecti, & lachrymantes ac caui, & venter inæqualiter eleuatur. Intumescit autem vniuersum corpus, faciesq; ac maximè circa linguam partes, adeo vt impedito sermone balbutiant demorsi. Quibusdam verò vrinę emittendę difficultas adest, cum pudendi tentigine & dolore. Si verò mixerint, aquosę ipsorum sunt vrinę, quędam Aranearum telis similia in se habẽtes, & vomitus quoque similis. Aliquando verò & per vomitum, & per ventrem talia excernuntur. Cæterùm
B in calidam aquam demissi, dolore leuati sibi videntur: pòst verò è balneo egredientibus intentum dolet pudendum. Senioribus verò pudendum plurimùm laxatur, ac minimè intenditur. Atq; hęc quidem communiter ad omnium ictus sequuntur. Si verò Cranocolaptes aliquem percusserit, caput magis dolet, & vertigines consequuntur, frigus continens, delirium, corporis iactatio & ventriculi cõpunctiones. Hęc de signis scripsit demorsorum à Phalangijs Aetius. Arabes quoq; credunt in vrina, vomitu ac alui deiectione apparere quędam Araneis similia. Idem de vomitu Constantinus Africanus tradit. Nonnulli id fabulosum existimant & neutiquam credendum. [i] Ælianus Phalangium vel solo contactu, & sine magno dolore scribit interimere. In Zacyntho eodem [k] authore Phalangiorum morsu percussis, bene periti harum rerum homines dicunt non ea modò accidere, quę alibi ictis vsu euenire solent, sed eadem ipsa etiam omnia acerbiora fieri. Primum enim, vt quis morsus sit, totum eius corpus obtorpescere, & debilitatum tremore affici & frigidissimum esse, & vomitũ cum conuulsione subsequi, & mẽbrum genitale ijs intendi. Dolent & auribus vehementer, & ex vtriusq; pedis vola. His autem partibus, quas dixi, se dolere ostẽdunt, admotis ad eas manibus.
D Iam porro, quod audiẽtibus terrorem inijcit, & videntibus admirationem mouet, exponam. Cùm ab eorum morsu quidam integri atq; intacti balneas, quarũ lauatione Phalangio vulnerati fuissent vsi, subijssent, aut pedes abluissent (vt fit vel fortuito vel ex insidijs) omnibus doloribus, quibus torquentur, morsu pressi, exarserunt. In Creta etiam Phalangij summa vis est, adeo vt ictum hominẽ, si [l] Solino credimus, veneno suo interficiat. Cęterùm accidentia, quę morsum Phalangiorum concomitari diximus, faciliùs explicari possunt, si primùm cognouerimus naturam huius veneni non peculiari tantùm vi aduersari nobis, sed qualitate etiam frigida & sicca, sicut tota medicorum Arabum schola scripsit. Rursus cùm diuersa symptomata diuersa Phalangiorum genera inferant, priuatim de cuiusq; veneno etiam aliquid dicere lubuit. Si itaq; Rhagion lęsit, plaga vix visu deprehẽditur: nã & ictus non ita magnus esse potest, quòd Phalangia omnia exilia sint. Oculi & genę rubescunt, quod signum est magnitatis veneni cõiũctę cũ qualitatibus frigidis & siccis, quemadmodũ dixi, ob quas horror vniuersum corpus inuadit, cum frigore & conuulsione singularum ipsius partiũ, quod cõtingit non tantùm quia nerui frigiditatẽ veneni iã sentiunt, sed malitiã etiam, quò fit vt partes generationi destinatę lesę & debilitatę, semen effluere sinant. Ob hanc ipsam frigiditatem

[f] Lib. 7. c. 5.
[g] Lib. 5. c. 6.
[h] Lib. 13. 18
[i] Li. 9. c. 11.
[k] Lib. 17. cap. 11.
[l] Cap. 16. Polyhist.

qui ab Asterio læsi sunt, statim fremunt & caput somno aggrauatum habent, & omnium ner- E
Mala à cæruleo. uorum, & ligamentorum relaxationem patiuntur & debilitatem. Cæruleum etiam vtpote omnium pernitiosissimum horrenda symptomata comites habet. Dolorem enim cordis inducit (quod commune est omnibus venenis, quæ qualitate occulta sunt exitiosa) & præter grauem soporem, vomitus Araneorum textis similis erumpit, idq; fit ob venenum, quod
Dysderi. humores corporis iam in suam naturam conuertit. Dysderi autem præter accidentia suprà posita ingentem in vulnere tumorem excitat, quia partem læsam grauis dolor molestat, qui
Myrmecio. sanguinem eò attrahendo eam in tumorem attollit. Myrmecion porrò eadem prorsus habet accidentia. Sed quod Scarabæos refert, linguæ impedimentum affert, ita vt exactè sermonem non explicet. Venenum etenim non linguæ tantùm, sed pulmonibus etiam & gutturi, quæ sunt vocis & pronunciationis instrumenta, iam communicatum est: de Cranocolaptæ veneno ex Aetio diximus; eius autem cum posterioribus symptomata eadem ferè esse solent: nam quemadmodum idem refert Aetius, non differunt Phalangia nisi secundum
Tarantulæ ictus mala. maius & minus. Iam verò à Tarantula, (quæ & ipsa Phalangij species est, vnde Phalangium Italicum Scaliger doctissimus appellauit,) icti variè & diuersè torquentur: siquidem alij perpetuo canunt, alij rident, alij plorant, alij clamitant, alij dormiunt, alij vigilijs afficiuntur, pleriq; vomitionibus laborant, nonnulli saltant, sunt qui sudant, alij tremebundi fiunt, F
quidam pauoribus infestantur, & alij alia patiuntur incommoda, fiuntq; phreniticis, lymphaticis & maniacis similes. Quæ quidem symptomata tam varia, ac diuersa non aliunde prouenire dicendum est, quàm ex vario horum animalium veneno, aut ex demorsorum hominum temperamentis. Nam atra bile tentatis, pro eorum temperaturis omnia hæc accidisse conspeximus: tametsi non desint, qui putent Tarantulæ venenum dietim vel horatim immutari, fieriq; ob hoc, vt tam varijs symptomatibus vexentur, qui ab ea iciuntur. Tarantulam à Taranto oppido dictam Apuliæ diximus, quòd eo loci plurima degat. Matthiolus haberi etiam Tarantulas testatur in maritimis Senensibus Tyrrheno littori adiacentibus, & Romano agro frequentes, veruntamen non perinde ac in Apulia numerosas. Degunt inter segetes in quibusdam terræ cauernulis, è quibus interdiu exeuntes, sæpe eos messores iciunt, qui huius insidiæ ignari crura ocreis non munierunt. Idem Matthiolus ictos se vidisse ait nonnunquam in plateis iacentes, & in xenodochijs, qui prædictis affectibus torquebantur: de cura eius, Phalangiorum & Araneorum pòst dicam. Cæterùm quanquam tanta venenositate famosa sint hæc animantia: sunt tamen Indiæ populi Cumanæ insulæ incolæ, qui ex Araneorum esu nullam percipiunt noxam, & Albertus Magnus tradit in Colonia Agrippina puellam se vidisse, quæ in trimatu parietibus arreperet Araneas venatura, quas
[m] *Lib. 4. de caus. plant.* voraret, eoq; sibi genere oblectatata, insigniter aleretur. Simias etiam vidit [m] Scaliger nulli Araneo parcere. Sunt & auiculæ quæ Araneorum vsu pulchrè purgantur, quos sanè nemo sanus homini offerat vel alimenti vel etiam purgationis causa. Anno 878. in Gallijs multi fame, morsibus Aranearum, luporumq; rabie interierunt.

# CVRA DEMORSORVM AB ARANEIS: PHALANGIIS ET TARANTVLA.

ALBVCASIS curationem omnium Phalangiorum licet diuersa sint, eandem esse attestatur, & Aetius omnes à Phalangijs percussos iuuari ait assiduis balneis: ictum etiam locum ex trifolij bituminosi decocto, cùm oleo proluitur, totum verò corpus ex cerato liquidissimo pinguefieri. Iuuari item fomento spongiarum in calido aceto tinctarum, & plagæ continuo adhibitarum: cataplasmata etiam conuenire: bulbos, sanguinariam, porrum, furfures aceto incoctos, hordeaceam farinam incoctis cum ea in vino, aut melle lauri folijs, rutam, grossos, caprinum stercus cum vino, amaracum cum aceto, sylvestrem rutam
[a] *Lib. 8. cap. 3.* cum aceto, & cyperum. [a] Dioscorides verò Phalangiorum, inquit, ictibus ficulneum cinerem adiecto sale trito & vino imponere oportet, aut radicem sylvestris punicæ, quàm tenuissimè tritam, aut aristolochiam cum hordei farina & aceto subactam. Vlcera aqua maris proluenda aut apiastri decocto, foliaq; eiusdem illinenda. Lauacris perpetim vtendum & propinandum abrotoni semen, anisum, Aristolochiam, cicer sylvestre, cuminum Aethiopicum,

cedridas

A cedridas tritas, platani corticem, & trifoliæ herbæ semen, priuatim autem singulorum ex ijs binas drachmas dare cum vini hemina conuenit. Item myricæ fructus & chamæpityos, & viridium cupressi pilularum decoctum admisto vino. Sunt qui fluuiatilis cancri expressi succum cum lacte assumpto apij semine, confestim molestijs liberare prodant. Totam quoque Phalangiorum morsus curationem ad verbum hinc transcriptam, etiam Paulus habet: & est Dioscoridis lectio paulo integrior, quàm Pauli, in quo leues quædam mendæ habentur. Vnum saltem chamæpityos semen vsum, & per se & cum ruta ac pipere ex vino præscribit bibenda. Cæterùm Dioscorides varijs in locis plura alia medicamenta intus in corpus sumenda aduersus Phalangiorum morsus commemorauit præter ea, quæ hoc capite speciatim retulit. Ea autem sunt si summatim colligantur, myrti baccarum succus ex vino potus, succus item foliorum mori cyathi mensura, lixiuium è fici vel caprifici cinere paratum, asparagi radicum decoctum, agrestis lactuca, coris semen, hederæ succus ex aceto potus, ruta ex vino haucta, hieracium, dauci semen, melanthium drachmæ pondere ex aqua potum, aparine, melyssophyllum, hyacinthi radix, & sedum minus. Quæ verò ad idem exterius illinenda commendauit, hæc sunt, mullus piscis dissectus, maluæ decoctum, aqua marina, & marino-
B rum iuncorum tenella folia. Eadem penè omnia ac præterea alia remedia aduersus hæc eadem Phalangia legere est apud Plinium varijs quoq; in locis, nimirum semen tamaricis drachmæ pondere, mora rubi bibiti cum melle, origanum ex vino albo tritum, & in potione sumptum, elioselino vis priuata contra Araneos, baccæ lauri cum vino sumptæ, vitex illita, ruta satiua & syluestris, crocum ex posca, iris ex eadem, polemoniæ radix, verbenaca cum vino aut posca, aizoum, folia anagyri in vino drachmę pondere, phalangij folium vel flos, radix Smyrnij, castoreum ex mulso, ita vt vomitatione reddatur, aut vt retineatur cum ruta, mullus piscis illitus, sumptusq; in cibo; bulborum satiuorum semen potum in vino; vini fex ficca vel madida illita, cupressi radix cum folijs trita potaq;, hederæ radicis succus in aceto potus. melyssophyllum præsentissimum est contra ictus Apum, Vesparum, & Araneorum, & Scorpionum, de eadem herba Macer cecinit:

*Auxilium præsens Apum fert ictibus illa*
*Ictus detrita tegitur si protinus herba*
*Hocq; modo quos Vespa nocet, vel Aranea, curat.*

Lullius tradit, si quis casu ederit Araneam, & statim vinum melissæ superbiberit veneno
C lædi non posse. [b] Plinius verò Secundus aduersus omnia Phalangia vinum merum bibi iubet, acetum calidum in spongia quàm ampliſſima imponi, ita vt tres sextarios habeat aceti, sextantem sulphuris. Radicis hederæ succum bibi, item succum mororum rubi, Gallinacei cerebrum cum piperis exiguo imponi, deniq; addi in poscæ potione fimi pecudum cineres ex aceto. [c] Cornelius Celsus ad Scorpionis & Aranei ictum, allium cum ruta rectè misceri voluit, exq; oleo contritum superimponi. Et eodem libro si Phalangium, inquit, nocuit, præter eam curationem, quæ manu redditur, sæpe homo demittendus in solium est, danduſq; ei myrrhæ, & vuæ taminiæ par modus ex passi hemina, vel radiculæ semen, aut lolij radix ex vino, & super vulnus furfures ex aceto coctæ, imperandumq;, vt is conquiescat. [d] Apuleius antiquus etiam medicus ad morsum Araneorum, quos eo teste Græci Phalangios vocant, herbæ verbenacæ ramulos ex vino decoctos & contritos, deinde quod acetauerit, plagæ, inquit, impones, & aperiet: postea crudam cum melle contritam in ulcus audaciter insertam maturè ad sanitatem perducere, certus auctor affirmat. Sic ille. Oribasius ad Phalangij morsum laudat cataplasma ex pultibus hordei, & ius in quo coxerit lupinus ad
D locum ponit, donec eschara leuetur: cùm se eleuauerit, medicamen superponit, nimirum adipem anserinum & coagulum caprinum, rutam agrestem & oleum, terendo commiscet in ampulla vitrea ad solem vel ad focum calfacit & vngit; item vetonicæ drachmas tres terit cum vini heminæ tertia: item aristolochiæ longæ drachmam vnam in vini hemina sæpe bibendam dat. Cùm nuper muliercula incauta deuorasset Araneam, & circa os ventriculi affligeretur, resina abietis sumpta, mox dolore, & malo omni liberatam se retulit, vti refert [e] Ioan: Moibanus. Hierobotane vires habet acres, facit teste Dioscoride ad serpentis morsum, & Aranearum vulnus recens superpositа curat. Tragoriganum maiorem, quàm origanum, virtutem & efficaciam habet in ratione medicinæ. Hoc ex vino albo tritum, & in potione sumptum, Scorpionum & Aranearum venenis resistit & serpentes fugat. Centaurea quoq; Araneæ morsibus prodesse legitur in libro qui Galeno ascribitur, de viribus centaureæ. Formicæ quinq; potæ contra omnium Phalangiorum morsus auxiliantur. Tumorem ex Araneorum ictu prouenientem sedat emplastrum de Muscis factum, ac dolenti loco applicatum. Laudatur & adeps humanus loco affecto illitus. Testudinum sanguis teste

[f] Plinio

[b] *Li. 3. de re med. cap. 56*
[c] *Lib. 5. de re med.*
[d] *Lib. de vir tutib. herb.*
[e] *Lib. 2. Parab. ca. 151.*

[c] lib. 32. c. 4. Plinio [c] contra ſerpentium omnium, & Araneorum, & ſimilium, & ranarum venena auxiliatur. Coagulum quoq; agni in vino bibitum, Aranearum morſum ſanat. Idem facit cinis vngulæ arietinæ cum melle impoſitus loco puncto, vel commorſo. Stercus capræ diſſolutum, & ſuperpoſitum perfectè ſanare voluit Kiranides: propriè verò contra morſum Aranearum cerebrum Gallinæ potum teſte Raſi prodeſt. Idem facit cerebrum capi cum pipere in vino dulci ſumptum: cerebrum item arietis cum melle. Bufonius lapis (crapaudina dictus) ſuo contactu, & blando attritu inflationes à venenatis beſtijs illatas diſcutit, ac virus omne elicit: vnde ſi Sorex, Aranea, Veſpa, Scarabæi, Glires, aut aliud animal venenoſum parti alicui damnum intulerit, admoto lapide eo dolor miteſcit ac tumor omnis ſubſidit. Poſſunt modò ex huiuſmodi ſimplicibus compoſita parari medicamenta, quale eſt in primis theriaca diateſſaron iſthæc Auicennæ. Accipe gentianæ Romanæ, baccarum lauri, ariſtolochiæ longæ, myrrhæ, ſingulorum par pondus, terantur & conficiantur cum melle, doſis eſt, drachma vna: confert punctura Scorpionum, Aranearumque & morbis frigidis. Theriaca alia Raſis ad morſus Rutelæ. Accipe nigellæ drachmas decem, cumini, dauci, ſingulorũ drachmas quinque, ſeminis harmel, ideſt, rutæ pratenſis, gallarum cupreſſi, ſingulorum drachmas tres, ſpicę Indicæ, baccarum lauri, ariſtolochiæ rotundæ carpobalſami, cinnamomi, gentianæ, ſeminis F andacochæ, ideſt, trifolij, ſeminis apij ſingulorum drachmas duas, conficiantur cum melle, ſumitur ad nucis magnitudinem ex vino. Alia, Recipe fæcis vini drachmas ſex, ſulfuris citrini drachmas octo, ſeminis rutæ drachmas tres, caſtorei, ſeminis erucæ ſingulorum drachmas duas, informentur cum ſanguine teſtudinis marinæ: doſis eſt duarum drachmarum cum vncijs quinque vini. Antidotum quæ dolorem ſedat ijs, qui à Phalangijs, Scorpionibus cęteriſq; reptilibus percuſſi ſunt, recitaui ex Galeno in Scorpio. Nec deſunt alia compoſita medicamenta ab alijs authoribus tradita, quæ ſi quis videre & habere cupit, Galenum conſulat libro ſecundo de antidotis, vbi valentiſſima deſcribuntur antidota ad Phalangiorum ictus, è pluribus veterum claſſicorum medicorum monumentis excerpta. In ſumma tamen legitima Andromachi theriaca, & Mithridatiũ contra Phalangiorũ morſus præſtantiſſima cenſentur. Sed hoc minimè prætereundum, remedium eſſe aliã Araneam, aut Phalangiũ percuſſo oſten

[d] lib. 1. c. 57. dere, vel contritam vulneri imponere: quemadmodum de Scorpione etiam diximus. [d] Ælianus ſcribit Pſyllos ſerpentium, & Phalangiorũ hoſtes haberi. Si Bupreſtim aut Phalangium

Equi morſi cura. eſitarit equus (vt de veterinis etiam aliquid dicamus; quæ ſępius ab hiſce Inſectis nocentur) cum fœno venter incenditur, cibi faſtidium vrget, ac totus hoc pabulo diſtenditur, item cre- G brius alui excrementa ſeruntur, paulatimque ſpiritum elidit. Cui ſic ſuccurritur, illigatum caput reflectitur, venæ quæ ſupra nares tendunt, reſcinduntur, quo ſanguis extra per os profluat, braſſica cocta cum garo & oleo datur voranda. Si ſerpens aut Araneus mus, inquit Pelagonius, morſum intulit, aut Phalangium ictu ſæuijt, terra è Formicarum latibulis petita prodeſt, ſi cum vino infundatur, eaq; vulnera defricentur. Si in itinere contingat, equum virulentum vulnus accipere vbi accommodata remedia non licet offendere, piperis albi grana triginta cum vini veteris ſextario per corniculam faucibus inſeres, vel thymum herbam trita ex vino præbebis. Fertur contra ictus omne genus animalium, quæ noxium virus ciaculantur, auxilio eſſe radix haſtulæ regiæ cum vino vetere trita, & indita vulneri: idem præſtant diſſecti Hirundinum pulli, & plagæ admoti. Hirundinis nidum cum vino vetere tritum locis, quæ dentium iniuriam ſenſerunt, imponi prodeſt. Morſibus Phalangiorum, aut muris Aranei tuſa malua tritaque imponitur. Abſyrtus & Hierocles etiam ſcribunt pecus ſi Phalangiorum progeniem improuidè deuorarit, in diſcrimen adferri, fæpeque ſibi vorax mortem hoc eſu conſciſcere. Remedio verò eſſe vinum infuſum cum pipere, vel thymũ, aut cerui coagulum ex eodem. Si Phalangium nocuit, his notis aiunt deprehendi: Intabeſcit corpus, H papulæ quædam proſiliunt furunculis non diſſimiles: vrina fertur Araneas quaſdam oſtendens: cibum faſtidit, aut exiguum admodum capit. Præſens verò volunt eſſe remedium læſum locum, qua punctionis ſenſus repręſentatur, inurere. Idem Hierocles, cùm Phalangium morſus impreſſit, piperis, herbæ pedicularis, ſingulorum vnciam, pyrethri ſeſcunciam leuiſſimè teri iubet, & faucibus inſeri. Idem ſi iumentum Phalangium deuorarit, aut morſu vulnus intulit, genitalia, inquit, tument, vrinaque araneoſum quiddam videtur referre; quin etiam totum ſudore digeritur. Curandi ratio hæc eſt: ſi vulnus fecit, id circuncidendum, quò virus ex eo deſtillet; dein adurendum. Sin deuorarit, ijs remedijs pugnandum, quę etiam valebunt ſi Phalangium mordicus inuaſit. Ariſtolochia cum vino trita infunditur, itidem ſylueſtris apij ſemen: ſi non extet, in eius locum fatiui ſemen ſubſtituatur. Baccę lauri tritę in duabus heminis vini affuſo roſaceo per os demittuntur. Calido diuerſetur equili, deinde in balneum deſcędat, & calida perfundatur aqua. Cremor ptiſanę pro cibo cedat, aut tenerę

lauri

A lauri frondes pabulo sint. Fœnum optimum ministretur, calida detur potanda, quo ad dolor se remiserit; qui postquam conquieuit, tum ambulationibus committatur: vulnus, vti dictum est, adurendum, medicamen infundendum, donec ad sanitatem peruenerit. Atque hæc de Araneorum Phalangiorumve ictus cura. Esse præterea ex eorum genere diximus, quæ in Apulia, & Hetruria Tarantulæ vocantur, de quibus, cùm & symptomata, quæ suo morsu inferunt, retulerimus, vt curentur quædam dicenda restant. Earum historiam nobis descripsit Alexander [h] ab Alexandro his verbis: Theophrastus philosophus præstabili vir sapientia, academiæ post Aristotelem successor, in rebus Physicis, & mathematicis magna doctrina, & æstimatione fuit. Eum literis mandasse accepimus, quibusdam viperarum morsibus cantus fidicinum, aut tibiarum, atque alia organa artis musicæ modulatè adhibita, aptissimè mederi: quod & Asclepiades medicus literis prodidit, qui phreneticos mente imminuta, & valetudine animi affectos nulla re magis, quàm symphonia, & vocum concentu, ac modulis resipiscere, & sanitati restitui censuit. Fertur quoque Ismenias Thebanus plures Bœotiorũ ischiadicos, & coxendicum dolore laborantes intentione tibiæ bonæ valetudini restituisse. Tanta hominis naturæ cum harmonia cõsensio est, quod cùm credi vix posset, nuper id nobis cùm

[h] *lib. 2. dier. genial. c. 17.*

B casu ad id incideremus, pro explorato, & comperto fuit: siquidem à Tarantula, idest, Phalangio percussos, quos vulgo Tarantatos dicunt, haud aliter ex ancipiti morbo conualescere vidimus, quàm si tibicen vel citharista iuxta eos, diuersos modulos incinat, vt pro veneni qualitate, ita harmonia & audiendi illecebra capti, venenum illud ex intimo corpore dilapsum effundant, aut sensim per venas diffusum dilabatur. Tarãtula enim Aranei genus est, dirum animal tactu pestilens, eam si casu spectes, futilem & sine noxa putabis, & sanè aliquo anni tempore minimè pernitiosa, aut exitialis, vix aliquid neruorum, aut virium ad nocendum habet. Cùm verò æstu anni flagrantissimo, assiduo sole Apuliæ campos, vbi peculiare hoc malum existit, torreri cœptum est, tum maximè seu afflatu noxio, seu æstu accensa, morsu virulento pestiferam perniciem affert; cui tanta malo vis est, vt quemcunq; morsu percusserit, nisi celeri remedio succurratur, aut stupor exitialis primo, deinde certa nex subsequatur necesse est: aut si qui fortè vitæ damnum euaserit, veluti abalienati mente & semiuiui, cõtinuò stupore & hebeti sensu oculorum auriumque affecti, vitam miserabilem ęgerrimè ducant. Huic pesti & tam præsenti malo quantum prouideri humana diligentia valuit, vnum hoc salubri remedio esse compertum est, si protinus tibicen aut citharista varios concinat modos:

Tarantulæ morsus mira cura.

C tunc enim morbo eiusmodi percussus, qui moribundus, & sermonis, & oculorum sensus amiserat, quique nec ingredi, nec fari, neque aliquo sensu frui valuerat, mox vbi tibiam, aut citharam admotam propius audit, illo miti sono & concentu captus, & demulsus, uelut è graui somno excitus oculos attollit parumper, mox se in pedes erigit, ac sese recipiens, paulatim pro modulo & pulsu sonorum, seruata psallendi lege ingreditur. tunc enim inaugescente sono & quasi permulsis animis, & confirmatis, exultabundus maximo nisu atque impetu in saltus gestusque, nec indecoros, neque à pulsu citharę dissonos erumpit: ita ut etiam rudes, & ignaui, psallendi modos docti in ludo videantur. Memoria repeto, dum per loca illa diutino situ squallida, & ardore solis feruentia, cum aliquot comitibus iter intenderem, vndique oppida & vicos, alia tympanis, nonnulla fistulis, pleraq; tibicinæ circunsonantia audisse: cuius rei causam quærentibus nobis relatum est, Tarantulæ morbo affectos vndique per oppida curari. Cùmq; eius rei gratia in pagum quendam diuerteremus, inuenimus adolescentem morbo eiusmodi affectum qui velut repentino furore ictus, & mente abalienatus corporis motu non indecoro, & manuum pedumq; gestibus ad tympanum psallebat non inconue-

D nienter, neque vehementius modos acciperet, quasi illo pulsu demulceri animus, & leniri dolor videretur, sensim & placidè aures tympano admouere, mox caput, manus & pedes crebro motu concutere, & demum in saltum se attollere videbamus. Quæ res cùm ludo, & risu digna visa foret, interim is qui tympanum pulsabat, sonitu parumper intermisso, pausam fecit. Atque illum morbo affectum vbi præcentio illa quieuit, veluti attonitum stupentiq; similem repentè animo linqui & omni sensu destitui cernimus. Rursus resumpto tympano, vbi primùm modulos audiuit, pristinas illum vires resumere, & acrius in choreas insurgere spectabamus. Creditum est, quòd à verò non abhorret, vim illam veneni virulento morsu, & sanie conceptam, harmonia & vocum concentu per totum corpus diffundi, atque inde fato nescio quo dilabi, & exinaniri. Ideo illos qui morbo huiusmodi laborarunt, si quid reliquiarum residuum fuit, quòd penitus curatum non sit, si quando sono extrinsecus, vel concentu illorum aures affici contigerit, veluti mente consternatos, toto corpore & animo concuti ac manibus pedibusque gestire compertum est, donec vis illa tabifica penitus extincta fuerit. Hæc itaque Alexander ab Alexandro. And. Matthiolus quoque oculatus testis scribit

auditis

auditis lyricis inſtrumentis, vel tibiarum ſono, primò ſtatim occurſu ictos à Tarantula à languoribus ceſſare, & in medium tripudiare & ſaltare incipere, tamque diu rem proſequi, ac ſi ſani eſſent, & nullo vnquam tenerentur dolore: præterea quod ſi eueniat, vt tibicines tantillum conquieſcant, ac interponant, non multo poſt tempore in terram concidere, & ad priſtinos redire languores; niſi tam diu indeficiente ſonitu ſaliant atque tripudient, donec veneni virus, partim inſenſibiliter per cutis meatus, partim per ſudorem exeat & diſcutiatur. Ob id igitur tibicines teſtatur ſtipendio conduci, alternatimque mutari, vt abſque vlla ſonitus intermiſſione, tamdiu tripudient demorſi, quouſque penitus curati quieſcant: cùm tamen, dum hæc aguntur, ſint, qui antidotis eos corroborent, nimirum theriaca, mithridatio, & alijs, quæ venenoſorum morſibus aduerſantur. Cardanus [i] rationem inueſtigaturus cur tam peſtilens morſus ſaltatione ſanetur, nihil mirabilius, inquit, eo Aranei genere, quòd vocant Tarantulam qui demorſos morte per lethargum occupat. Remedium palam eſt ex muſica, ſeu quòd illa dormire prohibeantur, vt tubarum ſtrepitu, ſeu quod optimum eſt, ad ſaltandum incitentur: nam ſaltando veternus diſcutitur, & cum eo ſimul venenum, quod natura frigidiſſimum eſt. Nam & apud Platonem in Phœdone inducitur quies Socrati à carnifice imperata, vt cicuta illum occidere valeat. Non igitur muſica, ſed labore venenum diſcutitur: at ad laborem incitantur vario muſicæ genere, velut & pueri, & amentes. Sic Cardanus, aduerſus quem ſic Scaliger: [k] Phalangij ſpeciem eſſe Italiæ peculiarem tibi ſcribendum fuerat. Quod veritate ſua prætexet ſubtilitatem. Plinius enim Phalangium Italiæ ignotum eſſe dicit. Ea in ore tractu meridionalis penè toto inuenitur, ſed innoxia. In terra Apulia, cùm frequens, tum venefica. Quare à Tarento vrbe, Tarantula nominata eſt. In ſulcorum ſquallore latitans imprudentes, vel meſſores, vel venatores pungit. Eam ob cauſam interfuit indigenarum, munimenta pedum excogitare. Itaque ocreolis calceati metunt. Cæterùm quem lethargum afferat eorum morſus, non intelligo. Nam qui lethargum patiuntur, inertes, languidi, ſoluti, deniquè νωθροὶ ſunt. Eorum modus vnus omnium. At qui læſi ſunt à Tarantula, non vnum eſſe eorum modum, ex Apulorum opinione palam eſt. Arbitrantur enim quot in hebdomadæ ſunt dies, tot eſſe noxarum ſpecies à beſtiola illatarum. Præterea non omnes obliuione, vel putri ſomno premi, noſtrati quoque prouerbio manifeſtum eſt, Quippe alacriorem quempiam animouè inſolentiore ac diſſolutiore cùm videmus: eum Tarantulæ morſù appetitum dicere conſueuimus. Aliqui ſopore occupantur, ſed non pauciores perpetuis vigilijs diſtrahuntur. Alij flent: alij riſu diffunduntur. Quidam currunt, nonnulli inertes ſedent. Sunt qui ſudent, qui vomant, qui inſaniant. Quare non defuere philoſophi, qui putarent, Tarantularum tot eſſe ſpecies, quot hæc agnoſcerentur accidentia. Mihi aliter videtur. Quemadmodum ebrietas non vnius eſt modi, ſed ſua cuique pro natura, & inſtituto, flent, rident, ſilent, blaterant, dormiunt, diſcurrunt, verberant: ita ex hoc morſu euenire. Rectè tu muſica curari, negas. Labore namque & ſudore, tum vincitur, tum expellitur venenum. Cæterùm tibi illud procurandum fuit. Quamobrem ſomnolenti illi muſica excitantur. Viſi ſunt à nobis languidi, ſolutiq; in tantum accendi calorem ex Aſcauli ſono, vt ſaltando laſſarent oculos ſpectatorum. Sedatur interea dolor & veneno à corde reuulſo, & aliorſum diffuſo, & amota mente à ſenſu mali. Sublata muſica non continuò, ſed pedetentim morbus redintegraſcit. Repetita aboletur. Interea curantur antidotis. Quorum vnum præter cætera tibi narrare conſtitui. Ariſtolochiæ rotundæ, mithridati, ſingulorum vncias duas: terræ ſigillatæ vnciam ſemiſſem, Muſcas, quæ de napelli frondibus victum capiunt, duodeuiginti: ſucci citri quantum ſatis. Namque vel aduerſus hoc maleficium, vel contra quemuis alium morſum nulla cum hoc eſt comparanda theriaca. Alia eſt ab hac diuerſa, quippe lacerti facie, quam quod ſub terra lateat, à Romanis putant Terrentulam nominari. Eam non vidi. Si eſt, vt aiunt, nigra, luteis maculoſa notis, Stellionem puto. Vnde Latina vox. Græci Aſcalaboten, Vaſcones Blandam, fortaſſe quaſi βλάπτην. Horreorum enim peſtem autumant. Græcis etiam γαλεώτην eſſe, ſcripſit Plinius, & Coloton. Hucuſque Scaliger.

[i] *Lib. 9. de ſubtilit.*

[k] *Exercit. 185.*

Antidotus ad morſum Tarãtulæ.

Tarantula alia.

EPI-

# EPITHETA.

PAVCA admodum Araneæ, siue Phalangis inuenio epitheta. φάλαγγες αἱ λεγόμεναι καματηραί, (ideſt Phalanges dictæ laborioſæ) Scholiaſtes Ariſtophanis. Araneam verò Lydiam vocauit Iuuenalis propter Arachnem puellam, quæ in hoc Inſectum à Pallade immutata eſt iuxta poëtarum fabulas. Ea enim erat Lydia. Propterque eandem audax nominatur à Claudiano, quòd auſa eſſet certare cum Pallade, & Virgilio inuiſa Mineruæ: Martiali vaga, fortè quod vbique vagetur, Propertio putris, ſublimis Tibullo: arida propter telam aridam quam texit, Iuuenali.

# DENOMINATA.

B

Ἀραχνοειδὴς, Aranei formam habens, vel telæ Araneæ ſimilis, vnde ἀραχνοειδὴς χιτὼν, oculi tunica quædam à medicis dicta propter tenuitatem, quæ tunica & ὑαλοειδὴς, & ἀμφιβληστροειδὴς vocatur teſte Ruffo Epheſio. Eſt autem tunica humoris cryſtallini, ſemicircularis tantùm, ipſum dimidium ab anteriori duntaxat parte ambiens. Nulla enim parte poſteriorem cryſtallini humoris ſedem contigit, ſed ab anteriore humori ipſi cryſtallino proxima eſt tenuis, & admodum pellucida, & venulis intertexta, Aranearum telæ non diſſimilis, vnde nomen accepit. Ἀράχνωφης, ab Aranea contextus. Ἀραχναῖος ad Araneam pertinens, aut ab Aranea factus: vt ἀραχναῖος μίτος in Epigrammatibus, & ἀραχναῖα νήματα, & ἀράχνιος pro eodem, vt teſtatur Suidas. Ἀραχνικὸς quoque idem Suidas ex Callia citat, quod quidem non exponit, eandem tamen cum præcedentibus ſignificationem habere videtur. Ἀραχνώδης Araneoſus: citatur in Lexico veteri ex Ariſtotele, [a] exponiturque Araneæ ſpeciem imitans. Latina voce vtitur Plinius: [b] Huic ſimilis eſt ſpina illa quam Græci acanthron vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis. Araneoſæ vrinæ dicuntur in libro de ſignificatione vrinæ ex Hippocrate, cùm pinguedines ſupernæ innatantes Aranearum telis ſimiles ſunt, eæ colliquefactionis ſignum ſunt. Tales vrinas in demorſis ab Araneis Phalangijſque apparere Arabes volunt. Ἀραχνίοω, & paſſiuum ἀραχνιάομαι Araneis ſqualleo, Araneis vitior, vt annotat Budæus citans hoc ex Ariſtotele exemplum de Apibus: Ὅταν γὰρ μὴ ἔχωσιν ὁδὸν ἢ προσπορίνωνται, ἃ προσκαθίζουσιν, εἶτ' ἀραχνιοῦνται τὰ κηρία. Araneari Gaza interpretatus eſt. Sed ἀραχνιόω in veteri lexico eſt Aranei ſpeciem refero. Ἀράχνιον & tela ea eſt, quam texit Aranea, & ipſamet etiam Aranea, quemadmodum in ſynonymis diximus. Eſt ἀράχνιον etiam, vt apud Latinos Araneum, vitium oliuis, & vitibus peculiare. Theophraſtus: [c] Oritur, inquit, & alius morbus oleis, qui ἀράχνιον (Gaza Arachinium vertit, vt non ἀράχνιον, ſed ἀραχίνιον legiſſe videatur) appellatur. Naſcitur enim hoc & fructum abſumit. Plinius: [d] Araneum vocant, cùm veluti telæ inuoluunt fructuum & abſumunt. Hinc Ambroſius Calepinus Araneum eſſe ait, quod textum eſt ab Araneis, telam ſiue rete Araneorum: neque enim in hac ſignificatione Aranea dicendum eſſe vult, quod inquit, vſque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primùm Latinè

C

D

loquentium vſus, deinde etiam authoritas Corn. Frontonis qui apertè ſcribit, Araneam eſſe quæ texit, Araneum quod textum eſt. Cęterùm nos aliter ſentimus, vt nonnullis exemplis in ſynonymis oſtendimus. Muris genus quoddam eſt, quod μυγαλῆ Græci, Araneum Latini appellant. Hunc è muſtelarum genere eſſe multi inquiunt, quod non probo. Etenim mus Araneus, vt Aëtius, inquit, colore quidem muſtelæ ſimilis eſt, magnitudine autem muri. Os verò oblongum habet & exiguam caudam: dentes ei tenues, duplici ordine nati in vtraque maxilla, quò fit, vt quatuor dentium ordines habeat. Aiunt ſi orbitam tranſierit, ſtatim mori. Sipontinus velut etymum nominis explicaturus, mus Araneus, inquit, exiguum animal eſt atque leuiſſimum, Aranei modo per tenuiſſimum filum, gladijuè aciem impunè ambulans. Ego potiùs Araneum à vi veneni dictum coniecerim, ut uulgo etiam Araneum piſcem, cuius uenenoſæ ſunt ſpinæ, ſi pungant, Venetijs nominant: & tale quid innuere uidetur Syluaticus, cùm ſcribit: Mugali, ideſt, draco marinus, eſt animal venenoſum, puſillum, muri ſimile. Plura de hoc animali dicemus in hiſtoria quadrupedum. Orchis Ἀράχνιτης (perperam andrachnitis in excuſſis exemplaribus legitur) Lobelio nominatur, quod flores ferat

Arachnoidis tunica.

[a] *li.5. c.23.*
[b] *li.21.c.15*

Vrinę Araneoſæ.

[c] *li.4. Hiſt. plant. c.17.*
[d] *li.17.c.24*

Mus Araneus.

Orchis Arachnites.

figura

figura Aranearum, unde Belgæ Spinnecoppen, hoc eſt Araneas uocari ait. φαλαγγῶσα Heſychius exponit τεθηριωμένα, ἠρεθισμένα, irritata, efferata: ſecundum quam ſignificationem à nomine φαλάγγιον ſignificante Araneum, deductum uideri poſſit, niſi tamen φαλαγγιῶσα potius ſcribendum eſſet, hanc deriuationem ſequendo. φαλάγγιον herbæ genus eſt, quæ & φαλαγγίτιον à Dioſcoride dicitur, item φαλαγγίτης à Paulo Ægineta. Galenus [c] Phalangitim ſic dictam ſcribit, quod morſis à Phalangijs auxilietur: eſſe autem facultatis tenuium partium deſiccantis, quamobrem, inquit, & tormina patientibus ſuccurrit.

[c] *Lib. 8. de ſimplic.*

# ANTIPATHIA.

ARANEAS non niſi ſingulares ubiq; agnoſcimus, nulli animantium concordes, nec inter ſe quidem, quin & aliquod Araneorũ genus eſt, quod adeo uel ipſos parentes oderit, ut etiam ipſos edat. Inter Araneum, & Stellionem Ariſtoteles bellum eſſe ſcribit, deuorari enim Araneos [a] à Stellione. Idem etiam reperio apud Plinium, [b] qui chamæleonum Stelliones quodammodo naturam habere aſſerit, rore tantùm uiuẽtes præterquam Araneis. Quomodo Aranei lacertorum catulis inſidientur, antè ex Ariſtotele diximus, idq; ſic idem Plinius [c] repetit: Lacertorum catulos uenantur, hos primùm tela inuoluentes, & tunc demum labra utraq; morſu apprehendentes, amphitheatrali ſpectaculo, cùm contigit. Eodem authore, librat Araneus [d] ſe filo in caput ſerpentis porrectæ ſub umbra arboris ſuæ: tantaq; ui morſus cerebrum apprehendit, ut ſtridens ſubinde ac uertigine rotata, ne filum quidem deſuper pendentis rumpere, adeo non fugere queat: nec finis ante mortem eſt. Phalangium ceruos, ut Ælianus [e] narrat, tanto malo afficit, quanto etiam homines, ita ut ſæpe in repentinæ mortis periculum ueniant. At ſi guſtant hederam, morſus nihil adfert detrimenti: hederam uerò ſylueſtrem eſſe oportet. Sic ille, cęterùm Ariſtoteles ceruos morſos, uel à Phalangio, [f] uel à quouis generis eiuſdem, cancros tradidit edere, idemq; hominibus prodeſſe putari, ſed non carere faſtidio: atq; hoc affirmat aſtruitq; Plinius [g] dum ait: cerui percuſſi à Phalangio, quod eſt Aranei genus, aut aliquo ſimili, cancros edendo ſibi medẽtur. Diſſidet item cum Ichneumone [h] ſi Ariſtoteli credimus. Venatur enim, inquit, Phalãgia Ichneumo. Quod Plinius ita tranſtulit: Veſpæ, quæ Ichneumones [i] appellantur (ſunt aut minores, quàm aliæ) vnum genus ex Araneis perimunt, Phalangium appellatum, & in nidos ſuos ferunt, deinde illinunt, & ex ijs incubando ſuum genus procreãt. Bellonius [k] bellum hoc his verbis deſcripſit: Sed & aliud animalculum eſt, è Veſparum genere, quod Ichneumon-Veſpa appellatur, & bellum internecinum habet cum Phalangio: quoniam verò eorum pugnam vidimus, ipſam hoc loco cõmemorare libuit. Inſecti genus eſt ſanguinis expers, forma Api ſiue Veſpæ, vel magnæ Formicę alatę perquàm ſimili, Veſpa tamẽ minus in terra etiam ſuum latibulum quemadmodum Phalangium faciens. Superat Phalangium, quandocunq; id extra ſuum latibulum inuenire poteſt: at ſi in latibulo id adoriatur, ſæpenumero re infecta redit. Accidit, ut Ichneumon Veſpa Phalangium è ſuo latibulo egreſſum corriperet, atq; poſt ſe traheret, quemadmodum Formica tritici granum, idq; quo uolebat impelleret, tametſi non ſine magna difficultate: nam Phalangium pedum uncis obuia quæq; apprehendens, quantum poterat, renitebatur. Ichneumon uerò ſuo aculeo, quòd inſtar Apis exerit, varijs in locis ipſum pungebat. Defeſſus autem iſta pertractione, auolauit hac illac aberrans, ad baliſtæ ferè iactũ; deinde ſuum Phalangium requirens, nec quo reliquerat loco inueniens, eius ueſtigia ſequebatur, quaſi illa odoraretur, non minus quàm canes leporum ueſtigia. Deinde inuentum plus quàm quinquagies aculeo pupugit, rurſumq; pertrahens, quò uoluit, produxit, iſticq; planè confecit. Hæc ille. Apibus quoq; maximè hoſtiles ſunt Aranei, ut antè quoque diximus, quia cùm præualuére, vt inquit Plinius, frequenti textura telarum enecant alueos. Meminit & Philes, canens:

[a] *Lib. 9. c. 1.*
[b] *li. 11. c. 26*
[c] *li. 11. c. 24*
[d] *li. 10. c. 74*
[e] *lib. 1. var. hiſt. c. 8.*
[f] *li. 9. Hiſt. c. 5.*
[g] *li. 8. c. 27.*
[h] *li. 9. Hiſt. c. 1.*
[i] *li. 11. c. 21*
[k] *lib. 2. obſeruat. c. 22.*

Ichneumonis Veſpæ cũ Phalangio pugna.

Οἵ τε δὲ καὶ σφῆξ, καὶ χελιδὼν, καὶ φρυ'ος
Μύρμηξ τε καὶ σής, αἰγιθαλὴς, καὶ φάλαγξ
Καὶ σαῦρος ὠχρὸς καὶ φαγῶν δεινὸς μέροψ,
Ἐμίωσι μελισσῶν δυσμενεῖς ὁδοιπόρους.
*Serpenſq; cum Veſpaq;, hirundo, rubetaq;*
*Formicaq;, Tinea, parus, & Phalangium,*
*Viridiſq; ſtellio, & apiaſter prodigus,*
*Infeſti Apum ſunt per vias examini.*

AVGV-

A

# AVGVRIA. PRAESAGIA.

ARANEARVM veluti pensa, aut his simile quidpiam, inquit, Ant. Mizaldus, [a] per Australem aërem volitare, exspatiariq; si animaduertes, præterea fuliginem sine manifesto impellentis sensu decidere, & tenuia lanę vellera per cœlum ferri, ad futuram tempestatem, aut hyemales dies pluuios hinc prænunciare nihil dubitabis: Et rursus. Aranearum, [b] filamenta per aërem motu vago multipliciter delata, ventorum & pluuiarum certissima præsagia veteribus dederunt. Theophrastum, [c] & Aristotelem intelligit: quorum ille: si per aërem, inquit, multę ferantur Araneę futuri flatus inditium datur, vel temporis hyemalis. Hic verò non eadem tantùm habet, sed rationem quoq; addidit his verbis: Cur flatus futuri inditium datur, cùm per aërem multę feruntur Araneę? Vtrum quòd Aranea suo fungitur opere, cùm cęlum serenum est: feruntur autem fila, quoniam refrigeratus aër in terram corruit: refrigeratio verò hyemis primordium est: itaque indicium fit illa Aranearum perlatio. An quòd post imbres atque Araneę viuę uniuersim feruntur: opus enim suum Araneus tũc exequitur, cùm cœlum serenum est, & occulit se impatiens frigoris, cùm hyems vrget, tractusq; à flatu nimium eruit filum: post imbrem autem flatus magna parte oriri solitum est. Hęc Aristoteles. Sed & ipsi Aranei si sponte decidant, & à nemine molestati, imminentem pluuiam præsagiunt. Telarum eorum multitudo pestis signum, veluti colligere licet ex hocce Plutarchi: [c] Præterea quis medicos pestilentem ęstatem prædicere ex telarum Aranearum multitudine, aut vernis ficis cornicis pedem referentibus patietur, qui contendat parua magnorum non posse esse inditia. Si quid ruinam casumuè minetur, ipsi primum Aranei cum suis decidunt telis, quod Plinius [f] tetigit, inquiens: Ruinis imminentibus, Aranei cum telis primi cadunt. Eodem Plinio [g] authore: incremento omnium futuro telas suas altius tollunt, & quia sereno cœlo non texunt, nubilo texunt, multę Araneę imbrium signa sunt. Thebanis teste Pausania, [h] cùm post Philippi mortem, regnante iam Alexandro coacti essent præsidium intra vrbis mœnia recipere, futura eis pernicies est diuinitùs significata. Nam cùm legiferę Cereris, sub Leuctricę pugnę tempus Araneæ albas circa templi ualuas texuissent telas adorientibus iam fines Macedonibus longè diuersa portendentes, nigro omnia opere compleuerunt.

B

C

[a] *Sect. 1. Ephem.*

[b] *Sect. 2.*

[c] *Lib. de sig. ventor. Probl. sect. 26. 63.*

Pestis inditium.

[c] *Lib. de oraculo defect.*

[f] *lib. 8. c. 28.*

[g] *li. 11. c. 24.*

[h] *In Bœoticis.*

# PROBLEMATA.

ANTONIVS Ludouicus [a] medicus Olyssiponensis quærens cur Aranea in medijs cassibus excubare consueuit? An quia, inquit, cùm æquales sint quæ à centro feruntur, in medio consistens, pedibus uincta tenens filorum, quæ neuit exordia, facilè vndique persentire potest, si quæ in plagas temerè bestiola conuolarit. Quo argumento nonnulli philosophiam colentes principium sentiendi in corde haberi volunt, atq; illuc omnes sensus tanquam ad caput fontis, corriuari & tendere contendunt, quod eam sedem aptam esse affirmant ad nuncia, & legationes sensuum omni ex parte venientes capiendas. Hæc ille, quare animum nostrum eiusque potentiam, seu potius sedem Philaltæus [b] Araneæ in medio cassidum suorum sedenti assimilat, dum ait: Aranea se in medio constituens circundatis telis in orbem ferè vndique vim spargit, & studiosè omne filum obseruat, ne externo incidente rumpatur, & vbi rupta sit, illico reficit, vt venari Muscas, & pastum queat. Vt igitur Araneus in medio staminis circumtensa vndique tela quocunque adit, singulis prouidet, consulit: ita animus vniuersi in medio cœli singula perficit, singulisque suam vim animalem impartit, & alijs illustriùs, alijs verò obscuriùs. Idem Antonius [c] Ludouicus quærit cur Araneæ fila & telas subtilissimas mittunt, intexuntque quibus Culices, & imbecilla irretiuntur? ait; An propter suum id quod foris habent ceu corticeum vellus, quo paulatim depexo, deductoq; in staminis morem & minui illas, & filamenta edi contingit. Nam ita in Vermiculis illis passim euenire conspicimus, qui mori arboris folijs depastis fila serica ambitiosa ex proprijs excrementis producunt, qui & vitam pro Bombyce, propria substantia, paulatim in sericum illud vellus nimirum absumpta, permutant. An verò quia inest illis naturæ sponte lanigera quædam fœcunditas, vt est apud poëtam:

*Cætera sunt venter, de quo tamen illa remittit*
*Stamen, & antiquas exercet Aranea telas.*

D

[a] *li. 1. Probl. sect. 5. probl. 13.*

[b] *Lib. 2. de cœlo in Aristot.*

[c] *li. 1. sect. 5. probl. 12.*

An verò quoniam ſtatuto quodam tempore alui intus natura corrumpitur, vnde excrementi cuiuſdam modo tanquam ſubtegmen quoddam ad intra intelligatur, ex quo tenuiſſimi illi complexus fiant, quibus Apiculas, & Muſcas inuolantes conuenantur. E

# MORALIA.

Vanitates per Araneę telam indicantur.

SCITA admodum allegoria eſt, quã Spiritus ſanctus in Araneę tela (opere nimirum laborioſo parumq; frugifero) ſpectandam in multis ſcripturę locis proponit. Atq; adeo ſi quis impiorum ſudores, quos in congerendis opibus & infinita vanitate alia profundunt, rectè ſecum cõtempletur; inueniet impium veluti Araneum labore inani diffluere, & in ipſo ſuo conatu totum perire. Sic legis in Eſaia, c. 59. Pſal. 38. 89. Iob. 8. Aranearum tela fiducia eius. Per Araneas item Ariſton Chius dialecticorum ſermones intelligebat, quæ nimirum artificioſè admodum elaboratæ ſunt, nulli verò inſeruiunt vſui. Aſtrologorum nugæ, & ambages (aiunt grauiſſimi, & celeberrimi doctores Baſilius, & Auguſtinus) videntur omnino perſimiles Aranearũ telis, in quas ſi Culex, ſi Muſca, ſi quid aliud inciderit, inualidis iſtis beſtiolis ſimile, irretitum retinetur, nec euadere poteſt, ſin validum irruperit animal, facilè elabitur & exiguas illas diſcindit telas atq; demolitur. Beſtiolæ certè Muſcæq; ſunt hebetis exiguiq; ingenij, vel exilis flaccidiq́ue ſpiritus homines, puero illi centum annorum à ſcripturis memorato non iniuria comparandi, cùm puerilibus iſtis oblectentur: hos quidem aſtrologicis mendacijs, ac vanitatibus irretiri cõſpicimus. Et Plutarchus fabularum ſcriptores Araneis [a] comparat, quoniam quæ aiunt, ex ſe produnt nullo fundamento nitentia, non tamen, inquit, ignoras iſta non omnino germana eſſe fabularum, & inanium figmentorum, qualia comminiſcuntur poêtæ, & fabularum ſcriptores, Aranearum inſtar ex ſeipſis gignentes initia nullo fundamento innixa, eaq; pertexentes, ſed habere diſputationes quaſdam in ſe, & certorum narrationes euentorum. Quàm ſubtiliter etiam Anacharſis leges Aranearum telis, inquit, Valerius [b] Maximus, comparabat. nam vt illis inferiora animalia retineri, valentiora tranſmitti, ita his humiles, & pauperes conſtringi, diuites, & præpotentes non alligari: Prout modò leges omnes ferè fieri, ac eſſe videmus: Sed vt aues aucupis retia perrumpere nõ poſſunt, ſic quoq; neque potentes peccatores, qui vt aues Aranearum telas, leges perrumpunt, iudicium Dei teſte Paulo effugere nequeunt. Comparationem verò eam telarum Araneæ cum legibus Soloni tribuit Diogenes Laërtius [c] in eius vita. Rurſus Tzetzes Taletis dictum fuit ad Solonem.

[a] Li. de Iſid. & Oſir.

[b] Lib. 7. de dict. & fact. ſapient.

[c] li. 1. de uit. Philoſ.

F G

——— γράφοντι δὲ τοὺς νόμους,
Ἀνάιρους, ἔφη, πράγμασι μάτην πονεῖς, ὦ Σόλον.
Τοῖς ἀραχνίοις νήμασιν ὅμοιοι γὰρ οἱ νόμοι.
Τὰ μὲν μικρὰ καὶ ἀδενῆ δυνάμενοι κατέχειν
Ἐκ τῶν δυνατωτέρων δὲ ῥηγνύμενοι ῥαδίως.
——— *Scribenti autem leges*
*Importunis, inquit, rebus, fruſtrà laboras, Solon,*
*Aranearum namq; filis ſimiles ſunt leges*
*Parua quidem & debilia valentes cohibere*
*A potentioribus autem rumpuntur facilè.*

Improbi typus.

Improbus hac eadem ſimilitudine depingitur. ei enim virtus curæ non eſt, neque iuſtitiæ domum exædificat, neque in ea commoratur. Tela verò ipſa Araneæ varietatem oſtendit, quæ cùm ſit a natura contexta, facillimè quoq; vt dictum eſt, diſrumpitur, eam quopiam contingente. Improborum itaq; actio ac vita, Aranearum telam, quę nihil firmitudinis, nihilq; cõſtantiæ retinet, imitatur. Nam nequã hominũ cogitatio, velut tabernaculum eſt ita caducum ac lubricũ, vt nunquã fuiſſe videatur. Vnde Iob. Spes enim impij peribit: domus enim eius erit inhabitabilis: Araneę autẽ tela euadet tabernaculũ eius. Quandoq; & Hypocritarũ falla cia Araneis cõparatur; vt à D. Gregorio explicante illud Iob. Sicut Aranearum tela fiducia eius. Bene hypocritarum, inquit, fiducia Aranearũ telis ſimilis dicitur: quia omne, quod ad obtinendam gloriam exſudant, ventus diſſipat vitę mortalis. Nam, quoniã æterna non quærunt, bona tẽporalia cum tẽpore amittunt. Penſandũ quoq; eſt, quòd Araneę fila per ordinẽ ducũt, quia ſua hypocritę quaſi ſub diſcretione opera diſponunt. Aranearũ tela ſtudioſè texitur; ſed ſubito flatu diſcipatur: quia quicquid hypocrita cũ labore peragit, aura humani fauoris tollit. Et, dũ in appetitu laudis opus deficit quaſi inuentũ labor euaneſcit. Sępe namq; & vſq; ad prę ſentis uitæ terminũ hypocritarum facta perdurant; ſed quia per hęc authores H

Hyppocritarum fallacia.

laudem

A laudem non quęrunt; bona ante Dei oculos nunquam ferunt. Plerumque enim sacrę legis eruditione fulciuntur, doctrinę verba proferunt, omne quod sentiũt, testimonijs accingunt: nec tamen per hęc vitam audientium, sed proprios fauores, quęrunt. Quia nec proferre alia nouerunt, nisi quę auditorum corda ad impendendas laudes excutiant, non vt ad lachrymas accendant. Mens quippe exterioribus concupiscentijs occupata, igne diuini amoris non calet, &c. & infrà. Benè ergo dicitur, sicut tela Aranearum fiducia eius; quia apparente cordis teste, pręterit omne, quod exterius de humano fauore confidit. Quare verò iustus Araneę sit similis incognitus in Psalmos explicat, ad hęc diuini Psalmographi verba commentans: Et tabescere fecisti animam eius. Aranea igitur, dicitur, inquit, tabescere, quia habet corpus tenue, videlicet ad tactum alterius. Sic & iustus ad tactũ Dei, quando per flagella tangitur, citò deficit à peccatis, & liquefit ęternorũ amore. Et notat hic Glossa conditiones Araneę propter quas eidẽ iustus cõparatur: Aranea enim corpus tenue habet, nec in terra, sed in alto stat, telas egestione viscerum texit. Consimiliter anima cõuersi ad Deum & afflicti, terrena deserit, stans in alto cęlestis conuersationis, & subtiles operationes perficit timore Dei tabefacta, id est, humiliata. Vel comparatur homo iustus Araneę, quia sicut Aranea quoddam tabidum
B est & infirmum, sic anima hominis infirmitate & humilitate eruditur, vt non de se pręsumat, qui displicuit fortitudine, & superbia. Est ergo sententia. Ita hominem erudisti, quia tabescere fecisti, sicut Araneam animã eius: id est, fecisti, vt anima tabesceret, id est, infirma fieret per humilitatem, deposita superbia quasi Aranea, qua nihil est tabidius, quę leniter tacta digito, deficit. Hęc enim infirmitas bona est, sicut ante fortitudo superba erat mala. Sic enim dicitur: Anima eorum tabescebat in malis; scilicet pœnę. Ex quibus apparebat, quod de flagellis, & increpationibus Dei nullus debet conturbari, quia sunt ad correctionem, non ad perditionem.

# HISTORICA.

EO tempore atque hora qua Gregorius Patriarcha Constantinopolitanus, & Macarius, & Pyrrhus socij qui vnam in Domino nostro Iesu Christo naturam & voluntatem asserebant, centum & quinquaginta præsulum sententia damnati sunt, plurimæ Araneorum telæ maxima omnium admiratione in medium populum cecidere, ex quo significatum est eas hęreticorum sordes,
C Aranearum instar inanes fuisse, eoq; conuentu, solennique iudicio disiectas esse. Fęlix Nolanus cùm à tyranno quæreretur ad necem, fugiens in angusto duorum parietum interuallo se occultauit, qui aditus cùm repentè Aranearum telis prætextus visus esset, nemini recentis latebræ suspitionem reliquit, atq; ita ereptus è periculo est, vt tradit Paulinus Nolanus, & Ado Treuirensis, & Beda in vita dicti sancti Felicis. Felices, inquit, fęlicissimæq; Aranearum tela Felici fuere, serarumque ferrearum vim habuere, & custodium, & solertiam tenuere. At vbi diuinum absit auxilium, nec ferreæ serræ nec muri ferrei hominem includunt, sed produnt, vti contigit Cn. Plotio ciui Romano latenti in regione Salernitana, cùm nec seruis tortis aperiri posset, vbi lateret, solo tamen odore ipse deprehensus est.

Aranea cęlitus cadentia.

Fęlix Nolanus, vt seruatus.

# EPIGRAMMATA.

ELegantissimum Αδήλου epigramma de Cicada, tela Araneæ capta & liberata.

Λεπτὸν ὑφηναμένα ῥάδινοῖς ὑπο ποσσὶν ἀράχνης,
Τέττιγα σκολιαῖς ἔνδον ἐχέσκε πάγαις
D Ἀλλ' ὀ μὶν λεπταῖσιν ὑπαιάζοντα ποδάγραις,
Τὸν φιλαοίδον ἰδὼν παῖδα, παρετρόχασα.
Λύσας δ' ἐκ βροχίδων, ἀπεκύφισα, καὶ τὸ δ' ἔλεξα,
Σώζυ μυσείῳ φθεγγόμενος κελάδῳ.

ὑπαιάζοντα, lamentantem. ποδάγραις, pedicis seu laqueis, quibus pedes implicantur. φιλαοίδον, amicum cantilenæ. Aliud Lucillij de Cheremone in aërem sublato, sed Aranearum telis affixè adherente.

Ἀρθεὶς ἐκ ἄυρης λεπτῆς, ἐποτᾶτο δι' ἄιθρης,
χαιράιμων ἀχύρυ πολλὸν ἐλαφρότερος.
Καὶ τάχ' ἂν ἐρροίζοιτο δι' ἀιθερος, εἰ μὴ ἀράχνη
Τὺς πόδας ἐμβλεχθεὶς, ὕπτιος ἐκρέματο.
Αὐτυ δὴ νύκτας τὲ, καὶ ἤματα πένθε κρεμασθεὶς
Ἑκταῖος κατέβη νήματι τῆς ἀράχνης.

Hoc Latinũ fecit ille, qui in Græca epigrammata annotationes, conſcripſit, in hunc modum: E

*Cheremon tenui ſublatus in aëra vento,*
*Vincebat paleas tunc leuitate volans.*
*Et penetrauiſſet nubes, ſed ſtamine Arachnes*
*Captus, de ſummo triſte pependit onus.*
*Quinq; miſer, durans ſic penſilis ille diebus*
*Cum tela ſexto decidit ille die.*

Sequitur ibidem ſubinde aliud Nicarchi, quod idem ille propter venuſtatem tranſtulit, ſed adiectis nonnullis, quæ in Græco non ſunt: quòd etiam ſummos poëtas ſæpenumero facitare video.

*Tres graciles ineuut tenui de corpore pugnam,*
*Quis magis ipſorum ſit leuiore leuis.*
*Hermon ergo artem cupiens oſtendere magnam,*
*Traxit per plenum membra foramen acus.*
*At Demas modica progreſſus, & ipſa cauerna*
*Aſtitit ad telam nentis Araneoli.* F
*Quem propere implicitum ſuſpendit Aranea, tanquam*
*Demas non homo, ſed paruula Muſca foret.*
*Mox hic Soſipater, ſertis me cingite, clamat:*
*Si videor, vincor, ſum niſi ventus ego.*

Aliud Lucillij:

*Βουλόμενος ποθ' ὁ λιπτὸς ἀπάγξασθαι διοφαντος,*
*Νῆμα λαβὼν ἀράχνης, αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.*
*Inuiſam Diophon quærens abrumpere vitam*
*Implicuit collo ſtamen Arancoli.*

# VSVS IN MEDICINA.

[a] *lib.2.c.68.*

ARANEVS quẽ Holcum, & Lycon vocant, inquit Dioſcorides, [a] ſubactus cum ſplenio & linteo illitus, prolatuſq; vtriſq; temporibus, aut fronti, tertianos circuitus perſanat. Quo loco Marcellus poſteriores id probaſſe negat: ſiquidem Paulus Ægineta de Araneis his agens, omnẽ huius remedij veritatem & fidem in hunc ſcriptorem reiecit, dicens Araneum in emplaſtrum emollitum frontiq; & temporibus impoſitum tertianarum febriũ circuitus finire teſtatum eſſe Dioſcoridem. Sequitur deinde Dioſcorides inquiens: Araneũ qui candidam, tenuem, denſamq; telam orditur, in aluta ligatum & lacerto appenſum, quartanis circuitibus mederi narrãt: decoctus ex roſaceo & infuſus, aurium doloribus auxiliatur. Quæ remedia etiam habet Plinius. [b] Et in tertianis, inquit, fiat poteſtas experiendi, quoniã miſeria ſpei delectat, anne Aranei, quem Lycon vocant, tela cum ipſo ſpecu toto reſina certaque impoſita vtriſq; temporibus, & fronti proſit: aut ipſe calamo adalligatus qualiter & alijs febribus prodeſſe traditur. Alius locus eſt: Eſt item quædam Aranea longa & candida, tenues habens pedes, quę ſi contrita fuerit, in veteri oliuarum oleo, albuginem ſoluit oculorũ. Item: Aranei ſanies cum roſaceo, aut per ſe in lana, vel cũ croco, auribus prodeſt. Qui Lycos appellatur, laudatur ab eodẽ Plinio [c] ad reijcientes ſanguinẽ. Scribit item ex Araneis qui Phalãgia dicũtur tricenos vermiculos parere, vnde exiſtimatur, geſtare Araneã incluſam pyxide quaſi fœcunditatis exemplo prodeſſe ſterilibus, & fieri fœcundas: vnde ſunt qui illud Iuuenalis: [d] H

[b] *lib.30.11. & li.29.6.*

[c] *lib.30.c.6.*

[d] *Saty.2.*

*Natura indulget, ſteriles moriuntur, & illis*
*Turgida non prodeſt in pyxide condita Lydæ,*

intelligi velint de Aranea. Arachne enim puella in Araneam conuerſa, Lydia fuit, vt pòſt dicemus. Sed cùm contrà videatur ſentire idem Plinius [e] ex authoritate Cœcilij, vbi ſic ſcribit: Tertium genus eſt, eodem Phalangij nomine Araneus, lanuginoſus, grandiſſimo capite quo diſſecto inueniri dicuntur intus Vermiculi duo, alligatique mulieribus cœruina pelle ante ſolis ortum præſtare ne concipiant, Ioannes Britannicus quærendum adhuc cenſet, num de Araneis is locus ſit intelligendus. Archigenes [f] apud Galenum valdè probat Vermiculos illos quos pariunt ouo ſimiles, vnguento nardino dilutos, ad dentium dolorem. De Araneis Muſcarijs hoc lego apud Plinium: [g] Aranei Muſcarij telæ, & præcipuè ſpelunca ipſa impoſita per frontem ad duo tempora, ita vt à puero impube, & capiatur, & imponatur, nec is triduo ſe oſtendat ei cui medeatur, neue alteruter pe-

[e] *Lib.29.*

[f] *Lib.5. ſecundum locos.*

[g] *li.29.c.6.*

A ter pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. Albugines quoque dicitur tollere inunctione Araneus cādidus, longissimis ac tenuissimis pedibus, contritus in oleo vetere. Sed is etiam cui crassissimum textum est, in contignationibus ferè, ad alligatus panno epiphoras sanare traditur, vt ibidem tradit Plinius. Galenus verò medicinas ex Araneis omisit, velut friuolas, ac quasi superstitiosas: telæ earum tamen meminit ad summæ cutis vulnera siue vlcera imponendæ: quod remedium etiam vulgò notissimi vsus est, vbi quis se cultro vel leuissimè sauciauerit. Tela autem Aranei præsertim candida, & pura constipandi vim habet, item refrigerandi. Recentibus vulneribus imposita, à sanie ea præseruat: maculas adhuc recentes abstergit: Plagam recentem sanat, ibique inflammationem, vt scribunt Dioscorides, & Plinius, fieri prohibet, quæ vulnus ad sanitatem peruenire non permittit. Admixta quibusdam vnguentis, & temporibus imposita febres curat. Cum oleo instillata in aurem, dolorem eius sedat, teste Auicenna. Telæ inuoluta, & è cordis ac stomachi regione applicata, tertianas, & tremorem cordis sanat. Fracto capite ex oleo, & aceto imposita non nisi sanato vulnere abscedit: quod remedium laudauit quoq; Serenus:

*Sin verò caput infestus collisserit ictus*
B *Ex oleo necti vestis debebit Arachnes*
*Nescies hæc illinc, nisi cùm sanarit, abire.*

Ægyptij medicamētum parant referente Prospero Alpino [h] ex multis Araneis vnà cum suis telis contusis ad modum linimenti cum oleo rosaceo mistis, vel Araneas ipsas in oleo prædicto incoquunt, quo calido carpum ambarum manuum inungunt. Cantharides telę Araneārum inuolutę, & quartanario suspensę eum perfectè liberare traduntur. Aëtius [i] ceratum habet ex Araneis, quem qui uolet, adire poterit. Nonnulli Indiæ populi Araneas vorant: maximè Chiribichenses, qui aliàs valdè sunt nauseabundi, vt si quid videāt, quod eis non multum arridet, ad nauseam & vomitum moueantur.

[h] *Lib. 4. de medic. Aegypt.*

[i] *li. 16. c. 68.*

# PROVERBIA.

C HABET illud Hesiodi prouerbij speciem.

Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια: ideſt.
*Vasis eÿcias quas nectit Aranea telas.*

Sic enim significant inanitatem, & inopiam etiam hodie. Ad eundem modum Catullus.

*—— Nam tui Catulli*
*Plenus sacculus est Aranearum*

Quo dicto nunc nihil est vulgo vulgatius. *Et se fingit, velut Araneus.* Prouerbialis videtur & illa collatio, Aranei ex sese texentis telas, & hominis ex seipso comminiscentis mendacia. Qui sequuntur prouerbiales Senarij in eos sunt, qui malum sibi ipsis cudūt, molientes quod in suum postea vertatur incommodum aut exitium:

Ἀγνοεῖ δ' ἀράχνη παῖδας ὡς παιδεύεται,
Θρέψασα γὰρ τὰ θνητὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
*Aranea prolem nescit, vt suam educet,*
*Quas namq; eduxit, mortis illi causa sunt.*

Aranea enim fœtus suos in suam ipsius pernitiem parit, & educat. Ἰσὸν ἀράχνης, ideſt, Araneæ tela, pro re friuola, & parui momenti, prouerbialiter accipitur apud Theodoretum Cyri episcopum [a] τὴν ὑπ' αὐτῶν πλεκομένην κατηγορίαν, ἰσὸν ἀράχνης ἀποδείξομεν. ideſt: accusationem ab illis contextam, Araneæ telam esse ostendamus, hoc est, nihilo fortiorem quàm sit cassis Araneæ, inualidam nimirum, & inanibus argumentis consutam. Futiles ergo rationes, & infirmas ἰσὰς ἀράχνης, ideſt, Araneę casses vocabimus appositè, quòd eos quidquid illabitur, facilè discindat. Proclus Constantinopolitanus episcopus πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους: ideſt, Texentes syllogismos Aranearum telis fragiliores: & iterum: οὕτως ἰσὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, ideſt, Qui ista dictitant, reuera telam Araneæ texunt. Nazianzenus in carminibus:

Ἰσὸν ἀραχναίοις νήμασιν ἄϊδριν ἔχειν: ideſt,
*Ducere Arachnæis staminibus similem.*

Thales quoq; Soloni legum latori dixisse memoratur, vt retulimus antea, vanam operam ab illo insumi, ὅτι τοῖς ἀράχνιοις νήμασιν ἴσιν ὅμοιοι οἱ νόμοι, &c. quoniam Araneę cassibus similes essent leges, quòd à potētioribus soluantur. Huc respexisse quoq; videtur Ouidius dū canit:

[a] *Lib. 6. de Prouid.*

*Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,* E
*Et ſubito caſu quæ valuere, ruunt.*

[b] *In Charonte.* Diſertiùs Mercurius apud Lucianum [b] ad Charontem: Quod ſi aciẽ, inquit, intenderis, conſpicies in alto, & Parcas ipſas expenſo ſingulis adnere tenuia quædam fila, quibus vniuerſum mortalium genus ſubnixum dependet. Videre quaſi quoſdam Araneorum nexus ab ipſis fuſis in ſingulis demiſſis? Reſpondet Charon. Equidem filum vt plurimùm admodum tenue ac fragile cuique è ſublimi innexum video, hoc quidem illi, illud verò alij. In Pſalmo 89. quoq; habemus: Anni noſtri ſicut Aranea meditabuntur. Equidem adeo ſubito dies noſtri conſummuntur, vt anni noſtri quibus hîc viuimus, reputari poſſint quaſi quædam tela Aranei, res maximè fragilis, quæ leui tactu mox diſrumpitur. Hinc præterea Aranearum filis, quid ligare dicimus, quod omni ſubitaneæ ruinæ obnoxium eſt: Vtitur eo tanquam adagio D. Baſilius in epiſtola ad Amphilochum: Antiſtitem autem ad aliquantum temporis ab officij ac miniſterij ſuſpenſione puniuit, dicens quod antiſtibus quidem licet pœnas canonicas augere & diminuere: Aranearum autem filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non conceſſum eſt. Τὰ ἀράχνια ὑφάναν Aranearũ telas texere. Eit in re friuola nulliuſque frugis infinitum atq; anxium capere laborem, Refertur prouerbij vice à Diuo Baſilio F in initio enarrationis Hexameron, & in commẽto in quintum Eſaiæ, vbi eos qui per immodicam mollitiem totos ſe dederunt delicijs prœter ientaculum, prãdium & cœnam ſiue continuè, aut certè in eos qui diebus hilaritatis, & lætitiæ, puta nuptiarum aut conuiuiorum accuratius conquirunt, & adhibent tibias, citharas, & tripudia ſaltationeſq;, dixit telam ordiri Arachnæam, quaſi ad ſtamen quoddam, inquit ſedeant, ſi manus ſuas fidibus citharæ in ordinem redactis admouent: & centrum citharæ quaſi radium textoris huc illuc crebrius tranſferendo, ne lineam quidem demum oſtẽdunt rectæ actionis. Vtitur eodem prouerbio Diuus [c] *In tract. ſuper Pſ. 38.* Ambroſius [c] his verbis: Vana & inania non ſequamur, ne telam Araneæ texere iudicemur, eò quòd peccata nullam perpetuitatis poſſunt habere ſubſtantiam. Vnde cùm videris ſtudere facultatibus amplificandis cumulandis poteſtatibus, affectando decori, dices illud Eſaiæ 59. Telam Araneæ texunt iſti quæ diuturna eſſe non poteſt, ſed cito ſcinditur atq; opus eius omne diſſoluitur. Non enim ſupra ſolidum aliquod firmamentum locatur, ſed in vacuo ſuſpenditur. Nihil laxum, nihil molle verum Chriſti militem decet. Ecce enim qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Arguti ſibi & induſtrij omnes auari videntur. Quid argutius, quid ſolicitius Aranea? quæ operi ſuo diebus atque noctibus intendit, nec vllo ſumptu, vllaq; impenſa conficit veſtimentum, ſed vanum eſt omne, quod fecerit. Sic homo omnis eſt qui opus ſuum ſupra Chriſti non conſtituit fundamentum. Vanè diebus, & noctibus, & ipſe turbatur: cùm eum plerumq; Araneæ modò etiam in ipſo ſuę improbitatis molimine operis ſui ruina conuoluat. Hæc D. Ambroſius. Telas itaque Aranearum texere dicitur, qui ſine modo laborat, & parum proficit, vt rei minimi momenti vacans ritu Araneolæ, quæ vt Muſcas capiat, telas anxiè texit, ita tamen tenues, vti etiam leuiſſimo venti flatu frangantur. Vſurpatur loco prouerbij ab Eſaia, vt dixi, dicente: Cõceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem & oua aſpidum ruperunt, & telas Aranearum texuerunt. Notum itaque fuit hoc adagium etiam Hebræis, cùm ſcilicet magnifici iſti ſibi blandiuntur, quaſi rem arduam inuenerint ac perfecturi ſint; deinde in ſpongiam exeunt omnia; ſiue dum friuola ſtrenuè ſectantur, in quo ferè ſenſu hoc quoq; legimus apud [d] Ludouicum Arioſtum.

[d] *Cant. 18. 43.*

*I nimici faranno opra di ragni*
*Se non manchiamo noi del douer noſtro.*

# APOLOGVS. H

Podagræ, & Araneæ.

DODAGRÆ, & Araneæ apologum à Cęl. Secundo Curione in ſuo Araneo confictum hîc libuit aſcribere. Araneæ olim peregrè proficiſcenti ſe podagra comes adiunxit, tametſi paſſibus ambiguis admodum ægrè illam ſequeretur, iam diei vnius itinere confecto, conſtitutum inter eos eſt, vt diuerſum hoſpitem vtraq; experiretur: ac Aranea oppidum ingreſſa, veteris adhuc memor hoſpitij, in opulenti cuiuſdam ſpatioſas ędes diuertit, vbi ſtatim incipit ſua tapeta, aulæaq; præpandere: adfuere protinus furiæ quædam conuertentes, & quicquid erudita operatione texebat, diſſipantes, adeo vt vix oculatas trygodæmonum ſcopas poſſet euadere: miſera planè quæ in tanta rerum omnium affluentia ſola egebat, atq; in tam amplis atrijs ne angulum quidem tutum inueniebat. Podagra verò pedibus capta, cùm

vltra

A vltra progredi nequiret, in primas se eius oppidi casas dedit; vbi nil non miseriarum experiri, apponi cænaturienti panis ater cum oluſculo vix sale condito: in potum vappa propinari, nisi è proximo riuo petere mallet, vnde sitim restingueret. Sic igitur accepta, lectum sibi poscit exhiberi. Torus ille pro plumea culcitra, stramine plenus ostenditur. In eo suspirans & gemebunda, se vtcumq; componit. Sed ô quàm malè membris mollibus, & delicatis, cùm tam horridis stragulis, tam duris & barbaris villis conuenit. Orto igitur augusto illo sidere, quod omnia patefacit, Aranea & podagra, rursus conuenerunt: & prior Aranea magnoperè de diuitis illius barbarie conquesta est: Podagra contra de hospitis sui egestate, duroq; victu multa commemorat, Irum eum appellans. Aranea commonstrat liuidas vibices, quas senticosa fulcra ten ellæ cuticulæ impresserant. Qua de re posteaquam maturè deliberatum inter ipsas fuit, in hanc pedibus sententiam iuerunt, vt Aranea deinceps pauperum tabernas & tuguria; Podagra verò diuitum aulas regumq; turres incoleret. Itaq; Podagra instituti nequaquam immemor, pedetentim numosi cuiuspiam domum ingressa, ad obesuli pedes procubuit, quam vbi conspexit hospes humanissimus, Dij boni, qua lenitate, quibus nominibus excepit? Substernuntur olorinæ culcitræ, puluinis, toralibusq; Milesijs
B cubilium fulcra replentur, feruet culina, omnes sunt in officio ministri, qui dapibus mensas onerent (vt poëtæ verbis vtar) & pocula ponant. Huc capi pingues, atq; altiles phasiani, pauones, coturnices, turtures, ficedulæ, & aues illæ quæ binis superbiunt cordibus, conuolant: rhombos, scaros, silurosq; prætereo. Lucrina item conchilia, Abidena ostrea, & quicquid mare lautum & delicatum mittit. Huc vina candida, nigra, purpurea, rubella, dulcia, tenera, austera, Cecuba, Falerna, Chia, Cretica plenis crateris infunduntur. Taceo mensas secundas à Tarentinis allatas. In summa nihil deliciarum, nihil cupediarum ac voluptatum non exhauritur, vt tam potens dea (est enim Podagra Bacchi Venerisq; filia) cum sororibus suis Chiragra atq; Gonagra, molliter quiescat. At Aranea pauperis domum læta petit, telas orditur, textrinæ manibus & pedibus incumbit, venatur, nullas insidias, nullius iam formidat insultus, (vt dicam breuiter) vacua in aula dominatur: ac ne ergo hospitem ingrata videatur, eum à Podagræ insidijs (est enim bellua illa admodum insidiosa, vt quæ nomen non raro mentiatur, humiq; serpat) securum tutumq; reddit. Si quando tamen Aranea nihil agente, seu calida seu frigida in ædes irrepserit, haud diu potest cum Aranea consistere:
C non igitur mirentur diuites ocioſi, si varijs ac hoc vno morbo affecti sæpe decumbunt, cùm nec medicum, nec vera medicamenta admittere velint, laborem, industriam, frugalitatem. Eundem apologum est legere apud Petrarcham in epistolis epist. 39.

# FABVLA.

ARACHNE puella Lydia, Idmonis filia, lanificij peritissima, adeo vt [a] Plinius linum & retia primam omnium inuenisse tradat, quanquam eius vsum apud Hebræorum antiquissimos multò antè fuisse comperimus. Alij à Minerua nendi omne, suendi, texendiq; artificium edoctam eam fingunt, ijsq; dotibus cùm superbiret, negasse se aliquid à Minerua didicisse, & quod intolerabile erat, eò processisse arrogantiæ, vt deæ illi se non vereretur æquare, eamq; in certamẽ vocare, quare indignata Minerua, virgine acriter obiurgata opus miris imaginibus intertextum ac varium radio discidit; quod cùm virgo ægerrimè ferret, laqueo
D vitam finire cupientem, miserata Pallas non quidem statim eam moriri voluit, sed ita tenuissimo funiculo pendentem in Araneam transformari,

*Atq; ita viue quidem, pende tamen improba, dixit*
*Lexq; eadem pœnæ, ne sis secura futuri*
*Dicta tuo generi serisq; nepotibus esto.*

[a] *Lib. 7.* Lini inuentio.

Quam fabulam qui exactiùs volet, adibit [b] Ouidium, qui diligentissimè eam conscripsit, licet paulò aliter. Scribunt præterea Græci [c] Cælio Rhodogino referente fuisse in Attica Phalanga quendam, cui foret Arachne soror. Cùm verò ab Minerua hoplomachiam perdidicisset Phalanx, & telæ artificium Arachne, matrimonio se inuicem obstrinxere, indignata dea in reptile genus vtrumq; deformauit, quo ab suo fœtu deuoratur. Cæterùm Zenodotus de ortu serpentum agens fabulam aliter tradidit. Inquit enim fuisse hominem in Attica regione nomine Phalangem, qui sororem habuit nuncupatam Arachnen: sed Phalanx, vbi adoleuisset, artem militarem à Pallade doctus fuisse dicitur, cùm Arachne soror omnia illa diligenter didicisset, quæ spectant ad telę conficiendæ, & ad suendi artificium. At enim

[b] *Lib. 6. Metam:*
[c] *Lib. 7. lect. Ant. ca. 16.*

cùm

cùm Phalãx cum ſorore rem habuiſſet, fama eſt ita facti turpitudine commotam eſſe deam, E
tamq; grauiter facinus tuliſse, vt ambos in ſerpentes verterit. Arachne cùm eſſet grauida ex
fratre, iuſſa eſt ex Pallade nõ ſine maximo vitæ diſcrimine parere, quare à filijs corroſa fuit,
quod etiam cæteris eiuſdem generis dicitur poſtmodum accidiſse.

# DE MVLTIPEDIS. ET PRIMVM DE ONISCO SIVE ASELLO. Cap. XIII.

NEMO hactenus, quantum videre mihi licuit, tria diuerſiſſima terreſtria Inſecta multipeda, Oniſcum ſcilicet, Iulum & Scolopendram, rectè diſtinxit: ſed è contrario omnes ferè recentiores, quin ipſe quoq; Plinius inuicem turpiter confuderunt. Millepedæ (ὄνοι: ſed inſcribitur caput περὶ καβαρίδων) F
[a] Li. 2. c. 37. inquit [a] Dioſcorides interprete Ruellio, quæ ſub aquario vaſe ſtabulantur, „
animalia ſunt multis pedibus nitentia, quæ contacta manu contrahuntur in „
orbem. Sed Plinius videns hæc omnia Iulo etiam conuenire, (hunc enim intelligit, quamuis
non nominet) Millepeda, inquit, ab alijs Centipeda, aut Multipeda dicta, animal eſt è ver- „
mibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuq; contrahens ſe, Oniſcon Græ- „
ci vocant, alij Tylon &c. Quod verò Iulum intelligat, conſtat ex ſubſequentibus: Illam quę „
non arcuatur, ſepa (hoc quoq; falſum eſt) alij Scolopendram minorem pernitioſamq; &c. „
[b] Lib. 20. cap. 3. Item clariùs [b] antè dixerat folia peponum ſanare morſus Millepedæ Spea (lego Sepa) Græ- „
ci vocant, oblongam, piloſis pedibus, pecori præcipuè nociuam. Marcellus Virgilius in ſuo
ad Dioſcoridis locum, commento, Millepedas in aquoſis & humidis potiùs, quàm ſub ſitu-
lis vertit, Paulum Æginetam & rem ipſam ſecutus: Frequentiores enim in humidis, quàm
ſub aquarijs vaſculis inueniuntur, & Dioſcorides non ὑποτὰς ὑδρίας, quod eſt ſub hydrijs,
ſed ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις, quod eſt, vbi hauritur & tractatur aqua, inueniri & agere Multipedas
[c] Lib. 4. de hiſt. plã. c. 4. has dixit. Quod & [c] Theophraſtus ſcripſit his verbis: Serpentes, Lacertæ & ſimilia, quòd „
ſine potu viuere poſſunt, nulli dubiũ eſt. Afros hæc Onum (ſic Latinè vertit Gaza) mandere G
affirmare aiunt, qui apud nos Vermis quidam multipes (aterq; de ſuo addidit Gaza, ſed „
Onus ater non eſt) gignitur, ſeſe in orbes conuoluens: hunc autem locis illis multum ad- „
modum naſci, naturaq; eſse humidum narrant, rore verò partem carentem pluuia, ſemper „
[d] Li. 5. Hiſt. cap. 31. abundare. Meminit iſtius præterea, animalis [d] Ariſtoteles, quo loco de Pediculis animalium
agit, quos in piſcibus ſimiles Multipedis his eſſe dixit præterquam in cauda, quam illi latio-
rem habent; vocauitq; ὄνους πολύποδας, id eſt, multipedes Aſellos, quoniam ὄνος, id eſt,
Aſelli nomen hoc commune vagumq; per multa animalium in Græcis ſit; nam & in quadru
pedum genere, piſcium & Locuſtarum Aſelli nomine aliquid indicatur; quam ob cauſam
multipedes ille adiecit, idq; animaduertentes Latini veteres à pedum numero Multipedas
eos vocauerunt. Galenus ὀνίσκους vocat, & apud ſuos κυάμους vocari tradit, & ipſos omni-
no euidenter depingit his verbis: Aſelli animalia ſunt, quæ in globum ſe ipſa contrahunt. „
Eos appellãt quidam apud nos fabas, quoniam eſculentis fabis ſimiles plurimos videre da- „
tur naſcentes ſub hydrijs, quibus rurales aquam de fontibus portant, ipſasq; prope focum „
collocant: Idem Galenus pluries Aſellorum horum meminit, ac ſemper ſub hydrijs naſci
addit, vt Dioſcoridem ſecutus videatur, ſed notandum Galeni interpretem, quotieſcunq; H
Galenus Oniſcos nominat, Latinis Millepedas dici, de ſuo adiungere; hoc enim nullibi in
Græco contextu eſt. A quo interprete deceptus And. Matthiolus miratur, cur Plinius Mil-
lepedam animal è Vermibus piloſum multis pedibus arcuatim repens vocet, nimirum Iu-
Etymum. lum, cum quo Oniſcum, vt dixi, turpiter confudit. Marcellus Virgilius ait ὄνους Græcis à Li-
uido corporis colore quaſi aſinos vocari: ſed quid ſi addamus inceſſum, nã cùm pluribus in-
ſtructi ſint pedibus, tardo tamen procedunt gradu. Dioſcoridi, vt dixi etiam καβαρίδες vo-
cantur, Scribonio Largo καταχίδιοι ὄνοι, Marcello Empyrico Cutiones, Italis Porcelletti
quaſi Porcelli à totius corporis ſpecie (vnde recentiores Latini etiam Porcelliones voca-
runt:) Germanis Kellereſel, quaſi Aſelli cellariorum, (quòd vbiq; in locis humectis, ma-
ximè cellariorum parietibus & feneſtris pluuia tempeſtate madefactis proueniant.) item
Holtzuuentle: Belgis Piſſebedde; Gallis Cloporte, Cloſeporte, Porcelet, Anglice Cheſe-
lippe.

VSVS.

A

# VSVS IN MEDICINA.

Ὄνος, inquit [a] Dioscorides, ex vino poti difficili vrinæ & regio morbo auxiliantur. Eosdem illini anginis vtilissimum est cum melle. Triti & in cortice mali Punici calfacti, doloribus aurium, addito rosaceo conuenienter instillatur. Sic Dioscorides. [b] Plinius quoq; Onisci bibisse prodesse scribit vrinæ, & pòst: in vini hemina morbo regio resistere. Galeno etiam Onisci non vno in loco, & non vnum ad morbum celebrantur: tertio de compositione medicamentorum ad cephalalgiam, siue diuturnos capitis dolores, ibidemq; à Seuero scribit trito cum vnguentis vlceratis auribus infundi. Et in sexto: quidam, inquit, agens de ijs remedijs quæ Archigenes ad gurguliones inflammatos scripsit, eos in potu exhibent, aut delingendos dant, aut dolentibus aut affectis partibus illinunt, & valdè se iuuari testantur. In octauo verò ait Asclepiadem eorum meminisse inter ea, quæ ad dyspnoicos B conscripsit, vt qui attenuatoriam vim habeant, verùm quo consilio ad vsum ipsorum perue nerit, haberi se negat. Postremò libro de medicinis facilè parabilibus Onisco inquit tritos, ex mulso potos regio morbo liberare. [c] Plinius Multipedam ad inflammatos gurguliones etiam commendat, quod pertinet ad Oniscum, vt ex Galeno patuit, & quamuis paulò infrà Millepedam anginis illini efficacissimum putari dicat, tamen vetus codex legit Multipeda, vel saltem ad Onum id quoq; referendum; nam Millepeda exitialis ac pernitiosa est.

[a] *Lib.* 2. *cap.* 37.

[b] *Lib.* 30. *cap.* 8. 11.

[c] *Lib.* 30. *cap.* 4.

# DE IVLO. Cap. XIV.

## AEQVIVOCA: SYNONYMA:

C Ἶουλος Græcis, & Latinis Iulus multa significat. Ἶουλος in primis est manipulorum collectorum fasces: Scholiastes [a] Apollonij, οὖλος καὶ ἶουλος, ἢ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη δέσμη. καὶ οὐλὼ ἡ Δημήτηρ. Itidem [b] Athenæus ex Semo Delio Περὶ παιάνων, τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ προσηγόρευον ἀμάλας. συναθροισθέντα δέ, καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γινόμενα δέσμην, οὖλας καὶ ἴουλας. καὶ τὸν Δημητρα, ὅτε μὲν χλοΐω, ὅτε δὲ ἴουλον. Et ibidem ὑπὸ τῶν δυν τῆς δήμητρος τὰς τε καρπὰς καὶ τὰς ὕμνους τὰς εἰς τὸν θεὸν, οὖλας καλοῦσι καὶ ἴουλας. Δημήτρουλοι καὶ καλλίουλοι. πλῆθος οὖλον, οὖλον ἴα, ἴουλον ἴα. Quibus postremis verbis Cereri acclamabatur in hymnis in eam compositis, vt testatur Eustathius, dum ait: Δήμητρος ἴουλοι καὶ συνθέτως Δημητρίουλοι, ὕμνοι εἰς Δήμητραν, οἱ καὶ καλλίουλοι. καὶ ἐπιφώνημα ἐμμελὲς τὸ, πλῆθος οὖλον οὖλον ἴα, ἴουλον ἴα. id est, plurimos manipulorum collectorum fasces. Ibi tamen Eustathius οὖλον exponit σωρευμένον, siue συνεστραμμένον. Significat igitur οὖλος siue ἴουλος non solùm fasciculorum hordei congestorum fasciculum, sed etiam hymnum, qui in Cererem concinebatur, (teste etiam [c] Polluce) qui alio nomine composito dicebatur Δημήτρουλος siue Δημητρίουλος & καλλίουλος. Ipsa autem Ceres vocabatur Οὐλώ, siue ἰουλώ, quòd huiusmodi fasciculos rusticis largiretur. Sed notat ibidem Athenæus ἴουλον dici τὴν τῶν ταλασιούργων ᾠδὴν, cantilenam earum quæ lanam tractabant: qua significatione citatur ex D hymno Eratosth. in Mercurium. Rursum idem Athenæus idem paulò post verba citata, αἱ δὲ ἴουλοι καλούμεναι φῦλαι Δήμητρι καὶ περσεφόνῃ πρέπουσι. Ἶουλος aliàs item est prima illa lanugo quæ ex puberum genis efflorescit. [d] Homerus.

Iuli varia significata.

[a] *Lib.* 1.

[b] *Lib.* 14.

[c] *Lib.* 1.

[d] *Odyss.* A.

— πρὶν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἴουλες
Ἀϊνήσαι, πυκάσαι τε γένυς ἐξανθεῖ λάχνη.

Habent & Auellanæ, multæq; aliæ arbores suos Iulos, ἴουλες, id est, villos callo compactili, vt [e] Gaza interpretatur apud Theophrastum, imitatus [f] Plinium, qui ita scribit. Ferunt & Auellanæ iulos compactili callo, ad nihil vtiles. Suidæ ἴουλος est τὸ ἐπὶ τοῖς καρυάις ἄνθος. Numenius apud Athenæum ἴουλες vocat Intestina terræ, testante eodem Athenæo:

[e] *Li.* 3. *Hist. plant. ca.* 7.

[f] *Lib.* 16. *cap.* 27.

— Τοὶ μὲν ἴουλοι
Κέκληνται μέλανες γαμφάγοι ἔντερα γαίης.

Quem tamen locum annotans Eustathius non omnia terræ intestina author est dici ἴουλους: sed eos tantùm, qui numero pedum sunt insignes. Adhæc Intestina terræ nigra non sunt. Et

Qui Lumbrici Iuli dicantur.

Theon

Theon antiquiſſimus Inteſtina terræ ſic nominari ſcribit, quoniam longitudinis ratione in- E
teſtinorum imaginem præferant, & quia in terræ viſuntur profunditate, nimirum cum Lumbricis. Hinc de eis ait in prognoſticis:

—— καὶ πλαζόμενοι σκώληκες
Κᾶποι, τὲς καλέυσι μελαίνης ἔντερα γαίης.

Eſt autem eidem Theoni ὁ Ἴουλος σκώληξ πολύπους. μυρίοις γὰρ ποσὶ χρώμενος, ὅμοιος ταῖς Σκολοπένδραις. hoc eſt, Iulus Vermis eſt multipes: millepedibus vtens: ſimilis Scolopen- „
Iuli & Scolopendræ differentię. dris: nimirum numero & hirſutie pedum: alioqui diſſimilis: nam Iulus niger eſt, & rotun- „
dus, cùm Scolopendra corpore ſit plano, & flaui coloris. Nonnulli teſtante eodem Theone Scolopendras Iulos vocant. At non ſolummodo cum Scolopendra perperam & terræ Inteſtinis confunditur Iulus, ſed cum Oniſco etiam, quemadmodum præcedenti capite Plinium feciſſe diximus. Oniſcum Phocion quoq; Iulum dici credidit. Ἴουλος, inquit Heſychius, ἔστι ζῶον πολύπουν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν ὄνον. Τινὲς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς ὑδρίαις γινόμενον πολύποδα καὶ συσρεφόμενον, ἴουλον καλοῦσι: quaſi verò Multipeda quæ ſub hydrijs ſtabulatur, diuerſa eſſet ab Ono ſine Aſello. Eadem tamen apud Suidam leguntur: cui inter rectiùs Ἴουλος ὁ ἐν ταῖς ἀμπέλοις σκώληξ πολύπους, id eſt, Vermis in vitibus multipes: vnde fortè Iacobus Dale- F
Dalecham pij error. champius in ſuis in Plinium annotatis Iulum putat Columellæ Erucam hirſutã dici, quæ olera, & vites rodit, ſed meo iudicio fallitur, glaber enim Iulus eſt, cùm multæ dentur Erucæ hir
[g] In theriacis. ſutæ, quæ longè maiorem, quàm Iuli vitibus afferunt detrimentum. [g] Nicander, qui morſum eius venenoſum eſſe teſtatur, Iulum cum Veſpa eodem carmine nominat: vbi Scholiaſtes Iulum ait eſſe Veſpæ ſpeciem, aut Vermem, qui Μυριόπους, hoc eſt Millepeda vocatur, atq; ita vocaſſe videtur Plinius: Millepeda, inquit, ab alijs Centipeda (Ruſtici quoque hodie Centopie quaſi Centipedam dicunt) aut multipeda dicta, animal eſt è Vermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens tactuq; contrahens ſe, Oniſcum Græci &c. Quod
[h] Li. 23. c. 1. verò Iulum Multipedam vocet, ego facilè colligo, quod [h] alibi acetum contra venenoſum Millepedæ morſum celebret: Oniſcus enim venenoſus neutiquam eſt, vti ex ſuperioribus quilibet optimè iudicare poteſt: nec rectè Iacobus Dalechampius eum Plinij locum de Scolopendra intelligendum eſſe contendit: nam Plinius præcedenti regula idem acetum contra ictus Scolopendrarum, nimirum terreſtrium & marinarum, prædicauerat. Cardanus
Iulis. Iulidem vocat, ſed id piſcis nomen eſt, de quo ſuo loco. A Iulo Ἰουλόπεζος à Lycophrone dicitur nauis, quæ multis remis agitur, vt Iulus multis pedibus graditur. Euſtathius verò G
exponit μακραὶ πολλοῖς ἐοικυῖαι, id eſt, σκώληξι ποδωτοῖς. & Ἰουλώδης, Iulos polypodas referens, qui eſt ex genere Iulorum polypodum. dicitur eſſe Inſecti genus apud Ariſtotelem.
Iuli forma. Eſt verò Iulus Inſectum, terræ inteſtino, niſi polypes eſſet ſimillimum, totum vnicolor, atrum, aureis vndiq; zonis ſiue annulis refertum, innumerabiles penè obtinens pedes. [i] Car-
[i] Lib. 7. de Var. re. c. 28. danus quadraginta quatuor pedes habere ſcribit, cùm nulla, (inquit) animalia terreſtria „
alium magnum numerum pedum ſortita ſint, neq; viginti aut triginta; ſed Araneo aut Scor „
pioni maximus pedum numerus aſcribitur à Iulide, qui tamen decem pedes non excedunt. „
Cauſa huius eſt, quod pedes ad perfectionem animalis attinent: ideo quanto pauciores, eò „
abſolutiores & firmiores: ob id homini duo tantum, quadrupedibus quatuor ob notas to- „
tidem. Sed vt pedeſtria perfectiſſima, vt animalia quæ ſunt bipeda, vltra hunc numerum, „
quo plures ſunt pedes, eo imperfectiora vt Aranei & Scorpiones inter terreſtria, polypi & „
cancri inter aquatica, & huiuſmodi generis. Ob id neq; molle neq; cruſtatum vllum ſonum „
Iulus cur tot pedes habeat. edit; quoniam à perfectione multum abſunt. Iulis autem tot pedes habet, quia proxima eſt „
naturæ Vermium, atq; media inter pedeſtria & Vermes. Proxima enim ſunt pedibus care- „
re, & numeroſos habere; quod ſint imperfectiſſimi. Vnde videmus nonnullis Vermium ge- H
neribus, quaſi toto ventre veſtigia pedum ſubeſſe. Hæc itaq; Cardanus: qui antea quoque cur diuiſum hoc animal, viuat, ſcripſerat: vbi oſtenderat, principium & terminum, in quo partes quæ mouentur, copulantur, indiuiduum eſſe, & ſolùm in his quæ quatuor ſignis mouentur: Quæ ergo, inquit, motus ſuos in vnum principium non referunt, diuiſa viuunt, velut Iulis, qui quadraginta quatuor pedes habet, nam ex terreſtribus nullum plures habet. Hoc ergo ſi diuidatur, ambæ partes ad anteriora tendunt: quia hoc animal quaſi ex pluribus eſt compoſitum. Dion Chryſoſtomus Iulis negocia comparauit, etenim & illi, inquit, quamplurimos pedes habentes, tardiſſimi ſunt inter reptilia. Iuli icon pòſt dabitur inter Scolopendras.

A

# DE SCOLOPENDRA TERRRESTRI. Cap. XV.

## SYNONYMA.

SCOLOPENDRAM terrestrem, quòd non aliter ac Iulus millepeda sit, à nonnullis cum Iulo, quem Millepedam Plinij esse diximus, confunditur, ab alijs cùm hirsutis Erucis, quæ & ipsæ plurimis pedibus præditæ sunt, à Plinio etiam cum Sepe, quę è genere est Lacertarum quatuor pedibus adeo exiguis, vt ijs prope carere videatur. Illam autem, inquit [a] Plinius (cùm de Millepeda dixisset) quæ non arcuatur, Sepa Græci vocant, alij Scolopendram minorem, pernitiosamq;. [b] Alibi quoq; loquens de folijs peponum, ait ea morsibus mederi Millepedæ, quam addit Græcis vocari Spea (lego Sepa: videntur enim transpositæ litteræ, imprimentis vel scribentis culpa) oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipuè nociuam. Quæ sanè descriptio cùm Iulo æquè ac Scolopendræ conueniat, Plinius dupliciter culpandus: vel enim Sepam modò cum Millepeda vel Centipeda, modò cum Scolopendra confudit; vel postremo allato loco Scolopendram cum Millepeda, quas tamen priori loco inuicem distinxerat. Scolopendram [c] Theophrastus Σκολοπίαν vocat. & Σκολόπενδραν dictam volunt Grammatici, quasi ἔχουσαν σκόλοπα ἐν τῇ ἕδρᾳ. Hetrusci teste Matthiolo Centipedas dicunt, Germani Langer Orenmittel, & Belgæ Langen Oorvvormen, quasi Longos Vermes auriũ, cùm Forbicinas vulgò dictas simpliciter, vt suo loco dictum fuit, Oorvvormen, Vermes aurium vocent: Sed Scolopendra ex Forbicinarum tamen genere nequaquam dici potest.

Seps quale animal.
[a] *Lib.29. cap.6.*
[b] *Lib.20. cap.3.*
Plinij error.
[c] *Lib.7. cap.11.*
Etymum.

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

C

DVPLEX Scolopendrarum genus est, terrestre vnum, de quo sermo est, marinum alterum, vtrumq; longum Vermem repræsentat, & pedes multos habet & pilosos, vnde cum Millepedis confunduntur, quin & Millepedæ dici queunt. Terrestris modo Scolopendra, diuerso quoq; genere constare videtur. Etenim [a] Dioscorides Scolopendram nominat simpliciter, item aliam Ophioctonem, nimirum quod serpentes occidat. Sed quę ea sit, apud neminem inuenio. Ego præter bina illa genera, nonnulla alia obseruaui, quæ subinde, vbi prius de communi omnibus figura aliquid dixero, depingam. [b] Georgius Agricola, Scolopendra terrestris, inquit, in truncis arborum, aut in lignis supra terram locatis, aut in palis terræ infixis, vnde nomen inuenit, & gignitur & viuit; quibus amotis aut commotis egreditur, aliàs plerumq; solet latere. Pennis caret, sed plurimos habet pedes, quocirca eam ex Latinis alij Multipedam, alij Centipedam, alij Millepedam vocarunt: si quando repit, partem corporis mediam tanquam arcum intendit: si bacillo, aliaúe re tangitur, se contrahit. Color ei æneus, corpus tenue, & latum, longum verò tres digitos, aut summum quatuor. Sic ille. Santes [c] Ardouinus verò haud rectè Scolopendram terrestrem, ait esse serpentem diuersorum colorum, videlicet viridis, crocei, rubei, & aliorum: additq; quod ferendum minimè est, de genere esse viperarum, cùm alioqui dicat folio Scolopendriæ, vnde, inquit, nomen accepit. Est certè folio asplenij siue Scolopendriæ non absimilis Scolopendra, vt non possit eum latere qui plantam nouerit, vnde hinc alij herbam nomen accepisse voluerunt. Matthiolus in Hetruria Centipedas vocari asserit; esseq; in Hetruriæ omnibus vulgaris notitiæ, Vermes innumeris pedibus, referti, subrufo colore. Antiquissimus poëta [d] Nicander Scolopendram vocauit bicipitem, & pedum multitudine, velociq; motu triremem repræsentare: Canit itaque.

[a] *Lib.7.c.6.*
Ophioctone.
[b] *Lib. de animal. subter.*
[c] *Lib. 6. de Venen. c.22.*
[d] *In theriac.*

Οἶδα γὲ μὴν καὶ ἴουλους ἅ μήδεται, ἠδ' ὀλοὸς σφὴξ,
Πεμφρηδὼν ὀλίγητε, καὶ ἀμφικάρης σκολοπένδρα,
Ἥτε καὶ ἀμφοτέρωθεν ὀπάζεται ἀνδράσι κῆρα.
Νήϊα θ' ὡς σπέρχονται ὑπὸ πτερὰ θηρὶ κιούσῃ. id est:
*Nouimus haud aliter quæ patrat Iulus; & atrox*
*Vespa & Pemphredon tenuis, Scolopendraq; bifrons,*
*Quæ vomit exitium miserandæ mortis vtriq;*
*Cuiq; alæ, vt remi festinant nauis euntis.*

Bicipitem

Bicipitem verò eſſe Scolopendram verum non eſt, ſed bicipitẽ poëta dixit, quòd talis videa tur: nam vt Ariſtoteles teſtatur & experimento quotidie deprehendi poteſt, Scolopendra ex vtraq; parte graditur, tanquã vtrimq; caput habeat vnum, etiam ſi in duas partes diſlecta ſit, tunc enim altera pars in caudam, altera mouetur in caput. Sed dum graditur, remorum inſtar, latos mouet pedes, quos alarum in modũ geſtat, ſicuti poëta dixit. [e] Theophraſtus Scolopendras ſcribit reperiri circa radices gladioli, quia, inquit, congregantur facillimè in eam. Quibuſdam in regionibus tanta copia increuere, vt fugati ab eis populi proprios deſeruerint lares, quod Trerienſibus contigiſſe ſcribit Theophraſtus teſte [f] Plinio: idem de Rhytienſibus prodidit [g] Ælianus. Quæ in hac tabula num. 1. depingitur Scolopendra eſt marina, lato corpore, ſubcaſtaneo, velut pedibus innumeris, longiuſculis, aurei coloris. Num. 2. co-

[e] Lib. 7. hiſt. plant. c. 11.

[f] Li. 8. c. 29.




E

F

G

H

lore

A lore est amethestino, albis, ruberrimisq; punctis maculosa, terrestris. Terrestris alia numer. 3. lutea, maculis obscuris insignita. Num. 4. Scolopendra terrestris minor, colore rubicundo, per tergus atro. Ex Scolopendrarum quoq; genere est Insectum quinto loco depictum, sed breue admodum, longissimis antennis, procerisq; pedibus, totum cinerei coloris. Num. 6. insolentis admodum figuræ, colore ferè cinnabarino, cauda bifurcata, pedibus Scolopendræ more plurimis, exilibusq;. Num. 7. Iulus est siue Millepeda, nigerrimo corpore & aureis zonis distincto, pedibus exilibus, innumeris, hirsutis. Num. 8. Scolopendra vulgaris ac vera, aurei coloris ad castaneum tamen nonnihil vergentis, vulgus sepam perperam vocat. Postrema seperatim posita Scolopendra, viginti instructa pedibus, proceriusculis, & longissimis antennis, colore est subferrugineo.

B



# VENENVM. ET CONTRA ID REMEDIVM.

C SCOLOPENDRA, potissimùm verò ea quæ Ophioctone dicitur, tanta veneni pernitie pollet, vt à morsu partes vicinæ etiam putredine inficiantur. Ictum teste[a] Dioscoride hæc sequuntur symptomata; locus per ambitum liuore sugillatur, & computrescit: interdumq;, licet raro fæculentus atq; ruber cernitur. A morsu ipso exulcerari locus incipit, vlcusq; id negocium exhibet, ferè remedijs inuictum, prætera toto corpore prurigo sentitur. Eodem[b] authore si Scolopendra morsum infixit, sal quàm leuissimè tritus ex aceto vulneri inspargendus, aut ruta syluestris superponenda. Locus acida muria fouendus[c] & danda in potu aristolochia cum vino, aut serpillum, aut calamintha, aut ruta syluestris.[c] Alibi quoque semen & flores asphodeli in vino potos Scolopendræ & Scorpionum venenis mirum in modum resistere scribit. Aetius ea omnia Scolopendræ ictibus mederi credit, quæ priuatim muris Aranei morsibus conueniunt. Plinius plura habet varijs in locis remedia: vt folia mentastri illita, & bibita drachmis duabus in vini cyathis duobus, mentam, serpillum, decoctum polytrici & trichomanes frequenter illitum, pulegium syluestre cum sale, cyminum syluestre, acetum vini potum, vrina pueri, sanguis testudinis illitus, sal ex aceto potus, cancri marini cinis, farina hordei. Præferunt antiquorum nonnulli cinerem aceto subactum, & vulneri illitum, præterea pulegium, rutam & mentam ex D vino potam.

[a] Lib. 7. c. 6.

[b] Lib. 8. c. 2.

[c] Lib. 43. cap. 19.

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

# HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER SEXTVS QVI EST DE VERMIBVS.

& primùm

## DE IIS IN GENERE:

## Cap. I.

## ORDINIS RATIO.

Vermes. quid hoc libro significent.



NOMINE Vermium duo complector Insectorum genera. primùm ea, quæ parcè admodum ab antiquis & recentioribus celebrata sunt, ac nomine tenus potius cognita; aut non tam exactè descripta per partes, vt eorũ nobilitas ac præstantia, à partium varietate desumi queat: deinde etiam ea quæ pedibus carent, vt sunt Vermes terreni dicti Lũbrici atq; id generis plurima. de hisce omnibus hoc libro agere institui. Porrò quæ pedata non sunt, cæteris, de quibus tractauimus, Insectis, postponẽda esse, nulli fore dubium existimo, vtpote quæ plantis proximam quandam naturam habeant. vbi enim in hisce tot sensus quot in Ape, Formica, Scorpioneúe? His enim visus, auditus, & quorundam sententia odoratus. Iam si Vermibus gustum, motum tactumq; adimas, quid erit reliquum? Natura quoq; minus nobilem horũ conditionem nobis ostendit in volatilium Insectorum generatione. Eorum enim si quippiã nasci oportet, id primum ex Verme oriatur necesse est, tanquam ex imperfectiori sua ducens primordia. Semper enim natura à rudiori generationẽ animalium inchoari cupit, vt etiam in alijs quibusdam Vermibus, qui postmodum alati euadunt, conspicere licet. primùm enim ex semine quodam nascuntur foris duro obducto cortice, intus fluido, forma ferè, ac magnitudine Carthami semini simili, ex quo postmodum prodeunt. Accedit & hisce alia ratio quæ hæc animalcula pedibus destituta prædictis ignobiliora declaret, ortus inquam, ac generis obscuritas. Quid enim? nõne ignobilius ex putredine limi, aut ligni, aut carnis nasci, quàm propagari per coitum, vt ea Insectorum genera de quibus tractauimus antea? At ne in huius libri vestibulo lectorem deterream, nimium Vermes nostros extenuando, laudes eorũ non supprimam, quibus haud cæteris Insectis iudicandi erunt inferiores. Illorum enim si quis vsum desideret, habebit eum in cibis, ad augendas corporis vires: in medicina, ad sanitatem recuperandam, qua nihil vnquam præstantius humano generi datum fuit. Si verò naturã contempletur, nõ minus Deum horum conditorẽ intelliget fatebiturq;, quàm Apis aut

Laudes vermium.

Vespæ

A vespæ: quamuis ne sic quidem Galenus senserit. Enimuero quòd se tam flexibiliter moueat vermis, varijsq; gyris se torqueat ac vertat, id totum diuinæ præstantioriq; naturæ debet acceptũ referre, à quo ea proficiscitur. Quamobrẽ meritò accusandi autorum plurimi, qui negligenter admodũ horum Vermium naturam perlustrarũt, ac memoriæ mandarunt posteris indignum putantes ea pluribus laudibus celebrare, ac intueri, quorum putidus ortus, lubricum & æquale corpus, oculos aspicientium, ac mentem scribentium auertant ac deterreant.

# AEQVIVOCA.

VERMIS nomen vsq; adeo latè patet apud scriptores, vt non solùm ad omnia Insectorum genera se extendat, paucis admodum exceptis; sed etiam ad animalia quædam oblongiora sanguine prædita, vt sunt Lacertæ.[a] Agricola Vermem commemorat quadrupedẽ qui in Maio mense natus in agris excurrit crassum, longum digitum minimum, supra terram viuentem, corpore molli, nigro, splendido, gracili isthmo posteriori corporis parte pecto
B ri adhærente. in manu sumptum pingui eas liquore inficere, pellere vrinam, sed vnà sanguinem.[b] Albertus Magnus Vermis nomen omnibus animalculis commune esse ait; sed specialiter Lumbricos terræ id nominis sibi vindicare, quia de sola terræ exhalatione nascantur. Apud quosdam animalia parua anonyma Vermium appellatione continentur. Est via quædam quæ à medio ventriculo cerebri humani ad puppim tendens non aperta sed quæ portam habet, in qua quoddam obstaculum: eius forma sicut pinea est, quam anatomici Vermem vocant, vt docet[c] Galenus. In equorum cute Vermem quidam veterinarij appellant morbum, quem in humano existentem corpore herpetem nuncupamus. alij hunc tumorem exulceratum exponunt; cuius causa creditur esse putredo contagiosa omnium humorum. Itali nunc temporis appellant il mal del Verme. Putat[d] Carolus Ruinus ita dici ob simi
C litudinem quam habet cum illis Vermibus, qui in arboribus nascuntur; vt enim hi intra corticem, & lignum existentes, arboris substantiam corrodunt cauernasq; in ea conficiunt; ita materies huius mali intra pellem, & carnem consistens, erodensq; carnem, diuersa orificia efficit. huius variæ sumuntur differentiæ à materia peccante, & parte quam affligit. nam qui nullam certam partem afficit, sed modò in hanc, modò in illam incurrit, volatilis dicitur: qui pectus in parte antica occupauit pectoralis, anticore Italis; qui in coxis nascitur, sed ad crura dilabitur Canino Verme; quemadmodum Verme mentagra appellant nostri veterinarij, quum malum eum sibi locum elegit, qui intra caput, collum, & maxillas situs glandulas continet.

Vermis nomen latè patet.

[a] *Lib. de subter. animal.* vermis quadrupes Agricolæ.

[b] *Lib. de Animal.* 26 Lumbrici terræ propriè Vermes Alberto.

Vermis in cerebro qd fit anatomicis.

[c] *Lib. de Oculis.*

[d] *Li. 1. c. 26. de morb. equor.* Volatilis Vermis.

# SYNONYMA.

תלע inde תולעת Vermis quidam putant esse Vermiculum minorem quàm דמשה. Nam Elias aliud existimat. Pagninus confundi ait. Quidam reducunt ad radicem לוע, quod deglutire significat, quòd facilè teratur & conculcetur animalculum longè vilissimum: vel actiuè, quòd arrodendo deglutiat. Plurale masculi tantùm per cametes sub secunda inuenitur. Figuratè pro abiecto Psalm. 22. & Iesah 41. vbi Midràs inquit Limchi Israelitas Vermi comparari ait, quòd vt illius robur non nisi in ore situm est, sic omne Israëlitarum robur in oratione sit positum. Charda in lingua Arabica Vermis est, item ydrocomi in Pandectario.
D ὐαλη in Lexico vulgari exponitur, vitrum, Bombyx, Vermiculus item: ἑλύϊος Vermiculus quidam. Διρμησὴς verò Vermis, Serpens. Nam apud Lysiam Vermis sic vocatur: apud Aristarchum serpens. est potius animalculum à consumendis pellibus ita dictum, vt denotat Etymologicon. Θρὶψ communiter quoq; Vermis dicitur, quamuis peculiariter is qui ligna erodit. A' Θρὶψ Vermiculus, vt Cossus, Tinea, Teredo (ita vulgare Lexicon, sed perperam) habet pro Θρὶψ, vt annotauit author Thesauri linguæ Græcæ. Κυώδαλον bestia est & animans. Hesychius & Scholiastes Aristophanis volunt propriè dici ἐπὶ τοῦ θαλαττίου θηρίου, de bestia marina, veluti κυνώδαλον, hoc est ἐν ἁλὶ κινούμενον: Homerum verò ac cæteros poëtas κυώδαλον vsurpasse ἐπὶ τοῦ χερσαίου θηρίου, pro bestia terrestri. Verùm & reptilium genus hoc nomina intelligitur, καὶ τὰ μικρὰ ζῶα. Quomodo[a] Nicander in descriptione antipharmaci cuiusdam iubet.

[a] *In Theriaca.*

—— ἐκ τριόδοιο μεμιγμένα κυώδαλα χύτρῃ,
Ζωὰ νέον δορυσσῶτα καὶ ἔνθορα

inijcere: paulò poſt ὄφεις appellans vocabulo ſpecialiori, quæ hîc generaliori appellarat κνώδαλα, quod & Scholiaſtes annotauit. Rurſum Nicander appellat Inſecta quoq; noxia, in eodem Theriacῶn opere: E

Φράζεο δ' Αἰγύπτοιο τά τε τρέφει οὐλοὸς αἶα
Κνώδαλα φαλαίνη ἐναλίγκια:

Vbi & Scholiaſtes annotat Inſectum volucre intelligi ſimile Cranocolaptæ. Sed à Platone ſic vocantur Vermes in Axiocho. Ἀειδὴς δὲ, inquit, καὶ ἄπυστρος ὅποι πότε κείσομαι, σηπόμενος εἰς εὐλὰς καὶ κνώδαλα μεταβάλλων. Non vſque quaque igitur veræ ſunt etymologiæ quæ adferuntur, vt vult author Theſauri linguæ Græcæ, nec ſanè ea quæ κνώδαλον vult ἐπὶ τοῦ χερσαίου θηρίου dici παρὰ τὸ κυσὶν ἁλίσκεσθαι. Nec enim Inſecta volucria, nec reptilia, vt angues & Vermes, canibus venaticis capi queunt. Dicuntur quoque εὐλαὶ Vermes, vt in citatis Platonis verbis videre licet; ſed peculiariter qui in corpore vulnereúe, aut vlcere naſcuntur, qui etiam σηπηδόνες dicuntur & σκώληκες. Sed Σκώληξ commune Græcis eſt vocabulum, quo id exprimunt, quod Latini nomine Vermis. Dicitur autem Vermis à vertendo aut verrendo teſte Iſidoro, quaſi vertens & verrens. quia in multas partes ſe vertit, ac torquet dum repit. vel quia verrit, id eſt vt idem exponit, ad partes oppoſitas ſe trahit. Non enim ſicut ſerpentes ſquamarum niſibus Vermis repit, ſed in diuerſas partes corpuſculum ſuum trahit. & quoniam vêre Vermes è latebris prodeunt ideo à verno exitu nomen quoq; ſumere poſſunt. Italicè Verme dicitur: Gallicè vn Ver. Hiſpanicè el Guſano. Polonicè roback. Germanicè ein Vvurm. Belgicè een Vvorm. Hungaricè fereg, nijuue. Anglicè à Vvorme. F

Vermis etymon.

# GENVS. DIFFERENTIAE.

Differentię à magnitudine. A partibus. Caudati.

MAGNITVDINE plurimùm inter ſe Vermes differunt, ſunt enim alij parui, quos diminutiua voce Latini Vermiculos, Græci σκωλήκια appellant; alij manitudine medij ſunt, & maximi aliquot cubitos longi. Partibus quoq; plurimum variant, ſunt enim caudati, alij ſine cauda; de quibuſdam caudatis meminit Hippocrates, & Ariſtoteles ſeu author eius libri qui de rerum natura inſcribitur. Quoſdam enim eſſe ait aurei coloris, qui ſtatim vt nati ſunt, à parentibus aluntur, deinde abſq; cibo vitam tranſigunt, atque ita iacent immobiles veluti mortui: at quodam à natura conſtituto tempore reuiuiſcunt, ſibiq; prouiſuri ad paſtum ſurgunt. Peruſſiam nouo Vermium genere per æſtatem infeſtam fuiſſe anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto [a] narrant, qui caudis cancrorum præditi, quoſcunque aculeo pupugiſſent, intra tertium diem extinguebant. fuêre hi fortè Scorpionum ſpecies. Refertur à Mondauilla Vermis quidam capite apri, ſex pedibus, vnguibus latis, cauda Leonis. ἀςάλη Heſychius tradit ſecundum quoſdam eſſe Vermem caudatum, alioquin ſignificare πολύπουν ἐν μυχτῆρι polypum narium. Sunt & denſis veſtiti pilis, item raris, aut etiam nullis. ruffos piloſos celebrat Palladius. nam & coloribus multùm inter ſe variant, aut in toto corpore exiſtentibus, aut in aliqua eius parte, vt qui rubicundo circulo prope caput inſigniuntur. nigros quoque toto corpore reperire eſt, & albos plurimos, rubros aliquot. quidam igneo quoque ſplendore micant. à virtute quam habent, aut ſanandi, aut lædendi interficiendiq;, aut nocendi, alij dicuntur canibus moleſti, eoſque latenter mordentes λαθαργοὶ dicti. In Perù exiſtunt Vermes ex quibus lethifera parant venena Indi Occidentales. & olim apud Iudæos Thamur Vermis qui vitrum confringebat. Iſidorus verò atque alij quidam, Vermes differentes ſecundum materiæ diuerſitatem ſcribunt. naſcuntur enim alij in animalibus, tum viuis, tum etiam mortuis, alij in ſtirpibus, foſſilibus, & meteoris, de quibus omnibus particulatim in ſuis capitibus agemus. G H

[a] Lib. 10.

Piloſi Vermes. A Colore.

Venenoſi quidã Vermes in Perù

A

# VICTVS, SENSVS. VIVACITAS.

VERMICVLI non nisi ijs aluntur, è quibus enati sunt, vt animalium animalibus, stirpium stirpibus, meteorum meteoris corporibus & similibus. Pisces & Vermes dicuntur κοπτειν: pisces autem cùm assilientes quasi tundunt suo rostro rem aliquam. at Vermes cùm rodentes aliquid, & ipsi veluti tundunt. Nullum Vermibus ingenium, nulla memoria. nam Apibus Vespis Crabronibusq; hæ dotes sunt. Quamobrem apud [a] Lucianum mercatori, dum philosophum Scepticum Pyrrhiam interrogat an surdus simul, & cęcus esset, respondet Pyrrhias, sensu se etiam & iudicio carere, breuiterq; nihil à Verme differre. vnde est quòd quidam Vermes obliuiosos esse dixerint. Nulli Vermium generi oculos esse [b] Plinius asseruit. quamuis [c] Galenus tradiderit quibusdam ipsorum obscurum vestigium inesse. Sensus tactus, gustusq; omnibus est, vt idé dicit [d] Plinius. nam percepto sonitu latescunt: & sapores optimè discernunt: amara enim ac salsa refugiunt, dulcia verò appetunt & sugũt. Repunt quoq; non veluti serpentes squamarum nisibus, non enim & colubri his spinæ rigor est, sed in arctum corpusculi sui partes colligentes, & posteriora attrahentes progrediuntur quod ἑλκυστᾶσθαι propriè Græci dicunt. atq; hic motus à [c] Galeno videtur animaduersus, in eo loco quo inquit, Vermes motu vndarum moueri. Vermium quoq; imbecillitati optimè prouidit natura: quum illis vitam longè fortiorem indiderit, quàm cæteris animantibus & Insectis, sunt enim animantium quædam quæ abscisso capite ne tantillum quidem viuere possunt. quædam Insectorum diutius: at hi Vermes per medium dissecto corpore vtraq; parte viuere queunt. tam altis itaq; fixa radicibus vita inhæret.

Quibus alantur.

Nullũ Vermibus iudicium.

[a] *In vitarũ auctione.*

Vermes obliuiosi.

[b] *Lib.* 11. *cap.* 37.

[c] *Lib.* 2. *c.* 5. *de sem.*

[d] *Lib.* 11. *cap.* 71.

Motus vndarum Vermibus.

[e] *Lib.* 1. *de diffce. pul.*

# GENERATIO.

C MATER omnium Vermium putredo est plurimorum sententia, atq; ea oritur ob humoris nimiam vbertatem intemperiemq; quæ calorẽ cuiusq; materiæ puta animalium, plantarum, aquæ, aut terræ opprimit. In Guinæa quæ regio est Africæ proxima æquinoctiali lineæ, putredines magnæ existunt ob continuas aëris intemperies. Calida autem & humida intemperies maximè generandis Vermibus idonea est; quo fit vt æstiuis mensibus auraq; subtepida horti plerunq; Limacibus, carnes Vermibus abundent. Commune enim, teste Aristotele, Vermium omnium, & eorum quæ ex Vermibus oriuntur, vt primordium generationis, aut à sole, aut à spiritu præstetur. Idem etiam in rebus imputrescibilibus nasci Vermes scribit: qui quales sunt, item quomodo in quaq; materia generentur posterioribus capitibus dicetur planiùs. illud autem nunc imprimis scire licet nullos aut paucos admodũ per coitum generari, eos excipio qui Insecta volatilia euadũt, veluti Vesparum, Crabronũq; & similium, de quibus hactenus sermo fuit. Non equidem existimo à quoquam insiciatum iri animalcula existere, quæ cùm ex putrida materia tanquam matrice prodeant, nullam ex se generandi virtutem habeant, qui legerit apud [a] Aristotelem nec Empides, quæ volatiD lium sunt generum, ex animalibus nasci neq; coire, essequé alia plurima similia, vt Vermiculos. Ad hoc accedit, quòd si vera sunt quæ prodidit [b] Aristoteles, quòd omnia, quæ ex putri materia ortum trahunt, non generent, & si quando generent, non sibi simile animal generent, & id quod prodijt, nec mas nec fœmina existat, ea omnia in Vermibus erunt verissima. Quapropter nulla ratione per coitum propagari dicimus. Nati autem Vermes per se augentur: principio enim parui, mox grandiores euadunt, quemadmodum etiam ij qui ex animali procreantur per coitum, primò quidem exigui sunt, deinde augentur sine vllo annexu causa similis vt in farina (quemadmodum scripsit [c] Aristoteles) quæ est humore subacta. Fit enim ex massa parua magna, parte solidiore humescente, humida spirascente, quod in animalibus natura caloris animalis facit, id in massa calor permisti humoris. Sed qui ex putredine ortum trahunt, sensim per omnes partes æqualiter augentur; qui verò animalium coitu existunt, vt alati euadant inferiore parte magis quàm superiore crescunt. idq; hisce verbis declarauit [d] Aristoteles de testatis loquens; Incrementum etiam, inquit, similiter vt

Putredo Vermium mater.

Non coire.

[a] *Lib.* 1. *de gen. animal.*

[b] *Lib.* 1. *de gen. c.* 1. 2 4.

Vt augeantur.

[c] *Lib.* 3. *de gener. c.* 4.

[d] *Lib. de gener. animal.* 3. *cap.* 9.

Vermes capessunt. Vermes enim augentur in partem superiorem, & qua principium continetur. Alimentum enim superius ab inferioribus ministratur. Atq; id quidem commune cum ijs, quæ ex quo proueniunt, habetur: sed illa totam materiam absumunt. In ijs verò, quæ ex Verme gignuntur, cum ex constitutione in parte inferiore contenta pars superior creuerit, mox ex reliquo alimento inferior articulatur. Cui rei causa est quod cibus postea quoq; in parte septo subiecta conficitur omnibus. Incrementum autem hoc modo fieri Vermium apertum est in Apibus cæterisq; similibus. principio enim partem inferiorem magnam, superiorem habent minorem. Idem augescendi modus in testatis etiam est. Hactenus Aristoteles, qui ibidem antea dixerat; Vermes aut intra se cibum habere ad incrementum necessarium, aut aliunde accipere idq; vel ex parente vel ex parte conceptus. Cæterùm ij omnes, qui è putredine proueniunt, si non in aliud animal transmutentur, è parente hoc est putredine incrementum capiunt, qui verò è coitu è parte conceptus.

# DENOMINATA.

Ἄσηρος dicitur Suidæ qui immunis est à Vermibus ὁ μὴ ἔχων σκώληκας. quæ expositio si vera est, scribendum vt existimat author Thesauri linguæ Græcæ ἄσητος à σής quod Vermem significat, sed is propriè qui in vestibus reperitur. eandem tamen scripturam habet vetus Suidæ codex, & manuscriptus. à Σκώληξ quod vocabulum frequentissimum est apud Græcos authores, deducitur diminutiuum Σκωλήκιον. Σκωληκιάω Vermibus scateo, seu Vermes genero. apud [a] Dioscoridem reddunt Vermiculantes aures Σκωληκιῶντα ὦτα, Plinius Verminosas aures vocat. Σκωληκίζω est Vermem refero. apud medicos Σκωληκίζων Σφυγμός Vermiculans pulsus, id est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis arteriæ partibus, in quo non tota simul arteria distenditur, sed primùm quidem pars eius superior cordiq; vicinior, deinde verò alia atq; alia, in modum Vermis progredientis. Namq; ab huiusmodi gressus similitudine, huic pulsui inditum nomen est. Eiusdem generis est cum vndoso atq; etiam Formicante, differtq; ab his sola quantitate seu magnitudine: estq; amborum medius, tanto maior Formicante, quanto vndoso minor. Hæc inter alia Gorrhæus. Affertur & Σκωληκίζεσθαι pro instar Vermium moueri. Σκωλήκησις vitium in rebus, quæ corruptione Vermes producunt. Theophrastus ait semina asseruata diutius, ἀδιανόητον ἵνα διὰ τὸν ἀναπνοὸν καὶ τὸν Σκωλήκησιν, sic enim reponunt quidam pro κωλυσιν, præsertim cùm subijciat φθορὰ δὲ μάλιστα μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων. sed videndum ne pro Σκωλήκησις dicendum potius sit Σκωλήκωσις. Σκωληκιόω Vermibus infestor & passiuum Σκωληκιόομαι Vermibus infestor, Vermiculationem sentio. Theophrastus ἧκιστα σκωληκιᾶται τὰ δρυμία καὶ ὁσμώδη, Vermiculationem minimè omnium sentiunt. idem ὅθεν καὶ πρότοι σκωληκιῶνται τινῶν, οἷον ἀπίου, μηλέας, μεσπίλης. Pro quibus Plinius. Vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pyra, mespila, punica. σκωληκώδης Vermem imitans, idem cum Σκωληκοειδής, quod tamen contrahens se Vermiculorum specie etiam exponitur. Aristoteles de Scorpionibus τίκτουσι σκωληκώδη πολλὰ καὶ ἐπωάζουσι: Vermiculos ouorum specie pariunt Plinio interprete. Exponitur & Verminosus. Σκωληκόβρωτος à Vermibus exesus seu corrosus, vt in [b] Actis Apostolorum de Herode. ὑπὸ μενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξε arrosus à Vermibus animam exhalauit. & apud Theophrastum γίνεται Σκωληκόβρωτον de arbore, Plinius vertit Vermiculis infestatur. σκωληκοποιέω Vermẽ gigno, vel in Vermem conuerto. Σκωληκοτόκος Vermes procreans seu generans. vtitur hoc Aristoteles & Theophrastus, vnde Σκωληκοτοκέω Vermes pario. [c] Aristoteles loquens de Insectis χέδον γὰρ ἔοικε πάντα τρόπον τινὰ σκωληκοτοκεῖν πρῶτον. & [d] alibi rursus ὅσα σκωληκοτοκεῖ ἢ ὠοτοκεῖ. Affertur & passiuè σκωληκοτοκούμενοι. & à Gaza exponitur Vermicularia proles. & σκωληκοτοκία Vermium generatio seu procreatio apud Aristotelẽ. A Verme Vermiculus diminutium dimanauit, quod præter paruum Vermem multa quoq; alia significat. Nam Vermiculum vinum pro acerbo dici tradit Alciatus, quòd nondum maturuit, Gallis vin Vermeil. Vinum inter album & nigrũ, inquit, [e] Cælius Rhodiginus, quod medium est Cirrũ vocant Græci: ex nostris rubrũ nonnulli: quidã etiam giluum vulgus Vermiculũ: quando & far rutilũ Columella Vermiculũ dicit. In Sacra scriptura Vermiculũ coccũ bis tinctũ exponunt quidam: qui color non est ita lucidus, sed subniger. in [f] Exodo enim ita habetur: si fuerint, peccata

[a] *Lib. 3.*

Pulsus Vermiculans.

[b] *Cap. 12.*

[c] *Lib. 3. de gener.*

[d] *2. Politic.*

Vermiculũ vinum.

[e] *Lib. 28. cap. 30. lect antiq.*

Far rutilũ.

Vermiculus color.

[f] *Cap. 36.*

A peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi Vermiculus,
» veluti lana alba erunt, & paulò pòst vbi de exstruendo tabernaculo agitur, Fecit, inquit, &
» tentorium tabernaculi, ex hyacintho, purpura, Vermiculo byssoque retorta. Quidam rursus
Vermiculum colorem carmesinum appellari aiunt apud vulgus, qui Gallicè cramoysi dicitur. Sunt qui notent esse Vermiculum, vt annotauit Santes Pagninus, singularem Vermiculi speciem nascentis ex grano fruticis, figura lentis aut pisi κόκκος Græcis, vnde nostris coccinus, & coccineus color. Scarlacum vulgo dictum (etsi Galli escarlatte proferant) putant ad vocem Græcam Σκωλήκιον alludere, quæ Vermiculum sonat. Tradunt, & apud Galatas frequentem esse. Item in Polonia vbi grana collecta postea in areis collocantur, & aliquandiu rigantur cereuisia, post quam rigationem vertuntur in Vermiculos. Cuius apparatus tam longi hodie cœpit tædere Polonos. Audio etiam animal esse exiguum in Germania quod D. Iohannis Vermiculum appellant, alis nigris, albicante in media parte puncto; eius partem inferiorem ventris siccatam sub cineribus ad tingenda serica loco chermis, aut cocci infectorij vsurpari. Hunc aut eum qui chermes tingit [g] Scaliger in Tarreram agazonem Vermicillum appellat his versiculis:

B *Quid coccinatus, sericatus ambulat*
*Tarrera agazo, turget & buccis crepat,*
*Audi Tarrera quid mihi in mentem venit.*
*Hæc est satu er odentis Erucæ; pater*
*Coccus pusilli Vermicilli tinxit hanc* subintellige vestē. [h] Sauonarola medicus egregius fui tēporis à quibusdam in Italia Vermicellos appellari scribit corrigias rotundas factas ex azymo, quæ coquuntur ex carnibus; vocantur in Marchia tria & tri. Simile quid in culinā suam ex farina subacta factum inuexit [i] Platina Cremonensis, quod Vermiculos vocat. Farinam autem albam, & benè excretam, cū oui albo, aqua rosacea aut communi benè subigit, subactam in frusta digitis rescindit, Vermiculos tunc dicit. hos ad solem deinde ponit, vt benè sint sicci, tuncq; biennio aut eo amplius durant. coctos per horam in pingui iure, patinæque inditos, caseo trito, & aromatibus condit. ac si dies ieiunij fuerit, eum succo amigdalino, & lacte caprino coquit: verum quia lac non tantùm cocturæ requirit, prius aliquantulum in aqua ebullit, deinde lac ipsum addit: coctos saccharo inspergit. Vermiculatum est minutis segmentis elaboratum, veluti Vermiculis exilibus cōcinnum. Emblema Vermiculatum, in-
C quit [k] Budæus, significat opus ex tessellis insititijs aptum atq; consertum. Inde illud Ciceronis
» in Bruto de Marci Callidij oratione: Nullum nisi in loco positum, & tanquam in Ver-
» miculato emblemate (vt ait Lucilius) structum verbum videres. & in [l] Oratore perfecto de collocatione verborum loquens ex Lucilio,

*Quàm lepidè lexeis compostæ, vt tesserulæ omnes*
*Arte pauimento atq; emblemate Vermiculato.*

Vestem Vermiculatam sunt qui apud D. Hieronymum interpretentur dici ex aquifoliæ grano, quod locis quibusdam Plinio tradente Vermiculi specie visitur. nā & coccineam vestem scolecidatam vocari tradunt, velut Vermiculatam: etiamsi quisquilium est cocci granum vnde corriuari quisquiliata videri potest; quod ipsum Hermolaus Barbarus antiquarū lectionum peritissimus in suis ad Dioscoridem corollarijs animaduertit. Doctissimus Christianæ veritatis cultor Beda citante ipsum Cœlio [m] Rhodigino; digiti verò virginis, inquit, recursantes incomprehensa mobilitatis scaturigine Vermiculati. Nam Rhodiginus probans digitorum gestu veteres supputasse, ait decentes arithmetices numeros commotos Vermiculatos dici à Martiano. Vermiculari dicuntur arbores in quibus Vermes in cortice generantur,
D est igitur Vermiculari Vermiculis infestari. [n] Plinius: Vermiculantur magis minutæ quædam arbores; omnes tamen ferè, idq; aues caui corticis sono experiūtur. Vermiculari etiam interpretantur minuta opera facere, indeque vermiculata opera, quæ paruis segmentis coaptata sunt, veluti dictum est. Vermiculatio verbale est cum enatis bestiolis, aut Vermiculis segetes infestantur, aut etiam arbores. ζωογονίαν exponit Budæus ex Theophrasto. [o] Leuinus Lemnius tradit Vermiculationem morbum esse, qua homines infestari torquerique; solent, ac veluti Vermiculis dilaniari: quemadmodum Formicationem Græcis μυρμηκίαν dictam, quę foris corpus fœdis tuberculis, ac pustulis deformat, intus verò mordentis Formicæ sensum affert, & cruciatum, ita vt subinde scalpturire cogantur ægri, atque attritione leuamen conquirere. Vermicularis herbæ quoque nomen est in officinis à similitudine foliorum Vermiculos referētium, semperuiui species, quod αἶζωον Græci vocāt, eius plura sunt genera quoddam enim in locis asperis nascitur, quoddam in maritimis, quapropter Vermicularis marina dicitur: hanc scripsit [p] Leuinus Lemnius in toto Zelandiæ tractu copiosissimā esse; caule palmari,

Carmesin⁹ color.

Scarlacum vnde dictū.

D. Iohānis Vermicul⁹ quis.

[g] *In Archilocho.*

[h] *Prac. trac. 2. c. 3.*

Vermicelli quid Sauonarolæ.

[i] *lib. 7. de pinæ scientia.*

Vermiculi Platinæ quomodo fiant.

Vermiculatum.

[k] *In Pandectas.*

Emblema Vermiculatum quid Lucilio, & Ciceroni.

[l] *Lib. 3.*

Vestis Vermiculata.

Scolecidata vestis.

[m] *Lib. 23. c. 11. & 12. lection. antiquarum.*

Vermiculati digiti qu sint.

Vermiculor.

[n] *li. 17. c. 24*

Vermiculatio.

[o] *lib. 2. de occul. naturæ mirac.*

Formicatio morbus.

Vermicularis herbæ genera.

Vermicularis marinæ descriptio.

[p] *lib. 3. de occul. nat. c. 9.*

mari, erecto, firmo, tereti, geniculato, atque internodijs diſtincto, vtrinq; multis agnatis cauliculis rotundis, læuore perpolitis, atq; in ſe compactis, qui exemptiles videntur, vt equiſeto ſeu caudæ equinæ, foliis qui ex caule ſingulari emergunt, eoque ſtipati ſunt, carnoſis, craſſis ſucco turgidis, craſſitudine arundinis, quæ obambulantium pedibus morã inijciunt, ac greſſum remorantur, ſonitumque ac fragrorem in promouendis pedibus excitant, radice exigua, gracili, & tenuiter capillata, tota herba ab ima ſui parte ad cacumen vſque eleganti, & pellucido virore perpolita eſt, quæ nec hybernis menſibus moritur, & exoleſcit. E

Proceſſus Vermicularis cerebri. Eſt & proceſſus Vermicularis, ſeu Vermiformis Græcis dictus σκωληκοειδὴς ἀπόφυσις corpus ex particulis quamplurimis, vt notat Gorrhæus, in cerebro humano per membranas tenues connexis variè denſeque compoſitum, & ſecundum meatus longitudinem extenſum, qui à medio cerebri ventriculo ad poſtremum fertur. ſpeciem gerit Vermium vetulas quercus depaſcẽtium. Inuehitur autem dorſo τῶν γλουτίων, ab illis vndique adſtringitur, & affirmatur per ligamenta, quæ τένοντας appellat, id eſt tendines. Superiacet meatui, qui eſt à medio ventriculo ad poſtremum, & ſpiritus animalis per eundem tranſitui præeſt. hunc proceſſum alibi Galenus Vermem appellauit, vt ſuprà admonui in æquiuocis.

Vermina. Vermina dolores corporis, qui quodam minuto motu inteſtina quaſi Vermes ſcindere videntur. Hic dolor Græcè στρόφος F

[q] Lib. 5. dicitur. Hæc Feſtus. Plinius, magi eo Vermina, & dyſenteriam curari tradunt. & [q] Lucretius.

*Donicum eos vita priuarant Vermina ſaua,*

ideſt ſæui dolores, vt exponit autor Theſauri linguæ Latinæ. tamen Dionyſius Lambinus hunc locum Lucretij commentans, Vermina dolores ex Vermibus membra corrodentibus,

Vermino. ac depaſcentibus exponit. Vermino ſignificat Vermes habeo, aut gigno. Cornelius Celſus:

[r] Lib. 2. Epiſt. 30. Nihil eſt pernitioſius pueris dum Verminant. & [r] Seneca: Malorum ſerpentum, & aliorum animalium, quibus mortifera vis ineſt, quum fulmine icta ſunt, venenum omne conſumitur. Vnde, inquit, ſcis? in venenatis corporibus Vermis non naſcitur. Fulmine icta intra paucos dies verminant. Verminare quoque exponitur cum quodam pruritu ſcabendi moleſtare, Martialis de Auriſcalpio.

*Si tibi moroſa prurigine Verminat auris,*
*Arma damus tortis apta libidinibus.*

Poſſet hîc quoque aliquis exponere id verbum pro Vermibus moleſtari; his enim & aures humanæ maximè obnoxiæ, vt poſtea videbimus planiùs. G Sumitur quoque Verminari pro torqueri, à Vermibus deductum verbum quòd facilè ſe torqueant, inquit Nonius Marcellus. Varro, ſeptimo, inquit, menſe Verminari cœpit, partum putauit propinquum. Vermina-

Vermina-tio. tio verbale, morbus eſt præſertim iumentorum, in qua ſignificatione vſus eſt [s] Plinius: ijſdẽ, inquit, fanari dimiſſis in fauces iumentorum verminationes notum eſt. ſignificat item capitis

[s] li. 28. c. 1. [t] Epiſt. 96. dolorem vbi intus videtur arrodi cerebrum. [t] Seneca: Quod oculorum auriumque tormenta, & cerebri æſtuantis Vermiculationes? Sumitur & pro acriori punctione doloris, in qua-

[u] Epiſt. 79. libet corporis parte apud [u] eundem: Omnium, inquit, iſtorum prima Verminatio vexat, impetus mora extinguitur, loquitur de podagra, chiragra, morbiſque articularibus. Autor Nomenclaturæ Verminationem Plinio dici ait morbum, qui Celſo tormina alui nuncupatur Græcis στρόφοι inteſtinorum circa vmblicum tortionem. confundit itaque Verminationem, & Vermina. Verminatio auricularis Calepino putatur morbus, cùm putridæ aures Vermibus ſcatent.

# MYSTICA. MORALIA. H

Chriſtꝰ cur Vermis. APVD Pſalmographum Chriſtus de ſe ſic loquitur: ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis: quo in loco fuere nonnulli qui pro Vermis, ſum Scarabæus traduxere: quaſi diceret contemptiſſima res ego ſum. Euthymius, ita ex Chriſti perſona humiliare ſe Dauidem ait, qui alioqui & propheta erat & rex, alibique ſe canem mortuum appellare, vt libro Regum legitur. Exiſtimant tamen plurimi id dictum eſſe propter humanam Chriſti generationem. Vnde Origenes Adamantius videbat (inquit Saluator) in » matris vtero immunditiam corporum, viſceribus eius hinc inde vallatus, terrenæ fecis pa- » tiebatur anguſtias: vnde aſſimilat ſe Vermi, & dicit: *Ego ſum vermis, & non homo*. Ex mare » quippe ac fœmina homo naſci ſolet: ego verò non ex maſculo, & fœmina ſecundum ritum » humanum atq; naturam, ſed in exemplum Vermis natus ſum, cuius non eſt aliunde ſemen, »

ſed

A sed in ipsis, & ex ipsis, in quibus coalescit corporibus, origo est. Propter quod, quia omne
» masculinum quod aperit vuluam sanctum Domino vocabitur. Et D. Augustinus eiusdem [a] Psal. 21.
Psalmographi verba prædicta commentans, Vermis, inquit, & non homo. Nam est, & homo
» vermis, sed ille vermis, & non homo. Vnde non homo? Quia Deus. Quare ergo sic se abie-
» cit, vt diceret vermis? An quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut Christus de
» Maria Virgine? Et vermis, & tamen non homo? Quare vermis? Quia mortalis, quia de car-
» ne natus, quia sine concubitu natus. Quare non homo? quia in principio erat verbum, &
» verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Huc vsque D. Augustinus. Sed [b] Santes Pa- [b] In Isagoge lib. 10. c. 31.
gninus Christum vermem tribus modis dici scribit. Pro vera humanitate. Vnde in figura Christus Vermis tribus modis dicitur.
Christi de Dauid dicitur. Tenerrimus ligni vermiculus, & illud Esaiæ: Noli timere Vermis
Iacob. Item pro mordaci seueritate, sicut dicitur Tinea: Hinc apud Oseam: ego quasi Tinea
Ephraim, & quasi putredo domui Iacob. Tertio pro vili abiectione, sicut apud Psalmogra-
phum, loco citato. Scriptum autem in [c] sacra scriptura est, quòd infideles seruarunt man- [c] Exod. 16.
na, quod Dominus Iseralitis dederat, dum essent in solitudine inter Elemum & Sinau, & ex
ea computrefacta, (quandoquidem in crastinum diem seruarant, quod haud erat licitum,
B nisi pro die Sabbati) vermes prodierant. Nam illud quod pro die Sabbati reponebatur, non
erat corruptum, neque vermes ebullierant ex eo. Quem locum commentans D. [d] Augusti- Vermis peccatum.
» nus per Vermes peccatum intelligit, per manna verbum Dei. ita enim inquit. Et tu ergò si [d] Feria. 6. post 3. dom.
» propter præsentem vitam tantummodo, & propter amorem sæculi thesaurizes, continuò ver
» mes ebulliunt. Denique audi de peccatoribus, & his qui præsens sæculum diligunt, quid
» propheta dicat, vermes, inquit, eorum non morientur. Isti sunt Vermes quos generat auari-
» tia: isti sunt Vermes quos generat diuitiarum cæca cupiditas, his qui habent pecunias; & vi-
» dentes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis viscera sua. Propterea & Apostolus di-
» cit; Diuitibus autem sæculi huius præcipe non superbè sapere, neque sperare in incerto di-
» uitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent & thesaurizent
» sibi veram vitam. Sed dicit aliquis. Si manna verbum Dei esse dicis, quomodo Vermes fa-
» cit? Verum est fratres: Non aliunde fiunt Vermes in nobis, nisi ex verbo Dei. Sic enim ait,
» nisi venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Post susceptum autem ver- Verbũ Dei quin efficia tur Vermis.
» bum Dei qui peccat, efficitur ei ipsum verbum Vermis, qui eius semper conscientiam fo-
» diat, & arcana pectoris rodat. Nunc ergo festinemus cœleste manna suscipere. Istud enim
C manna pro vt vult quisque talem saporem sapit. Audi enim Dominum dicentem his, qui
» accedunt ad se: Fiat tibi secundum fidem tuam. Et tu ergo si verbum Dei quod in eccle-
» sia prædicatur tota fide, & tota deuotione suscipias, fiet tibi ipsum verbum quodcunque
» desideras. Verbi gratia, si tribularis, consolatur te, dicens, Cor contritum, & humiliatum
» Deus non despiciet. Si lętaris, prosperè cumulat tibi gaudia dicens, Lætamini in Domino &
» exultate iusti. Si iracundus es mitigat te dicens, Dominus sanat omnes languores tuos. Si
» paupertate consumeris, consolatur te dicens, Dominus erigit de terra inopem, & de sterco-
» re pauperem. Sic ergo manna verbi Dei reddit in ore tuo saporem quemcunque volueris.
» Hoc tamen si quis infideliter suscipiat, & non commedat, sed abscondat, putasne eo vsque
» deducendum est verbum Dei, vt etiam Vermis fieri putetur: Non te turbet auditus; au-
» di prophetam ex persona Domini dicentem, Ego autem sum Vermis, & non homo. Si-
» cut enim ipse est, qui fit alijs in ruinam, alijs in resurrectionem: ita & ipse est, qui nunc in
» manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus autem Vermis efficitur. Et ideo fra-
» tres carissimi quantum possimus cum Dei adiutorio lectioni diuinæ studeamus insistere, vt
» legem Dei spiritaliter mereamur agnoscere, vt nobis verbum Dei non efficiatur Vermis, qui
D nostras conscientias iugiter arguat, & affligat: sed impleatur in nobis illud, quod scriptum
» est: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel & fauum ori meo. De reli-
quis autem moralibus, cùm peculiaribus suis subsequentibus capitibus rectiùs accommo-
dari possunt, quàm huic, agemus postea.

PRO-

# PRODIGIA.

[a] Saxonie lib. 5. c. 13.

HENRICVS Imperator Henrici tertij filius, (vt narrat [a] Cranzius) cum Italiam peteret à Matlulda exercitum illi obijciente remoratur, ne ex Longobardia in reliquam Italiam proficiſceretur: Mutinam tamen cepit Henricus, prodigium tum viſum in aëre interpretantur, Vermes Muſcis deductiores tanta multitudine volabant in aëre, eaque craſſitudine ſpatium occupabant, vt manu & virga tangerentur, vt etiam nulli paſſus in latitudine, vel duo, vel tria in longitudine implerent. Portendi putabant expeditionem in terram ſanctam. Ignei etiam Vermiculi incerta ſpecie per aërem vecti, ſeu denſæ nubis obiectu, ſolis etiam lumen humanis oculis auferebant anno Chriſti milleſimo centeſimo quarto; & tunc alia nefanda prodigia terris ſpectata: quantus bellorum turbo mortalibus immineret, demonſtrauit poſtea euentus.

Vermes Muſcis deductiores quid portẽderint.

Ignei Vermiculi quid portenderint.

# VSVS IN VARIIS.

VESCVNTVR & Vermibus homines atque etiam animalium cæterorũ, plura genera. Omnigenos enim ab Indis eſitari ſcribitur. Quin & crudos vorare eos, qui Indiæ partem occidentalem inhabitant, Franciſcus Lopez teſtatur. Iam & aues plurimæ ſunt, quæ Vermiculis victitant quas omnes his verbis recitat [a] Ariſtoteles: Aliqua, inquit auium, Vermiculos petunt, vt ſringilla, paſſer, rubetra, luteola, parus, cuius genera tria ſunt: Fringillago, quæ maior eſt, quippe quæ Fringillam æquet. alter monticolla cognomine eſt, quoniam in montibus degit, cui cauda longior. Tertius magnitudine ſui exigui corporis diſcrepat, quanquam cætera ſimilis eſt. Item ficedula, atricapella, rubicilla, rubecula, ſiluia, curuca, aſilus, tyrannus, cui corpus non multò amplius, quam Locuſtæ, criſta rutila ex pluma elatiuſcula, & cætera eligans, cantuq; ſuauis hæc auicula eſt. Ad hæc florus cui magnitudo quanta fringillę: & montifringilla, quæ fringillæ ſimilis, & magnitudine proxima, ſed collo cœruleo, & in montibus degit, vnde nomen accepit: tum etiam regulus, & frugilega. Hæc & reliqua id genus, Vermiculis partim ex toto, partim magna ex parte aluntur. Hæc itaq; Ariſtoteles. Verme Thamur dicto ſi vera ſunt, quæ narrantur admirabilius haud quidquam in rerum natura exiſtere poteſt: nam cùm molliſſima conſtet veluti carne, nihilominus dura quæque abſumit; veluti autor de natura rerũ his verbis de eo memoria prodidit. Thamur dicitur Vermis Salomonis: Salomon enim cùm marmor parium ad ædificationem templi è remotis partibus conuehi præcepiſſet, conſcius prohibitionis legis, quæ vetuit altaris ædificandi lapides ferro incidi, quæſiuit experimentum in Vermibus, quod ars humana neſciuit: nam pullum ſtruthionis in vitreo vaſe recluſcit, quem cum videret ſtruthio, & habere nequiret, naturaliter agnitam artem attentans in deſertum cucurrit, redienſq; Vermiculum tulit, cuius ſanguine vitrum liniuit, & confractum eſt, ſicque fœtum eripuit: quod videns Salomon hoc experimento eodem genere Vermis in inciſione duriſſimi marmoris vſus eſt.

[a] Hiſt. 8. c. 3.

Aues Vermiuori.

Thamur Vermis miranda vis.

# VT FVGENTVR, ET OCCIDANTVR.

QVÆCVNQVE putredinem prohibent Vermium cuiuſque ferè generis generationi obſiſtunt. Plurimum præſtat amaritudo. Meliſſæ, quæ citrago, citria, & meliſſophyllum appellatur, odore omnes Vermes necare Lullus apud Euonymum Philiatrum in ſuo remediorum ſecretorum Theſauro ſcriptum reliquit. Olea repetita diſtillatione cum tenuiora, & minus humida reddantur, ſimilia faciunt antiquis oleis; hæc autem Vermes cuiuſq; generis occidunt non ſolùm ratione lentoris, & viſciditatis, qua etiam cuiuis Inſecto mortifera ſunt; ſed etiam ratione caloris, ſiccitatis, & amaritudinis, quæ putredini mirum in modum aduerſatur. Sed ſi fiant ex odoratis præſtantiora erunt olea, vt ſi fiant ex lachrymis arborum, thure,

Oleum deſtillatũ, vt Vermes occidat.

A thure, masticbe, laricis, terebinthi, piceæ, sarcocollæ, ligno aloes, nuce myristica, ambra, elemi lachryma quam quidam gummi vocant. Quod si galbanum, & hederę gummi addantur, efficacius id efficient. Oleum quoq; laterum idem præstat.

# DE VERMIBVS IN HOMINE NASCENTIBVS.

## Cap. II.

## ORDINIS RATIO.

B IAM confusa est Vermium cognitio, tam multiplices, & variæ circa eorum naturas, & generationes, sententiæ, tantaque corporis atque structurę simplicitas, vt me à materię varietate, in qua nascuntur, huius subsequentis tractatus particularis ordinem auspicari coegerint. Nec tamen sic prætermittimus ordinem à præstantia desumptum (cuius laudes atq; preconia vbiq; in naturalium rerum historijs præfigere solemus) cùm cuiusque rei naturalis dignitas atque præstantia, non tantùm à partium varietate & numero, ac multiplici earum facultate functioneue, sed etiam à generationis modo atque materia, ritè desumantur. Neque enim homo cæteris animantibus nobilior solummodo, quòd rationem habeat præter cæteras animi facultates, & actiones, quę cum reliquis communes sunt ipsi, verùm etiam quod origine sit cæteris quodammodo diuinior. Aliunde plura ne quæramus exępla, quàm à nobismet ipsis, qui eos arbitramur nobiles, qui clarioribus orti parentibus, & illustri familia, non eos solùm, qui gestis ac factis egregijs clari nobilesque euasere. Quamobrem cùm simili modo sit origo Vermium contemplanda, quoad materiam, è qua producũtur (aliorum enim generatio aut ortus ex animalibus est, aliorum ex plantis, & rursus aliorum ex inanimatis, quæ aut fossilia sunt, aut terra, aut aqua, aut meteora dicta vt nix) nullus dubitare debet
C quin eos esse præstantiores cæteris dicat, qui ex animatis ortum ducunt, deinceps qui è plantis, omnium maximè ignobiles, qui in fossilibus, terra, aqua, niue nascuntur. At quoniam animalia præstantiora sunt, quæ ratiocinandi facultate pollent, veluti dictum est superius, ipsis brutis, de ijs in primis hoc capite sermo fiet, qui ex humano corpore, aut eius cadauere produci solent.

## SYNONYMA.

NON omnes, qui in homine nascuntur, vno eodemque appellantur nomine, nec quisque proprio, sed qui in varijs nascuntur partibus, varia sibi synonyma acquisiuerunt. in ventre nascuntur Lumbrici dicti à [a] Cornelio Celso, quamuis hoc nomine Vermes terreni vocari à multis soleant. Plinius interaneorum animalia quandoq; nuncupauit, Græci ἕλμινθας, atque hoc nomen commune quoque est omnibus speciebus: quandoq; etiam, vt annota-
D uit doctissimus [b] Hieronymus Mercurialis, aliquas species particulares complectitur. Apud Hippocratem quoque inuenio ἕλμιγγες, cum duplici γ, quasi à nominatiuo singulari ἕλμιγξ, vt in [c] Epidem. ἀπὸ δὲ, inquit, κοιλίης ἐρυθισμῶ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε μετ' ἕλμίγγων, vbi nota etiam attenuari: & alio rursus in libro, ἐλθούσης ἕλμίγγος ὑποπαχεης. Qui hisce vermibus infestantur, γασρίδες ab Hesychio nominantur: apud Suidam tamen legitur nomen singulare γάσρις, in hac significatione alioqui gulosum, & lurconem significat. Θηρία apud Hippocratem multa significat, vt vlcera maligna, & ferina, quæ tetra vlcera dicit Lucretius, κακοήθεα quæque in feritatem transeunt, vt in Coacis prænotionibus ἐν λειεντεριχοῖσι μετὰ θηρίων, id est, intestinorum leuitate laborantibus cum sęuissimis vlceribus, &, οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσι ἅμα θηρίοισι. Id est, intestinorum lęuitate laborantes cum malignis vlceribus, sed & crebrò idem nomen pro interaneorum Vermibus, & animalibus, seu Lumbricis aluũ infestantibus sumitur, vt eius non pauci interpretes annotarunt, vt vbi [d] scribit καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ φόφου κοιλίης θηρία καταβήγνυται. Oris ventriculi dolores, etiam cum

[a] *Lib. 4.* Lumbricus quid. ἕλμινς.

[b] *Lib. 3. de mor. puer. c. 1.*

[c] *Lib. 1.* Θηρία qd apud Hippoc.

[d] *Lib. de coact. prænot.*

cum intestinorum cruciatu interaneorum animalia deijciunt, & in [a] Epidemijs τὰ θηρία δια ἐμπόια. Quin etiam videnda sunt quænam interaneorum animalia inducant. Quem locum etiam cõmentarij qui sub Galeni nomine non ita pridẽ prodierunt, de Lumbricis aluum infestantibus exponunt, & θηρία morbos ferinos, & seuos significare scribunt. Qui autem Vermes in corpore vulnereue, aut vlcere nascuntur ex putredine ἕλαι peculiariter appellantur παρὰ τὸ εἱλῦσθαι, quòd voluere significat. Herodotus de Pheretima Cyrenes regina ζῶσα γὰρ ἐξέφαγεν ἕλκεων. Plutarchus ἕλκι καὶ ἀκάλληκες ὑπὸ φθορᾶς καὶ σηπεδόνος ἐκ τοῦ πεπτώματος ἀναξέουσι. Huiusmodi siue Σκώληκας, siue ἕλκας Lucretius appellat sæua Vermina, de primo sæculo rudi adhuc & medicinæ ignaro,

*Donec eos vita priuarant Vermina sæua*
*Expertes opis, ignaros quod vulnera vellent.*

Quapropter animaduertendum est eam differentiam, quam quidam ponunt inter Vermes, Vermina & Verminationem, non esse perpetuam; nimirum quod Vermes sint animalia, quę inter ipsa viscera viuentium generantur, & etiam intra terræ viscera, Vermina autem esse tormina intestinorum, non Vermes ipsos. Admonet autem [c] Hieronymus Mercurialis, quod si quando apud scriptores rei Latinæ, & apud medicos iumentorum legere contigerit Vermina, & Verminationem, secundum rem distinctam esse à Lumbricis. Suidas quoque κατὰ θηρία nominat, quæ Latini sæua animantia, ventris animalia. De cæterorum autem humani corporis Vermium synonymis agetur, cùm de ijs sermo inciderit.

[a] *li. 6. sect. 7. aph. 6.*

Εὐλαὶ.

Sæua Vermina.

[c] *Lib. 3. de morbis, puer. c. 1.*

# GENVS, DIFFERENTIA, DESCRIPTIO.

Magnitudine differũt. Loco. Consueti Vermes.

DIFFERVNT magnitudine, quòd alij magni, & longissimi sint, alij minores, alij parui: loco in quo generãtur, seu partibus, de quo pòst agemus. Distinguentur eorum differentiæ melius hoc pacto, vt alij dicantur consueti, alij insolentes. Consuetos appello, qui in plurimorum corporum partibus diuersis generati communem formam habent, nec multum differunt, si discrimen aliquod sortiantur, nisi ratione magnitudinis. inter hos frequentissimi sunt, qui in ventre nascuntur, quorum quidam duas, quidam tres, alij quatuor species faciunt. Duas autem Hippocrates, Celsusq; memoriæ prodiderunt, vt scripsit Iohannes Manardus; ille verò latos, hic Ascarides silentio transiuit. In hac quoque sententia fuit Hieronymus Gabucinus, qui subinde ex Galeno ostendit, cur Hippocrates nullã mentionem latorũ fecerit. hic enim exponens aphorismum, quo inquit [a] Hippocrates: ipsis vero grandiusculis „ tonsillarum inflammationes, vertebræ in occipitio introrsum luxationes, asthmata, calculi, „ lumbrici rotundi, Ascarides, &c. inquit Hippocratem latos subticuisse, quòd non eius erat „ propositum de omnibus agere passionibus, quæ mortalibus obueniunt, sed de illis tantùm, quæ singulis ætatibus obueniunt. Quo in loco addubitarè licet ac quærere, cur cùm constet latum Lumbricum hominibus nõnunquam infestum esse, ipsum aliqua ætate offendere non scripserit; cùm id sequi necesse sit, vt vel in infantia pueritiaue, aut adolescentia, aut aliqua sequentium ętatum latus Lumbricus nascatur: sed in qua fieret, Hippocrates omisit. Vel ergo hominis breuitas velut obscura, & diminuta damnanda; vel Galeni in eum defensio veluti nullius momenti reijcienda. Ad hanc propositam quęstionem respondet [b] Hieronymus Gabucinus, quòd latus Lumbricus ad nullam ętatem determinari queat. Quum enim in omnibus ætatibus fiat, nullius proprius affectus esse potest. Quandoque enim infantiam, pueritiam quandoque, nonnunquam adolescentiam, primam interdum senectutem, aliasque ętates occupare liquidò constat. Non mirum itaque si in Aphorismorum libris horum Lumbricorum non meminerit Hippocrates. Hæc est Gabucini ad hoc quęsitum responsio, potest & addi nostra, venerandum hunc nostrum senem in Aphorismis tantùm eorum morborum meminisse, qui accidunt in varijs hominum ętatibus, cùm iam egressus ex vtero est infans, nõ tamen voluisse duo tantùm Vermium in ventre nascentium genera reperiri, cùm in [c] libris de affectibus scripserit latos in puerulo adhuc in matris vtero existente fieri. Etsi autem certum sit hosce libros non esse genuinos Hippocratis, tamen varia eius doctrina refertos, & ex eius placitis schedisq;, quas posteris reliquerat, ab aliquo discipulorum consarcinatos fuisse atq; compositos, nulli dubium esse existimo. Tres autem esse species, Aristoteles ac reliqui

Ventris Lũbricorũ differentiæ.

[a] *Lib. 3. aphor. 26.*

Lũbricus latus cur ab Hippocrate omissus.

[b] *Lib. de Lumb. c. 2.*

[c] *De affec. 4*

Tres Lũbricorum species qui dixerint.

pòst

A post eum Græci Medicinæ autores memorię prodiderunt. Quin & Alexander Trallianus in epistola (quam de Lumbricis iampridem doctissimus Hieronymus Mercurialis publicauit) scribit, in hoc conuenisse omnes scriptores medicinæ, tria esse Lumbricorum genera. Vnum quod appellatur rotundum, alterum latum, tertium Ascaris. atq; vt à postremo incipiã, nullibi apud antiquos autores inuenio, vnde hoc nomen etymologiam habeat. Iohannes Manardes deducì eam vocem putat à verbo ἀσκέω, quod Latinè sonat exerceo, vel potiùs à verbo ἀσκαρίζω, quod idem est, quod moueo: sedi enim circa quam consistunt, vehementem pruritum inferentes, vt Paulus, & Aëtius testantur, assiduęq; commoti animal continuo extimulant, nec perpetuis suis punctionibus quiescere permittunt. Galenus in exegesi Hippocraticarum vocum Ασκαρίδες, exponit, ἕλμινθες ἰχθαὶ, & μικραὶ ἐν τῷ ἀπευθισμένῳ ἐντέρῳ γεννώμεναι. tenues, & minuti Lumbrici in recto intestino orti. Erotiano quoq; dicuntur Ασκαρίδες λεπτὰ ἕλμινθια, hoc est, tenues Lumbrici. Ab Hesychio exponũtur Σκωληκίων εἶδος Vermiculorũ genus. Et Erotianus quoq; scribit in Onomastico probatissimos quosq; scriptores dicere, eos esse ex eorũ Vermiũ genere, qui in putridis aquis inueniũtur. quo in loco inter clarissimos scriptores intellexisse visus est Erotianus Aristotelẽ, qui alibi Culicũ quoddã genus
B ex Ascaridibus nasci scribit. Tipulas eo loco Gaza vertit, quẽadmodũ libro tertio à nobis est animaduersum. Verùm vt ad eos Vermes, de quibus nunc nobis sermo est, reuertamur, per Ascarides apud antiquos [d] Manardes paruos Vermes intelligit, quidquid cęteri recentiores sentiant. A [e] Galeno enim dum ait Ascarides esse paruos Vermes in recto intestino genitos, non dissentit Auicennas, si modo rectè & legatur, & intelligatur. Sic enim principium secũdi capitis legendum putat Manardes: Longi & lati, & rotundi, & Ascarides, & parui, & verbum lati secundo loco in quibusdam codicibus etiam Hebræis scriptum, omnino supposititiũ putat. Ita autem intelligendum, vt per Ascarides paruos, vnam tantũ speciem intelligamus, eos videlicet quos Galenus Ascarides, ipsemet Auicenna in primo libro minutos: in tertio modò simul Ascarides, & paruos, modò Ascarides tantùm, modò paruos tantùm vocat. Nam quæ de loco generationis paruorum ab eo dicuntur, de Ascaridibus à Galeno, sed ab Aëtio, & Paulo aptius dicta sunt: Quæ verò de ætate Ascarides gignente ex Hippocrate, & Galeno in Commentarijs supra Aphorismorum libros sunt accepta, nullo pacto de latis intelligenda; quando nec eos quidem nominasse eo in loco Hippocratẽ Galenus testatur: tũ capite quoq; tertio, in quo de signis agitur, quæ de sedis pruritu, & assiduo paruorum motu dicuntur, simi-
C lia sunt his, quæ de Ascaridibus Paulus Aëtiusque conscripserunt. Liquere itaque ex dictis putat Manardes non aliud esse Ascarides Auicennæ, quàm Galeni: nec paruos Ascarideſque præterquam nomine apud Auicennam distare. Nec nos commoueant sexti septimique capitis inscriptiones, quæ solent in alijs, tum & in hoc libro plerunq; mentiri, vtpote non semper ab autoribus ipsis, sed ab alio quouis potiùs autore conscriptæ pro arbitrio. Mendam verò eidem capiti subesse idem autor monet, nimirum eius titulo, quia statim post primum remedium, latorum auxilia subscribuntur, deinde toto ferè capite ea, quæ sunt omnibus speciebus communia. Sed & Kitran, id est cedria, quæ hîc conferre scribitur ad Ascarides, sequenti capite in paruis bis repetitur, quam peculiariter Ascaridibus proprio capite Galenus commendauit. Et hæc quidem de Ascaridibus satis amplè dicta sint, sequitur vt reliquorum generum synonyma, & etymologias examinemus. Lati autem Lumbrici appellantur à Grę cis scriptoribus ἕλμινθες πλατεῖαι, κηρίαι, vt docet Erotianus in Onomastico Hippocratis. sic enim in aliquibus exemplaribus legitur, κηρίαι κυρίως λέγονται αἱ πλατεῖαι ἕλμινθες. nam vulgata atque edita exemplaria habent κηρίων. An verò κηρία pro κηρίαι legerit apud
D Hippocratẽ Erotianus, valde est arbitrarium, inquit Anutius Fesius in sua Oeconomia Hippocratica. Verbum enim κηρία, & in singulari κηρίον valde vsitatum est apud Hippocratem pro fauo, cuius decoctum in aqua macerati sæpe propinat Hippocrates in febre. Et à fauorum similitudine vlceris genus corporis cutem multis foraminibus perrodens, ex quibus humor melli similis effunditur nomen sumpsit, & κηρίον eidem dicitur, Latinis fauus, Plinio Cerium. Tinearum etiam nomine ijdem lati vocantur. Dioscorides de malicorio loquẽs ἕλμινθας πλατεῖας ἐκτινάσσει, Plinius transtulit Tineas pellit: latiùs tamen sumpto vocabulo omnes Lumbricorum differentias significat, veluti apud Plinium legitur, qui sæpissimè Lumbricos ventris Tineas vocat. Vbi illud notandam, quod Marcellus Virgilius animaduertit, qui si quando Tineæ pro Lumbricis, aut Lumbricorum genere lato legũtur apud Plinium, Tæneę legi posse testatur: idque ex errore fortasse scriptorum, aut castigatorũ Grę corũ, medicinę parum peritorum euenire contendit. Ταινία verò id Grecè sonat, quod fascia vel corona à nobis significatur, ab extentione nuncupata, quòd instar fasciarũ sit lata & lõga. Siquidẽ per tota extendũtur quãdoq; intestina, vt ait Celsus, ac veluti corolla in seipsam ducitur.

Ασκαρίς vnde dicta. quid sit.

[a] li. 4. epi. 1. Ascarides esse paruos Vermes secundũ Gal. & Auicennam.

[e] lib. 3. Ap. 26. in com. Locus Auicennæ restitutus à Manardo.

Lati Lũbrici synonyma.

κηρίον, qd.

Cerium Plinio quid. Fauus genus vlceris. Tineæ.

citur. Ex qua re eiuſdē[f] Marcelli incuriam deprehendit Gabucinus, qui Tenearū appellationem Aſcaridum generi competere ob ſimilitudinem, quòd hæreant motuq; careant, Græcos ſic appellaſſe teſtetur. Quod quam verum ſit, quiuis nouit: non enim hi extenduntur, nec longi ſunt, ſed parui ac breues, nec motu carent, ſed inceſſanter recto inteſtino cohærentes mouentur, veluti notatum quoq; ſuperius eſt ex nominis etymo. tam enim vehemens eſt eorū motus, vt hominem, aut animal maximè ſtimulēt, nec ſinant quieſcere. Grandiores alui Vermes cōtra Marcelli Virgilij ſententiam Hippocratem multis in locis nuncupaſſe θηρία, id eſt, feras (quippe qui corpori noſtro multo ſunt nocumēto ob eorum ſçuitiam) [g] Baldangelus autoritate [h] Æliani contendit. Is enim ſic de Abrotani viribus loquitur. ζώῳ δ' ὠν πονηρῷ πολέμιόν ἐϛι καὶ ἀναιρεῖ τὸν ἕλμινθα, ὑπερωῦ ἐπὶ πλέον ἰοῦσα, καὶ αὐξανομένη, θηρίον γίνεται πλάγιοις μὲν ἐντιτόμενον, ἀνθρωπείοις δὲ νούσοις ἐναριθμούμενον, καὶ ταῦτα ταῖς ἄγαν ἀνιάτοις καὶ ὑποχαρὸς θνητῆς εἰς ἄκεσιν ἦκεν ἀνδωάτος. Quæ ſic vertit Gellius; idem infeſtum eſt Lumbricis eoſque interimit, quæ animalia amplius aucta etiam feræ nominantur, naſcuntur illi in interaneis, & inter hominis morbos numerantur, eoſque grauiſſimos, & incurabiles, &c. Erotianus in Onomaſtico Hippocratico in voce θηριῶδες nonnullos hanc ad vlcera mali moris accommodaſſe ſcribit, quæ etiam θηριώματα appellantur, quæ quidem vt plurimùm in autumno augentur propter aēris inęqualitatem: nonnullos verò ad paruos Lumbricos Aſcarides dictos referendum exiſtimaſſe, qui tunc generātur. nonnullos verò ad φθίσιν. [i] Galenus exponens illa Hippocratis τὸ θηριῶδες φθινοπώρου ferinum autumno, & oris ventriculi dolores, & horrores, & atrabilis, hæc annotat. Vtrum Vermes, qui Aſcarides dicuntur an Lumbricos, an elephantem, & cancrum, an tabem, vt quibuſdam placet, an quid quid malignum eſt θηριῶδες appellarit. hæc omnia autumno gignuntur, & propter praui ſuci redundantiam, quæ eo tempore vrget, & propter inæqualem cœli temperaturam. Et rurſus alibi vbi loquitur Hippocrates, tuſſis ſicca non θηριῶδης; Galenus in commento, inquit. Quum obſcuram quandam conditionem tuſſientibus adiunxerit, aliam quæſtionem attulit, quænam ferinæ tuſſes ſint. quidam Lumbricos ad os ventriculi perlatos, oſque mordentes cauſſam tuſſium aridarum eſſe volunt. nonnulli pro ferino tabidos intellexerunt, quòd eis vngues non ſecus, quàm feris incurueſcant, nonnulli ad malignum morbum traducunt. Atque hæc eadem in alijs quoque commentis repetit. Quare ex his, quæ dicta ſunt ab Erotiano & Galeno quorundam ſententiam falſam eſſe concludit Baldangelus, quòd θηριῶδες ad Vermes Aſcarides, ſiue longos, & teretes reducebant, cùm ad craſſiores ſit referendum, & grandiores, vt ex Aeliani ſuprà ſcripto loco patuit. Rotundum Lumbricorum genus στρόγγυλον appellauit Hippocrates, Celſus teres. Vtrumque nomen à forma, quam habet, traxit. Ex Auicennæ hiſce verbis: rotundos Vermes ſufficit interficere abſinthium: latus fortioribus æget pharmacis, qualis eſt filix; adhuc autem & vocata Aſcaris: Manardus neminem ambigere putat, hîc ab Auicenna dici longos, quos Galenus vocauit rotundos; & quos Galenus latos, Auicennam vocaſſe rotundos. His quidam quartum genus annumerat Cucurbitinum dictum, cum ad nullam trium dictarum ſpecierum referri videatur. Ex recentioribus nonnulli latos in duas ſpecies diſtinxerunt, longos videlicet, & breues: illos Aſcarides hos Cucurbitinos nominarunt. Nec deſunt qui Cucurbitinos pro genere capiant, quod indiſiunctos, a c coniunctos veluti in ſpeciem diuidunt. Dodonæus Vermes Cucurbitinos latos eſſe apud veteres aſſerit, dictoſque ſic eſſe quòd quædam ab hoc abrupta, cū excrementis alui quandoq; excernantur, ucurbitæ ſeminū ſimilitudinem referentia. hi quidē quandoq; (dum ſe alter alteri mordicus inhæret iunguntur tam longa ſerie, vt quatuor cubitorū longitudinem aliquando exceſſerint, vt vnum corpus vnū Vermē putares, talemq; ſe vidiſſe clariſſimus ſua ætate medicus Antonius Beniuenius Florentinus in medicinalibus obſeruationibus ſcriptum reliquit. At certè negari non poteſt, quòd diligentiſſime obſeruauit [k] Manardes, in quibuſdam libris ex Arabica lingua translatis, Cucurbitinos abſolutè pro latis poni, ſicut in commento Arabico aphoriſmi Hippocratis ſuperius allati, vbi etiam peruerſo ordine, Aſcarides pro rotundis, atque è contrario rotundi pro Aſcaridibus leguntur. In libro quoque Serapionis, capite de filice, vbi Dioſcorides, & Galenus habent latos, leguntur Cucurbitini ex horum verbis. Sic apud Moyſem nona ſuorum aphoriſmorum particula, ex Galeni autoritate pro latis leguntur Cucurbitini. Verùm hæc diſputatio ad nomen ſpectat; illud verò potiùs ad rem: an præter Beniuenium plures eiuſmodi Vermes conſpexerit quiſpiam. Manardes nunquam viuum ſeſe, quod meminerit, conſpexiſſe ait, qui Cucurbitæ ſemina referret. Paulus, & Aëtius, & ante hoſce Ariſtoteles, corpuſcula illa Cucurbitæ ſeminibus ſimilia, non in numero Vermium, ſed inter Vermis lati indicia connumerant. Arnoldus quoſdam refert dicentes, Cucurbitinos hoſce in ventre cuiuſdam alterius magni

[f] *Cap. de Coſto. in Dioſc.* Marcelli Virgilij error.

θηρία.

[g] *Diſcuſſ. li. 2. c. 15.*

[h] *li. 9. Hiſt. anim. c. 33.*

*Com. 1. lib. 6. Epid. tex. 14.*

Rotundi genēris ſynonyma.

Cucurbitini Vermes.

[k] *Lib. 4. Epiſt. med. 1.*

A magni Vermis generari, quem Cingulum vocant, quæ sententia à Paulo, vt inquit Manardus & Aëtio non abhorret. Ex senioribus medicis, qui tempore Manardi fuerunt, nõnulli vidisse eos multoties viuos referunt, alij non viuos, sed mortuos. Quin proba & fide digna matrona nuper in magno quopiam Verme, quem eius auia ægrotans deiecerat, se vidisse multos Vermiculos Cucurbitę seminibus similes adseuerauit. Quidquid autem sit, dicendum esse suadet Manardes, antiquos hosce in numero Vermium nõ habuisse: quoniam decidi à lato veluti segmẽtum quoddam, & eius portio viderentur. Quapropter cùm tam diuersæ sint de cucurbitinis Vermibus sententiæ, non etiam mirum est plurimos inter recentiores medicos Tæniam antiquorum cum Cucurbitino confudisse: multùm tamen inter se differunt, vt nostra fert opinio; quamuis certum sit Cucurbitinum ab antiquis nulla ratione cognitũ fuisse, latum seu Tæniam ferè ab vnoquoq; differunt autem, quia ille ex multis, si longus fuerit, Vermibus semini cucurbitæ similibus, sibiq; inuicem arctè coadunatis, constitui, ac in tã longam quandoque seriem, qualis visa est, protendi videtur, latus æquali corpore, & vnico constat, quod in miram quandoq; latitudinem extenditur. Cucurbitini effigiem quam Gemma Frisius obseruauit, in hac tabula, quam exhibeo, primo loco depingendam curaui, duodecim

B aut tredecim pedum lõgitudine erat. Refert [k] Amatus Lusitanus Mulierem Illyricam cùm rectè valeret, Vermem latum longitudinis quatuor cubitorum, per os procedente tussicula viuum eiecisse, quem Vermem ad se videndum chirurgi attulerant, sed mortuum iam; erat autem Vermis is admirandus, nunquam antea similis à se visus, lõgitudinis, vt dixi quatuor cubitorum, latitudinis paruæ, & forte semiunguis exigui, coloris albissimi, substantię intestinorum nescio quid spolij colubrini præ se ferentis. Nam huius caput verrucosum erat, & album, ex quo corpus latum procedebat, & quò magis ad caudã accedebat, eò strictius euadebat: erat autem Vermis hic vnum tantùm corpus diuisiones plures habens. Huius namq; lati Lumbrici portiunculæ semina cucurbitæ præ se ferebant, qui intra se nihil continebant ob corporis sui lati compressionem. Est quoq; Fasciarum, quarum antiqui meminerunt, longitudo incredibilis. Interdum ad tantam peruenisse refert [l] Alexander Trallianus, vt vniuerso intestino coextenderentur. Constare quandoque excretas fuisse inquit, quæ sedecim pedum longitudinem prope æquarent. Et quod fidem humanam excedit, relatum est teste Plinio, tricenum quandoque pedum, aut etiam plurium, visas fuisse. Sed rarissime hæc Lumbricorum longorum species apparet. Quæ verò προγύλαι appellantur, frequentiores omni-

C bus alijs: ita nuncupatæ à figura corporis, quæ teres est atque rotunda: harum longitudo palmaris, & aliquando longior. Vt in tabula secundo tertioque loco videre licet, non absimilis ijs Vermibus qui in fœtunticetis nascũtur, quos Græci γῆς ἔντερα, Latini Intestina terræ appellant. Rotundos hosce Lumbricos, ait Cardanus plerumque esse colore rubro: latos verò candidos, nec facilè moueri, vt rotũdos, quòd forma eorum reluctetur. [m] Mercurialis latum Lumbricum non animal esse dicit, sed quippiam animal referens, & quemadmodũ scripsit [n] Hippocrates, substantiam quandam adnatam ipsis intestinis, quę animalis formam repręsentat quodammodo. Nihilominus alij hosce quandoq; viuos à se visos fuisse testantur. Ascaridem albo colore, exigua magnitudine, acutis vtrisq; extremitatibus sunt; quãuis [o] Gẽma Frisius Ascaridem esse putat, quam nos secundo loco in tabula depingendam curauimus, capite crasso, oculis conspicuis, serpentis ferè figura, cauda tenuissima in fine. Quas autem idem Gemma Frisius Vermes polymorphos vocat, nos Ascarides esse putamus: maximè natura sua mobiles, hasce vltimo loco in tabula conspicere licet. Generantur & in humano corpore Vermes formæ insolitæ, ac monstrosæ, taleśq; scriptores se vidisse non pauci testantur. Ver-

D mis longitudinis digitorum quatuor satis plenus, capite rubro, leui rotundoq;, quod pisi magnitudinẽ non excederet; cætero corpore lanugine quadã obtecto, cauda furcata ad similitudinẽ nouæ lunæ, pedibus nixus quatuor, duobus in dexteriorẽ, totidem in sinisteriorẽ partẽ coarctatis, obseruatus est ab Antonio Beniuenio medico Florentino, qui admiratus Vermis formã medicis eruditioribus ostẽdit. Nullum inuenit, qui monstrum simile se vidisse fateretur. Adderat tamẽ senior quidam, sed medicæ artis imperitus, qui testatus est similem se vidisse Vermem vomitu quoque propulsum ab Alexandro quodam cœnobita, qui statim vt ille aiebat, proiecto eo mortuus est. Vocitabat hoc monstrum cordis Vermem. At contra æger ille faber lignarius, qui supra scriptum monstrum vomitu reiecerat, non nisi post biennium pristinam sanitatẽ recuperauit. [p] Gabucinus scribit perfimilem Vermẽ anno quadragesimo tertio quendam ætate iam ingraueſcente, cùm multis diebus maximis torminibus discrutiaretur, aluo deposuisse, nigrum, piliśq; refertũ, lõgitudine pedum quinq;, magnitudine qualis est harundo. Subiungitq; se vidisse Lũbricũ, qui palmi magnitudinẽ nõ excederet rotundũ, in omnibus persimilẽ, prętereaquã quòd dorsum haberet lanuginosum, ita vt pilos ru-

Cingulum.

Tænia antiquorum cũ Cucurbitino quid differat.

Cucurbitini longitudo.

[k] *Curat. 1ª dicin. cẽt. 6. curat. 74.*

Longitudo Fasciarũ incredibilis. [l] *Epist. de Lũbricis.*

[m] *Lib. 3 de mor. puer. c. 4.* [n] *de morb.*

[o] *Cosmogr. lib. 1. c. 6.* Ascaridum forma.

Vermium monstrosorum descriptio.

Cordis Vermis mõstrũ quale.

[p] *li. de Lũb. 13.*




bros imitaretur. is iuuenẽ quendã ad mortẽ vſq; perduxerat, tandẽ pharmaco ad febrem tertianã notham exhibito, qua laborabat, vnà cũ medicamẽto hũc ipſum euomuit, & ſic incolumis euaſit. Teſtatus eſt pluries Antonius Capriana Laurentium Zaphardum Patritium Mantuanum febre bilioſa valde moleſta nauſea, & ex oris ventriculi conſenſu cardiaca clamoſa laborantem, euomuiſſe Vermem, qui per ſeptem horas ſuperuixit, longitudine vnius palmi, bina cornua flexibilia habentem & centum pedes vtrinq;, quibus miro ordine progrediebatur; erat autẽ coloris ſubrubri, nõ corporis teretis, ſed inferius depreſſi. Scribit ° Rõdeletius, eũ eſſet in caſtris Perpenianis, vxorem cuiuſdã militis poſt vſum alliorũ, reieciſſe Vermem duorum

° *De dignoſ. morb. c. 7.* Scolopẽdrę ſimilis Vermis.

A duorum cubitorum, Scolopendram in corporis scissuris referētem, sine oculis, nec aliquibus in partibus distinctam, quem propter raritatem exiccatum asseruauit. Meminit [p] Beniuenius Iuliani medici, qui cùm dolore miserabili circa ventriculum vexaretur, locumque medico dolentem ostenderet, atque illum medicus, vt moris est manibus pertractaret, patiens in vomitum erupit, quo frustum carnis ad paruæ pilæ magnitudinem, in quo Vermis, non secus, ac Bruchus in siliqua, includebatur eiectans, ad pristinam statim reuersus est valetudinem. Consimilem fere historiam tradit Gabucinus, cuiusdam mulieris Fanensis, quæ cùm stomacho grauissimè laboraret, plurimūq; pituitæ vitreæ euomisset, ac veluti animo linqueretur paulatim quasi grauiori somno excitata, in molestissimum vomitum incidit, quo tandem durioris pituitæ globum eiecit, quam cùm assidentes mulieres veneficio affectam dicerent, adueniente medico frustum illud velut carneum apertum in illoq; Vermiculum Brucho quam simillimum, adinuentum, quo eiecto mulier conualuit. Iohānes Conrardus Schenkij filius, tertium annum ingressus Maio Mense languere cœpit; cumq; ex febricula, ventris tumore, & oris graueolentia, nocturnis item dentium stridoribus, alijsque similibus signis Verminationi obnoxium pater conijceret, dato medicamento ex corallina cōfecto, fœdissimā eluuiē,

B paucis horis subsequentibus, expurgauit. Circa meridiē cum à matre grauida in vlnis gestaretur, ex improuiso difficillimo spasmo corrumpitur, conuulsis primū labellis, mox etiā oculis cōuersis, cum dentium fragore & manuū distortione. Territus itaq; parens paulatim Theriacam, cum pauxillo aceti dissolutā, narium regioni adhibuit, vnde breui graui paroxismo leuatus est. Hunc placidus somnus in lecto reclinatū statim excepit, quo soluto Lumbricum vnum viuū, à vulgaribus rotundis nōnihil variantem, rostello acuto, & sanguineo notatum, cętera subspicea lanugine vestitum, in lectulo obrepentem, parentes deprehenderunt. Anno Milesimo quingentesimo quadragesimo nono commemorantur in Hungaria circa Thaysæ flumen inuenti homines, in quorum corporibus absoluta lutræ, & Lacertæ essent inuentæ. Num verisimile videatur, inquit [q] Vuierus, aliorum esto iudicium. Idem Vuierus visum sibi rusticum scribit, qui Vermes excluserit octo pedes, & digitum vnum longum, rinctu oris capiteq; anati simillimū. Cornelius Gemma Louanienſis medicus, ab aluo puellæ Louaniēsis quindecim annos natæ, multa sursum deorsumq; plane monstrosa prodijsse scribit. Inter cętera per anum cum fœcibus excretum animal viuū sesquipedem longū, pollice crassiorem, Anguillæ planè similem, nisi quod cauda esset valde pilosa. Meminit puellæ, Dodonæus, no-

C uem annorum quæ ab assumpto Vermes pellente medicamento, non Lumbricis, sed Erucis similes Vermes reiecit, alquanto tamen breuiores, multipedes, & quidē adhuc viuētes. Atq; hæc quidē omnia monstra, ex intestinis orta esse dicuntur. Alijs quoq; corporis humani partibus non sua defuere monstra, eaq; horrendissima, & vt à capite incipiam, narrat Hollerius cuidam illato ex frequenti odoratu basilicæ herbæ, natum Scorpiū in cerebro, vehementes dolores & longos, mortem deniq; attulisse. Scripsit [r] Fernelius in quodam milite qui resimis erat naribus, ex fędiore quadā eluuie diutius cohibita, Vermes duos villosos instar digiti illic genitos, inuentosq; esse, qui tandē in furorē illum adigerunt, febreq; non admodū manifesta, de medio sustulerunt die circiter vigesimo. Vidit Venetijs nobilissimum Venetū [s] Trin cauellius, qui dum febre laboraret, & quotidiano præsertim noctu dolore tentaretur, tādem per nasum Vermē eiecit obscurioris coloris, longitudinis ferè quatuor digitorū, qui vtrinq; secundum longitudinē quosdam tenues, & breues pedes habebat, & exceptus vitreo cyato velociter ferebatur, eiectus autē fuit inuolutus mucis, crasso & nigro sanguine ex qua etiā pu

D trescente materia ortum habuerat. Quandā quoq; matronā fuisse narrat [t] Cornelius Gemma in ciuitate prope Mosam habitantē, in cuius capite, post eius diuturnos, & grauissimos cruciatus, dissecta apertaq; caluaria, magna putredinis vis fuit, circa cerebri substantiā, & inter menignes, tum Vermiculorum tum Cimicū copia incredibilis. Sed etiam cū lotio monstrosa excernuntur; Narrauit [u] Paræo, vt ipse inquit, Ludouicus Duretus, vir doctrinę, & fidei pleniſſimus, excretum sibi per vrethram cum vrina, post longum, & difficilem morbum, animal viuum, colore rubrum, cętera Millepedi simile. Testatur idem autor Carolum Comitem de Mansueldt, graui & continua febre vexatum in basilica Guisiana illuuiem excreuisse per vrinarium ductum, animalis effigie adumbratam. Argenterius teste [x] Rondeletio asseruit seuidisse cum vrina reiectum Dracunculum. Credi haud facilè potest, quod in scholijs ad [y] Hollerium à viro clarissimo Desiderio Iacotio traditum est, nimirum quod quidam ad Hispanum scriptas litteras ostendit, quibus consilium petebatur pro calculoso, cui eiectis calculis aliquot, & arenulis prodierant duo Vermiculi acuto capite, corniculato, ventre & dorso testula inducti instar testudinis nigri, nisi quod rubebant in ventre. In mulierum quoque vtero variæ monstrosorum animantium inueniuntur formæ, aliàs solæ, aliàs cum mola,

[p] *In exēpl. medic. obser. cap. 88.*

In carnis frustulo cōtentus Vermis.

Bruchō similis Vermiculus.

[q] *li. 3. c. 15. de præst. dæmo.*

Anguillę similis Vermis.

Erucis simi les Vermes eiecti.

[r] *Lib. 5. de part. morb. c. 7.*

[s] *lib. 9. c. 11. de ratione curādi hum. corp. aff.*

[t] *lib. 2. Cosmocr. cap.*

Cimices in cerebro cū vrina monstrosi Vermes excreti.

[u] *lib. 19. c. 3.*

[x] *De dignos. mor. c. 17.*

Dracūculis vrina eiectus.

[y] *li. de mor. schol. 47.*

Vermes instar testudinis calculosus eminxit.

Invtero mō strareperta.

aliàs cum fœtu naturaliter, & benè conformato, vt ranarum, bufonum, ſerpentum, lacertorum & harpyarum, quas ob id (teſte [z] Paræo) Longobardorum fratres dictas veteribus eſſe conſtat, quia his mulieribus frequens id eſſet, vt vnà cum naturali, & perfecto fœtu ſerpentes, & monſtroſa id genus animalia, in vtero ſuo genita excluderent. Narrat [a] Joubertus duas mulieres Italas eodem menſe ſingulas monſtroſum partum excluſiſſe: quæ veſtium interpolatori nupſerat, adeo exiguum edidit, vt murem craſſorem cauda carẽtem referret. At quæ nobilis erat, maiorem, ſelis craſſitie: ambo inſuper colore atros, vt primùm ab vtero prodierunt, in altum ſecundum parietem vnguium nixu erupiſſe, & tenacius adhæſiſſe. Scripſit Lycoſthenes anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto mulierem Cracouiæ, in platea cui ſancto ſpiritu nomen eſt, mortuum fœtum enixam, qui affixum dorſo ſerpentem vnum geſtabat, mortuumque item fœtum arrodebat. Mira ſanè & ea eſt hiſtoria, quam in hanc rem narrat [b] Leuinus Lemnius. Superioribus, inquit, annis mea vſa eſt medico mulier quædam inſularis, quæ ex congreſſu cum nauta, cùm concepiſſet, celeriter illi adeo aluus intumuit, vt ad præſcriptum à natura vſque terminum, geſtando oneri non videretur ſuffectura: nono menſe exacto obſtetricem accerſit, moxque poſt validos conatus, & enixus, excluſit primo informem carnis concretionem, duabus vtrinq; anſis in brachiorum longitudinem, & modum exporrectis præditam, & à vitali quodam principio ſe ſpongiarũ, & vrticarũ modo motilantem ac palpitantem, poſtmodũ delapſum ab vtero monſtrum eſt roſtro adunco longo teretiq; collo, oculis vibrantibus cauda acuminata, eximiaq; pedum agilitate. Vt primum id prodijt in lucem fremitu ſibiliſque totum cubiculum impleuit, in omnem ſe partem proripiens, vt latebram nanciſceretur: ſed ipſum mox vnanimi impetu facto, quæ adderant mulieres puluinis coniectis ſuffocarunt. Tandem miſella multo labore fracta, fœtum maſculum peperit, adeò malè mulctatum, & exarnificatũ ab iſto monſtro, vt ſtatim à baptiſmo mortuus ſit. Sed hoc monſtrum, & alia quædam ſuperiùs commemorata quamuis Vermem figura corporis minimè referant, tamen cùm monſtroſorum Vermium generationem in humano corpore quodammodo confirment, ſimiliq; ferè modo generentur, placuit eorum hiſtoriã hiſce paginis inſerere. Teſtatur Philoxenus apud [c] Aëtium aliquando ſe reperiſſe animalia in tumore, Culicibus & paruis Muſcis ſimilia, Vermes & animalcula in vlceribus, & abſceſſibus fieri teſtis eſt [d] Galenus. Inter neotericos Leuinus Lemnius ſcriptum reliquit, ex ſordidis vlceribus, & vomicis, vnguium, teſtarum, officulorũ, lapidum fragmenta exempta, & Vermiculos caudatos. [e] Marcellus Donatus hoc nobis à ſe viſum reliquit exemplum. Recordor, inquit, me dum medicinam facerem, inueniſſe Franciſci Buſarti ſeruum cui nomen erat Fredericus, hic cùm laboraret apoſtemate in capite medij manus digiti aſſociante dolore intenti, tandem pure confecto, aperto apoſtemate exiuit Vermiculus albus, & piloſus dempto capite, quod nigerrimum erat, magnitudine perſimilis illis, qui in caſeo reperiri ſolent, quo excreto omnis dolor penitus ademptus.

[z] *li. 19. c. 3. Longobardorum fratres.*

[a] *Lib. errorum popul.*

[b] *Lib. de occul. natura. cap. 8.*

[c] *li. 15. c. 7.*

[d] *Lib. de tumor. præt. nat.*

[e] *Cap. 26. de med. hiſt. mirab.*

# LOCVS.

In omnibus partibus nõ naſci.

DVO hîc erunt tradenda, an in omnibus humani corporis partibus exiſtere poſſint: deinde num omnibus hominibus, & quinam Vermes cuiq; ſint peculiares. Ex ſuprà adductis patet hiſtorijs in multis corporis humani locis exiſtere, ſiue aliunde in ea irruant, ſiue inibi generentur. Falsò enim quidam aſſerunt in omnibus partibus generari poſſe. Specierum quoque delectus habendus eſt, vt cognoſcamus quaſdam peculiaribus deſtinatas eſſe partibus. Lumbricus latus dictus inteſtinis tantùm dicatus eſſe poteſt, ibique ſolummodo generari, vtpote cùm hic locus capaciſſimus ſit. Lumbricos in inteſtinis ſolummodo fieri ſcripſit [a] Galenus: tradens enim indicia, quibus cognoſcuntur affecti loci, inquit eſſe morbos aliquos ita proprios vni parti, vt ſtatim ex ipſis cognoſcantur affectæ partes, & eiuſmodi aſſerit eſſe lapidem in renibus, in veſica, nec non Lumbricos in inteſtinis. Aduerſus hanc Galeni ſententiam Petrus Aponenſis Conciliator differentia tertia longa diſputatione contendit demonſtrare, vbique in noſtro corpore generari Lumbricos, exceptis vitalibus partibus. Ego verò Galenum hoc modo intelligendum iudico, vt ſi de latis Lumbricis ſuam ſententiam protulerit, veriſſimum ſit, quod dixerit. hi enim ſolùm in inteſtinis generari poſſunt, cùm hic locus omnium ſit capaciſſimus. ſin verò de rotundis, aut tenuibus Aſcarides dictis falſiſſimum, niſi rurſus addatur, aut ſubintelligatur per Lumbricos per aluum, aut vomitum iectos. Doctius me certè [b] Hieronymus Mercurialis, vt tã grauẽ autorem cũ cęteris cõciliet ſtatuit

[a] *De locis aff. c. 5.*

[b] *Lib. 3. de morb. puer. cap. 6.*

A statuit Lumbricos aut verè tales esse, aut veris similes: Lumbricos veros in intestinis duntaxat generari: non veros generari in varijs corporis nostri locis; quandoquidem, inquit, potiùs Vermes quàm veri Lumbrici sunt appellandi. Itaq; quotiescunq; aut Hippocrates, aut Aristoteles, aut alius quispiam author tradiderunt Vermes fieri in alijs corporis partibus (Hippocrates enim in historia Dini demonstrat alibi quoq; quam in intestinis generari Lumbricos) ipsorum sententia intelligenda est non de Lumbricis veris, sed de genere vermium, quod Lumbricos æmulatur. Quod si ex inguinibus, vel ex vmbilico, vel ex naribus Lumbricos exijsse scriptum est, æstimandum est non eos in illis partibus esse genitos, sed ex intestinis in eas partes fuisse expulsos. Nam [c] Hippocrates scribit interdum hæc animalia præ fame in iecur adscendere, atq; ibi incredibiles cruciatus excitare. Scribit etiam [d] Alexander interdum hæc animalia præ inedia perforasse intestina, & per vmblicum exijsse. Cur autem in intestinis generentur longi dicti siue Tæneæ, præter loci capacitatem, duas alias causas refert Mercurialis. Prima est, quia materia ex qua fiunt ita copiosa solùm in hoc loco reperitur, vt possit sufficere generationi, & nutritioni horum animalium. Altera ratio est, quia natura sollicita vitæ animalium, voluit hæc, quæ sæpe vitam tollunt, in ijs potissimum procreare locis, vbi & minimè omnium lædere possint, & facilè à corpore reijci. Ascarides quidem in recto intestino; rotundis autem in tenuibus fieri intestinis constat inter omnes; num autem in ventriculo plenum controuersijs. Quare de hac re vbi de generatione agemus, disceptabitur. Cæterùm cùm certum sit, non in alijs partibus tam frequentes gigni quàm in intestinis: ideo in quanam generari possint ex hisce exemplis obseruatis à fide dignissimis autoribus partim veteribus, partim recentioribus, fiet manifestum, quæ propterea huic loco subiungemus. [e] Auicenna ex relatu medicorum Indorum Vermes in capite genitos suo motu lædentes recensèt, quod rarum quidem esse fatetur, non tamen impossibile, cùm multoties nascantur in anteriore capite super locum strictura narium; vbi oues, & capræ dicuntur perpetuo Vermes habere, vt cerui in gutture. Itaq; possibile est, inquit, vt nascantur apud velamina, id est cerebri tunicas. [f] Hollerius quoq; se Vermem in cerebro natum vidisse asserit. Amicum habuit [g] Beniuenius Philippum nomine, qui cùm dolore capitis acuto, mentis abalienatione, caligine oculorum & alijs prauis symptomatibus affligeretur, & aduentante die septimo mors ipsa, nullis conferentibus auxilijs, iam iam adesse videretur, vi tandem robustioris naturę Vermem è dextra nare palmo longiorem eiecit: quo propulso omnis statim cum eo amotus est languor. Ex corporibus eorum, qui febre Hungarica theriode, mortui sunt, Vermes nonnunquam animaduersi sunt. Id quod experimento didicit [h] Balthasar Conrardinus, cùm nemo subesse suspicaretur. Nonnulli crassi quidem, sed non ita longi per aurem prodijsse visi sunt, quales etiamnum in peste obseruauit. Vnde euincitur eosdem facilè in sæuissimis capitis doloribus, ex praua venenataq; eluuie, quæ in cerebri ventriculis aliquibus coaceruatur, nasci posse. Fidem etiam faciunt anatomici nonnulli, qui inibi conspectos deprehensosq; testantur. Quæ causa etiam fuit, cur vulgus circa initia huius luis febrem hanc, cerebri Vermem multis in locis nominarit. Medici tum præclarissimi tum fide digni Volchero Coitero significarunt, non vnum Vermem, sed aliquot in hominis lenticulis extincti, vel oppressi cerebro inuentos, qui num in cerebri substantia, num in duræ matris sinibus latuerint ignorat. In scholijs quæ Lodouicus Duretus in Hollerij libros de morbis internis composuit, scriptum reperitur, quòd puella quædam ad portam D. Iacobi album Vermem latum, palmo maiorem, satis crassum reiecit per mares, nulla tussi, nullo vomitu antecedente, præcesserat acerbissimus capitis dolor per duos dies. Hunc autem Vermem non est dicendum ab alijs corporis inferioribus partibus surB sum prorupisse, alioqui sæua præcessissent symptomata, quæ id indicassent, sed in capite generatos fuisse. Vermiculosas & Verminosas aures vocat Dioscorides ὦτα σκωληκιῶντα, quando exeunt ex auribus Vermiculi; nam & inibi frequenter fiunt: Vidit [i] Velischus Tarantanus medicus sua ætate celeberrimus iuuenem acutè febricitãtem, ex cuius aure erupere Vermes duo vel tres ad formam granorum pini, crassiores tamen, sanatumq; fuisse. Sub lingua quoq; nasci ex Valesco allegat [k] Hieronymus Montuus. Nec dentes ab hoc malo liberi sunt, vt ij qui huius curationem nobis tradunt, testantur. Battæus Monachus Syriæ, vt ad perfectissimam continentiam se peruenisse monstraret, tanta vsus est inedia, vt tradit [l] Sozomenes, vt Vermes ex eius dentibus serperent. Hi Vermes in dentibus nati in Pandectario Seriones vocantur. Ab [m] Amato Lusitano hæc scripta est historia. Puella trima, inquit, quæ in circulo almossinorum agebat, cùm omnium consensu rectè valeret, & nihil mali sentiret, ecce illi per oculi interiorem partem, quam angulum magnum appellamus, Lumbrici cuiusdam caput apparere cœpit, oculum ipsum non raro occupans turbansúe, ex qua re anxiæ mulieres

[c] 4. de morbis.
[d] In Epist. de Lumbricis.

In capite Vermes nasci.
[e] Fen. 1. lib. 3. tr. 2. c. 3.
[f] Lib. 1. cap. de mor. inser.
[g] cap. 100. Excp. med.

[h] Cap. 10. feb. miscel. Hung. ther.

Cerebri Vermes.

In auribus.
[i] Li. 4. c. 28.

Sub lingua.
[k] tom. 4. c. 19 anas. morb.

Dentes Vermibus quãdoq; obnoxios.
[l] Hist. eccle. lib. cap. 34.
[m] Cent. 7. enarat. 63.

res fortè aſſiſtentes oculum aduertentes Vermem viderunt, quem illico manu admiratione E
ingenti, longitudinis ſemipalmaris, coloris albi, craſſitudinis linex, præuiuum nulla noxia à
puella percepta, aut foramine vllo euidente relicto, extraxerunt. Enatos & è mammis Ver-
mes noſtra memoria viſum eſt. In aſpera arteria genitos ſuo motu tuſſim excitare [n] Abinzoar
eſt autor, itemq; [o] Alſaharauius. [p] Muſa quẽdam tuſſi expuiſſe Vermẽ, ſcriptum reliquit. Ita
& Vermes in pulmone genitos tuſſis cauſam eſſe teſtis quoq; eſt Aloyſius Mondella non cõ
temnendæ autoritatis medicus. Obſeruauit [q] Beniuenius Antoniũ Siculum qui moleſta qua-
dam tuſſi laborabat, multosq; medicos conſuluerat, tandem marrubij ſucco cum melle de-
uorato, interiectisq; tẽporibus ſcyllam lambendo, Vermẽ ex eius pectore vnà cum tuſſi pro
pulſum, ac ſanitati reſtitutum fuiſſe. Vermium quoq; ex pulmoninibus excretorum memi-
nit Fernelius: quod fieri poſſe non negat [r] Galenus. Euenit tamen id rariſſime, propterea q;
inter admiranda connumerandũ, atq; eo magis, quod pulmo aſſidue moueatur, locum quo
hærere atq; quieſcere poſſet nullum Vermi relinquens. Nec tamen in veſica naſci Vermem
minus mirãdum, cùm id quàm pluries ſit obſeruatum. cuidam viro in veſica Vermẽ exiſten
tem, multis modis moleſtum fuiſſe, quandoq; etiam ſanguinis mictu prouocato, tandem per F
penis meatum ſpontè egreſſum finem doloribus impoſuiſſe, narrat [s] Dodonæus. Gentilis in
Guidarello de Baglionibus ciue Peruſino, qui paſſus fuit febrem quotidianã cum dolore re-
nũ per octo menſes, obſeruauit eo tẽpore, quo cõualeſcere inciperet, Vermes paruos latosq;
eminxiſſe, ceſſaſſeq; dolorem, ex quo in renibus genitos fuiſſe contendit. [t] Rondeletius com
memorat D. Griſeum ſibi monſtraſſe Vermes per vrinam excretos, & in illa natantes. Me-
minit ægrotantis cuiuſdam Aloyſius Mondella, quæ interdum maximam vrinæ difficulta-
tem patiebatur, & dolorem, pluriesq; Vermes cum Vrina ad digiti longitudinem pro ten-
ſos Elydinij craſſitudine viuos & rubentes minxiſſe, & illis, qui perſæpe in excrementis cer-
nuntur perſimiles, concluditq; huiuſmodi Vermes in veſica genitos fuiſſe. [u] Fernelius exi-
guos Vermes in veſica genitos teſtatur ſe vidiſſe profuſos. Iacotius in ſcholijs ad [x] Holle-
rium commemorat duos Hollerium vidiſſe, quibus pituita in Vermes vertebatur, quos emi-
gebat. Beauder aduocatus pòſt dolores renum magnum Vermem eminxit. Lumbricos ex-
cretos ſe vidiſſe teſtatus eſt Antonius Beniuenius. Sed quia experientiæ credendum eſt, du-
bitatum eſt, an Lumbrici qui in ipſo vtero inueniuntur, in ipſo fiant, an aliunde mittantur.
Priſcianus & Cleopatra videntur voluiſſe, quod eiuſmodi Lumbrici ab inteſtinis mittantur G
in vterum: ſed non poſſum videre, inquit [y] Mercurialis, qua via & ratione ab inteſtinis
egredientes, ingrediantur in vterum, quia etſi hoc fieret, perforatis inteſtinis & vtero, ſa-
nè ſub dolore & ſub his vulneribus interirent mulieres. Quapropter, videtur magis Mer-
curiali conſentaneum gigni in vtero, & eo magis, quòd meminerit ſe alias docuiſſe, vt dicit
Ariſt. Albertus & alij, Vermes fieri in cerebro & vaſis ſpermaticis, vt non ſit adeo durum,
quod etiam fiant in vtero. In vtero quoq; Lumbricos generari apertiſſimè ſcripſit [z] Hippo-
crates: atq; in fœminarum pudendis Aſcarides naſci idem eſt [a] author. [b] Garzias Lopius
Medicus Luſitanus, nos, inquit, qui plurimùm fidei in noſtra arte, experimentis, rationi ac-
commodis, tribuere ſolemus, per vteri collum quandam multitudinem horum Vermium
magnam expulſiſſe, quæ poſtea dolore quo vehementer cruciebatur, liberata eſt. Vermes
qui in manibus & pedibus generantur, easq; partes infeſtant, celebrantur ab authoribus:
fortè hi erunt dicti Pedicelli. Sunt & Vermiculi inter cutem naſcentes teſte Albucaſi, & pro-
pterea intercutanei dicti, pruritum impetiginemq; excitantes. Poſſunt & in alia quauis cor-
poris parte generari, dummodo adſit tumor aut vlcus. Nam in inſula Iucatan multos Ver-
mibus periiſſe, quos tumores produxerant Franciſcus Lopez commemorat. Naſcuntur & H
ex apoſtemate renum. Renum etiam (inquit author libri Galeno adſcripti de ſpermate) ſic-
catio inde (nimirum ex cholera) prouenit. vnde ſi cum muliere iacuerit, pòſt patitur ſolutio- "
nem ſimilem debili ſpermati ſuper renes, & generatur apoſtema: ex quo aliquãdo procrean- "
tur Vermes & ſimilia. Vexantur & nares Vermibus, ſi adſit polypus. [c] Nicolaus Monardus "
quendam nouit narium vlcere laborantem è quo ſanies manabat, non ſine contagij ſuſpicio "
ne, illius conſilio inſtillatum eſt foliorum tabaci ſuccus, à ſecunda inſtillatione multi Ver-
mes excidêrunt, deinde pauciores, & poſt aliquot dies ſanatum eſt vlcus; ſed quæ eroſa erãt,
non reſtituta. Non omnibus hominibus Lumbrici innaſcuntur. confert enim quoq; locus
externus ſeu regio. Sunt & gentium differentiæ, inquit [d] Plinius: ſicuti accepimus de Tæneis "
Lumbricisq;, ineſſe Ægypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ populis: è diuerſo Græciæ, Phrygiæ "
omnino non innaſci. Minus id mirum, quam quòd in confinio Atticæ Bœotiæq; Thebanis "
innaſcuntur, cùm abſint Athenienſibus. Sed Theophraſtus ex quo hæc Plinius tranſtulit ad- "
dit Armenios ab eiſdem infeſtari, cauſamq; tradit, cur Thebanis non innaſcantur, nimirum

quod

E mammis oriri.
In Pulmone & aſpera arteria.
[n] *Tract. 11. cap. 3.*
[o] *ca. de tuſſi.*
[p] *aff 19. l. 4.*
[q] *Cap. 77. Exẽp. medi.*
[r] *Lib. 4. de locis aff.*
In veſica & renibus.
[s] *In ſchol. ad Beniu. c. 78.*
[t] *De dignoſ. mor. c. 17.*
[u] *Lib. 6. de part. mor. cap. 10.*
[x] *Cap. 47. de mor. inte.*
In vtero generari.
[y] *de morb. mulieb. 4. cap. 12.*
[z] *2. de mor.*
[a] *De morb. mulieb.*
[b] *Com. de var. rei med. lect cap. 13.*
Manum & pedum Vermes.
[c] *De ſimpl. medic.*
Homines omnes non laborare Lumbricis.
[d] *Lib. 27. cap. vlt.*

A quod se exerceant sæpius in Gymnasijs, vnde excrementum & pituita, quę generãt hæc animalcula, à frequẽti excitato calore exsiccantur, concoquuntur & expelluntur: verba [c] Theophrasti sunt hæc. Lumbricum, inquit, gentium nonnullis natura inesse percipitur. Habent enim omni quasi ex parte Ægyptij, Arabes, Armenij, Syri, Cilices. è diuerso Thracibus & & Phrygibus nullo pacto innasci narrant, inter Græcos Thebanis, scilicet versari in Gymnãsijs solitis. Et ad summam Bœotijs innasci Lumbricum nouimus: Athenien sibus nullo pacto. Nonnulla quoq; Vermium genera regionibus peculiaria: Nam in India & superioribus Ægypto locis Dracunculi generantur, ceu animalia quædam Lumbricos imitantia, vt [f] Paulus Ægineta prodidit, in partibus musculosis, puta brachio, femore, tibia: in pueris etiam latera sub cute perreptant, & palam mouentur: deinde cùm diu extremum aliquod Dracunculi remanserit, locus suppurat. Non hic præteribo morbum similem in Americæ Indiæ occidentalis parte quibusdam populis subuenientem. Aegrotantum enim Vermes exigui, vt [g] Theuetus narrat, pedes affligũt, qui Tom ab illis populis appellantur, haud maiores Cimicibus. Putat Theuetus eosdem innasci hisce partibus, quas molestant, quippe tanta quandoq; horum existit vbertas, vt tumores efficiãt faba maiores, dolorosos in illis partibus. Iidem & Hispanis, dum ibi essent, acciderunt tam frequentes, vt pedes pleni paruis tumoribus viderentur. Hos vt aperuerunt Vermem solummodo viuum conspexerunt, album, parua macula ornatum. Itaq; quod non omnia omnibus in locis innascantur, in hisce hominum Vermibus cernere licet. Ex homine mortuo frequentes suscitantur Vermes qui cadauer consumunt. vnde Andromache vxor Hectoris, mariti deflens mortem, sic mortuum alloquitur apud Poëtam.

[c] *Hist plan. lib. 9. c. vlt.*

Dracunculi vbi generentur.

[f] *Lib. 4. c. 58*

Tom Vermis ī India qualis.

[g] *Li. 2. Hist. Amer.*

B

Cadauerũ Vermes.

Νῦν δέ τε μὲν παρὰ νῆυσι κορωνίσι νόσφι τοκήων
Αἰόλαι ἕλικες ἔδονται, ἐπὴν κύνες κορέσωνται, id est.
*Nunc te quidem apud naues rostratas procul à parentibus*
*Mobiles Vermes edent, postquam canes saturati fuerint.*

# GENERATIO.

C DE eorum generatione primùm tractabimus, qui in interioribus partibus seu intestinis nascuntur, cùm cæteris frequentiores multò sint. deinceps de ijs qui in alijs partibus & cadauere. Sed ante omnia quædam dicenda sunt in vniuersum, de causa finali, formali, efficienti, & materiali. Causam finalem habere Lumbricos aut Vermes, non defuere qui opinati sint, sed potior semper clarissimo medico Hieronymo [a] Mercuriali visa est [b] Auicennæ sententia, qui duos fines constituisse videtur. Vnum vt materia huius mundi, & præsertim animalium, per generationem Lumbricorum deputaretur: siquidem si materia putrida ita remaneret, & ipsa nullum animal fieret, adeò crescret putredo, vt maxima detrimenta inferret. Alterum finem posuit horum animalium, vt scilicet tum ipsorum generatione, tum etiã nutritione, excrementa corporum copiosa consumantur. Et quanquam sententia Auicennę de Lumbricis videatur intelligenda, qui vbicunq; nascuntur, peculiariter tamen, inquit Mercurialis, intelligenda est de animalibus genitis in corpore humano, quæ etsi interdum bonam corporis materiam consumant, id tamen est per accidens, scilicet propter multitudinem, & copiam immoderatam; eò quòd vbi immodicè excrescunt, & excrementa consumunt, & etiam vtilia alimenta, sed si non admodum crescant, aut magnitudine aut multitudine, superflua tantùm consumere videntur. Formalis causa est ea animæ vis, qua mouentur & viuunt: quanquam [c] Albertus Magnus videatur asseruisse Lumbricos nullum alium sensum habere præter gustum & tactum, medio quorum radices plantarum rodunt, atque nutriuntur per quandam fissuram, quæ in ipsorum ventribus reperitur. Quæ Alberti sententia, si vera est de animalibus extra hominem nascentibus, erit quoq; vera de animalibus extra hominem ortis, nisi, vt ait Hieronymus Mercurialis, quòd hæc ore licet obscuro nutriãtur. Nunc de causa efficiente agamus: ea est duplex, externa & interna. Externa autem nihil est aliud, quàm vis quædam cælitus procedens, quæ mediantibus causis immediatis animalia fingit & format: quamuis Galenus, libello de fœtus formatione, casu potius in corporibus humanis fieri Lumbricos existimet, quàm à virtute formatrice, à qua producuntur reliqua animalia. vt vt sit siue formatrix facultas Galeni, siue potens ille factor Caleodea Auicennæ, siue anima mundi Platonicorum, nihil interest, cùm certum sit [d] Aristotelem hanc causam intellexisse, quando mentionem facit caloris cuiusdam in vniuerso existentis, qui

Causa finalis Lumbricorum.

[a] *Lib. 3. de morb. puer. cap. 3.*

[b] *16. tertij. tract. 5. c. 1.*

Causa formalis.

[c] *Lib. 12. de Animal.*

[d] *3. de gene. animal. c. 11*

prout

prout à corporibus plus minusue recipitur, sic nobiliora aut ignobiliora animantia produ- E
cit. Est ergo externa Lumbricorum causa cœlestis ille calor, proxima verò & perse, vt ait Hie
ronymus Mercurialis, calor corporis internus. Dicit autem per se: quia tametsi ad genera-
tionem concurrat etiam frigus attemperans calorem, concurrit tamen per accidens. Sed
quia calor noster duplex est, alter viuificus, alter verò igneus & putrescens, sciendum est ad
generationem animalium ferè concurrere hunc vtrumq; calorem, sed diuerso planè modo.
Nam calor putredinalis & igneus disponit materiam, non quidem immediatè ad recipien-
dam formam, verùm etiam informat & efficit animalia ipsa: nam clarum est eundem fac-
torem & efficere & præparare sibi materiam; adeo vt calor putredinalis nihil aliud habeat, ni-
si quòd putrefaciens materiam ipsam facit, vt facilius disponatur & tractetur à calore ipso
viuifico. Quòd enim calor igneus, & putredinalis neq; generare animal, neq; disponere ad
[d] 5. Hi. c. 19 Ignis nul- formam suscipiendam possit, luculentissimum testimonium præbet [d] Aristoteles, qui scribit
lum creat animal. ignem nullum animal generare posse. Itaq; calor hic viuificus debet esse mitis & blandus, nõ
vehemens mordax aut vorax. Quapropter Montanum vehementer accusat [f] Mercurialis,
[f] Lib. 3. de mor. pue. c. 2 qui dixit in pueris lactantibus non fieri Lumbricos, quia in ipsis non est adeo calor viuificus
vehemens, quemadmodũ requiritur in generatione horum animalium: nam calorem blan- F
dum esse debere inquit Mercurialis, non vehementem. Haud dispar à prædicta controuer-
[g] Lib. de cõ- coct. sia & ea est, quam mouet [g] Piccolominæus, nimirum an in vlcere coctio puris, & putredo
An pus & Vermes in vlcere ab eodem calore fiant. carnis fiant ab eodem calore. Auerroes id videtur affirmasse, inquit enim: & cùm hoc ita sit
forma permutans materiam pro ea recipienda, & separari faciens primam, calor est qui re-
latus ad corpus corruptum, est externus & putrefaciens, relatus ad Vermem genitum, est na-
turalis. At Auerroes, inquit, dum hæc profert, solùm considerat duas alterationes, putredi-
nem carnis & ortum Vermis, non coctionem puris per imperium caloris. Insuper, inquit,
eius sententia est dubia, quia Aristoteles loquens de ortu Vermium dixit, quòd calor secre-
tus constare facit, & generat Vermes adeò, vt id tribuat calori interno per coctionem secre-
to non externo. Medici nonnulli hos calores ponunt distinctos, cùm eorum opera distincta
sint. At nec ab Auerroë, nec à Medicis recedentes, dicamus calorem esse qualitatem, quæ
in spiritu, & subiecto aliquo reperitur. qui aliquando omnino est præter naturam, aliquan-
do omnino secundum naturam, & aliquando medius, qui à Galeno secundo Aphorismo-
rum quadragesimo septimo dicitur mixtus, omnino secundum naturam est in membro, &
spiritu sano, omnino præter naturam in spiritu, & vapore externo efficiente putredinem, ca- G
lor medius reperitur in vlcere & membro laborante, partim secundum naturam, partim præ
ter, & est vnus numero calor existens in spiritibus alteratis, recedens à dispositione eorum
secundum naturam, qui recessus potest esse talis, vt aliquando præualeat constitutio secun-
dum naturam, & tunc pus coquitur, aliquando constitutio præter naturam & fit oppositum;
calor omnino præter naturam, & omnino secundum naturam subiecto distinguuntur, me-
dij verò nequaquam; sed solùm distinguuntur origines causæ, & prima fondamenta eorũ,
ac ita dispositiones semper dicuntur sua natura & conditione variæ. Insuper accidere potest
vt idem calor relatus ad varia, sit secundum naturam vnius, & præter naturam alterius, vt
dixit Auerroës. In vlcere carnis fit à calore omnino præter naturam: coctio sanguinis pro nu-
tritione rectè affectæ carnis, à calore omnino secundum naturam, coctio puris fit à calore
medio: nam fit à calore existente in spiritibus alteratis, quorum dispositio secundum natu-
ram præualet: at si præualeat dispositio præter naturam pus non coquitur, & dum maximè
præualet, & constitutio secundum naturam omnino succumbit, tunc calor ille præter natu-
ram animalis potest coquere pro ortu Vermis. Nam calor ille, vt rectè dixit Auerroës, erit
secundum naturam Vermium & præter naturam carnis, & est signum lethale. At instaba- H
tur, quia Aristoteles iuquit Vermes non fieri à calore efficiente putredinem, sed ab eo qui
secernitur. Respondeo calorem in secretionem necti cum externo, & reddi vnum cum illo,
non autem seruari distinctos, & Aristoteles ita locutus est, quia in putredine semper genera-
tio alterius, præ supponit secretionem caloris rei præcedentis. Ita verum est, quod coctio fa-
cit, vt putredo desinat, quatenus ineſt imperium dispositionum caloris secundum naturam,
remouentium putredinem & causam eius. Similiter dum pus conficitur dolores & febres
fiunt magis quàm iam confecto, vt legitur secundo aphorismorum quadragesimo septimo.
Nam in puris coctione repetitur alteratio humorum ab aucto calore, incensio, extensio, &
pugna dispositionum secundum naturam, cum dispositionibus aduersis: at facto pure par-
tes inuicem per imperium caloris naturalis sunt secretæ, contemperata est dispositio præter
naturam, & diminuta pugna, propterea ignea caliditas extinguitur & dolor lenitur. Hacte-
Materia Lũ bricorum. nus Piccolominæus. Nunc de materia agendum. ea autem quænam sit, non inter authores
conuenit.

A conuenit. [h] Auicennas in primis hac in re dissentit. Quippe capite primo pituitam inquit esse materiam generationis Lumbricorum, quando ea scilicet incalescit in intestinis, ac putrescit & consistit ibidem. Secundo verò capite eosdem inquit fieri ex humiditate excremẽtitia à iecinoris tractrice facultate imbecilli in excrementis relicta: ex cuius corruptione Lũbrici oriuntur. Generari ex stercore Hippocrates siue alius quispiam [i] author librorum de morbis scripsit. Hanc eiusdem sententiam habuisse quoq; videtur [k] Aristoteles: cùm enim enumerasset varia animalia, quæ gignuntur ex putri materia, dixit aliqua gigni ex excrementis animalium atq; hæc ipsa ἕλμινθας esse siue Lumbricos, verba eius hic adscribam.

„ Procreantur porro Insecta, inquit, aut ex animalibus generis eiusdem, vt Phalangia & Ara-
„ nei, & paulo pòst. Item alia ea cœno, aut fimo putrescente oriuntur: alia in lignis aut stir-
„ pium, aut cæsis, alia in animalium pilis: alia in excrementis, aut iam excretis aut adhuc iam
„ intra animantem contentis, vt quæ Tæneæ siue Lumbrici appellantur, quorum genera tria
„ sunt, latum, teres & quod Ascarida appellatum est. Sed quod ad Hippocratis opinionem

spectat, sanè vera nequaquam videtur, vt ait [l] Hieronymus Mercurialis. Quandoquidem si Vermes gignuntur in varijs nostri corporis partibus, sequeretur ibi etiam reperiri stercora,
B quod absurdissimum & à ratione alienum est. Præterea stercora in corpore nostro paruo tempore manent, vt dixit Hippocrates: interdum altera die absumpto cibo exire, quo fit vt non sit tempus idoneum ad huiuscemodi generationem, sed quod magis refert, stercora sunt partes siccæ, & omni vitali humiditate exhaustæ, propter quod idonea materia huius generationis nequaquam esse possunt. Sic etiam Aristoteles sententia nequaquam firma esse videtur. Quia cùm nulla sint in corpore nostro excrementa, planum est ex determinato aliquo genere gigni, quod genus cùm non determinauerit ipse, nequaquam eius sententiam sequi possimus. His itaq; rationibus Aristotelis & Hippocratis opinio ab Hieronymo Mercuriali impugnatur. [m] Oribasius omnes ex omnibus nasci putat humoribus. Ascarides ex nigro, & bilioso teretes, latos ex pituitoso fieri succo contendit: ratus id fortasse, quòd Ascarides quum in recto crassoq; intestino oriantur ex melancholico, qui illic maximè redundat, succo progignuntur: venæ siquidem hæmorrhoides nuncupatæ illic terminantur, ibiq; crassus maximè ac fœculentus sanguis continetur. teretes verò ex flaua bile ideo dixisse possimus suspicari, quia in gracilibus potissimum intestinis sedem hi habent, ac ortum, ad quæ præcipueq; ad ieiunum vocatum multa bilis copia à poro felleo nuncupato tran-
C sfertur. Latos verò quos ipse longos nuncupat, à pituita fieri contendit. Sed & aliam rationem Montanus addit, cur ex omnibus humoribus Lumbrici fiant, nimirum colorum varietatem horum animalium; quia cùm conspiciantur Lumbrici colore modò fuluo, modò albo, modò subnigricante infecti, modò rubei, statim arbitratus est horum colorum varietatem non aliunde proficisci, quàm ex varietate humorum, ex quibus fiunt. Hac itaq; ratione acriter Oribasij opinionem defendit Montanus, qui quòd peius est, existimauit hanc esse Aristotelis atq; Galeni, vnà cum Oribasio. Verùm vtrumq; fuisse mirum in modum hallucinatum hisce rationibus probat Mercurialis. Primùm quidem quia adscripserunt eam sententiam & Aristoteli & Galeno, quam nunquam somniarunt. Si enim verba Aristotelis videamus proximè citata, nihil aliud sonant nisi fieri Lumbricos ex excrementis, tam intra animalia, quàm extra repertis. Similiter si videatur [n] Galenus, vbi tractat de his animalibus multùm abest, vt eo loco asserat fieri ex omni humore. At quod peius est præter rationem, & absurdum omnino est existimare, ex omnibus humoribus fieri hæc animalia. Quod enim non fiant ex sanguine satis compertum esse potest, quia sanguis nunquam ad tantam putrefactionem peruenit, vt ex eo gignantur animalia. imo [o] Alexander Trallianus, cùm referat
D quorundam sententiam, qui putarunt nullam fieri putredinem in venis, ex eo illud comprobabant, quia in venis, vbi est sanguis, nulla animalia oriuntur. Non etiam possunt fieri hæc animalia ex humore melancholico, eo quia humor frigidus, & siccus est: vita autem animalium viuentium, vt vbiq; testatur Aristoteles & Hippocrates, in calido & humido posita est, vt satis manifestum esse queat, idoneam non esse materiam melancholicam, quia frigidus & siccus succus est, qualitatis nimirum contrariæ. Neq; etiam fieri possunt ex flaua bile, quia est sententia Aristotelis animalia ab eisdem conseruari, & nutriri, ex quibus fiunt: sed hæc animalia interimuntur amaris rebus, igitur non possunt ex amaris gigni, quia sic conseruarentur potius ab illis. Accedit his quod [p] Galenus scribit in mari mortuo, nullum animal generari, neq; conseruari, eò quia aqua illa propter bitumen est amarior. igitur fieri nequaquam potest hoc exemplo Galeni vt ex simili humore amaro viuant, aut producantur illa animalia. Quam rationem cùm Paulus Aegineta examinasset, addidit non posse hæc animalia gigni ex humoribus calidis: propterea quòd cùm non possint ipsi hæc animalia alere,

[h] 16. tertij tract 5. Ex stercore generari.

[i] Lib. 4. [k] Hist. animal. c. 19.

[l] Lib. 3. de morb. puer. cap. 4.

Ex omnib⁹ humoribus non gigni.

[m] Lib. 3. Aphor. 30. Ascarides ex qua materia gignãtur.

Lati ex pituita.

[n] Lib. 3. Aph. 26.

Ex sanguine non fieri Vermes.

[o] Lib. 12. Ex melancholico suco nõ fieri.

Ex bile flaua non fieri.

[p] Lib. 4. de simp. med. facul.

alere, non poſſunt etiam generare. remanet igitur vt duntaxat generari poſſint ex pituita. Ad argumenta autem ex coloribus facta à Montano reſpondet Mercurialis, animalia hæc non fieri ſimpliciter ex ipſa putrefactione, ſed vt colligitur ex [q] Ariſtotele, ex coctione quæ coniungitur ipſi putrefactioni. putrefactio enim ex ſui natura deſtruit, non generat. Sunt diuerſiſſimæ, & contrariæ actiones generatio, & putrefactio: verùm materia ipſa putrefacta coquitur à calore ſolari, vel à calore natiuo, ex qua deinde coctione fiunt animalia. Et quia poteſt huiuſcemodi coctio modò maior, modò minor eſſe, ſic poſſunt ex varietate coctionis varij fieri colores in animalibus. Experientia etiam comprobatum eſt, vel tantillo maiorem coctionem variare inſigniter colores rerum coctarum. Reſpondet & alio modo. tametſi hęc animalia gignantur ex crudis humoribus, nihilominus ratione alimenti variari poſſunt colores ipſorum; ita vt ſi alimento nigro, vel flauo vtantur, ita & ipſi etiam inficiantur, ſi alimento rubro, ruborem contrahunt, & ſic de alijs. Neq; hoc mirum videatur, quandoquidem Ariſtoteles exemplis & rationibus docuit, & propter alios cibos colores pilorum animalium vehementer mutari. Sed cùm ſuperiùs dictum à nobis ſit materiam Lumbricorum eſſe pituitam, hæcq; ſit duplex, vna naturalis, quæ cum alijs humoribus conficitur, aut perficitur in iecore, & ſanguini miſcetur, altera verò humor crudus, ex illa quæ in venis eſt, nequaquam fieri hęc animalia facilè cuiuis patet, ſequitur ergo vt ex crudo vocato humore ortum ducant. Hac exacta diſtinctione ſibi aditum parauit doctiſſimus Hieronymus Mercurialis ad conciliandum Galenum & Auicennam cæterosq; poſteriores: quandoquidem cùm [r] Galenus dicat ex humoribus crudis fieri Lumbricos; [s] Auicenna verò ex pituita ſtercoribus inuoluta, idem omnino vterq; intelligit. quia ea pituita quæ ſtercori immiſcetur, nihil aliud eſt quàm humor crudus, in ventriculo genitus. Hanc ſententiam tenuerunt Alexander Trallianus in ea epiſtola, quam de Lumbricis conſcripſit, quæq; iam pridem in lucem prodijt, Paullusq; Aegineta. [t] Columella quoq; inter Latinos Lumbricos generari ex materia cruda ſcribit. Sed dubitet quiſpiam, quomodo igitur Aegineta & Trallianus interdum dixerũt generari ex cibis crudis? huic ſic reſpondet Mercurialis, nimirum verum id etiam eſſe, cùm duplex ſit materia, alia mediata, alia immediata. Immediatam materiam, ex qua fiunt hæc animalia, eſſe crudum humorem ſeu pituitam. mediatam verò cibos corruptos. Quia vbi cibi benè decenterq; concoquuntur, non ἀπεψία, & ideo neq; materia Vermium. Quapropter non in omnibus hominibus procreantur Lumbrici, vt falsò quidam crediderunt, nec ſemper in homine reperiuntur, vt [u] Auicenna exiſtimauit, (quandoquidem ex corporum quotidianis diſſectionibus animaduertimus rarò in inteſtinis reperiri.) ſed in ijs tantùm, qui crudi humoris vbertatem in corporibus coaceruarunt. Tales autem ſunt, qui temperamentum habent frigidum & humidum: minimè omnium qui ſunt ſanguineo, vtpote qui nullos aut paucos admodum crudos humores producunt. Biliosa & melancholica conſtitutio ratione ſuæ naturæ haud aptæ ſunt hiſce producendis animalibus: ratione verò externorum errorum apta eſſe poteſt. Experientia enim quotidiana commonitrauit biliosos, & melancholicos tunc Lumbricorum copiam gignere, & coaceruare, cùm ingluuies & crapula præceſſerunt, quæ materiam copioſam hiſce animalculis producendis ſuppeditarunt. Mulieres quoq; quòd frigidæ ſint ac humidæ reſpectu virorum, magis huic malo quàm viri obnoxij. Poſsunt omnis ætatis viri & mulieres Lumbricis infeſtari, ſi vitiata præceſſerit concoctio, crudiq; humores generati ſint: ea tamen omnium ætatum maximè, quæ ab lactatione vſq; ad decimum quartum annum protenditur. Senes etiam poſt pueros hiſce animalculis infeſtari docet Mercurialis. Meminit enim dum anatome in gymnaſio Patauino adminiſtraretur, viſum eſse ſenis cadauer, cuius inteſtina Lũbricis erant referta. Sed cùm [x] Hippocrates ſcribat, in pueris, dum adhuc in vtero matris exiſtunt, Lumbricos generari, & propterea in vſu eſse, vt mulieres aliqua offerant iam in lucem editis medicamenta, vt per ipſa educantur excrementa & eiuſmodi animalcula, itemq; frequenter videamus in lactantibus pueris fieri Lumbricos, quomodo verum id eſse poteſt, quod ſcripſit [y] Galenus pueros lactantes minimè Lumbricis infeſtari, eò quòd tametſi in hac ætate materia ſit copioſa, tamen ita calor ab humiditate ſuperatur, vt nequeat hæc animalcula producere. Pro huius quæſtionis ſolutione ſtatuendum, inquit [z] Hieronymus Mercurialis, veram eſse Galeni ſententiam, vt in pluribus, & in illis ſolùm qui lacte ſolo victitant. nam ſi qui pueri reperiuntur qui inter lactandum etiam Lumbricis infeſtantur, eſt idcirco quòd præter lac etiam alia edulia aſsumunt, quo fit vt morem noſtrarum fœminarum damnare ſoleam, inquit, quæ lactantibus pueris ſtatim etiam panem coctum offerre conantur. docuit enim nos natura tam diu eſse procreatos lacte ſolo nutriendos, quouſq; in vberibus pabulum ſufficit. Sed quid dicemus ad Hippocratem, fateamur, inquit, etiam quod ipſe dixit, verum eſse, nõ propter hoc tamen

Ex pituita generari Lumbricos

[q] 3. de gene. anim. c. 11.

[r] Lib. 3. Aph. 26.

[s] 16. tertij tract.

[t] lib. 6. c. 28.

[u] 16. tertij tract. 1. c. 1.

[x] 4. de mor.

[y] 3. aph. 26.

[z] Lib. 3. de morb. puer. cap. 3.

A mẽ eius sentẽtia cõtraria est Galeno. Quandoquidẽ aliud est, nõ fieri Lũbricos in pueris lactentibus, aliud est eos fieri intra vterũ maternũ: quia vbi pueri lactant, vt ait Galenus, corũ calor nequaquã vincere & informare potest humorẽ excrementitiũ. In vtero autẽ materno præter caloré fœtus, cùm adsit etiã maternus, ille quidẽ efficax est, & potens ad superãdũ, & informandũ excrementũ: quò fit vt sit statuendũ pueros solo lacte victitantes minimè oĩum infestari Lumbricis. Cibi autẽ qui crudos humores, seu pituitosos producunt, sunt vel cũ copiosi existunt, (vnde pueri voraces, & gulæ ventriq; dediti hisce humoribus abundãt, & per consequens ẽt Vermiũ copia,) vel cũ sua qualitate facilè corrumpantur, vt sunt crassi & qui malos gignunt succos. Vermibus obnoxios scribit Acosta in India, qui palmæ Indicæ fructu vescuntur. Baptista Porta Neapolitanus in Phytognomicis, arbores, & fructus, qui Vermiculantur in corporibus nostris, Vermes generare satis probabiliter differit. Paulus Aegineta generari Lũbricos ait, ex multis ciborũ differentijs, præcipuè autẽ circa autumnũ, & in autũno, idq; non rõne temporis, qđ atram bilem & melancholiã corporibus nostris ingenerat, sed ratione fructuũ quos Plinius fugaces, Græci ὡράϊους vocant. hi.n. tunc tẽporis vix maturi facti, à nobis summoperè appetuntur, præsertim pueris. Verùm, quæ ante exactã maturitatẽ esitãB tur flatulenta sunt, & praui succi, qui augetur à debili cõcoctrice facultate. calor aũt tunc tẽporis innatus, aut imbecillus factus, aut ferè extinctus ob æstatẽ, quæ præcessit. Alioqui rõne tẽporis plurimi hyeme nascentur: tunc.n. (quãuis calor innatus plurimus insit,) frigida & humida aëris constitutio, ob noctes diuturnas, & dierũ breuitatem pituitæ copia in nostris corporibus plurima generatur. Aestas aũt reliquarum oĩum anni partium minimè his animalculis producendis apta, quot tum bilis in corpore abundat. Nunc dulcia num eadẽ generẽt, in quæstionẽ veniat. Fuerunt inter recentiores, qui id negare ausi fuerint, q dulcis sapor sit temperatus, cui non potest, vt arbitrantur, adesse putrefactio. Infantes aũt ac pueri maximè laborant hoc malo, non qđ dulcibus vescãtur & apprimè delectentur, vt lacte & saccharatis, sed quia præ ingluuie, & prępostero assumendorũ ordine, intẽpestiuisq; exercitijs, in vẽtriculo ex intestinis nõ conficiuntur dulcia, sed corrũpuntur: in probum aũt sanguinẽ degenerare aiunt quibus tepidior est calor, vt pueris: & sic ex tẽperato dulcium vsu Vermiũ generationẽ præoccupari posse, cùm detergendi vi, qua sunt prædita, hærentẽ intestinis pituitã proximã Vermium materiam, abradere & dejcere valeant. Quod autem ob frequentẽ dulcium vsum magnoperè infestentur ab his animalibus pueri, id aiunt fieri, nõ quatenus dulcia hæc aĩalia C producant, sed quia dulcedine tracta huc illuc per corpus percurrunt, intestina vellicant, & pertundunt, & qñq; ascendentia ventriculũ ipsum mirè cruciãt, & lacessunt. Accedit & huic rõni alia qua eandẽ opinionẽ confirmant. dulcia inquiunt in bilem mutantur, sed bilis procreãdis Vermibus inimica. Vnde [a] Paulus Aegineta rectè monet, bilioſa excrementa nõ posse eadem cum Lumbricis in parte consistere. Ad priorem rõnem respondet Mercurialis: sententiam aliqua ex parte verã, aliqua ex parte falsam. Veram esse, qđ Lumbrici dulcedinem persequentes infestant pueros, & hoĩes: sed esse falsam, qđ dulcia non sint apta ad generationem Vermium. Quia inquit, & si sint optimè temperata, dulcia tñ temperata, quãdo corrumpuntur eò maiorem contrahunt putrefactionem, quo sunt temperatoria. Habemus exẽplum in hoĩe. Nam quod est inter animalia, quod temperatioribus rebus vtatur ipso homine? nullum planè; erat enim æquum, & conueniens eius temperaturæ, attamen nõ inueniemus animal vllũ cuius stercora magis fœteant stercoribus humanis, eò quod temperata quando corrumpuntur, insigni putrefactione afficiũtur. Dulcia autẽ facilè corrumpi propter duo asserit. Primum, quia cum sint tẽperata, sunt posita in medio extremorum; quæ verò sunt in medio D facilè inclinant, & facilè deflectuntur ad alterum extremorũ, quod quidem non contingit in corporibus intemperatis. Accedit ẽt aliud, q dulcia omnia supernatant facilè oĩbus alijs cibis, & cũ propter suauitatẽ copiosè sumi consueuerint, hac ratione etiã facilè corrumpuntur. Est & altera ratio, quia dulcia priusquam benè coquãtur in ventriculo, attrahuntur à vicinis membris: & propterea permanẽtia cruda, fiunt materia idonea generationi Vermium. Neq; est, qđ existimemus per accidens id esse, scilicet ratione mali vsus, quia experientia quotidiana comprobatur, etiã illos, qui moderatè commedunt res dulces, & in alijs non delinquunt, abundare Lũbricis. Imò verò [b] Hippocrates manifestè dicit ex vsu lactis propter dulcedinẽ hæc aĩalia fieri. Hoc itaq; modo Hieronymus Mercurialis ad primam eorum rõnem respondet. ad secundam verò, nimirum, q dulcia in bilem vertantur, respondeo, habendam esse naturæ ac corporis totius temperamenti rationem. Nõ enim dulcia in quouis corpore in bilem mutantur, sed tantùm in ijs, quæ calida sunt, & sicca, bileq; abundãt, quemadmodum elegan ter testatus est Galenus, in cuiusdam aphorismi partis primæ commento, qua inquit Hippocrates: lac dare caput dolentibus malum, malum verò & febricitãtibus. Nunc verò particu-

Cibi Vermes producẽtes quales sint.

Autũno cur Vermes generantur.

Dulcia an Vermes generent.

[a] li. 4. c. 56.

Dulcia facilè corrũpi.

[b] De morb.

larem Vermium cuiuſq; generis generationem aggrediar, ac primum quidem eorum, qui in E
ventre oriuntur, quorum diximus eſſe tria genera, longum dictum Tænea, rotundũ, & Aſca-
[d] Li. 4. c. 57. rida. [c] Paulus Ægineta & Aetius latum Lumbricum aiunt eſſe quandam quaſi mutationem
Tæneę generatio. adnatę in inteſtino interiori membranæ in materiã animalis modo mobilem. Quibus verbis
ſi intelligant membranã interiorem ſeu pelliculã, qua inteſtina obducuntur, à veritate pro-
cul abſunt. Arida enim materia, qualis eſt membranarum, inepta prorſus generationi anima
lium. deinde ſi pellicula ita abraderetur, intolerabili dolore ægrotantes concideret, ob
abraſionem tam ſenſilis pelliculæ. Sin autem his verbis non pellicu lam, ſed pituitoſam intel
ligant materiã, qua obducuntur inteſtina interiùs, verum mihi dicere videbuntur: ſed tamen
hęc nequaquã membrana appellanda erit, ſed crudus & pituitoſus ſuccus, quo inteſtina obli
nuntur, ne ab aſperitate ſtercoris damnũ patiantur. Puta tamen vna cũ Mercuriali deceptos
fuiſſe Paulũ & Aetiũ duabus de cauſis: tum quia fieri poteſt, vt dũ excernuntur lati Lumbri-
[d] 4. de morb. ci, ſimul etiam aliquid corrodatur ipſius tunicæ inteſtinorũ; tum quia [d] Hippocrates de lato
Lumbrico verba faciens, eſſe ἔχοιον περὶ ἑτέρου ξύσμα λεῦκὸν, id eſt velut abraſionem albam
inteſtinorũ, tradit. In quibus verbis nequaquã voluit Hippocrates ſignificare eſſe ipſam tuni
cã, ſed aſſimilari abraſioni albæ inteſtinorũ. Quare latus Lũbricus fit ex eadem materia ex F
[e] Li. 4. c. 9. Sect. 3. qua fiunt cæteri, vt vult Mercurialis. Sed [e] Dominicus Leonus hũc fieri tradit ex pituita dul
ci: quoniã ex parte caliditatis fiat attractus, ex parte humiditatis dilatatio. ex naturali autem
Cucurbitinos dictos, quod cucurbitæ ſeminum formam habent. frigiditas enim, inquit, ad
centrũ mouet, ſicq; decurtantur, & ob humiditatẽ facilè dilatantur. Sed cùm medici dicant
Lumbricos ex ſucco dulci & pituita produci, non de Tænea tantùm, quæ Lumbricorum eſt
ſpecies, ſed de omnibus Lumbricorũ ſpeciebus, id intellexerunt. ex pituita naturali Vermes
nõ generari dixi ſuperiùs. Cęterùm, quod tam longi quandoq; euadant, vt vniuerſa inteſtina
impleant, id fit ob materiæ ingentẽ copiam & loci capacitatem eximiam, quæ duo cùm rarò
Tenea cur generetur. adſint, fit vt riſſimè hæ Tęneæ generentur. Sunt autem æquè omni ætati fere familiares, vt
arbitror. Quod ſi verò in puerili ætate generentur ob pituitę copiam, quæ in hac generari ſo
let, mirum eſt tam diu quãdoq; in corpore deliteſcere, vt in ætate grãdioribus, per ſua ſigna
primũ ſe prodant, & tum tẽporis demum excludantur. Nã mulier quædam olim, vt inquit
Gabucinus, longã ſanè egeſſit atq; integrã ætatis ſuę annũ tertium agẽs ſupra viceſimũ, quã
adoleſcentię ętatẽ eſſe cõſtat. talẽ & ſenex quidã anno octauo ſupra quinquageſimũ Gabuci
[f] 4. de morb. no oſtẽdit. [f] Hippocrates autem in vtero matris Lũbricos hoſce naſci cõtendit hiſce verbis. G
Nunc autẽ, inquit, de Lumbricis latis dicã. Aſſero autem ipſos in puero dum adhuc in vtero "
eſt, naſci. Poſtquam enim ſemel ex vtero egreſſus eſt, nõ tanto tẽpore ſtercus in aluo manet "
vt ex eius diuturnitate & putrefactione, tantę magnitudinis animal generari poſſit. Excernit "
enim ſemper heſternum ſtercus per omnes dies, ſi ſanus homo eſſe debet. Tale verò animal "
naſci nõ poſſit, etiamſi multis diebus homo ſtercus nõ egereret. Multa enim naſcuntur dum "
puer in vtero eſt hoc modo. Vbi ex lacte & ſanguine cõputreſcẽte, ac redũdãte, vtpote quod "
dulce eſt, pus factũ fuerit feruidum, animal iſtic generatur. Illud porro nunc inquiſitione di- "
Lumbricus latus num pariat. gnũ videtur num Faſciæ pariant, nam quædã Lumbricorũ genera parere poſtea probabitur.
ſanè inter veteres medicos plurimi exiſtimarunt Faſciã parere alia animalia, quòd eos, qui
laborãt hoc mali genere viderent emittere quædã cucurbitæ ſeminibus ſimilia, quæ anima-
[g] Li. 5. Hiſt. cap. 19. lia videntur. Atq; huius opinionis volunt aliqui fuiſſe [g] Ariſt. quando inquit, ἥδε πλατεῖα
προσπεφυκὼς μόνῳ τῷ ἑντέρῳ, καὶ ἀποτίκτει τὸ ὅμοιον σικύῃ πέπον, ὃ γυμνάσαντες σημεῖοι ἰατροὶ τοὺς
ἔχοντας αὐτῶν. Ideſt vt Gaza vertit: Latũ autẽ illud ſolum inteſtino adhærens, parit ſimile
cucumeris ſemini, quo indicio medici, id genus Lumbrici ineſſe intelligunt. Sed cum ſcribat H
Ariſt. nullũ genus lumbricorũ aliud animal aliquod efficere, cõſideratis diligenter hiſce ver-
bis, cõtrariũ cenſuiſſe viſus eſt Ariſt. quòd ſi ſcribat latos Lumbricos aliquid parere, nõ intel-
ligit quod animal pariat, ſed aliquod aliud. Manardus clariſſimus ſanè medicus refert ſe au-
diuiſſe à quadã muliere fide digna, quæ dicebat ſe Lũbricum latũ eijciſſe, in quo alij Vermes
inerãt: quaſi hoc exẽplo demõſtraret illud Lumbricorũ genus parere. Verùm hęc mulier de-
cepit Manardum, quæ rotundũ Lumbricũ pro lato accepit. ille enim plurimis alijs abundat
Vermibus, vt poſtea ꝓbabimus. Porro ad prędictã veterũ rationẽ, qua probabãt Faſcias in-
[h] 4. de mor. tra inteſtina contentas parere, diuinitus reſpõdet [h] Hippoc. parua illa animalcula cucurbitæ
ſemen præ ſe ferentia, non lati lumbrici ſemen eſſe, aut fœtum, ſed potius portiunculas eius
abruptas, quæ figuram ſeminis cucurbitæ præ ſe ferunt, vt patet in hiſce eius verbis. Rotun- "
di quidem, inquit pariunt, lati verò non amplius, etiamſi quidam ipſos parere dicant. Nam "
homo qui latum lumbricum habet, velut cucumeris ſemen excernit aliàs atq; aliàs, vnà "
cum ſtercore ipſo, & ſunt homines, qui hoc Lumbrici partus eſſe dicunt. Mihi verò non re- "

A ctè dicere videntur, qui talia dicunt. Neq; enim ab vno animali tot pulli generari possunt:
„ neq; ea est loci in intestino capacitas, vt partus educare queant. Augescente autem puero
„ augescit etiam Lumbricus in intestino, quibusdam in pubertate, quibusdam posteriùs, qui-
„ quibusdã paulò prius. Et postquam intestino adæquatus est, similiter augescit, & quanto ma
„ ior factus fuerit, vnà cum stercore excernitur de intestino recto, & excidit velut cucumeris
„ semen, sæpe verò etiam maior. Quibusdam verò iter facientibus, aut Laborantibus, & ven-
„ triculo calescente deorsum descendit, ipsisq; prominet ex podice inflatus, hocq; facit, & de
„ podice resecatur, aut retrocedit. Signa verò quòd non pariat, sed ita habeat velut ego dico,
„ hæc sunt. Si quis curet hominem latum Lumbricum habentem, & medicamentum dederit
„ aut potionem, siquidem fuerit homo benè præparatus, totus rotundus factus ad pilæ figu-
„ ram exit, & homo sanus euadit. Si verò ad medicinam hæreat, recta pars de Lumbrico ab-
„ rumpitur longitudine duorum aut trium cubitorum, aut etiam longè amplior, & vbi abru-
„ ptus fuerit, per multum tempus signa cum stercore non prodeunt. Postea verò augescunt.
„ Atq; hæc argumenta sunt, quòd Lumbricus latus non parit, sed abrumpitur. Hactenùs
„ Hippocrates, cuius illa verba quibus probat impossibile esse, vt pariant, propterea, quòd
B non sit loci in intestino capacitas, vt partus educare queant, sic [h] quidã exponit. Vermes lati
ij cùm compressi, & stricti admodum sint, nec habeant intra se locum capacem, in quo fœtare
possent, aut genituram continere, aut partus educare, consequens est quòd impossibile sit vt
intra fœtificent, aut genituram habeant. Sed quòd ita, inquit, Hippocrates intelligendus
sit, Vermis huius corpusculum satis compressum & capacitatis priuum satis clamat. item
quia absurdum esset asserere in hominis intestino non esse locum capacem in quo lati ij Lũ-
brici, etiamsi tricenum pedum essent, vt aliquando visi sunt & [i] Plinius refert, suos educare
queant partus; sed Hippocrates, vt qui verissimis & indubitatis vtitur rationibus, de ventre,
& loco Vermis generationi inepto loquitur, vt qui codicem Græcum percurrit, nobiscum
alacrius sentiet. Lumbrici rotundi dicti primùm ex putri oriuntur, deinde alios pariunt mo-
re plurium aliorum Insectorum. Hos malè existimauit [k] Dominicus Leonus ex pituita sal-
sa fieri, cùm ex dulci oriri omnes dixerimus. Cæterùm an hi alios pariant, age videamus.
Qui id affirmarunt autoritate Hippocratis, & rationibus egregijs sanè innituntur. Aiunt
enim quandoq; obseruatum eosdem alios parere. Nam per medicamenta expulsi reperti ali
quando nonnulli sunt alios in ventre habentes, vt in præmagno illo Verme, quem puella,
C quædã excluserat. huius enim caput, cùm eius pater calcasset, ex eo alios prodire Vermes vi-
sum est. Atq; hinc fit vt post expurgatos, alij subinde iterum in intestinis nascantur: veluti
mulieri contigit, de qua scripsit [l] Dodonæus, quæ singulis mensibus præseruationis causa
hieram picram assumens, tamen aliquot semper Vermes, aut Vermiculos excreuit. Hisce ar-
gumentis inter recentiores Gabucinus reclamauit hisce verbis. Nemînem, inquit, latere de-
bet teretum Lumbricorum plures tenui filo persimiles aluo quandoq; fuisse depositos: non-
nunquã & cùm eis aliquos, puta quinq; vel sex, decemúe, ac plures pleniores, atq; velut vte-
ro gerentes: quos eorum tenuium matres vulgus appellat. difficilè tamen dictu videtur eos
tenues illorum pleniorũ partus existere; cùm præsertim nullus vnquã viderit hos peperisse.
deinde quia quinq; sexue pleniores, aut decem tot nõ generent, quot excerni à pueris quo-
tidiè videmus, nullo igitur pacto teretes mea quidem sententia pariunt. Quòd verò quidam
nonnunquã pleniores multiq; tenui filo persimiles egerantur, nõ ob id dici posse contendo,
vt pleniores tenuiorũ matres existant: verùm quòd multo antè tempore, quàm tenues illi in
intestinis producti adauctiq; fuerint, qui tenuibus cõmixti medicamento aliquo ijs educen
dis idoneo assumpto, vnà deijciuntur. Sexus præterea distinctio in hisce percipi non potest,
D quo minus pleniores illi vtero gestare dicantur. qui enim mares, quæúe fęminę dicentur. Au
torem igitur de morbis libri hac in re omittentes vnà cùm Arist. dicimus Lumbricorum ge-
nus nullum præter latum, idq; nullo alio quàm eo, quo dictum est modo, parere. Hactenùs
Gabucinus, cuius profecto refutatio nullius prope momenti existit. quòd enim dicat nullũ
vnquam vidisse, quòd peperint, absurdum est. Quis enim videre potest in corporibus nostris
horũ partum si pariant. ex signis, id est, Vermiculis, qui vnà cum hisce rotundis stercori immi
scentur, solus eorũ partus innotescit. Atq; hi Vermiculi plurimi quandoq; in matribus viui
cõtinentur, cũ vicinæ sunt partui, qui nõ Ascaridibus assimilantur, cũ hisce lõgiores sint, sed
Lũbricis potius rotũdis. Quapropter necesse est, aut diuersam Lũbricorum hosce lõgos & te
nues speciem cõstituere, quòd omnibus & antiquis & recentioribus nouum erit atq; iuaudi
tũ, aut eosdem rotundorũ Vermium fętus cõfiteri. Sexum autem, quod in hisce requirat mi-
ramur. quasi verò nullũ animal sine sexu produci possit. Vt enim hæc animalcula ex pituita
putrida, in qua semen horum existit, gignuntur; ita & in ipso viscida materia quam rotundi

Hippocratis locus explicatus.

[h] *Cur. med. cent. 6. curat. 74.*

[i] *Lib. 11.*

Lumbri rotũdi origo.

[k] *Sect. 3. lib. 4. cap. 9.*

An pariant.

[l] *In Schol. ad Beninen. exem. med. cap. 85.*

Lumbrici continent in ſe ſemina eadem contineretur ex quibus producuntur. Ariſtotelis E
autoritatem, quę apud me in plurima eſt æſtimatione, age videamus, & num idē ſentit, quod
[m] Hi. 5. c. 19 dicit Gabucinus, Philoſophus, quando [m] ſic ſcribit. Ἐ̓ϛι δὲ̀ αὐτῶν (ἑλμίνθων) γένη τρία ἅ̓ιτε ὀνομαζόμενα πλατεῖαι καὶ ϛρογγύλαι, καὶ αἱ τρίται καλούμεναι ἀσκαρίδες. ἐκ μὲν δὴ τούτων ἕτερον οὐθὲν γίνεται: Certè hic Philoſophus tantùm negat parere Aſcarides, rotundos
Gazæ verſio in Ariſt. laudata. verò Vermes, nec ait, nec affirmat parere: vnde Gaza cautè admodum, & prudenter hæc ſic tranſtulit. Quorum (ſupple Lumbricorum) tria genera, latum, teres, & quod Aſcarida ap- »
pellatum eſt, ex quo nil procreari aliud poteſt. Porrò, vt latum in inteſtinis craſſioribus nimi »
rum cœco, & colo aiunt generari, ita in tenuioribus teres. Quæſtio tamen eligans, & per dif-
An in vētriculo generentur Vermes. ficilis oritur, num in ventriculo quoq; oriantur. & num aliqui Vermes ibidem generari poſ-
ſint. Inter clariſſimos autores inficiatur [n] Ariſtoteles, quando inquit: & animal non fit in ipſa »
concoctione, vt quidam, inquiunt, ſed in ſecretione putrida in ventre inferiore mox aſcendit »
ſurſum. digeſtum eſt enim in ſuperiori ventre, putreſcit autem in inferiori ſecretū: ob quam »
autem cauſſam dictum eſt in alijs. [o] Galenus quoq; idipſum æſtimaſſe viſus eſt. nam ait aliud »
genus Lumbricorum eſſe rotundum, quod in ſuperioribus magis inteſtinis generatur adeo, F
quod ad ipſum ventriculum quandoque adſcendit. Vnde Q. Serenus exclamat:

*Quid non aduerſum miſeris mortalibus addit*
*Natura? interno cùm viſcere Tænea ſerpens*
*Et Lumbricus edax viuant inimica creentq;.*
*Quod genus aſſiduo laniat præcordia morſu:*
*Sæpè etiam ſcandens oppletis faucibus hæret:*
*Obſeſſaſq; vias vitæ præcludit anhelæ.*

[n] 4. Meteor.
[o] Aph. 26. lib. 3.

Præterea idem Galenus, in quodam loco referens Lumbricorum ſpecies, nullam in ventri-
culo naſci tradit: ſed Aſcarides tantùm in inteſtino recto, teretes in tenuibus. Latos autē quo-
modo dixerit quis in ventriculo naſci? quando omnes, præſertim Hippocrates, per tota ex-
[p] De locis aff. 1. c. 4. tendi inteſtina teſtentur. [p] Alibi quoque expreſſis verbis, vnà cum Ariſtotele aſſeruit, omnes
in inteſtinis gigni. Auicennas cùm dicat Lumbricos ex humiditate fieri ſtercori commixta
malè attractrice iecinoris facultate attracta, hoc idem confirmat, quod Ariſtoteles. Si enim
ex humiditate ſtercori commixta naſcuntur; cùm ſtercus in tenuibus potiſſimum creetur in-
teſtinis, non in ventriculo, verùm in ventre inferiore ſedem generationis habebunt. Quòd G
verò Ariſtoteles per excrementa intra animantem contenta, eadem in inteſtinis, non in ven-
triculo contenta intelligat, facilè ex ijs colligitur, quæ ſtatim ab ipſo ſubnectuntur: quædam
ex excrementis extra animantem contentis fiunt. Hæ itaq; ſunt autoritates, & argumenta
quibus confirmatur Vermes, non naſci in ventriculo. Ex aduerſo alij hiſce rationibus contra
[q] Hi. 5. c. 19 ſentiunt. Inquit enim [q] Ariſtoteles in his quoq; gigni Vermes, quæ putredinis videntur ex-
pertia, vt in fornacibus ex niue, quare longè magis gigni poterunt in vētriculo, in quo excre
[r] lib. 3. aph. 26. menta, & putredines variæ inueniuntur, vt ait [r] Galenus. Confirmatur, quia Vermes præſer-
tim gignuntur ex pituita, cuius præcipua ſedes eſt ventriculus. Præterea animalia eo loci gi-
gni poſſunt, quo & nutriri, & ſeruari poſſunt, at Vermes in ventriculo ſeruantur, & nutriūtur.
Inſuper gignuntur quandoque in hepate ouium, capite, cerebro, renibus, auribus, intra cutē,
[s] Centu. 1. cur. 6. quare etiam in ventriculo, qui videtur locus lōgè aptior. [s] Quidam quoq; in ſuis medicina-
libus curationibus inſeruit Inigum Lupum Coroneliū, cum optima fungeretur ſanitate, per
os Lumbricos eieciſſe, à quibus nullā noxam, aut dolorē, præter Vermium tantum tędium, H
percipiebat; quare eos in ventriculo natos fuiſſe cēſet. Poſtremò vbicunq; abſceſſus, & vlce-
ra putrida fiunt, ibi quoq; generantur Vermes: ſed vlcera fiunt in vētriculo. Hæc argumenta
cū quidam diligenter perpendiſſent, mediam quandā opinionē tenuere, qua Ariſtotelē cum
eius aduerſarijs conciliarent: In ventriculo enim rectè affecto Vermes nō gigni dicunt, idq;
indicaſſe ſupra relatis verbis Ariſtotelē: in ventriculo autē perperam affecto poſſe gigni, idq;
alios exiſtimaſſe. In vētriculo enim ſano gigni nō valēt, primo ob caloris proprij imperiū &
vires, ſecundo quia vis excrementorū expultrix eſt efficax: tertio quia ille eſt locus primæ co
ctionis alimenti, locus coctionis pugnat cū loco generationis Vermiū. Quarto quia eſt prędi
tus ſenſu tactus exacto, ob quē cito repellit, & reijcit aduerſa. Sic itaque res eſt dubia, & pro
omni parte probabilis. Illi tamē parti adhærendū exiſtimo, quæ nullos Vermes in ſtomacho
fieri cēſuit. atq;, vt aduerſariorū relictis infirmioribus argumentis potiora diluā, nō ſequitur
ſi in vētriculo copia pituitæ adſit in eo generari Vermes, adſit enim calor eorū viuificus ne-
ceſſe eſt, qui eos procreat, talis autē vētriculo denegatus. Abſceſſus quoq; & vlcerā in vētri-
culo antequā an tātā putredinē perueniāt, vt Vermiū ſemina fouere incipiāt, hoīem è medio
tollūt. Qđ declarāt vlcera verminoſa in alijs externis genita partibus. hæc. n. putridū odorē,

ac graue

A ac graue virus, si procul de se fundant, vt appropinquantes è longinquo nauseabundos efficiant, multò magis eadem vlcera si in stomacho facta sint, cor, quod huic vicinum est, & totius vitæ sustentaculum, fatigabunt & prosternent. Ascarides à pituita acida non fiunt, vt existimauit [t] Dominicus Leonus, sed quòd minores sint cæteris, id fit ob paucitatem materiæ, quæ est in intestino recto. Atqui hæc de generatione eorum Vermium dicta sunto, qui in ventre nascuntur: qui verò in alijs partibus, eandem caussam efficientem formalemq; habent, materia tamen differunt. vt enim in illis pituita erat, eaq; dulcis, ita in hisce humor crassus, lentusq;, qui in varijs corporis humani partibus consedit; &, vt opinor, pro huius humoris diuersitate, quę infinita esse potest, tum ratione qualitatis, tum ratione quantitatis, & situs, & figuræ, varia animalia producuntur, quandoq; monstrosa & insolita. Quod autē ranę, bufones, Lacerti & reliqua id generis animalia Longobardis fœminis in vtero concrescant, ad victus rationem referre oportet, quę tam prauos succos generat, vnde hæc animalcula ortum trahunt. Carior enim Longobardis fœminis corporis ornatus in vestitu, quàm cultus in victu. Diuturna quoq; saniei ac puris suppressio Vermes gignit, item impurum sordidumq; vlcus, si in carnosa parte consistat, quæ ob insignem humiditatem maiorem reliquis

Ascaridum generatio.

[t] *Sect. 3. lib. 4. cap. 9.*

Monstrosorum Vermium generatio.

B partibus putredinem concipere nata est. Quæ autem animalia in nostro exanimato corpore nascuntur, partim ex spontanea putredine proueniunt, quę semen horum animalium defert, partim ab externis Insectis, vt Muscis; quod & Homerus indicauit illis versibus, quibus Achilles, acceptis à Thetide matre armis Vulcanijs, antequam eis accinctus, ac instructus in certamen prodeat, orat Thetidem, det operam, ne corpus Patrocli mortui à Vermibus deformetur, atq; inquinetur, quos Muscæ vulnera subeuntes generarint. Sic enim Homerus:

In cadauere vt nascātur animalia.

Μῆτερ ἐμὴ, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν δὶ ἐπιεικὲς
Εργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι
Νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ θωρήξομαι. ἀλλὰ μαλ' αἴνως
Δείδω μὴ μοὶ τόφρα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
Μυῖαι καδδῦσαι κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλὰς
Ευλὰς ἐγγείνωνται ἀεικίσσωσι δὲ νεκρὸν
Ἐκ δ' αἰὼν πέφαται, κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπείη. id est:

*Mater mea hæc quidem arma Deus dedit, qualia par est*
*Opera esse mortalium, neq; mortalem virum perfecisse.*
C *Nunc certe quidem ego armabor: sed valde grauiter*
*Timeo ne mihi interea Menœtij forte filium*
*Musca ingressa in impressa are vulnera*
*Vermes generent, deturpentq; cadauer*
*(Vita autem interfecta est) inq; corpore toto putrescat.*

[u] Alibi quoq; idem poëta nullam Muscarum mentionem faciens Priamum introducit interrogantem Mercurium, vbi sit filius, num apud naues Achillis, an à canibus dilaniatus, & Vermibus absumptus, cui sic respondet Mercurius:

[u] *Iliad. ω.*

—— δυωδεκάτη δὲ οἱ ἠὼς
Κειμένῳ, οὐδέτι οἱ χρὼς σήπηται, οὐδέ μιν εὐλαὶ
Ἔσθουσι αἱ ῥάτε φῶτας ἀρηιφάτους κατέδουσιν. id est.

—— *Duodecimus autem ei dies*
*Iacenti, neq; in aliquo ei corpus putrescit, neq; ipsum Vermes*
*Edunt, qui viros in bello interfectos consumunt.*

D

# DENOMINATA.

AB ἕλμις dimanat illud diminutiuum ἑλμίνθιον Lumbriculus, Tineola. [a] Hippocrates βραχέα καί ἀνεμοῦσα καί τι ἑλμίνθιον. Ελμινθιάω Lumbricis infestor, Verminor, Lumbricos patior. Ελμινθώδης, Lumbrico similis. Ασκαριδώδεες siue vt aliqui legunt Ασκαρώδεες dicuntur, qui Lumbricos Ascarides colligunt: quo vocabulo vtitur Hippocrates in Coacis prænotionibus.

[a] *Lib. 4. de morb. Epid.*

# HISTORICA.

Pheretima à Vermibus viua corrosa.

[a] *In Melpomine.*

C. Galerius Maximianus à Vermibus perijt.

Antiochus rex.

[b] *Mach. 2. cap. 9.*

[c] *Stemmat. tom. 3.*

PHERETIMA ne ipsa quidem mitem vitæ exitum habuit. Quamprimũ enim è Lybia Barceos vlta, in Ægyptum redijt, miserabilem mortem obijt. Viua enim Vermibus scatere cœpit, à quibus corrosa fuit. Talis ac tanta Pheretimæ Batti filiæ vindicta fuit, vt tradit [a] Herodotus. Vermibus vbiq; erumpẽtibus fœdissimo sed digno sanè exitu perijt C. Galerius Maximus: eo enim consumptis genitalibus defecit homo sanguinarius, & crudelissimus simulachrorum cultor, dilicijs & luxu ad insaniam diffluens, nullam vrbem sine adulterijs & virginum stupris incontaminatam relinquens. Antiochus rex, vt [b] Sacra testatur pagina, tam graui plaga percussus fuit, vt de corpore impij Vermes scaturirent, odore etiam illius ac fœtore exercitus graueretur. In Actis Apostolorum dicitur Herodes à Vermibus corrosus; vbi nonnulli putant intelligi Vermes qui in humano corpore nascunrur, non autem Pediculos. Dodo frater Alpiadis pellicis Pipini, quòd Sanctum Lambertum addixisset, vt narrat [c] Franciscus Roserius, martyrio, Vermibus toto corpore scaturientibus, consumitur: ob quam fœtoris intolerantiam Mosa demergitur. Culpæ verò conscij omnes infra annum dispereunt. Quinimo Sancti Martyris percussor cum proprio fratre congrediens perimitur, alterq; ab altero iugulatur.

# MORALIA.

Vermis qd apud Theologos.

[a] *Cap. 14.*

[b] *Cap. 16.*

[c] *Cap. 7.*

[d] *Hom. 15.*

[e] *Iob. 24.*

Caro Vermem.

[f] *Lib. de superst.*

[g] *de fort. Alexand.*

VERMIS appellatione Christiani Theologi putant conscientiæ remorsum & vellicationem quandam perpetim nos infestantem, ac perpetrati facinoris commonentem, quam ideo sic nuncupandam censuerunt, quòd ex peccati putrilagine consurgat: Vtitur hoc nomine frequenter Sacra scriptura in hac significatione; vt in [a] Isaia. Prophetatur Nabuchodonosor, quòd cõcidet cadauer suum detracta ad inferos superbia, & subter illum seruetur Tinea, & operimentum eius erunt Vermes. [b] Iudith aduersarij deiectione, & fidelis populi liberatione excitata, ad laudandum dominum exclamat. væ genti insurgenti super genus meum. Dominus enim omnipotens vindicabit eis, in die iudicij vindicabit illos. Dabit enim ignẽ & Vermes in carne eorum, vt vrantur & sitiant vsq; insempiternum: quo in loco per carnes intelligunt carnalem delectationem. In carnes inquit Lyranus, quas amauerunt, de quibus nascitur fœtor Vermium. Caro & sanguis Vermes creat, quia delectatio carnalis, cui sal continentiæ non resistit, pœnam æternam generat luxuriosis: vnde Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Et rursus [c] Ecclesiastes, vbi inquit, Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis & Vermis, Lyranus ait; quia caro peccatorum, quæ luxuria diffluit, igne inferni & Vermibus cruciabitur, vbi Vermis non moritur & ignis non extinguitur. In Verme putredo gehennæ, in igne ardor designatur. Vel Vermis est fera scelerum penitentia, quæ in tormentis conscientiam peccatorum mordere non cessat; vt ignis sit pœna extrinsecus sequens, Vermis autem dolor intrinsecus accusans. nã sic D. [d] Chrysostomus: Quod si intenta mentis acie animum eius (peccatoris) inspexeris, non modo illum ligatum, verumetiam squallentem, atq; sordentẽ, & Vermibus plenum videbis. Neq; enim illi meliores diliciarum iudicandæ sunt voluptates, imo etiam horribiliores: ac magis corpus animamq; corrumpunt & vtriq; infinitas inducunt morborum plagas. Vermis quoq; appellatur conscientia, non ea ratione quatenus mordeat aut rodat, sed etiã quatenus cogitationũ inquietudinem inducit: [e] Scriptum enim est: dulcedo eius Vermes. Natura enim Vermiũ est momẽtis singulis moueri. persepe itaq; mẽtis dulcedo Vermis est; quia inde delectatur, vnde per inquietudinẽ secularis curæ incessanter agitatur. Potest etiam Vermis nomine caro signari, quæ luxurioso & cuilibet carni dedito, dulcedo est. Ecce quàm cæcus qui Vermem amat. Per Vermes corruptio carnis exprimitur. Nihil adeo valet ad domanda carnis desideria, quã pensare qualis sit ipsa mortua: ibi enim videtur, quòd si ipsa amatur, tabes & fœtor putredinis amatur. Leues animi superstitionibus flectuntur & abũdant, vt duri ac refractarij impietate. Sed opiniones plurimę, quales [f] Plutarchus cõmemorat, vbi in animo superstitiosorũ insunt, multos ibi morbos, multasq; perturbationes, Vermiũ instar ac Lũbricorũ ingenerãt. Elegãter quoq; idẽ [g] Plutar. exercitũ Alexãdri post eius mortẽ vacillantẽ at principes effæminatos & im-

Narodna in univerzitetna knjižnica Ljubljana

A & imbecilles producentem, cadaueri similem esse dicit, ex quo cùm virtus, & calor vitalis excessit fœtores, & Vermes erumpunt. Sicut, inquit, anima deserente cadauera non consistunt, non cohærent, sed dissipantur, & dissoluuntur: ita exercitus Alexandro amoto palpitabat, cõcutiebatur atque æstuabat, Perdiccis, Meleagris, Seleucis, & Antigonis tanquam spiritibus etiamnum calidis, & pulsibus in corpore discurrentibus: tandem planè flaccescens, & putrescens, Vermium instar ex sese pullulauit degeneres reges, & principes semianimes.

# INSOMNIA.

B LVMBRICOS excernere per sedem, inquit [a] Artemidorus, aut per os à domesticis hominibus, & cohabitantibus, & vt plurimum eadem mensa vtentibus iniuria affectum, suos hostes, & iniuriatores cogniturum esse, & expulsurum significat, aut iuxta alium modum ipsis priuatum iri. Inhabitant enim corpori Lumbrici, sed nihilominus ipsum corpus lædunt. Postquam autem excreti fuerint, excretionem, & expulsionem huiusmodi hominibus significant.

[a] *Lib.3.c.7. de Insom.*

# SIGNA LABORANTIVM LVMBRICIS.

C MIRI quandoque affectus conspiciuntur quos Lumbrici ædunt: Vomitiones crebræ, & cordis morsus, appetentiæ corruptio, singultus ingens, intestinorum tormina, ileus, colici affectus effatu digni, & animi sæpe deliquia. maximi adhæc capitis dolores, sopores, distentiones, comitiales, attoniti morbi, anginę, vrentes febres, & tandem interitus: Miros modorum cruciatus patiuntur ægri; nonnunquam stare loco nesciunt: verùm semper huc illuc temerario quodam impetu, ac inordinato motu ducuntur, vt stare etiam volentes, titubantes concidant. Hæc omnia Antonius Beniuenius, cuius apud me plurimùm valet autoritas, in puero quodam se obseruasse scribit. Puellam etiam curauit [a] Gabucinus, in qua cuncta spectabantur symptomata, quæ pleuritide laborantibus solent euenire. dolor in primis aderat punctorius in thoracis dextra parte, tussicula quædam sicca, vel leui quaque occasione commota, pulsus arteriarum durus, serræ haud omnino dissimilis, ac recurrens: spiritus offendens, continens febris. huius cum interdum videret totum corpus frigidum, nonnunquam calidum cum malarum alterius rubedine fieri, sumpto ad Lumbricos necandos medicamento, statim plures eduxit, & incolumis euasit. Nunc ad signa deueniam, & primùm quidem communia, deinde propriæ cuiusq; speciei, ac postea ad alia, quæ distinguunt hunc affectum ab alijs similibus. Communes Vermium in ventre existentium notæ sunt. vigiliæ, & eruditatum copia, quam plurimorum, atque crassorum eduliorum, esus, nec non assidua eaque post cibum balnea. initio oculi transluent statim, genæ liuescunt, nocturno frigido sudore profluunt, ora saliuant in somno: die sitis magis accenditur, lingua labiaque arefiunt: oris fœtor plurimùm adest, facies pallet. nauseæ crebrique vomitus adsunt, cibos auersantur, dentibus stridet, nocte præsertim, linguam exerunt: nam commanducare videntur. Contingit quoq; interdum appetitus caninus, non ob aliud, nisi quia hæc animalia interdum vsque adeo voracia sunt, vt statim rapiant alimentum è ventriculo, quo tempore, vt dicebat [b] Galenus, corpora vehementissimè emaciantur. Vitales quoq; functiones non parum offenduntur. ægri enim iracundi sunt, & inconstantes. Voce quandoque destituuntur. Nam Alexander [c] Benedictus Veronensis medicus, & philosophus egregius de mutis, & imperfecta loquentibus agens, inter alias causas quas ibidem enumerat, ex intestinis, & ventris animalibus plurimos obmutuisse testatur, exemplo cuiusdam puellæ in Cornelia familia in Creta, quæ octo diebus muta fuit, rigẽtibus oculis emissis quadraginta Vermibus in sordibus vna conuolutis, libera euasit. Addunt Alexander, & Auicẽna pulsus paruos obscuros atq; difficiles. [d] Themison inæquales esse pulsus, vt plurimùm tradit, eo quòd cor ipsorum magnoperè est occupatum. Functiones animales penè omnes læsę conspiciuntur, vbi morbus ingraueścat: nam delirant quandoq;, & malè discurrunt, pessimè imaginantur, & interdum offensam vehementer memoriam habent. Motiuæ quoque offensæ sunt facultates, quia videmus non rarò motibus quibusdam conuulsorijs ægros aliquando contorqueri: sensus exteriores valde turbati sunt, & in primis visus, & auditus. Gemunt etiã quandoque

[a] *li. de Lũb. c.13.*

Miri affectus Vermium.

Pleuritidis signa in Lũbrico laborante.

Signa communia Lũbricorum.

[b] *li. de Ther. ad Pison.*

[c] *lib.5.c.15.*

Vocis priuatio à Vermibus.

[d] *lib.9.epist.*

doque & sine vlla occasione magnoperè clamant. Excrementa porro si inspexeris, videbis E
dura, & sicca, vt dicebat Auicenna; qui & rationem adfert, quia Vermes cum humores om-
nes exsugant, reddunt fæces aridas, & duras. Sed hæc sententia Auicennæ ex toto vera non
[c] Lib. 3. de morb. puer. cap. 8. est, vt putat [c] Mercurialis, eò quòd experientia compertum est, rarissimè contingere, vt qui
tentantur Lumbricis, nõ habeant aluum solutam: nisi dicamus non solui aluum ratione Ver-
mium, sed potiùs ratione cruditatum, quæ eo tempore plurimæ gignuntur in ægris: Vrinæ
spumosæ sunt, albæ, interdum obscuræ, ferè semper perturbatæ. Sudores fœtidi, & frigidi, vt
dicebat Auicenna. Saliua etiam plurima fluit ex ore: labia nocte humescunt, & die siccantur:
eò quòd de die Vermes magis infestant ventriculum, quàm de nocte. Tempus quoque anni
nobis significare poterit Vermes. iam enim dictum est sententiam esse Hippocratis, cõfirma
tam ab Auicenna, autumno maximè illos procreari. Regio quoque vtiliter considerabitur.
Regiones cõsiderãdæ. Dictũ enim est ex Theophrasto, & Plinio, Arabiam, Armeniã, Syriam, Siliciam, Boeotiam,
Thebanam regionem maximè huic malo esse obnoxias. Addes his si velis Italiam nostram,
Germaniam, Galliam, Hispaniam, & plures alias Europæ conterminas regiones. Nunc pro-
Tænearum propria signa. pria cuiusque speciei signa prosequamur. Latorum Lumbricorum notas hasce Paulus Aegi-
neta tradidit. Comitantur corporis gracilitas, & pulsus inæqualitas cum inæqualitate (πα- F
[f] lib. 9. c. 40. ρέπεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἰσχνότης τε σώματος, καὶ ἀδυναμία μετ' ἀνωμαλίας: & habet [f] Aë-
tius eadem verba: nisi quòd pro μετ' ἀνωμαλίας legit μετὰ βραδύτητος, id est, cum tardita-
te, quæ de pulsu dicta non accipias quasi legendum esset, καὶ σφυγμοῦ ἀδυναμία μετ' ἀνωμα-
λίας: non enim de pulsu, sed de totius corporis imbecillitate loquuntur.) At quod certissi-
mum est indicium, cum recrementis nonnulla semini Cucurbitę similia redduntur. Nunc in
ijs, qui febricitant abundant: nunc febricitantibus accidunt, ex longo morbo continuas sto-
[g] Loco cita-to. machi rosiones inferentes, ac impotentem ciborum appetentiam. Eadem habet [g] Aëtius, ni-
si quòd addat cibos assumptos celeriter in excrementa commutari. assidui quoque famis sen
sus, & morsus stomachi caussam tradit. quod enim, inquit, viuificatũ est in intestinis, vbi recẽs
[h] 4. De morbis. exhibitum cibum consumpsit, postea ipsa solida corpora arrodit. Quæ verò signa [h] Hippo-
crates tradit, hæc sunt. Species autem, inquit, alia huius est; quæ veluti ramenta alba intesti- „
norum exit: quæ has notas habet. Nam veluti cucumeris semen dejicit: quumque ieiunus est „
iecur petit, vexatque, spuitque multum; quandoque non, quandoque cum vehementer iecur „
vexat, vocem intercipit multumq; spuit, postea sistitur: & intestinorum maximus interdum „
dolor innascitur. quandoque scapulæ dolitant, illicque sistitur. Quandoque hæc latæ Tænię G
signa dantur. Quis hanc bestiolam habet, semper fermè validus est: cùm verò debilitatur vix „
sustinet reficiturque. Tænia enim earum rerum, quæ ventriculum intrant, partem aliquam „
sumit, qui si curatur, sanescit: sin minus Tænia quidem spontè non exit, nec perimit, sed con- „
senescit, &c. Pueris etiam dormientibus si latos Lumbricos habeant, os figuratur ad similitu-
[i] lib. 3. de mor. puer. c. 8. dinem lactantis, vt tradit [i] Hieronymus Mercurialis, aliena loquuntur ac etiam stare loco
nequeunt. Sequitur autem eos, qui Lumbricos rotundos continent, vt docet [k] Paulus Aegi
Lũbricorũ rotũdorum signa. neta, rosio intestinorum, & ventris, tusses exiguæ cum siccitate irritantes: nonnullos comita-
tur singultus quoque, & somnus cum palpitatione, ijque sine ratione expergiscuntur. non-
nulli, & cum clamore expergefiunt, & iterum sopiuntur, pulsus inęquales, & febres augescũt
[k] Loco. cita-to. inordinatæ, quæ cum extremorum perfrictione tertiam, interim quartam, die vel nocte, ac-
cessionem sine ratione habent. Infantes autem etiam madent lingua inaniter exerta, & den-
tibus stridet, oculis conniuent, voluntque quiescere, excitantibus ipsos indignantur, oculi
apparent (ὀφθαλμοὶ κάλοι φαίνονται, id est, oculi caui apparent legit quidam. alius ὀφθαλ-
μοὶ ὑφαιμοὶ φαίνονται, id est, oculi apparent subcruenti) genæque rubescunt, & rursus liuẽt:
atque hæc paulatim, & ex interuallo. Quibusdam nauseæ, & rosionis caussæ stomacho pecu- H
liares creantur, atque ægri cibum respuunt: compulsi autem ad cibum nauseabũdi, vix, quod
assumitur, deglutiunt, vel etiam assumptum reuomunt: plerisque verò aluus descendit corru
ptos humores egerens, & tympani modo inflatur. Reliquum corpus sine ratione cõtabescit,
neque esurie neque euacuatione modica suborta. Atque non in omnibus omnia, quæ iam
commemorauimus signa, inquirere oportet, sed nonnulla ex eo, quod præpollet, interim, &
[l] lib. 9. c. 39. plurima. Hæc autem eueniunt dum animalia per intestina serpunt roduntque: febris autem
calor vapores sursum cerebro transmittit prauos, ex putrida in ventriculo collecta humidi-
tate exhalantes. Hæc [l] Paulus. Aëtius verò hunc in modum ex Herodoto. Cæterùm, inquit,
hoc modo affectos incredibilis morsus stomachi, ac ventris comitatur: tussiculæq; tenuissi-
mæ, ac frequenter irritantes: quum tamen nihil reijciatur, in somno tremunt, & præter natu-
ram exurgunt. Quidam verò, & linguam foras exerunt, oculosq; claudunt, & taciturni sunt,
excitantesq; molestè ferunt, ob imbecillitatem vigilare nequeuntes. Quidam autem oculos

sanguine.

A sanguine suffusos habent,& pulsum inæqualem obscurum,deficientem,ac recurrentem:quibusdam etiam appetitus deiectio accidit. Pueris etiam dum dormiunt, manducatio linguæ, cui accidit conformatio oris in modum lactentium, aut cibum accipientium. Verùm hæc pauco tempore,& per interualla fiunt.aliqui verò infantes præter rationem,& cum clamore exurgunt,citoque rursus collabuntur. aliqui etiam dentibus strident:quod contingere verisimile est animantibus cibum attrahentibus,mordentibusque ventrem,& intestina. Iam verò & ad stomachum quosdam processisse constat, nausearumque ac morsuum caussas fuisse; sæpè etiam per sese sursum reiectantur,aliquando verò cum pituitoso quopiã humore. Quidam etiam infantes neglecti motu destituuntur,ac refrigerantur: atq; instar eorum,quæ animo linquuntur, tenuem quendam,& frigidum humorem exudant,& vt plurimùm liuescũt. contingit autem aliquando,faciem fieri rubicundam, maximè circa malas, verùm color hic rursus in pallorem solito maiorem transit.alij autem, instar delirãtium, peregrina verba loquuntur in somnis.alij decubitum transmutant continuè dormientes, angoreque vexantur, atque ex loco ad locum sese vicissim proiectant. Verùm paucos omnino ex his plorare constat; pleriq; enim in mentis inopia, & taciturnitate degunt. Porrò qui à Lumbricis rotun-

B dis infestantur,etiam cibum auersantur,& si quid acceperint,reuomunt:aut nauseabundi vix deglutire possunt: febres enim eos, cum vehementi extremarum partium refrigeratione irruunt,quibusdam autem venter ad tympani modum inflatur.Hæc Aëtius.Ex Hippocrate [m] Gabucinus hæc signa recenset. Lumbrici, inquit, circa aluum his signis deprehenduntur: si somnolenti sint non permittente morbo,& extremæ partes frigidæ, & cordis morsus, vrinæ conturbatæ, & lingua humectatur. Item qui animantibus in ventriculo abundant,sputo replentur,& si tenuis quispiam prodierit Lumbriculus, amplius nõ spuunt. Quicunque igitur in ore ventriculi Lumbricos habent,ferè in totum ipsos vomitu reiectant:quibus verò in intestinis existunt, ipsos infernè excernunt. omnes autem nauseabundi sunt vomuntque quæcunque acceperunt.his qui punguntur similes sunt, totoq; corpore contrahuntur, ac repente arcuatimq; mouentur:& tormina accidunt interaneorumq; dolores.Euaporationes quoquè ad caput delatæ vertigines inducunt. Quin & victus ratio, quæ præcessit, ostendet tibi Lumbricorum generationem. Hæc itaque sunt teretum indicia,quæ si cũ ijs compares,quæ scribit Auicenna de longis, non erit dubium, quin ijdem sint, qui à Paulo, & Aëtio cæterisque medicis vetustioribus rotundi, & teretes appellantur. Porrò hæc signa non om-

C nia, sed potiora quædam animaduertenda erunt, vt in suprascriptis verbis nos Paulus Aegineta admonuit. Ascaridum autem (quorum sedes est in recto intestino, & extremo sphinctere) propria signa sunt, vehemens infernarum partium, seu sedis pruritus, qui quandoque ægrum in animæ deliquium inducit:pruritus autem potiùs excitatur, quàm cruciatus,quoniam vt vult Mercurialis, intestina crassa sunt,& minimè omnium sensus participantia. Sed mea quidem sententia hæc non est ratio. falsum enim est crassa intestina exquisitissimi sensus non esse,cũ colicus cruciatus,& quandoque in ano à flatibus ingens obortus dolor,id ostendat:imò verò pruritus non fit, nisi in parte maximè sensili,vt sub planta pedũ, in vola manus,& alijs partibus;sed quòd fiat pruritus,fit ob assiduum motum, & leuem horum animalculorum affrixionem: in plantis enim pedum,& alijs partibus, in quibus pruritũ excitare volimus,leuiter admouemus manum.Sunt porrò,& alij morbi complures,quorum symptomata similia sunt Lumbricorum, quæ [n] Cœlius Aurelianus quamuis methodicus, diligentissimè persecutus est. Signum itaque quo laborantes epilepsia, & apoplexia discernuntur à laborantibus Lumbricis,est spuma quę non apparet in pueris,dum vexantur Lumbricis,sed solùm dum laborant,vel apoplexia, vel epilepsia. In præfocatione matricis etiam

D accidentia contingunt similia Lumbricis;sed distinguuntur prę focatæ à laborantibus Lumbricis,quòd in illis vox ex toto amputatur,& necessario præcedunt querelę vteri,hisce verò neq; vox ex toto perit,neque vteri præcedit mala dispositio,sed ventris. In laborantibus catalepsi,febres sunt maiores,pulsus quoque maiores,quos pulsus in laborantibus Lumbricis paruos esse, & obscuros, dictum à nobis est superiùs. Qui laborant ileo,ventrem adstrictam habent.qui verò Lumbricis non vsq; adeo adstrictam,sed fluidiam potiùs. Ad hæc pallent Lumbricis tentati, dormitant, & inter dormiendum gemunt, atque clamant;quorum nihil sustinent, qui ileo tentantur. Stomachici, humores habent in ventriculo, Lumbricis tentati etsi nauseant, vomunt; vix tamen vnquam conspiciuntur euomere humores pituitosos, aut bilioſos;sed plerunque, aut cibos corruptos, aut quidquid potant, & edunt. Cęterùm reperire est nonnullos, qui proprietate quadam naturæ id habent, vt in somno, deducant labia, corrodant,clament,non aliter ac illi,qui Lumbricis tentantur,signum autẽ quo distinguuntur illi,vnum adfertur à Cœlio Aureliano, & est,quòd isti vtilitatem percipiunt ex cibi parcitate;

[m] *lib.de Lũbric. c.15.*

Ascaridum notæ.

Mercurialis reprehẽsus.

[n] *Lib.4. de morb. diut. cap.8.*

Apoplexiæ signa.

Epilepsiæ signa.

Hystericæ, vt à laborãtibus Lumbricis distinguantur.

Ileus, vt distinguatur à Lũbricorũ inventre morbis.

Stomachici.

citate: contrà faciunt, qui excruciantur Lũbricis: nempè qui eſuriant, ſi ieiunent, multò vehementiùs, & atrociùs turbantur. Ex Cleopatra, & Priſciano conſtare ſcimus in vtero mulierũ Vermes naſci; nec hoſce eſt admodum difficilè cognoſcere; quippè dum adſunt, prurit vterus, ac venter, vti inquit Cleopatra, totumque corpus inquietudine moleſtatur, inundat vteri oſculum, & pudendum, vt ſcribit [a] Ludouicus Mercatus, nimia pituita, non quòd ibidem ſua ſponte ſit, ſed quòd ex Lumbricorum pruritu, & dolore, aliunde in vterum confluat. Sudant plerumque eiuſmodi fœminæ forſitan ex moleſtia: gracileſcunt, etiam impotentes, & imbecilles fiunt. A ſomno quoque frequenter excitantur, & tumultuosè dormiunt, ac non rarò contremiſcunt. Item aliquando inter menſtruas purgationes ipſos Lumbricos excerni conſpicimus, & aliquando pudendo adaperto videntur conſpicui. Præterea ſic affectæ febribus inordinatis maxima ex parte corripiuntur, & multa alia ſigna accidunt, quæ Lumbrici inteſtinorum accerſere ſolent. Quare ea ſilebo.

Signa Vermiũ in vtero exiſtentium.

[a] *Lib. 42. de Virg. et vid. affect.*

# PRÆSAGIA. PROGNOSTICA.

Latorũ Lũbricorũ prognoſtica.

[a] *Lib. 4. de morb.*

[b] *Lib. 3. de morb. puer.*

[c] *lib. 4. c. 17.*

LATO Lumbrico laborantes nequaquam debiles fieri ſcripſit [a] Hippocrates, & ſi fortè debiles fiant, minimè conualeſcere. addit etiam hoc genus animalium minimè è corpore ſponte exire, ſed ſolùm vi medicamentorum, atque minimè lethalem hanc ægritudinem eſſe, ſed conſeneſcere. Quo Hippocratis indicio intellecto non arduũ eſt intelligere, inquit [b] Mercurialis, quid voluerit [c] Cornelius Celſus Hippocratis ſectator, quando inquit, latos Lumbricos cæteris eſſe deteriores: ſiquidem non ſunt deteriores lati Lumbrici eò, quòd inferant mortem, ſed potiùs, quòd genus morbi ſit in homine ſempiternum. Lumbricorum teretum indicia prognoſtica, ſumuntur ex quantitate, qualitate, tempore & excernendi modo. A quãtitate; nam ſi graciles, & parui, & extenuati exeant, argumentũ eſt in corpore non benè fuiſſe nutritos ob materiæ paucitatem, multoque ſic eſt melius, quàm ſi exeant, magni, pingues, craſſi, & præſertim ſanguine repleti: indicant enim abundantiam materiæ in corpore, vnde ita hæc animalia creuerunt, & adoleuerunt. Similiter ſanguine pleni ſi excernantur, ſignificant corroſas venas, atque ex ipſis ſanguinem illos exſuxiſſe. Pernitioſum quoque eſt plurimos exire, paucos verò melius. A qualitate hæc indicia ſumuntur: ſi albi prodeant, minus periculoſum eſt, quàm ſi flaui, aut rubri, aut liuidi: deterrimi verò ſunt, ſi ſanguineo colore ſaturati fuerint. A tempore excernendi hæc ſumuntur indicia, quæ ſcripſit [a] Paulus maximus Galeni æmulator ad hunc modũ. Circa febrium initia geniti ſubſiſtentiam habent, ex ſubiecta corruptione: circa conſiſtendi vigorem ex morbi malignitate. circa declinationem ad melius proficiunt. Hippocratis enim ſententia eſt. Bonum & Lumbricos teretes exire ad criſim tendente morbo. Huius quoque ſectator Apollonius dicebat bonum eſſe, ſi dum morbus iudicatur, Lumbrici reijciantur, malum verò ſi initio morbi; quod indigeſtionum frequentiam ſignificent. Porrò Herodotus medicus apud Aëtium ſcriptum reliquit. ſi Lumbrici in declinationibus febrium exeant, nihil mali indicari: ex aduerſo malum eſſe ſi exeant in ſtatu, & augmento, eò quia ſignum eſt fieri in corpore turbationem. Quanquam Cœlius Aurelianus dixerit rarò in initijs morborum apparere Lumbricos. Idem etiam ait in augmento febrium cum apparent malum eſſe, in declinatione verò laxamentum adferre: His neoterici addunt incipientibus morbis, ſi Lumbrici teretes atque viui deijciuntur, peſtilentes morbos indicant: inclinantibus autem mortui, malum quoque augurium faciunt, inter vtrumq; tempus quoquo modo appareant malum eſt. ob id fortaſſe, inquit Gabucinus, quòd febris inſequens Lumbricos ſemper malum ſit, quia Lumbricorum materiam abſumat. accedit etiam, quòd Lumbrici ex febre inflammantur, & incaleſcunt contorquenturq;, ac mouentur: vt eo magis Lumbricis affectos moleſtent, & afficiant. A modo exitus hæc poſtremò ſumuntur indicia. Antiphanes, inquit, apud Cœlium Aurelianum, [c] itemq; Auicenna, multò eſſe melius, ſi Lumbrici exeant ſoli, quàm cõmiſti cum ſtercoribus: & per vomitũ excludi deterius eſſe, quàm per ſeceſſum. Addam hiſce, quæ à iunioribus traduntur, aiunt autem experimento conſtare Lumbricos eſſe in ventre, ſi mane ieiunis pueris ſupra ventriculi oſculo frigida ſpargitur; nam in vnum congregabuntur locum. Frequens puellorum anhelitus, & frigidus tumeſcente adhuc corpore læthale: ſequenti enim die mortem prænunciat. Si ægrotantium oculi aliquantiſper compreſſi aſſidentium digitis, non clauduntur, mors proxima eſt. Finem hiſce Lumbricorum teretum prognoſticis imponerem, niſi ingens occurreret diſputatio diluenda. Dubitatum enim inuenio apud veteres, vtrum melius ſit Lumbricos viuos excer-

A qualitate.

A tempore excernẽdi.

[a] *li. 4. c. 58.*

A modo excernendi.

[c] *lib. 4. tard. paſſi. c. 8.*

nere,

A nere, quàm mortuos. Cœlius Aurelianus in hacce veterum quęstione recenſenda diligentiſſimus fuit. Nam Hippocrates, ait, libro prognoſtico ſignificare inquit Lumbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint excluſi omnibus in morbis. Item quidam communiter mortuos Lumbricos aiunt grauia denuntiare: ſiquidem oſtendant, ineſſe corpori ruptionem. Diocles libro prognoſtico, euomitos inquit Lumbricos, nihil alienum ſignificare, nec eſſe abſurdum: per inferiora verò excludi quoque Lumbricos, nō admirandum; ſed mortuos, & inanes eſſe melius, ac ſalutare, viuos verò atque plenos, & ſanguinolentos, pernitioſum. Idem libro de egeſtionibus ſcripto, viuos, vel plenos, ac ſanguinolentos febriles dixit. Herophilus verò in libro quem ad Hippocratis Prognoſticum ſcripſit, ſiue viuos, ſiue mortuos, excludi negat incongruum. Apollonius Glaucus libris quos de interioribus ſcripſit: reiectos rotundos Lumbricos initio ſignificare ait, indigeſtionum frequentiam, vltimo verò ægritudinis properare iudicium, quod criſim appellant; item viuos, ac plenos, & ſanguinolentos, non rectà protendere. Apollonius Memphitis percũctatiuo, ſiue vniuerſali modo, quem Græci catholicon vocãt, omnia inquit in inteſtinis animalia nata in morbis grauia ſignificare, & magis mortua, quàm ſi viua excludantur. & paulò pòſt Chryſippus Aſclepia-
B dis ſectator libro tertio de Lumbricis, ſolis in celeribus cauſis, ſiue periculoſis, mortuos inquit Lumbricos egeſtos interfectionem ægro portendere. Oſtendunt enim mortui aciem (alij legunt maciem, alij perniciem) vehementem ineſſe, quando magis ægri periclitantur. Sic inquit deniq; Hippocratem ferri (alij legunt fari) dicentem ſuo libro, eos qui in ægritudinis declinatione, cum ſtercoribus egeruntur, nihil graue ſignificare. Sed neq; inquit Dioclem Hippocrati contrariam protuliſſe ſententiam, dicendo mortuos, vel inanes eſſe meliores: ſiquidem hic in febribus ſolutionum hoc dixiſſe videtur, Hippocrates autem mortem ſignificare in febribus ſtricturæ. Huc vſque Cœlius Aurelianus, veterum opiniones contrarias recenſuit, Chryſippum quoque conciliaſſe Hippocratē cæteris oſtendit. Sed quia Chryſippus Methodicę ſectę addictus fuit, quæ nimirum ſecta omnes morbos ad duo tantum genera reducebat, ſcilicet ad ſtrictum, & laxum, ideo dogmatici aliud ad hanc difficultatem cōmenti ſunt. Quidam ad præcitatum Cœlij Aureliani locum annotauit, pernitioſum quidem eſſe mortuos Lumbricos reijci, cùm putrium vaporum materia afflatu, non alentis materiæ penuria intereunt: ſalutare cùm materiæ defectu, quæ illos gignit & nutrit, mortui ſunt. Eodem quoq; modo Lumbricos plenos excludi aliàs fauſtum eſſe, cùm non multa coaceruata
C materia, qua procreantur, pauci geniti, non à tetris, & venenatis vaporibus interfecti extruduntur, ſed cum expultrice robuſta: aliàs infauſtum eſſe, cùm collectum materię plurimum indicant, qua ſic craſceſcunt, & diſtenduntur. Doctiſſimus Hieronymus Mercurialis idē ſentit, quod viſus eſt dicere Auicennas, Lumbricos nimirum exeuntes, aut ſine febribus exire, aut cum febribus. Rurſum ſi cum febribus exeant, aut cum febribus malignis, & peſtiferis; aut cum benignioribus, atq; tunc vel in augmento, vel in ſtatu, vel in declinatione. Si exeãt ſine febre, nullum ferè malum portendi: Veruntamen multo optatius eſt, vt exeant mortui, quàm viui, & ratio eſt, quia ſi mortui exeant, ſignum eſt nō alia ratione fuiſſe interēptos, niſi propter alimenti inopiam. Si cum febre exeant peſtifera, & maligna, exitiale eſt eos mortuos exire; quemadmodum magis ſalutare eſt, ſi exeant viui, atque hæc potiſſimum verificantur in augmento, & in ſtatu, quia ſignum eſt tantam eſſe materiæ prauitatem, tantumque venenum, vt ipſi Lumbrici interimantur priuſquam fugiant. Ex aduerſo ſi viui egrediantur, ſignum eſt quidem prauitatem materiæ eos expellere; ſed inditium eſt etiam expultricem vim fortem eſſe, & materiam non vſque adeo prauam, vt ipſos interimat. Dicit autem Mercurialis potiſſimùm vera eſſe in augmento, & ſtatu: quandoquidem in declinatione non ita
D eſt. Nam etſi mortui exeant declinante morbo, argumentum eſt eos potiùs fuiſſe mortuos propter inopiam nutrimenti, quàm vlla vi morbi, quæ iam tranſijt. Si cum febre benigna exeant Lumbrici, etiam in hac multo meliùs eſt, vt exeant mortui, quàm viui: quia inde quoque iudicari poteſt eos Lumbricos eſſe potiùs interemptos inopia materiæ, quàm vllo veneno. Ex hac itaq; reſolutione Mercurialis facilè putat conciliari antiquos, qui hac in re diuerſi fuiſſe videntur. Quod autem [f] Hippocrates ſalutare ſtatuat, cum deſinente violentia morbi, infernè cum reliquis excrementis Lumbricos poſſui: ſpontè verò nulloque naturalis facultatis impulſu egredi, quòd in moribundis perſpicimus decumbenti noxium, hanc cauſſam [g] Leuinus Lemnius excogitauit. Subodorantur enim, inquit, naturæ quadam ſagacitate corpus defecturum, ſeſeque deſtitutum iri alimento, eoq; ſtationem ſuam deſerũt. Sic obſeruatum eſt ſorices, ac glires ædes ruinoſas, deſerere trimeſtri etiam ſpacio. &c. Aſcarides omnium prædictorum minimè praui exiſtunt, propter tres cauſſas, vt cenſet [h] Mercurialis. Vna eſt, quia ſunt animalia exigua, & tenuia, quarum conditionum merito fit, vt vel nullum,

An viui Lũbrici, an mortui ſint meliores cũ excernuntur.

[f] *Lib. 2. aph. 18.*

[g] *Lib. 1. de occult. nat. mirac. c. 2.*

[h] *Lib. 3. de morb. puer. c. 9.* Aſcaridum prognoſtica.

vel

vel perexiguum detrimentum adferre possint. Altera causa est, quia oriuntur in intestinis E
crassis, quæ cùm sint ignobilia, atque etiam à locis nobilibus maximè remota, vix fieri po-
test, vt vllum insigne periculum secum ferant. Tertia causa est, quia cùm sint in extrema in-
testinorum sede, per quam excurrũt dura, & grauia stercora, facilè fit, vt à stercoribus rapian
tur, atque proinde facilè exeant, sicut & medicamentorum operationibus facilè cedunt. Qui
[1] Coac. præ- Ascarides gignunt, inquit [1] Hippocrates in capitis dolore surdis soporeque pressis, tumores
not. ad aures excitantur. Ad quæ verba Iacobus Hollerius rarum, inquit, quod scribit in Ascari-
dibus surditatem factam, & κῶμα, quod profundum intelligere par est. Nihil enim eiusmo-
di videre licuit, nec rationi consentaneum est. Qui fiat enim, vt collecta pituita putri in po-
stremo intestino tanta vis sit vaporis, vt & surditatem, & κῶμα inuehat? Ac verisimile quidē
est in eodem ægro affectum caput hæc intulisse, qui & Ascarides ex intestino excluserit. At
parotidas ægro contigisse par est, non ab Ascaridibus, sed pleno, & laborante capite. Hæc fe-
rè Hollerius. Sed in Porrhetico legitur eadem ferè sententia hoc modo: in capitis dolore co-
ma, & surditas abscessum aliquem post aures eructant. Vbi merito nulla fit mentio Asca-
ridum. F

# FABVLÆ.

[a] Lib. de animal. 9. c. 73.

INTER hominis morbos eosq; grauissimos grauiorem nullum, ac magis incurabilem existere, persuasit apud [a] Aelianum Hippias Rheginus scriptor sanè egregius hac fabula. Mulier quędam, inquit ille, ex Lumbrico laborans (intelligit autem latum) cum de eius curatione peritissimi etiā medici desperassent, Epidaurum profecta, dijs ab hoc malo, vt liberaretur, supplicabat. Et cum Deus Aesculapius abesset, ministri cā eo in loco, vbi Deus mederi supplicibus solebat, quiescere primùm iusserunt; deinde capite eius resecto, vnus eorum manu immissa in ventrem, Lumbricum, feram sanè ingentem exemit. Caput verò in suum locum, & pristinam harmoniam conantur restituere, idque præstare non possunt: interim Deus reuertitur, illisque increpatis, quòd rem supra artem, & vim humanam aggressi fuissent, ipse diuino, & ineffabili modo, & caput suo corpori, & mulierem restituit. G

# VT FVGENTVR, ET OCCIDANTVR.

[a] 14. Lumbrici toto genere præter naturam.

LVMBRICVS, an sit morbus, an symptoma inuestigarunt alij, qui diligentissimè super hoc quæsito scripserunt, quum viderent plurimos circa id dubitasse. [a] Galenus toto genere præter naturam esse dicit his verbis. Sunt porrò ex genere eorum, quæ tota substantia præter naturam sunt, & Ascarides, & helminthes, siue teretes sint, siue etiam latæ: quocirca & prorsus eas „ expelli è corpore conueniet. Expelles autem si prius enecaueris. Necabis „ autem amaris medicamētis. Viuentes namq; obsistunt intestinis adhærentes, at mortuæ ex- „ pelluntur vnà cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam viuæ; sed stupefactæ, & vt ita quis „ dixerit, semimortuæ factæ. At teretes quidem absinthium perimere potest, latæ vehemētio- „ ra medicamenta desiderant, cuiusmodi est filix. pari modo quæ ἀσπαρὶς Græcè dicitur. Qua- „ propter, vt ad plenam horum animalculorum curationem perueniam, ea primùm tradam H

Vermes intestinorum enecantia simplicia.

[b] Phytog. li. 4. c. 2.

Gentiana. Pseudo dictamnum. Marrubiū.

[c] Cap. 102. li. 3. in Dioscor.

[d] De agric. 6. c. 67.

auxilia, quæ ad Lumbricos enecandos omnes, & educendos ex varijs autoribus collegimus, deinde quæ cuique eorum generi propria sint, quoque ordine seu methodo curanda sint singula. Sunt stirpes, quæ radicibus, & fibrillis Vermes æmulare videntur; vnde eas ad Vermes valere iudicauit [b] Baptista Porta Neapolitanus. Gentiana minor radicibus constat numerosis, albicantibus, rotundis, vti Vermibus: tusæ & emplastri modo impositæ ventri, Vermes si qui intestino fuerint proculdubio necant: sic & vulgare dictamnum, quòd alij album, alij pseudo dictamnum vocant. Rapæ domesticæ semen Vermes enecare audio. Marrubij foliorum puluere necari animalia testatur [c] Matthiolus. Valet ad Lumbricos lapathi, & oxylapathi succus datus cum melle, vt [d] Petrus Crescentiensis tradidit. Nihil efficacius ad exigenda ventris interanea, ac Lumbricos eijciendos exsiccatis in tegula ignita Vermibus, exhibitoq; eorum puluisculo Verminantibus pueris. Nam confestim reliquos corpori inhærentes excludit.

A cludit, Mizaldus. Sed abominanda hæc medicina esse uidetur, quæ eos quos per aluum exclusimus, rursus in puluerem redactos præcipit; quapropter eorũ loco Vermes terrestres accipiantur. his quidam circumforaneus miracula ędidit coctis in aqua communi, & per linteum colatis. Idem se rutam caprariam, quæ galega plurimis dicitur, aut eius succum felicissimè vsurpasse mihi retulit. Menthæ aridæ farinam aspersam in potionem, ventris animalia pellere testantur veteres, ac inter cæteros [c] Plinius. Macer de herba Coriandro

Vermes terrestres.

Ruta capraria.

Mentha.

[c] li. 20. c. 14.

Coriãdrũ.

*Frigida vis herbæ coriandri dicitur esse,*
*Austeraq; simul quiddam virtutis habere,*
*Hancq; Galenus ait, per quam depellere ventre*
*Lumbricos Tineasq; solet, si trita bibatur*
*Cum vino, vel si mixta sumatur aceto.*

Alij id coriandri semen cum mali punici succo, aut oleo, aut passo in potu præbent. Idem organum hausturn Lumbricos pellere ait. & de oleo violarum,

*Lumbricos, inquit, necat infusum bibitum, vel inunctum.*

Similiter & hyssopi —— *Decoctio facta*

B *Sic vt cocta simul sint mel huius quoque sicca*
*Lumbricos ventris eadem potata repellit.*

Hyssopus.

Zedoar quoque apud eundem

Zedoar.

*Lumbricos ventris depellere dicitur hausturn.*

Costi vtraq; species, tum Indica, tum Arabica eodem Macro autore

Costus.

*Lumbricos pellunt, purgant lentigine vultum*
*Si tritas cum melle linas.*

Costus autẽ id facit ob amaritudinem, quæ illi inest. Melissa, quæ citraria, aut citrago à quibusdã appellatur, ab alijs Melissophyllum & apiastrum commodè Lũbricos pellit. Oleũ lini infantibus saluberrimum esse iuniores quidam tradunt ad Lumbricos enecandos. siue id fiat ob peculiarẽ lini naturã qua Lumbricis aduersatur, siue ob oleũ, quod omnibus Insectis inimicũ esse diximus. Scobes eboris, siue vt in officinis dicunt, rasurę singulariter ad Vermes in febribus laudat Andernacus, quia nõ eas vt reliqua calefacientia augẽt. Milton iuuare hepaticos, & Lumbricos enecare [f] Manardus ait: Vnde putat milton non esse minium: quia tantum à veneni natura abest, vt intra corpus assumptum ad hæc, & alia multa sit vtile; sed mi-

Melissa.

Oleũ lini.

Ebur.

Milton.

[f] *Epi. 1. medic. lib. 4.*

C nium vocare Plinio, quod Græci ammion vocant, vel cinnabarim: quod Plinius sinopidem, vel rubricã, id illi milton. Ocimum sylucstre bestiolas omnes humano corpori innascentes necat teste [g] Plinio. fic autẽ appellare videtur ocimoides Dioscoridis, quanquã facultates à Plinio commemoratas Dioscorides multas taceat. Cedria cũ exsiccet, & simul à corruptione corpora tueatur in corporibus natos Vermes occidere valet. [h] Galenus. Nasturcij semen à veteribus celebratur contritũ ex aceto, vel vino potũ: efficacius esse addito mentastro, aluum tamẽ turbare. Lupini farina eũ melle delinctu, aut in posca potu eosdem abigit. Absinthium marinum per sese, aut cũ oriza coctum interaneorũ animalia addito melle pernecat. magisq; absinthiũ idem facit. Santonicũ in Pandectario herba Lumbricorũ dicitur, quòd eosdẽ egre giè dcijciat. Abrotonum id ipsum quoq; præstare affirmare ausim, cùm sit insigni amaritudine. Item cardamomum eosdem interficit. Thymi præterea decoctum veluti ruta feruefacta ex oleo, & pota eosdem exigit. Omphacinum oleum largius præsertim potum: nã & pro infantibus, ita ad hos vsus immaturum exprimitur. Oenanthino idẽ effectus, qui omphacino: contra enim ventris animalia laudatissimũ est. Melimelæ præterquã quòd ventrẽ molliunt,

Ocimũ sylueſtre.

[g] *li. 20. c. 13.*

Cedria.

[h] *li. 7. simp.*

Nasturciũ.

Lupini.

Absinthiũ marinum.

Santonicũ.

Thymus.

Ruta.

Omphacinũ oleum.

Oenanthinũ oleum.

D animalia expellunt. sed qua id facultate efficiẽt, cũ dulcia sint melliq; sapore, à quo nomen suum traxerunt? certè dulcedine sua potiùs eadẽ animalcula nutrirẽt? Quapropter dicẽdum est eadẽ quæ alioquin hæsissent, impetu excrementorum, quasi in torrente pisces, qui largiore per æstatẽ imbre abundauerit, rapi ac deorsum ferri. Ventrẽ enim ea mala mollire inquit Dioscorides. Aut censendũ est eadẽ mori, ob largioris alimenti affluxũ, quo suffocantur, tanquã nimia repletione. Certè nota mihi historia est cuiusdã puellæ, vix vndecimum annum egressæ, quæ plusculos Lũbricos teretes ex frustulo saccari assumpto per anum eiecerat. Ex-

Melimela cur Lũbricos pellant.

Dulcia Lũbricos intorimere.

Saccharũ.

» perimento probatum habemus, inquit Lemnius, puerorũ Lumbricos vuarum passarum esu
» expurgari, si ieiunis absq; vllo alio edulio illis exhibeas. Nã vt amarulenta illa, ita dulcia af-
» fluẽter hausta, Vermibus sunt inimica: distendi enim ac rumpi illos cõtingit suauioris edulij
» copia. Verũ, vt ad alia redeam, brassicę semẽ, eius præsertim, quę in Ægypto nascitur, potum Lũbricos pellit: tantoq; magis id præstat, quãtò tẽperatura est siccior. Idẽ facit cicinũ oleum epotũ. Myrrha etiã sua amaritudine, tũ necat, tũ eijcit. Helenij, siue enulę cãpanæ decoctum. Scylla ex aceto, & melle sumpta: prius tñ assata sit oportet: alioquin interaneis maximè noxia

Vua passa.

Brassicę semen.

Cicinum oleum.

Myrrha.

Helenium.

Scylla.

censetur. Dant & ad omnes in aceto mulso corticem radicis capparis. Erucæ semen ex vino potum, corpori innascentes bestiolas omnes arcet. Amygdalæ amaræ oleumq; prodest. Agaricum cum melle, sed molestè purgat. Styrax cum therebinthina resina deuoratus. Aloe ex frigida, aut lacte pota. eadē si decocto melli admista bibatur, sine molestia educit. Tithymali semen eiusq; succus circa guttulas quinq; cum caricis, aut palmulis pinguibus mixtus. Viticis folia, polypodium, chamæpytis, centaurium minus ex aceto tritum & potum. Item eiusdem radicis pondus denarij vnius, cum cyathis tribus vini potum, iuuat. Cantharis in pulue rem redacta, & cum bryoniæ radice pota, Lumbricos educit, teste Galeno in libro de Theriaca ad Pisonem. Lucius Apuleus libro de virtutibus herbarum cap. de Lumbricis purgandis, herbam plantaginis contundes, inquit, & succum eius de cochleario, vel de ligula dabis bibere quantum potuerit, Lumbricos & Tineas purgat; & Macer de eadem herba loquens.

Erucæ semen. E
Amigdalæ amaræ.
Agaricum.
Styrax.
Aloe.
Tythymali semen.
Vitex.
Polypodiū.
Chamæpythis.
Plantago.
Nepeta.

*Lumbricos succus depellere dicitur eius,*
*Si porcina vetus axungia iungitur illi.*

Idem quoque de nepeta:

*Potus, & iniectus Lumbricos enecat eius*
*Succus, & membris Vermes, necat omnibus ipse,* F
*Si mel iungatur huic cum sale plus operatur.*

Acidula.

Acidulam quoq; quam Græci Aizoum vocant, secus amnes nascentem, acido sapore præditam, ex vino potatam ait Lumbricos pellere. Ad eosdē facit succus auriculæ muris, cū zytho singulorum cyathus vnus. Calida item beta cocta, atq; cum allio crudo sumpta, nitrosa, qua prædita est, facultate eosdem educit. Punicum malum contusum, ex tribus vini heminis decoctum ad heminam, Lumbricos pellit, ac tormina. eius etiam radicis succus victoriati pōdere eosdem necat. Idem rhus facit Syriacus, atq; atriplicis semen. Addunt neoterici experimēto constare, dormituris acetum acerrimum epotum Lūbricos educere. Inter ea verò, quæ plurimum aduersus hæc animalia possunt, est corallina nūcupata, quæ trita aut melli oxymelitiue commista, mulsaue pota, mirandum in modum ea necat, vel semimortuos educit. Hęc verò à corallij similitudine, dum vtrumq; in aqua est, nomen accipiens, & quæ à centum ferè annis hactenus ad eijciendos è ventre Lūbricos, magni vsus esse cepit. A[i] Dioscoride, & [k] Galeno putat Gabucinus βρύον θαλάττιον dici, quamuis huic peculiarem ad Lumbricos enecandos vim ipsi non attribuerint, quam in corallina conspicimus. Eiusdē sententiæ [l] Leuinus Lemnius est. Sed corallinam circumforaneos vocare ait, quoniam corallio, qui in mari liguſtico, alijsq; littoribus retibus subducitur, adhęrescat & implicata sit. Nec illud βρύου vbicunq; natum æqualē habet in hoc facultatem: sed certis quibusdam Italiæ locis hoc expiscantur pharmacopolæ, quod sub corallinæ nomine venditant. Est & apud zelādos Belgarum extremos, quos Mattiacos Tacitus vocat à sociali concordia, corallina frutūculus teste Lemnio. [m] Andreas Cęsalpinus aquas acidulas, quæ tenuissimam bituminis substantiam participant, Vermes interficere, testatum reliquit. Omnes demum quos Lumbrici malè habent, ichneumonis pili (murem Indicum vocant) autore [n] Paulo suffiti iuuant. Cerefoliū ex aceto Lumbricos, & Tineas pellere, scripsit L. Apuleus libro de herbarum virtutibus. Ad Tineam serpentem, & Lumbricum rotundum Q. Serenus hæc posuit remedia.

Beta.
Punicū malum.
Rhus Syriacus.
Acetum.
Corallina.

[i] *Lib. 4.*
[k] *Lib. 6. de simp.*
[l] *li. 3. de occul. nat. mir. cap. 9.*
[m] *De metal. lib. 1.*
Aquæ acidulæ.
[n] *li. 4. c. 59.*
Contra Lūbricos, & Tineas.

*Ergo cinis cornu ceruini proderit hausti:*
*Vel nepetæ tritum ex vino, vel lacte capellæ*
*Nec non & succus medici potatus aceti*
*Prodest; præterea cum Baccho persica frondis.*
*Democritus memorat menthæ conducere potum.*
*Sumitur abrotanum, nec non, & vile melanthum.* H
*Allia per sese sanant, aut vis coriandri.*
*Quin & marrubium decoctum, hausumq; iuuabit,*
*Pulegiumue potens, & agreste vngatur acetum.*
*Synthesis hæc prodest vnda mollita calenti.*

Cęterū cornu ceruini cinis eius prętualet, quod vt ait Solinus, dextra ceruini capitis parte enatū est. Portulaca percocta, fœreos succus, aut myxorū decoctū myxaue ipsa decocta atq; esitata idonea sunt. Bouis talus vstus cū lacte potus teretes ejicit. Filicē fęminā humilē scripsit [o] Theophrastus vtilē contra interaneorū animalia lata melle subactā, & contra tenuia in vino dulci cū farina hordeacea datā. & rursus eodē libro filicis radicē colliquatā tātū in vsu venire ait, gustū adstringere nō sine aliqua dulcedine, Lūbricū latū expellere. Ruellius tamē Marcellusq; Dioscoridē interpretati vnà cōtendūt, filicis fęminę radicē cū vino drachmis tribus potā teretes lataq; vētris Tænias expellere. [p] Galenus similē huic fęminæ vim tribuit qua-

[o] *Hi. 9. c. 20*
Filix.
[p] *Lib. 8. de simp.*

lem

A lẽ masc̃ula sortita est. illam verò latas tantũmodo Tineas interficere, & nõ teretes scribit. Plinius vtrasq; tam scilicet marem quàm fœminam intestinorum animalia pellere, ex ijs Tineas (legunt alij Tænias) cum melle: cætera in vino dulci triduo pota: nec teretes, nec Ascarides excludens. Plurimorum tamen est sentẽtia propriè latos eijcere Vermes. Gith, seu Melanthium non solum commestum, sed & cataplasmatis modo ventri impositum, vel peruncto ex eius aqua vmbilico, Lumbricos teretes pellere autor est [p] Dioscor. Marcellus in suo commento latos Lumbricos, non teretes pellere ait, contra quàm Ruellius est interpretatus. Galenus tantùm Lumbricos interimere scriptum reliquit: constat autem Lumbricos, vt plurimùm teretes intelligi: quapropter Ruellio Galenus suffragrabitur. Radicis mori cortex decoctus in aqua & potus præterquã, quòd aluum soluit, latas etiam Tineas excutit. Radicum præterea punicæ decoctum eadem pellit, & necat. idem potest, & malicorij decoctum epotum Anchusæ radix acetabuli mensura cum hyssopo, & cardamomo epota eadem pellit. Chamęleonis albæ radices latas Tineas pellunt. Sunt & quædam oblonga pannicularũ modo nucamenta, quæ squamatim compacta è ramis propendent, quibus grauidæ arbores intu mescunt, germina parere gestiẽtes, veluti prælõgus Vermis, vt indicet, inquit [q] Baptista Porta Neapolitanus, Natura ad Vermes, Tineas, & serpentes valere. Exempla: corylum florere negant, sed floris vice quosdam in eo peculiares iulos erumpere, siquidem fructu iam caduco, callus vuæ modo magnitudine grandiusculi Vermis pinguis emergit, singulari pediculo, quem vocant iulum: dehiscit ineunte vere, ac defluit, cùm folia prosiliunt. Simplex obseruauit rusticitas serpentes obtorpescere, quæ coryli caudice, vel furculo fuerint icta, & tandem emori. Nux iuglans Verni temporis initio, veluti quodam gestiente foliorũ conceptu, panicula prẹlonga protuberat, dehiscitq; flauens, statim quàm frondẽ facere cẹperit, nutans caducaq; prolabitur: præsumptæ nuces venena hebetant, quas quò quis plures ederit, eò facilius latas ventris Tineas pellit. Seselis radicem tenuissime tritã, aqua affusa, ad dies quatuor macerato, eamq; aquã trium cyathorum mensura, melle ammisto æger bibat ieiunus. Hoc remedio apud [r] Hippocratem Ascarides curantur. Nam quicunq; relicti fuerint, nõ curati moriuntur. Scribit [s] Manardes ex Galeno medicinas interficiẽtes Ascarides, & rotundos, interficere etiã longos, in fine artis curatiuæ, ordinemq; ex Auicenna esse perturbatũ, vt superiùs admonui: [t] Galenus autẽ Ascarides maioribus medicamentis egere ait, quàm vllũ aliud Lũbricorum genus. cuius sententiæ fuisse quoq; [u] Auicennam ex his verbis fit conspicuum: Et

B

C medicinę, quę interficiunt Ascarides, validiores sunt eis, quę interficiunt lõgos, & quę Ascarides, & rotundos, longos etiam interficiunt. Atqui huius rei quinq; afferuntur rationes ab Auicenna; quarũ vna est, quòd hæc animalia remotissima sint à vẽtriculo & ab ore: quapropter si eò medicamenta suis viribus penetrare debent, necesse est, vt sint valida. Altera est, quòd Ascarides semper conuolutos humoribus lentis, & viscidis esse contingat: vnde fit vt medicamenta etiamsi eò penetrent, tamen nisi valida sint, eorum vis penitus infirma sit. Tertia caussa est, quòd sẹpe ad monoculum intestinũ vsq; adscendãt Ascarides, ibiq; firmati magno labore inde auellãtur. Quarta est, q̃ Ascarides, qui ex materia crassa & viscida gignũtur, similiter medicamentis vehementioribus indigeant, quæ cõterere eiusmodi materiã valeãt. Postrema est, qd̃ materia, ex qua fiunt Ascarides, venenosa ferè sit, atq; simile à simili nõ admodũ patiatur, ideò fit, vt à medicamẽtis, nisi sint vehemẽtia, parũ aut nihil ferè offendãtur. Cẹterũ antequã prẹscripta omnia remedia, tũ intrinsecus, tũ extrinsecus adhibeãtur institituẽ da erit bona victus ratio. Prohibenda ęgro, vt in vniuersum dixerim, omnia edulia quæ crudos pituitososq; humores generare queant; talia sunt varia prauiq; succi malo ordine ingesta. si adsit ventris profluuium, indicium est multos gigni cibo non distributo, miscendaq; in

D eo casu sorbitionibus, vel pyra, vel cotonea. Iuuat mirũ in modũ deuterius panis addito, aniso, fẹniculo & sale fubactus. item qui συγκόμισος nuncupatur, siue αὐτόπυρος. Vinũ aquosum sit leuiterq; adstringat. Auiculę Montanę esui dantur, & syluestris pullus columbaceus. fenecio viridis, hirci barbula, vis ciceris atri, & brassicę: capparis columbades commanducatę: & cũ sinapi modo febris non adsit, cętera sumant obsonia. acetosa item atq; oleosa laudantur. Panicum quoq;, q̃ mel frugum Diocles appellauit. halica insuper in myxorum decocto, & pũssana cum multo oleo omphacino. Lupini prẹterea, nasturtium, beta, mentha, apium; rhaphanus: muria quoq; commanducata iuuat. Plura autem ad auertendum Lumbricorum pestem omittimus, quę lector ab illis petere poterit, qui hac de re peculiares libros ediderunt. Obseruandũ est ęgros, qui afflictãtur hoc morbo, plerũq; pueros esse atq; omne genus medicamentorũ auertere: ea propter sicuti auersantur medicamenta, ita etiã cogẽdi sunt omni ingenio, vt ea sumant, loquor de medicamentis, quę per os assumuntur, quoniã extrinseca facilẽ admittunt. Modus autẽ cogendi pueros indicatus est à [x] Paulo Aegineta, qui quorundam.

[p] *lib. 3. c. 93.*

Chamęleõ.

[q] *Phytog. 4. c. 2.*

Corylus.

Ad Ascarides sęcli:

[r] *li. de fistul.*

[s] *li. 1. epi. 4.*

[t] *14. Meth.*

[u] *16. tertij. tr. 5. c. 4.*

Remedia, quæ Ascarides eadem & lõgos, & teretes interficere.

Victus ratio.

[x] *li. 4. c. 55.*

Instrumẽtũ ad infundẽda pueris medicamẽta.

instrumentorum mentionem facit, quibus coguntur pueri assumere; vt cochleare, quod primùm intra dentes ponitur vi, quo scilicet dentes à se inuicem abscedant, deinde fistula quidem angusta ex vna parte, latissima verò ex altera, & longa: hæc qua parte angusta est mittitur in os vsque ad fauces, & qua parte latissima est, infunduntur medicamenta: sic enim fit, vt velint, nolint, sorbeant tamen pueri medicamenta. Huic addatur ægros, interdum tentari Lumbricis, interdum verò esse sine febre. Vbi febricitant quantùm fieri potest eligenda erũt ex ijs, quæ superiùs præscripsimus. Vbi verò sine febre sint, licebit etiam calidioribus vti. Laborum autem, & teretum Lumbricorum curatio eodem ferè fit modo. Eclegmatibus, emplastris, clysteribus, cæratis, & alijs medicamentis, tum intrinsecus assumptis, tum forinsecus applicatis: Verùm Ascarides glandibus, & clysteribus magis tolluntur. Animaduertendum autem est medicamenta, quæ per os sumuntur, magis debere esse acria, & amara, quàm dulcia, ne hæc animalia facilius trahantur in stomachum dulcibus, vbi difficulter interimuntur. contrà verò in ijs medicamentis, quæ per aluum infunduntur, semper dulcia, aut sola esse debere, aut præualere amaris, & acribus, ne hæc fugientes stomachum perant. atque hæc in curandis rotundis Lumbricis magis, quàm in alijs curandis, obseruanda erunt. Ascarides autem per vomitum nunquam excluſos esse legi. Quapropter glandes, & clysteres, quæ pro Ascaridibus adhibentur acres esse poterunt. Pueri itaque ex melle glandibus cum salis momento, vel nitri, vel acri muria erunt euacuandi; aut absynthij decocto oleo admixto. Validiorem quoque solutionem esse conuenit, à qua vbi prodierint excrementa, longanon siue affectus locus illinendus erit simplicibus, acacia, hypocysthidis rhoisque succo cum alumine liquido, & nitro: vel compositis, vt Andronis pastillo, & sphragide Polyidæ inscripta, & lanæ succidæ pastillo, &c. coacta enim ab astringentibus caro validior fit, & inepta ad hæc animalcula generanda. Cedrinum liquorem iniectum per clysterem, multis peruium foramini bus, quales ab vtero metenchytæ appellantur, aut carnem salsam commodè impositam & deligatam, quamdiu sustineri possit, eamque frequenter mutatam laudat Aegineta. Porrò clysteres acriores, & calidiores prescribendi prouectioribus ętate; quos, ex ijs medicamentis cùm fiant, quę superiùs commemorauimus, lubens prætereo, vt alia plurima ex hisce composita auxilia. Vermes aurium necat succus calamenthæ, vt scribit [y] Galenus. [z] Idem ad Vermes aurium veratrum album, cum melle auribus immittit, vel aridum insufflat, aut rubi succum infundit. Cędrea quoq; tanta vi prędita est, vt dicat [a] Galenus in corporibus (alij legũt in auribus) natos Vermes enecare. Idem in eodem libro capparis succum aurium Vermes amaritudine sua occidere ait. Ad aurium Vermiculos, & ad ea, quæ in aurem subierunt, cæpas, & hyssopum in lotio vetere conterens instillato. Aliud. Partis interioris cucurbitæ syluaticæ seminum, aluminis Ægyptij pares portiones in cedrino oleo macerans infundito. Galenus de facilè parabilibus. Idem rursus eodem libro auribus Verminosis infundit ex bubulis carnibus inter assandum defluentem liquorem, aut aristolochiam tritam, & emplastri modo apponit: aut auribus immittunt, tam succum nepetæ quàm rubi, eodemq; modo & succũ absinthij instillat. Plinius [b] prodidit mentastri succum Verminosis auribus instillari. Macer de marathro loquens seu fœniculo pręcipuè eius succo inquit:

Auriũ Vermes vt occidantur, & educantur.

[y] *Simp. 6.*

[z] *3. secundũ loca.*

[a] *7. Simpl.*

[b] *li. 20. c. 14*

*Auribus infusus Vermes succus necat eius.*

Succus autem corticis radicis mori instillatus vnicè iuuat, & Vermes interficit. Idem præstabit aqua stillatitia, siue decoctum foliorum persici, & helleborus albus aceto, & vino leuigatus, & auribus infusus. Magnificè prodesse ait [c] Ianus Damascenus non postremę autoritatis inter Arabes medicus, scammoneam in aceto leuigatam, in aurem Verminosam instillatam: item succum calamenthæ fluuiatilis: item aristolochiam tritam, & in aures inspiratam. Eligans remedium describit Fallopius, quo extrahit ipsos Vermes viuos; recipit autẽ succi chelidonię quantum velis, miscet cum modico pulueris pręcipitati, & parti affectæ imponit. Cęterùm quęcunq; medicamenta auribus inflata, aut alio quouis modo imposita prosunt, cętera quęcunq; in alijs partibus existunt, animalcula perimunt, & eliciunt. Quod si verò auriculæ os corrosum sit, vel pingui humore imbutum, fissura retro aurẽ impacta, ipsum scalpito, & citra molestiam cicatricem inducito. Si vero Vermes in auribus pruriant, & torqueantur ęgri, voluptas dolori immiscenda, & auriscalpio scalpenda erit pars affecta; hinc [d] Martialis in Auriscalpium:

[c] *Lib. 4.*

[d] *li. 14. epig.*

*Si tibi morosa prurigine Verminat auris*
*Arma damus tantis apta libidinibus.*

Dentũ Vermes, vt sanentur.

Vermium terrenorum cineres, aut stercoris murium, aut dentis ceruini, dentium exesorum cauernis immissi Vermes, non modò, sed & ipsos dentes, vt testatur Mizaldus, eradicant. Vermes in vlceribus capitis, vel quibuscunq; partibus innati, ranarũ felle tollũtur teste [e] Plinio.

[e] *li. 32. c. 10.*

Ad

A Ad fistulas tollendas, & Vermes occidendos potentillam propinat per dies triginta autor libri de Dynamidijs Galeno adscripti; succumque plantaginis immittit sæpius loco affecto. Plantaginem arefactam Vermes in vlceribus contractos interficere scribit Aëtius. cerussam, & polium æquali pondere cum pice liquida inungit [f] Galenus. Vbi homo ipse ob acceptum vulnus, & aliter Vermibus scatebit; si ex pilis eius quippiam ante solis ortum occultaueris sub cortice eius arboris, quam vulgo tremblam vocant, populi nigræ species est, & aliquot dies id facere perseueraueris, videbis miraculo quodam Vermes decidere, vel emori, aut stationem deserere. Mammæ cùm vlceratę Vermes patiuntur, symphoniacæ folia cum axungia tere & impone, aut quinq; folia. Harmonia Gynecæorũ. cerotum ad idem. Recipe cerussæ obol. 1. adipis anserini obol. ij misce, & cum linteolo impone. Si in pudendo mulieris Ascarides nascantur, viticis semen aut folia, cum fellis bubuli obolo permiscentur, & oleo cedrino subiguntur, & lana succida molliſſima excipiuntur. Induntur autem tertio quoque die per diem, & noctem. Postridie verò vbi amouit, calida lauetur, & allium coctum, & crudum edat, & Ascarides exeunt, & moriuntur. Muria verò etiam colluere oportet: Hæc [g] Hippocrates. Clysteres etiam in vterum infundere conducet, quæ pituitã abstergeant pariter & Lum-
B bricos ibidem adhærescentes. Fiunt autem tales, secundum [h] Ludouicum Mercatũ, ex aqua & alumine cum absinthij succo, aut abrotani, vel eorum decocto, & menthę, calaminthæ, dictamni, & pulegij cum melle: item ex aqua lupinorum cum hyssopo, & melle, vel ex decocto Mercurialis cum melle, absinthio, & aliquo ex suprà dictis: quibus si addideris aloes aliquid, vel aliud amarum, & abstergens, proderis maximè. Exterius autem vteri regioni adhibebis cataplasma confectum ex lupinorum farina in hydromelite decocto: item aliud facito ex melanthio, & lacte muliebri. Habet hoc vnũ Lumbricorum in vtero curatio, quòd ore sumpta medicamenta, quæ Lumbricos interimunt, nequaquã admittunt, quòd iecur prætergredientia malum aliquod grauius moliri possint. Potus autem hisce mulieribus sit decoctum radicis chinæ, & smilacis asperæ, anisi, vel cinamomi. Americanus ille Vermis ab incolis Americæ partis occidentalis Indiæ Tom dictus, ægrotãtium pedes affligens, hoc modo curatur, vti scripsit Theuetus. Oleum Americani ex fructu quodam conficiunt esui inutili, qui Hibou ab illis appellatur. hocq; paruis vasis conseruant factis ex fructibus, qui ibidem appellantur carameno. Hoc itaq; oleo vbi opus fuerit, inungunt locum affectum, tanquam præstantissimo remedio. Dracunculi veluti dictum est superiùs, in partibus musculosis nascuntur in India,
C & locis superioribus Ægypto. Affectus autem locus cum suppurat, cutis aperitur, & Dracunculi initium egreditur, quòd cum trahitur, dolores mouet, & præcipuè cum abrũpitur. Quapropter nonnulli dicunt plumbeam molam, vt scribit [i] Paulus Ægineta, ex Dracunculo suspendendam, ne vniuersim, sed particulatim molis pondere decidat. Alij verò hos damnant, quòd nihilo magis pondere molis plumbeæ Dracunculus abrũpatur, & dolores varios concitet. iubent partem in aquam dimitti calidam, quo Dracunculus tepefactus foràs prorepat, deinde digitis ipsum membratim extrahere. At Soranus neque animal prorsus, sed neruosi cuiusdam substantiam esse putat, quòd opinionem motus solum præbeat, siue autem hoc sit, siue quod prius dictum est, Sorano & Leonidæ, alijsque vsum est, calida superfusione, & cataplasmatis concoquentibus in his vti ex mulsa, farina triticea, aut hordeacea. Est cùm emplastri vsum eiusdem potentiæ probant. Conuenit autem, & quod ex baccis lauri, & quod ex melle constat: emortui siquidem horum vsu Dracunculi, nimirum quod cõtinetur corpuscu-
lum excidit. Suppuratione autem facta, nisi exciderit cutis diuidenda est: vbi denudaueris, quod continetur auferes, & cutem linamento penetrabis, ac deinceps eam curandi rationem
D adhibebis, quæ puri sit maturando. Hactenus Aegineta. Cadauera autem ne Vermes emittant à putredine, & Muscis tuenda. Quapropter Thetis dea apud [k] Homerum Patroclo, vt cadauer eius tutaretur à Muscis integrumq; duraret corpus per multum temporis, ambrosium nectar instillauit: alloquitur enim sic Achillem:

Τέκνον, μὴ τοι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων.
Τῶ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα
Μυίας, αἵ ῥα τε φῶτας ἀρηιφάτους κατέδουσιν.
Ἦτορ γὰρ κεῖται γε τελεφόρον αἰὲν ἐνιαυτὸν,
Αἰεὶ τῶ δ' ἔσται χρὼς, ἠμὲ δος ἢ καὶ ἀρείων. idest.

*Fili, non tibi hæc mentibus tuis sint curæ:*
*Ab hoc quidem ego conabor arcere improba examina*
*Muscas, quæ viros bello necatos commedunt.*
*Etsi enim iaceret solidum per annum,*
*Semper huic erit corpus integrum, vel etiam melius.*

[f] *De comp. med. sec. gen. 4.*

Mammarũ Vermes.

In vtero, & pudendo Ascarides, vt curẽtur.

[g] *De morb. mulieb. 2.*

[h] *Lib. 2. de virg. & vid. aff. c. 28.*

Tom Vermis Americanus vt curetur.

Dracũculi, vt curandi.

[i] *lib. 4. c. 58.*

Cadauera, vt à Vermibus conseruanda.

[k] *Iliad. T.*

Hæc itaq; Achilli præfatus E

Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην, καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν
Στάξε κατὰ ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἦμαρ ἕῃ.
*Patroclo autem rurſus ambroſiam, & nectar rubrum*
*Inſtillauit in nares, vt ei corpus integrum eſſet.*

Scythę, & Aegyptij, ut cõdiant cadauera, ut tuta ſint à Vermib⁹, & putredine.

Porrò Scythæ teſte Herodoto regis ſui cadauer, antequam condunt, exenterant & cupreſſo tuſo, thure, petroſelini, & aniſi ſeminibus infarctum cera oblinunt. Aethyopes quoque amicorum ſuorum cadauera, vbi interaneis, & carne expediuerant, gypſo obducebãt, ut narrat[1] Herodotus, ipſiſque ſic incruſtatis, mox opere tanquam tectorio, colores appingebant, qui defunctos ad viuum exprimerent. hac arte ornatos columna vitrea, & caua includebant, vt pixidati per medium vitrum apparerent, neq; interim odore tetro ſpectatores à ſe auerterent. ſic à putredine cadauera conſeruabant, & Muſcarum, ac aliorum animalium agmine, quæ in mortuos impetere ſolent. Aegyptij quoque aromaticis vnguentis, & balſamis cadauera ſua condire ſoliti erant, vniſq; pellucidis primum ſeu cellis vitreis collocare, in eminentiore honeſtioreque ædium ſuarum parte: deinde cùm alius ſepeliendi mos ipſis inuaſerat, in marmoreis ſepulchris magnificè cælatis, ipſa cadauera antequam ſepulchris mande- F
rent, ſolemni apparatu ad ſalinarios, & aromatarios, qui in id munus ſtipendia publica accipiebant, deferebant. Illi ipſa aromaticis, & balſaminis vnguentis oblinebãt, & quas feciſſent exciſiones conſuebant, mox ſale aſpergebant, & ſalino carnario ad ſeptuaginta dies operiebant: quibus exactis inde exempta abluebant, & ſorde omni elota, faſcijs bombicinis gummi quodam cõglutinatis inuoluebant. Hic itaque modus fuit apud Scythas, & Ægyptios cõdendi cadauera, vt à Vermibus omniq; putredine tuta eſſent. Horum exemplo, & reges noſtri Europæi, magnateſque ſua cadauera condiri curant medicis, & chirurgis; qui primùm exenterant corpus, corde ſeorſum habito, vt per ſe conſanguineorum arbitrio condiri poſſit: Cerebrum deinde, ſerra diuiſo cranio, auellunt: Hinc profundis plagis ſecundum brachiorũ, femorum, crurum & dorſi, lumborum ac natium longitudinem diducũt, præſertim qua parte venæ maiores, & arteriæ excurrunt, primùm quidem vt ſic exprimatur ſanguis, qui alioqui corrumperetur, & putredinis initium reliquo corpori præberet, deinde ad aromaticos pulueres inſpergendos lauant ſpongia madefacta in aqua vitæ, aut acri aceto, in quo incoxerint abſinthium, aloe, colocinthis, ſal commune, & alumen. Deinceps ventres tres, plagas, ductuſque corporis infarciunt aromatibus ſequentibus craſſiuſculè tritis. Recipe pulueris roſarum, chamæmeli, meliloti, balſami, menthæ, anethi, ſaluiæ, lauendulæ, roſmarini, maioranæ, thymi, abſinthij, cyperi, calami aromatici, gentianę, ireos, florum aſſę fœtidæ, cariophyllorum, nucis moſcatæ, cinnamomi, ſtyracis, calaminthæ, benioini, myrrhæ, aloes, ſantalorum omnium, quantum ſufficit, conſuunt plagas, & hiatus, ne quid decidat. Mox totum corpus inungunt terebinthina liquefacta cum oleo chamæmelino, & roſaceo, additis oleis aromaticis per quintam eſſentiam extractis, iterumque conſpergunt puluere commemorato, deinde tenuiſſimo inuoluunt linteo, mox tela cerata. Denique in capſa plumbea fideliter ferruminata imponunt. Vbi autem hæc aromatum non adeſt copia, calce extincta, ac querno cinere vtuntur, fortique aceto, & lixiuio cadauer lauant, ac loco frigidiori reponunt, ſi æſtas ferueat.

[1] *Lib.* 4.

Cadauera condendi modus apud Europęos.

# DE VERMIBVS IN CAETERIS ANIMALIBVS NASCENTIBVS. H
# Cap. III.

## L O C V S.

NON ſolùm in homine, ſed etiam cæteris animalibus hæc animalcula producuntur. In quadrupedibus, vt equo, aſino, porco, ceruo, capra, oue, cane, lupo. in auibus, vt accipetre, & quibuſdam domeſticis, piſcibus, vt mullo, Inſectis, vt Araneis, Locuſtis. Quadrupedum autem Vermes, aut prodeunt ex ipſo corpore, ex ijs, quæ è corpore prodeunt, vt excrementis, canente Lucretio:

Ex excremẽtis oriri.

*Quippe videre licet vinos exiſtere Vermes*

*Stercore*

A *Stercore de tetro, putronem cum sibi nacta est*
*Intempestiuis ex imbribus humida tellus.*

Docet idem Aristoteles, quo loco recitat origines Insectorum, etiam è cœno, sterquilinio, & fimo nasci Insecta, & Vermes. Quin etiam nos aliquoties obseruauimus in stercore columbino, quod alioquin summoperè putredini aduersari credimus, natos Vermes mediocris magnitudinis, colore albos, quos solis tepor vernus produxerat. In caseo quoque oriuntur Vermiculi, item in lacte, & Apum cera. Quadrupedum autem, tum viuentium, tum mortuorum Vermes, itemque piscium, & Insectorum non omni è corporis parte prodeunt. Equis, autem viuentibus in auribus esse possunt, in vētribus, gutture, intra costas, item in vlceribus in quauis ferè corporis parte obortis; quæ si in alijs quadrupedibus existant Verminosa quoq; euadunt: sed in nullo frequentius ac celerius, quàm in lupi vulnere, & vlcere. Vnde Orus Apollo tradit Lupum magnoperè lapides pertimescere: & idcirco dum per lapidosa ire cogitur suspenso pede semper incedere. insultantemque cum lapidibus viatorem aufugere. Cerui omnes in suo capite viuos continent, qui nasci solent sub lingua in concauo circiter vertebram, qua ceruici connectitur caput. testatur [a] Aristoteles hos gigni vniuersos atque contiB guos solere numero circiter viginti. Nascuntur & in cerebro ceruino, itemq; intestinis, quod mirum cuipiam videri potest. Quippe quamuis ceruus felle careat; tamen eius intestinum vsque adeo amarum est, teste philosopho, vt ne à canibus quidem attingatur, nisi ceruus prępinguis sit. Refertur quoque ab [b] Auicenna oues, & capras in parte anteriore capitis perpetuo Vermes habere, vt ceruos in gutture. Caput gregariarum caprarum multis Vermibus iuxta cerebri basim naturaliter plenum effici scripsit Trallianus. In ouium hepatis venis, & caprarum eadem animantia Gabucinus se vidisse asserit. [c] Cornelius Gemma scribit anno 1562. in Hollandia nefandam pecoris luem fuisse, natis Vermibus passim circa hepatis regionem. Si quis incautè ouillos pedes, aut arietinos ederit non exempto Vermiculo, qui bisulcis eorum vngulis adhæret, confestim, vt ait Leuinus Lemnius, nausea, & stomachi dolore afficietur, omniq́ue momento ad ructus, & vomitiones proritabitur. Nam coctioni officit, & ventriculo negotium exhibet, sed qualis is sit Vermis, nondum obseruaui. Vermes sub lingua boum existere quandoque, Constantinus Cæsar commemorat. clarum est intra cutem, & carnem hominibus generari, sed bobus frequentissimè, vnde ægritudo bouina dicta est. In lingua canum Vermiculus nascitur: alij non Vermem animal, sed neruorum quandam congeriem esse putant. In ventre piscium Vermiculi fiunt, qui partum accelerant, de quibus sic C [d] Aristoteles. Exitus pariendi piscium compluribus est, vbi Vermiculi nati in ventre fuerint; innascuntur enim minuta quædam animalia Vermiculi specie, quæ partum expellunt. Mullus, inquit Athenæus ter in vita parit, reliquo tempore sterilis est, quòd in eius vtero Vermiculi nascantur, qui semen deuorant. Ait autor de natura rerum, quod semini carperę (carpis seu cyprinis paruulis) nonunquam in anno primo natiuitatis niger Vermiculus, quidam post aurem (aures vulgus pro branchijs dicit) suam tabificus innascitur, & hoc sæpius post augustum, eaq; tabe moritur. Meminit idem autor audire affirmantem de muliercula, quòd cum de cyprino ingessisset partem circa branchias, & simul album quippiam, pisi magnitudine (Vermé aut ouum animalis venenati fuisse suspicantur quidam) mox animi deliquio correptum, corpore toto intumuisse, diuq́; postea male affectam, tandem sanitati restitutam fuisse. Non tamen nisi annis octo euolutis peperisse, cum priùs fœcunda esset. Aristoteles balleroo, & tilloni ex fluuiatilibus, ac lacustribus Vermem (Helminta, Lumbricum) innasci ait sub cane: quo illi infirmitate ad summum aquę efferantur, vbi æstu intereant. Duodecim veluti D vniones, inquit Bellonius, erui magnitudine carnosos tamen, candidos, & calli duritiem habentes, in quibusdam cernuis (sic vocat, vt scribit Zoographus, parcas fluuiatiles minores illas, quas à rotunditate Saxones Kluparssen alij Cutten nominant) conspexi: quorum vnusquisq; Vermem inclusum, gracilem, oblongum ac teretem contineret: qui ex venis mezaraicis dependerent inter colon, & ileon, ad eos anfractus, in quibus lactes esse solent. Nam etiã Lumbricos Ascarides in sesqui vlnam longos aliquando comperimus. Gobionem quoq; paruum fluuiatilem piscem dicunt teste Alberto Vermiculis vitiari, quos in' ventre gestat. Lumbricos autem aiunt innasci omni piscium generi dulcium aquarum prope Basileam existentium (& in primis quidem Leucisis illis, quos Schvvalen, & Laugelen ibidem vocant; & Balleris, quos Bincken; & Rutilis quos Vengerones Sabaudi nominant:) exceptis Lucijs, cyprinis latis, & albulis lacustribus. Sic affectos pisces, tanquam noxios vendere lex vetat. Deprehendi hoc etiam vitium foris tradit Zoographus, cùm venter maior, durior & albior apparet. idq; æstate tantum accidere, putrescente nimirum aliqua materia. Vermes tales aliquoties reperit Zoographus modò viuentes, modò extinctos. albi, inquit sunt, longi & conuo-

Lupus cur lapides pertimescat.

Cerui in capite Vermes viui.

[a] *Hi. 2. c. 14*

[b] *Lib. 3. tra. 2. c. 3.*

[c] *li. 2. Cosm.*

[d] *Hist. 6. c. 16.*

Locustarũ Vermiculi. Phalandij duo Vermes.

conuoluti. In Leuciſci ſecunda ſpecie Rondeletij, Lumbricos quatuor inuenit decimo Auguſti, viuos, candidos, latos, exigua craſſitudine, circumuoluentes ſe viſceribus, & inteſtinis forinſecus. maior ex illis quatuor, digitos ferè decem longus erat, latus dimidium. Aliàs in cyprino lato fœmina ſub finem Mai, teſtatur idem Zographus ſe vidiſſe Lumbricos aliquot, ad digiti longitudinem, vnum albicantem. Inſecta hos etiam in vita patiuntur. Gignitur Vermiculus circa fauces Locuſtarum poſteaquam pepererint, qui eas ſtrangulat. Eſt & Araneus inter Phalangij genera connumeratus, lanuginoſus, capite grandiſſimo: quo diſſecto inueniri ſcribit Vincentius Vermiculos duos. Naſcitur & ex pinguedine Blattæ Vermiculus teſte [c] Plinio. E

[c] *Lib. 29. 6.*

# SYNONYMA. GENVS. DIFFERENTIAE. DESCRIPTIO.

F

EQVMENTORVM Vermina apud Hippiatros Latinos non Lumbricos, ſed tormina inteſtinorũ, vt vult Mercurialis, ſignificant. Τρηδόνες ſunt Lumbrici equorum in Hippiatria Abſyrto, ait enim, τὸ τῶν τρηδόνων γένος ἐστὶν οἱ σκώληκες ἐν τοῖς ἐντέροις ἐν τῇ κοιλίᾳ, οἱ τινες ἐν τοῖς κοπρίοις ἀφοδευομένοις ἐμπλήκονται τῇ ἐκτροφῇ τοῦ σφιγκτῆρος. Paſchalius in libro de gloria equi, Vermium tres ſpecies recenſens, eos qui in ventre naſcuntur ait, eſſe craſſos, & albos, qui in gutture breues rotundos, & craſſos, qui aliquando in inteſtinum rectum deſcendunt: tertiam verò ſpeciem intra coſtas natam, longam eſſe, tenuem inſtar capillorum: & à Veterinarijs Italis quibuſdam appellari Scorzeri, aut Filandre. Ruinus diſtincte ſanè quatuor Lumbricorum genera enumerat, quæ in equi inteſtinis naſcuntur: quædam enim craſſa ſunt lata, & breuia in modum fructus piſtachij ſanguinei coloris, quæ quandoque offendũt, ac mordent inteſtina ſuperiora, & ventriculum quem quandoq; rodendo perfodiunt, vnde fit vt in gutture hæcce naſci exiſtimauerit Paſchalius: alij Lumbrici ſunt longi, rotundi & albi, qui teretibus in humano corpore naſcentibus reſpondent. alij verò ſunt parui, ac tenues Tarme Italis veterinarijs dicti, qui vt inquit, quandoq; cum ſtercore per inteſtina trãſeunt, magnaq; copia ſe inſinuant foramini inteſtini recti. hos credo eſſe Aſcarides, qui etiã & alia iumenta, mirum in modum laceſſere ſolent, ſed exiſtimandum eſt hos Aſcarides non in alijs inteſtinis generari, quàm in inteſtino recto, quemadmodum in homine fieri ſolet. Quarta Lumbricorum ſpecies eſt breuis, craſſa inſtar fabæ, piloſa, quæ ſe parti inteſtini recti interiori applicat, quandoq; extra prope ani foramen foris conſpicitur. His addantur, quæ Braſſauola ſcripſit de Lumbrico cucurbitario. Narrat enim de pullis equinis Herculis Illuſtriſſimi Ferrariæ Ducis, cũm decem ex illis aperti fuiſſent, in omnibus ingẽtem Vermiũ copiam inuentam fuiſſe, qui totum ventriculum integrè occupabant, fuiſſe autem omnes colore rubro, & ſeminigro, forma ſeminis cucurbitæ: hos ego arbitror eſſe eius ſpeciei, quam primam inquit Ruinus, quamuis nonnihil ex deſcriptione differre videantur. Scribit enim alibi [a] Ruinus ſe aliquoties vidiſſe in equis mortuis, cum ſcalpello aperirentur, prope orificium ſtomachi plusquam centum Vermes, colore ſanguineos, magnitudine piſtachij fructus, qui primam ſtomachi membranam eroſerant, ita vt ad ſecundam peruenirent. In ceruis prope vertebram ceruicis nati, magnitudine haud minores ſunt ijs Vermibus, quos maximos carnes putres edunt teſte [b] Ariſtotele. Qui in cerebro ceruino fiunt inſtar ſeminum cucurbitæ latorum exiſtunt, in aqua mortui videntur, in vino reuiuiſcunt. Tales affirmarunt medici præclariſſimi ſe vidiſſe: & in primis [c] Volcherus Coiterus ſimiles ſe deprehendiſſe ſcribit, Monſpeſſuli, in cana ouis vena, cum in diebus canicularibus, cum eruditiſſimo clariſſimoq; medico Laurentio Ioubertо, ad prędium ſuburbanum D. Rondeletij, ſpaciatum iret. Prodidit Iſidorus Vſciam Vermem porci ſic appellatam, quòd vrat. Vbi enim momorderit, adeo locus ardet, & intumeſcit, vt ſtatim veſicæ fiant. nec aliam huius animalculi deſcriptionem tradit. Vermiculus ſub lingua canum λύσσα & λύττα Græcis vocatur, quòd alioqui propriè caninam rabiem ſignificat: Nam hoc Vermiculo exempto infantibus catulis docet Plinius canes nec rabidos fieri, nec faſtidium ſentire. Alij verò hunc Vermiculum animal eſſe negant apertiſſimè, ſed neruoſam, quandam congeriem ſub lingua delitеſcentem, à Vermis ſpecie, atq; affectu rabiem inferentem: inflammari autem, atq; accendi huic

Equorum Vermes in vẽtre & inteſtinis naſcẽtes quot ſint generum. Filandre.

[a] *De morbis Equi lib. 4. cap. 1.*

[b] *Hiſtor. 2. cap. 14.*

[c] *In append. obſer. anat. & Chirur.*

Vſcia Vermis porci. Lyſſa Vermis ſub canũ lingua.

G

H

animan-

A animanti sanguinem melancholicum aliosq; circumfusos humores, caniculæ potissimum ardoribus, ac concepto ex putredine contagio, rabiem furoremq; concitari adeò, vt extumescente lingua, ac neruo qui illi subest, os spuma exitiali, & contagiosa saliua rudundet. Μυΐαι sunt Hesychio Vermes, qui in carnibus nascuntur, fortassis ita dicti sunt ἀπὸ τῆς μυίας, id est Musca, quòd hæc eiusmodi animalcula in carnibus pariat. Hippocrates autem non vnico in loco celebrat carnium Vermes caudatos: quales autem ij sint, nondum mihi videre contigit. [d] Isidorus Tarmum Vermem lardi appellat. Vermes stercorarios apud Hippocratem interpretantur σκώληκας κοπρίωνος. At ne quis putet Hippocratem Vermes quosuis in stercore animantium nascentes intelligere, vt fecisse videntur, qui Hippocratem traduxerunt, notandum est Hippocratem Vermes Scarabęi, quem κοπρίωνα vocat, intelligere, qui in iumentorum stercore nascuntur. Qui in caseo putrefacto oriuntur, Melders à Germanis nominantur. Qui in fauis Apum quibusdam nascitur apud [e] Plinium Clerus vocatur. [f] Aristoteles nasci Vermiculum ait fauos Apum infestantem, quem alij Pyraustam vocant. Hesychius quoq; id vocabulum agnoscit.

Carnium Vermes.

[d] *Orig.12. cap.5.*

[e] *Lib.11. cap.16.*

[f] *Hi.8.c.27.*

B

# GENERATIO.

VERMES Iumentorum, præcipue equorum, in intestinis nati, non aliundi proueniunt, quàm vnde hominum, nimirum ex cibis crudis, & non digestis, sed potius corruptis, qui à magna pabuli copia, & prauis herbis generari solent. Discimus ex [a] Galeno Ascarides plurimos in iumentis gigni, cibum malè concoquentibus, quorum malam concoctionem fœtor indicat excrementorum. Montanus causam, cur in iumentis magis, quàm in homine Ascarides generentur, adferre conatus est, vbi scribit id fieri, eo quòd calidiora bruta sint homine; esse autem calidiora probat quoniam conficiunt paleas, & stramina, quæ minimè homo potest conficere; Igitur, inquit Montanus Ascarides cùm gignantur à maiori calore, iure merito in brutis calidioribus potius fiunt, quàm in homine. Huius Montani tres hîc errores grauissimos demonstrat [b] Hieronymus Mercurialis. Falsissimum enim esse

C scribit primum Ascarides à maiori calore generari. Nam animalia, inquit, maiora necessario requirunt maiorem calorem, qui extendat in omnem dimensionem, iam verò Lumbrici teretes, & lati sunt multò maiores Ascaridibus, quare necessario requirunt maiorem calorem. Præterea, quæ pluri indigent calore animalia in sui generatione, ea iure debuerunt procreari in calidiori loco. Sed alij Lumbrici ab Ascaridibus gignuntur in locis calidioribus, nimirum in intestinis superioribus; quare iure in sui generatione requirunt maiorem calorem. Ad hæc fiunt alij Lumbrici in ætate calidiore. Ascarides verò in ætate minus calida; Itaq; hac etiam ratione, videntur Ascarides egere pauciori calore in sui generatione. His rationibus primum errorem Montani explicauit Mercurialis, quando inquit, Ascarides fieri à maiori calore. Secundum in eo commissum ostendit, vbi inquit Montanus, bruta esse calidiora homine: tertium verò, quod probet leuissimo argumento bruta esse homine calidiora, quia paleas conficiant, quas neutiquam homo conficere potest. horum autem posteriorum errorum refutationem pluribus argumentis ab Hieronymo Mercuriali conscriptã lubens prætereo, vtpote huc parum pertinentem. Cur autem Ascarides in iumentis potiùs,

D quàm in homine fiant, aliam dat rationem Mercurialis, nimirum quia bruta magis vitioso vtantur alimento, quàm homo: præterea quòd frigidiora sint, & ratione frigiditatis fiant in ipsis ciborum corruptiones idoneæ ad generationem Ascaridum. Nam Aetius & Paulus dixerunt hosce generari propter vitiosum alimentum, propter frigiditatem, & propter corruptionem. Vermium in capite cerui nascentium causam assignat [c] Cardanus cornuum magnitudinem. Quod enim, inquit, superfluum est in radicibus, exeditur ab his, non ob cornua iam facta, sed cerebri temperiem: multum enim humidum terreum abundare in eo necesse est. Quod si vel cornua minora essent, vel caput maius, aut incrementum tardius, hæc necessaria non adeo fuerant. Caprarum & ouium Vermes in capite consistentes, in cribriformi osse non aliunde prouenire, quàm ex narium mucco existimat [d] Ioubertus. Quod caseus Vermes producat non vsq; adeo mirum videtur. nil enim lacte faciliùs, ac celeriùs corrumpitur. Cardanus diceret in caseo fieri Vermes, non quòd pinguis solùm sit, sed quòd terreni, quid vnà in se habeat. Siquidem animal mistum est ex terra, & aqua, & sicco, & humido, vt ait, vnde in pinguibus valde, vt oleo, & adipe non generatur animal, quia terrea pars deest.

Ascarides cur plurimi in iumentis generetur.

[a] *Sect.5. aph.25.*

Montani errores.

[b] *Lib.3. de mor. puer. cap.7.*

In cerui capite cur Vermes.

[c] *de Variet. rer.7.c.33.*

[d] *Parad.7. decat.2.*

Caseus cur Vermiculetur.

Clerigeneratio. [c] *Lib.* 11. *cap.* 16.

deest. Clerus siue Pyrausta fit in fauis amaræ duritiæ ceræ, vt loquitur [c] Plinius, cùm fœtum E
eduxere Apes, morbo, aut ignauia, aut infœcunditate naturali.

# SIGNA, PROGNOSTICA.

[a] *Veterin. med. lib.* 2. *cap.* 85.

QVI in equorum intestinis delitescũt hisce signis se produnt, vti tradit [a] Hippocrates. se in solum equus abijcit, crebroq; volutatur, & admouet caput vtero; caudam sæpius iactat, atq; solito frequentiùs hinnit. His addidit Ruinus iumentum mœstum esse veluti melancholicum, demisso capite, macrum esse, & pigrum tardumq; ad motum, sine ventris tumore, ac vbi se voluit, inspicere ventrem, lumbos, pectus, quandoq; caudam. vbi autem malum maius euasit, & mors appropinquat (sæpe enim, vt ait Hippocrates, vitium hoc inuictum remedijs non cedit) frequenter lamentantur, ac suspiria edunt, lacerantq; dentibus lumbos, ac pectus. Ast ij Vermes, qui pistachij fructum magnitudine æmulantur, ad stomachum sæpe cùm adscendant, & partem eius maximè sensilem rodant, ac mordeant, sæpeq; F
mortem repentinam adferant, cognoscendi erunt. cognoscentur autem ex cibi fastidio, tristitia qua affliguntur, stomachiq; dolore cuius alia erunt indicia, præsertim si Vermes cum humoribus acribus misti fuerint. Deinde patientes equi, vbi membranę erodũtur, stomachi virium imbecillitatem patiuntur. Stercus pinguedine quadam commistum excernunt; vbi febris superuenerit, nunc calor, nunc frigus accedit, sudores diaphoreticos appellatos, frigidos, mortalesq; emittunt, qui aliquando in tanta erumpunt copia, vt guttatim in terram distillent: incipiunt autem, vt plurimum à partibus infra ventrem sitis, deinceps à capite per totum corpus exceptis ijs partibus, quæ exteriores sunt: oculi naresq; abundant excrementis, os languidum; emortui quoq; apparent oculi fixiq; in terra, versus cerebrum retracti, cauiq; & nube quadam circundati. Vbi mors in propinquo fuerit, ægre respirant, concutientes latera, validè aperiunt nares, ob compressionem diaphragmatis: venter inflatur, aures & testes frigidi, in intestino recto calor ingens, qui sentitur facilè si manus, aut digiti ano immittantur: difficulter quoq; excrementa excernunt tum alui, tum vesicæ, torquentq; caput & quatiunt. Difficulter admodum hoc mali genus in iumentis sanatur, vt plurimùm autem G
mortem adfert. Vermes autem pilosi in ano consistentes præterquam, quòd in foramine ani apparent vbi intestinum inuoluunt, etiam anum cauda quatiunt, ac fricant, quandoq; ad murum stabuli anum atterunt.

Mortis signa in eqs Verminantibus.

Pilosorum Vermium signa.

# VSVS IN MEDICINA.

[a] *Lib.* 29. *cap.* 5.

VERMES qui sub lingua rabidi canis inueniuntur excisi, & circum arborem sterilem ter lati & dati, qui ab eo morsus fuerit, sanabunt, vt prodidit Sextus Philosophus in medicina animalium; idem teste [a] Plinio, ter igni circumlati dantur morsis à rabioso, ne rabidi fiant. Aliqui Vermem, vt idẽ tradit, è cadauere canino exemptum alligant contra pauorem aquæ. Vermiculus canis mortui, vt ait Sextus Philosophus, collo suspensus sanat morsum canis rabidi. Ad conceptum mulierum hocce remedium celebrat [b] Hippocrates: Vermem, inquit, carnium qui caudam habet accipito, & de ipso tres, aut quatuor partes sumito, & origanum tenue simul cum rosaceo vnguento terito: & hoc ad vteri os apponat. Alibi H
quoq; vt mulier concipiat secundam mulieris, & Vermium carnium capita, & alumen Ægyptium cùm adipe anserino diluit, & in lana ad os vteri apponit. Lanuginosi eius Phalangij duo Vermiculi, qui in eius dissecto corpore inueniuntur alligati pelle ceruina mulieribus ante solis ortum præstant eis ne concipiant. [c] Vincentius.

Vermium canis vsus. Lyttæ vis.

[b] 1. *de mor. mulier.*

Casei Vermes.

[c] *Lib.* 20. *cap.* 167.

VT

A

# VT FVGENTVR, ET OCCIDANTVR.

CVRANTVR intestinorũ animalia in equis, cęterisq; iumentis, hoc modò. Victus rationis cura habenda; nilq; dandum antequam, quòd priùs ingestum erat concoctum sit, nec tardiùs solito, ne doloribus & cruciatibus acerbis crucientur afflicta iumenta, neue stomachus corrodatur, partesq; vitales afficiantur, quod in ieiunio fieri solet, cùm deest alimentum, Vermibus semper alioqui nutriri consuetis. Dabitur pabuli loco stramen hordei, sale nitri conspersum: aut hordeum, furfuresúe cocta, & refrigerata: aut folia persici, salicis, arundinis, lupini viridis, summitates etiam lauri; vel panes ex furfure facti cum puluere agarici, dictamni, seminis nasturcij, aut cum radicibus cucumeris syluestris, raphani, centau-
B reæ, ireos, concisis minutissimè. Furfures cum sulphure asserunt esse præstantissimum remedium, si tribus, aut quatuor diebus, mane ieiunoúe stomacho dentur, vncię vnius pondere, & mediæ. Potus sit aqua cum sale nitri, aut aqua hordei, aut decoctum pœoniæ, seminisúe sancti: aqua mellita potiones factæ cum farina lupini, aut frumenti seu tritici. Scire autem oportet, si ingentes cruciatus affligant iumenta: ij vbi adfuerit confestim occidendi, ne tractu temporis mitioribus medicamentis non cedentes, partes membranosas intestinorum corrodant. Itaq; quòd si in superioribus intestinis Vermes consederint, aut in stomacho, occidendi & è corpore propellendi cùm pilulis, & potionibus reliquisq; medicamentorum formis, quæ per os assumi solent, vbi verò in crassioribus intestinis fuerint, clysteres & suppositoria præscribenda, si verò medio sint loco, & clysteres, & potus proderunt. Dandi erunt potus maximè ieiunio stomacho: quapropter nihil præbendum pabuli ea nocte, quæ potionem præcedit, sit hæc tepida oportet. Infundendum itaq; per os mane, si necesse sit, per tres dies continuos, quatuor cyathos lactis singulis vicibus, sequente quarto die aloe tribus lactis cyatis miscenda, ac propinanda, aut aqua mellita. Aut dabitur potui puluis radicis dictamni cum vino albo, aut puluis seminis centaureæ cum lacte, aut semen
C Zedouariæ cum vino tusum, quod Vermes in quauis corporis parte consistentes subitò necat. Succus persiccariæ potus idem facit, aut puluis. efficax etiam est succus absynthij, & menthæ, si partes sumantur æquales, cum modico aceti: aut sulphur tritum cum oleo omphacino mixtum: aut decoctum lupini cum scamoneæ modico: aut semen nasturtij cum vino: aut radix filicis siccata in sole, ac trita tenuissimè cum aqua mellita, aut vino: aut oleum omphacinum solum in magna sumptum copia. Succum brassicæ cum oleo nitroq; per oleũ & nares infundit Hippocrates. Paratur & ab eodem hoc medicamentũ, quod recipit squamæ æris, caricarum, & atramenti sutorij singulos trientes leuissimè tritos, & in collyria formantur magnitudine, qua nares sunt capaces, per quas inijciantur. Cossos, Vermes, vel Tineas, inquit [a] Vegetius, & cætera animalia ventris extinguit, si heminam cineris ex oliuæ ligno arido collecti, cum hemina olei viridis per triduum dabis ad cornu. Alia quoq; apud eundem confectio, quæ eandem sæpè mortiferam librat passionem: pulueris santonici itẽq; absynthij pontici, nec non lupini crudi, & herbæ cẽtaureæ, & erui pollinis, & seminis raphani vncias binas mittis, addisq; cornu ceruini vnciam (addunt alij apij seminis vnciam vnã) synopidis Pontici pastillos tres, opopanacis semiunciam, vini tenetani, vel alterius austeri
D sextarios duos, olei viridis sextarium, quæ tepefacta ita animali diffundis, vt per os cornu accipiat in decliui constitutum, quatenus succus faciliùs ad interiora perueniat. Postero die idem animal constituatur in cliuo, & per clysterem intestino illius tepidæ potionis sextarius ingeratur, quatenus alternis diebus ex vtraq; parte iniecta potio coagulare, quod appellatur, possit infundere, in quo innoxiæ illa bestiolæ coguntur, & pertuso ventriculo excruciata doloribus animalia pereunt. Est & tertia apud eũdem Vegetium confectio non minus valida: radices capparis Siculi, vel baccas cum folijs ad vnam libram deteris. pariterq; commisces, addisq; (sextarium vini, capparis heminam, & seminis erucæ, tere simul & misce addens aceti H. S.) aceti sextarios duos. Quod medicamentum interdum per os (vt superiùs dictum est) interdum per intestinum inijcis animali, vt internos hostes potionis austeritate consumas. Loco etiam potionum pilulæ in os intrudendæ magnitudine uuę factæ ex melle communi, & vncia vna aloes hepaticæ, aut pinguedine porcina, & pulueris aloes vncia vna. huius loco, & sumi potest pulueris centaureæ, aut farinæ lupini quantum satis est si

Vict. ratio.

Potus.

[a] *Artis vet. lib. 4. c. 10.*

Pilulæ.

misceantur

miſceantur in maſſam. Clyſteres ex prædictis decoctionibus fieri poterunt. aut ex oleo omphacino, in quo incoquantur, ruta, aut matricaria, aut artemiſia, perſicaria, folia perſici, aut centaurea, cum aqua mellis, & hiera picra. Suppoſitoria ſeu glandes quoq; parari poterunt ex melle communi, & ſale gemmæ; aut ex lardo porci, ſale conditi inuncti cum oleo laurino. Sed antequam ano immittantur excrementa alui manu vncta, cùm oleo laurino, aut communi eximenda, itemq; Vermes, qui inteſtinis adhæſerint deradendi digitis, & extrahendi. Dum præſcriptis remedijs vtimur, non erit incongruum inungere ſæpius nares, cũ vino, & meliſſa ſimul mixtis; & cordis regionem cùm aloe & oleo, aut theriaca, vmblicum cùm felle tauri ad necandos Vermes, & defendendum cor, ne ab ijs offendatur. Vitulorum quoq; Lumbrici hoc ferè modò extirpari poterunt, & aliorum iumentorum. Sed vitulis maximè omnium nocere Lumbrici ſolent, qui ferè naſcuntur à cruditatibus. Itaq; moderandum eſt, vti ſuadet [b] Columella, vt bene concoquant: aut ſi iam tali vitio laborant, lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur: poteſt etiam cum arida fico, & eruo conteri herba ſantonica, & formata in offam, ſicuti ſaluiatum demitti: facit idem axũgiæ pars vna tribus partibus hiſſopi permiſta. Marrubij quoq; ſuccus, & porri valet eiuſmodi necare animalia. Hæc Columella. Canes cùm Lumbricis infeſtantur, ſcribit [c] Ariſtoteles herbam tritici commedere. Tradunt ſeduli rerum naturalium inueſtigatores coaceruari Vermes in inuolucris inteſtinorum cerui, & ſerpentium eſu enecari, quos ſpiritu narium ex cauernis elicit, & ne illorum virus ei obſiſtat ad fontes aquarũ properare. Mirum dictu, quod narrat [d] Plinius, ter circumlato verendis palumbo, vbi iumẽtum Vermina patitur, palũbum emiſſum mori, iumentum liberari confeſtim à Vermibus. Quicunq; Vermiculi in auribus, equorũ, vel ab vlcere, vel ab alia quauis putredine, vel ab animalibus, vt Muſcis immiſſi fuerint, pelli aut extingui puluere centaureæ minoris, ſi aues impleantur, & obturentur linteo per aliquod temporis ſpacium. frondium perſici mali ſuccus, aut cucumeris ſilueſtris ad eũdem caſum valere poterit auribus inditus. Vbi animal quodpiam piloſum, aut lanigerum, vel etiam homo ipſe ob acceptum vulnus, vel aliter Vermibus ſcatebit, ſi ex pilis eius, vel lana quidpiam ante ſolis exortum occultaueris ſub cortice eius arboris, quàm vulgò Tremblam vocant (populi nigræ ſpeciem eſſe cenſet [e] Mizaldus) & aliquot dies id facere perſeueraueris, videbis miraculo quodam Vermes decidere, vel emori, vel ſtationem deſerere. Sunt qui betulæ id etiam adſcribant, nec non radici ſylueſtris cichorei, in modum crucis, collo appenſæ. Quod Mizaldus in cane obſeruatum vidit, cui à Vermibus exeſa propemodum erat altera auricularum. [f] Vegetius ad equi Verminoſa vulnera, aut vlcera hæc ſcribit: Si, inquit, in dorſo aut quacunq; corporis parte cœperit habere Vermes, & timetur ne putredo vulneris tranſeat in cancrum, nepitam, & cedrinam ſiue ciminum, vel cicutam contéres ex aceto, & impones. Calcem quoq; viuam ex aceto acerrimo temperatam necare Vermes experimenta docuerunt. Si Vermiculus dorſo putredinem fecerit, vtiliſſimum eſt cauterizare ſubtiliter, poſtea viſcum cum melle, & vino conterere, & imponere. Pannos quoq; minutos cum oleo, & aceto vulnera purgare manifeſtum eſt. Quo facto ſi neceſſitas fuerit, veſtio rurſus adhibetur. Ad vltimum cornu caprinum combuſtum, & contritum valet, vlceribus ſuper inſpergitur, vt recuperetur, & ſanitas ei detur. Hactenus Vegetius. Quidam etiam aqua frigida irrorant vlcera iumentorum, ſicq; Vermes enecant.

[a] *Li. 6. c. 25. de re ruſt.*

[b] *Hiſtor. 9. cap. 16.*

[c] *Lib. 31. cap. vlt.*

[d] *Memorab. tent. 8.*

[e] *Lib. 3. art. veter. c. 2.*

# DE PLANTARVM VERMIBVS. Cap: IIII.

PLANTIS omnibus, vt herbis, fruticibus, arboribus, ſui ſunt Vermes, quos generarunt, veluti ex ijs, quæ dicentur, fiet perſpicuum. Nec certam deſtinatamq; partem habent plantæ, ex qua ſua animalia producuntur; ſed quandoq; ex varijs earum partibus ea oriuntur, quæ multum inter ſe differunt, veluti ex ſemine, fructu, radice, folijs, fructibus, floribus alia oriuntur, quàm ex caule truncoúe. Atq; hæ omnes plantarum partes Vermes producunt. Vermiculus, qui naſcitur in pimpinellæ radicis granulis rubris exiſtit. In radicibus arborum natus Vermis maximè ipſis exitioſus exiſtit. Arbor enim quantacunq; ſit, & hæc floreat, fructuſq; proferat vberes, non poteſt non exareſcere, ſi Vermis in radice lateat, aut ſi non exareſcat, amarorem quendam per omnes fructus, ac ramos diffundit, perq; ipſa fructuum ſemina. Ruri in meo agello Vermem, dum in radice mali armeniacæ maioris exiſteret

A steret ipsam arborem penitus exsiccasse deprehendi. Suntquè fidi testes, qui in radicibus quercuum Vermem adeo veneficum innasci credant, vt calcatus solùm plantas pedum excoriet. In frugum vt hordei, & auenæ radicibus Vermes quoq; generantur teste [a] Plinio: idem in cæpa accidit. Sentiunt & semina Vermiculos, vt fabæ, & milij. Inter frumenta Vermes maximè sentiunt triticum atq; cicer, sed non eadem in parte vtrumq; vt scribit [b] Theophrastus: Verùm alterum in fructu, vt cicer; alterum in radice scilicet triticum. [c] Alibi idem autor hordeum solùm, & triticum Vermibus obnoxium esse scribit. At reclamat veritas, & repugnat superioribus, vbi sic scribit: Σκώληκες γίγνονται τοῖς ὄχροις, καὶ τοῖς λαθύροις καὶ τοῖς πίσοις: id est Vermes ciceri, cicerculæ, pisoq; innascuntur. Sed tollit, id dubium (vt ait Iulius Scaliger in suis ad hosce Theophrasti libros doctissimis commentarijs) aduerbium μᾶλιστα: quanquam putet fabam, & cicerculam plus pati à Vermiculis, quàm triticum. Idem Theophrastus, quòd obseruauit Athenæus, Lupinum, eruum, cicer, sola ex leguminibus animal non parere, ob amarorem, & acrimonium, cicerq; nigrescere (μέλας γίνεται, legit Dalechampius μάγας, vt in vulgato codice). idem eiusdem operis de plantarum causis quarto Erucas ciceri innasci tradit. Quapropter quomodo verum erit cicer non ζωῆ θαι B (quo verbo vtitur Theophrastus) cùm statim sequatur generari in cicere κάμπας? ζωῆ θαι enim granũ dicitur, quòd ζῶον ἐμφύεται, in quo animal innascitur, id alibi θηρίῃ θαι dixit Theophrastus; sed vt hoc dubium tolleret Dalechampius ζωῆ θαι exponit Curculiones parere. Vermiculum triticum comedentem κίρρα appellauit Galenus in expositione vocum Hippocraticarum. Idem quoq; Theophrastus autor est in omnibus seminibus acribus, & acerbis nasci bestiolas seu Vermes, vt nasturcij, porri, sinapi, & similibus, quæ infirmiora cum sint, diu non durant, ad cibum, aut seminandum idonea. Fructuum quoq; varia genera huiusmodi vitio infestantur. poma verò ipsa per se quibusdam annis: mala etiam, pyra, mespila, punica. in oliua ancipiti euentu, quando Vermes nati subeunt fructum, eum adimunt: augent si in ipso nucleo fuere, erodentes eum. id sane mirum, cùm fructus oliuæ amarissimus existat. Vermis inquit [d] Theophrastus oleæ natus sub cute fructum adimit, at in ipso nucleo genitus prodest. Et in drupis quoq; oleis Vermes nascuntur, qui ad iacturam peiores certè deprehenduntur, & marcidi putresq; omnino videntur. Κάρπαι vocantur apud Theophrastum Vermes, qui in oleis nascuntur, apud quem sic legimus τοῖς νοτίοις ἐπὶ τῶν ἐλαίων τὰς κάρπας γίνεσθαι, vt ἐν τῇ ἀμπέλῳ γίνονται οἱ ἴπες. Sed putat autor Thesauri linguæ Græcæ C reponendum κάμπας Erucas, sequendo ea, quæ idem philosophus tradit eodem opere, & Plinius. Sunt ex eadem causa (idest cùm de floreſcentem oleam percussit imber) nascentes, & Erucæ dirum animal, eroduntq; frondem, aliæ florem. Sed à Vermibus corroditur fructus forbi super arborem crudus adhuc magis, quàm mespila pyraq;, quamuis maximè omnium sit acerbus. Fructibus quoq;, vt vuarum, animal innascitur erugini simile, Crambus vocatur apud [e] Theophrastum. Auellanæ quoq; fructus Vermem patitur, qui ipsum fructus nucleum consumit, & corticem pertundit. In conis cedri maioris nasci vidimus Vermes teretes digiti crassitudine sine pedibus. Cardanus in eisdem Vermem oriri asserit fabæ longitudine capite Formicæ, sed depresso, corpore rotundo, duobus in anteriore parte circulis, loricis duodecim, ternis vtrinq; sed iuxta caput pedibus, vt partim repat, partim gradiatur, sitq; medius inter Vermem, & Formicam. In spinosis quoq; herbarum fructibus cernuntur vt Vermes asperi lanuginosiq; in dipsaci fructu, qui admodum echinatus est. Repperi paruos, atq; candidos in spongiola cynosbati, quæ quidem foris pilosa, & mollis, in medio autem tam duræ, ac solidæ substantiæ, vt vix acuto instrumẽto pertundi queat. D Tantum industrię natura posuit his animalculis conseruandis, quæ nisi in tam dura materia atq; exterius pilosa constituerentur per totam hyemem, cùm sint frigoris impatientissima, perdurare non possent. Verùm ex hisce animalculis fieri Cantharides, docet Aristoteles, & Plinius, id tamen à me nondum obseruatum fuit. In folijs quoq; atq; caule plantarum quarundam Vermes inueniuntur, item trunco, & arborum lignis. In apio nigro Dionysij apud [f] Plinium, & in caule apij fœminæ nascuntur. Propterea eos sterilescere [g] Baptista Porta Neapolitanus scribit in vtroq; sexu, qui hanc ederit. Inueniuntur & in rutæ folijs, vt perhibet [h] Cardanus. Cephalocrustes Vermis dicitur, qui se folijs perfici inuoluit. Sed qui vitis, Inuoluulus Festo dicitur. in gramine item inueniuntur Vermiculi. In albuco gignuntur, qui in aliud animal volatile floridumq; transfigurantur. quod cùm herba florere incipit, eroso statim operculo euolat. Intra arundinum nodos Vermes nascuntur albi, quorum alij abscisis arundinum internodijs, transformantur in Papiliones, alij in mures, vt ex Brasilia scripsit Iosephus Iesuita anno 1560. traditq; hunc vermẽ apud Peruacũ nuncupari Rhau, esseq; humani digiti modo grandẽ. Saccharum, quod etiam ex arundinũ cauitatibus eximitur rubicũ

[a] *Lib. 18. cap. 17.*
[b] *Lib. 4. de caus. plant. cap. 15.*
[c] *Lib. 3. cap. 27. de caus. plant.*
[d] *Hist. 4. cap. 17.*
Crambus.
[e] *Li. de caus. plan. 5. c. 13*
[f] *Lib. 20. cap. 11.*
[g] *Phys. li. 6. cap. 3.*
[h] *Lib. 7. cap. 28.*

dum vermẽ producit. Herbicidæ olerũ vermes vocantur apud Palladium. Τρωξαλλίδες Ver E
miũ genus videtur apud [i] Athenæũ, vbi, inquit κατεδηδόκασι τὰ λάχανα τρωξαλλίδες, vt ſunt
Erucæ & aliæ beſtiolæ, à quibus olera arroduntur, & depaſcuntur. Eſt inquit [k] Ælianus ſuus
& braſſicæ Vermis, quem ab eodem olere Græci κραμβίδα nominant. Exiſtimant immunes
à Vermibus eſſe ſaluiam, buglooſſum, borraginem, & alias quaſdam herbas. Cucurbita vn-
diq; quamuis turgeat, nec rimis hiat, nec Vermibus obnoxia eſt, vnde prouerbium κολοκύν-
θης ὑγιέστερος cucurbita ſanior, quod Suidas, & Xenodotus retulerunt. mirum eſt, & in ab-
ſinthio Muſcas innaſci, quæ Vermes ſunt, quorundam ſententia, cùm id ſit amariſſimum,
oportunumq; remedium arcendę putredini. Lactucæ quoq; Vermiculi innaſcuntur, vt Eru
cæ. Vermiculantur magis minusúe quædam arbores, teſte [l] Plinio, omnes tamen ferè, idq;
aues cauí corticis ſono experiuntur. Coſſos vocant Vermes prægrandes in ijſdem genitos.
Maximè autem hoc vitium ſentiunt arbores Pyri, mali, fici; minus quæ amaræ ſunt, & odo-
ratæ. Eorum qui in ficis exiſtunt, alij naſcuntur ex ipſis, aliosq; pariunt, qui vocatur Cera-
ſtes. Omnes tamen in Ceraſtem figurantur, ſonumq; ædunt paruuli ſtridoris. Et ſorbus ar-
bor infeſtatur Vermiculis, ruffis, piloſis, atq; ita emoritur. Meſpilus quoq; in ſenecta, ob-
noxia ei morbo eſt. [m] Theophraſtus quoq; teſtatur Meſpilorum omnium genera à Vermi- F
bus corrodi; vermesq; iſtos prægrandes eſſe, & alios eſſe, quàm qui in reliquis cernuntur
arboribus. Idem etiam [n] Theophraſtus autor eſt ſub cortice roboris vermiculos naſci, cau-
dicem per ſumma inſcribentes, quibus ſignis pro ſigillis antiquitus vſi ſunt, antequam ſi-
gilla eſſent inuenta, Lycophron in Caſſandra.

Τάδ' ἄλλα θριπόβρωτος ἄφαυρος δόμων
Σφραγὶς δοκεύσα θάμβος ἐν χώροις μέγα.
*Reliqua porro Vermiculatum non tangens ædes*
*Sigillum ſeruabit, magnum incolis miraculum.*

Atq; huius rei inuentorem Herculem ſtatuunt. Ligna quoq; Teredinem ſentiunt, & alios
Vermes, de quibus poſtea. E ſingulis plantarum ferè generibus, dum ſub fimo equino ſepe-
liuntur, Vermium ac ſerpentium proprias ſpecies generari teſtatur [o] Cardanus. Prodidit
[p] Plinius quoſdam putare, quod ocimum commanducatum, & in ſole poſitum vermes ad-
ferat. Si nucum iuglandium cortices virides contuſeris, & in aquam immiſeris, deinde ter-
ra ea madefeceris, aut conſperſeris vt ſcribit [q] Carolus Stephanus, naſcetur vermium co- G
pia vtilis admodum piſcatoribus.

[i] *Lib. 3.*
[k] *De Anim. 9. cap. 39.*
[l] *Lib. 17. cap. 24.*
[m] *Hiſt. lib. 3. cap. 12.*
[n] *Hiſt. c. 1.*
[o] *Lib. 8. de ſubter.*
[p] *Lib. 20. cap. 6.*
[q] *Agricul. lib. 3. c. 34.*

# VICTVS.

QVEMQ; Vermem in ſua natum arbore, in aliam translatum non viuere
ſcribit [r] Theophraſtus. Nec abs re. alimur enim ijs ex quibus conſtamus.
Ergo ex hac, aut illa ſi conſtat Vermis (ex eius enim ſubſtantia concreatus
eſt) ex ea tantùm victum ad vitam comparare poteſt. Vermis peculiari,
quodam nomine dicitur Ceraſtes; is eam habet naturam propriam, vt quan
do magna Vermium pars ſpecie formaq; inter ſe differant: diſcrimen tamẽ
præcipuum in his eſt, quod in alia arbore fructúue nati, translati in aliud genus ſeruari ne-
queunt. Ceraſtem autem, & in olea naſci, & in fico parere aſſeuerant. Meminit [b] Albertus
Magnus Vermis ſerpentini, qui iacet inter herbas, hunc comedere alios Vermes ſui ge-
neris aſſerit. Narrat Ioachimus Fortius ſe vidiſſe, qui ex auellana, quæ Vermem contine-
bat, affirmabant ſerpentem magnitudine & forma educaſſe: nam nuce vſq; ad Vermem H
diuiſa, eoq; illæſo, nucem in lacte condebant, & vas ſoli exponebant, ſed ita vt Vermis à ſo-
le haud tangeretur. Ob id ea parte, qua ſol radiabat, vas contegebant, ita multis diebus
alebant. Pòſt lacte addito rurſus exponebant ſoli: lac autem ouillum eſſe oportet. refe-
runt etiam Vermem, qui in rutæ foliis inuenitur, ijſdem educatum viginti diebus ſu-
peruiuere.

[r] *5. de cauſ. plant.*
[b] *Lib. 26. de Animal.*

A

# ORTVS. ET GENERATIO.

LACTANTIVS in plantis, ex rorida quadam materia animalcula nasci ait, sine aliqua permistione sexus. In frugibus nascuntur Vermiculi, vt auenæ radice, cùm sementem, vt loquitur [b] Plinius, imbribus secutis incluserit repentinus calor humorem. Gignuntur & in grano, cùm spicæ pluuius calor inferuescit. Vt autem in homine Lumbrici generantur ex dulci pituita, ita in frugibus Vermes ex dulci succo. Quapropter [c] Theophrastus causam assignat, cur in tritici radice, & ciceris fructu fiant Vermes, nimirum dulcedi-
» nem: sic enim scribit: Euenit verò vt triticum bestiolas ita gignat, quia dulcius quàm hor-
» deum est: qua de causa palea quoq; suauior. Omnibus autem quæ dulci abundant succo frequenter accidit Vermiculatio; tum ex propria natura (ferè enim calida, & humida sunt) tum, quòd gratum Vermibus alimentum præbent: quò fit, vt acida, acria & amara, vix ver-
B mes ferant. non hoc tamen perpetuum est, quum in oliuis alioqui amaris nascantur, & alantur Vermes. Licet enim amara Vermibus sint inimica, sunt tamen in oliua, vti censet [d] Costæus, succi partes aliquæ non amaræ, ex quibus & gigni, & nutriri posse Vermes consentaneum est rationi. [e] Plinius Vermiculos ait generari, cùm austrinæ fiunt pluuiæ. tempore quoq; humido in ijs fructibus generantur, qui producunt acinos. Duæ itaque erunt Vermium in plantis causæ, procatharctica nimirum, & materialis. Procathartica erit aër humidus seu ventus Austrinus, vel etiam aër siccior, materialis verò causa humor dulcis aut insipidus, sic enim rursus alibi planius scribit Theophrastus de vitijs segetum agens. Morbi
» autem (vt in summa dixerim) omnibus seminibus, ob alimenti cœliq; temperiem eueniunt;
» videlicet cùm plus minusue alimentum præbetur, aut aër immodicè humidus siccusue est,
» vel etiam cùm non tempestiuè humescit. Sic enim & Vermes ciceri, cicerculæ, pisoq;, in-
» nascuntur, & Erucæ. Cicerculis cùm priusquam fuerint resiccatæ, dies interim feruidi ac-
» cesserint: ciceri verò cùm salsugine ablata dulcedinem ceperit: quippe natura, vbiq; ani-
» mal gignit, modò calor cum humiditate ratione debita coeat. Humiditas enim seu mate-
» ria subiacet calori ad excoctionem conficiendam, quod vel in tritico euenire videmus. Ver-
C mes enim eius radice creantur, cùm post sementem flatus Austrini crebrò incesserint. Tunc
» enim radice humescente, & aëre calido, radicem caliditas putrefaciens animalia procreat.
» Vermis inde enatus continuò radicem erodit. Singulis enim ex eisdem rebus generatio-
» nem, alimentumq; natura præscripserat. Alterum genus Vermis ingignitur, cùm humor ef-
» fundi nequit conclusus siccitate aëris circumfusi. tunc enim calor confecta putredine ani-
» mal contrahit. Tunc pabulum idem ei quoq; subministratur. Hoc idem & malis, & omni-
» no arboribus euenire videtur, quæ ex siti Vermiculantur. Quod enim parum humoris sit,
» idq; in arbore maneat, putredinem conficit, ex qua Vermis: contrà enim alimenti copia
» suppetit, tunc enim succus ad superiora transmittitur; & quia largior vincit, nec potest pu-
» trescere. Huic proximum, quod etiam vitibus euenit. In his enim austro potissimum Ver-
» mes Ipes vocitati gignuntur, vtpote cùm istæ humescant, atq; aër fœtificet, tum ij quoque
» materiem sibi congenerem statim erodunt. Item Carpæ in oleis pari ratione creantur, & quę
» in reliquis solent consistere, & cum germinant, & cùm florent vel etiam post florem. Enim
» verò omnia ex simili causa proueniunt. Sed vitibus hoc potissimum euenit, quia naturæ prę
D » humidæ sunt, & humor earum insipidus sit, atq; aquosus. Humor enim, qui talis est facil-
» lime affici potest. Nonnunquam Ipes omnino nequeunt generari, scilicet loco placidi spiri-
» tus, neq; humido neq; succoso. Hucusq; Theophrastus. Intra arundinum nodos nasci Ver-
mem mirum est, quia nulla ibi putredo, nulla aëris admistio. Quod verò plantæ herbæue, item carnes, oua, lac in vitreo vase posita, & fimo equino sepelita, Vermium ac serpentum varia genera producant, id fit, vt ait Cardanus, quia humidum excernitur pingue, quo seperato viuens animal generatur. Nec potest prohiberi hæc generatio, nisi ab excremento exusto, dum relinquitur mistum humido pingui.

[a] *De falsa re lig. cap. 8.*
[b] *Lib. 18. cap. 17.*
[c] *De caus. plant. c. 15.*
[d] *De Vniu. stirp. natura.*
[e] *Lib. 17. cap. 24.*

# VSVS IN MEDICINA. ET ALIIS.

E

AD aures exulceratas & purulentas exsiccandas, laudat [a] Galenus animalcula ex arboribus, veluti rubros Vermes, trita, & ex oleo diluta & instillata. Eadem ad aurium dolorem commendauit Q. Serenus his versibus.

*Annosa rubros si legeris arbore Vermes*
*Ex oleo tere, sic tepidos impone dolenti.*

Qui in gramine inueniuntur Vermiculi, si alligentur collo, continent partũ apud [b] Plinium: detrahuntur autem sub partu: aliàs eniti non patiuntur, cauendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoq; causa dantur in potu, quini aut septeni. Qui in ligno nascuntur, vulnera sanant omnia. [c] Cardanus desumi etiam in potu venenum, & ad vulnera inficienda, ex Vermibus rutæ innatis, affirmat. Herpeti equorum, quem Vermem appellant veterinarij, Vermiculum, qui in cardui fullonum vertice nascitur, pennæ anseris inclusum absq; offensa, desciſſa cute frontis inserito consuitoq; vulnus, solet viginti post dies emori, totidemq; diebus equus liberatur. Sed hæc [d] Cardanus. Hunc eundem Vermiculum laudauit [e] Plinius ad dentium dolorem. De eodem etiam hæc, quæ scribit [f] Plinius intellexisse videtur: Sunt, inquit, Vermiculi in spinosis herbis asperi lanuginosi: hos alligatos protinus mederi aiunt infantibus, si quid ex cibo hæreat. legunt alij exeat. Nam pueri dormientes, aut vigiles quandoq; lac euomunt, id vocant Gallicæ nutrices, teste Dalechampio, Cailloter. Non falsum, ait Scaliger, de dipsaci Verme, ad quartanam tradit Dioscorides remedium, debet autem collo alligari, aut brachio sinistro quartana febre affectis. Teredini similis nascitur Vermiculus in farre, quo cauis dẽtium cera incluso cadere vitiati dicuntur apud [g] Plinium, etiamsi fricẽtur. In malo Vermiculi nati sæpius huius arboris fructum perdunt, vbi effeta est, vbi verò adhuc ad generationem valida est, ijdem Vermes ad fructificandum contulerint autore [h] Æliano. Ex pimpinellæ radicibus rubentibus, oritur in Polonia maximè Vermiculus, qui curatus sericis tingendis, præcipue purpuram facit incomparabilem, cæteros colores splendore quodam, & hilaritate superantem. Sed audio in Hispania coccum eiusmodi Vermiculum gignere: quod magis videtur rationi consentaneum, quemadmodum censet [i] Cæsalpinus. Nam cocci folia non absimilia sunt pimpinellæ. Ad humanam escam suaues sunt ij Vermes, qui humani digiti crassitudine in arundinibus Indiæ occidentalis nascuntur.

[a] 3. Secund. loc.
[b] Lib. 30. cap. 14.
[c] Lib. 2. de Ven. cap. 11.
[d] de Variet. lib. 7 c. 32.
[e] Li. 30. c. 3.
[f] Lib. 3. c. 15
[g] Lib. 2. cap. 25.
[h] De Ani. 9. cap. 39.
[i] De Plant. lib. 8. cap. 5.

F

G

# VT FVGENTVR.

HORTORVM Vermiculos aiunt concidere, si mulier mensibus laborans segetem ambiat. Vermes generantur tempore humido in fructibus, qui produnt acinos, quapropter eo tempore terebra perforandæ erunt arbores, prope radicẽ, si fieri potest, aut locũ huic proximũ, vt humoris, quibus Vermes producere solent, per hoc foramen sit exitus. Occiduntur autẽ generati axungia porcina, aut hominis vrina foramini infusa, cui insunt Vermes, aut calce viua. Sed si cortex damnum aliquod patiatur, pluribus in locis findenda, vt humor effluat. In oliua ne nascantur, prohibẽt pluuiæ, quæ fiunt post arcturum, vti docet [a] Theophrastus. Leonicerus contra Vermiculos arborum hæc laudat: deorsum ad medullam, inquit, arborem perforabis, foraminiq; piper, baccas lauri & rutam cum aceto mixto infundes, atq; cuneolo cynosbati foramen obturabis, Februario autem Mense insitas arbores, earumq; fructus nulli Vermiculi rodunt. [b] Gaudentius Merula non fore Vermibus ficum obnoxiã scribit, si ramum ante plantationẽ in scyllam miseris. Qui verò iam adsunt, perdes calce in exesas trunci partes, & radicibus infusa. [c] Theophrastus ait omnia, quæ lentisco inserta terræ mandantur, minus sentire Vermiculationem. Suadet Carolus Stephanus ne Vermes plantas infestent, eas primùm rigare oportere aqua, cui immixtus sit cinis sarmenti vitium, aut herbas, & arbores suffitu sulphuris viui, defendere. Quidam semina macerant in lixiuio cineris ficulnei, aut inijciunt eundem cinerẽ Vermibus, herbasq; conspergunt. Alij magis laudant scyllam, aut fungos nucis comburunt, aut magnam copiam aliorũ sine capitibus, vt propter acrorẽ, qui inde emanat, emoriantur omnes. Plantas Vermibus laborantes monet Cardanus

H

[a] Hist. 4. cap. 17.
[b] Memoru. 4. cap. 3.
[c] Lib. 5. de caus. plant. cap. 11.

A danus æneo clauo purgandas: æsq; amarorem firmum in planta relinquere, similiter fel bubulum super radices sparsum Vermes enim dulci aluntur, fel autem amarissimum est. Semina frugum, vt fabæ, & milij, cupressi folijs mixta, non esse Vermiculis obnoxia, affirmat [d] Plinius, nec si interlunio serantur: Multi ad milij remedia rubetam noctu aruo circumferri iubent, priusquam sarriatur, defodiq; in medio inclusam vase fictili: ita nec passerem, nec Vermem nocere: sed eruendam priusquam metatur, alioqui amarum fieri. Pro vermibus frugum vt auenæ, & hordei radicibus inhærentibus, vulgò remedium prodidit esse Plinius, amurca pura, & sine sale spargere deinde sarrire. Aquam niuis non modò sitim extinguere, sed & illam vehementius augere physici tradunt: Illud tamen peculiare habere commodi, vt Vermes in segetibus nascentes perimat. Varro apud [e] Plinium cæpam, quæ sale & aceto pista est arefactaq; Vermiculis non infestari autor est. Danda seplasiarijs diligenter opera est ne emant coccum infectorium, aut granula radicis pimpinellæ, è quibus Vermes egressi sunt, qui tantum corticem relinquunt. Vbi autem integra hæc sibi comparauerint, pingui succo, aut butyro inungenda erunt. ita enim ne ex hisce animalia nascantur, prohibetur.

[d] *Lib.* 18. *cap.* 17.

[e] *Lib.* 20. *cap.* 5.

B

# DE TEREDINE. Cap. V.

## AEQVIVOCA. SYNONYMA. ETYMON.

DE ijs, qui in lignis oriuntur Vermibus, consequens est vt dicamus, hoc est de Teredine. Hæc vox pro vrbe Babyloniæ, in qua mures, qui ferrum dissecare dentibus possunt, apud [a] Ælianum sumitur, pro Verme autem apud [b] Plinium vestes terente & erodente: sic enim de prætextis Seruij Tullij loquitur: Mirumq; fuit nec defluxisse eas, nec Teredinum iniurias sentisse annis quingentis sexaginta. Absyrto verò in Hippiatria τρηδόνες sunt etiam Lumbrici equorum. Nec non ossium τρηδὼν est, de qua Gorrhæus, τρηδὼν caries, est resolutio continuitatis in osse, ab erosione facta, cuius causa est humor acutus, & acris, in osse putrescens, ipsumq; exulcerans. Sed initio quidem hoc malum reducitur, ad aliud ægritudinis genus, & ossis asperitas potiùs, quàm caries nominatur. Maiore autem facto foramine, & quodam veluti sinu vno, vel vario apparente, τρηδὼν dicitur. Idem vitium σφάκελος dicitur: Latinè autem caries appellari potest. Sed peculiariter Teredo de ijs Vermibus dicitur, qui in mari ligna terunt, & terebrant, vt docet Theophrastus: οὐ γίνεται τρηδὼν ἀλλ' ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ. ἔστι δὲ ἡ τρηδὼν τῷ μὲν μεγέθει μικρόν, κεφαλὴν δὲ ἔχει μεγάλην καὶ ὀδόντας. Alioquin Teredines generalius, quorumuis lignorum sunt: sic enim [c] Plutarchus: Σκνῖπες ἐν δένδρῳ καὶ τρηδόνες ἐμφύονται ξύλῳ κατὰ σῆψιν ὑγρότητος ἢ πέψιν. Et Vitruuius Meridianæ regiones in naualibus propter æstus, cariem, Tineam, Teredines, reliquaq; bestiarum nocentium genera, procreant, alendoq; conseruant. Hesychio quoq; τρηδὼν Σκώληξ οἰκῶν ἐν ξύλῳ, Suidæ Σκώληξ ξυλοτρώκτης οἰκῶν ἐν ξύλῳ, Vermis qui in ligno habitat, & ipsum rodit. Ex quo etiam probare quis facilè posset, vocem Latinam hanc, ipsos Latinos à Græcis mutuasse: quamuis Teredo apud Latinos dici à terendo putetur. ἄθριψ in vulgari lexico exponitur Vermiculus, vt Cossus, Tinea, Teredo, sed perperam pro θρίψ, quod præterquam, quòd apud Hesychium significat γλίσχρος φειδωλός, tenax, parcus, etiam Vermem significat, & peculiariter eum, qui ligna erodit, in terra præsertim. Pῶμος in Lexico vulgari exponitur Vermis ligna erodens. Δῶξ Vermis lignum corrodens, εἶδος Σκώληκος ἐγγινομένου ἔνδον ξύλου, vt Hesiodi tradit Scholiastes. Hebræis Teredo dicitur עש hasch. Italis Tigne Verme generato nel legno che lo rode, item Tarme. Gallis Teigne, Vere qui s'engendre dans le bois. Hispanis el Gusano cheroe la madera. Germanis ein holtzvuorm. Belgis een houdtvvorm. Polonis Roback drzevvo voierczaci. Hungaris Zu. Anglis à vuorme that cateth vvoode.

[a] *De Anim.* 17. *cap.* 17.

[b] *Lib.* 8. *cap.* 48.

C

Caries q.d.

[c] *Sympos.* 2. *prob.* 2.

D

E

# GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

Teredo propriè quid.

QVATVOR ſunt genera apud Plinium materiem cæſam infeſtantium Vermium. Teredines, capite ad potionem grauiſſimo, rodunt dentibus perforantq; robora vel ſono teſte. Hæ tantùm in mari ſentiuntur, nec aliam putant Teredinem propriè dici. Terreſtres, Tineas vocant: Culicibus verò ſimiles Thripas. Quartum eſt & è Vermiculorum genere. Tria tantùm genera poſuit Theophraſtus, quando inquit. Quæ mari putreſcere aptæ ſunt, erodi à Teredine ſolent (Teredo enim non niſi in mari enaſci poteſt) quæ autem Terra Vermiculis, quos Σκώληκας vocant, & ijs quos Thripas: eſt autem ipſa Teredo corpore parua, capite magno, & dentibus. Qui verò Thripes dicuntur, Vermiculis ſimiles conſtant, quibus paulatim materies perforatur. Quos Theophraſtus σκώληκας καὶ θρίπας dixit, Theodorus Gaza Vermiculos & Tineas vertit. Plinius Tineas & Thripas vocauit, ſed Culicibus ſimiles. Θρίπες etiam Vermiculos ſignificare videntur, qui radices ſiccas erodunt: vnde & radices θριπώδεις dicuntur apud Theophraſtum. Autor de natura rerum Teredinem deſcribit Vermem ligni, caput habentem rubeum; & corpus album, ſucceſſione lignum perforantem, & illud in puluerem redigendo domum ſibi exædificantem, lignumq; conſumendo ſe purificantem, & in puluerem illud eijcientem. [a] Bartholomæus Anglicus his verbis Teredinẽ deſcribere videtur: Vilis, inquit, & mollis eſt Vermiculus, & rotundus: ſubtilia & gracilia ſunt eius extrema, & media groſſiora, occultè mordet arborem, & conſumit, plus ore, quàm pedibus ſe trahit; vilis eſt & flexibilis, & exanguis. Serpere Teredinem ſcripſit [b] Agricola, carere enim non modo pennis, ſed etiam pedibus: Verùm eã cui color æneus ſub lignis putridis, & naſci & latere, ac plerunq; iuxta Scolopendram inueniri: craſſitudinem ipſi eſſe minimæ pennæ anſerinæ, qua vtimur, cùm ſcribimus, longitudinem eſſe Scolopendræ, ſed teretem. Sed hanc Teredinem, quamuis ſub lignis putridis naſcatur, arbitror diuerſam eſſe ab ea, quam Theophraſtus, & Plinius deſcripſerunt, cùm hi ſuam in mari, & lignis produci ſcribant, ille verò, in ligno prope terram putrefacto, latereq; ſub terra aliquo tempore. [c] Plinius quoq; binis in locis ſuæ Teredini dentes tribuit, ad perforanda robora, hîc verò Agricola de dentibus nullam mentionem facit. Itaq; Teredinum quatuor genera conſtituo, vnum Plinio, & Theophraſto ſuperiùs propriè dictum Teredo, alterum verò Vermiculus dictum, tertium Thips, quartum Coſſus, quem quidam aïunt eſſe Vermem multipedem in lignis. Obſeruaui Vermem palmi longitudine in ligno naſcentem, colore album, figura ferè Erucæ vitis ſylueſtris ſimilem, linea in dorſo à capite ad caudam vſq; conſpicua, more Erucarum repentem ferè, vndecim inciſuris conſtantem, in ſingulis lateribus punctulis quibuſdam colore caſtaneis, ore nigro ex duobus veluti introrſum ſe curuantibus dentibus confecto, qui admodum conſtringebantur: pluſculis propè os pedibus; ex ore ſuccus quidam viſcidus lentusq; emanabat. Hunc igitur Vermem Coſſum album exiſtimo; nam & alius mihi innotuit colore à prædicto differens, nimirum niger, cuius iconem ſuperiùs inter Erucas inuiti dedimus.

[a] *Lib. 18. cap. 114.*

[b] *Lib. de ſubter. anim.*

[c] *Lib. 11. cap. 2.*

Coſſi deſcriptio.

F

G

# VICTVS. LOCVS. GENERATIO.

H

Coſſorum victus.

COSSI è robore maximè naſcuntur, farinaq; ſaginantur, ſicq; altiles fiunt. Natura Teredini potiſſimùm è ligno cibatum fecit. In orientalibus partibus pauca ligna Vermes generare, autor de natura rerum teſtatur. In partibus autem Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Hiſpanię ferè omnes excepta quercu & tilia. Vincentius ex eo autore pro miraculo ponit, buxum, & albam ſpinam, quæ ferè arborum duriſſimæ ſunt, Vermes generare, Tiliam verò arborum tenerrimam, quamuis eius ligna in ſicco ſeruantur, à Vermibus eſſe innoxiam perpetuò. Et Plinius affirmat tiliarum vtriuſq; tam maris, quàm fœminæ materiem Teredinem non ſentire, quamuis foliorum corticisq; ſuccus dulcis exiſtat. fugiunt autem tiliam

Vermes

A Vermes ob odorem, odoratum enim eius est lignum, magisq; maris, quàm fœminæ, quamuis vtriusq; sit nodosum. In buxo autem durities nasci Teredinem prohibet, in alijs amaritudo, vt in cupresso. Tradit Theophrastus, [a] Pliniusque etiam abietem, circa germinationes decorticatam aquis inoffensam durare. Patuit, inquit [b] Theophrastus id apud Phneum Arcadiæ, cùm obstructis faucibus campus in lacum redundauit, tum enim ductis pontibus ex abiete, cum amplius extumesceret aqua, alijs super alijs fabricatis, postea extructis obturamentis, vnda erupit, discessitq; vniuersa materies incorrupta comperta, sed fortè, casuq; innotuit. In Tylo autem Arabiæ insula materiam esse affirmant, ex qua naues ædificant, quæ mari incorrupta penè perduret: quippe cùm annos plusquam ducētos demersa immunis ab omni offensa seruetur. Extra aquam diuturna quidem eadem est, sed non tantundem: ocyus enim putrere incipit. hæc Theophrastus. Sunt arbores in insula Hispaniola dicta proceræ magnitudinis, præsertim citreæ, ex quarum tabulis Indi naues conficiunt, vt sua amaritudine Colubrularū pestem arceāt. Hasce Colubrulas Petrus Martyr Bromas appellat, Vermes in lignis nauium nascentes eaq; perforantes, vt vndequaq; veluti spongiæ foraminibus naues scatere videantur. Infestissimum animal Indicis nauibus, præsertim vbi mare est cœno-

B sum. [c] Plinius de adipe arborum loquens, mollis inquit, ac pessima pars ligni etiam in robore facilè putrescens Teredini obnoxia. [d] Idem etiam mora celerrimè Teredinem sentire scripsit. Concedo robur Teredini obnoxiū, cùm scribat Theophrastus in mari huius materiem putrescere, quamuis defossam in aquis, & fluuijs dulcibus immunē à putredine dicat, & ob id naues ex hac materie fluuijs lacubusq; condi. Nego tamen, quod de moro tradit Plinius: eam enim [e] Theophrastus scripsit, ex reliquis arboribus æternam potissimum validamque post cupressum, ac thuyiam existere. Nux quoque Euboica nequaquam putrescit. Dicunt, & pinum plusquam abietem corrodi à Teredine posse: hāc enim esse amaram, pinum verò dulcedinis nonnihil habere, eoq; magis, quo fuerit tæda refertior. Tradunt item & laricem in maritimis nauibus obnoxiam Teredini: & omnem materiam Teredinem sentire affirmant præterquam oleastrum atque oleam, quas amaritudinis causa neque Teredo neque Tinea rodit. Vermium autem autore Theophrasto, qui nasci in materie solent, alij putrescente ipsa materia generantur, alij parientibus alijs Vermibus. Pariunt enim, vel in cæsa materie Vermes, quemadmodum in arboribus, qui Ceraſtæ vocantur: cùm scilicet tam eroserint, quàm excauerint, vt se circum agere possint. Plutarchus in symposiacis probans natura priorem

C esse vim generandi, in arboribus, & lignis Teredines nasci tradit humoris putrefactione, & concoctione. Hic autem humor inutilis est atque redundans, qui generari solet cæsa materie, cùm arboris innatus calor pingueque humidum absumptum est. Vnde non mirum est Vermium in arboribus nascentium duplicem causam Theophrastum assignasse, vulnus, & sitim: vulnus scilicet, quod πλήγω appellat, & sitim. nam ex vulnere fit apertio, & exemptio succi pinguis, & primigenij, siue naturalis, admissio verò peregrini, scilicet subeunte aēris humido, sed & sitim in causa esse, cur arbores putrefiāt, declarat exemplo lignorum siccorum qui omnem humorem naturalem amisere, peregrinūq; admisere: quia rara sunt sicca ligna. Itaq; sese aēr facilius induit in laxa spacia. sub Luna magis, quia tunc aēr humidior: sub Sole citius, quia extraneus calor validior.

[a] li. 16. c. 42.
[b] Hi. 5. c. 5.
[c] li. 16. c. 38.
[d] li. 23. c. 7.
[e] lib. 5. Hist. cap. 5.

Generatio.

Vulnus, & sitis arboribus. Vermes ingenerāt.

# MORALIA.

D DAVID tenerrimo ligni Vermiculo comparatur: quòd Vermiculus ligni tener quidem, & fragilis, ac modicus appareat, fortissimus tamen lignum terebrat, & consumit. Sollicitudines suasque curas atque remorsus animi Teredini comparat [a] Ouidius.

*Estur vt occulta vitiata Teredine nauis*
*Aequores scopulos, vt cauat vnda sales*
*Sic* (inquit paulò post) *mea perpetuos curarum pectora morsus*
*Fine quibus nullo conficiantur habent.*

[a] Lib. 1. de Ponto.

DENO-

E

# DENOMINATA.

Τερηδονίζομαι à Teredine infestor, Teredinis iniuriam sentio, vt loquitur Plinius. Dioscorides de Sycomoro, ταχέως δὲ τερηδονίζεται ὁ ὀπός, celerrimè Teredinem sentit succus iste. Θριπόβρωτος, & θριπόδητος corrosus, & exesus à Vermibus θρίπες nominatis; vtrumque apud Hesychium exponitur ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένος; quos θρίπας, & ipse dicit esse τοὺς ἐν τοῖς ξύλοις σῆτας. sed vtroq; Theophrastus vtitur, licet posteriore frequentius. Notandũ verò & Synesium dicere θριπόδεσατον, & θριποδέσατα pro θριποδέσον, & θριπόδεσα: itemq; Lucianum θριποδεσατοῖς pro θριποδέσοις. Si enim superlatiuus esset gradus, Synesius in priori loco dicere debuisset θριποδεσάτῳ, vel potius θριποδεσοτάτῳ, vt annotat autor Thesauri linguæ Græcę. Affertur verò & θριπώδης ex Theophrasto, pro putrescens Vermibus obnoxius locus eius libri, vbi de platyphyllo quercus genere agit, hoc se habet modo, φύλλον δὲ καὶ εἰς τὸ καίειν καὶ ἀνθρακεύειν, καὶ θριποδέσατον μετὰ τῶν ἀλίφλοιον. Sed hîc aliquis meritò suspicetur mendum subesse, legendumque θριποδέσατον. Θροποφάγος, Vermibus lignorum vescens. Cossutia familia olim Romę, vt ditissima, ita etiam nobilissima, & ordinis equestris, vt quidam volunt, nomen à Cossis Vermibus ob rugositatem corporis desumpsit. Cossi enim ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, à similitudine Vermium ligno editorum, qui Cossi appellantur; sic Festus Pompeus.

Cossutia familia vnde dicta.

F

# PROVERBIA.

Αἰετὸς θρίπας ὁρῶν Aquila Thripas aspiciens. De magnis dicitur hoc prouerbium, qui pusilla negligunt. Est θρίψ, vt inuenitur in commentarijs Græcorum, auiculæ species quæpiam minutissima, quam Aquila cum videat, vt est oculatissima, haud tamen dignatur persequi, vtpotè prædam vnguibus suis parum dignam. Verùm dubitabat adagiorum autor hîc legi mendosè; cùm Thripes Vermiculi sint genus lignum erodẽtis. de quo, & hocce extat adagium apud Diogenianum, Κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἶπες. id est, Mala quidem Thripes, mala rursum Ipes, de duplici malo dici solitum, vt non magni referat vtrum elegeris.

Aquila Thripas aspiciens.

G

# VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.

COSSES (nam & sic quoq; nominãtur prægrandes roborum Vermes, aliarumq; arborum) sanant vlcera omnia: nomas verò combusti, cum pari pondere anisi, & ex oleo illiti. Marcellus Empiricus vlcera, inquit, in capite sanant Vermes, qui in arbore caua, vel putrida nascuntur triti, & in panno impositi. Ijdem Vermes combusti, & cum anezo pari pondere triti, & impositi sanant etiam carcinomata. Vermes ex arboribus rubri, exulceratis, & ruptis auribus præclarè medentur. Cosses quoq; in mensis fuisse appositos antiquitus ex hisce [a] Plinij verbis liquet: Iam quidem & in hoc luxuria esse cœpit; prægrandesq; roborum delicatiore sunt in cibo, Cossos vocant: atque etiam farina saginati hi quoq; altiles fiunt. Cœlius Rhodiginus prodidit Phryges, ac Ponticos, Vermes albidos obsesosq;, capite nigricãte, qui è carijs promuntur materijs, inter delicias habuisse, & luxuriam fuisse, qui xylophagia commederit. Idem fortè de Indorum rege prodidit Aelianus, quando inquit: Indorum rex secundis mensis, & bellarijs non ijsdem delectatur, quibus Græci, qui palmarum pumillarum fructus expetunt. At ille Vermem quendam in planta (quadam) nascentem, secundis mensis igne tostum adhibet, suauissimum quidem illum, vt Indi aiunt, & eorum qui gustauerunt nonnulli asserunt. Hæc Aelianus. Narrat Iohannes de Mondauilla esse in quadam insula Talache dicta Vermes similes ijs, qui in lignis putridis existunt, hosque principibus in mensis apponi.

[a] lib. 17. c. 24.

H

DE

A

# DE LVMBRICIS TERRESTRIBVS. Cap. VI.

## SYNONYMA.

LVMBRICOS terrestres voco, quos Græci γῆς ἔντερα, & hos imitati Latini Intestina terræ vocant. Manardes vulgò apud suos Onisculos, & Niscu-
los dici scribit. Auicennæ Charatan. In Epigrammatibus Græcis Δρῖλος dicitur Lumbricus; alij βδέλλαν hoc est, Hirudinem significari volunt Eleorum lingua; nonnulli cœcum. Αλάκται quoque Hesychio sunt γῆς ἔντερα Intestina terræ: sed addit quosdam interpretari Σφῆκας, id est Vespas. Bran-
B felsius in suo lexico medico Vermes terrenos Gaphagas appellari Siculorum lingua scribit, deducto nomine παρὰ τὸ γαῖαν φάγειν, nam terram comedit. Lumbricus quoque apud Latinos scriptores præsertim agriculturæ Intestina terræ nuncupantur: & apud medicos per oleum Lumbricorum id intelligitur, quod ex hisce constat Vermibus confectum esse. Italicè dicuntur Lumbrici: Hispanicè Lumbrizes. Gallicè Vers de terra. Germanicè Eert Vvurm, Melet, ode Regenvuurm, Belgicè Piervuuorm, aut, Regenvvuorm. Polonicè Glisti. Hungaricè Galisza. Anglicè Vuormes offe eth or in mants bodij.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

LVMBRICORVM terrenorum duo potissimùm inuenio genera, vnum dictum simpliciter Lũbricus, alterũ Ascaris; Lumbricus terestris in corpore
C humano nascẽti similis, magnitudine, colore interdũ subalbido, interdũ sanguineo: Hic pluuijs cadentibus subitò è terra prodire solet. Vnde cõcinnè Eu-
clio apud[a] Plautũ solicitus de aula auro referta Strobilũ seruũ, sic alloquitur: [a] *In Aulularia.*

*Foras foras Lumbrice qui sub terra crepsisti modo*
*Qui modo nusquam comparebas, nunc autem cum compares, peris.*

Strobilum autem seruum Lumbricum appellat Euclio, quòd ille non antea in illo loco ab eo visus, ex ara subitò emerserit, in qua assidebat, quemadmodum Lumbricus repentè humido cœlo existere solet. Ascarides prodidit Agricola Vermes paruos nõ vnius, & eiusdem coloris: nam alios candidos esse dicit, alios luteos, alios nigros; sæpiusque aratro excitari: reperiri etiam plures, in vnum aliquem locum congregatos. Hi vastant fata: etenim validas segetes radicibus subsectis enecant. Aiunt quidam Vermium omnium illos maximè segetibus nocere, quos in quibusdam Italię locis Zaccarolas appellant, crassos, longos paulòminus digitum, hos, quum maximè sint natura frigidi, nũquam è terra prodire, sed quantò aër est calidior, tantò magis ad terræ superficiem ascendere. Ascarides terrestres.

D

## LOCVS, VICTVS, GENERATIO.

OLYMPIO apud Plautum fortè rudiori cuipiam persuaserit; Lumbricos terram edere, quòd Chalino dixerit.

*Post autem nisi ruri tu eruum comederis* (ita legit Lambinus.)
*Aut quasi Lumbricus terram.*

Sed per terram non intelligit puram, sed succum terræ pinguem. Quæ ratio est, quòd non omnẽ terrã, hoc est, tenuem, sterilẽ, arenosam, & lapidosam, sed tãtùm glareosam, pinguem, & argillosam, ac humidam amet. Vnde Anglia plurimos alit Lumbricos, quod sit regio humidissima. Radices plantarum, quibus dulcis est succus, depascuntur;

ſcuntur; quapropter intra graminis vulgaris radices frequentiſſimas offendi. Tota hyeme E
ſub terra latent; temporeque verno è terræ viſceribus primùm prodeunt. Sed quomodo ge-
[a] lib. 3. memor. c. 19. nerantur? Naſci è ſucco terræ ſcripſit [a] Gaudentius Merula; ergo per putredinem terræ hu-
midæ, quæ horum animalculorum in ſe principia continent: hic autem humor non ſalſus,
aut acer, aut amarus eſſe debet, ſed dulcis, vnde per pluuias, & imbres generantur, quòd bi-
[b] Lib. 2. nis in locis teſtatur [b] Lucretius, vno in loco diſputans, ex inſenſilibus gigni ſenſibus prædita,
ſic canit:

*Illud in his igitur fœdus meminiſſe decebit,*
*Non ex omnibus omnino quæcunq; creant res,*
*Senſilia extemplo, & ſenſus me dicere gigni:*
*Sed magni referre ea primum quantula conſtent,*
*Senſile qua faciunt, & qua ſint prædita forma:*
*Motibus, ordinibus, poſituris, deniq; quæ ſint:*
*Quàrum nil rerum in lignis, glebiſq; videmus.*
*Et tamen hæc cum ſint quaſi putrefacta per imbres*
*Vermiculos pariunt, quia corpora materiai* F
*Antiquis ex ordinibus permota noua re,*
*Conciliantur ita, vt debent animalia gigni.*

Et rurſus alibi hos poſuit verſus.

*Quatinus in pullos animaleis vertier oua*
*Cernimus alituum, Vermeſq; efferuere, terram*
*Intempeſtiuos cùm putror cœpit ob imbres.*

[c] In Theriaca. Nec ab hac ſententia abfuiſſe viſus eſt [c] Nicander, dum ait, Lumbricos hoſce terra ali imbre
humectata: Nam ſcytalem ſerpentem ab Amphisbæna diſtinguens, ſic canit:

Στειλείης πάχετος, τῆς ἕλμινθος πέλει ὄγκος,
Ἠε καὶ ἔντερα γῆς, ὅια τρέφει ὄμβριμος αἶα. id eſt.
*Manubrij ligonis latitudo; longitudo verò ei quæ Lumbrico,*
*Aut terræ Inteſtinis, quæ imbribus irrigata terra alit.*

Coitus eorum. Nos quandoq; ipſos è terra prodeuntes coire offendimus. Coeunt autem non veluti ſerpen
tes complexu mutuo, ſed tangunt ſe tantummodo, plus quàm dimidia ferè corporis parte, G
atque ita arctè ſibi inuicem adhærent, vt non niſi pedum duriuſculo calcatu, & frictione ab-
ſiſtant; videtur autem vterq;, cùm coeunt, vnus Lumbricus, in medio corporis paulò craſ-
ſior cęteris. Hoc itaque modo fit horum coitus. Franciſcus Maſſarius diſputans de anguillis
an generent coeantúe, an verò omnes è putredine limi ortum ducant, videtur accinere ex
Lumbricis eas oriri: videntur inquit (anguillę) nonnullę habere facultatem gignendi, quòd „
in aliquibus Lumbriculi fiant: his generari anguillas creditur, quod error eſt: ſed certè ex his „
prodeunt, quæ terrę Inteſtina vocantur, quæ ſpontè in luto humeſcenteq; humo proueniũt. „
Iam aliæ abſolui ex his viſæ ſunt; aliæ ſcalptis diſcerptiſque intus apparuerunt, quòd alibi „
etiam dixit (Plinius.) Non igitur anguillæ ex ſordibus corporum earum, ſed Inteſtinis terrę „
generantur. Huc vſque Maſſarius, qui eam opinionem ex Ariſtotele hauſiſſe videtur; quan- „
do inquit; Quæ autem Inteſtina terræ vocantur Vermis habent naturam, in quibus corpus „
anguillarum conſiſtit. „

# MORALIA.

H

VERMES terreni in latebris terrę deliteſcunt, animantibus alijs, quę cęlo,
terra, mariq́ue continentur, viribus longè inferiores. Præterea à præteriun-
tibus facilè conculcantur, ſi prodeant in lucem: omnino tam vile animal eſt
Vermis: vt vix liceat ignobilius aliud excogitare. Quo magis gratos nos eſ-
ſe conuenit Chriſti morte ſeruatos, in qua ille tam miſerè à Iudæis eſt deie-
ctus, & omnium ludibrio expoſitus, vt non potuerit preſſiùs deprimi. Itaq;
in hanc ſentẽtiam rectè per prophetam hũc ſtatum rerum, verbis huiuſcemodi explicat Do-
minus. Ego autem ſum Vermis, & non homo, opprobrium hominum, & reiectamẽtum ple-
bis. Omnes videntes me, deriſerunt me. Homerus Harpalionem cadentem Vermi aſſimu-
lat, cùm aufugiens inter ſocios à Merione ærea ſagitta in coxa vulneratus eſſet: canit enim.

Μηριόνης δ' ἀπίοντος ἵει χαλκηρὲ ὀϊστόν
Καὶ ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κατὰ δεξιὸν. αὐτὰρ ὀϊστὸς

Αντικρὺ

A

Αντικρὺ κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησεν.
Ἐξόμενος δ' ἐπὶ κατ' ἄνθι φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων
Θυμὸν ἀποπνείων, ὥς τε Σκώληξ ἐπὶ γαίῃ,
Κεῖτο τανυσθείς, ἐκδὲ ἅιμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν. id est.
*Meriones autem in abeuntem misit æream sagittam,*
*Et vulnerauit coxam ad dextram, ac sagitta*
*E regione per vesicam sub os penetrauit:*
*Residens autem illic charorum inter manus sociorum*
*Animam efflans, tanquam Vermis super terram*
*Iacebat extensus: sanguisq; niger effluebat, tingebat autem terram.*

Ecce comparationis humilitatem, qua videtur etiam cadentis ignobilitas significari. Aliàs enim de Heroibus magnanimis morientibus dicit σφαδάζειν, βρύχειν, &c. hoc est syderari fremere, seu stridere. Hic verò Vermi assimilatur Harpalion, homo fortassis non tanti, vt rei grandiori cadens conferretur. Eius sanè imbecillitas in eo fuit manifesta, quòd læso Atridæ scuto hasta cominus, transfigere tamen illud non potuerit.

B

# PRÆSAGIA.

DVMBRICOS terræ si humum quasi terebello pertundant, affatimque foras erumpant, pluuias præsagire antiqui deprehenderunt. Nam terra ab austro, & aëre vaporoso imperceptibili motu affecta, imbuta & madefacta, perfacilem Lumbricis, teretibus existentibus, viam facit, & vliginosum, ac humidum alimentum illis larga manu sursum exhibet; quod vt capiant, è terræ penetralibus prodeunt. Anno 970. quo Romualdus Sergij filius ex Rauennati nobilitate iuuenis monachus est allectus ad archiepiscopatum Rauennæ maxima Vermium sub terra latentium pestilentia, mox frugum omnium inopia laboratum est, vt refert Carolus Sigonius, in suo opere de Regno Italiæ. Pluuiæ signum. Sterilis annus.

C

# APOLOGVS.

DE Vulpe, & Verme eiusmodi fabellam texuit Aesopus, persuadens omne verbum inane esse, nisi præsto experientia adfuerit. Qui sub cœno (inquit) cælabatur Vermis super terram egressus, dicebat omnibus animalibus, medicus sum medicaminum doctus, qualis est Pœon deorum medicus. Et quomodo, ait Vulpes, alios curans, te ipsum claudum non curas.

# VSVS IN MEDICINA.

D

SCRIBIT [a] Plinius terrenorum Vermium cinere præstari, ne canescant capilli, si oleum admisceatur. Idem laudauit hisce versiculis Q. Serenus:

*Lumbrici quoque terrestres miscentur oliuo.*
*Et iuuenem præstant rediuiuo flore capillum.*

Quos versus commentans Gabriel Humelbergius Rauenspurgensis: Lumbrici inquit multis, ac varijs morbis commodi temperatæ inter frigus, & calorem adurentem qualitatis, & qui humores vnde pili gignuntur, tum succrescendo augentur vitiatos, & locum iam occupantes citra vtilis circumfluentis absumptionem, digerendo discutiunt, & influentes inhibent atque pilorum originem corroborant. Vnde capillo tum gignendo tum augendo, tum flauo & pulchro colore tingendo sunt idonei. Morbo quoque regio resistunt Vermes terreni, in aceto mulso, cum myrrha poti, teste [b] Plinio, Citat ex Auicenna Rosa Anglica Lumbricos terrestres exsiccatos ad pondus drachmæ vnius sumptos cũ sero clarificato, vel aqua endiuiæ statim clarificare icteritiam. Ad sanguinis fluxiones in vulnere stomachi quoque propinantur, cum oleo triti clauos pedum tollunt: cum aceto sacro igni perbellè medentur, vt tradit Mizaldus. Ex oleo coctos aurium dolores mitigare scripsit [c] Apollonius apud Galenum: Q. Serenus loco olei adipem anserinum admisceet, ad obtusum auditum:

[a] *li. 30. c. 15*

[b] *li. 30. c. 11* Ad icterũ.

[c] *Lib. 11. de simpl.*

*Si vero*

*Si vero obstrusa sensus morietur in aure* E
*Lumbricos terræ, seuumq; ex anserе rauco*
*Excoque: sic veterem poteris depellere morbum.*

Perniones, si adsint vlcera putrida, Vermium terrenorum cum oleo vetere fauilla ad cicatricem perducunt cera addita. Omnibus vulneribus, præsertim neruorum, conducunt Vermes terreni triti, & impositi. Ex Vermibus neruosis partibus glutinandis eiusmodi compositionem scribit Hollerius; vtriusq; symphyti, cynoglossi, pilosellæ, vtriusq; plantaginis ana manipulum vnum, Vermium terrestrium libram dimidiam, trita omnia macerentur septem dies in olei sesquilibra. Deinde cocta leuiter excolentur: expresso succo misce seui arietini purgati libram vnam, picis naualis selib. picis Græcæ quart. 1. ammoniaci, galbani, opopanacis, therebinth. ana vnciam vnam, Thuris, mastiches ana vnciam semis, macerata pinguia in aceto, & soluta cæteris vniantur. Vermium terrenorum cinis ossa fracta solidat, etiam ossa
[d] li.30.c.13. extrahit autore [d] Plinio. Q. Serenus canit:

*Exesos autem dentes si forte quereris,*
*Prodest, & puluis Lumbrici corpore tosto.*

Dioscorides cum anserino adipe infundit affectis auribus, decoctos autem cum oleo, in contrariam cum melle aurem instillat ad dentium dolores. Valent & aduersus morsus serpentum, & Scorpionum. Terreni Vermes inquit [e] Plinius, bibuntur ex vino passo, ad cõminuendos calculos. [f] cinis eorundem ita, vt tertio die soluatur summas ad podagram vires habet; alij ex cerato & rosaceo oleo illinunt podagræ, alij ipsos aceto melliq; cyathis tribus immiscent, & imponunt, pedibus antè rosaceo perunctis. Id remedij aliquoties à quibusdam expertum, & comprobatum, nec mirum cum inflammationes doloresq; mitigant, quæ duo accidentia præsertim posterius perpetuo podagræ articulorumque doloribus adesse solent, [g] Plinius inquit Vermes terreni illiti in ceruices, & scapulas, ne nerui doleant, præstant. Grauidis secundas pellunt in passo poti. Ijdem per se impositi mammarum suppurationes concoquunt, & aperiunt extrahuntq;, & ad cicatricem perducunt. Lac deuocant (sic vertit Plinius, quòd Græci κατασπᾶσι) poti cum mulso. Quæ omnia Dalechampius Iulis adscribit Vermibus, quos sic vocat Numenius apud Athenæum. ait enim Iulos Vermes terrenos esse Numenij, annotatq; non modo grauidis, sed & fœtis, & puerperis secundas pellere in passo potas. Cæterùm Lumbricos nostros, vbi post partum clausæ fuerint mammæ, doloreq; acerbo torquentur, turgentibus mammarum corymbis inungit Q. Serenus. Mirabilis enim eorum vis prædicatur à Græcis, & Arabibus ad generandum lac in mammis, eò quòd sit medicamentum experientia cognitum. Hieronymus Mercurialis, vbi lacte nutrices egent, post sublatam febrem vtitur hac confectione, quæ recipit, nucleorum pini, amigdalarum dulcium ana vnciam vnam, seminis petroselini, fœniculi, raparum ana drachmam vnam, pulueris Vermium terræ vino ablutis drachmas duas, sacchari quantum sufficit. Exhibendum summo mane ad quantitatem vnius, aut alterius drachmæ, & post potetur vinum mediocre, vel brodium caponum coctum cum semine raparum, & porri. Vermium capita trita præbet
[h] li. de mor. mul. Hippocrates explicatus. [h] Hippocrates ad mulierum vterum fœcundandum: quid autem apud eum per Vermes intelligendum sit, multum dubitatur apud interpretes. Vtitur autem Hippocrates eo in loco vocabulo Græco Ἕλαι. Caluus indefinitè nimis Vermes Eulæos reddidit, alij Vermes in corpore ex putredine nascentes. Alij ex arboribus collectos. Alij Vermes terrenos Intestina terræ dictos, malunt exponere. Postrema sententia mihi magis arridet. nam Vermibus terrenis diureticam etiam vim tribuit Dioscorides, si triti in potu ex passo sumantur. Ad articulorum neruorumque cruciatus, cõficiunt ex eis oleum myropolæ, hac ratione. Imponunt Vermiculos in æneum cacabum, & affuso inde oleo igni feruefaciunt: quo fit vt paruo momento ij, H non modo inassentur, sed penitus comburantur, nullo in oleo humore relicto. propterea Andernacus sic conficit, Lumbricorũ terrestrium selibra in vino albo diligenter eluatur, incoquatur que in olei rosacei omphacini libris duabus, & vini vncijs duabus in vase duplici dũ vinum consumatur, deinde omnia colantur, exprimiturque oleum leuiter, & in vsum reponitur. Mathiolus rectius fieri existimat, cùm vase vitreo excipiuntur, & diutiùs calore balnei macerantur, oleo innatantes: nam hoc modo eorum succus elicitur, comburique nequeunt. Præstat hoc oleum ita paratum, præsertim si Vermes rosaceo macerentur, ad podagricorum dolores à calidis defluxionibus prouenientes, inunctis prius locis dolentibus oleo, mox super impositis Vermibus in eo elixis, tusis, admixtisque cum æquali cerati pondere, quod tetrapharmacum vocant. Ad hæc terrestres Vermes prius vino albo eloti, ac per se absq; oleo vitreo vase excepti, operculato vasis ore, ne quid expirare possit in balneum calentis aquæ immerguntur, tamque diu efferuescere permittuntur, donec in liquorem oleo similem vertantur.

Olei Lumbricorum conficiendi ratio.

A tantur. Præferunt quidam hoc, quod maximè præstat neruorum, & intestinorum vulneribus glutinãdis. Quod longè efficacius efficit si factitio balsamo aliquo, aut vero si reperiri potest fuerit admistum, aut oleo quod vitreis organis lariſſæa resina, siue abietina lachrima conficitur. Indi è terræ viſceribus Vermes quos eliciunt, Maizi folijs nutriunt, maiores vbi euaserint, & crassiores excoquunt illos in sartagine, & despumant, deinde colant, postea rursus coquunt, donec in vnguenti redeant consistentiam. hoc remedio tanquam præstantissimo vtuntur ad ambusta.

# VSVS IN CIBO, ET ALIIS.

B EX prædictis quoque Vermibus Indi placentas conficiunt teste Manarde. Lumbrici nostri terrestres apud nos, quòd sciam, Europæos nullibi, in mensis ponuntur, sed medicinæ tantùm gratia à quibusdam expetuntur. Vescuntur eis plurima animalium. Vt aues nonnullæ, item quadrupedes bestiæ nonnullæ atque pisces. Inter aues præcipuè cornices, & turdi Gallinęque depascunt, vnde cum in Anglia magna sit Lumbricorum copia accidit, vt & cornicum ibidem vbertas reperiatur, vt tradit [a] Polydorus Virgilius. Apud Plautum prouerbij loco hocce habetur.

[a] *Angl. histor. lib. 1. In Bacchide.*

*Nunc ab transenna hic turdus Lumbricum petit.*

Allegoria est tracta à tendicula, qua turdi capiuntur: per quam significat Chrysalus seruus adferens Nicobolo seni litteras, senem litterarum lectione captum iri. Est autem transenna funiculus extentus, qui adhibetur turdis capiendis: Lumbricus verò esca turdorum, quam dum captant, ipsi capiuntur. Idem quoq; & porcis est quandoq; cibus, veluti prodidit [b] Co
» lumella de eorum victu loquens. At vbi inquit penuria arborum, & terrenum pabulum con-
» sectabimur, & sicco limosum proferemus, vt paludem rimentur effodiantq; Lumbricos at-
» que in luto volutentur, quod est huic pecori gratissimum. Agricola de subterraneis agens talpas quoque eosdem depascere, ac sub terra quærere ait. Cæterùm quod etiam pisces ijs auidè vescantur, exemplo nobis esse possunt piscatores, qui eisdem pisces venantur. Hinc

[b] *lib. 7. c. 9.*

C Ausonius ad Theonem suum

*Piscandi traheris studio? Domus omnis abundat*
*Domnotini, tales solita est ostendere Gazas,*
*Nodosas vestes animantum Nerinorum,*
*Et iacula, & fundas, & nomina villica lini,*
*Colaq;, & insutos terrenis Vermibus hamos.*

# VT FVGENTVR.

VBI arbores plantare cupias, Vermesque in terra sint copiosi, lixiuio quo vtimur ad vestes lineas purgandas, miscenda terra est, vt occidãtur. Salsa item & aromatica cauent, nec vnquam tangunt spontè, sed coacti contrahuntur, & moriuntur. Aqua in qua canabis semina, & folia sunt incocta, si super terram effundatur, Vermes ad terræ superficiem trahit, seu odore alliciat illos seu expellat; vnde piscatores ea vti solent referente [a] Cardano. Ij qui habi-

[a] *8. De subtil.*

D tant in regno Mogor, maximè timent Vermes, ne interficiãtur ab eis quando eunt, ideo scopas semper secum portant, vt planiciem verrant, dum eunt. Sed fortè hi non erunt Vermes terreni, sed potiùs serpentes, quos quandoque scriptores Vermes nominare consueuerunt, aut potiùs Insecta venenata per terram repentia. Si Vermes ouis cum herba comederit, suadet [b] Vveckerus, sanguinis detractionem lancinatis, & apertis supra labra venis, & his, quæ sub cauda sunt, iuxta sedem: sed & hominis vrinam sesquiheminæ mensura infundere oportet.

[b] *6. De secret.*

E

# DE TINEA. Cap. VII.

## ORDINIS RATIO.

EXACTA historia de ijs Vermibus, qui in plantis, & animalibus oriuntur, consequens est, vt de ijs verba faciam, qui compositis ex eis rebus artificio humano nasci solent, inter quos principem locum habet Tinea. malum sanè, quod nec pauperum vestibus parcat (nam diuitum plerunq; ad horum iniurias armantur,) nec eruditorum laboribus. nam libros erodit. sola hæc fuit causa, cur de Aristotelis atque Theophrasti libris, tam varie disceptetur hoc tempore. Nam Aristoteles bibliothecam suam reliquit post obitum Theophrasto, hic eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsi detulit, ac posteris dedit hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos, negligenterq; positos, in arcula continebant: ac tandē, cum F Attalicorum regum studium sentirent conquirendorum librorum, eos sub fossa quadam occuluerunt, pòst situ, squallore ac Tineis labefactatos, & erosos Appelliconi Teo vendide-
[a] Geogr. 13. runt, vt autor est [a] Strabo.

## ÆQVIVOCA.

DE Tineis ventris Lumbricis longissimis superiùs diximus. Sunt etiam Vermes in Apum alucaribus Apibus noxij. Columella. præterea, vt Tineæ si » apparuerint, euerrantur Papilionesque enecentur, qui plerunque inter al- » ueos morantes Apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo » Vermes progenerant, quos alueorum Tineas appellamus. Tænea verò per » diphthongum vittarum extremitates, vt quæ ab infulis pendet. Sumitur quandoq; pro tota vitta. Festus propriè dici fasciam ait. Græca enim dictio est Ταινία, quam sic interpretatur Verrius Flaccus, vt dicat esse laneum ornamentum capitis honorati. G Dicuntur etiam Tæneæ lapides apud Plinium, sub aquis candicantes, in longum porrectos, à fasciarum similitudine. Est & Tænea piscículi genus apud Aristotelem, à corporis gracilitate sic dictum.

## SYNONYMA.

TINEA Vermiculus vestimenta, & cartas libros ue erodens, à tenendo dicitur, vt vult Isidorus, quòd in vestibus, & cartis firmiter hæreat eaque vastet. Σής Græcis. Italis Tigna, Tignolo. Gallis Teigne. Germanis ein Schabe, Belgis een Motte. Hispanis la Tinna de las colmenas polilla. Polonis Mol. Hungaris Molij. Anglis à Mothe, à Vvorme y at è atletæ clothes or boockes.

## GENERATIO.

H

PLINIVS puluerem autorem Tinearum putat, & siccitatem, inquiēs. Idem „ puluis in lanis, & veste Tineas creat, præcipuè si Araneus vnà includatur. „ sitit enim & omnem humorem absorbens ariditatem ampliat. Hoc & in „ chartis nascitur. Petijt hæc Plinius ab Aristotile, qui eadem paulò prolixius hunc in modum scribit. Quin etiam aliæ generantur bestiolæ, vt dictum est, tum in lanis, & quibusuis lanificio confectis, vt Tineæ, quæ la- „ nis puluerulentis præcipuè oriuntur: atque etiam magis si Araneus vnà includatur. Si „ quid enim humoris inest, hic absorbens ampliat siccitatem. Nascitur & in tunicis hoc „ idem Vermiculi genus. Hactenus Aristoteles. Non tamen arbitror in quibusuis vestibus philosophum dicere hoc innasci, sed tantum in laneis, & ijs præcipuè, quæ ex lanis ouium

constant

A constant quibus necem lupini dentes intulerunt. Citat enim Bartholomæus Anglicus ex Aristotele, & Plinio, lanam ouis deuoratæ à lupo, non modò Pediculis, sed etiam Tineis obnoxiam esse. Cæterùm in lineis (quamuis in charta, quæ ex lino constat) nullo modo generantur. Nam linum non corrodit Tinea. Etenim cùm [a] Petrus Apostolus in cœnaculo per excessum mentis visione vidisset linteum magnum de cœlo submitti, vbi erant omnia quadrupedum, ac serpentum genera, deque cœlo vox insonuisset, Petre macta, & manduca: apud patres mysterio id magno habitum est, vt linteo ea fuerint visa. Propterea [b] Diuus Augustinus fortasse, inquit, quæratur quare linteum erat, in quo erant illa animalia: non vtique sine caussa: nouimus enim quod linteum Tinea non consumit, quæ vestes alias corrumpit: & ideo qui vult ad mysterium ecclesiæ Catholicæ pertinere, excludat de corde suo corruptionem malarum concupiscentiarum, & ita incorruptibiliter firmetur in fide, vt prauis cogitationibus, tanquam Tineis non penetretur: si vult ad sacramentum illius lintei pertinere, quo significatur, & figuratur Ecclesia. Hæc ille doctissimè atque sanctissimè. Cæterùm cùm vestis lanea diu in crasso, & clauso aëre continetur, potissimùm Tinea gignitur.

[a] *Act. apost. 10.*

[b] *Hom. 45. ex. 50. Tom. 10.*

B

# DENOMINATA.

Σητόκοπος à Tineis pertusus, seu derosus, vt *βυβλάρια Σητόκοπα* à Tineis pertusa. At vulgare Lexicon in *βυβλάριον* tradit Lascarin voluisse intelligi papyrum pertusam instar trabeæ, quæ tundit glebas segetis, & frumentorum. Sed cùm summa Lascaris doctrina notissima sit, non bona fide eius interpretationem referri credendum est. Ἄσητος Vermibus immunis, vt exponunt quidam. potiùs Tineis carens. Tineosus dicitur Tineis plenus; vtitur hoc Columella.

# MORALIA.

C

COMPARATVR inuidia Tineæ, quæ latenter vestes rodit, quę studium & fructum bonum lacerat, & compactionem vnitatis dissipat. Tinea quoq; dicitur peccatum originale, vestis verò caro, qua anima est vestita. Vnde [a] Ecclesiastes à vestimento procedit Tinea, à muliere iniquitas. Vt enim Tinea ex corruptione vestis gignitur, quæ insensibiliter panni superficiem corrodit, ijsque spoliat: ita caro nostra cùm fugit ab Adam corruptibilis facta, & mortalis per esum pomi vetiti, fuit Tinea peccati originalis generata, quæ vestem carnis insensibiliter, & inuisibiliter per carnalem concupiscentiam corrodit pilis, id est moribus, & virtutibus eam priuat. Et veluti vestis in aëre contenta crasso, nec aëri ventoué exposita Tineam generat, animal occultim rodens, nec se videri sinens, cùm sit sensibile. Ita quoque de anima statuendum est, quæ quando diu in corrupto aëre, id est mundi dilicijs dimittitur, & per laborem, & pœnitentiam non explicatur, nec vento tribulationum exponitur, nec puro aëre, id est diuina scientia exsuffiatur, tũc verè in ipsa Tinea, id est peccatum, seu malum propositum generatur à quo ipsa anima per remorsum corroditur, & vexatur pilisque hoc est virtutibus spoliatur. Et tamen peccatum licet sensibiliter noceat, & affligat, tamen haud se videre permittit, ab oculis peccatorum. Et ideo sicut vestis à Tineis corrosa nihil valet, nulloq; amplius est vsui. sic verè, nec anima perforata à Tineis peccatorum.

Inuidia Tineę similata.

[a] *Cap. 42.*

D

# PROVERBIA.

Τοὺς Σῆτας τρέφει, id est, Tineas alere ij dicuntur, qui neglecta situ perire sinunt. Ductum à vestibus, aut libris diu reconditis, aut intactis. Vtitur hoc Isidorus [a] Pelusiota ad Simplicium scribens, qui plurimos libros coemerat, nec tamen legerat, aut legebat: eius verba Græca se habẽt hunc in modum. *Βίβλους ἐκτήσω πλείους, ὡς ἔμαθον. καὶ ὁπόσα πλουτεῖς, ἀγνοῶν τὴν ἀνάγωσιν, ταυτὸν ποιῶν τοῖς τὸν σῖτον κατέχουσι, καὶ τοὺς Σῆτας τρέφουσι. καὶ αὗται μὲν γὰρ, Σητῶν μητέρες καὶ τροφοὶ, ὅταν δέδενται, γίνονται. ἢ κέχρησο τοίνυν τῷ χρήματι, ἢ μὴ βλάπτε τὴν παίδευσιν πολλὴν κἀνταῦθα κομῳδίαν σιωπάγων, βιβλιοφόρος ἢ βιβλιοτάφος, καὶ σητοτρόφος καλούμενος*, quæ optimè hunc in modum à Iacobo Billio translata sunt.

[a] *Epi. 127.*

ta ſunt. Plurimos libros, vt audio emiſti: atq; opinione locuples es, eorum lectionem ignorans, atque idem faciens, quod ij qui frumentum comprimunt, ac Tineas alunt. Nam libri quoque Tinearum patres,& nutricij fiunt cùm vinciuntur. Quare aut opibus tuis vtere, aut ingentem eruditionem ne læde, nimirum hîc quoque comicos ſales colligens: dum librorum corruptor,aut librorum ſepulchrum,aut Tinearum altor appellaris: Eodem prouerbio vſus Horatius E

*Contrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi*
*Cæperis, aut Tineas paſces taciturnus inertes.*
*Aut fugies Vticam.*

## VT FVGENTVR.

[a] *De reruſt.*

VESTIMENTA ne Tineæ tangant, inquit [a] Marcus Cato, amurca olei decoquenda ad dimidium, ea inungendus fundus arcæ, & extrinſecus, & pedes,& anguli. Vbi ea adaruerit, veſtimenta condito. ſi ita feceris Tineæ non nocebunt.eaſdem etiam arcet abſinthium veſtibus impoſitum,vt [b] Plinius autor eſt.præſtat idem iris ſolo odore,propterea ijs qui pannos vẽdunt frequentiſſimus eius eſt vſus. Ad idem efficiendum aniſi quoque ſemen adfertur à [c] Plinio,præſertim ſi contundatur.itemque heliochryſon,quod alij chryſanthemon vocant,odore non ineliganti. Addunt etiam his veteres malum citri,quod medicum vocant intra veſtes repoſitum. eſt enim odoratiſſimum:item puluerem cupreſſi per laneas veſtes reſperſum. Aſari folia decocta expellunt Pulices, & Tineas è veſtibus. Laudant recentiores roſmarini puluerem. Et ſi aliquam partem veſtium iam eroſerint,ſuadet [d] Fallopius eam lauandam eſſe cum aqua,in qua purgata ſunt vaſa,quæ menſis apponi ſolent. Veſtem à Tineis non attingi, quæ fuerit in funere, [e] Plinius tradit. F

[b] *li.27.c.7.*

[c] *20.c.17.*

[d] *Secret.311*

[e] *lib.28.c.3*

## DE VERMIBVS IN LAPIDIBVS ET METALLIS NASCENTIBVS. Cap. VIII. G

SVNT qui affirment in medio lapidum quorundam, ex quibus calx vritur naſci animalia diuerſarum ſpecierum,itemq; Vermes dorſo piloſo,multiſq; pedibus,qui pleruńq; fornacibus,in quibus calx coqui ſolet, multùm damni adferre ſoliti ſunt.Contra verò [a] Cæſalpinus in fodinis metallorum,ſiue marmorum aliorumque ſaxorum,nunquam viuum corpus reperiri teſtatur his verbis: Nunquam tamen repertum eſt, aut lapides,aut metalla, aut ſulphur corrodi ab animalibus, vt ſolent ligna à Teredine. Reperiuntur autem Vermiculi in terra cœnoſa: quia putredo aquæ materia eſt opportuniſſima ad eorum generationem: & in ſcopulis maris intra lapidum cauernulas reperiuntur animalia quædam, quæ dactilos vocant,oſtrearum medullis ſimilia,& guſtui grata,ex aqua marina nitro labente genita.Hactenus Cæſalpinus.Ego verò quod ad hanc rem attinet nil habeo noui.cenſeo tamen animalia in ſaxis,& metallis reperiri poſſe,quamuis id rariſſimè accedat. H

[a] *Lib. 1. de metal. c.2.*

## DE ORIPE. Cap. IX.

ORIPAS vocat Theophanes apud [a] Strabonem Vermes in niue naſcentes. At quia mirum videatur,& vltra humanam fidem credere,animalia in niue,& generari,& viuere; Strabonis verba in medium lubet proferre,aliorumque veterum,qui de his animalibus,quippiam memoriæ prodiderunt. Strabo itaq; ſic inquit. In niue autem glebas congelaſcere aiunt concauas optimã continentes aquã tanquã in tunica:& animalia in ipſa niue generari (vocat autẽ Apollonides Vermes, Theophanes verò Oripas,)& his optimã cõtineri aquam ruptis

[a] *11.Geogr.*

A ruptis autẽ tunicis ebibi. Eiusmodi animaliũ generationem assimilare Culicum ortui, qui ex metallorũ flamma bracteaq; nascũtur. Aristoteles etiam cùm ortus Insectorũ varios diligentissimè recenseret, traderetq; alia ex cognatis animalibus produci, alia sponte nasci, & ex hisce alia ex rore supra plantarum folia cadente, alia ex luto, & stercore putrefacto, alia in lignis, alia in animalium superfluitatibus, alia in alijs, demum dicebat aliqua etiam nasci ex fæce aceti: quod quia mirum videri poterat, cùm acetum putrefieri non videatur, obiectioni occurrit dicendo, in his etiam quæ minimè sunt obnoxia putrefactioni animalia nasci, vt
» in niue, & igne. Etenim, inquit, in his quæ videntur maximè posse non putrefieri, animalia
» nascuntur. quemadmodum niue in vetusta Vermes. fit autem vetusta rubens, propterea, &
» Vermes huiuscemodi, atq; hirsuti. Qui verò fiunt ex niue, quæ in tepore inuenitur, magni
» sunt & albi. cuncti verò difficulter mouentur. Hæc quoq; [b] Plinius breuiter repetijt, Rur-
» sus, inquit, alia genera Culicum acescens natura gignit: quippe cùm & in niue candidi repe-
» riantur, & vetustiore Vermiculi, in media quidem altitudine rutili (nam & ipsa nix vetusta-
te rubescit) hirti pilis, grandiores, torpentesq;. Huc accedit autoritas scriptoris eius libri, qui de Plantis inscribitur, Aristoteles falsò putatus: hic enim probans plantas in niue non
B reperiri, & qui in ea sunt amaras esse omnes, animaleulorum quoq; nascentium in niue meminit. Ita, inquit, ferè non inuenitur planta in niue. licet in ea visa sit nonnunquam proueniisse, vt & animalia quædam præcipuè Lumbrici: hi enim in niue gignuntur: & phlomus, & herbæ amarę omnes. Has itaq; autoritates, quidam parui facientes, varijs rationibus contendunt, animalia in niue fieri non posse. quorum ea potissima est, quòd maximè à calore nix absit: sine quo animal generari non potest. cùm etiam haud alia sit causa, cur nihil ex glacie producatur, quàm quòd frigidissima est, vt Aristoteles scribit, tantum abest, vt animalia in niue nasci credibile sit, vt eam illorum interitus causam esse argumẽto sit, quòd hyeme agricolæ niues optant, quibus pernitiosæ frugibus bestiolæ perdantur. Si qui verò Vermiculi in niue conspiciuntur, illos non ex niue natos, sed è terra emersos, ac niuibus se inuolutos fuisse credunt. Quibus rationibus acutissimè respondet [c] Cagnatus his verbis: Quòd, inquit, negauere in niue aliquid nasci, quoniam nix à calore maximè abest, falsa ratione inducti sunt. Si enim credamus Auerroi quarto libro Meteorum, nulla res, quæ ex elementis concreta sit, calore caret. & Aristoteles quinto libro de generatione animalium, docuit nullum esse absq; calore humidum. οὐδὲν ὑγρὸν ἄνευ θερμοῦ. nix autem concreta est, &
C est humidum quiddam, quanquam enim congelatione fit, quæ exsiccatio, quædam est, substantia tamen eius est vapor, cuius natura est humida, minimoq; negotio in aquam vertitur. congelatio verò est, quædam exsiccatio, sed non simpliciter; nam exsiccatio fit humido exeunte, at in niue humidum non exit, sed concluditur potiùs, ac veluti vincitur. Insuper Aristoteles primo lib. Meteorum, ait niuem esse nubem congelatam, & in niue multum calidum inesse. Et lib. de generatione animalium quinto, albedinem ab aëre dicebat esse, aër verò est calidi & humidi, & nix est alba. Quibus omnibus concluditur, non maximè à calore niuem abesse. ex glacie, quidem nihil fieri concedi Aristoteli potest, sed nix minus, quàm glacies frigida est: hęc dicta esse ὑπερβολὴ ψυχρότητος, at nix minimè. & licet dixeris congelationem, πῆξιν, esse ὑπερβολλω; niuẽq; congelatione constare, tamen haud dubiè in maiori congelatione exuperantia maior est, niuẽq; minus esse congelatam glacie negari non debet, quod si fortè glaciata nix etiã fuerit, tunc nihil ex ea nasci rationi consentaneũ est. neq; dixerim glaciei densitatẽ potiùs, quàm frigus ortum animalium prohibere, quoniã in re densiori, quàm glacie, vt sunt multa ligna, Vermiculos nasci certissimũ est. Impedimentũ igitur est à frigore,
D quòd nunquã in niue tã efficax, vt in glacie est, & multò minus, cùm nix ipsa putrescit. Quòd autẽ nix pernitiosa sit bestiolis, quæ frugibus sunt inimicæ, non est efficax argumentum contra Aristot. sententiam. quoniã sicuti quæ in aëre degunt, magna ex parte in aqua suffocantur, & quæ in aquis viuunt, aërem non ferunt; nec tamen sequitur si illa suffocantur, in aqua, quòd nulla nascantur in aqua: similiter de aëre. Ita quæ ex terra, & in terra Vermes nascuntur, siue quæ alia Insectorũ generis sunt frugibus noxia, perimi à niue minimè mirum est; sed non sequitur ex niue, aut in niue nullũ oriri animal posse. si autem potest, vt Aristoteles testatur, tantum abest, vt ab ea perimi debeat, vt ab ea seiunctum vitam agere non possit. non secus, ac piscibus extra aquam contingit. nam vt idem est autor libro de respiratione ἡ φύσις οἰκείοις μάλιστα σώζεται τόποις. Natura in locis cognatis ac familiaribus maximè seruatur. & Theophrastus primo lib. de causis plãtarum, ἅπαντα γὰρ φαίνεται τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ καὶ διαμένοντα καὶ γινόμενα ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις: cuncta enim videtur animalia, & plãtæ manere, ac generari in proprijs locis, subditq; ἁπάσῃ μᾶλλον ὑπὸ τούτων. à proprijs locis nihil pati, nõ cor rũpi. & 5. de caus. plantarũ tradit, Vermes ad alias trãslatos arbores, quã in quibus nati sunt,

[b] Lib. 11. cap. 35.

[c] Var. obs. Lib. 1. c. 23.

non viuere. quapropter consentaneum rationi magis est Vermes niue inuolutos, in ipsa niue natos, quàm terra emersos. nec de alimento illorum est dubitandum. etenim ex qua nascuntur re, ex eadem sine dubio ali possunt. & niuem non esse rem simplicem, sed ex pluribus concretam (cuiusmodi oportet esse alimentum præbitura) antè statuimus. & cuicunque viuenti, interea dum generatur, tantum materiæ sufficitur, vt etiam genito satis sit ad vitam certo spacio sustinendam, nullo extrinsecus alimento accedente: donec videlicet aut proprio ingenio, aut ope aliena externum, & aduentitium (nam illud ingenitum dici potest) nutrimentum, vt naturam decet, comparetur. quod si nunquam suppetat, pauciſſimos ea dies, vel horas vitam agere, necessum est. Hisce doctissime Marsilius Cagnatus Aristotelis aduersarios compescit. Cęterùm [d] Iulius Cæsar Scaliger putat in ipsa niue Vermes gigni, quòd in ea multum sit aêris, & spiritus, qui postea cõcalefactus hos generet. Est enim, inquit, ea niuis natura, vt solum impinguet etiam & lutum ex ea fiat.

[d] *De caus. plan. 28.*

# DE LIMACE. Cap. X.

Domiporta

LIMACEM Albertus, eumq; secuti vulgares, & obscuri authores turpissimè cum testudine terrestri confuderunt, Limacem inquam, quæ concham suam tergore portet, domiportam Cicero appellauit, quæ tamen & ipsa impropriè Limax dicitur, quamquam Theodorus Gaza apud Aristotelem Cochleam (κοχλίαν) Limacem vertat; à quo postmodum decepti alij Cochleas, Limaces quoque nominarunt: Sed Plinius distinxit, vt cùm ait: Bestiolarum genera quædam herbis innascuntur, raphano Erucæ, & Vermiculi, item Lactucis, & oleri; vtrisq; hoc amplius Limaces, & Cochleæ. Et rursus: Limaces nascuntur in vitia, & aliquando è terra Cochleæ minutæ mirum in modum erodentes eam. Quotiescunq; verò Limacem Cochleam vocat idem Plinius, semper nudam Cochleam nominat, vt è contrario Columella Cochleam vocat Limacem conchæ implicitum, dum canit:

*Implicitus conchæ Limax, hirsutaq; Campe.*

Adeo vt Limax non Cochlea sit simpliciter, sed Cochlea nuda, siue testa, seu domuncula carens: cùm Cochlea simpliciter dicta sit, vt dixi, Domiporta Ciceronis. Limax, inquit Isidorus est Vermis Limi, dictus eò quòd in Limo nascatur, vnde & sordidus semper & immundus habetur. Et antiquissimus Varro Limacem dici scripsit à Limo, quòd ibi viuit. Alberto [a] magno Laha vocatur. Ait enim: Laha, vt putatur, est testudo (testudinẽ cum Cochlea confundit, vt dixi) nigra, sine domo vadens in syluis. Apud Græcos peculiare, quòd sciã, nomen non habet: reperio tamen apud Aelianum [b] κοχλίαν τὸν γυμνὸν vocari, hoc est Cochleam nudam: quare cùm & Plinius Cochleam nudam vocet, ita apud Græcos venisse suspicari licet. Italis Lumagotto dicitur, nam Lumaca Cochlea est; Gallis Limace, aut Limacon, Germanis Schneck, Vvechschneck, Belgis Huysslecke: Hispanis Caracol, Polonis Sklimak, Vngaris Sárba teleld tsiga, Anglis à Snaile.

[a] *Lib. 4. de Anim. tract. 1. c. 3.* Laha.

[b] *Lib. 2. de Anim. c. 45.*

# GENVS. DIFFERENTIAE. FORMA.

LIMACVM, siue nudarum Cochlearum, aliæ magnæ sunt, aliæ paruæ: Magnæ Germanis à colore ruffæ dicuntur (quanquam in hoc genere etiam nigræ sunt) de quibus sentire scriptores quidam docti putãt, cùm ad medendum Cochleas nudas postulant: Paruæ gregatim folia sectantur, & hortos infestãt, cinerei aut fusci coloris, & hę quidem semper nudæ sunt, quòd sciã. Plinius [a] Limaci magnę similem esse scribit echineim. Sunt verò partiũ distinctiones, vti & Scaliger [b] annotauit, in hisce animalculis admodũ obscuræ. Quæ hîc exprimuntur primo loco, ex cinereo nigricant, albis per tergus maculis, cornicula exerunt quatuor è capite, quibus iter prætendunt. Tertia tota nigra: postrema cinerea albis maculis per dorsum, ijsq; longis varia. Albertus in eorum extremo sitos habere oculos asserit. Plinius Cochleas hasce nudas, siue Limaces, non tamen omnes in capite lapidem gerere memoriæ prodidit, idq; verum esse docuit quotidiana experientia: nonnunquam officulum, vt pòst patebit, idem Plinius nominat. Cardanus Limacium lapidem uocat his verbis: Limacius lapis in capite

[a] *lib. 32. c. 1.*

[b] *Lib. 1. de plant.*

Limacius lapis.

in capite Limacis, quæ cortice non integitur, solet generari. Hunc vt ostendere possum, candido colore, & aspera superficie esse oportet, quòd ex aquæ substantia coactus sit, & ob id etiam paruus, quòd in paruo animali inuentus. Lapillus quem ego proprijs manibus exemi è capite nudæ cochleæ, postquam in multis frustra quæsiuissem, albidus erat fabæ ferè magnitudine, multo tamen humilior, compressusq; magis, modicè transparens, inæqualis, admodum glaber, parte altera planior, altera veluti in oculum protuberans, durus, sed dentibus friabilis, ita vt in arenulas atterratur. Venduntur & alij lapilli multò maiores, magis protuberantes, minus candidi, obscuri, intus foueam habentes, sed eiusmodi è nudis cochleis eximi nō puto. Noctu potiùs, quàm interdiu animalia isthæc ad pascua exeunt, degunt autem non modò in campis, & hortis, sed in cellis vinarijs, latrinis, cloacis, & alijs subterraneis vliginosisq; ædium locis.



E

# VSVS.

Limaces qui edant.

ALIMACVM ſiue nudarum cochlearum eſu, omnes abſtinent. Braſauolus tamen in Africa, genus quoddam Cochlearum nudum eſſe ſcribit, quo veſcantur, idq; ab authoribus proditum eſſe tradit, item ſuos Ferrarienſes retuliſſe, qui anno ſalutis M.D.XXXV. cum Imperatore Carolo V. in Africam commigrarunt, vt Tuneti regem in ſuam ditionem reciperent. Sed Africanas ſimpliciter in vſu cibi fuiſſe, ex Plinio, & Varrone conſtat: quod de teſtatis ego accipiendum puto. Nudas verò Africanas Plinius ſolus (quod ſciam) nominat, ad remedia quædam foris imponens, aut cinerem propinans. Quare ſi quæ nudæ hodiè in Africa eſitantur, eſto: authores tamen hoc non prodiderunt. Expetuntur contrà à mulieribus plurimùm ad expoliendã faciem: namq; ex ijs in ſtillatorium vas coniectis, additis quibuſdam alijs, aquam eliciunt, qua inde earum elota facies læuorem mentitur. Medicamen pro mulieribus coſmeticum ex Bertapallia, & Gordonio. Limaces nouas ſine teſta in vaſe vitreo pones, & aſperges ſale gemmeo contrito: tum aquam Limonum ſuper infundes, vt emineat, & vas obſtructum inſolabis, donec fiat quaſi vnguentum: eo facies illita mirificè abſtergitur. Debet autem ablui aqua de floribus fabarum, aut aqua furfuris frumenti. Cedunt præterea nudæ iſtæ Cochleæ in vſum medicum. Capitis doloribus inquit Plinius, remedio ſunt Cochlearum, quæ nudæ inueniuntur, nondum peractæ (perfectæ, legunt alij) ablata capita. Ita quoq; Serenus agens de dolore capitis, canit:

Coſmeticũ remedium.

F

*Profuit & Cochleis frontem tractare reſectis.*

Eodem Plinio & Marcello Empyrico authoribus, earum cinis, ſi viuæ combuſtæ ſint, vlcera omnia pedum ſanat. Marcellus eiſdem adijci ait aliquid triti thuris, & albi ouorum, atq; inde vlcera tefticulorum tumentia, & hydrocelas puerorum ſiue ramices ſuper lini, vt modo glutinis adhæreſcat: pueros verò contineri in lecto donec omnis turpitudo reprimatur. Sunt qui Limaces ruffas miſceant emplaſtris quibus hernia curatur. Sunt item qui ad ſuppurandum vtantur. Vt verrucæ, ganglia & claui in hominibus, & iumentis aboleantur: Limacem ruffam bene ſalito, vel ſali imponito, inde liquato humore verrucas, & ganglia perungito, & partem Limacis ſuperilligato: Clauis verò linum eodem liquore madidum imponito. Experimentis hæc conſtant. Similiter fici, & mariſcæ emendantur. Illitio ad anginam ex Limacibus, ex Nicolao Myrepſo. Limaces nudas ſine teſtis in hortis repertas in ollula vrito, & in cinerem redactas excipe melle Attico, quod ſatis eſt, & illinito. Alij piperis grana decem injciunt. Ad quartanam magi adalligant eas in pellicula, vel quatuor earum capita præciſa arundine, vt Plinius author eſt. Kiranides Limacem nudum cum manna (polline) thuris ſolutum, & nari immiſſum, ex ea ſanguinis eruptionem ſiſtere, & matricis ſinum clauſum aperire affirmauit. Vt pili in iumentis proueniant: Limaces ruffas aperies, exenterabis, multo ſale aſperges, & facto inde vnguento inunges: pilos copioſè euocat. Si quæ partes macie, aut atrophia laborent, ſic curabis: Cochleas ruffas (numerus non exprimitur.) in vaſe bene operculato, ſale conſperges & ſines per dies nouem, deinde menſuram, (vncias menſurales circiter quadraginta) olei laurini, vini ſtillatitij (quod aquam vitæ nominant) vncias quinque; diu permixtis vtere. partem vel atrophia, vel arthritide etiam ſola cochlearum aqua nimirum quæ ex eis ſalſis manarit) vtilis eſt. Si boues ſanguinem è veſica, aut ano excreuerint, Limaces ruffas in ſero acido (quo lac ſunditur) imponunt, & tepidum præbent bibendum. Iam verò Lapillus, quem & officulum Plinius vocitauit, in Limacis capite inuentus, cùm à Plinio celebratur, tum etiam à recentioribus plurimùm. Cochleæ nudæ, inquit ille, gerunt in capite lapidem, non tamen omnes, quem febribus tertianis adalligatum vulgus prodeſſe exiſtimat. Et [c] rurſus de eodem. Magi ad dentitionem Limacis lapillum ſiue officulum, quod in dorſo inuenitur, adalligari iubent. Et [d] antè dixerat: Limacis inter duas orbitas inuentæ officulum per aurem, cum ebore traiectum, vel in pellicula canina adalligatum, doloribus capitis prodeſt, quod remedium pluribus ſemperq; prodeſt. Et alibi deniq; ſic habet: Capitis doloribus remedia ſunt cochlearum, quæ nudæ inueniuntur, nondum peractæ ablata capita; ex his lapidea duritia exempta (eſt autem calculi latitudine) quę alligantur. Antonius Mizaldus neſcio ex quo Lapillos è capite Limacum, & grandiorum cochlearum erutos, ſtrangurioſis vrinam tradit moliri, illius meatus lubricare, ſi comminuti ex vino exhibeantur. Auxiliari etiam parturientibus laxando, & dilatando muliebres locos.

Lapidis Limacis vſus.

G

H

[c] *Lib.* 30. *cap.* 15.

[d] *Lib.* 29. 6.

cos.

A cos. Si ad læuorem teratur, & oculo infletur, omnes eius maculas credit detergere, obliterareq;, siue vngues fuerint illæ, siue leucoma, nebula aut quid aliud. Inuenio, & hoc postremum apud authorem additionum in breuiarium Arnoldi Villanouani, sed hic addit, si fel hircinũ misceatur, fortius fore. Et Kiranides, Nudæ cochleæ, inquit, postquàm Sol ascendit, medio inter cornua abscisso, calamo acutissimo, exime os quòd habet, & inuolutum albissimo panno habe ad omnimodam ophthalmiam, pro custodia omnis ophthalmiæ, & faucium, gulæ, tussis, & cephalalgiæ, & quotquot circa caput, ceruicemq; passiones contingunt, non sinit fieri. & si iam fuerint, circumligatum curat.

B

C

D

# VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

# HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER SEPTIMVS QVI EST DE AQVATICIS.

& primùm

## DE IIS, QVÆ SEX HABENT PEDES. Cap. I.

Muſcæ aquaticæ.

DE Muſca fluuiatili Rondoletius (apud quem ſolùm de hoc Inſecto, ſcriptum reperio) ſic ſcriptum reliquit. Muſcas volantes in aquæ extremitate ſæpè vidimus æſtate. Oculis ſunt magnis pro corporis magnitudine. dorſo rotundo, ventre plano, ſenos habent pedes, poſteriores maiores, ad corpus in aqua impellendum. Inter natandum geminas alas extendunt. Quare in aëre volare, & in aqua natare poſſunt. Natant ventre in cælum conuerſo, contrario ſitu volant. Vtrũq; per vices faciunt. Venter lineis nigris, & viridibus diſtinguitur. His piſcibus inſidiantur.

Cantharides aquaticæ.

Sunt & Cantharides aquaticæ in paludibus circa lacum apud nos, quæ per ſuperficiem aquæ motu irrequieto huc illuc circa eundem ferè ſemper locum mira celeritate ſe traijciũt: nec in ſummo tantùm, ſed etiam profundiùs feruntur. Magnitudine, & forma Cimices referunt. Cruſcula ſena habent ſubruffa. Vaginæ è nigro virides, præſertim ad ſolem, & ſplendentes, alas tegunt: ſed non penitus: ad caudam enim alarum extremitas prominet, quæ cùm in aqua celeriter feruntur vt ſolent, mirabili candore, ſplendoreq; conſpicua argentum viuum quodammodo refert: vnde & Pygolampides ſi quis appellet, nomen ipſorum naturæ conueniens poſuerit. In aërem ſi prorepſerint, volare etiam poſſunt. Icon earum hæc eſt.

Pygolampides aquaticæ.



Viola aquatica.

Cùm de Scarabæis ageremus, diximus etiam aquaticos dari. Eos audio eſſe maiuſculos corpore lato compreſſoq; & à Germanis Vvaſſergugen appellari, & in quarumuis aquarum fundis reptare. Sed videre eos mihi necdum licuit. Obſeruaui verò Inſectulũ quodpiam,

vel

A vel ex Scarabeorum, vel ex Cantharidum genere: Rustici Violam aquaticam dicunt. Cantharide minor est, forma oblongiori, angustioriq;, vtrimq; in acutum desinens, aterrimo splendens colore, duas iuxta rinctum appendices breues habens, ceu cornicula, senos pedes colore ferrugineo. Obseruaui & aliud Scarabæi aquatici genus, Scarabeo stercorario minori per omnia simile, nigerrimum, coleopteron, gressu cursuue celerrimum, saliens etiam dorso impositum, maximo nisu in aëra se vibrans, subsultim in ventrem se conuertit: pedes habet inæqualis magnitudinis: priores breuiculi ad gradiendum tantùm apti sunt, duo postremi, cùm ad natandum seruire debeant remigum loco, multò sunt longiores: alijs verò illis communibus, æqualis pedum omnium est magnitudo. Huius icon postea dabitur vnà cum Tipulis. Scarabæus alius.

Inueni et aliud in horti publici vasis aqueis, in quibus plantæ aquaticæ conseruantur, Insectum è Scarabæorum genere, superiori in eo plurimùm differens, quòd anteriores pedes haberet duplicis vsus, nimirum ad natandum, & gradiendum. Sagacissima enim natura latissimos eos fecit in medio, haud aliter, ac auium aquaticarum pedes sunt, & ne latitudo (rotunda ac caua) ad ingressum non esset inutilis, eosdem in extremo rursus fecit exiles, robustos tamen & hamatos, & eis vnà cum duobus subsequentibus, qui contigui sunt ac æquè longi, Alius.

B ea carentes latitudine, ad progrediendum vti posset. Postremi pedes duplo sunt longiores, in extremo velut in pinnam molliusculam desinunt, in medio ventris siti, longè à primis, qui sunt in pectore. Horum quoq; duplex vsus est, ad natandum seu potiùs ad natatum regendum tanquam pinna aliqua, aut cauda, & cùm cubat in dorsum (apricatur enim libenter, & apricantem ego cepi) ad insiliendum. Salit enim cùm in dorsum cubat, ijs se ad saltum à terra eleuans. Cùm cubat in ventrem, vel omnibus pedibus insistit, hosce posteriores tanquam ad incessum inutiles per terram trahit. Coleopteron est hoc Insectum vagina tectum durissima, ventre quoq; durissimo, ac prope osseo, color eius ex atro ad castaneum nonnihil vergit. Antennas à lateribus capitis erigit adeo exiles, vt visum penè fugiant, castanei coloris. In summa elegans animal est.

Reperitur passim aliud animalculum nigrum, Pulice paulò maius, quod supra aquas, potissimùm stantes, velocissimo motu cietur, rarò quietum, rotundum est & sepes. Nomenclator Hollandos; cæterosq; fortè Belgas secutus, quibus Vvatervlo dicitur, Pulicem aquaticum vocat, hoc enim Belgicum id nomen sonat. Degunt gregatim istiusmodi bestiolæ, inuicem continuè colludentes, ac prosequentes. De marino Pulice pòst dicam ex Rondoletio. Tipulæ historia.

C Tipula (vel vt alij scribunt Tipulla, vel vt alij Tippula) teste Festo bestiolæ genus est sex pedes habentis, sed tantæ velocitatis, vt super aquam currens, non desidat. Meminit [a] Plautus istius animalculi, dum ait: [a] In Pœnulo.

*Neq; Tipula leuius pondus est, quàm fides Lenoniæ.*

Quorum verborum sensus est, non tam leuiter per aquas Tipula discurrit, pondere corporis leuissimo, & prope nullo, vt leuis, & prope zephiriæ, subuẽtaneęq; fidei sunt ipsæ lenę. Theodorus Gaza ἀσταφίδας perperam, & intolerabili errore Tipulas vertit: siquidem Tipulæ nõ sunt Vermes, sed ea quæ diximus, & hîc depingemus, aquæ supernatantia animalia. At quãquam leuitate sua super aqua ingredientes non mergantur, aquatiles tamẽ animantes multi esse negant. Vulgus Aquitanum teste [b] Iosepho Scaligero, & accolæ Garumnæ Capras vocant. Dictæ sunt Tipulæ παρὰ τὸ τίφη. τίφια enim τὰ ἕλη, vbi eæ versari solent. Varro. [b] In Coniect. ad Varr.

——— *Leuis*
*Tipulla Lymfõn frigidos transit lacus.*

D Ita enim legendum censet Iosephus. Bina ego Tipularum genera obseruaui, maius vnum, idq; alatum & tantum quadrupes; minus alterum, apterum, sepes. Prius in aqua stagnante scrobis foueæ úe, cui cannabim macerandam immergunt rustici Bononienses, qua ab eo vsu Maceratoio vocatur, inuentum, longum erat integrum palmum, colore fusco, Attelabo siue Locustæ apteræ non absimile, nisi quadrupes fuisset. Antennas binas sed articulatas, prope medium, extremo nonnihil deorsum reflexas, ac hamatas vnco auicularum vnguiculis simili, quibus obuia apprehendit, altera nempe articulo reliquæ antennarum longitudini annexas. Capitulum exiguum antè exigua appendice, velut corniculo acuto armatum, figura fere trigona, ocellis vtrimq; eminentibus atris, ac splendidis immobilibus instructum. Alatum est pennis quaternis longis & angustis, subtilissimis. Caudæ loco appendices binas longissimas filamentorum instar statim ab ano dispartitas gestabat. Pedes quaternos, singulos tribus articulationibus distinctos, nempe ob longitudinem, sed imbecillimos, quales ferè Araneis sunt, anteriore corporis parte, pectore locatos. Vnde cùm in aquis degant, Belgæ & Germani, vt audio, suo idiomate Vvaterspinnen vocant, id est, Araneas aquaticas, Collum

à ea-




à capite subest oblongiusculum, quod à ventre paulum latiore excipitur, & ipso tandem in acumen paulatim extenuato. Dorsum ei erat planum, quod alis tegitur, ac ferruginei coloris. Venter supinè vtrimq; in sulcum conspicitur exsculptus, prominente medio tereti seu cauliculo herbæ cuiusdam, vt polygoni fœminæ internodijs, ac geniculis quinq;, quos annulos vocant, secto. Horum singulorum interstitijs macula seu punctum nigrum cõspicitur. Cùm itaq; quadrupes sit hæc Tipula, ab ea quàm sepedem Festus esse dicebat, plurimùm differt. Sed & hanc obseruaui. Mira corporis leuitate, & pedum agilitate aquis quoq; inambulat, oblongiusculum & angustũ, sed priore multò minus, & multis ab illa partibus discrepans. Sepes est, nec alatum, nigrum toto corpore, sine cauda, sed antennas exiguas, veluti filamenta subtilissima antè gerens, quibus etiam ingreditur nonnunquam. Est & aliud genus inter hanc, & maiorem medium Vere, vt Aprili aquis supernatans, ac repens, corporis figura maiori planè simili, sed multò minus, oblonga caudæ appendice carens, & maculis in ventre, quarum loco in medijs alis nigris albidam teretẽ gerit. Habes hac tabula expressam prius Tipulam minimam coloris totam cinerei, dein maiorem alis primùm coopertis, deinde detectis, deinde Attelabum Arachnoidem aquaticum, quem subinde describam, nouissimè aliud, quòd secundo loco è Scarabæis esse iudicauimus.

Attelabus Arachnoides aquaticus.

Attelabum Arachnoidem aquaticum nomino Insectum quoddam Aranei speciem gerẽs sed sex tantùm pedibus dotatum, colore cinereo, ac vluæ seu fundi lutosi (in quo sese occulit, aut summa eius superficie sedet, aliquando reptans, nonnunquam natans) adeo simili, vt nisi lynceis oculis data opera diligentissimè intuenti eum deprehendere, aut obseruare non liceat. Rinctu ferè est Locustæ, ocellis vtrimq; altè satis extantibus, cætero corporis habitu non malè Araneum referens, aluo tota annulis pluribus secta, parte prona compressa, supina nonnihil rotunda, ita vt mediam quandam formam inter Araneum, & Attelabum seu Locustam apteram breuem habeat.

Ligniperdam aquaticam Aristoteles non videtur agnouisse, etenim festucas lignaúe colligere eam scribit, quibus sese induat, atq; cùm pòst ijs spoliatur, emori: cùm eiuscemodi animal, quod Ligniperdam aquaticam nominaui, spoliatum suis festucis, quę varijs ex partibus herbarum constant, minimè moriatur, sed subinde nouas festucas recolligat, in quarum vertice exiguam ligni, at non cuiuslibet, sed quod leuitate sua aquis supernatare cognoscit, portiunculam supra ceruicem suam ne mergatur, immiscere nouit: alioqui à terrestri nihil vel parum admodum differt. Bellonius Phryganium vocare videtur, & sic de eo scribit: Phryganium fluuiatile æquè, ac marinum deiectamẽtum, Galli Charree appellant,

Phryganiũ.

quòd

A quòd cinerum excrementis sit persimile. Pisciculus est, aut potius Vermiculus, quo piscatores vtuntur pro esca: sic appellatus, quòd phrygana, id est, fremia siue festucas siue thecæ, aut tegumenti lateribus, filo tanquam Araneę ab eius ore dependente (nouit enim nere, vt Aranea) agglutinans atq; alligans, circumponat, ex quibus augescēs, casam ampliorem sibi construit. In quo pinnoterem imitaretur: nisi pinnoteres sibi ipsi domum facere nescirent. Senos vtrinq; pedes habet, quibus in aquę etiam rapidissimę riuulis incedit: nare enim nescit. Estq; animal tenue, oblongum paruæ Erucæ simile, quem auidissimè appetunt Truttæ. Est enim profluentibus aquis ac torrētibus frequens. Eo etiam pisciculi, si sua theca seu inuolucro nudetur, affatim capiuntur. Chrysippus philosophus, inquit Plinius, tradit, Phryganium alligatum remedio esse quartanis: quod autem esset id animal nec ipse descripsit, nec nos inuenimus, qui nouisset. Hæc Bellonius, ad quem hoc scribit corollarium G. Phryganij nomen vetus Plinio vsitatum, sed quod esset, ignoratum, an rectè aquatico Vermiculo, quē Galli Charree vocant, attribuerit Bellonius, ne de nominibus magis, quàm rebus videar esse solicitus, non disceptabo. Hoc tantùm dixero, à sola etymologia argumentum minimè firmum sumi: nec quoduis animal quod phryganis hæreat, Phryganium dici posse. Sed ita appellemus, li-
B cet potiùs, quàm contendamus: quoniam nullum incommodum inde sequetur opinor. Gallicum nomen Cherree, ad Germanicum Kerder, vel Karder accedit, quod Vermiculis aquaticis pleriſq; puto commune est: vsus omnium ad inescandos pisces, à quibus appetuntur. Ex omnibus æstate Muscarum quædam genera gignuntur, ex alijs alia. Neq; hæc animalcula tantum nostri, sed escam omnem ad pisces capiendos comparatam & infigēdam hamis, Ker- Kerder.
der appellant: à qua voce non aliena est delêar Græca. Priuatim verò Steinbyssen appellant: quasi dacolithos Græcè à morsu lapidum dicas, Vermiculos thecis quibusdā Araneaceis inclusos, qui in aquis fluentibus, & lacu etiam adhærent lapidibus infernè, & à piscatoribus leguntur ad inescandos pisces. Mouentur vnà cum thecis suis, quibus forma cylindri; caput & senos pedes exerunt. Audio & in quibusdam frigidis fontibus Vermiculos thecis duris inclusos inueniri. Nostrates (Heluetij) pleriq; hoc genus Kerder, vt dixi, vel Kerderle nominant: Ruckle genus diuersum appellant in lacu nostro, in fundo aquæ, quod nec lapidibus hæret, Ruckle.
nec thecis includitur, fortè quasi Eruculas. Videri enim possunt Erucæ quędam aquaticę: alij Querclem & Vvasserlusz, id est, Pediculos aquaticos. Eadem enim hæc nomina puto, id est eorundem animalium, vel omnino, vel saltem genere proximo. Vermium quædam genera,
C & multipedum ex aqua cum retibus piscatorum frequenter extrahūtur. Albertus. Ego hyeme aliquando, circa Ianuarij Calendas Insecta huiusmodi Erucis similia inspexi: digiti aut pollicis transuersi longitudine, senis pedibus, ore forcipato, cauda bicuspide: anteriùs, vbi caput & pedes sunt, nigricant: posterius è viridi colore fusca sunt. Quædam ex eis maiuscula, alia parua erant. Reperiuntur maximè locis aquarum limosis, & vbi algæ nascuntur, præsertim illæ, quarum vnà fœniculum altera abietem, vel hippurim folijs refert. Hæc ille, & in paralippomenis rursus, exhibita etiam icone: Icones hîc adiecimus, alteram Phryganij nudi, alteram sua theca intecti, è lacu nostro: Karderle nostri nominant. Theca est quasi bombycina, lōgitudine articuli humani in digito, parte vna aperta. Et includitur Vermis pedibus senis, & capite eminens, reliqua pars, nempe alueus oblongus, intus conditur: suprà infraque cirris albicantibus hirsutus, quibus opinor thecæ suæ adhæret, adeo tenaciter, vt vi euelli vix queat. pars extrema, vtrimq; eminens paucis, & breuibus pilis insignitur. Cùm in sicco seruassem duos aut tres dies, & caput prominens emortuum videretur, euulsi & posteriora etiā-
num vegeta uiuaq; inueni: sed & caput rursus leuiter mouebatur. Thecæ illi foris adhæret,
D quicquid leuius appropinquarit, cortices lignorum, fremia seu Phrygana (vnde Phryganiū Bellonius nominauit) quibusdā & conchulæ patellarum instar, magnitudine & figura lentis, & aliæ quisquiliæ). Nos supra Ligniperdā aquaticam appellauimus & depinximus fol. 306.

De Squilla fluuiatili (Gryllum fluuiatilem fortè commodiùs nominabimus,) pauca isthæc Rondeletius scripta reliquit. In fluuijs Insecta quædam viuere deprehendi, quæ varia sunt. Quædam enim Vermium, quædam Muscarum, quædam Scarabæorum forma sunt. De his cùm nihil apud scriptores veteres legerim, non ineptè facturus videor, si aliarum Squilla
bestiolarum, quarum imaginem similitudinemq; habent, nomina eis imponam. Ab his incipiam, quæ tenui crusta integuntur, qualis est Squilla fluuiatilis, quam hîc exhibemus. Ea pedes ternos vtrimque habet. Cauda in duo longa, & tenuia veluti fila desinit: digitali est longitudine. Capite est rotundo, & compresso instar lentis leguminis. Cornicula quatuor habet. Cum Squillis marinis magna est figuræ affinitas. Quare non video quo aptiore nomine donetur, quàm Squillæ fluuiatilis. Huius icon dabitur pòst.

E

# DE INSECTIS AQVATICIS MVLTIPEDIS ET PRIMVM DE TINEIS VEL SCROPHVLIS. Cap. II.

PIMVS aquarum vitium eſt, inquit Plinius, ſi tamen idem amnis anguillis ſcateat, ſalubritatis inditium habetur: ſicuti frigoris, Tineas in fonte gigni. Has eſſe G. putat, quas Heluetij Gytzen appellant, alibi Gypſen, Stabyſen, vel Maſchen, & Vvaſſerſchaben: ex quibus poſtremum Tineas aquaticas ſignificat. Reperiuntur in fontibus, non quibuſuis, ſed bonis, & frigidis duntaxat, præſertim Martio menſe. Sunt aut Vermiculi perparui; & quoniam conglobari conuoluiq; tanquam in arcum ſolent, minores etiam apparent, vt fallant
Deſcriptio. aliquando bibentes. Colore albicant: pedibus nituntur plurimis, contiguis ferè per totius F
corporis alueum, ſi bene memini: ab ore etiam veluti pedes prominent: vt multipedes, vel Aſelli aquatici nominari mereantur. Pedes molliores ſunt, quàm vt extra aquam ingredi queant; niſi fortè non mollities in cauſa eſt, ſed pedum contiguorum multitudo, quos niſi in aqua non facilè diducunt. In aqua mouentur & currunt, corpore non recto, aut æquali, ſed in alterum latus inclinato. Retrorſum quoq; incedunt, ſi bene memini. Cauda oblonga in alueum deſinit. Oculi ſunt per exilia puncta alba, cum centro nigro longè minutiſſimo. Cũ potu hauſti periculũ creant, vt aliqui putant, etiã vitæ. Ventrẽ ijs qui biberint, inflari audio. Ruſticũ noui qui cum huius generis Vermem in potu hauſiſſet, mox in ſtomacho dolorem percepit, qui ſumpta theriaca deſcendit ad vmbilicum. Medicamento purgatus eſt fruſtra, quãuis copioſè ſoluta aluo. Demum cùm vinum abundè bibiſſet, Vermem viuum aluo reddidit, cùm iã tres dies retinuiſſet. Et veriſimile eſt, niſi cum potu multo promoueatur, & proluatur hoc animal, expelli non poſſe: quoniam in ſicco, vt diximus moueri nequit: humorem autẽ ſiue ſponte ſequatur, ſiue ablutionis vi, exibit faciliùs. Prodeſſet fortè, & terebenthina, aut larigna reſina, aut oleũ, butyrumúe copioſiùs ſumpta: Hæc vt inteſtina lubrica fierent:
illæ vt animal ſecum inuoluerent deſcendendo. Quòd ſi quis aut aquæ, aut vini potum co- G
pioſiorem vitare velit, minore periculo forſan lac, aut lactis ſerum, polypodio præſertim, aut alio molliente aluum incocto medicamento, affatim hauriet. Quod ſi non ceſſerit malum, idem remedium clyſtere infundi poterit. Ab initio autem ſtatim, antequam ad inteſtina deſcendat Vermis, à multo tepidæ oleiq; potu vomitum concitandũ ſuaſerim. Idẽ ſunt Vermes Gallicè dicti Scrophulæ aquaticæ, vulgò Agroueles, vel Eſcroëlles. Aiunt enim multi-
Scrophulæ aquaticæ. pedes eſſe, corpuſculo breui, cauda reflexa: inueniri in fluuijs, puteis, fontibus: & bibi aliquando ab imprudentibus: vnde vulgò Scrophulas illas (Strumas ſeu Chærades) vlceratas, & excedentes, ſine tumore, in gutture, procedente etiam aures verſus interdum malo, & facies aliquando penetrante, oriri putant. Hinc & Vermibus ipſis nomen impoſitum. Hoc Scrophularum genus à regibus Gallorum ſolo contactu curari aiunt. Tu princeps generoſiſſime (inquit Dionyſius Corronius in epiſtola, qua Actuarij librum de compoſitione medicamentorum à Ruellio translatum Franciſco Valleſio Gallorum regni nuncupat) pleriſq; veteris memoriæ regibus, & inuentis tuendis ſolertior, & ſanando fortunacior diuiniorq; extitiſti: qui non carmine, non ſuperſtitione vlla, vt veteres feciſſe produntur, ſed ſincera in Chriſtum fide ductus, eiuſq; vt videre eſt, ſpiritu afflatus duce, tuo H
cœleſtiſque dei digito, tot milia ſtrumoſorum, hoc eſt, morbo perditorum, nulli mortalium, quàm tibi curabili, etiam leuiter contacta ſanas & ſeruas, deorum (quos imitaris) inſtituto, qui ſoli quoſdam in nobis affectus amoliri creduntur. Hæc ille. Ferunt autem omnes Galliarum reges hac eadem ſanandi vi ceu miraculo pollere: eandemq; communicare poſſe filio cuiuſcunq; hominis ſeptimo nato, ita vt nulla filia interim nata ſit: id quod, aut verum non eſſe, aut ſuperſtitione non vacare puto. Audio & Anglorum reges hoc malum ſanare ſolitos, & qui id ſanent legitimos reges exiſtimari. Vocant autem morbum regis, vel malum regium. Per annum ſemel, aut bis aiunt admitti ad regem hoc morbo laborantes: inſpectos prius à Chirurgis, qui & morbum hunc eſſe, & remedijs incurabilem iudicarint. Genus eſſe Serpiginis, vel impetiginis audio in lateribus colli, profundioris, leuiter exulceratæ, & fluentis. Rege igitur admittente, æger accedit in genua procidens. Rex precibus quibuſdam dictis (fortè & ceremonijs, peractis,) nummum

A mũ aureum, cui ab angelo, quo insignitur, nomen, manu flectit: eoq; malum (auulso, si quod impositum est, medicamento, prohibens deinceps quicquam imponi) contingit, & nummũ ægro donat. Tum malum paulatim arescit, & curatur. Interdicitur autem singulis ita contactis, vt per septẽnium intra septem miliaria nõ accedant ad locum, vbicunq; rex moratur: sin minus, malum repetiturum. Sed hoc etiam superstitiosum esse quis non credat?

# DE PVLICE MARINO. Cap. III.

CVM maris purgamentis, inquit Rondeletius, aliquoties reperi bestiolam tenui crusta intectam, quàm hîc depinximus, quæ facie homunciones ridiculè pictos, vel simiam repræsentat: alijs partibus Locustæ similis est, in cauda appendiculas habet Locustæ, ac Squillæ modo. tam exigua est, vt particula corporis, nisi ab oculato, discerni (non) possit, ob paruitatem negligitur. Hanc puto esse ψύλλον θαλάττιον, id est Pulicem marinum, de quo [a] Aristo-
B teles, cùm de piscium somno agit. Pisces vel manu facilè caperẽtur dum dormiunt, nisi à Pediculis & Pulicibus vexarentur. Nunc verò si somnum diutius capiant, noctu ab innumera multitudine illarum bestiolarum occupati absumuntur. Gignuntur eæ in profundo mari tãta fœcunditate, vt escam ex pisce confectã, si diu in imo manserit, totam corrodant, atq; piscatores sæpe escam demissam glomeratis vndiq; his bestiolis perinde vt globum recipiunt. Gignuntur & in stagnis marinis similes. Hæc ille. cæterùm cùm animalculum, quod depingit, crusta tegatur, è squillarum potiùs minimarũ genere fuerit, quàm verè Pulex aquaticus Aristotelis. Verisimile enim est Insecti genus esse, quod ita vocat philosophus: nam & Pediculus aquaticus, vt ipse quoq; testatur Rondeletius, Insectum est. Nos illud inter crustata dabimus. Non ferendus lapsus est Augustini Niphi, scribentis Scolopendras marinas vulgo Pulices marinos vocari, quoniã infestãt, vt putat, pisces eodem modo, quo nos Pulices terreni. Nos longè alias Scolopẽdras marinas pòst exhibebimus. [b] Kiranides Psyllum seu Pulicẽ marinum, minimum animal esse dicit, quo vtantur piscatores. Salit, inquit, per littus. Hunc psyllij herbæ seminibus octo in pelle vel panno ligatum, & ad collum suspensum, rigorem tertianum fugare tradit. Quòd si psyllos marinos multos cum aqua marina coxeris, & aspersseris,
C vbi multi sunt Pulices, euanescere. Additq; & alias facultates, dum ait: In lapide psorite, qui & porus dicitur, sculpe Psyllos marinos tres sub calamo viridi manentes; & reclude radicem herbæ Psyllij. hoc amuletum da puero cadenti, & qui dentes teret. Si piscator psyllum gestarit, vigilãdo in die per flumen aut lacum, magnam vim piscium capiet. Et [c] rursus. Psyllus qui in littoribus inuenitur, cum roseo (oleo rosaceo) coctus vel albo vino, dolorem aurium sanat. Psyllos id est, Pulices, marinos multos in aqua marina coque cum Psyllio herba. hac decoctione conspersa domo Pulices pellentur. Si piscator vtatur Psyllo pro esca, multis piscibus potietur: debet autem ligari in pelle delphini. Item circa finem quarti: Psyllos marinos, inquit, cum aqua marina, & zolica (conyza fortè, vel psyllio, vt suprà) herba coque. hoc decocto domum asperge, abigentur Pulices. Quod si Psyllum marinum piscator ferat, multã obtinebit piscationem. Meminisse Pulicum marinorum videtur Plinius, dum ait: Adeo nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam æstiua animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maximè cælat, existant: & circum globata escæ sæpe extrahuntur: quæ causa somnum piscium in mari noctibus infestare existimatur.

[a] *Li. 4. Hist. cap. 10.*

Niphi error.

[b] *Lib. 1.*

[c] *Lib. 2.*

D

# DE PEDICVLO MARINO. Cap. IV.

EST inter Insecta Pediculus marinus, inquit idem Rondeletius, qui cum Pulice conspirat ad infestandos pisces, & tenui crusta integitur. A Græcis vocatur φθεὶρ θαλάσσιος, qui duplex est apud Aristotelem: vnus qui in mari, quod est à Cyrena ad Ægyptum circa Delphinum est: qui omnium pinguissimus fit pabuli copia, quæ Delphini opera suppeditatur. Alter Pediculus est, quem hîc depinximus, maioris fabæ magnitudine, & latitudine, (depingit autem hâc magnitudine, ad quam sane ne maxima faba accedat, quare quem ego obseruaui & appinxi, rectiùs exprimitur.) Scarabæo terrestri simi-



lis. Corpus ex aliquot tabellis, veluti Locuitę vel ſquillæ cauda E
cõſtat. Ante os, duo cornua breuia habet: vtrimq; pedes multos, incuruos, in acutum deſinentes. Piſcibus ita hæret, vt eripi non non poſſit. Sugit, vt Hirudo, nec priùs abſcedit, quàm tabidum, & exuccum piſcem reddiderit. Reperitur ceruici mugilum, luporum, & ſaxatilium piſcium affixus. Hunc Pediculũ marinum eſſe [a] Ariſtotelica deſcriptio apertè indicat: ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ γίνονται μὲν ἐν τοῖς ἰχθύσι φθεῖρες, ἔστι δ' ἃ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἰχθύων, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰλύος. εἰσὶ δὲ τὰς ὄψεις ὁμοίοις τοῖς πολύποσι, πλὴν τὴν ὑρὰν ἔχουσι πλατεῖαν. In mari ſunt (naſcuntur) piſcium Pediculi, non ex piſcibus ipſis, (vt in tereſtribus animalibus, quorum Pediculi ex ipſis en aſcuntur,) ſed ex limo generati ſunt autẽ aſpectu Aſellis multipedibus ſimiles, niſi quòd caudam latam habeant. Qui igitur ὄνους, qui Latinè Multipeda dicuntur, quæ ſub aquario vaſe ſtabulantur, cognouerit, facilè ex earũ ſpecie Pediculum marinum agnoſcet.

[a] Lib. 5. de Hiſt. c. 31.

Vnde perſpicuum fit turpiter hallucinatum fuiſſe authorem libri de aqua F
tilibus, qui Pediculũ marinum, Aſilum ſiue Oeſtrum Ariſt. appellauerit: quem Aſilum Arift. ſtatim poſt Pediculum longè diuerſum deſcribit: Τισὶ δὲ τῶν θύννων οἶστρος γίνεται περὶ τὰ πτερύγια: ἔστι δὲ ὅμοιος τοῖς σκορπίοις, καὶ τὸ μέγεθος ἥλίκον ἀράχνης. Aſilus ſub quorundam thynnorum pinna oritur, ſpecie Scorpionis Aranei magnitudine. Si Aſilus Scorpioni ſimilis eſt figura, vbinam quæſo in Aſilo tuo repræſentatur? vbi cauda longa & ſtricta? vbi in eodẽ Aranei magnitudo? Hæc apertè conuincunt, te neq; Aſilum vnquam vidiſſe, neq; traditam ab Ariſtotele eius deſcriptionem diligenter legiſſe. Sed de Aſilo aliàs: cuius verã effigiem in orcyno depinximus ſupra branchiarum pinnam, quia ſub pinna videri non potuiſſet. Vocãt in mari Pediculos, inquit [b] Plinius, eosq; tritos inſtillari ex aceto auribus iubent. Et paulò pòſt: Rigor ceruicis mollitur cũ marinis qui Pediculi vocantur, drachma pota. Ego eorum cinerẽ ad vlcera capitis manantia valere ſum expertus. In ſtagnis etiam marinis naſcuntur Pediculi, ita conglomerati, vt piſces etiam hamo iam captos abſumant. A marinis neq; figura, neq; victus ratione, neq; viribus differunt. De eodem Pediculo marino Bellonius, qui tamen Aſilum hanc beſtiolam nominauit perperã, ſic ſcribit Aſilus marinus, Oppiano Oeſtrum terreſtri Millepeda lõgè maior, vtrimq; octo pedes habet, in ambobus lateribus ſedecim. Octonis quoq; in tergore tabellis loricatur: quæ totidem vtrimq; pedibus reſpondent. Priorũ pedum vngues ad caput, poſteriorum autem verſus caudam reflectuntur: (Hoc in Rondeletij, pictura non ita apparet,) ex quo eum & antrorſum & retrorſum ingredi poſſe credibile eſt. Vnguibus piſces, quos apprehendit, ſtrictè continet, ſubitq; eorum ſquamas, nec inde vnquam abſcedit, donec eos eroſerit. Erythrinos, Dentales ac Sargos edit, vt in Corcyra Mullum à duobus Aſilis vtrimq; penè deſquamatum aliquando viderim, tametſi Mulli plerunq; Oeſtros abſumat. Oculos habet paruos, nigros, aliquantum eminentes: atq; in orbem, vt terreſtris Millepeda ſe contrahit. Prægnans plerunq; reperitur. Verſatur in Limoſis portubus & ſpurcitia refertis.



[b] Lib. 31. ca. 7. & 8.



Eſt & aliud animal marinum, cuius iconẽ ex corollario G. ad Rondeletium appoſui, quod ſi Pediculi marini ſpecies non eſt, quò referendũ ſit dubito. Rondeletiũ quidem Pediculum marinum verum exhibuiſſe, dubium mihi non eſt, nã & antè multos annos idẽ animal Pediculi marini accepi, cùm vulgari Italis nomine Pedocchio marino. Huius fortè H
generis & Ἔρπηλαι ſunt à recto ſingulari ἔρπηλη, ſi rectè legitur apud Athenæum Numenij verſus recitantem de piſcium eſcis:

Ἠ καὶ ἑρπήλας δολιχηπόδας, ὁππότε πέτραι
Ἀμμώδεις κλύζονται ἐπ' ἄκρη κύματος ἄγη
Ἔνθεν ὀρύξασθαι, δέμνιά τ' ἀὴς ἄγγος ἀολλέας.

Sũt & Herpelæ (Dalechãpius vertit Cicadæ) pedibus lõgis, cũ arenoſa

*Saxa fluctuum aſpergine ſpumaſa, ad ſummum*
*Vſq; conſperguntur: inde petenda*
*Trahendaq; ſunt, & in vas confeſtim iacienda.*

Proximè autẽ dixerat Iulos in littore fodiendos. Ἔρπηλη dicitur, vel Ἔρπυλλα littoralis quidã & foſſilis Vermis fuerit, multis longisq; pedibus repens, ineſcandis piſcibus idoneus. Nõ eſt autẽ Scolopendra. Eã enim alibi priuatim nominat Numenius. Ariſto. genus Pediculi marinum,

A nũ, simplex vnũq; esse author est: quod vbiq; proueniat, sed maximè in foraminibus & cauernis. Adeo nihil non gignitur in mari, inquit Plinius, vt cauponarum æstiua etiam animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maximè cælat, existant, & circũglobata escæ sæpe extrahũtur: quæ causa somnũ piscium in mari noctibus infestare existimatur. Hæc ille, ex Arist. cuius hæc sunt verba: Pisces enim vel manu facilè caperentur, dum dormiunt, nisi Pediculis & Pulicibus appellatis solicitarentur. Nunc verò si somno dati immorentur, noctu ab innumera multitudine iliarũ bestiolarum occupati absumuntur. Gignuntur hęc in profundo maris tanta fęcunditate, vt etiã escam de pisce emollitam, si diu in vno manserit, totam corrodant atq; absumant: & quidẽ sępenumero piscator escam demissam glomeratis vndiq; his bestiolis perinde, vt pilã recipit, (attollit.) Vbi Aristoteles diro vitio infestari scribit, vt Pediculi sub branchijs innati multi interimant; quod nulli ex cæteris accidere ait: Rondeletius bestiolas quasuis infestas Pediculorũ nomine hoc loco intelligit. Sed infestãtur, & alij quoq; pisces Pediculis, sed non innatis. non igitur simpliciter Pediculi, sed Pediculi innati, peculiare chalcidi malũ est; quod & Plinius dicere videtur his verbis: Piscium quibusdã ipsis innascuntur, quo in numero chalcis accipitur. Meminit Pediculi marini etiã Ælianus; Sunt & in
B piscium genere (inquit) parasiti, vt Pedunculus (φθεὶρ) appellatus; qui ex ijs quæ delphinus ceperit, (superfluis nimirũ, & intercedentibus,) victitat. Itaq; ex eis præda, tanquã ex locupleti mensa refertus pinguescit. Eo nimirum delphinus tantopere delectatur, vt cum ipse libenter, quæ comprenderit, cõmunicet. Videtur autẽ huic pisci nomen è distenti corporis plenitudine factum: nã & in animalibus Pediculi nutrimento repleti distenduntur immodicè. Sed eiuscemodi Pediculus piscium, non Insectorum generis est, idem nimirum cum eo quẽ ex Aristotele Rondeletius primo loco recensuit. Fallitur enim hic, Insectum esse arbitratus. Exprimit enim Aristoteles piscem esse vocari verò Pediculum.

# DE OESTRO SIVE ASILO AQVATICO. Cap. V.

C DE hoc quoq; animalculo diligẽtissimè scripsit Rondeletius. Oestrũ, inquit, siue Asilum marinũ vocarunt veteres, neq; à voce, neq; è figura, sed à naturæ similitudine, quæ illi est cũ terrestri. Oestrus enim terrestris est Insecti genus horrisono strepitu, vulgus Tahon, Latini Asilum vocant teste Vergilio. Græcorũ authores οἶστρος appellant, ab eo quòd exagitent, nec patiantur exa mina conquiescere. Inde Oestro perciti dicuntur furore correpti. Et οἰστρᾶν & οἰστρηλατεῖν stimulari & concitari significat. Ab huiusmodi natura, bestiola in mari dicitur



οἶστρος, id est, Asilus; qui Thynnos & Xiphias ita diuexat & concitat, vt in naues aliquando exiliãt, atq; etiam nonnunquam in littus. Adeo nihil est, quod hoste careat. Qualis verò sit Asilus marinus, pauci nouerunt; quia exiguus est admodum, & rarò, vigente tantùm canicula, nec in multis piscibus, sed in thynnis & xiphijs, nonnunquam in delphinis, nec tamen omnibus conspicitur. Eum sic descripsit [a] Aristo-

[a] Li. 5. Hist. cap. 31. Descriptio.

teles. Asilus circa Thynnorum quorundam pinnas oritur, specie Scorpionis, Aranei magni-
D tudine. Quæ breuis est, & non satis explicata Asili notio: ex qua Asilum nunquã penitus nosse m, nisi sub thynni pinna, quæ ad branchiarum est scissurã, affixum conspexissem æstuante canicula. Ergo ex ipsa αὐτοψίᾳ sic fusiùs depingi potest. Pro ore tubulum siue fistulam habet, pro corporis ratione longam. Vtrimq; sitæ sunt veluti manus duæ, quæ ad os flectuntur. Sequitur aluus cũ incisuris, cui affixi sunt sex pedes: duo, qui in extremo aluo fiunt, crassiores sunt & lõgiores, qui sequuntur vtrimq; locati, paulò minores: reliqui duo qui magis in lateribus sunt, omniũ minimi. Ore siue fistula, Scorpionis terrestris caudę, pedibus, eiusdẽ brãchijs similis est: aluo & magnitudine, Araneo: Vt polypi acetabulis, ita hic ore adhæret parti molliusculę & pingui sub pinna ita tenaciter, vt auelli integer nõ possit. Sanguinẽ exugit Hirudinũ ritu, vsq; dũ præ plenitudine decidat, & moriatur. Cur in summo tãtùm ęstu, & caniculæ tẽpore pisces dictos infestet, id in causa esse puto, quòd æstate tantũ nascatur, autũno pereat. Cur sub pinna hęreat, in causa est partis mollitudo, pinguitudo, & sanguinis copia. Reliquo corpore thynni cute quidẽ lęui integũtur, sed illi subsunt squamæ duriores. Ex gis iutelligendus est [b] Plinij loc[9]: Animal est paruũ, Scorpionis effigie, Aranei magnitudine. Hoc se & thyn

[b] Li. 9. c. 15.

no,&ci qui Gladius vocatur,crebrò delphini magnitudinẽ excedẽti,ſub pĩna affigit aculeo: tantoq; infeſtat dolore, vt in naues ſæpenumero exiliant. Dubiũ non eſt hæc de Oeſtro ſiue Aſilo marino dici.Sũpta ſunt ex maiori parte ex Ariſt.Thynni & Gladij exagitãtur Aſilo,canis exortu.Habent enim vtriq; per id tẽpus ſub pinna ceu Vermiculũ,quem Aſilum vocant, effigie Scorpionis,magnitudine Aranei.Infeſtat hoc tãto dolore,vt nõ minus interdum Gladius, quàm delphinus exiliat.Hîc animaduertere licet,quã procul à veritate abſit author libri de Aquatillibus; (Belloniũ intelligit)qui Pediculũ marinũ pro Oeſtro exhibuit,cùm in eodem contextu Ariſtot.hunc ab illo ita diſtinxerit, vt imprudentis ſit hominis ſine ratione à vetere & probatiſſimo ſcriptore diſſenſiſſe,vel parũ oculati,qui Ariſt. locum non viderit, qui eſt huiuſmodi.In mari gignuntur in piſcibus Pediculi,non ex ipſis piſcibus,ſed ex limo aſpectu ſimiles Aſellis multipedibus,niſi quòd caudam ampliuſculam habeant. Et mox:Aſilus circa thynnorum pinnas oritur,ſpecie Scorpionis;& cætera quæ antè eitauimus. Vides perſpicuè ab Ariſtotele Pediculum Aſello multipedi conferri,cui ille Aſilum comparat. Deinde cùm Ariſtoteles tam apertè Pediculum ab Aſilo diſcernat: ille ſine cauſa dubitat, an Ariſtoteles Aſilum à Pediculo,& Pulice diuerſum conſtituerit.Idem author,inquit de Ariſtotele,videtur Oeſtrum ſeu Aſilum diuerſum à Pediculo conſtituere.Nos verum Pediculũ marinum libro de cruſtatis expreſſimus.in ijs enim numerari debet,quòd cruſta tenui cõtegatur.Hæc itaq; omnia Rondeletius: Aſilus, inquit Gyllius,vexator piſcium Scorpij ſpeciẽ ſimilitudinemq; gerit.Is quem vidi,albus erat,& ad piſcem Pagrũ adhæreſcebat. Piſcatores affirmant maximos piſces conficere poſſe, Ligures vocant Pruſam. Ariſtoteles alibi etiam ſic habet:Aſilus aquaticus thunnũ ęſtate infeſtat,& vt eo tempore deterior ſit,efficit. Et rurſus: Aſilus primades infeſtat iam adultiores,quo tempore larga eſt ipſarum captura. Itẽ alibi:Thunnus poſt arcturum melior eſt. iam enim eo tempore ab infeſtantis Aſili agitatione requieſcit,quæ facit,vt ſit in æſtate deterior,& largiùs capiatur.Et apud Athenæũ Thunnus dum fętus adhuc paruos habet,vix capitur: cùm verò grandior fuerit,capitur propter Aſilũ.

Delphinos vt infeſtẽt.

Pruſa.

# DE SCOLOPENDRA MARINA. Cap. VI.

SCOLOPENDRÆ marinæ duo ſunt genera: vna ex Inſectorum genere, altera cetacea eſt, de qua hîc agendum non eſt. Nunc de illa dicemus, quæ ex Inſectis eſt, terreſtri Scolopendræ ſimilis, de qua hæc Ariſtoteles prodit. Scolopendræ marinæ aſpectu terrenis ſimiles ſunt, magnitudine paulò inferiores, gignuntur in ſaxoſis locis, colore magis rubræ ſunt: pedum numero terreſtres ſuperant, ſed cruribus ſunt gracilioribus: Serpentum more non in altis gurgitibus (ἐν τοῖς βαθέσι σφόδρα.) naſcuntur. Ron-





deletius

A



deletius duas Scolopendræ marinæ ſpecies proponere ſeſe ait, ſed tamen tres has depingit, quarum prior minor eſt, colore planè rubro (ea hîc priori loco depingitur,) dodrantali magnitudine, in ſaxoſis locis degit. A capite ad caudam vtrinque pedes habet plurimos, in flexus & volumina ſeſe contorquet, nunc longior, nunc breuior, nunc gracilior, nunc craſſior efficitur. Altera eſt ſuperiore multò longior, vtpotè quæ ad cubiti longitudinem accedat, tenuior, colore ad candidum vergente. A capite ad caudam vtrinque pedes habet plurimos, Descriptio.

B veluti ſuperior. Hanc quoque hîc depinximus. Huius generis Scolopendras in ventriculo Lacertorum marinorum, & Acuum ſæpe reperi, & ſæpe ex ore extraxi: quod maximo eſt argumento huiuſmodi piſces ijs veſci ſine pernicie: Præterea eas non in littoribus, aut in littorum ſaxis, ſed in alto mari, vt Lacertos, & Acus, viuere. Paucula hæc de Scolopendris habet Rondeletius; Addidi ego aliam iconem Scolopendræ alterius, quæ colore prædita erat miniaceo. plura verò G. in corollario, quæ omnia, ne quid in hoc opere deſideretur, quòd ad Inſectorum hiſtoriam pertinet, nobis minimè prætereunda ſunt; licet diuerſo ordine conſcripta: Scolopendræ terreſtribus ſimiles, quas Centipedas vocant, Plinius: vnde apparet terreſtres tantùm Scolopendras Latinè Centipedas appellatas, quod nomen etiam hodie vulgus Italorum ſeruat: de marinis quidem cùm loquitur Plinius, ſemper Scolopendras appellare ſolet: ſed etiam terreſtre Inſectum, quod aliter Aſellus dicitur, Centipedam, Millepedamué aliqui vocant. Apud Plinium alia lectio habet Centipedes, tanquam à recto Centipes: meliores verò codices, Centipedas, à recto, Centipeda. Cæterùm cùm Ariſtoteles ſcribat marinas ſimiles eſſe terreſtribus, τὸ δὲ μέγεθος μικρῷ ἐλάττως, hoc eſt, magnitudine autem paulò minores, quærendum eſt quænam ſit terreſtrium magnitudo. Braſauolus Scolopendræ Scolopẽdrę quæ Centipedę dictę.

C olim picturam ad me miſit, duos pollices longam: apud nos ſpecies duæ reperiũtur, quarum maior vix duos digitos æquat, altera vnum: At Rondeletij minor Scolopendra ad palmum accedit, maior ad cubitum. (Addidi & ego Scolopendræ alterius magnę, ac latę ad cubitum penè accedentis iconem, quæ colore eſt tota amethestino.) Scolopendræ marinæ terreſtribus magnitudine æquales ſunt, aut paulò minores, Vvottonus, qui ſuſpectum ſibi hunc Ariſtotelis locum eſſe ait. Albertus tamen, Auicennæ interpretem ſecutus, ſimiliter legit minores, cuius verba hæc ſunt: [a] Serpentes, & piſces verè dicti, non habent pedes. In mari tamen [a] *Lib. 1. de Anim. tract. 1. c. vlt.*

eſt animal, quod quadraginta quatuor vocatur, propterea quod tot pedes habere videtur: & ſimile huic animali eſt aliud, quòd moratur in terra, & eodem nomine vocatur: ſed quod eſt in mari, eſt minus quàm agreſte (quàm terreſtre) & reliqua, vt Ariſtoteles. Scolopendra marina, quam vidi, ad digiti longitudinem, & craſſitudinem accedebat, Græci Scolipetras corruptè nominant, Gillius. qui cùm marinum tantùm faciat, paulò antè tamen ſcripſerat eam terreſtri minorem eſſe. Marcellus Virgilius Dioſcoridis interpres, marinas terreſtribus longiores facit. Quales terrenæ, inquit, Scolopendrę ſunt, tales & marinę, longiores, tereti corpo-

D re, & infinitis penè pedibus ingredientes. Hæc de magnitudine. Eſt autem quod circa formam quoque addubitem. Marinæ Ariſtoteli ſpecie formaque conſimiles ſunt terreſtribus, παραπλήσιαι τῷ εἴδει. Ego in terreſtribus capitis caudæq; formam longè aliã video: quàm in marinis Rondeletij, quarum caput & cauda nihil ab ijſdem in Lumbricis partibus differunt. Marinæ Rondeletij, Lumbricorum modo ſe contrahunt explicantq;, quod etiam terreſtres facere audio, vt modò longiores, modò breuiores appareant: ſed ipſe nondum ſatis obſeruaui. Hæc equidem notanda cenſui, non ad conuellendam Rondeletij opinionem: ſed vt inquiratur, ſitne alia Scolopendræ marinæ ſpecies, quæ cum Ariſtotelis deſcriptione meliùs congruat. Hoc addendum, ſi marina minor ſit terreſtri, quomodo glutiet hamum vtcũq; exiguum? quorum vtrunq; de marinis Ariſtoteles ſcribit: quodq; contactu vrant, quòd an ſuę etiam faciant, non omittere debuerat Rondeletius: qui prętera putat Scolopẽdras, non in littoribus, aut littorum ſaxis, ſed in alto mari degere: Ariſtoteles [b] verò, περὶ τὰς πετρώδεις τόπους, καὶ ἐ σφόδρα βαθεῖς, hoc eſt locis petroſis, & non admodum profundis: in petris quidem commodius reperent, ac in ijſdem deliteſcerent. Idem Ariſtoteles [c] interprete Gazæ: Forma. Quibus in locis in mari degant. [b] *lib. 2 Hiſt. c. 14.* [c] *lib. 9 Hiſt. c. 37.*

Gaza: Pisces, inquit, qui vulpes nuncupantur, cùm se deglutisse hamum senserint, sibi opitulantur, vt Centipeda. Longius namq; sese offerentes, lineam abrodunt. Capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici, gurgite præalto, & fluctuoso. Græca sic habent. Τῶν δ' ἰχθύων αἱ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες, ὅταν αἴσθωνται, ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπιπώκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὥσπερ, καὶ ἡ σκολόπενδρα. ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν ὁρμιὰν, ἀποτρώγουσιν αὐτήν. ἁλίσκονται δὲ περὶ ἐνίας τόπους πολλοῖς ἀγκίστροις, ἐν ῥώδεσι καὶ βαθέσι τόποις. Vbi hæc verba; capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici, ad vulpesne an Scolopendras referenda sint, dubitari potest: Si ad Scolopendras referas, obstare videtur, quòd in Græco contextu, ἡ σκολόπενδρα, numero singulari scribitur: quanquam eiusmodi enallagæ Aristoteli non raræ sunt. Secundo quidem libro historiæ cap. 14. vt paulò antè recitaui, in talibus locis Scolopendras capi dixit. neque pugnat, quòd illic in non valdè profundis, hîc in profundis capi legimus, vt mediocrem profunditatem intelligamus. hîc etiam pro ῥώδεσι, legerim πετρώδεσι. nam ῥώδεσι vox nullam significationem habet. Gazam, qui vertit fluctuosis, apparet legisse ῥοώδεσι. Sed alibi nusquam hoc sensu apud Aristotelem reperiri puto: & nimirum profundiora loca minus sunt fluctuosa. In Arriani tamen Periplo legimus θάλασσαν δ' ἴνας ἔχουσαν καὶ ῥοώδεις ἰλύγγας. quamobrem nihil definio. Video Niphum Suessanum de vulpibus hæc verba accipere, capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici: ego de Scolopendris potiùs, tùm propter antedictam causam: tùm quia vulpes, seu vulpeculæ pisces, Oppiano teste, non in talibus locis, sed in cœno profundo degant, πηλοῖς ἐν βαθέσι; sicuti & cæteri galei, præter canem carchariam pelagium. Plinius [d] partem loci à nobis recitati conuertit, partem verò illam, de qua controuersia est, non attigit. Cæterùm hæc verba, Ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν ὁρμιάν, &c. ad vulpes retulerim, quæ lineam præmordeãt: nam Scolopendræ alio ingenio se liberant, seipsas inuertendo: licet Pierius Valerianus ea quoque ad Scolopendras referat. Quæ autem de vulpibus dicuntur, ceu per parenthesim accipienda fuerint. Oppiano Scolopendra & polypi ἅλος ναίουσιν ἐναύλους: hoc est, in cauernis maris habitant. Accipitur enim ἔναυλος pro latebra, & loco cauo: tales autem circa petras sunt. Sophocli ἔναυλος, & θυραῖος opponuntur: hic foris est, ille in domo. Videtur & amphibijs eam adnumerare Oppianus. Locus integer sic est:

Ἄλλοι δ' ἑρπυζῆρες ἁλὸς ναίουσιν ἐναύλους,
Πελύποδες σκολιοὶ, καὶ σκορδύλος, ἠδ' ἁλιεῦσιν
Ἐκθομένη σκολόπενδρα, καὶ ὁσμύλος: ὧδε καὶ αὐτοί,
Ἀμφίβιοι.

Marcion Smyrnæus, qui de simplicibus effectibus scripsit, rumpi Scolopendras marinas sputo tradit teste Plinio. Idem Aelianus prodidit 4.22. & 7.26. vtrobiq; id à Gillio etiam rectè translatum est, at libri 7.c.35. hæc eius verba, Scolopendram terrestrem saliua disrumpi ferunt, in nostris codicibus Græcis non extant. Appetunt marinæ etiam nidorulenta, vt terrestres, quòd scribit Aristoteles; item vbi hamum deuorârit, euomit foris sua interiora, donec hamum eijciat, tum recipit intrò, ac valet eadem, qua antè salubritate. Quod & Plinius repetit, & meminit Plutarchus in libello de his, qui serò puniuntur à Deo. Ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι, καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπουσιν ἑαυτάς. id est: quemadmodum marinæ Scolopendræ absorpto hamo seipsas inuertunt: nihil autem interest, interanea eas vomere dicas, an seipsas inuertere. Quomodo verò Scolopendræ hamo captæ, seipsas liberent, proximè dictum est. Esca ad anguillas à Tarentino descripta, recipit Scolopédræ marinæ drachmas octo, caridum fluuiatilium tantundem, sesami drachmam, simul autem exceptis vtendũ. Piscatoribus infestissimam esse Gillius [e] ex Oppiano, vt videtur, ait, postea enim quàm hamum contigerit, nullus piscis ad hamatam escam accedit, quòd huius tetro odore procul pellatur. Oppiani versus sic legimus Græcè:

Ἐχθρὴ καὶ σκολόπενδρα πανέξοχον ἀσπαλιεῦσιν
Ἐμπελάσαι. εἰ γάρ ποτ' ἐπιψαύσειεν ἑλύτρῳ,
Οὐκ ἂν τις νεπόδων κείνῃ πέλας ἀγκίσοιο
Ἔλθοι. πᾶν γὰρ οἱ ἐπαχθέα μίσγεται ἰόν.

pro ἐπαχθέα, legerim ἀπεχθέα. Est & alibi Oppiano ἁλιεῦσιν ἐκθομένη σκολόπενδρα. pro ἑλύτρῳ, ἐδέτρῳ. nam tertio quoque libro ἔδετρον vocat escam hamo insertam, de melanuris capiendis canens. Brodæus nihil mutans interpretatur: Si quando pellem Scolopendræ hamus attingat. vter meliùs, iudicent eruditi. Nos interea de veneno eius dicemus. Oppianus, & partim Aelianus Scolopendram marinam similem esse scribunt terrestri, quo ad corporis speciem, sed tactu nocentiorem. Venenatum enim eius morsum vrere, & rubicundum in cute colorẽ excitare, sicut papulam vrtica herba inurit. Et ante eos Aristoteles, mordet, inquit,

Scolopẽdræ marinæ, & terrestris venenum.

non

[d] li. 9. c. 49.

[e] Lib. 2. Halieut.

A non ore, sed tactu totius corporis, similiter vt quæ vrticæ vocantur. Symptomata, quæ inducit, eadem ferè, qualia ab ictu terrestris Scolopendræ inferri diximus, quod ex Paulo Aegineta liquet, qui repetitis ijsdem quæ nos in terrestri Scolopendra recitauimus, addit: Priuatim verò à marina Scolopendra morsis, aquosus, & pellucidus humor interdum accidit; vt à terrestri, rubicundus. Curatio quoque morsus eadem, quare lectorem eò ablegamus. Ipsa verò suos in medicina vsus habet. Etenim in oleo decocta si illinatur, Dioscoride scribente, auellit capillos; sed contactu pruritus facit. Pharmaca quæ pilos disperdant, componuntur cum ex alijs rebus, (inquit Galenus ex comptorijs libris Critonis) tum ex marinis Scolopendris, vrticaque marina, & Stellis marinis, nitro ac amurca ad hæc ammixtis. Plinius quoque Scolopendræ marinæ cinerem cum oleo psilotrum esse tradidit, item cum melle illitas strumas curare. Hieroglyphicum hominis, qui animum suum à vitijs affectibusué crucialibus depurget, quçque se lædant eximat & expellat, per Scolopendram (marinam) teste Pierio effigiabant Aegyptij. Ea enim vbi hamo deprehensa fuerit, interiora euomit, donec hamum eijciat. Ex ea remedia.

B

# DE VERMIBVS IN TVBVLIS DELITESCENTIBVS. Cap. VII.

NASCVNTVR, teste Rondeletio, in saxis marinis, & super concharum ¡vetustarum testas, tubuli vel siphunculi testacei, rotundi, asperi, candidi intus lęuissimi, quorum alij recti sunt, alij cõtorti, & replicati. In his procreantur, & viuunt Vermes, qui foras se exerunt hauriendæ aquę gratia. Hi colore, substantia, Scolopendræ rubrę similes sunt, figura & magnitudine nonnihil differunt: longissimi enim digiti magnitudinem non excedunt. Pars posterior folij mirtei modo in acutum desinit. Priore parte vtrinque pedes habent, veluti Scolopendrę, vnde fistula prominet in extremo obtusa tubę modo, & perforata qualem in
C Asilo marino depinxit Rondeletius: ea aquam trahit. Horum Vermiculorum testa pharmacopœi nostri, inquit Rondeletius, vtuntur, in compositione vnguenti citrini, pro dentali. Huic similem testam etiam dentale vocant, quo in eodem vnguento vtuntur. icon pòst dabitur. Vsus.

# DE APODIBVS, ET PRIMVM DE VERME INDICO. Cap. VIII.

D ETIAM si certò mihi persuadeam Vermem hunc Indicum, de quo subinde nobis sermo est futurus, ex Insectis non esse, attamen cùm eum nũquam viderim, nec alios vidisse sciam, qui vel piscium, vel cęterorum, vel etiam mõstrorum genus referre potuissent, itaq; quæ apud alios de eo scripta inueni, hûc inferam. Scio interim ætatis nostrę Latinos scriptores mustelas, siue Lampetras vulgò dictas Lumbricos fluuiatiles nominare, (Lampetrę nomen à Lumbrico detortum suspicantes.) quod sanè mihi non placet, & eandem opinionem à Rondeletio reprehensam inuenies in mustela fluuiatili Ausonij, vbi Castellani etiam episcopi Matiscon. sententiam explicat, qui Vermem aquatilẽ, qualem in Gange Plinius describit, Lampetrã esse putauit. Plinij verba hęc sunt: In Gange Statius Sebosus haud modico miraculo affert Vermes binis branchijs, 60. cubitorum, cęruleos, qui nomen à facie traxerunt: his tantas esse vires, vt elephantos ad potum venientes, mordicus comprehensa manu eorum abstrahant. Quo loco Franciscus Massarius: Longitudo illa, inquit, sexaginta cubitorum, non ad branchias, sed ad Vermes referenda est. Nam branchias sexaginta cubitorum longitudine constare pręter veritatẽ, & dictu incredibile esset, cùm neq; longas, neq; breues branchias ab aliquo dictas reperias. Verùm & simplices, & binas quaternasué branchias Lampetræ Lumbrici fluuiatiles dicti. Vermis cæruleus in Gange.

chias piscibus Aristoteles contribuit: quod item Plinius meminit hoc libro. Solinus verò in E
Polyhistore,nõ branchijs,sed brachijs,nec sexaginta cubitorum,sed senũm cubitorum scribit, longitudinem illam cubitorum ad brachia, non ad Vermes referens, hoc modo: Aquæ etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges, quem Statius Sebosus inter præcipua miracula ait Vermibus abundare cæruleis nomine, & colore. Si bina habent brachia longitudinis cubitorum non minus senũm, adeo robustis viribus, vt elephantes ad potum ventitantes, mordicus comprehensos ipsorum manu rapiant in profundum. Nescio an à Statio Sebosio,an potiùs à Plinio hæc Solinus excerpserit:Sed si à Plinio,illud sanè non omiserim,quo minus dixerim eum ipsum verba Plinij perperam interpretatum fuisse, ac Vermes nomine meliùs & veriùs, quàm cæruleos nomine prodidisse: cùm Plinius à facie,hoc est, forma corporis, nõ colore Vermes huiusmodi nomen attraxisse scribat,licet sint colore cærulei.nam Vermibus corpore similes sunt: quos cùm talẽ figuram habeant,verisimilius est brachijs carere, quàm eadem possidere:nam si brachia obtinerent, non Vermes, sed monstra appellasset, vt neq; credendum sit, huiusmodi animalia brachijs prædita esse. Ex eo quod inter præcipua miracula hæc prodiderit,cùm & anguillas ad tricenos pedes longas,inter non minora miracula in Gange reperiri,Solinus ipse tradiderit,qui- F
bus neq; brachia,neq; crura tribuerit.Non igitur ob hanc causam,sed ob longitudinem eorum,ac fortitudinem admirandam,quòd elephantes in profundum per proboscidem abstrahant, hæc inter miracula commeminerint, vt Plinij lectionem magis quàm Solini probandam existimauerim. Qui error (si error est) hinc proficiscí potuit,vt reor,quòd Solinus longitudinem illam ad branchias, non ad Vermes referens, in Plinio branchijs sexaginta cubitorum longitudinis,nõ modò mendosè legi,verùm & ridiculum esse putauerit: quippè cùm brachia quoq; hæc cubitorum sexaginta longitudinis esse, incredibile admodum existimaret,longitudinis cubitorum non minus senum statuit describendum.Hucusq; Massarius.Idẽ

Vermis Indi fluuij.

fortè est Indicus ille Vermis,de quo Aelianus ex Ctesiæ libris,sic scribit. Indus fluuius bestiarum ferarum expers est,solum in eo nasci Vermem aiunt,speciemq; eorum, qui ex ligno (qui in ficubus) gignuntur & aluntur,gerere:ad septem cubitorum longitudinem, & eò ampliùs procedere:eius crassitudinem decem annos natus puer, manibus vix complecti queat. Ijs in superiori oris sede vnus dens inest,in inferiori alter,ambo quadranguli cubiti ferè longitudinem habent:tam validi,vt quodcunq; animal,siue cicur, siue ferum,ijs comprehende G
rint,facillimè conterant, (συντρίβειν, Aelianus: κατεσθίειν, Ctesias.) Interdiu ima in sede fluminis versatur, cœno gaudens,& latitans: noctu verò ad terram procedit,& in quodcunque inciderit, vel equum,vel bouem, vel asinum conficit,atque in suas sedes trahit,& in flumen abstrusus,membra omnia,excepto vẽtre,exedit.de die etiam si fame premitur,& siue came lus,siue bos in ripa bibit,violentissimo impetu summa labra mordicus comprehendit, & robusto tractu in aquam abreptum edit. Eius pellis duorum digitorum crassitudine est, eiusmodi autem machinatione capitur: Hamum robustum ad ferream catenam alligant,adiuncto etiam fune ex albo latoq; lino. Lanis autem & hamum, & funem inuoluunt,ne à Verme præmordeatur.Tum agnum,aut hœdum ad illecebram in hamum implicant:deinde in fluuium demittunt. Triginta viri singuli cum iaculo loro inserto,& ense accincti,& è corno sudibus instructi bene robustis,si percutere sit necesse,adsunt,deinde hamo captum trahunt,& abstractum interficiunt. Triginta dies appensum ad Solem sinunt: atq; ex eo in fictilia vasa crassum oleum stillat:singuli Vermes quinq; olei sextarios (cotylas decem Atticas) reddũt, quòd quidem ipsum Regi Indorum apportant; vasis obsignatis:neq; enim alij cuiquam vel guttam illius possidere licet. Corpus reliquum inutile: huius ea est vis olei, vt sine vllo igne H
eius infusa hemina,quemcunq; lignorum aceruum comburat. Ac si vel hominem velis, vel aliud animal exuere, primùm vt hoc infuderis, funditus statim deflagrauerit. Eodem ipso Persarum regem aiunt capere hostium vrbes:neq; arietes,testudines,aliaque bellica tormenta ad eas capiendas opus esse:nam cùm fictilia vasa vnius heminæ capacia,eo impleta & obstructa in portas iaculatur,vasa quidem ad portas allisa rũpuntur:at oleum delapsum ignem circumfundit, vt restingui non possit: & flamma insaturabilis comburit homines pugnantes pariter cum armis. Restinguitur autem multa inutili congerie,qualis per terrã & vicos congeritur, (πολλῷ φορυτῷ καταχυθέντι, Aelianus. Οὐ σβέννυται εἰ μὴ πηλῷ πολλῷ καὶ παχεῖ: id est: non extinguitur nisi luto copioso, & crasso, Ctesias.) in eum iniecta. Hæc[a] Aelianus, authorem citans Ctesiam. & eadem leguntur in Eglogis Indicorum Ctesiæ nuper publicatis, sed multò breuiùs. Videri autem potest, vt dixi, idem hic Indi fluminis Vermis,cum illo quem Plinius in Gange fluuio describit. Primùm enim vterq; Indicus est; & cõuenit forma, à qua vterq; Vermis (σκώληξ) appellatur:deinde Gangeticus elephantos ad potum venientes ap-

*lib.9. Hist. anim. c.3.* Verme Gangis Plinij eundẽ esse, cũ Verme Indo Ctesiæ.

A tes apprehensos promuscide in fluuium abstrahit: Indicus, camelum vel bouem in ripa bibentem, summa labra mordicus apprehendens, in aquam abripit. Sed magnitudo Indici, cubiti circiter septem sunt: Gangetici sexaginta: huic branchiæ binæ, vel brachia bina: illi dentes bini tribuuntur, obijciat aliquis. respõdeo, locum Plinij mihi corruptum videri, primùm circa numerum, nimia enim ad Vermem hæc magnitudo est: & Solinus, (qui sua ex Plinio transcribit) non sexaginta, sed sex (senûm) cubitorum esse memorat; quod conuenit etiam Indico septem cubitos plus minus longo: qui si sexaginta cubitorum esset, olei verò sextarios tantùm quinos redderet, nimis hoc parum ad tantam molem esset: deinde neq; brachia neque branchiæ conueniunt Vermi: & ea quoque ratione, quòd noctu in terram exeat. Solus enim aquatilium cordylus, authore Aristotele, cùm branchias habeat, cibi tamen gratia in terram exit, & quadrupes idem est, vt ad ambulandum idoneus. Et si branchias ei demus, piscis, non Vermis erit, & binæ solùm tanto animali refrigerando (qui vsus branchiarũ est) non sufficient, cum plerisq; piscibus etiam minimis, plures insint: qui tamen frigidioris sint temperamenti, quàm probabile sit Vermem hunc esse, cuius adipi ignea non simpliciter ignis, sed fulminea quædam vis est, incendio eius similiter, ferè inextinguibili. Brachia verò propriè dicta nullum animal habet, quod non ossa, quæ omnia Vermibus negantur, possunt tamen per metaphoram, aut catachresin brachia appellari binæ illæ veluti forcipes ab ore Vermium (præsertim Cossorum, quibus Indicus Vermis cõparatur, & Cantharorum,) vtrinq; enascentes: nam & mutuo occursu inflexa brachia referunt, & ijs tanquam brachijs, & forcipibus quælibet apprehendunt, & accedente magnitudine, sicut in Indicis cubitali ferè, (quæ proportio ad longitudinem totius Vermis moderata est) brachia non ineptè vocari possunt, propter figuram, magnitudinem, vsum. Eadem dentes si quis appellet, quoniam ab ore prominent, & figura ferè denticulata est, & ijs, sicut reliqua animalia dentibus, aliquid corripiunt, reprehendi non poterit. Sed bina hæc brachia, seu dentes bini, in Vermibus Cantharisque nostris à lateribus oris procedunt, inde in circulum inflexa, mucronibus concurrunt: in Indicis autem Vermibus non idem situs est, cùm dens alter superior, alter inferior sit, vt solo duntaxat situ differre videantur. Has equidem partes ego forcipes, aut chelas potiùs vocarim, sicuti in brachijs cancrorum, à simili motu, & apprehensione quàm dẽtes, vel cornua. nam Ceraste Vermis ab his partibus, seu cornibus appellatus mihi videtur à vulgo Græcorum olim: de quo Theophrastus: Cerastam [b] Vermem, inquit, & in olea creari, & in fico parere asseuerant. Habet ficus, & suos Vermiculos, & illos quoque enutrit, quos alienos receperit: omnes tamen in Cerastem figurantur, & sonum edunt paruuli stridoris. Videtur autem Ctesias magnum illum Indicum Vermem comparans Vermi in fico nascenti, de hoc Ceraste sentire. Meminit eiusdem Philostratus: [c] In Hyphaside, inquit, Indiæ flumine bellua gignitur albo Vermi similis (σκώληκι λευκῷ ὅμοιον θηριον:) ex qua capta oleum fit ad vsum ignis accommodatum, quod nisi vitro contineri possit. Capitur autem regi tantummodo eiusce modi bellua, qua ille diruendorum mœnium causa vtitur. nam vbi muros huiusmodi pinguedo tetigerit, ignis accẽditur inextinguibilis, omnium maximè quæ pro excitandis incendijs ab hominibus inuenta sunt: Sic ille, Alemano Rhinuccino interprete. Sed vltima verba Græcè sic sonant: πῦρ ἐκκαλεῖται κρεῖττον σβεστηρίων ὁπόσα ἀνθρώποις πρὸς τὰ πυρφόρα εὑρηται. hoc est: ignis excitatur, validior quàm qui vllis hactenus ad restinguenda incendia inuentis instrumentis extingui possit: vt πυρφόρα sint vasa, vel instrumenta ad inferendum incendium comparata, σβεστήρια verò ad extinguendum: hæc extinctoria, illa incendiaria dixeris: Σβεστήρια κωλύματα, machinamenta ad restinguendum ignem, quidam interpretantur. Hoc animaduertendum, non idcirco diuersum genere statuendum hunc Vermem esse, quod à Philostrato Vermi albo comparetur: à Plinio color cæruleus ei tribuatur: sed potiùs in solo colore discrimen ponendum, sicuti & alia pleraque animalia coloribus diuersis reperiuntur: vel generis eiusdem proximi species diuersas, vtpotè in fluuijs etiam diuersis genitas, existimandum. Cęterùm verum ne sit istiusmodi Vermes inueniri, ego fidem penes autores eos esse volo. Scaliger [d] speciosum mendacium esse iudicauit. Inuenio tamen apud Olaum magnum, esse in littoribus Noruagicis [e] Vermem glauci coloris, longitudine quadraginta cubitorum, & amplius (adeo vt septem cubitorum in Indico flumine dari non abhorreat à vero, sed Scaliger olei eius naturam talem esse, qualem nos diximus, inficiatur.) cùm vix spissitudinem infantis brachij habeat, lineæ modo, ita vt eius progressus difficulter percipi queat: per mare, inquit, se transmittit, nemini noxius nisi humanis manibus pressus: vnde contactu tenerrimæ cutis eius tangentes digiti intumescunt. Vexatus, & detentus à cancris, tortuosum cursum euadendi gratia attentat: sed frustra. Cancer enim brachijs suis quasi denticulatis forcipibus, tum etiam pedibus, ita eum stringit, vt non secus, ac nauis anchora

[b] *Lib. 5. de caus. plant. c. 14.*

[c] *Lib. 3. de vita Apoll.*

[d] *Exerc. 13. 3.*

[e] *li. 21. c. 24. Vermis alius 40. cubitorum.*

chora demissa, firmetur. Hunc Vermem sæpius vidi, ab eius tactu nautarum informatione abstinens. E

# DE VERME MARTII MENSIS. Cap. IX.

APVD nos in aquis variæ quoque Vermium species sunt, tum marinis, tum dulcibus. Cardanus [a] quasi intestinis similes esse dicit, & sola arena vesci, item eodem, quo illi modo, dolores sedare, ac deniq; alijs animalibus in cibum cedere. Sed vt ab alijs in cibum sumi facilè credo, ita contrà non omnes intestinis similes sunt, vt mox patebit. Dulcium aquarum aliæ fluunt, aliæ stant, stagnantes dictæ, in vtrisq; eiusmodi Vermes dantur, item in aqua pluuiatili, cisternis, & vasis, at non omnes æquè magni, nec fortè eiusdem figuræ.

[a] Lib. 7. de varietat. rer. c. 37.

Mira videtur Martij ratio mensis in Germania, quod fœtum tantum in fœtentibus putidisq; aquis gignat, & aliquando etiam satis limpidis: quem Germanorum vulgus suo quādoque damno cognouit: quia si nudis pedibus aquam illam ingrediantur, vbi genus hoc animalculi in summo aquæ detinetur, circulum sibi fieri narrant in cruribus ad eum vsque locum, quo aqua peruenerat, eumq; circulum ita punctum, vt sanguis confluat, & phlegmonem aliquam, aut scabiem crura præ se ferant: verùm hoc nō sine noxa. Hæc animalcula quoniam tantùm Martio, non autem alio quolibet mense generantur, apposito nomine Germanis Mertz, id est, fœtus Martius dicitur. F

Mertz.

# DE SETA VEL VITVLO AQVATICO. Cap. X.

Seta vnde dicta.

RECENTIORES (antiquis enim incognitum fuisse videtur) Insectum, quale hîc depingimus, aptè admodum Setam nominârunt, siue à simplici & tenuissima corporis figura, siue quod è Seta equina in aquis putrefacta nasci existimetur. Germanis nescio qua ratione appellatur, ein Vvasserkalb, id est Vitulus aquaticus, nisi quòd à vitulis per ætatem incautioribus nonnunquam in aqua bibatur, magno etiam vitæ periculo. Seta est Vermis, inquit author de natura rerum, vt quidam dicunt, serpens à re nomen habens. Est enim tenuissimus instar Setæ, (vt Seta vel pilus, de iuba caudaué equi putetur, Albertus) ferè cubitalis longitudine durus, & albus: nihil differens vtraq; extremitate, quippè cui caput non est, sed serpit in vtramque partem, (inde Amphisbænam aquaticam fortè dixeris:) In aquis corruptis, (in aquis stagnantibus non multum corruptis, Albertus.) nec tamen fœtidis nascitur. durus est adeo, vt vix pede contueri possit. Albertus quoq; nullum ei caput videri ait, & ad vtramque partem natare: fortè autem de pilis nasci equorum, quoniam hi in aqua stante positi, vitam & spiritum accipiunt, & mouentur, sicut multoties sese expertum esse ait: Huius Vermis è pilo equino in paludes, vel stagna coniecto nascentis, (vt vulgò creditur) caput, & caudam prius crescere aiunt. Insectorumné generis sit dubitari potest, quoniam pellis vna cōtinua ei est, nec ita vt Lumbrici mouetur. Eadem per totum crassitudine est, dodrante longior, albicans. Ego & nigricantem vidi & depinxi, & albicante paulò crassiorem. Est qui in fonte bono, & frigido olim repererit, & aliàs, quod mirum est, in horto super folio quodam. Hic longus erat quinq; aut sex digitos, crassitudine Setæ; dorso fusco, ventre albicante. Cauda vndiquaq; albebat. Intricare se solet instar Gordij nodi, vt duobus aut tribus in locis nodi huiusmodi elegantissimè ducti, in eius corpore appareant. Huius veneni tanta vis est, si authori de rerum natura credimus, vt ab homine potu haustus, elanguere & tabescere faciat, donec cum diro cruciatu vitam exuat. Idem affirmat Albertus, sed aliter tactum, non nocere. Author historiæ aquatilium Heluetius etiam vitulis aquaticis potis quosdam mortuos accepit. Vir quidam, inquit, hoc Verme epoto mox malè habuit circa præcordia, tum mulier quædam centaurij minoris in vino decoctum ei propinauit. Vomuit ille, ac simul Vermem reiecit. Si cui vitulus aquaticus in ventre nascitur, perungendus est ventre ac ventriculo, liquefactis pariter, butyro, cera & oleo. Vitulus aquaticus, inquit Bertrutius in methodo G H

de di-

A de dignoscendis morbis, Vermis paruus est, veluti duos cubitos longus subalbo colore, habitans in paludibus, & aquis corruptis; quem qui videt, putat esse caudæ equinę pilum: huic namq; similis est: potus hic bufonis mala comparat. Quidam rationem curandi eandem profuturam putat, quę aduersus Tineas aquaticas à nobis pręscripta est. Vituli, pręsertim per ætatem incautiores, hos Vermes aliquando deglutiunt, autumno maximè cum herbis: in potu verò rariùs. Sunt qui ex Bruchis oriri eos existiment, quòd mihi verisimile non fit: alij ex herbis in aquarum alueis, vnde pecus potat, dependentibus. Deglutiti illi circa guttur & arteriam hęrent: vnde Vituli paulatim contabescunt: succurri autē aiunt quidam vino per nares cornu infuso, in quo decocta sint allia: Alij remedium contra hoc malum exploratū esse negant. Ololygon Theoni animal est palustre, simplex, gracile. Et paulò antè: Ololygon, inquit, auis est solitudine gaudens: vel ἡμερίον (vox videtur corrupta,) ζῶον, palustre, frigiditate gaudens, oblongum, indistinctum, (ἀδιάρθρωτον) terrę Intestino simile, sed multò gracilius: (quęrendum an idem qui Vitulus aquaticus dicitur.) ignoratum Aristoteli, qui Ololygóna vocat tantùm maris ranę vocem, allicientis ad coitum fœminam. Ololygon quid.

B

# DE HIRVDINE. Cap. XI.

HIRVDINEM cùm simpliciter nominant authores, eam intelligunt, quæ in aquis dulcibus reperitur: quę & Insectorum generis est, & Vermis quidam; quia tamen in aquis viuit, aquatilium Insectorum historię accedit.

# SYNONYMA.

עליקה, Aluka, Dauid Kimhi ex magistrorum sententia multis verbis describit Hirudinem, vel Sanguisugam, quanquam R. Saadias priuationem intellexit tantum Prouerb. 30. R. Leui Ben Gerson & interpres Cabuenaki Sanguisugā intelligunt: Septuaginta interpretes βδέλλα: Hieronymus Sanguisuga. Chaldęus vocē Hebręam retinet. Quidam crocodilum etiam cōuertunt: ego Hirudinem potiùs dixerim: quoniam Arabicę voces huic finitimę sunt, quas C apud Syluaticum legimus pro Sanguisuga, nempe Aleka, Alelika, & Aletha; itē Alag apud veterem glossographum Auicenna. אנקת, Anaka alij aliter interpretantur, eritium, viuerram (vel fibrum potiùs,) mygalem, Hirudinem. Gręcè βδέλλα scribitur per alpha, dictione trochaica, vt & reliqua quę λ duplex habent, σκίλλα, κόλλα, &c. vt docet Herodianus, & alij Grammatici. Deriuatur autem à verbo βδάλλειν, mutato α in ε, vt Etymologus vult, quod ἐκμοζᾶν, id est, exsugere significat; quod & Nicander insinuat hoc versu: Aluka. Anaka.

Ἀθρόα προσφύονται ἀμελγόμεναι χροὸς αἷμα.

At Scholiastes Theocriti à βδέλλω esse dicit, significans ἀμέλγω, & ἐκπιέζω: vnde βδέλλα dicta sit ἡ ἐκμυζῶσα καὶ πίνουσα τὸ αἷμα: Atticè autem βδάλλω pro βδέλλω dici. Idem tamen Scholiastes alibi τοῦ βδάλλω duntaxat mentionem facit. βδέλλα est etiam Bdellium Hesychio teste: sic & apud Arrianum, Dioscoridem, Galenum. Sed βδέλλιον diminutiuum apud Etymologum est Hirudo. Βάιτυξ, (prima videtur circumflectenda, vt in κῆρυξ,) Hesychio, & Varino βδέλλα est, id est, Hirudo. Apud eosdem βλέκυγες, βλέτυες, θεμβλεῖς, & δρίλακες, secundum Elienses pro Hirudinibus exponuntur. Scoppa Italus Hirudinem interpre- D tatur la Sanguisuga; sed quo Italię loco ita vocetur, ignoro, apud nos dicitur Sanguettola, Romæ & in Hetruria Mignatta. Hispanicè Sanguissuela, Gallicè Sangue, Germanicè Agle, nomine forsan facto ab aculeo, Os enim aculei instar, & quidem trisulci infligit. Sic & perca fluuiatilis Egle à pinnis dorsi aculeatis: Belgicè Eegel, Lake vel Lyckelake Brabantis, Hollandis, vel saltē Delphensibus een ijl: Anglicè Bludsucker, Horseleche, vel Horselich, quòd medeatur equorum cruribus: nam Horse eisdem equus est: alij Louuch Leache. Elrota Anglus scribit Horseleache, vel Blud sucker: Polonicè Pyauuka. Hirudinem prisci semper dixerunt: Plautus, Horatius, Cicero: posteriores Sanguisugam quoque: quod meminit Plinius [a] his verbis: Cruciatum in potu maximum sentiunt (elephanti) hausta Hirudine, quā Sanguisugam vulgo cœpisse appellari aduerto. Sunt qui Hirudinem sine aspiratione scribant, quòd non probârim. Hirudo, inquit Iouianus Pontanus, si dicatur ex eo, quòd hęrendo sanguinem sugat, aspirationem habebit, sed non conuenit in quantitate Syllabæ. [a] li. 8. c. 10.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

Marinæ, & aquarum dulciũ Hirudinis differentia.

HIRVDO duorum eſt generum, vna marina eſt, & in ſtagnis marinis viuit, de qua poſt agam ſeperatim: altera, nimirum de qua nũc eſt ſermo, in aquis dulcibus degit. Marina huic quidem ſimilis eſt, ſed grandior & duriore cute, quòd in cauſa eſt, cur non ita facilè ſicut altera in globum ſe contrahat, nec ita ſe colligat: Caudam enim tantùm & caput retrahit. Hirudines verò aquarum dulcium extenſæ Vermem, ſeu muris caudam mirificè repræſentant: perpetuò enim ſeſe contrahunt à cauda caput verſus, ſed non omnes ſunt ſimiles. Quædam enim ceruice cæteris ſunt latiore, ruſſæ deinde magis, & paruis maculis inſignitæ: quæ certè longè pernitioſiores ſunt (teſte Plinio) [a] ijs, quæ nigræ tantùm ſunt. Singulæ tamen corpus habent, quod velut è circulis ordine inter ſe colligatis conſtat, quorum opera quandoque in globum contrahuntur. Inuenio & capite differre, eſſe enim vnum genus, magnum, coloris ruffi, varijs diſtinctum filamentis, & quodammodo lanuginoſum, cui multùm virus ineſſe volunt, quòd alicui affixum alicui parti inuehit: alterum tenuius, & à cauda muris non multùm diuerſum, cui quoque breue caput eſt, & venter rubet, atque in aquis puris habitat. Eſt & hoc genus venenoſum. Albertus Hirudines apud ſuos nigros eſſe ſcribit penitus, & planas: eſſeque item quæ virgulas rubeas in dorſo habeant, & aliquantulum rugatas; item quaſdam inuiſibiles, & filares, hoc eſt, vt conijcio tantæ tenuitatis, ac exilitatis, vt viſum fugiant. Nigræ vel fuſcæ apud Heluetios minores ſunt, & frequentiores, eædem ignauiores: aliæ maiores, ſubuirides (ex nigro ferè) Lineis ſeu ſtrijs per longitudinem ſubflauis, aut ruffis, in quibus puncta aliquot nigricant, diſtinctæ: hæ commodę ſunt medicis. Venetijs virides videre memini ceu paruas Lacertas, maculis hinc inde nigris. Germani maximas Hirudines ab equis denominant Roſſaglen; quarum nouem aiunt ſugentes equum occidere poſſe. Sanguinem illas aiunt quidam inter ſugendum ſtatim ano reddere, & inſatiabiles hærere. Mihi hoc probabile non eſt. In aquis ſtagnantibus, & Paludibus, Hirudines, quales dixi, reperiuntur, nigrę ſcilicet, ſubuirides, variæ. In purioribus, & fluentibus etiam albę perexiguæ, quales vel piſcibus nonnunquam adhęrent: ore vtrimque lato in circulum, ſed altero duplò latiore. In iecinoribus etiam boum, & ouium aliquãdo genus quoddam Hirudinum adnatum reperitur, putrefacto corruptoque hoc viſcere. Vermes quidam ſunt albicantes, tertiam digiri partem longi, dimidium digitum tranſuerſum lati, folliculis quibuſdam incluſi, pertenues, neque in ventriculo illi, neque alibi quàm in iecinore inueniuntur, viui quidem & mobiles: quòd non vbique, non circa montanas, & recentes aquas, ſed putridas tantũ contingit; Sic affectum iecur lanij abijcere iubentur. In Mauritanię quodam flumine aiunt referente Strabone Hirudines gigni ſeptenum cubitorum, quæ gulam perforatam habeant, per quam reſpirent. Sanguiſugę oſſibus carent, & pedibus, & pinnis, vt author de natura rerum & Albertus annotant, nec vllum membrum habent, ſed toto corpore ſimiles ſunt, vt columna; Os habent inſtar trianguli, quod ex inflicto ab eis vulnere apparet. Arnoldus de Villanoua Sanguiſugę tribuit fiſtulam in ore qua cutim terebret more Culicis; & Adagiorũ author linguam biſulcam, & fiſtulatam habere dicit, quam penitus infigat cuti. Obſeruaui in genere maiore, quòd aptius medicis eſt, os non ita rotundum, vt in minoribus, ſed acutius, quòd facillimè cutim penetrat, & per lintea etiam tenuiora euadit. In minore os planius, & rotundius, inſtar Sphincteris, aut muſculi rotundi. In omnibus foramen in medio exile eſt; ab ore ad aluum vnus continuus meatus. Corpus totum circulis quibuſdam, vt in Lumbricis, ambitur: quibus extenſis contractiſué mouetur, & εἰλυσπᾶται Lumbricorum inſtar. In mortuis pleriſq; longitudo circiter digiti: Lineis & punctis nigris notantur omnes, reliquo colore variant, vt dictum eſt.

[a] *Lib. 32. cap. 10.*

Forma.

A

## LOCVS.

HIRVDINES plerunque in aquis, præcipuè cœnosis & lutosis, & stagnis, viuarijs, & riuulis per loca paludosa fluentibus reperiuntur, rarò in saxosis, arenosis, & claris fontibus, & fluuijs decurrentibus. Talis enim est earum natura, vt potius aqua subturbida, & stagnante quàm limpida, & continuè labente delectentur: nam in illa motu proprio pabulum quæritant: in hac autem motu alieno violentoque mouentur: quare tantum abest, vt in ea nutriri possint, quin potiùs impetu, & cursu fontis, vel fluuij agitatę nullibi consistant, & modo ad vnum, modo ad alium lapidem illisæ moriuntur; nigræ nimirum: nam albæ paruæ, vt diximus, etiam in riuis, & fluuijs.

B

## NATVRA. MORES. VICTVS.

TEPOREM amant, nec prius in aqua comperiuntur, quàm Sol tepefecerit: nam circa Calendas Maij, aut paulo antè apparere incipiũt, & circa meridiem potissimùm; autumno rursus conduntur, & latent. Per hyemem nunquam inueniri puto: aliqui seruant eas ad vsum in aquę pleno vase. Author de natura rerum scribit homines, & bestias impediri ab Hirudinibus, vt sanguinem eorum sugant, cuius satietate nimia mortem sibi sæpe accersant. Æquè est mira, inquit Plinius, [a] vt Ricini, sanguinis & Hirudinum generi in palustri aqua sitis: namque & hæ toto capite conduntur. Albertus asserit auiditate sugendi dulcem sanguinem hominis, succum emittere, & alium continuè recentiorem sugere. Cùm carni adhæresçunt, quantò magis trahuntur, tantò fortiùs insident, donec rumpantur; itaq; inquit autor de natura rerum, sanguinem putridum extrahunt, & alios sanando seipsos occidunt. Sugendo trifidum vulnusculum imprimunt, ita vt radij ab vno centro terni æquè distantes procedant. Lutum capitis boni odoris, & saporis est, quod in regionibus ad Orientem seplasiarij vulgò vendunt. Id edi solet, & à mulieribus prægnantibus, & alijs, quorum corruptus est appetitus, expetitur. mulieres maximè vtuntur eo in balneis, illinendis capillis (vnde nomen ei à capite factum) vt in longitudinem excrescant. Dicunt etiam Arabes gratissimum id esse Sanguisugis: & si locus aliquis eo illinatur, Sanguisugas spontè illi adhæsuras. Vocatur, & alijs nominibus Arabicè, lutum Corascenum, lutum almisaburi, & aromaticum, & alcubrugi & cyprium, & alnahagi. Sed vt de sanguinis appetitu rursus quid dicamus nemo nescit Hirudinem, vbi semel hęserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Quantoperè verò sanguinem exugat, innuit luculenter Theocritus [b] amorem accusans, quòd Hirudinis instar sanguinem exugeret; canit autem:

[a] li. 11. c. 34

C

[b] Eidyll. 2.

Αἴ αἰ ἔρος ἀνιρὲ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
Ἔμφυς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας
*Hei mihi tristis amor quàm mihi atrum è corpore sanguinem*
*Veluti palustris Hirudo inhærens, omnem exuxisti.*

D

## GENERATIO.

GENERANTVRNE' ex putredine tantùm, an etiam ex ouis, nondum obseruaui. Ex putredine verò generari certissimum est. Plinius vêre pectines, Limaces, Hirudines oriri scribit, & eodem etiam tempore euanescere. Scholiastes Nicandri Oestrum, siue Asilum ex Hirudine procreari voluit; quòd mihi verisimile non fit.

E

# MOTVS. INGRESSVS.

QVÆDAM, inquit Aristoteles, gradiendo volutationibus vtuntur, vt quę terræ Intestina vocantur, & Hirudines. Siquidē hæc præcedente parte progrediuntur, & reliquum corporis ad eandem ipsam conducunt, atq; ita certis adiuncta sedibus vagantur. Mouetur sanè Hirudo extensione, & contractione corporis sui ceu annulis constituti, sicut Lumbrici: non tamen cuiuis corporis parti, vt illi, innititur, sed caudæ tantùm & ori: nam caudæ innitens corpus reliquum quantum potest, aut vult, extēdit, siue rectà ante se siue retrò & reflexum: tum ore fixo caudam & reliquum corpus arcuatum attrahit, vel ad os vsq; cōtiguè, vel quousque libuerit os versus, vt ad medium spacium, non tamen vltra os. Potest & retrò moueri, quod vidi cùm vnam includissem cannę. retrorsum enim exibat. Eluctatur corpore suo etiam per angustissima loca, si vas non obturatum optimè fuerit, vbi nemo putaret, adeo enim in tenuitatem se extendere, & os acuere potest, maior præsertim, vt per linteum etiam rariùs F contextum euadat.

# VT FVGENTVR,

SANGVISVGÆ, quæ damna hominibus, & bestijs inferant, infra dicemus. Quibus si quis obuiam ire velit, cancri fluuiatiles aquis commodi fuerint; nam & venas aperiunt, & Sanguisugas teste Paxamo, perdunt. Sanctus Gulielmus Lausannensis episcopus nostro tempore (inquit Felix Malleolus in tractatu de Exorcismis; qui vixit circa annum Domini 1554.) contra Sanguisugas diebus nostris pisces maiores, prę sertim salmones, mirabiliter inficientes, lęthaliter quoque pungentes, & ad ripas aquarum propellentes, exorcismi dictamina de sacris scripturis collecta dictari fecit, & per certa dierum interstitia publicari. itaque ad effugandum, & repellendum huiusmodi bestiolas multipliciter profecit.

G

# MORALIA.

[a] *Lib. 3. c. 29.*

Diaboli typus.

VENERABILIS [a] Beda in explicatione prouerbiorum Salamonis ad ea verba: Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, affer: Sanguisuga, inquit, est diabolus, qui siti peccandi, ac peccata suadendi incessanter accēditur. Huic duæ sunt filiæ, quia duæ specialiter humani generis illecebræ: hūc antiqui hostis imitantur ardorem, luxuria videlicet & phylargyria. Nam & luxuriæ, & quo liberius frena laxantur, eo noxius delectatur: Et sicut quidam ait poētarum:

*Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

Diues hirudini cur similis.

Sic ille. Diues certè & prepotens D. Ambrosio quoq; Hirudo, quæ nunquam sanguine saturatur, dumque venas cunctas suctu exangues reddere conatur, suspensa crepit atq; disrumpitur: ita diues pauperis substantiarum, quę illi alterius sanguinis loco sunt, nunquam satur, dum nimis locuples, & diues efficitur, vitę luxu & delicijs mortem sibi assolet conscisсere, H infœlixq; anima ipsius ad gehennam à tartareis furijs immaniter raptatur, vt idem D. Ambrosius ait. Crudelissimum siquidem hominem, & humani cruoris auidissimum per eandem Sanguisugam significari notius est, quàm adnotari oporteat. Luculentissimè verò Epidicus seruus apud Plautum emuncturus senem Periphanem argento, se in Hirudinem conuersurum ait,

*Tacete, habete animum bonum, liquidò ex eo foras.*
*Auspicio, aui sinistra, acutum cultrum habeo senis qui exemtereme*
*Marsupium. Sed eccum ipsum ante ædes suspicor Apœcida*
*Qualeis volo veteres duos: iam ego me conuortam in Hirudinem*
*Aeq; eorum exugebo sanguinem: Senati qui columen cluent.*

A

# VSVS IN MEDICINA.

DICAM primò quædam ex Galeno, vel potiùs, vt Augustinus Gadaldinus Mutinensis transtulit, ex sermonibus Antylli de euacuantibus remedijs. Gadaldinus in sua translatione vtiliter quædam adiecit, quæ in vulgatis Galeni codicibus Græcis non leguntur, perfectiorem fortè aliquem codicem nactus. Quidam captas Hirudines diu includunt, eisque ad multa vtuntur. Ipsæ enim si mitescunt (ἐκμαλίττεσι. malim λιμώττεσαι, id est, famelicæ,) carnem facilè apprehendunt: cùm aliæ nonnunquam peregrè sese gerant. Oportet autem has quidem, cùm primùm eas experti fuerimus, applicare: quæ verò nuper captæ sunt, per dies (diem) seruare, exiguum sanguinis pro nutrimento inijcientes. Ita enim earum virulentia transpirabit (διαπνευσθήσεται, quidam vertit exprimetur. Gadaldinus videtur legisse διαπνευσθήσεται.) Sanè cùm eis vti volumus, locus cui Hirudines applicandę sunt,

B (τὸ βδελλισόμενον μέρος,) nitro prius fricandus, ac sanguine alicuius animalis, vel argilla humida inungendus, vel fouendus, vel vnguibus scalpendus: (pars cui applicandæ sunt, nitro fricari debet, dulcissimaque lauari aqua, deinde sanguine illini, Aetius.) promptius enim apprehendent. Oportet autem ipsas in aquam tepidam, & puram, in vase lato, magnoq; contẽtam, inijcere, vt commotæ virus abijciant: mox, vbi eas spongia comprehenderimus, ac mucorem lentoremque purgauerimus, manu admouebimus; atque vbi inhæserint, oleum tepidum particulæ, ne refrigescat, infundemus. At si manibus pedibusue affigendæ sunt, pars ipsa in aquam, vbi Hirudines sunt, immittenda est. Quòd si autem eis, vbi repletæ fuerint, vti oportuerit, vel quia paucæ Hirudines pręstò adfuerint, vel quia paucæ apprehenderint, earum caudas forcipe incidere oportet. Nam effluente sanguine trahere nunquam desinunt, quousq; nos salem, vel nitrum, vel cinerem, earum osciculis inspergamus. Vbi verò exciderint, si locus Cucurbitulam capere potest, per eius appositionem, virus extrahere debemus: validè nimirum ipsam apponentes, celeriterq; auellentes. Si verò Cucurbitulę capax nõ fuerit, spongijs fouendus is est. Cęterùm si corpora, vel oscula sublachryment, mannam vel cuminum, vel farinam inspergito, ac postea lanam pauco madentem oleo conuoluito: sin sanC guis etiam inde erumpat, linteola, vel Aranearum telas ex aceto inijcito; aut gallã vstam, aut spongiam nouam pice liquida intinctam, aut vstam imponito: deinde chartula aceto irrigata, imponenda ac illiganda est. Hæc autem in partibus, quę in medio corpore habentur, sunt peragenda. Nam in brachijs, & cruribus, quæ Græcè vno nomine κῶλα, id est, membra longa appellantur, solum etiam vinculum pro cohibendo sanguine satis est, quod postero die soluendum est. Siq; sanguis constiterit, abijciendum: si verò non constiterit eisdem vtẽdum est. Scire autem oportet Hirudines non ex profundo sanguinẽ trahere, sed eum qui carnibus adiacet, exugere. Eas autẽ in illis vsurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones pertimescunt: vel in illis partibus, in quibus Cucurbitula ob earum paruitatẽ, vel gibbositatẽ, & inæqualitatẽ aptari non potest. Hirudines auellimus, quando eius sanguinis quẽ arbitramur exhauriri oportere, dimidiam partẽ attractam fuisse cõiecerimus. Et postea vsq; adeo effluere permittimus, quoad qui satis sit, excretus fuerit. Quoniam verò particula tum ab Hirudinibus, quæ natura frigidæ sunt, tum ab aëre refrigeratur, fouẽda ipsa est, ac recalfaciẽda: sanD guinisq; fluxus non per refrigerantia, sed per astringẽtia & emplastica, vt diximus, est cohibendus. Hucusq; Galenus Gadaldino vertẽte: addamus modo obiter quædam ex Menemacho, eodẽ interprete, quæ in multis codicibus Græcis, impressis non leguntur. Hirudines locis affectis applicantur, vel eis qui proximi nõ pinguibus sunt. Nam oleum earũ appetẽtiam subuertit. Porrò in angustiam stricti calami ab vtraq; parte haud (negatio hæc abundat,) perforati, vel per quidpiam simile, cùm aptandæ sunt, demitti debẽt. Earum numerus à duabus magnitudinibus, loci nimirum & affectionis, sumendus est. Auferantur, oleo calido earum labijs infuso. Quod post earum ablutionem effluit, digitus impositus cohibet. Excretionis quantitas ab Hirudinis erectione cõspicitur: sed euidẽtiùs ea etiam apparet, si congregata fuerit, quando Hirudines à corporibus diuulsæ, sanguinẽ euomuerint. Sanè loci, quibus aptari Hirudines debent, superficietenus scarificandi sunt: vbi enim illiæ sanguinem gustauerint, auidiùs eum appetunt. Ætius [a] Galeni verba, vt in impressis nostris codicibus habenter repetijt, sicut etiã Oribasius. [b] Inuenio alia etiam in genere dicta ab alijs authoribus de Hirudinum applicatione. Hirudinum, inquit Plinius, ad extrahẽdum sanguinẽ vsus est, quippè eadẽ ratio earum, quę Cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda sanguine, spira-

[a] li. 3. c. 22.
[b] Lib. 1. Synopsi. c. 15.

menta laxanda, iudicatur. Campegius scribit, & verissimum id est, ab Hirudine non eum E
qui in profundo est, sanguinem, sed eum modò qui adiacet carni, emulgeri. Nõ probè igitur
forsan Auicennæ interpres, profundiùs Hirudines trahere conuertit, quam ventosas. Huic
etiam pugnare videtur, quod paulò pòst scribit: Hirudinum vsum aduersus morbos subcuta
Vsus p Cucurbitulis. neos prodesse, vt impetiginem & similes. Galeno asserente Hirudinũ vsus pro Cucurbitulis
esse potest, cùm tamen Hirudines dicat eum, qui circa cutim est, sanguinem tantùm attrahere, Cucurbitulas verò etiam profundiùs, & exuberantem materiã in corpore minuere; in capite scilicet de scarificatione. Sed scarificatio alia in superficie cutis tantùm fit, pro qua nimirũ Hirudines vsurpari licet: alia profundiùs adigitur: quod & ante nos doctissimus Mundella scripsit, qui dialogo Medicinalium suorum tertio, plura de Hirudinibus admouendis scribit, & quomodo earum vsus pro Cucurbitulis esse possit. Sed vitiũ, quòd admissæ semel, desiderium faciunt, vt Plinius voluit, circa eadem tempora anni semper eiusdem medicinę; quod tamen ita euenire necessarium mihi nõ videtur: si vel sublata fuerit causa, propter quã adhibebantur: vel non sublata quidem illa, conueniẽs. tamen victus & auxilia alia adhibita. Hirudinum vsum nostro seculo frequentiorem esse, quàm Galeni tempore fuerit, Mundella testatur, doçetq; idẽ nõ ante quàm tempus inanitioni opportunum in morbo aduenerit, ad- F
moueri debere: ac ne in hęmorrhoidibus quidẽ cùm dolor viget: sed in remissione morbi, vel symptomatum, doloris, tumoris, caloriſq;, ne materia magis attrahatur. Applicatur aliquan
do illis partibus, quæ venæ sectionem non sustinent. Eiusmodi sanguinis missionẽ per Hiru-
[a] *Lib. 2. de med. Aegy. cap. 9.* dines Ægyptij [c] testante Prospero Alpino, prorsus negligunt, quòd ibi hę fortassis, inquit, nõ nascantur, neq; reperiantur. Cùm quis ijs vti volucrit, eas diligenter circa ceruicem obser-
uare & iuxta artis præcepta præparare oportet: alioqui enim vlcera maligna in carne, & cu-
Electio. ratu difficilia relinquunt. Capi itaque voluit Albucasis in aquis dulcibus non putridis Ruffę
[d] *lib. 1. Fen. 4. 6. 22.* maximè formidandæ, vt interius recitabo ex Plinio. [d] Indi quidam (inquit Auicenna) Hi-
rudines aliquas, non sine veneno esse tradunt. Cauendæ quarum magna sunt capita, & quæ
colore nigro, vel antimonium referente, vel virides sunt, & excitantur ab eis apostemata, lyn
cope, sanguinis fluxus, febris, laxitas, & vlcera mala. Vitandæ etiam quæ degunt in aquis pra
uis: quarum limus aluei est niger & cœnosus, & quæ commotione statim turbantur, & fœ-
tent. Eligendæ autem sunt ex aquis, in quibus morantur ranæ: neq; auscultandum illis, qui
Hirudines ex aquis, vbi versantur ranæ vituperant. Color earum sit similis almes, in quibus G
est viriditas: & tendantur super eas fila duo colore arsenici. Probantur etiam Ruffæ, rotun-
dæ, colore iecinoris: & similes paruæ Locustæ, vel caudæ muris similes: item minutæ parua
habentes capita. Præstantissimæ, in quibus venter rubet, dorsum viret, præsertim si ex
aquis fluentibus fuerint. Author verò de natura rerum, & Albertus meliores, & minus
noxias putari inquiunt, quæ virgulas rubeas in dorso habent, aliquantulum rugatas. Tro-
tula eligit varias. Præferuntur in Germania maiores, subuirides ex nigro, strijs per longi-
Præparatio tudinem ruffis, in quibus maculæ nigræ sunt, faciliùs enim & amplius fugunt, minores, &
nigræ ne incipiunt quidem, aut minimum fugunt. Quod modo ad præparationem Hirudi-
num spectat, idem Auicenna, Sanguisugæ, inquit, priusquam applicentur, per vnum ferè diẽ
colligendæ sunt, & constrictione (conuersione capitis earum ad inferiora, Bellunensis. vide
ne potiùs dicendum, compressione corporis earum, qua veluti emulgeatur contentus in eis
succus) faciendum est, vt euomant, donec quod in earum ventribus inest, effluxerit, si fieri
potest. deinde parum sanguinis agni, vel alterius rei (animalis alterius, aut lactis) ipsis obij-
ciatur, vt inde nutriantur antequam adhibeantur. Tum comprehendantur spongia, aut ali-
quo simili, vt viscositas, & sordes earum abstergantur. Locus præterea cui apponentur, cum H
baurach lauetur, & fricatione rubificetur. Demum cùm admouere libuerit, in aquam dul-
cem proijciantur, mundentur & apponantur. Sunt qui captas dimitti velint die & nocte in
aqua dulci, donec famelicæ sint, & nihil in ventribus earum relinquatur. Albucasis euacuan
dum esse monet corpus in primis phlebotomia, & ventosis; deinde fricandum membrũ infir
mi, donec rubeat, & Sanguisugę iterum apponendas. Adhibentur, inquit Albertus, corpori-
bus, vt superfluum sanguinem exugant. Sed quia etiam venenosa aliquando fugunt, & timẽ-
dum est, ne veneno infectæ sint, prius in olla noua pauco sale aspersæ sunt maturandæ, vt ve-
nenum euomant, & postea calido sanguine agni parum cibandę, ita quòd eo aspergantur, &
post duas horas, vel tres post hoc corpori apponendæ. Pungitur Sanguisuga, & vrticis, & tri-
bulis, vt venenũ euomat: scilicet quod è bestijs, vt bufonibus aut serpentibus aquaticis hau-
Vt libẽtius hæreant. ferit. In canna tum hæmorrhoidibus, tum alijs venis lociſq; cõmodè apponũtur. Vt libẽtius
adhęreant, Auicẽna locũ luto capitis (de quo suprà diximus) lini iubet aut sanguine: & Albu
casis ſ. detrectent, inquit, mordere & fugere, aspergatur locus sanguine recẽti: aut fige acum

in locis

A in locis donec emanet aliquid sanguinis, quę vbi senserint admotæ, statim adhærebunt. Alij sanguine vel lacte locum madefaciunt, Sunt & qui asserunt, in aqua tepida, & tempore calido, citiùs ad sugendum se applicare. Dum mordent & sugunt, dolor quidam, sed exiguus sentitur, tanquam pungant simul & attrahant. Cùm eas cadere volueris, insperge eis parum salis aut cineris, aut lini, vel serici combusti, vel spongiæ, vel lanæ combustæ, aut aloes tritæ, vt Albucasis voluit, & cadent. Violenter autem reuellendæ non sunt, ne capita, aut dentes in vulnere relinquant: ego sale aspersо, vel irrorato aceto decidere vidi, cùm cinis frustra aspergeretur. Audio posse etiam remoueri pilo equino, inter os sanguisugæ, & cutim districto. Sed modus hic minus placet. Cùm iam repleri sugentes incipiunt, emittunt primò humorem quendam phlegmaticum, albicantem, quo scilicet ipsæ nutriuntur: postea repletæ cadunt. Decidunt, inquit Plinius, satietate & pondere ipso sanguinis detractæ, aut sale aspersę. Aliquando tamen affixa capita, quæ causa vulnera insanabilia facit, & multos interimit, sicut Messalinum à consularibus patricijs, cùm ad genua admisisset. Inuehunt virus remedio verso, maximeq; ruffæ ita formidantur. Ergo sugentia ora (sic habent editiones Plinij vulgatæ. malim sugentium caudas) forcipibus præcidunt, ac veluti siphonibus defluit sanguis, paula- Vt cadant.

B timq; morientium capita se contrahunt, nec relinquuntur. Hæc Plinius. Si velimus Hirudines appositas easdem subinde sugere, vt non decidant, donec nobis iam satis suxisse videantur, caudas forcipe amputare oportet, vt Galenus & Antyllus monet. Debet autem abscindi cauda, cùm iam sugere cœperunt, (quanquam memini caudas iam sugentibus sectas videre, ipsasq; mox cecidisse, fortè quòd iam ferè plenæ essent: quare diligẽtius hoc considerandũ,) non antea, ne apprehendere recusent. Eâ resectâ dum sugere pergunt, sæpiusculè digitis pertractandæ sunt, vt non repleantur, & sanguis transeat. Si necessaria est iteratio Sanguisugarum, mutare eas oportet iuxta Albucasim, si plures sunt. Aceto perfusæ, aut sale aspersę, postquam remoueris, aut ceciderint, sanguinem reuomunt. Auicenna consultum esse dicit, postquam cecidere, cucurbitulam loco applicari, & de sanguine loci parum detrahi, vt morsus earum malignitas (si quæ est) remoueatur. Albucasis cùm ita impletæ ceciderint, optimum quidem fore ait, cucurbitulã adhiberi, si fieri potest, si minus, vt si locus angustior est, abluatur aceto, deinde aqua multa, & fricetur, & exprimatur. Iubebat & Galenus cucurbitulam Hirudinibus remotis apponere, & locum per spongiam fouere, vt si quid ab illis venenosum Vt præcidendę.

C relictum esset, tolleretur. At nostræ Hirudines, modo quas diximus, eligantur, nihil venenosi habere videtur, quamobrem ista negliguntur. Cùm ceciderunt iam plena, permittunt eas aliqui in vase quopiam sanguinem remouere, vt appareat, quantum suxerint: & nisi sufficere videatur, admoueat denuò, locum interim aqua mediocriter calida fouentes, ne sanguis detur, vt rursus surgere possint. Sed quoniam vulnuscula multò pòst etiam fluunt, plus minus pro diuersis corporum constitutionibus, non satis certò ex ea, quam reuomuerint Hirudines copia, modus conijci potest. Sanguis etiam postea aliquandiu fluit, præsertim si parũ ipsæ suxerint. Quod si autem sanguis non constringatur, Auicenna gallas combustas, aut calcem, aut cinerem, aut tegulam læuissimè tritam superponit, aut alia ex eis, quæ sanguinẽ constringunt. Albucasis etiam laudat medicatas fabarum excorticarum, si dimittantur donec adhæreant fabæ in loco. nam sanguis, inquit, sistitur hoc modo. Potest & bolo Armenia sisti, vel aloe cum aqua rosacea applicata. Quidam cùm vnam aliquando apposuissem manibus experiũdi gratia, & mox sale inspersо remouissem, per horam vnam postea sanguis effluxit, sed parum & guttatim. Idẽ cum ægroto ex crure tumido & vlceroso Hirudines aliquot adhibuissem, crasso & corpulento, & multi sanguinis homini, fluxit per biduum ferè postea sanguis è vulnusculis, & bene tulit. Item mulier quædam, cùm nimis multas (circiter viginti) Modus detrahẽdi sanguinis. Vt sanguis cohibeatur.

D Hirudines admouissem cruri, donec iam plenæ caderent (nesciebat enim modum aspersо sale eas pellendi,) & sanguis iam postea aliquandiu copiosus fluxisset, in maximam debilitatem, & periculum incidit, crure tamen postea melius habuit. Quauis partę corporis adhibentur, venis etiam magnis pro venæ sectione, in manibus, pedibus, malleolis, post aures, fronti, capiti, dorso &c. Sunt qui venis ipsis semper admouendas putent, alij nihil referre, vbi sugant, tantundem prodesse: Sed hoc dignoscere prudentis medici est: refert enim, qua parte sit morbus, & in superficiené an altiùs. Medicum qui Hirudinem venæ nigræ brachij dextri adhibuerat puero octo annorum, in febri cõtinua, ob succos bilioſos vnà cum pituita corruptos, reprehendit [e] Aloysius Mundella. Et [f] Amatus Lusitanus, vbi de febris sanguineæ curatione agit in puella septem annorum: Alui beneficio præcedente, inquit, venam internam brachij secare iussi, & si non sponte caderet. Quod si casus, ait, maiorem postulat euacuationẽ, aliam subiungimus. Idem alio in loco scribit de Hirudine venę sectæ appositа in puero quatuor annorum. Porro dicamus modò per quæ corporis loca vtiliter apponantur Hirudines, particulatim Vbi adhibeantur.

[e] *Lib. 3. dialog. med. c. 2.*
[f] *Lib. 1. Curat. 10.*

Ad quãuis partem.

culatim, à capite ad pedes. Si vulnus ab animali venenato inflictum anguſtum ſit Arnoldus de Villanoua phlebotomo, loco prius ligato arctè poſt vulnus:) ampliari iubet, deinde cucurbitulam imponi, aut ſanguiſugas circa vulnus. Nicander etiam ictibus, vel morſibus venenatis Hirudines vtiliter admoueri monet. Ioan: de Vigo in curatione gangrenæ: cùm videris, inquit, locum ad nigredinem tendere, tum ſtatim nulla melior curatio eſt, quàm ipſam nigredinem diuerſis ſcarificationibus ſcarificare & profundè, cum applicatione etiam ſanguiſugarum in circuitu corruptionis gangrenoſæ &c. Auicenna Hirudines ad impetiginem, & alia cutis vitia applicatas prodeſſe teſtatur. In Lethargo Hirudines occipitio vel ſincipiti adhibendas Gariopontus docet. Cum epilepſia ſit ex melancholia, Sanguiſugæ apponendæ ſunt ſpleni, vt infrà dicemus. In capitis fluxione, vel dolore, alijsq; morbis, quidam eas admouent venis retro aures. item ad venas quaſdam in oſſe coronali, quæ loco raſo ad cutẽ & confricato apparent. Hippocrates cucurbitulas oſſi coronali apponi iubet. Aliqui, inquit, Alexander Benedictus, Sanguiſugas poſt aures ad exhauriendum ſanguinem collocari docuêre, quæ omnem ferè vertiginis cauſam leuant. Inſano cuidam poſt aures feliciter admotas audio. Oculis fluentibus fronti appoſitæ conferunt. Alexander Benedictus in doloribus, & rheumatiſmis dentium eſſe tradit, qui Sanguiſugas gingiuis collocent. Idem ſub mento eas apponi ſcribit, certas nimirum ob cauſas, vel dentium, vel alias. Ad tollendos rubores faciei, Sanguiſugas quæ varię ſunt, apponit Trotula in calamo, loco prius loto cum vino, cui debent adhærere, ſcilicet circa nares, & aures ex vtraq; parte; aut ventoſas ponit ſuper ſcapulas. Et Ioan: Bauerius in conſilio ad ruborem faciei puſtuloſum poſt alia remedia: poſt tres dies, inquit, ponantur Sanguiſugæ duę, primo iuxta aures, vna in quolibet latere: demũ ponantur aliæ duæ, vna ab vtroq; latere naſi, vbi ſanguinem exugant. Si ſynanche perſeuerarit, & æger ad perferendam curationẽ fuerit mollis, vt ferri cuſpide metu ſe contingi prohibeat, & Cælius Aurelianus Sanguiſugas apponi iubet collo, & gutturi, & poſt earum caſum, ſi minimè factam ſanguinis detractionem viderimus, cucurbitas apponi, vt præfecta Sanguiſugarum vulneratione, raptu cucurbitæ detractio compleatur, & olei fomento vtitur, & cataplaſmatibus &c. Archigenes apud Aetium in curatione iecoris indurati circa initium: ſi cataplaſmatis (inquit) & malagmatis idoneis nihil proficias, Hirudines admouendæ. plurimũ enim momẽti habet ad curationem ſanguis earum ſuctu extractus. Kiranides Sanguiſugas admotas hydropicis conuenire ſcribit: coniecerit autem aliquis, quoniam iecur ferè primùm in hydrope adfectum eſt, iecori applicandas eſſe: quanquam, & alijs partibus nimio humore turgidis eas adhiberi alienum non fuerit. Spleneticis, qui ex liene malè affecto laborant, Hirudines ad ipſum viſcus vtiliter imponi tradunt Serenus, Gariopontus, & Kiranides. Cùm epilepſia ſit ex atra bile, ſtercus columbinum tritum Arnoldus cum ouis coruorum miſceri præcipit, & ceu cataplaſma ſpleni imponi, appoſitis prius Sanguiſugis. Hoc enim cataplaſma materiam trahit à capite ad ſplenem, & generat febrem, & ſic epilepticum liberat, & maximè ſi fiat in autumno. Ad depulſionem fatyriaci mali, defigantur in coxa cucurbitulæ ſecundum Arctæum, ſed & Hirudines ad ſanguinem deorſum trahendum optimas eſſe dicit; & ſuper vulnera vult imponi cataplaſma micæ panis cum althæa. Alexander Benedictus quoq; de ſatyriaca intemperantia & feminis incontinentia ſcribens: Si ſuperabundans, inquit, materia fuerit, etiam ſanguiſugæ impactæ (nimirum circa renes, & lũbos, vel in coxis, vt Arataeus voluit) iuuant. Vt hæmorrhoides diuerſas ob cauſas aperiantur, & ſanguinem atribiliarium remittant, Hirudines vel manu, vel potiùs per cannulam applicandæ ſunt: quod vtiliter fieri idem Alexander Benedictus, & Amatus Luſitanus monuerunt: & alij etiam obſeruarunt in homine melancholico feliceter hoc genus auxilij ſucceſſiſſe. In febribus putridis Hirudines maximum vſum habent, nam cùm ani venis admouentur, detractis prius pilis, & admota cucurbitula, quæ totam anum comprehendat, vt venarum orificia, quæ intus latent, emineant, mirum eſt, quantum conferant ad capitis affectus mitigandos, ad concoctionẽ iuuandam, ad naturam ſubleuandam, & tranſpirationẽ corporis, ſi poſt venę ſectionem, & alia prę ſidia videamus naturam vel opprimi, vel certè tardiùs vincere, & concoquere noxios humores. Ac tanto quidem maior agnoſcitur eſſe huius remedij vſus, quod tutiſſimus ſit, quod nõ ſolùm in validis corporibus, ſed etiam in debilioribus, & propemodum exſolutis febribus etiam tutiſſimus ſit. In febri continua cum melancholia hipochondriaca Hirudines etiam ano apponi, & ſanguinis vncias ſex detrahi, Aloyſius Mundella conſuluit, vt ipſe ſcribit in ſuis dialogis. 4. 3. Idẽ dialogo tertio refert, ad hæmorrhoides cuiuſdam Hirudines ſuo iuſſu appoſitas: quem poſt illas admotas, cùm iam ſaturæ cecidiſſent, miniſtri in balneo aquæ tepidæ poſuerunt, vt amplius exiret: exiuit autem tantum, vt is ferè exanimatus ſit, neſciente medico: pulſus omnino paruus, & viſus ferè amiſſus. Addit quod alij etiã in ſimili caſu (multo

E

F

G

H

Ad capitis partes.

* Lib. 3. c. 3.

Ad collum.

Ad iecur.

Ad ſplenẽ.

Ad ſatytiaſin.

Ad hæmorrhoides.

In Febrib.

A to sanguinis profluuio, aut visus, aut alterius sensus, aut mẽbri alicuius, vt brachij, crurum) maximam debilitatem inciderint. Leniri dolores hæmorrhoidum, vapore aquæ calidæ: sed eo solo interdum vlcuscula à Sãguisugis inflicta ita aperiri, vt sanguis sisti vix possit: quodq; ipse aliquando non aliter sistere potuerit, quàm medicamẽto Galeni, ex aloe, thuris manna, & oui albumine, & pilis leporinis. Sunt qui mensium prouocandorum gratia mulieribus ad venas malleolorum applicant. Mundella cruri inflammato apposuit. Multi podagræ quoq; admittendas censuere teste Plinio, & Serenus ad podagræ malum iam fixum, inquit: Ad maleolos, crura, & pedes.

*Sunt quibus appositâ siccatur Hirudine sanguis.*

Equorum cruribus admotæ, salutares existimantur, vnde etiam ab equis Hirudines ab Angelis denominari putant, & Germani non quasuis, sed maiores tantùm ab equis denominãt. Atq; hæc de Hirudinis applicatione ad sugendum sanguinem. Habet & alios in medicina vsus Hirudo. Ex his enim crematis psilotra in primis fiunt. Marcellus Empiricus, & Aetius, Sanguisugarum in olla combustarum tritum delicatissimè cinerem, si vulsis pilis palpebrarum imponatur, vel inspergatur, non pati eos renasci scribunt; & Plinius duobus in locis, Sanguisugæ, inquit, tostę in vase fictili (nouo) & ex aceto illitæ, psilothri contra pilos (pal Phsilotra.
B pebrarum euulsos) habent effectum. Idem Kiranides tradit, additq; non amplius renasci. Et Samonicus his versibus sub lemmate, Si oculi infestentur pilis palpebrarum.

*Nec non & stagnis cessantibus exul Hirudo,*
*Sumitur, & viuens Samia torretur in aula,*
*Hæc acidis vngit permista liquoribus artus.*

Probabile autem est, non in palpebris solùm, sed in alijs etiam corporis partibus eandem vim valere similiter. Capillum denigrant teste Plinio, quæ in vino nigro diebus sexaginta (aliàs quadraginta, vt Marcellus quoq; habet) computruere. Alij in aceti sextarijs duobus Sanguisugarum sextarium in vase plumbeo iubent putrescere totidem diebus, mox illini in sole. Soranus tantam vim habere tradit, vt nisi oleum ore cõtineant, qui tingunt, dẽtes quoq; eorum denigrare dicat. Idem remedium Marcellus Empiricus his verbis transcripsit: Sanguisugarum sextarius duobus sextarijs nigri vini miscetur, & quadraginta diebus in vasculo plumbeo diligenter clauso maceratur, postmodum cum ipso vino cõteruntur Hirudines, & in sole calido capiti deraso, ad permutandos capillos, earum succus imponitur, oleo, ne dentes inficiantur, donec siccetur medicamen, in ore detento. Sanguisugas quomodo natu- Ad denigrãdos capillos.
C ralibus adhibeant sponsę virginitatem mentientes, describit Arnoldus Villanouanus, in suo Breuiario. 3. 6. Sanguisugas nonnulli vrunt super tegulas, & miscent cum alijs quibusdam aduersus Tineas accipitrum, vt locos affectos illinant. Albertus easdem in cibo datas per se, vel cum carnibus, vel puluerem ex eis, mutationem pennarum accelerare testatur. Aduersus Tineas.

# EPITHETA.



ELVVIATILEM vocat Q. Serenus. sed palustrem potius cognominare debebat, vt Theocritus à quo λιμνᾶτις nominatur. Limosa à Pierio Valeriano. à Phile βδέλλα αἱμοχαρὴς, à Nicandro φιλαίματος Oppianus de medico Hirudines apponente.

—— διερὰς δὲ γονὰς κυανόχροα λίμνης
Ερπετὰ τειρομένοιο κατὰ χροὸς ἐςήριξε.

D

# DENOMINATA.



HIRVDINARIA herba quædam palustris, vt putat Zoographus, alicubi à Germanis quibusdam appellatur: qua deuorata oues Hirudinibus plenas emori aiunt. Galli herbam Duue nuncupant: & similiter ipsas Hirudines paruas, quæ in corrupto ouium iecore sępius reperiuntur. Βδελλίζειν verbum pro eo, quòd est Hirudines exugendi sanguinis causa apponere, Anthyllus vsurpat. Βδελλολάρυγγες, homines gulosi, tanquam Hirudines epularum lautiorum. Τῶν βδελλολαρύγγων ἀνεπαγγέλτων (ἀκλήτων interpretatur Suidas) αὐτῷ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον. Cratinus ad Dionys. Alexandrum. Hirudinaria herba.

PRO-

# PROVERBIA.

PROVERBII speciem habet illud Horatij in arte Poëtica:

*Non missura cutem nisi plena cruoris Hirudo.*

Quadrabit in homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos videas, qui cùm semel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant, nec rationem vllam habent alieni fastidij, sed suo tantum animo negotij modum metiuntur, haudquaquam memores vetustissimi sermonis, admonentis, vt tum à lusu desistamus, cum adhuc iucundus, ne voluptatem odij molestia consecuta contaminet. Nemo enim nescit Hirudinem vbi semel hæserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Refertur & ab autore prouerbiorum *Hirudine bibacior*. Sanguisuga duas habet filias clamantes Afer Afer, prouerbiorum Salomonis 30.

Hirudine bibacior.

# DAMNA ET ADVERSVS EA REMEDIA.

ACCIDIT autem aliquoties, vt viatores rusticiq; itinere æstatis arboribus, & laboribus defatigati, & quamlibet aquam, quæ obuiam fit, bibentes, & os tauri instar inclinantes, vt Nicander asserit, non obseruantes quid hauriant, Hirudinem vnà, cum aqua ingredi sinant, quod & in bobus sæpenumero vsu venire Columella scripsit, & cæteris omnibus quadrupedibus alij idem aliquoties accidere commemorant: & Crocodilo Philes. Elephanti cruciatum, inquit [a] Plinius, in potu maximum sentiunt hausta Hirudine, quam Sanguisugam vulgo cœpisse appellari aduerti. Sed sunt Hirudines magnæ, & visui expositæ à quibus cauere se potest omne animalium genus, maxime autem homo; sunt etiam paruæ vix perceptibiles, quæ cum sensum supterfugiunt, simul cùm aqua bibuntur: hæ plurimùm fatigant ægrum, & difficulter cognosci queunt. Quapropter quòd si aliquis plurimis diebus cruorem & screauerit, & emunxerit, idq; citra capitis, vel dolorem, vel grauitatem, siue præsentem, siue præteritam: neq; is exictu procedat: huius totum per nares meatum, atq; eam oris partẽ, quæ ad naris foramen tendit, accuratè considerare suadet Galenus. Nam fieri potest, inquit, huiusmodi accidens Hirudine huic loco adhærente, quæ quidem in dies, vtpote exigua, sensum effugiat; tertio tamen, quartoúe die haud obscure videri potest. Eadem ratione ex vẽtriculo quoq;, cruor epota Sanguisuga euomitur: sed est, eiusmodi cruor tenuis, & serosus, siue is ex ventriculo, siue naribus, siue ex ore feratur. Igitur cùm talem videris, ac hominis consideraro habitu, super præteritis ipsum interrogaueris, ex omnibus rei ipsius veritatem facilè conijcies. Equidem, inquit Galenus, cum viderem hominem integra veletudine eiusmodi cruorem euomentem, interrogaui qua victus ratione antea fuisset vsus: ille verò inter alia, quæ narrauit hoc quoq; addidit: quòd cum nocte quadam sitiret, misso puero, qui aquam afferret, ex immundo fonte bibisset. Quibus auditis sciscitatus sum, apparuissentne aliquando sanguisugæ in ipso fonte. Qui cùm id quoq; fateretur, & poto subinde idoneo pharmaco Hirudinem vomitione reiecit. Porro cum alius quispiam eiusmodi cruorem emungeret, & expueret ipso narrante audiui, eum ruri æstatis tempore, in stagno quodam cum cæteris iuuenibus, iuuenili ludo, qualem adolescentes in aqua ludere solent, exercitatum. tum ego sciens in eo stagno Sanguisugas esse, duxi laborantem ad splendorem, conuersoq; directe ad solis radios narium foramine, in eo meatu vbi nasus ad oris regionem perforatur, Hirudinis in meatu latentis caudam conspexi. Ex quibus Galeni historijs discat medicus, qui se gerere debeat, cum ad similem casum accersitus fuerit, quidúe primùm interrogare, atq; quæ signa perpendere. Dioscorides deuoratas cum aqua Hirudines, si ori ventriculi adhærẽt, nonnullam suctionis imaginem præbere affirmant. eoq; argumento haustam Hirudinem deprehendi. Sed cum Aëtius cæteris plerisq; scriptoribus, de signis epotarum Sanguisugarum, tradiderit melius, eius verba corollarij loco placuit subnectere, deinde ad curationem me conferre. Hirudines, inquit, cum aqua deuorata faucibus adhærent, & iuxta quempiam stomachi locum, aut ipsi ori ventris. Et primùm quidem sensim exugunt sanguinem: expletæ autẽ his

Hirudines potæ.

[a] Li. 8. c. 10.

Signa potę Hirudinis.

A his quæ deglutiuimus viam obstruunt. super expletæ verò etiam sanguinem, quem exuxerunt foras profundunt, vt imaginationem inducant tanquam sanguis ex internis locis reiectetur. Cæterùm qui affectis contingit exuctionis sensus, is signum tibi sit Hirudinem deglutitam esse. Nunc ad remedia me conuerto. Si ori ventriculi adhærent Sanguisugæ, excutientur teste Dioscoride muriæ sorbitione, succo Cyrenaico, Laserpitij folijs, aut beta, cum aceto aut pota niuis glebula cum oxycrato. nitrum ex aqua gargarizatur, aut atramentum sutorium aceto dilutum. Si faucibus hæreant, iniecta lupinorum farina, aqua frigida ore contineatur: & ad eam Hirudines exilient, vti tradit [b] Dioscorides Ruellio interprete. Verùm hoc loco magni momenti est, quòd circa finem transtulit Ruellius iniecta lupinorum farina vbi Græca verba sunt, ἐμβιβάσας εἰς ἔμβασιν θερμὴν: Marcellus Virgilius meliori fide, facito (transfert) in calidam aquam descendant. Eadem ex Dioscoride verba Paulus Ægineta repetijt, qui causam quoq; huius cōsilij addit. Si in embasin (id est solium vel labrum) aqua calida plenum descenderit, cui faucibus Hirudines adhærent, simulq; frigidam ore continuerit, exibunt illæ frigidioris aquæ desiderio. Vnde conijcit Zoographus sic affectum non simpliciter aquæ calidæ insidere oportere, sed profundiùs, vt collum etiam mergatur: ita B vt locum calentem refugiant Hirudines, neq; in gulam descendant, sed frigidam quæ in ore est sequantur, quam sententiam, præter alios veteres, Aëtius quoq; approbauit his verbis: Quæ postremo, inquit, gutturi affixæ sunt, hoc modo excutere oportet: Ægrum in solium calida aqua expletum, vsq; ad collum immitito, & frigidissimam aquam ore tenendam exhibeto, eamq; frequenter permutato; egredietur enim inde Hirudo. frigidæ appetentia prolecta. Asclepiades autem lauare præcipiebat, ac spongiam teneram frigida imbutam faucibus demittere, vt Hirudo spongiæ infixa extraheretur, ac deinde lenticulæ succum porrigebat. Externam colli regionem refrigerantibus obducere hortabatur. At Mys Apollonius acetū, quàm acerimum propinanat item cum muria, ille niuis gleba calefacta solutaq; vtebatur: & esculentis potulentisq; aluum tempestiue purgantibus Hirudinum excernendarum gratia. Nam has vna cum ijs, quæ per aluum deijciuntur, deferri sæpe affirmat. Remedium ex niue cum oxycrato pota in quibusdam Dioscoridis editionibus non legitur: Marcellus Vergilius quoq; notat, tanquam in quibusdam exemplaribus Græcis non reperiantur. apud Æginetam tamen, & Aetium legitur. Nicander quoq; oxycratum per se dari iubet cum niue:

Curatio.

[b] Li. 6. c. 32. Dioscoridis locus illustratus.

C Καὶ σὺ πότ' ἐν δαπάεσσι κεραιόμενον ποτὸν ὄξευς
Νείμειας ποτὲ δαῖτα συνήρεα χιονόεσσαν,
Πολλάκι κρυςάλλοιο νέον βορέησι παγέντος.

Iacobus Greuinus hæc sit transtulit:

*Tum fusum patera confestim potet acetum*
*Siue niualis aquæ gelido sese irrigat haustu,*
*Sæpè & Hiperboreo concretam flamine crustam*
*Porrige.*

Niuem itaq; si haberi queat, vt cum nuper boreas aquam gelauit, misceri iubet: sin minus exycratum per se dari. Sed Hirudines eo tempore quo niues cadunt, vix reperiuntur, itaq; vanum id videtur medicamentum, nisi propter æstatem hyemis tempore reponatur nix, & seruetur, quod in plurimis Italiæ locis fieri nunc consueuit ad vini teporem æstatis tempore frangendum. Salsa omnia Sanguisugis aduersantur, præsertim si cum aqua calida sumantur, vt sal ipse, & salis flos, & aqua marina. Hæc enim [c] Nicander commendat his versibus:

[c] In Alexipharmacis.

D Ἠε σύ γυρώσοιο καθαλμέα βώλακα γαίης
Ναιομένην. θαλερὴν δὲ πόσιν μενοεικέα τεύξαις
Ἀυτὴν ἅλα βάπτε, τότ' ἠελίοισι δαμάζων
Εἰθαρ ὀπωρινοῖσι. τότ' ἠνεκὲς ἐν πυρὶ θάλψας
Πολλάκι θ' ἢ ἅλα πηκτὸν ὁμιλαδὸν ἢ ἁλὸς ᾄχνην,
Εμπίσαις. τὴν ἀιὲν ἀνὴρ ἁλοπηγὸς ἀγείρει
Νειοθ' ὑποςαμένην, ὁποθ' ὕδασιν ὕθατα μίξη.

Quæ in hosce Latinos exametros versus transtulit Iacobus Greuinus:

*—— vel sumptam salsuginis intere glebam:*
*Hincq; salutarem conturba, & confice potum:*
*Ipsum sæpe salum feruenti sole vel igni*
*Coge, vel effossum pariter sal sume, vel albam*
*Eiusdem spumam: quam si sal suffodit imo*
*Colligit in fundo, quando vnde infuderit vndam.*

Ad quos Nicandri versus à Zoographo annotatur, quod vbi scribit Nicander πολλάκι δ' ἢ

ἅλα

ἅλα πικτὸν, de vtroq; ſale marino, tum ſolis, tum ignis vi condenſato intelligi poſſe, ſed potiſſimum de marino ſentit poëta, cùm de altero iam ſatis antea dixerit, quem bibi ſimiliter iubet. Galenus allij eſum maximè commendat. quod ſi ad manum non ſit allium, cæpe aut porrum, aut nepeta viridis, aut lepidium proderunt. Idem [d] Galenus eos qui Hirudines deuorarunt, aduerſus ſolem conſtituit, locum vbi inhæreant, animaduertit, & garum ipſis inſtillat; ſtatim enim locum relinquunt, & expuuntur, aut acetum cum butyro mixtũ, in quo ferrum candens extinctum ſit, potui dat: quod à Plinio, & Marcello ſummopere comprobatum video. Alibi quoq; ad Hirudines ariſtolochiam terit, & ſale conſpergit. Laudat etiam ſuccũ ſyrincum potum, & ſuffitos Cimices. Florentinus ait Cimices ſuffitu adhibitos Hirudines pernecare: ab illisq; & pari viciſſitudine, illas è medio tolli, ſi tentorijs vndiq; circumcludatur grabbatulus, vt graueolentia expirare non poſſit. Nec id fugit Plinium: ſuffitu, inquit, Cimicum abigere Sanguiſugas adhærentes (docent aliqui:) hauſtasq; ab animalibus reſtringere in potu datos. Nam Dioſcorides Cimices potos cum vino, aut aceto, adhærentes Sanguiſugas abigere ſcribit. Kiranides cauſam reddidiſſe videtur nimirum, quod mutuum ſit naturæ diſſidium inter hæc vtraq; animalcula. Alioqui merito quis poſſet dubitare an fumus omnis perſe, nihil conferente odoris fęditate, Sanguiſugis aduerſari poſſit, vtpote mordens, & penetrans & calefaciens. ſuffitus autem (inquit Albucaſis) commode fiet per ollam, in qua ſint prunæ ignitæ, & olla ſit clauſa operculo ſuo per medium perforato. foramini inſeratur extremitas inſtrumenti (cuius mentionem auctor fecit cum ageret de vuæ ſuffitu) alteram extremitatem recipiat ore affectus, & os claudat ne fumus egrediatur, donec ad Sanguiſugam peruenerit. Impatiens enim illa fumi, cadet. Quod ſi non citò cadat perſeuerandũ in ſuffitu, quamdiu infirmus ferre poteſt. Conſtantinus Afer præter alia, quæ cũ alijs ſcriptoribus communia habet; Hirudo inquit, ſi in palato, aut vicinis partibus ore ad ſolẽ aperto videatur, forcipibus extrahi debet. Si verò non apparet, gargariſmi & alia remedia idonea adhibeantur. Affectus aquam ne bibat. Mittamus vaſa vitrea in ſole aqua plena, quæ moueamus antè os infirmi. Tragacanthæ pollinem inflemus ori, (item) carbonum (cineris) nigellæ vel abſynthij. Gargariſmus fiat è ſapa, vel aceto: vel lotio caprino cũ ſale. Quod ſi reiectis illis ſanguis adhuc nimium fluat, aſtringatur remedijs in capite de ſanguinis ſcreatu traditis. Albucaſis quoq; chirurgicis adminiſtrationibus curat Sanguiſugas, ſi in gutture ſint conſpicuæ hoc pacto. ore ad ſolem aperto linguam inſtrumento deprimit, extrahitq; eas vncino paruo, aut giffi (inſtrumentis) ſubtilibus, & idoneis. Hoc ſi fieri nequit, cannulam concauam in guttur immittit, idq; facit multoties, prohibetq; ægro ne aquam guſtet. ſed hos deinde iubet colluere aqua frigida, vt cũ aquam ſentiunt, ilico cadant. Recenſet etiam idem Albucaſis inſtrumentũ aliud, quo commodè ſanguiſuga educi poteſt, nimirũ forcipem, cuius finis incuruatus eſt, vt in guttur facilè immitti poſſit, ac ſimilis roſtro ciconiæ limæ inſtar exaſperatus intus, vt quod apprehenderit, nullo modo remittat. Si verò in nares Sanguiſuga irrepſerit caput purgantibus & errhinis medicamentis ſubueniendum erit. Eadem quæ homini qui Hirudines hauſerit remedia, & obſeruationes quadrupedibus etiam conueniunt, quæ tamen in quibuſdam præſertim iumentis, efficatiora maioriq; copia dari poſſunt. Ruta quadrupedum quoq; morbis in maximo vſu eſt, præſertim ſi Sanguiſugam hauſerint, ex aceto propinabitur, vt monet Plinius. Abſyrtus equo reſupinato, oleum calidum vino mixtum, per cornu infundit. aut Cimices prope nares eius vrit, aut in ipſis naribus eius occidit. Sic enim, inquit, ſtatim vel excident, vel morientur. idemq; auxilium bobus quoque & alijs animalibus vtile eſt. [c] Anatolius Cimices contundit, eosq; animali olfaciendos apponit. Crocodilus, vbi incautè Sanguiſugas hauſit, Trochilo vtitur, tanquam medico, qui eas è faucibus, aut ore roſtro ſuo extrahat, de quo eligans hocce carmen extat apud Philen.

[d] *de fac. par.*

Cimicũ & Sanguiſugarum mutuũ naturæ diſſidium.

Quadrupedibus vt medendum ſi Sãguiſugas hauſerint.

[c] *In Geopo. 13. 17.*

Crocodilus à Trochilo vt ſanetur.

Ὅδε κροκόδειλος νήχεται μὲν ἐν τόποις,
Ἀνὴρ δὲ χανδὸν ὡς τὸ κῦμα τὸ στόμα,
Βδέλλων φορητὸν ἐξ ἐκείνα συλλέγει.
Εἶτα διαβὰς ὡς τόι ὄχθοι ἐκπόρου
Πίπτει κατ' γῆς κἀμβλέπει τὸν ἥλιον,
Ἡδὲ παραγυμνοῖ πρὸς τὸ φῶς, κἀτ' ἐλῶ ζέσιν
Τοὺς τῶν γναθων, κράτιστε, κολπώδεις τόπους.
Ὄρνις δέ τις τροχίλος ὠιομασμένος,
Τὸ βάμβος αὐτῆς ἀφυῶς ἐπεισφέρων,
Τὰς αἱμοποτίδας κἀθλιβούσας ἐξάγει,
Τούτου πρᾶως ἔχοντος εἰς τὸ συμφέρον.

Καὶ

A Καὶ τὸν γε κιφαλῶ ἀντὶ μίδου λαμβάνει
Μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου.

Eodem versum metro in Latinum sic transtulit Gregorius Bersmannus Annæbergensis:

*Crocodilus vndas dum secat, scitè natans,*
*Hiante vasta gutturis voragine,*
*Turbam cruentam colligit Hirudinum.*
*Ad littus ergo prodiens è flumine,*
*Proiectis iftic solis aspicit iubar,*
*Hiansq; contra pandit ignes luminis*
*Sinus genarum, o Imperator concauos:*
*Cum parua quædam auis, Trochilus nomine,*
*Rostrum inserens illius in fauces probe,*
*Hinc Sanguisugas strangulantes extrahit.*
*Feraq; gratum sentiente hinc commodum,*
*Indemne premij caput loco refert,*
B *A bellua nil regulus passus mali.*

# DE HIRVDINE MARINA. Cap. XII.

BDELLAM siue Hirudinem marinam, licet Lampetram vocemus, Strabonis exemplo, qui scripsit in quodam Libyæ fluuio nasci βδέλλας septenum cubitorum, quæ branchias habent perforatas, ita vt per eas respirare possent: tamen Hirudo marina propriè dicitur ea, cuius nos figuram ad viuum delineatam exhibemus ex Rondeletio, viuit autem ea in stagnis marinis, ei quæ in aquis dulcibus nascitur, persimilis. Digiti est magnitudine. ceruice est graciliore, cauda paullò crassiore. Os & caudæ extremum polyporum acetabulis similia sunt, vt eorum adhæsione sese trahant. Corpus Insectorum modo ex multis annulis circulisue constat, sed duriore cute, quàm palustres: quod in causa est, cur non ita in globum se contrahere, nec ita se colligere possit, sed caudam tantùm, & caput profert, ac retrahit. Interna omnia continuo ductu producta, & indistincta. Sed cùm Rondeletius dicat Hirudinem hanc similem ei, quæ in palustribus degit, arbitror eam colore esse nigro, nos autem & aliam colore rubicundam prædictæ persimilem in cæteris deprehendimus, cuius

Lampetra dicitur Hirudo marina apud Strabonē.

C 

D 

iconem secundo loco damus. Hirudinem marinam scribit Rondeletius cibo esse haud idoneam, viruſq; olere; pisces tamen littorales, ac lutosos ea vesci. Item in oleo antiquissimo decoctam aurium dolorem sedare: in oleo amigdalino, vel chamæmelino dolorem hæmorrhoidum. In vino vulneribus neruorum, & conuulsionibus vtilem esse. vstam alopecias cum aceto curare.

Vsus in medicina.

E

# DE LVMBRICIS MARINIS. Cap. XIII.

VERMIVM eadem genera in ſtagnis prouenire, quæ in mari, à marinis non diuerſa ſcribit Rondeletius. Sed inſter ſtagni Vermem frequentiorem eſſe Lumbricum longum, ijs qui in corpore humano procreantur ſimilem, ſed breuiorem, ſi modo verum ſit, quoſdam Lumbricos ad ternum cubitorum longitudinem peruenire. Lumbricos autem ſtagni, quorum hic icon ponitur, binum cubitorum magnitudinem non ſuperare ait: pollicis eſſe craſſitudine, nullas partes diſcretas habere. veluti inteſtinum tenue arena plenum apparere. De eodem F hæ Bellonius: Lumbricus marinus terreſtri maior, ſtabulatur in littore inter arenam, atq; in eo potiſſimum tractu, quem æſtus alti maris contegit: vnde interdum diſcedens ſiccum relinquit. Piſcatoribus ad eſcam plurimum confert: quem dum conſectantur à recrementis, quæ more terreſtris ſuper arena relinquit, agnoſcunt: quæ quo loco perceperint, eo pala ferrea impacta Lumbricos è profundo extrahere ſolent, quos caniſtris in vſum diligenter aſſeruant. His natura ad excauandum humum mucorem (mucronem fortè) in anteriore parte dedit, quem humi applicant: ex quo cum impetu ſpongioſum quippiam egerit, quo euomuiſſe videtur: paulatimq; in arenam ſubingreſſus, iterum in corpus regerit, quod ad ſe totum arena contexerit, quod idem terreſtri Lumbrico accidere ſolet. Vtriſque tranſuerſi branchi per ambitum inſunt, quibus totam corporis molem contrahunt, atq; extendunt, vt ex pedali longitudine breuiſſimi, & ferè orbiculares euadant. Verum marinus Lumbricus teres eſt, pedem longus, digitum craſſus, viſcoſus admodum, croceum colorem fundens, quo naues inficiuntur, qui etiam triduum perdurat. Villos in articulationibus pro pinnis habet: arena & limo veſcitur. Hæc Bellonius. In ſedandis doloribus terreſtribus non cedere, ſi prius arena expurgatus, oleoq; amigdalino coctus, artuum doloribus adhibeatur, vel tepidè in aurem dolentem immittatur, ſcripſit Rondeletius. A menſis omnino reijci debet.



Deſcriptio. G

Vſus in medicina.

# DE CÆTERIS VERMIBVS MARINIS. Cap. XIV.

MARINORVM Vermium plura ſunt genera præter prædictos Lumbricos: alij enim teſte Rondeletio ſunt eiuſmodi, vt nulla pictura, præterquam linea vnica continua, exprimere poſſint. Nam adeo indiſcretas partes internas, & externas habent, vt pili tantùm craſſiores ſiue carnoſi eſſe videantur, quos animalia eſſe neges, niſi motu cieri agitariq; conſpexeris. Alij verò à forma corporis, & roſtri μικρορυγχότεροι & μακρορυγχότεροι dicti. Micrórynchoterus autem, quem primùm depictum exhibet, cute molli contegitur, tota inciſuris conſtante: os vel roſtrum obtuſum eſt, parumq; prominet, vnde ſuum hocce nomen à Rondeletio accepit. Alijs huius generis roſtrum deeſt, ſed foramen tantum habent, capeſcendi cibi gratia. Totus Vermis digitali eſt magnitudine, minimi digiti craſſitudine. Alter verò ſecundo depictus loco ab eodem Rondeletio in luto maris & marinorum ſtagnorum viuere comperitur ſuperiore multò longior. Nam aliquando duorum cubitorum longitudinem æquat pollicisq; craſſitudinem. Farciminis longi figuram refert. Roſtro

H

Micrórynchoteri deſcriptio.

A ſtro eſt multo longiore, quàm ſuperior, ſimili Hippocampi roſtro, vnde μακρορυγχόπτερον nuncupat Rondeletius. Intus longum duntaxat ventriculi, vel inteſtini ductum habet, aqua & luto pleni. vnde perſpicuum eſt his tantum veſci. Icones quas hìc exhibemus ſemper credidi antedictis Vermibus Rondeletij reſpondere. Cæterùm cùm exactiùs poſtea conferrem haſce cum alijs, deprehendi prorſus differre. etenim priori loco poſitus Vermis, colore plurimum differt: ea autem toto viridi, lineis quatuor, aut quinque per totam corporis

Macrorynchoteri deſcriptio.



B



C

longitudinem ductis ruffis, eiuſdem coloris alijs tranſuerſalibus plurimis. caput habet magnum, magnos item oculos, magnumq; roſtrum. extremitas corporis in caudam exit. Alter exiliori corpore, roſtro longiori, & planè diuerſo. ſine cauda, vndiq; ſibi concolor rubeſcens ſupernè, infernè albicans. quamobrem Rondeletij icones quas cum his confuderam in appendice adiungam.

# DE VERMIBVS IN AQVIS CALIDIS NASCENTIBVS. Cap. XV.

D

CVM præter multorum atq; etiam doctiſſimorum virorum opinionem ſit, Vermes in aquis adeo feruentibus, vt tactæ manum vrant, & generari, & viuere, non à ratione alienum fore arbitror quorundam fide digniſſimorum auctorum teſtimonia adducere, qui id aſſeuerarunt, & in primis Diui Auguſtini, cuius ſuper tam inſigni miraculo hæc verba ſcripta reperiuntur, vt oſtenderet in vſtione ignis corpora poſſe eſſe perpetua. Quid igitur, » inquit, oſtendam vnde conuincantur increduli, poſſe humana corpora animata, atq; viuen- » tia, non ſolùm nunquam morte diſſolui, ſed in æternorum quoq; ignium durare tormentis? » Nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre penitè tiam, ſed aliquo exẽplo perſuaderi ſibi » flagitant. Quibus ſi reſpondebimus eſſe animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ » tamẽ in medijs ignibus viuant, nullũ etiã genus Vermium in aquarũ calidarũ ſcaturigine re- » periri, quarum feruorẽ nemo impunè contractat: illos autem non ſolùm ſine vlla ſui læſione » ibi eſſe, ſed extra eſſe non poſſe, aut nolunt credere, ſi oſtendere non valemus: aut ſi value-

rimus ſineoculis demonſtrare res ipſas, ſiue per teſtes idoneos edocere, non ſatis hoc eſſe ad E
exemplum rei, de qua quæſtio eſt, eadem infidelitate contendunt; quia hæc animalia, nec,"
ſemperuiuunt, & in illis feruoribus ſine doloribus viuunt, ſuæ quippe naturæ conuenienti-,"
bus vegetantur, illis non cruciantur elementis: quaſi non incredibilius ſit vegetari, quam,"
non cruciari talibus rebus. Mirabile eſt enim dolere in ignibus, & tamen viuere, ſed mirabi-,"
lius viuere in ignibus, nec dolere. Si autem hoc creditur, cur non, & illud? Hactenus D. Au-,"
guſtinus, qui tamen non exprimit regionem, vbi Vermes in feruentibus ſcaturiginibus de-
gant. Author de natura rerum Cælidoniam nominat. In ea enim, inquit, quibuſdam aquis
naturaliter feruentibus Vermes non aliter viuunt, quàm in frigida piſces, at extra eas aquas
[a] de Ani. 15. [b] Hiſt. li. 20. 168. in frigidam migrantes moriuntur. Idem habet [a] Albertus Magnus, & [b] Vincentius. [c] Bernar-
dinus Scardonius in Patauino territorio fontem Apponi tertium refert inter alios duos emi-
[c] Li. 1. claſſ. 1. de antiq. vrb. Pat. nentem, in media planitie, humiliq; cliuo ſitum eſſe, ibidem craterem ex viuo ſaxo extare,
in quo veluti in cacabo aqua, feruentiſſima ebullit, in eius crepidine gramen circumquaq;
vireſcere, & quod dictu mirabile, Vermiculos in medijs aquis viuos ſine læſione vndique
innatare. Huc accedit, quod in Pannonia in aquis calidis, quæ à mœnibus Budæ vrbis di-
ſtant ferè duodecim ſtadijs ranæ ingenitæ frequẽtes innatare cõſpiciantur, nulla noxa per F
cepta, cùm tamen ſcaturientis aquæ tantus ſit feruor, vt pede vix tentari poſſit, & in eum à
[d] Li. 32. hiſt. ſui temp. lanijs proiecti porci depilentur facilè. Hocq; tradidit [d] Paulus Iouius, ex quo etiam Vermes
in calidis aquis conſiſtere poſſe, facilius probatur.

# DE HIPPOCAMPO. Cap. XVI.

## ÆQVIVOCA.

HIPPOCAMPVS autem & Latinum, & Græcum eſt vocabulum, triaq; quantum ex auctoribus colligere poſſum, diuerſa ſignificat. Nam apud Pauſaniam aurigarum ſcutica eſt, ſcribentem apud Helicem vrbem Neptunum æneum ſtetiſſe, in cuius manu ἱππόκαμπος, id eſt ſcutica flectendis equis accommoda. Significat etiam Hippopotamum, qui etiam Hippocampe dicebatur, item animalculum Inſectum apud Dioſcoridem, de quo nunc nobis G
eſt ſermo. Doctiſſimus enim Ioſephus Scaliger in ſuis ad Varronis libros de lingua latina
eruditiſſimis commentarijs; hæc ad Varronis verbum Hippopotamus annotauit. Dicebatur, inquit, & Hippocampa aliud ſanè ab Hippocampo: quippe ἱππόκαμπος animalculum," apud Dioſcoridem: At Hippocampa, quod Campas equos marinos dicerent autore Feſto:"
Campę eq. marini dicti. vel potiùs, quod καμπὰς omnia cetacea: vnde finxit vocem καμπίκητος Epicharmus. Me-"
nander tamen Hippocampum non Hippocampam dixit pro Hippopotamo, aut potius equo"
marino. Nonius, Hippocampi, equi marini, à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt: & eſt Græ-"
cum. Menander, vehutos Hippocampos in æternæ vſus, ſcire nocitur delphino cinctis ve-"
hiculis, Hippocampisq; aſperis. Quæ verba ſi priſtinæ integritati ſuæ reſtituero, putabo me"
ſtudioſorum gratiam eo nomine non parum demereri poſſe. Videamus igitur num ita ſcri-"
pſerit ille grammaticus. Menander. "

Οὐχ' ὗτος ἱππόκαμπος ἐν ἀιθέρι;

Nam & centauri, & Hippocampi, & multa eiuſmodi apparent in aëre, vt eſt in Nebulis Ari-"
ſtophanis. Deinde Næuius, "H

*Sirenes citis*
*Delphino iunctis vehiculis, Hippocampisq; aſperis.*

Videntur eſſe ex Aegiſto Næuij: ex qua hos verſus quos mox adducturi ſumus, citat idem Nonius: & eum ſuperioribus coniungendi ſunt ad hunc modum:

*Tum autem laſcivum Nerei ſimum pecus*
*Ludens ad cantum claſſium luſtratur: ſirenes citis,*
*Delphino iunctis vehiculis, Hippocampisq; aſperis.*

Ridiculum eſt, iunctos dicere currus immanes Nereidum ijs piſciculis, qui dicuntur Hippocampi. Sed nimirum hic hippopotami, vel alia quædam immania monſtra ex genere cetaceo. Nam καμπὰς Cete vocabant, vt ſuprà admonuimus. Sanè hippopotamis vehi Neptunum indicat Statius in Thebaide.

*Illic Aegæo Neptunus Gurgite foſſos*
*In portum deducit equos: prior haurit habenas*

*Vngula,*

A *Vngula, postremi soluuntur in æquora pisces.*

» Ex quibus apparet non intelligi Hippocampum Dioscoridis, sed longè maius animal ex ce-
» taceis, quod tamen commentitium putẽ sicut pleraq; alia veterum. Plinius quoq; 32. cap. 5.
» cum ait, In maxima dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse,
» Thetis atq; Achilles, Nereides, supra delphinos, & cete & Hippocampos sedentes: apertè
» recenset eos inter cete, aut monstra potius marina: ne quis putet esse ἱπποκάμπον Dioscori-
» dis & Galeni. Quod tamen quidam putarunt. At nos vidimus apud patrem nostrum scele-
» ton Hippocampi admodum elegantem: neq; is excedebat trientalem magnitudinem, cùm
» ad dodrantalem peruenire velint quidam. Hæc Iosephus Scaliger.

# SYNONYMA.

## ETYMON.

B Ἱπποκάμπος à Græcis compositum est nomen ex dictione ἵππος & κάμπη. ἵππος autem hîc equum significare scripsit Rondeletius: κάμπη verò flexuram, quod Hippocampus cauda Erucam maximè referat, reliquo verò corpore equum. Marcellus Vergilius Dioscoridis interpres voce ἵππο magnitudinem nominari scripsit, vt in hipposelino, hippomarathro. eius verba sunt. Credimus olerum, & plantarum Erucas, quas Græci κάμπας vocant, Marcelli Vergilij error.

» marino pisci, à similitudine nomen dedisse. In Locustarum enim genere Hippocampus à ve-
» teribus numeratur. Breuem paruumq; piscem scriptor hic esse ait, & nihilominus magnitu-
» dinis nota ei coniuncta est. Quòd enim Græci multis in natura ἵππο adijciunt, grande signi-
» ficat, vt in hipposelino, hippomarathro, & hippolapatho indicauimus. Sed id sic intelligen-
» dum est, vt hoc animal comparatum olerum, & plantarum Erucis grande sit: marinis verò
» belluis, aut piscibus, breue & paruum. Nec aliud hic intelligi voluit dicens paruum esse ani-
» mal. Hæc Marcellus: contra quæ sic disputat [a] Rondeletius: Primum, inquit, à nullo vete-
» rum Hippocampus in Locustarum genere recensetur: nullus enim est apud veteres recen-
» tioresue Græcos, aut Latinos scriptores locus, in quo non solum disertè id scriptum sit, sed
C ex quo vel leuissima coniectura, vel suspitio huius rei colligi possit. Deinde voculæ vnius si-
» gnificatione, & rei ipsius ignoratione coactus est, à Dioscoride dissentire, friuola quadam
» excusatione adhibita. Cùm enim scribat Dioscorides Hippocampum θαλάσσιον εἶναι ζῷον
» μικρὸν, id est marinum animal exiguum, tamen ob magnitudinis notam adiectam, ait breue
» esse animal cum belluis marinis collatum, cum olerum, aut plantarum Erucis grande. Quid
» obstat quæso, quominus ἵππος in compositionem nominum admittatur pro equo? an opor-
» tet verba rebus, & res verbis accommodari? cùm igitur Hippocampus corpore maximè e-
» quum referat, cauda Erucam, cur non dicemus dictionem ex vtraq; compositam, eaq; signi-
» ficari paruum animal, cùm id disertè scribat Dioscorides, & qui viderat & penitus nouerat?
Bellonius Hippocampum nomen ab equo & Eruca contraxisse scribit: equinum enim caput & collum gerere, corpus autem Erucæ. [b] Zoographus κάμπη oxytonum Græcis flexuram significare ait. κάμπη verò paroxytonum Erucam, genus Vermis παρὰ τὸ κάμπτεσθαι, id est, flecti, & incuruari sic dictum. Imitari autem Hippocampum Erucam, non modo corporis
* flexura in arcum se incuruante, sed etiam circulis, quibus, vt Insecta, distinguitur, & insuper
D villis. siue igitur ab Eruca, siue ab oxytono nomine flexionem significante, Hippocampum aliquis alteram sui nominis partem habere dicat, nihil interesse modo orthographiæ, & accẽtuum ratio habeatur. Varronem, vbi scribit, Campas marinos equos Græci à flexu posteriorum partium appellant, corrigi vult Zoograpus, legereq; Hippocampos. itemque Marcellum Empiricum nominantem piscículum, qui equum marinum similet, Hippocampum intelligere. Hic alioqui à [c] Vegetio in veterinaria cabalio marinus vocatur. A Plinio, & Oppiano Hippus, ab Athenæo Hippidium, vt testatur Bellonius; qui leui quadam coniectura hæc scripsisse videtur, cùm nullum authorem citet. Quapropter videtur Zoographo potius sui generis esse piscem Hippum, & Hippidium. Piscatores Veneti, vt est apud Bellonium, Falloppa, vt verò apud Rondeletium, Draconem nominant. Sanè etiam Mathiolus esse quosdam ait, qui certo velint Hippocampum esse illum piscículum, qui quibusdam Dracunculus, alijs equiculus marinus nominatur, cuius nullus est in cibis vsus. Robertus Constantinus in Supplemẽto linguę Latinæ Venetijs Cauallo mariano, Caualleto, & pesce Cauallo vocari scribit. Romani, Illyrici, Genuenses Chaual. Marsilienses Cheual,

[a] *Li. de Insc. & Zooph.*

[b] *De Aqua til. li. 4. cap. de Hippoc.*

[c] *4. cap. 12.* Hippus. Hippidiũ.

Cheualot de mer. Nonnulli Gallum marinum. Germanicè nominare licebit, inquit, Zoographus, ein Meerroſs, ein Seeroœſsle. Nam & Hiſpanicè, vt Amatus Luſitanus ſcribit, vocatur Caualinho marino. Italicè Caualin marino, Caualin ritorto, Dragonetto: Gallicè Draconetto. Qui nunc Græciam incolunt ἀσκίδα. quidam Salamandram marinam vocant. E

# DESCRIPTIO.

[1] *Lib. de Insec. et Zoop.*

IVM [1] Rondeletius ſic deſcripſit. Hippocampus toto corpore inciſuras habet. dodrantalem magnitudinem non ſuperat, ſæpe minor reperitur. (nam Ioſephus Scaliger ſe apud patrem ſuum vidiſſe tradit ſceleton huius quod non excederet trientalem magnitudinem.) Pollicis eſt craſſitudine: roſtro oblongo, tubuli modo cauo ſine ſciſſura, ab inferiori eius parte operculum foramini opponitur, ad claudendū, vel demittitur ad aperiendum. Oculos habet rotūdos, ſatis prominentes. In capitis vertice pili erecti ſunt, qui adeò tenues ſunt, vt non in mortuis, & exſiccatis, ſed in viuentibus tantum Hippocampis, & natantibus appareant, quemadmodum & qui in reliquo ſunt corpore. Toto capite, collo graciliore, vētre protuberante, equo valde ſimilis eſt. Poſt oculos quo in loco in cæteris piſcibus branchię eſſe ſolent, pinnulæ duæ auriculis ſimiles ſunt, maximè ob ſitum, vtrinq; vnica. Branchiæ verò nullæ ſunt, neq; tectæ, neq; detectæ, ſed ſupra dictas pinnulas duo ſunt foramina ſurſum ſpectantia. Sub ventre rimulas duas habet. Ex vna alui excrementa, ex altera oua foras emittuntur. Cauda reliquo corpore tenuior eſt, quadrata, cū exochis aculeatis. toto eſt etiam corpore ſimiliter aculeato, veluti ex cartilagineis circulis compacto, ex quibus aculei extant, membranis intermedijs, vt nulla caro appareat. Colore eſt fuſco, punctis, albis notato, ventre albicante. Ventriculū pro corporis ratione ſatis magnum habet, hepar rubrum, ſimiliter oua rubra, cor exiguum. Caudam quouis modo inflectas, & qualem viuo figuram tribueris, talem mortuus, & exſiccatus ſeruat. Eſt profecto, & cognitu, & aſpectu pulcherrimus iucundiſſimusq; hic piſciculus, deniq; huiuſmodi, vt in eo naturæ ſolertiam, & Dei optimi Max. ſummū artificium admireris. Non ab his valde diſſimilia ſunt, quæ ſcripſerunt alij. Digito craſſior, inquit Bellonius, non euadit, eſtq; ferè cornea cute contectus: nemini, imo neq; ipſis quidem piſcibus, edulis: quibuſdam locis nigrior, alijs autem candidior. Branchias ad latera habet, eſtq; collo, vt equus, contorto. Pinnam in tergore elatiuſculam, alteram in latere vtrinq; ad branchias exerit, aliam quoq; modicam ſupra ceruicem: tubulum oblongum, in quo os ſitum eſt. Viuus, in mari non eſt ita contractus, vt nobis iam ſiccus extra aquam apparet. Contrahit enim caudam in orbem cum moritur. Caudam habet quadrangularem. Eius longitudo non excedit ſenos digitos. iubam habet obtuſis ſpiculis, vt equus crinibus, exornatam, atq; auriū loco elata etiam ſpicula oſtendit. Strias quoq; in tranſuerſum actas, quæ ab obtuſis eius ſpiculis procedunt. Natura enim ad equum terreſtrem alludens, caput, ceruicem, collum thoracem ita affabrè in hoc piſce ementita eſt, vt hæc omnia ſibi inuicem reſpondeant. Eundem hoc modo deſcribit Robertus Conſtantinus; Piſcis eſt inquit, minimè edulis, ac ſingularis formæ: cui caput equinum cū proboſcide ſiue roſtro tubulato iubatum eſt: corpus reliquum eminentijs crenisq; cartilagineis exaſperatum: in dorſo pinnula; cauda qnadrata & plexilis. Totius longitudo dodrantalis. Captus breui expirat: & dum recens noctu lucet: quæ ex oculari obſeruatione ſcribo, καὶ ἐκ τῆς αὐτοψίας, non ex hiſtoria. Gillius capite item, & collo equino, & roſtro oblongo eſſe ſcribit, & ſic ab eorum fronte tanquam equorum comam propendere, & eo loco, quo equi iubam habent, pilis defluere, caudamq; eius draconis ſpeciem ſimilitudinemq; gerere. Hæc autem quæ de coma, & pilis ſcribit Gillius, quidam viuos aliquot Venetijs apud piſcatores inſpiciens vidiſſe ſe negat. fortè quod hæc in viuis tantum, & natantibus, Rondeletio teſte, appareant. Marcellus Empiricus fel ei etiam attribuit. Quapropter cùm ex tot autoribus optimam, & perfectam deſcriptionē facilē colligere poſſimus, aliam non dabimus, ſed tātum imaginem eius quam nos Venetijs conſpeximus, & in muſæo exſiccatum aliquot annos aſſeruamus. Ridiculè Hippocampum depinxit Bellonius, vt obſeruauit Rondeletius. cum enim equinum caput, & collum, ei tribuiſſet, os ei equi modo reſciſſum, nariumq; foramina addidit: collum verò, caudam, & corpus reliquum tam abſurdè pinxit, vt monſtruum potius, aut commentitium quoddam animal exhibuerit, quam Hippocampum.

Bellonij de ſcriptio.

Roberti Cōſtantini deſcriptio.

Fel Hippocampo attribuitur.

Bellonij icō reprobatur.

DE VENE-



# A DE VENENO EIVSQ; REMEDIO.

B DE Hippocampi ventre venenato solus hæc scripsit [a] Ælianus: Rei piscatoriæ » benè periti homines dicũt Hippocampi ventrem in vino decoctum, si quis » dederit cuipiam bibere, eum primo ex ea potione acerrimo singultu affici, » deinde tussire, & sicca quidem tussi vehementer torqueri: etenim nihil ex- » creare, sed & superiorem ei ventrem intumescere, & calidas fluxiones in » summum caput efferri, & verò per nares rursus tenues, & aquosas defluere, » ac piseulentum odorem reddere. simul & oculos eius sanguine suffusos igneo colore flagrã- » tes videri, & eorundem oculorum genas inflari: & vomendi quidem cupiditate ardere fe- » runt, verùm nihil emittere, quod si natura etiam euicerit (vomitum promouerit) id tamen » mortui esse signum, & hominem mox in obliuionem, & dementiam incurrere. Sin in ven- » trem inferiorem delapsum fuerit, nihil horum iam fieri, omnino tameu hominem è vita ex- » cedere. Ex morte porrò qui euadunt mente capti aquam summo studio persequuntur. Hanc » enim ipsam idcirco expetunt aspicere, tum stillantem audire, quod sanè eis ægritudinis le- » uationem affe rat, & somnum conciliet. Itaq; ad perẽnes fluuios, aut ad littora, aut iuges fon- C tes, aut lacus commorationes eis gratæ sunt, cùm tamen non magnoperè desiderent bibere, » sed & ipsum natare, & pedes aqua abluere eis plurimum iucunditatis affert. Sunt qui non » hæc mala dicant huius bestiæ ventrem procreare, sed Hippocampum algam acerbissimam, » ex qua ita afficiatur depasci. Hæc Aelianus de Hippocampi veneno, quo etiamsi hodie nul- » li vescantur, tamen solo ventre non alijs partibus venenatum credit Rondeletius, quæ in alijs piscibus idem eueniat. Draco enim siue Araneus spinis solis, pastinaca solo radio, iulides solo morsu venenum infundunt, aliæ partes sine pernicie sunt edules. Quod hanc venenati ventris causam ad algam referunt, inquit Rondeletius, id verè non dicitur: neq; enim alga vescitur Hippocampus, vt oris structura demonstrat, sed aqua tantum ac luto. Neque D alij multi pisces alga victitantes pernitiosi sunt, sed quidam ex his optimi, vt scarus, atq; saxatilium maior pars, quorum intestina non reijciuntur. Huius veneni remedium scribit [b] Aetius, sepiam nimirum aceto suffocatam, idq; acetum cum oleo mixtum ebibitum. Ex quodam fide digniſſimo viro percepi magnum esse Hippocampi huius vsum ad fascinationes, & amatoria apud veneficas, dignas sanè quę à magistratu grauiter puniantur.

[a] *Lib. 14. Anim. c. 10.*

Ad Algam non referri venenum Hippocampi.

[b] *Lib. 2. cap. 188.* Remediũ veneni.

VSVS

E

# VSVS IN MEDICINA.

Ad canis rabidi morſus.

VT ex Hippocãpo venenũ, ita ex eodem contra canis rabidi morſus, remediũ docet Aelianus. Solertia, inquit, veterani piſcatoris, & ad res maritimas bene prudentis, ſalutaris etiã repertus eſt Hippocampus. Is & Cretenſis erat, & filios adoleſcentes admodum, piſcatores habebat. Accidit, vt hic piſcator Hippocampos, cum alijs piſciculis caperet, & per adoleſcentes à rabida canicula morderentur. Cùm eorum in Methymna Cretenſi ad littus iacentium vicem dolentes ſpectatores interficiendam canicula m cenſerent, & illius iecur medicamentum ad rabiem edendum iuuenibus dandum eſſe: alij conſiluerent à Diana ſalutem petendam eſſe, ſemel piſcator eos de conſilijs, quæ adferrent, laudatos dimiſit, & Hippocamporum exenteratorum alios aſſos eis commedendos dedit, alios in acetum & mel contriuit, iiſque morſus vlcera obligauit, atque, hominum adoleſcentium rabiem vicit, eoſque ad incolumitatem tantam reſtituit. Hæc Aelianus de remedio aduerſus canis rabidi morſus ex Hippocampo petito. Quod Rondeletio cum ratione coniunctum eſſe videtur. Venenum enim, inquit, veneno alio expugnatur, & ſæpe, vt ait Auſonius, *bina venena iuuant*. Quare cùm ob canis rabidi morſum ὑδροφοβία, ægri laborent, rectè malum hoc curatur Hippocamporum cibo, qui ὑδροφιλίαν inducit. Veruntamen non ſolum Aelianus, ſed etiam Philes eadem de veneno, & remedio ex Hippocampis ſcribit: ſed in hoc aberrare hunc dicit Zographus, quod non Hippocampos ipſos exentratos, ac toſtos vt Aelianus, ſed ventriculum eorum toſtum (qui tamen venenum eſt) in cibo aderſus canis rabidi morſum ſumi iubet. Hippocampus marinus, inquit Aëtius, toſtus vtiliter commedi proditur à cane rabido morſis. Illius enim ſanguinem aquæ amorem inducere, & proprietate opponi terrori aquæ. propterea bis ac ter Hippocampum comedi cogunt: eundemq; ex acerrimo aceto tritum vulneri applicant, rabiemque hoc medicamento frequenter peruicerunt. Leporis marini veneficium reſtinguere potos Hippocampos teſtis eſt [a] Plinius. Et [b] alio in loco inter ea, quæ lichenas, & lepras tollunt, ponit Hippocampi & delphini cinerem ex aqua illitum. Hippocampus, vt ait Kiranides, cum ſyluestris ficus nigræ ſolijs, vel ruſtecinę (ruſticanæ) cum aceto ſolutus, albositatem (leucem vel alphos,) & lepram curat. Alligatum Venerem concitare ſcripſit [c] Plinius, item frigidas febres pellere, & alligatum, & in oleo roſaceo necatum, quo perungendi ſunt ægri. [d] Idem toſtum ac ſumptum lenire capitis dolorem autor eſt: & cinerem alopecias replere nitro, & adipe ſuillo mixtum, aut ſyncerum ex aceto. Hippocampi cremati cinis exceptus cum liquida pice, aut axungia, aut amaricino vnguento illitus, alopecias replet, ait Dioſcorides. Ex quo hæc deſcripſit [e] Galenus his verbis: Hippocampum animal marinum, ſi totum vſteris, alopecijs prodeſſe à quibuſdam proditum eſt, ipſumque videlicet deſiccantis eſſe facultatis, & tenuium partium, aut certè eius cinerem, quem quidam vnguento amaricino commiſcent, quidam pici liquidæ, alij veteri adipi ſuillo. Amatus Luſitanus experimento ſe compertum habere ſcribit, ad ea, ad quæ Dioſcorides commendat (ſcilicet ad alopeciam, & defluuium capillorum) potentem eſſe Hippocampum. Laudat & toſti vſum in cibo ſæpius ad vrinæ incontinentiam [f] Plinius. Circumligatus quoque teſte Kiranide iſchiadem quietat. Caballiones marini nominantur à [g] Vegetio in ſuffitu contra languorem morbi peſtilentis, cum alijs quibuſdam medicamentis. Piſciculi, qui equum marinum ſimilat, fel, ouorum albumini mixtum, & cum lana fuccida oculis appoſitum, melius remedium ſupraſcriptis oculorum cauſſis (proximè autem nominauerat, caligines, albugines, cicatrices, &c.) quam vllum aliud medicamen præſtare manifeſtum eſt. Marcellus Empiricus. Ad pellendos Vermes plurimum valere Rondeletio indicauit Græcus quidam, ſi toſti ſumendi dentur, cum aqua abſinthij, vel portulacæ, vel vino.

Veneni veneno expugnatur.

Philis error.

[a] *lib. 32. c. 5.*
[b] *Cap. 7.*

Ad lepram.
[c] *32. c. 10.*
Venerẽ concitat.
Ad frigidas febres.
[d] *Cap. 9.*
Ad alopecias.
[e] *li. 11. ſimpl. 41.*

[f] *li. 32. c. 9.*
[g] *De vetor. 4. c. 12.*

Vermes pellit.

DE

A

# DE VVA MARINA. Cap. XVII.

PISCATORES nostri, inquit Rondeletius oua sepiarum racematim compacta, à pediculo vno dependentia, earundem atramento aspersо Vuam marinam nominant. Est etiam Vua marina Zoophyton, diuersum sanè ab eo quod nobis depinxit Rondeletius, cuius imaginem, cum de Zoophytis agimus, traditurі sumus: de hoc loquitur [a] Plinius cum scribit: Rerum quidem non solum animalium simulachra (mari) inesse, licet intelligere intuentibus Vuam, gladium, serras. Nos verò & hocce egregium aspectu animal Insectum potius, quàm alterius cuiuspiam generis Vuarum racemum verè referēs in Oceano deprehensum damus depictum, & adviuum delineatū, ea magnitudine, qua depictū videtur in hac tabula: acinis sanè vndequaq; refertissimū, quorum alij cœrulei: alij amethistini: alij rubentes. capite duobus corniculis Limacis instar prę munito. mouetur motu progressiuo.

Vua marina Zoophyton.

[a] Li. 9. c. 20.

B

C

D



DE

# DE STELLIS MARINIS. Cap. XVIII.

## ORDINIS RATIO. AEQVIVOCA.

NE vocum affinitate decipiamur, ſciendum eſt piſcem nomine Stellæ vulgò à Romanis vocatum, lopidi ſimilem de genere anthiarum, nullo pacto ad haſce Stellas exangues, de quibus nunc erit ſermo, accedere. De hiſce multum dubitatur, ad quod animalium genus pertineant. [a] Ariſtoteles modò Oſtracodermis, id eſt teſtatis, annumerat; [b] modò mediam inter plantas, & animalia naturam eis attribuit, ſicut & vrticis. [c] Plinius modò frutici ſimiliora facit: multis, inquit, eadem quæ frutici, vt holothurijs, pulmonibus, Stellis: modò carnem Stellis admodum paruam ineſſe ſcribit: extra verò callum duriorem. Aelianus Oſtracodermis, id eſt teſtatis annumerat. Quum durum callum cum gladij mucrone pertundere Gil lius conaretur, vix tandem multa vi molliorem mediam ſuperficiē potuit perfringere. Nam, F inquit, radiorum anguli ad ſilicum duritiē accedunt, & non minus ab ictibus inuictos, quàm ferrum ipſum præſtat. Hac forte ratione ductus Ariſtoteles Oſtracodermis Stellas annumerauit. Rondeletius plurimique alij inter Inſecta, & Zoophyta repoſuerunt, quòd inciſuras multas in radijs habeant, vixque perfecta animalia dici poſſint: quorum nos rationem ſecuti hoc loco de ijs agemus.

[a] *Hiſt. 5. cap. 15.*
[b] *4. de part. anim. cap. 5.* Stellæ ad quod animalium genus referantur.
[c] *Li. 30. 47.*

## SYNONYMA. ETYMON.

ASTER Græcis, vt Hippocrati, & Ariſtoteli, Plinio Stella, dicitur à ſimilitudine Stellarum depictarum marinum hoc animal. Nicolao verò Myrepſo ἀστηρίον voce diminutiua, vt vult [a] Adrianus Turnebus. Hodierni Græci Σκῦρον vocant, vt Gillius annotauit. Rōdeletius putat, quod σκῦρον dicere velint. quòd pali lignei fixi, & erecti modo (id enim vox Græca ſignificat) radios habeat. A Syluatico ſydus marinum nominatur, ſicut & in Cremonenſis interpretatione è Kiranidis magia aſtrum marinum. Vtrumque Zoographus improbat. Maſſilienſes etiam nunc Stellam nominant. Albertus Sturitum cum Aſtere marino ineptiſſimè confundit. Germanicè nominatur ein Meerſtern. Belgicè Vyſuoet à quinq; pedum numero. Eliota Anglus interpretatur à Sterrefyshe. Zoographus ab erudito quodam Anglo audiuit nominari à Seepadde: hoc eſt rubetam marinam: neſcit quàm rectè. Saxones eadem ſignificatione dicerent ein Seequapp. Radios habet quinos ſecundum Cardanum: alij octonos: alij duodenos, aut pauciores, ſed ſunt qui negant has veras eſſe Stellas. Vt vt ſit (inquit Cardanus) conſtat naturam hoc numero contentam non fuiſſe; ſed tamen quæ radijs quinis præditæ ſunt, hæ Stellarum nomine ſunt digniores. Idem tradit in ſupina parte eſſe radiorum ſeptenos ſpiculorum ordines, in longitudine verò viginti duos, quaſi rationem peripheriæ, ad dimetien tem obtineat. Cumq; animal ſit exiguum, ſupra tamen quinq; milia promuſcidum cum ſuis acetabulis non exerere. Rondeletius hæc Stellis cōmunia eſſe dicit, quòd radijs quinq; conſtent, qui ex multis particulis tāquam ex multis vertebris cōponuntur, vtin aqua mobiles eſſent. in quorum medio oris ſitus eſt, & quinque dentium, vt in echino. Excrementorum nullus exitus apparet. ore igitur, quæ ſuperuacua ſunt excerni, vrticarum more, Rondeletius exiſtimat. G H

[a] *Adner. 18. cap. 18.*

Deſcriptio vniuerſalis.

## GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

Differentia à magnitudine colore.
A numero radiorum.

QVNT earum multæ differentiæ: quædam enim magnæ ſunt; quædam paruæ, quæ nunquam magis accreſcunt, aliæ flaueſcunt, aliæ cinereæ ſunt, aliæ nigricant, rurſus aliæ aculeatæ ſunt, aliæ læues, aliæ ab alijs breuitate, longitudineq; radiorum diſtant. Poſtremo aliæ quinq; tantùm radios habent, aliq plures; earum autem quæ quinq;, aut radiorum appendices, & quaſi multos ramos habent, aliæ ijs carent. quæ verò plures, aut habent ſeptem, aut decem, aut duodecim:

tot

A tot enim obseruatæ à nobis sunt harum differentiæ: quas omnes eiconibus, tam ad viuium, quàm fieri potuit expressas, partim hic exhibemus partim pòst in paralipomenis adiungemus. Quæ itaq; primo loco ponitur à Rondeletio eam postea depingemus. Est autem brachijs siue radijs pedis longitudinem æquantibus. Duro quidem corio integitur, vt Holuthuria sed aspero, radij enim vndiq; aculeis muniũtur mobilibus, qualis in echinometra videre licet. Iidem radij excauati sunt, ex quibus carnosæ appendiculę dependent, quales in vrticis quibusdam cernuntur. In radiorum medio os siue gula est. Inde alimentum in quinq; partes distribuitur, vt in echinis. Internæ partes omnes indiscretæ sunt, vt in vrticis. radiorum particulæ vinclis tenuibus connexæ facilè disrumpuntur. Hęc Stella, vt etiam echinata aspectu, pulcherrima est, potissimũ corio suo spoliata, ob exquisitam & mirã partiũ compagẽ. Virus olet. Pro hac Rondeletij icone duas alias Zoograpus exhibuit: sed parum differentes.

Prima spẽcies Rondeletij.

Stella cartilaginea pronè & supinè.




Non admod ab hisce discrepat ea, quam hacce icone ostendimus pronè, & supinè. tota cartilaginea: supinè partis marginibus puniceis, reliqua par intima, & quę hisce marginibus continetur, sanguineis maculis, & albis, veluti in quodam marmoris genere, consperſa. Pronæ verò partis margines admodũ sunt sanguineę: quinque in medio rimæ, in singulas partes abeuntes, maculis autẽ cæruleis, ea pars, quæ margines vndique contingit, insignitur: hasce aliæ secuntur propè medium maculæ rubicundæ.

Tertia:

Sequẽs figura cõtinet Stellam testaceam dictam, non quod verè testacea sit (nam exsiccata, cum cortice teri manibus, quãuis ęgrè, potest) sed quod duritie corticis, magis qua aliæ Stellę, quas vnquam obseruaui, ad testacea accedat. Hæc cortice candicat, spithamam longa quoquouersum dimensa, nempe ab vno radio ad alterũ, qui è regione est. distant autem extremitates cuiusq; radij à proximis

Stellæ testaceæ descriptio.

Stella teſtacea pronè & ſupinè.



A proximis mediam spitamam, aut paulò amplius. Posset etiam non immeritò tuberosa, & verrucaria nuncupari, nam superiori parte in singulis radijs tubera, & verrucas habet.

Quinto loco ponenda erat ea, quam Rondeletius læuem appellauit: aculeis enim omni ex parte, atq; asperitate caret. Radij longi sunt, rotundi, flexibiles, murium caudis persimiles: eorum integumentum cortici serpentum simile est: & ob nigrarum albarumq; macularum varietatem, spectatu iucundum. In medio corporis trunco circulus cernitur, intra circumferentiam quinque maculis rotundis: & inter has stellulæ pictura distinctus, à cuius circumferentia quinque radij exoriuntur. Oris compositione à cæteris non differt, nec victus ratione. Brachiorum longitudine, & vario flexu celerrimè natat. Hanc quoque in appendice dabimus.

Eiusdem ferè generis, & eæ duæ sunt, quas duabus sequentibus tabulis exhibemus: nulla parte asperæ. prima est prona parte & supina colore lapidis lazuli: in medio punctulis nigris, & circulis aureis nouem. radiorum ac totius corporis ea magnitudo est, qua cernitur. prona pars varijs coloribus delineata, cuius medium, & colorem, & figuram pentaphylli æmulatur. huius iconem habes fol. 746.

B Secunda multò præscripta minor, vndiq; colore ferruginea, sed nigris aspersa maculis. mediam spithamam, aut amplius longa. iconem vide fol. 747.

Sequuntur has Stellæ pectinatæ quatuor aut quinque, quarum prior Rondeletij est pòst depingenda, inter Stellas maiores connumeranda, vtpote cuius radij ad pedis longitudinem attingant. primæ à Rondeletio depictæ similis est ijs demptis quæ sequuntur. Radij circa rotundum corpus dispositi, in exortu suo angulum acutum non constituunt, sed obtusum. Aculei quibus latera muniuntur rari, recti, pectinatim dispositi, vnde pectinatam Stellam appellauit Rondeletius. In totius corporis centro stellula, quædam expressa est, à cuius ambitu lineæ quinque per medium radiorum ad extremum vsque protensæ sunt, radij initio satis lati sunt. Rara est hæc species. ore, dentibus, moribus, facultatibus alijs similis est. Pectinatarum stellarum descriptio. prima.

Secunda cuius figura exprimitur (fol. 748.) marginibus albis pectinatim non rectè, sed obliquè dispositis: interius sanguineis vndique conspersa maculis. in centro stellulam habet admodum rubram, sex radijs constantem. tota pedem longa est. Secunda.

Tertiâ nulla eligantior, eiusdem cum prædicta magnitudinis, colore ac tuberculis spinosis admodum varia. Nam in medio est os, instar echini, quinque denticulis vix conspicuis constitutum. hoc continet stellula septem radiorum, quæ interiori parte nigra ferè est, exteriori verò cœrulea. hanc circulus ambit albus seu area alba, quam alia rufa, seu carnea. hunc deinceps circulus circundat ex vndecim tuberculis constans in suprema parte acutis. Singuli autem radij tres habent tuberculorum ordines singulos ex vigintiquinque, aut triginta tuberculis constantes. Figuram habes. fol. 749. C Tertia pectinata.

Quarta est haud dispari cũ præcedenti longitudine, radijs albo cæruleis, marginibus pectinatis ferrugineis: in medio stellula est, ex sex punctatis radijs cõstituta. depictã vides fol. 750.

His adijciam eam, quę quinq; radijs inequalibus constant, & hirsutis. fol. 751.

Echinatam Stellam inter saxa viuentem nobis depinxit idẽ Rondeletius, corpore exquisitè rotundo paruoq; constat, & radijs quinque, sed breuioribus, vnde fit, vt minor sit cæteris. Illi è paruo circulo, in quo crucis figura delineata est, veluti è centro, exoriuntur tenues, frequentissimis aculeis horrentes, qua de causa echinatam Rondeletius nominauit, in lateribus dispositis. Radiorum flexuoso motu, serpentum ritu, repit hæc Stella, & in sicco posita eos mouere nequaquam desinit, quousque in partes discecerit, quæ separatæ etiam D mouentur per flexus: vt Vermium partes, & Lacertorum caudæ abscissæ. Os habet cæterarum modo. eius fig. vide fol. 752.

Stellam aliam quæ sequitur à cancellorum figura, aut retis reticulatam, & cancellatam vocauit Rondeletius: & quia inter distinctiones retibus, vel cancellis similes existant, tuberculæ rotundæ, tuberosa etiam vocari potest. Inter maiores Sellas reponenda: brachia enim ad pedalem longitudinem perueniunt, crassiora sunt aliarum Stellarum radijs. Os habet cæterarum modo. depictam cernes. fol. 752. Reticulata Rondeletij.

Eiusdẽ generis ea est, quam nos depictam pronè & supinè subdimus, (fol. 753.) minus tamen cancellatam: tuberculis rotundis cæruleis gemmæ Turcoiæ æmulis, radiorum marginibus hirsutis, & pectinatis: quilibet radius, supina parte apparet conus pinus ideæ oblongior. Prona autem parte ferris, tum luteis tum cœruleis. Singuli radij habent cauliculum tenuem per medium transeuntem. Reticulata nostra.

Habes deinceps Stellam à Rondeletio dictam arborescentem admodum mirabilem, Stella arborescens.

Stella quinq; radiorum colore lazuli.



A

Stella rubra, infernè depicta, vti & supernè maculis nigris distincta.



B

C

D

sicq; dictam à frondium, & ramorum multitudine. Huiusmodi duas vidit Rondeletius. Vnam permagnam apud Guilhelmum Pelicerum Monspelliensem Episcopum, ad Lerinum insulam captam. alteram ex Italia ad ipsum delatam. Ab alijs omnibus Stellis plurimum differt. Radios quinque siue truncos habet, in medio os cum quinque appendicibus, quæ multis paruis dentibus horrent, pars ea depressa est, & summissa, ambitus tumet, in

Stella pectinata ſecunda.



quolibet radiorum interuallo foramen ſeu rima conſpicitur. Quilibet radius ſtatim in binos finditur, hi rurſus in binos ramos diuiduntur, atq; ita deinceps, quouſque ad tenuiſſimos, & capillorum tenuitatem referentes deuentum ſit. A quolibet oris angulo linea albicans prodit, & per omnium ramorum medium producta eſt, alioqui tota Stella nigricat, & tenui, atque admodum dura, ſed aſpera cute contegitur. ramuli omnes intro flectuntur; quod argumento eſt hos tanquam cirros ad cibum captandum conditos eſſe, quibus vndiq; diſpoſitis in orbem præda elabi non poteſt. Id ſpectaculum aliquando Rondeletius in mari ſtudio. è contemplatus eſt. Stellam paruo filo alligatam in mare demittebat, in quo

expanſis

A

Stella pectinata tertia spinosis tuberculis plurimis.



B

C

D

expansis ramis natabat, sed prædam aliquam appropinquare sentiens, brachijs omnibus contractis amplexabatur vrticæ ritu. Rara est hæc Stellæ species, & propterea inter anathemata suspenditur. iconem vide fol. 754.

A prædictis omnibus Stellis differt ea quę à Rondeletio Sol marinus dicitur, quòd Solis picturã quodammodo referat. Nam in Stellis è medio corporis trunco, veluti è centro, radij quinq; enascebantur, in hoc verò ex corporis rotundi circumferentia breues, minimè asperi superiore in parte, sed veluti ex squamis compositi: in lateribus verò veluti prauis aculeis rigentes, alibi ad extremum vsq; gracilescentes. corpus illud rotundum in medio rosæ pictæ figuram expressam habet. ore victu, & facultate à Stellis non differt. delineatã vide fol. 754. Sol Rondeletij.

Stella pectinata albocærulea quarta.



A

Stella quinque radijs inæqualibus:



B

C

D

Subiungendæ nunc sunt, quæ plures, quàm quinque radios habent. Bellonius autem se vidisse scribit, quæ tres & quatuor tantùm haberent: item quæ senos, octonos, duodenos, picturam tamen eorum non addit. nos septenos quandoq; denos & duodenos in stellis radios obseruauimus, quarum figuras hoc loco subiungemus: Et primùm quidem eius,

quæ

Stella echinata Rondeletij.



Stella reticulata Rondeletij.



quæ ſeptenos habet. parte gibba colore ferrugineo obſcuriore, ſpinoſis & paruis quibuſ-
Stella ſeptenis radijs. dam tuberculis ſcabra, ac inæqualis. radijs in extremo læui diſtortione inflexis. parte concaua ochræ ferè dilutum colorem exhibet ad ferrugineum minimum quid tendentem. Extremi laterum, quibus cum medio corpore, tum brachijs iuxta eorundem longitudinem ſectis committitur, margines crenis ſeu denticulis quibuſdam albicantibus ſunt aſperi. Longitudo totius, ac latitudo in peripheriam æqualis eſt, palmi vnius cum dimidio. Singuli verò radij tres propemodum digitos ſunt longi, qui longiſſimè à ſe mutuo palmi vnius interuallo diſſiti ſunt. Figuram vide fol. 755.

Sed qui ſecundo loco cõſpicitur depicta, decem brachia habet, vnde δεκαδασυακτινος δης
Decem radiorũ Stella. à Fabio Columna nominatur: de qua hæc apud eum extant ſcripta. Noua, inquit, & perelegans huius Stellæ forma, ab alijs omnibus differens, nec adhuc deſcripta: noſtro littori frequens, ita vt nec vlla retrahantur retia, quin ipſis implicata, & ſimul cum piſcibus in forũ etiamnum inuehatur. Hæc admodum fragilis eſt, vt viua ne ab rete excipiatur potius frangi

A

Reticulata nostra pronè & supinè.



B

C

D

gi patitur, ita illi se implexa cirris continet. Non vis vlla in extrahenda Stella est adhibenda, cum radij sint geniculati, atq; genicula coniungens cartilago sit admodum tenuis, qua de re facillimè genicula dissoluuntur; nec quamuis radij omnes sint disrupti, emoritur, nisi longo post interuallo. Huius color subrubens est, forma verò ab alijs Stellis dissidere videtur. Hæc enim paruum admodum corpus habet: radios quinq; sed singuli in binos diuiduntur, ita vt decem prima facie videantur: semipedem longos, nec maiores huc vsque vidi:

Stella arboreſcens Rondeletij.



Sol Rondeletij.



Stella septenis radijs pronè & supinè.



Stella δεκαδασυακτινοειδὴς Fabij Columnæ.



vidi: Stellæ diameter pedem æquat. Radij verò omnes geniculis paruis conſtant, atq; ſingula genicula formam trianguli habent, lineæ quidem ſecantes nunc in dextram, nunc in ſiniſtram partẽ coniunguntur, ſpirarum modo, quæ alternatim angulos oppoſitos conficiunt. E ſingulorum verò triangulorum baſi, cirri etiam, vt baſes quoq;, vtrinq; alternatim producuntur, ſimili modo geniculati, minimi digiti longitudine, & cannabini fili craſſitie, quibus maximè implicatur, graditur & apprehendit: Horum ſuperiores parum longitudine ſicuti & craſſitiè alios inferiores ad extremum vſq; ſuperant. E centro verò ipſius alij tenues

nues cirri fili etiam crassitie, & eodem modo geniculati, maioris digiti longitudine exeunt, quorum superiores inferioribus minores sunt, atq; contrario modo, quo radij maiores, curuantur, quibus escam apprehendere, atq; in os adducere censeo, in quorum vmbilico visitur inesse, ex aduersa parte corpus conspicitur rotundum læue molle, cuius interiora propter tenuitatem considerare nequiui: ipsum verò facillimè disiungitur à Stella: lęuis est tota, sed aspera tactu videtur propter geniculorum, & cirrorum multitudinem: cruita integitur duriuscula, ita vt osseis geniculis, sed non admodum duris, composita videatur. An splendeat, vt alia noctu, cum viuam domi habere non potuissem, experiri non potui. Hæc Fabius Columna.

Stella duodecim radiorum.



Postrema duodecim habet radios, qui quidem singuli singulos habent caules cœruleos per medium transeuntes, à quorum vtroq; latere sunt striæ seu lineæ transuersæ sanguineæ frequentes: in medio quoq; circulus eiusdem coloris, vndiquaq; radiorum margines denticulati coloreq; albicante. Tam variæ, & multiplices Stellarum formæ conspiciuntur, vt quærendi & contemplandi nullus sit futurus finis.

§ſ. LOCVS.

E

# LOCVS.

[a] Lib. 37. cap. 37. de var. rer.

[a] SARDANVS in littore Aquitanico testatur se vidisse radijs quinis, octonis, duodenis aut paucioribus, sed vbiq; in littore tales conspiciuntur, etiã in Oceani Germanici oris; frequentiores tamen sunt quinq; radijs præditę cæteris. Stella cartilaginea, & cancellata seu reticulata secundo depicta loco, ex Sicilia ad me delatæ sunt, cæteræ ex varijs Italiæ, & Germaniæ, Angliæq; locis. Echinata Rondeletio dicta in scopulis Agathensis sinus reperitur. In Oceano Stellas reperiri non dubitat Zoographus, Meminit enim ab amico missam aliquando ad se Antuerpia, colore cinerio, radijs quinis paulatim in mucronem desinentibus, & flexis modice, vt in arida apparebat multis, breuibus, aspris & pectinatim compositis villis radij constabant, à supina præsertim parte conspicuis. Cultro facilè discindebatur, fortè quòd parua adhuc esset.

F

# VICTVS. NATVRA.

[a] Lib. 4. de par. cap. 5.

[b] 9. de Animal. 22. Conchis insidiantur.

[c] Halieut.

STELLAS marinas Ostreis tam crudeliter inimicæ sunt, vt hæc ipsa exedant, & conficiant. Stellæ inquit [a] Aristoteles concharum complures aggrediuntur, & exugunt. Ratio autem insidiarum, quas eis moliuntur eiusmodi traditur ab [b] Æliano: Cum, inquit, testacea suas patefaciant conchas, vel cum refrigeratione ægent, vel vt aliquid pertinens ad victum incidat: eæ vno de suis cruribus siue radijs intra testas ostrei hiantes insito, eas claudi prohibentes, carne explentur. Hunc insidiandi modum [c] Oppianus his versibus Stellis adscripsit.

Τῶδ' ἵσα τεχνάζουσι καὶ ἀστέρες ἐρπυζῆρες
Εὐάλιοι, καὶ τοῖς γὰρ ἐπ' ὄστρια μήτις ἠπήδα.
Αλλ' οὐ λᾶαν ἄγουσι σωὲ μπορον οὐδ' ἐπίκουρον
Κῆνοι τρηχὺ δὲ κῶλον ἐνηρείσαντο μέσοισι
Πεπταμένοις τὰ μὲν ὧδε πιέζεται, ὅιδε νέμονται.

id est.

*Sic struit insidias testis, sic subdola fraudes*
*Stella marina parat, sed nullo adiuta lapillo*
*Nititur & pedibus scabris disiungit hiantes*
*Testas, & molles carnes, vt viscera pascit.*

Bellonius os stellarum esse versus caudam, vt Echinis, in medio radiorum situm scribit. & quanquam in gyrum quinq; dentes ostendant, tamen conchiliorum cum suis testis genera, tillenas, chamas, conchulas, mytulos integros deuorare. Stellam se dissecuisse Rondeletius refert, apud Megalonam pede non maiorem, in cuius ventre quinq; cochleas inuenerit, tres integras, duas cum testis suis confectas. Aristoteles de Stellis hæc [d] alibi scribit: φασὶ δὲ καὶ σῖνος (vulgatus codex habet, Rondeletius legit σῖνος τοιοῦτος) τῷ Εὐρίπῳ καὶ Πυῤῥαίον μείζονα εἶναι. Plinius præterit. Gaza transtulit. Detrimento etiam fummo Echinis Euripi Pyrrheni (melius Pirrhæi: eum in Lesbo esse Niphus scribit) eandem esse confirmant. atqui in Græcis verbis nulla Echinorum mentio. alio quidem loco Echinorum Euripi Pyrrhęi meminit, nulla illic Stellarum mentione facta, ex quo Gaza fortassis hunc locum emendare conatus est. Zoographus autem omnino sic legit: φασὶ δὲ γένος τι τούτων (τῶν ἀστερίων) ἐν Δυρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων μείζονα εἶναι. Procliue autem fuit pro γένος scribere σίνος, quod nomen alioqui detrimentum significat & noxam: vt σίνεσθαι verbum nocere. Emendationi huic accedit Albertus: qui super hoc loco sic habet: Opinantur quidam, quod in mari, quod vocatur Orioz (corruptum hoc est ab Euripo) quod rubrum (è Pyrrhæo male conuersum, ac si non esset gentile nomen, sed idem quod pyrrhon, id est ruffum significaret) mare, vel potius orientale vocamus: est modus huius animalis magnus. Deniq; re ipsa, genera quædam Stellarum magna reperiri constat: Echini autem maiores sunt, quam vt à Stellis deuorari possint. quorum natura admodum calida est & nigra. Vnde [e] Aristoteles: ὁ καλούμενος ἀστὴρ οὕτω θερμὸς ὄντι τὴν φύσιν, ὥστ' ὅτι ἂν λάβῃ, παραχρῆμα ἑψητὸν μόνον, δοκεῖν εἶναι: Plinius conuertit: Stellæ tam igneum feruorem tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Gaza verò, adeò natura calida est, vt omnia contacta protinus decoquat.

[d] 5. Hist. 15.

Aristoteles emẽdatus.

H

[e] Hist. 15.

A quat. Zoographus sic vertit: Adeo feruida eius, quæ (in mari) Stella vocatur, natura est, vt quidquid sumpserit, id licet ilico ab ea extrahatur, discoctum appareat. Non enim simpliciter contactu ab ea hoc fieri scribit: sed ea tantùm, quæ sumpserit, hoc est, deuorarit, ita mox affici, ac si δίεφθα forent. Sed δίεφθον alibi legere non meminit Zoographus. Vetus interpres ex Alberti, & aliorum citatione, legit δίσεφθος, vt qui verterit biscoctus. sic enim habet Albertus: Et quando transglutit aliquod animalium paruorum, minorum se quantuncunq; id cito extrahatur de ventre eius, inuenietur quasi bis sit coctum: hoc est quasi duas bullitiones sustinuerit. Et author de natura rerum Alberto antiquior: cùm stella, inquit, aliquod animal comederit, mox inuenitur in eius ventre durum, quasi biscoctus panis. Nihilominus Plutarchus similiter, vt Plinius solo tactu consumere animalia ingenito suo feruore tradit, his verbis: Ο μὲν γὰρ Αςὴρ ὧν ἂν ἅψηται, ταῦτα διαλυόμενα καὶ διατηκόμενα γινώσκων, ἐνδίδωσι τὸ σῶμα καὶ περιορᾷ ψαυόμενος ὑπὸ τῶν παριόντων καὶ προσπελαζόντων: hoc est: Stella enim quæcunq; tetigit, solui liquefieriq; omnia sibi conscia, accedentibus appropinquantibusq; vltro se contrectandam præbet. Hoc autem an verum sit (quod Zoographus non putat) ex piscatoribus maritimis facilè erit cognoscere. Referunt teste Cardano Stellas
B torpescere extra aquam, & sub æstus tempore reuiuiscere. Quod etiam à Bellonio obseruatum video. Quod si, inquit, à quoquam extra aquam obseruentur, omnino immobiles apparebunt. Sed si eas quispiam in aquam immergat, & supinas instrauerit, tunc promuscides (acetabula) in extrema plusquã quinq; millia exerere cernet, atq; in pronam partem moueri. Vagantur in mari, vt polypi, brachia deducendo, nunc antè gradiendo, nunc in orbem conuoluendo: & suctu acetabulorum, Echini modo, lapidibus adhærent. Sensu tactus eas non vacare comperiet, qui manum ferream conto infixam ad eas attollendas immerserit. Ab hac enim contactas plenius moueri, & fugam tentare experietur.

# VSVS IN CIBO.

C APVD Bellonium duo Stellarum genera recensentur. aliæ edules, aliæ non edules, inter quas recenset, quæ tria tantùm, quatuor, sex, octo, duodecim brachia habent: vtpote, quòd sint deiectamenta marina. Sunt & non edules, quibus cirri teretes, & oblongi, & quæ formam solis magis, quàm Stellæ imitantur. item quibus brachia quadrangula, aut plana, quarum octo species obseruauit. Edules autem sunt teste Bellonio, quarum caro brachijs inclusa rubra, vel lutea est. Earum permultas in littore Epiri tantæ magnitudinis cepit Bellonius, vt sesquipedem latæ essent; & ad trium digitorum latitudinem earum brachia extenderentur, neq; galero integi possent. Hisce Stellis cùm crudæ sunt non omnibus idem color: aliæ enim cæsio colore præditæ sunt, aliæ cinereo, aliæ autem alterius sunt coloris: quæ quidem supra modum leui contactu confringuntur. Sed si coquantur abeunt in calli duriciem, & rubræ euadunt. Cæterùm quæ quinq; habent radios non omnes in cibo expetuntur: nam quæ primo loco à nobis ex Rondeletio posita est, nulla ratione comeditur, vti nec ea quam Rondeletius læuem appellauit, itemq; echinatam.

Nõ edules Stellę.

Edules.

# VSVS IN MEDICINA. ET ALIIS:

D

HAPPOCRATES binis in locis Stellas marinas nigras, & brassicam vino odorato bibi, ac misceri iubet, aduersus vteri strangulationem. Rondeletius primi generis Stellas virus olere scribit: fortè viroso illo odore vterus repellitur. Sed quænam sit Stella marina nigra nondum mihi innotuit. Kiranides Asterem omnem malum suffitum auertere scribit, & Isacius Tzetzes,

Αντιπαθοῦσι μαγικοῖς πᾶσι τρόποις
Μῶλυ, δάφνη, ἀςὴρ θαλάσσιος &c. id est.
*Contraria magicis omnibus artibus*
*Moly, laurus, stella marina.*

Et [b] Plinius inquit: Mala medicamenta inferri negant posse, aut certè nocere, Stella marina

[a] *Li de mor. mul. & nat. mulieb.*

Ad vteri strangulationem.

Contra magicas artes

[b] *Lib. 32. cap. 5.*

vulpino ſanguine illita, & affixa limini ſuperiori, aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini E
Scorpionumq; ictus, carnibus earum impoſitis: item Araneorum morſus ſanantur. In ſumma contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morſu noxia, ſuccos earum ex iure decoctarum efficaciſſimus habetur. Quo in Plinij loco obiter animaduertenda, quæ dicit Zographus, nimirum, quod Vvottonus hæc omnia poſtrema Plinij verba ad ſtellas referat: cùm alioqui propter enallegen numeri, & bis poſitum pronomen earum, quo referret, non videret. Verùm eo pronomine bis commiſſum errorem dicit. ac primùm non earum, ſed eorum id eſt proprijs impoſitis, contra ictus ipſorum remedium fieri intelligamus. Nam & Dioſcorides Draconem marinum, contra ſpinæ ſuæ ictum, diſſectum impoſitumq; vtilem facit: & Plinius ipſe alibi: vt alia quoq; permulta venenata, ipſa venenum ſuum foris poſita extrahunt. Sic inter ſe conſentient autores, neq; numeri enallege (Plinio ferè inuſitata) committetur. Deinde pro altero pronomine earum, legit ranarum: quam lectionem omnino genuinam eſſe, ex libro Zoographi de quadrupedibus ouiparis inter ranarum remedia deprehendo. Albertus Stellæ vim immodicam tribuit ijs ferè verbis, quæ veteres de Scinco ſcripſerunt. vnde locum eſſe deprauatum apparet. Intra corpus autem ſtellam marinam medici ſumere nolunt, ſed externis partibus applicari tantùm ac ſuffiri, vnde Hippocrates eius ſuffitu ad vterum ſtrangulatum vtitur. Et [b] Vegetius in medicina veterinaria, ſuffitui contra languorem morbi peſtilentis præter alia ſtellam admiſcet. Suffimentum ad epilepticos expertum apud Nicolaum Myrepſum, habet; hirci & vrſi & lupi teſtium, ſanguinis hirundinis, & lapidis in eius ventriculo reperti, aſterij in mari inuenti, anethi ana drachmas duas. alliorum purgatorum, cornu ceruini, & caprini &c. vbi alij diuinare nequeunt, quid ſit Aſterium. Adriano Turnebo ſtella marina eſt de qua hîc agimus. Ad pilos diſperdendos medicamentum fit ex Scolopendris, vrticaq; & Stellis omnibus marinis, nitro amurca, ad hæc ammixtis, vt legimus apud Galenum inter pharmaca ex Critonis Coſmetico tranſcripta. Zoographus ſcit in ſtellis quibuſdam edulam eſſe carunculam: reliquam verò ſubſtantiam, cum ex illorum fit materia, quæ pilos diſperdunt, quam tuto intra corpus dari poſſet, conſiderandum putat. [c] Kiranides ſcribit ſi capiti omydis (id eſt teſtudinis) permiſcueris parum de Aſterio magſtachium, id eſt dæmonem fortunæ (videbis) factum & ſtantem ad pedes tuos, & loquetur tibi in omnibus quæſtionibus &c. Stellam læuem putat Rondeletius ad peritonæi rupturam cum ononide, felici cum ſucceſſu, applicari poſſe. H

Plinius correctus.

[b] Lib. 4. cap. 12. Ad epilepſiam.

Pſilothrum eſſe.

[c] Lib. 4.

# FINIS.

PARA-

A

# PARALIPOMENA:

## De nido Βομβυκιῶν.

DIE Septembris quinto clibano testoúe, sub quo candente, placentam coquere ancilla parabat, ad internum merginem adhærere ab eadem reperta est luti quædam indurati massa, in qua nidi erant quini, instar tubulorum, excauati, oblongi, anguſti ac teretes, & in ijs Vermes quidam, quos postea in volatilia Insecta transire aiebat meus agricola, nempe primo vêre, ea autem sylvestres Apes nigras esse, aliàs eadem massa, simul cum ipso animali à Fr. Gregorio Regiensi Capucino allata, docuit. Vermiculus ipse duos digitos longus, spolio seu folliculo inuolutus, castanei coloris nigrescentis præsertim extremis, lucido ac transparente; obtectusq; erat Chrysalidis instar. Inuolucro exutus Vermiculus, duos propemodum digitos longus erat, molliculus, croceo colore, aut subaureo, rotundo, & nonnihil compresso corpore, postica parte seu ventre latiore, quàm antica. caput nota nigra erat aspersum, B aluus verò auri instar refulgebat. corpus totum tanquam in multas spirás, & segmenta dispartitum: ad tactum mouebatur. Vermiculus iste, quantùm coniectura assequi possum, ille est, de cuius parente Bombycio [a] Aristoteles loquens, nonnulla, inquit, ex Bombycum (Βομβυκιῶν) genere nidos in acutum exeuntes è luto fingunt, falis specie applicatos lapidi, aut alicui tali tam crassos, durosq;, vt spiculis perforari vix queant. Pariũt in his, & Vermiculos producunt candidos, membrana obuolutos nigra, seorsumq; à mẽbrana ceram in luto faciunt, quę multò pallidior est, quã cera Apũ. his ferè verbis [b] Plinius Aristot. vertit. verũ in eo, quod dixit falis specie, minus exactè philosophi mentẽ expressisse videtur, cuius verba sunt ὥσπερ ἅλας. quę melius Gaza, quasi vitro illitos reddidit; qđ αὐτοψία nobis etiam palam fecit. erant enim hi nidi, quibus contigua adhęserat membrana, intus tanquã si vitro incrustati fuissent aut obliti, nitentes ea prorsus ratione, qua testæ, aut figulina opera intus vitrari, ne liquorem imbibant, à figulis solẽt. falsus videtur Plinius similitudine vocis ἅλας quæ salem, & ὕαλος, quæ vitrum designat.

Apis sylvestris nigræ nidus.

[a] 5. Hist. cap. 24.

[b] Lib. 11. cap. 22.

C



Papilio iste omnium penè maximus, quem à ventris crassitie ventricosum cognominaui, ijs accensendus est, qui fol. 237. nu. 2. vel 3. depinguntur. cùm volat auis potius, quam Papilio videtur ob magnitudinem: multa densaq; lanugine vestitur: caput ei nigrum: oculi, quam cancro, maiores: antennæ medium digitum transuersum longæ, quadrangulares, ab vno latere, in cuius extremo alba erat macula, nigræ, cæteris fuscæ. pectus crassum, pronè supineq; pallidum, sed ad croceum nonnihil tendens, ad latera candicat: aluus circulis notatur nigris, reliqua superna parte existente cærulea, inferna flaueſcẽte, latera ad croceum vergunt, eæ inquam laterum partes, quæ lineis nigris in-

D





ter ſtinguuntur. pedes variegati ſunt colore ex croceo pallido, & nigro, lanuginoſi, in quorũ extremo aſperitas eſt, & vncus bifurcatus, quo firmius rei inhæreat: alæ pro corporis magnitudine exiguæ, extra nigricant, intus ad croceum vergunt. cùm volat vehementer obſtrepit.

Exiguum hoc Papilionis genus, è Chryſalide natum triplo minori, cinerea, ſubhiſpida, quæ vnà appingitur, rarius apparet, quippe quod ſemel tantùm mihi videre cõtigit, allatum à Fr. Gregorio Regienſi Capucino, cui plurima Inſecta debeo. Alarũ eius forma valde inſolens eſt, longæ quidem, ſed admodum anguſtæ, & inæquales, colore aureo ferrugineo, argenteo hinc inde notatę: pedes maiori ſui parte candicant, ſed internodia habẽt ferruginea: pectus eiuſdem cum alis coloris, itemq; aluus, ſed craſſa admodũ, & ſurſum verſus extrema ſui parte incuruata, velociter, & currit, & volat. Quæ huic adiungitur Muſca ex ſtratiotidum genere, alis admodum proceris & anguſtis; tota aterrima eſt, excepto alui extremo, quod eſt croceum.



Hæc icon eſt Folliculi Indici, quem à Sereniſſimo Ferdinãdo Magno Hetruriæ Duce mi- F



G

H

hi

A hi missum dixi fol. 279. c. totus est candidus.




Xylophthori Papilio siue Ligniperdę pondus fol. 306. tabula prima. Huic etiam adiungendus erat Xylophthorus minor, cętera similis, licet paulo candidior, vnde & eius Papilio, qui huic appingitur, & minor est & candidior. Habes hîc etiam alterius Xylophthori aquatici (quem ibidem diximus Malalbergi inuentum) iconem, suis inuolucris & festucis spoliati, cauda bifurcata num. 2. & 3. item alterius minimi cum suis festucis, & sine festucis nimirum nu. 6. & 7. Num. 5. verò iconem Ligniperdæ, aut potius Phryganij illius, qui supradicto fol. 306. exprimitur nu. 4. cum suis festucis. Ligniperdę Papilio.

Chrysalis Teredinis illius Erucæ, quam Apibus noxiam esse scripsimus fol. 259. b. pronè & supinè exhibita, colore est flauescente, ea, qua cernitur, magnitudine. num. 3. depictus est eius folliculus cinereus, quem in aluis texit. Verùm nu. 4. & 5. alia est Chrysalis aterrima, è qua Papilio mihi natus est coloris paulò remissioris, aluo procera, pedibus exiguis.

Ex Persarũ fortè genere fuerit, quod hîc depingitur Insectum, licet antènis admodum proceris, & capite exiguo. corpus totum est ferrugineum, præter oculos, qui sunt nigri. De natura eius nedum exploratum quidquam habeo.



Aranea aluo rotunda, tota nigra, præterquam in principio alui, vbi macula est crocea. Oua, quæ appinguntur, erant alba.

Phalangij siue Tarãtulæ vtriusq;, & maioris, & minoris à Ferrante Imperato Neapolitano depicti, hæc est icon, & historia. Quæ, inquit, apud nos dicuntur Tarantulæ, à Taranto & circumuicinis locis nomen inuenerunt, quòd videlicet, ibi & frequentiores, & notiores sint. Ex Araneorum sunt genere, sed cæteris maiora, sub terra degunt, & in exordio cauernularum telas texunt albas, densasq; quas tamen ita disponunt, vt ingressum transitumq; non impediant. Prima species quamuis mordeat, dolorem tamen, aut graue aliquod symptoma non infert. altera Solofizzi (hæc vox ad Solifugam, quam nos cum Tarantula eandem esse iudicauimus, proximè accedit) Tarantulæ historia. Solifizzi.

E



F

cédit) noſtratibus dicta, quàm prædicta venenoſior eſt, grandiorq; & nigra, morſu ſuo partem in tumorem attollit: hæc telas non texit, ſed tantùm in cauernis ſub terra habitat. Qui ſemel ab ijs morſi ſunt, ijs quotannis æſtiuo tempore ſymptomata redeunt. Sanantur laſſitudine, ſudoreq; per ſaltationes & tripudia, quæ fiunt ad cytharam, excitatis: percepta nimirum eius harmonia, quæ huic malo ſanando conuenit.



Hæc figura ex Ambroſij Paræi monumentis excerpta illius Vermis eſt, à quo militem quendam ex Fernelio ſcripſimus fol. 653. b. in furorem adactum.

G

Vermem alium, ab aluo puellæ Louanienſis 15. annos natæ, excretum, ponendumq; eodem loco ex Cornelio Gemma, qui prius de eo ſcripſit, hîc appinximus.



H



Squilla fluuiatilis ponenda fol. 709. d.



Scrofula aquatica, de qua agitur. fol. 710. f.

Sco-

Scolopendra marina magna, amethestini coloris, cuius fit mentio fol. 715. c.



Vermes in tubulis delitescentes Rondeletij. de quibus vide fol. 717. b.



Setæ aquaticæ seu Vituli aquatici duo genera, quorum prior crassior est altero. Historiam vide fol. 720. & 721. Item Hirudo veria Zoographi ponenda fol. 722.



Ver-

Vermes Macrorynchoterus & Microrynchoterus Rondel. ponendi fol. 734. h.



Stellæ prima ſpecies Rondeletij pingenda fol. 743. a.



Stella pectinata eiuſdem deſcripta fol. 745. b.



Stella

A

Stella lævis Rondeletij, cuius mentio fit fol. 745. b.



B

# DE INTESTINO AQVATICO.

C INSECTVM aquaticum hîc pronè & supinè depictum, simile quodammodo Intestino terræ, anteriore parte duo veluti cornicula exerens, colore est leucophæo, ἄπους, antica parte latius, & corpulentius, in angustam paulatim gracilescit caudam; non prorsus rotundum est, sed vtrinq; nonnihil compressum, modico in medio corpore tubere tereti eleuatur. annulis multis sectum est, paucioribus tamen in cauda, cuius annuli seu segmenta adeo oblonga sunt, vt egrè se ea parte in orbem contrahere, aut curuare possit. corporis forma nonnihil exprimit illum Vermem Ragusæum, quem ad strumas mire prodesse diximus fol. 273. d. sed ille pedatus, hic ἄπους est. natat, & adnatandum non modico ipsi adminiculo est, ea corporis complanata latitudo. In prona parte annulo vltimo seu cauda, anum habet manifestam.





Ex eodem planè genere est, quod deinceps depictum da-

D mus, licet non parum differat. nam tametsi magnitudine illi adæquaret, non plures tamen, quam septem habebat incisuras, cùm decem constet illud, & multò sit nigrius. magnitudine autem tres ferè digitos transuersales explet. supina & prona parte depressum, corpore oblongo, ante & retro in acutum desinens ferè, vt in priori: sed cauda huic crassior & obtusior.



Bina è capite erexit cornicula, quibus forsitan Limacum more iter prætendit. cum pedibus careat, serpendo corpus per terram trahit, Erucarum modo incedens annulorum beneficio. cùm manibus contractatur, non solùm totum corpus contrahit, sed & caput & antennas, vt vix videri queant. degit in fundis aquarum, & præsertim, vbi cannabis maceratur.

INDEX



# INDEX SIVE ENVMERATIO INSECTORVM QVORVM HISTORIA PERTRACTATVR IN HOC VOLVMINE EO ORDINE QVO DESCRIBVNTVR.

Capita Libri primi, qui est de Fauificis.


DE Ape.Cap.1 fol.20
De Melle.Cap.2 114
De Cera.Cap.3 155
Apum ab Autore obseruatarum descriptio,& icones.C.4. 190
De Fucis.Cap.5 192
De Vespis.Cap.6 198
De Crabronibus.Cap.7 225


Capita Libri secundi, qui est de Cœtris Anelytris quadripennibus.


DE Papilionibus.Cap.1 235
De Papilione ad lumina accensa aduolante.Cap.2 258
De Bombylio siue Papilione Bombycum.C.3. 261
De Erucis vulgaribus.Cap.4 264
De Chrysalide siue Aurelia.Cap.5 277
De Bombyce.Cap.6 278
De Serico.Cap.7 295
De Pityocampe.Cap.8 298
De Curculione.Cap.9 299
De Perlis vulgo dictis.Cap.10 302
De Xylophthoro.Cap.11 306
De Orsodacna.Cap.12 307
De Cicada.Cap.13 ibidem


Capita Libri tertij, qui est de Anelytris bipennibus.


DE Musca.Cap.1 342
De Musca Vinaceorum.Cap.2 372
De Ephemero.Cap.3 ibidem
De Oestro,& Tabano.Cap.4 373
De Culicibus.Cap.5 382


Capita Libri quarti, qui est de Coleopteris siue vaginipennibus.


DE Locustis.Cap.1 403
De Gryllo.Cap.2 441
De Scarabæis.Cap.3 444
De Cantharide.Cap.4 469
De Ipe.Cap.5 486
De Bupreste.Cap.6 487
De Coccoio.Cap.7 491
De Cicindela.Cap.8 492
De Blattis.Cap.9 499


Capita Libri quinti, qui est de Insectis apteris pedatis.


DE Formica.Cap.1 505
De Cimice.cap.2 534
De Cimicibus syluestribus Plinij.cap.3 541
De Pediculo.cap.4 542
De Ricino.cap.5 559
De Pulice.cap.6 563
De Lendibus.cap.7 569
De Forbicinis.cap.8 570
De Talpa Ferrantis Imperati.cap.9 571
De Spondyli cap.10 ibidem
De Scorpione.cap.11 572
De Araneis.cap.12 600
De Multipedis,& primum de Onisco.c.13 632
De Iulo.cap.14 633
De Scolopendra terrestri.cap.15 635


Capita Libri sexti, qui est de Vermibus.


DE ijs in genere.Cap.1 638
De Vermibus in homine nascentibus. cap.2 647
De Vermibus in cateris Animalibus nascentibus. cap.3 678
De plantarum Vermibus. cap.4 684
De Teredine.cap.5 689
De Lumbricis terrestribus.cap.6 693
De Tinea.cap.7 698
De Vermibus in lapidibus & metallis nascentibus.cap.8 700
De Oripe.cap.9 ibidem
De Limace.cap.10 702

# INDEX

Capita Libri septimi, qui est de Insectis Aquaticis.


*De ijs quæ sex habent pedes. Cap. 1* 706
*De Insectis aquaticis multipedis, & primum de Tineis, seu Scrophulis. cap. 2* 710
*De Pulice marino. cap. 3* 711
*De Pediculo marino. cap. 4* 711
*De Oestro siue Asilo aquatico. cap. 5* 713
*De Scolopendra marina. cap. 6* 714
*De Vermibus in tubulis delitescentibus. cap. 7* 717
*De Apodibus, & primum de Verme Indico. cap. 8* ibidem
*De Verme Martij mensis. cap. 9* 720
*De Seta vel Vitulo aquatico. cap. 10* ibidem
*De Hirudine. cap. 11* 721
*De Hirudine marina. cap. 12* 733
*De Lumbricis marinis. cap. 13* 734
*De Cateris Vermibus marinis. cap. 14* ibidem
*De Vermibus in aquis calidis nascentib. c. 15* 735
*De Hippocampo. cap. 16* 736
*De Vua marina. cap. 17* 741
*De Stellis marinis. cap. 18* 742

# INDEX IN SVPERIORES LIBROS DE INSECTIS

Latinus, Græcus, Hæbraicus, Arabicus, Indicus, Italicus, Gallicus, Hiſpanicus, Germanicus, Belgicus, Polonicus, Anglicus, Hungaricus, Boemicus.


A

Abies vt Vermibus non infeſtetur fol. 691. a.
Abrotoni vis contra Scorpiones. 584. e.
Abſynthium quãdo amarius 139. b.
eius vis cõtra Scorpiones. 584. c.
Acanthia cicada prouerbiũ. 335. c.
Acanthidem lẽnem quid vocet Propertius. 327. c.
Acanthus. 314. b.
Acari animalculum minimũ. 544 h
Acaron Deus. 359. c.
ad Accipetrum Tineas remedium. 729. c.
Acetũ cur contra putredinẽ. 154 h.
melle temperatur. 151. a. ex eo Vermes generari. 701 a. putredini reſiſtit. 391 b.
Acharis quid Athenæo 468 h.
Acheras ſpecies pyri ſylueſtris. 490. g.
Acheta quid. 310 f. & g. Cicadam marem non eſſe ibidem.
Aciæ vnde naſcantur 273 c.
Aconitum hominem ſanat à ſcorpio ictum. 593. d. eius vſus. 140 g.
Scorpion vocatur. 592. e.
Acor Deus qualis. 359. c. quid hieroglyfice ſignificet. 394. h.
Achorus cur piper Apium vocetur. 72. f.
Acridophagi populi qui. 439. h.
Aculeo carent Scarabæi. 444 g cur Inſectis datus. 9. a. quid denotet. 99. a. eius differentiæ. 9. b.
Adriani nummus Scorpione inſignis. 596 h.
Adriani Quarti Pontificis mors. 369. b.
Adulatores Aſilo comparati. 380 f. & g. Ricino & Aſilo ſimiles. 562 f.
Adulatio per Locuſtas ſignificatur. 429 b. eius typus 94. g.
Aduocati latrantes ſunt Muſcæ caninæ 363. c.
Aegirina quid. 84. c.
Aegolethron herba quæ. 122. f.
Aegyptus cur percuſſa à Deo 362. f. & g. eius plaga ex Pediculis. 553. c. & d.
Aegyptijs quot Scarabęorum genera. 449 a. eorum ſacerdotes cur lineis veſtibus vterentur. 554. e.
apud eos quale nobilitatis ſignũ 328. f. per Muſcas puniti à Deo 368. f. Scarabæi cur eis ſacri. 461 b. à morſibus Culicum, vt ſe librent. 401. c. eorum plaga tertia per Culices 395. c. & d
Aeliani error. 574. g
Acquinoca prius diſtinguẽda. 41. b
Aereæ & lapideæ imagines cur factæ 179 c
Aëromeli quid 117. a
Aeſculapius cur Oſiris dictus. 42. e
Aſopus Cicadæ ſe cõparat. 340. f
Aeſtatem præſagiunt Cicadę. 321. d & 322. d
Aetnæi ſocij qui. 467. b.
Aethyopibus genitura atra. 513. c
vt capiant Locuſtas. 426 f
Africa cur paucas alat Apes. 51. a
eius ſymbolum. 595. c. incolæ vt aduerſus Scorpios ſe defendant. 584. f
Agallochum quale Pediculos non generet. 550. f
Ageſilaus cera conditus 183. a. eius apophtegma de Pediculo 558. h
Agnus dei vnde fiat & eius miraculum. 166. g.
Agricolas vt denotent Apes. 103. b. & c
Agroſtis Phalangium quale. 603. c
Aiax cur Muſcę aſſimilatus 355 d
Aizoi vis contra Scorpionum ictus. 584. c
Albaribon Rutela quæ Auicennæ. 605. b.
in Albuco quales naſcantur Vermiculi. 585. d.
Alcman poëta pediculis periit. 552. f
Alcyonis ingenium. 23. c
Alexandrini vt ſe à Culicibus defendant. 401. c
Alexandri Magni cum Diogene colloquium. 29. d
ad Algam non referri venenum Hippocampi. 739. c.
Aloë quæ planta. 140 f. plus eius quam mellis habere quid. ibidem.
ad Alopecias remedium. 370. b. 480. e. 733 d. 740. g
Alſine Scorpioides herba qualis. 592. f
Alueare ſiue Alueus quid 61. c de eo ænigma 106. g quale eſſe debeat. & eius differentia. 62. e. quod melius ibidem. fictile cur reijciatur. 62 f. ex lapide ſpeculari 63. a. ex ſtramine. ibidem. cur vacuo opus ſit. 72. c. cur neceſſarium 61. d. cur ex lateribus & fimo improbentur. 62 b cur non eiuſdem debeant eſſe magnitudinis. 63. b. duo aut tria quomodo in vnum conferantur. 74. a. Hollandorum & Hetruſcorum qualia 63. a. & c. ne furto ſint obnoxia. 62. b plenorum ſigna. 80 e. circa ea plantarum poſitio qualis eſſe debeat 77. a. vt collocanda. 63 a. & b. 66 g. quæ transferenda. 68. b. eorum ſecunda meſſis quando 78. b. vt Germanica caſtrent. 81. b
Aluus quid. 71. c
Amalthea puella quæ. 41. c.
Amantes cum Culicibus comparantur. 397. c. cum Pyraustæ. 261. d. ijs feliciores eſſe Cicadas 331. c.
Amaraco vt gaudeant Apes. 76. f.
Amaritudo non fit à cruditate 139. b
Ambaruale ſacrum 130 g
Ambitioſi Fucis ſimiles 102. g
Ambarum cur cereo immitebat Sultanus. 182. b
Ambroſius ab Apibus enutritus. 88. f. eius cum Platone comparatio. ibid.
ad Ambuſta remedium. 697. a
Amethyſti mira vis. 426 f
Amica Locuſtæ comparata. 408 b.
Amici libertas melli ſimilis 136 a
ollaris hieroglyphicum. 365. b
Ammij vis contra Scorpionis ictũ. 584 f
Amomi vis contra Scorpionum ictum. 584 f
ad Amorem conciliandum Apis valet. 107. b eius miſeria. 503. a
vi melli ſimilis. 637. a

# INDEX.


*Ampelitis terra vnde dicta*, 486.b
*Amphisbæna aquatica*, 720.g
*Amphisbænæ pellis quo tẽpore siccã da ruſticis & ad quid*, 317.a
*Amurcæ vſus contra Curculiones*, 301.c
*Anas Muſcaria*, 360.f
*Angelorum ſedulitas. Api compara ta*, 26.b. *mali per Crabrones ſigni ficantur*, 232.b
*ad Anginas remedium*, 633.a
*Anguillarum generatio*, 313.a. 694 g. *ſexus*, 56.g. *ei ſimilis Vermis in homine natus*, 653.b. *triccnum pedum vbi*, 718.c
*Anguis in homine vt generetur*, 60. c. *eo veſcuntur Formicæ*, 518.b,
*Angues volantes*, 8.b
*Animæ exaltationem ſignificat cer ua*, 170.c. *vaga per Locuſtas de ſignatur*, 431.d
*Animalia quæ calida ſint*, 15.a. *duo ſunt indocilia*, 356.c. *parua cur induſtria magis quã magna*, 512 c. & f. *pungentia cur creata*, 361. d. *quę abſciſo capite viuant*, 17.a *quatuor genera eorum in plantis*. 486.g. *quãdo perfecta dicẽda*. 4.g *vnico ictu occiſa ſapidiora eſſe*. 551.a. *ſanguine corũ motus*, 13.a
*Animi remoſus Teredini compa ratur*, 691.d
*Aniſi vis contra Scorpij ictũ*, 584.f
*Anni dulcis votum*, 131.a. *morbife ri ſignum*, 322.c. *ſterilis ſignum* 695.b
*Annulus obſignatorius qualis*, 174.f
*Annuloſa quæ Alberto, & vnde dicta*, 3.c. *eorum nouem differentię*. 4.b. *vide Inſecta*.
*Anſerum aſtus contra aquilas*, 23.d
*Antenna quid in Inſectis*, 7.b
*Antidotus contra Scorpij ictũ*, 589. a. *dolorem ſedans*, *ibidem* b
*Antidota melle conſeruata diutius durant*, 154.f
*Antiochi regis mors*, 666.c
*Antiochi Epiphanis mors*, 552.c
*S. Aphrates Locuſtas precibus fugat*, 427.b
*Apum abortus qualis*, 58.c. *abſente rege non operantur*, 31.d *aculeo carẽtes quæ* 47.c. *aculeus earum qualis*, 48.f. *ab aculeo morale*, 100.b. *ægris quid exhibendum*, 68.g. *earum æquinoctio*, 41.b. *ætas*, 53.b. *ætas vt noſcatur*, 46. b. *alatæ ſunt* 4.b. *alas detectas habent*, 7.b. *alas habent quatuor*, *ibid. albæ vbi, & cur*, *& earum opera*, 48.c. *alucaria plena vt cognoſcamus*, 67.a. *amiſſo aculeo quid denotent*, 102.b. *amphibiæ deſcriptio & icon*, 192.f. *agreſtis in quos dicatur*, 109.c. *an fera dicẽda*, 44.g. *animal munificum dicitur*, 38.g. *apologus*, 111.a *aquæ moriuntur & cinere reuiuiſcunt*, 15.b. *aqua earum qualis eſſe debeat, & quid in ea obſeruandum*, 77.c. *in ara ſedẽtes quid portenderent*, 86.f. *in arborũ cauis habitant*, 61.d *apici arboris inſidere malũ*, 87.a *auditu carere*, 52.f *ab eis auguria*, 86.c. *bonæ operariæ dicuntur*, 26.g. *bonitatis earũ ſignũ ab ætate*, 46.g. *ex boue putrefacto naſci*, 58.f. *bobus præferẽdæ*, 1.d. *bouẽ occiderunt*, 34.f. *calidę ſunt*, 13.d. *carnẽ non tangunt*, 36.f. *Carthaginenſes cur ijs cõparati*, 25.d. *caſtra propter eas mutata*, 86.g. *caſtra æmulantur*, 34.f. *cellularum earum triplex diuiſio*, 22.b. *cellæ earum cur ſexangulæ*, 23.b. *Cereri ſacræ ſunt*, 90. g. *eas Cicadę cõparare quid*, 308. c. 335. c. *circa alueare volantes quid denotent*, 104.c. *coitus earũ incubatus, & generatio*, 54.c. *ſine coitu generare*, 54.b. *crura earum cur ſcabra*, 48.e. *curator earum qualis eſſe debeat*, 78.f. *cur ſapientes*, 21.d. *cur nigræ ſint*, 47. d. *cur Fucos odere* 195.c. *cur Muſarum volucres dictæ*, 35.a. *cur non ſeparatim, veſcantur*, 24.b. *cur plures duces occidant*, 31.c. *cur alas habeant detectas*, 47.d. *cur ſedulæ dictæ*, 24.c. *cur ſalſa petant*, 23.d. *cur vnicolores ſint*, 47.d. *cur homini vtiliſſimæ* 20.b & *indo. cur gentẽ vocet Homerus*, 29.a. *cur incorruptæ ſeruandæ, & quomodo ita ſeruẽtur*, 28. e. *cur ſimæ dictæ*, 44.f. *cur aluei oſtia obturent*, 23.c. *cur anguſtos faciant fauos*, 23.a. *ab ea cur hiſtoriam inchoet autor*, 20.g. *cur coeuntes inſequantur*, 35.b. *cur paucę in Africa*, 51.a. *cur pinum ament*, 50.b. *cur non recta via volẽt*, 52.b *cur in vicinis locis emẽdæ*, 67. b. *cur acceſſus hominum prohibeatur*, 73.d. *cur vernent*, *& cur tunc maximè à mellario obſeruandæ*, 70.e. *cur vnus ijs tãtum rex relinquendus*, 73.b. *cur fumo coerceri debeant*, 82.c. *cur anteriores pedes habeant longiores*, 10.f. *cur lapillis ſe librẽt*, 23. c. *cur quatuor pennas gerant*, 9.a *cur oua non gignant*, *opinio Cardani*, 56.f. *cur monſtra non generent*, 57.d. *cur Fucis & regibus minores*, 55.c. *cur diutiſſimè viuere dicantur*, 53.c. *cur longæuiores cæteris Inſectis*, 53.d. *cur murmurent*, 58.c *degeneres cur non admiſcendæ bonis*, 67.c. *ab ijs denominata*, 89.a. *dentes habere*. 7.d. & 9.c. & 48.c. *ventriculum habere ibidem, differentiæ earum ab operatione*, 48.b. *à colore*, 47.b. *à moribus c. ab aculeo ibidem, diligentia*, 24.c. & *inde. ex diuerſis diuerſa colligunt*, 74. b. *ad diuerſos flores & hortos volantibus qui ſimiles*, 95.a. & *inde*, 96. & *inde. domeſticæ quæ*, 190.f. *earũ fani icon*, 214. & *cur inter Veſpas poſiti*, 111. *dormiẽtes excitans quid ſignificet*, 102.c. *earũ duces vt gignãtur*, 55.b. *ducũ forma*, 48.b. *emptæ quando aperiri debeant*, 67.b. *emblemata*, 104.f. *epitheta*, 106.b. *in ijs emẽdis quid obſeruandũ*, 67.a. *epitheta ab ingenio*, 23.b. *epigrãmata*, 106.e. *etymum*, 44.e. *euchariſtiæ ſacellum ſignificant*, 110.f. *examinum cura quando magis habẽda, & vt exitura cognoſcantur*, 69.c. *examina vt colligantur*, 70.f. *examina ſylueſtria vt inueſtigẽtur*, 70.g. *examina quãdo incipiunt augeri*, 78.f. *cadẽ ne fugiant*, 69.d. *cur fugiant*, 71.b *quo tẽpore eximenda*, 71.a. *examen in ore leonis mortui*, 36.g. *idẽ in ſepulchro Hippocratis*, 36.b. *in capite viri ſuſpenſi*, 36.g. *exẽplum eius quos homines ſequi velit ſapiens*, 26.g. *extracto aculeo moritur*, 48.g. *de ea fabulæ*, 111.a.b. & *inde. faſtigio capitolij inſidentes quid portenderint*, 86.b. *fauos amant*, 109.c. *femina earum cur ſcabra*, 157.c. *ferę & cicures quę meliores*, 44.g. *ferã vbi*, *ibidem. figura Dei ſunt* 42.f. *flores odoratos proſequuntur*, 36.f. *fœtus earum qualis* 57.b. *quando ſine pedibus prodeant*, *ibid. forma interna, & externa*, 47.c. & d *Formicis inimicæ ſunt*, 524.f. *Formicis præferuntur*, 41.a. *Fucos generant*, 55.b. *fuge ſignum*, 67.c. 70. e. 71.b. *fumo coercentur* 81.c. *generatio earum diuerſa à cæteris Fauificis*, 55.d. *generationi leonis cur ſimilis earum generatio*, 55.c *de generatione quatuor opiniones*, 56.e. & 54.f. *generi & differentiæ*, 44.f. *geometria nouerunt*, 23.b. *gregales ſunt*, 4.b. *gregales quæ*, *& quæ non* 44.b. & 45.a. *earum habitatio*. 33.b. *Heliconia colunt*, 90.e. *herbæ eis nocentes quæ*, 65.b. & c. *hieroglyphica*, 90.g. *hominum*, & *earum regibus quid cõmune*, 31.b *hyems eis inimica eſt*, 79.d. *ictus earum vt lethalis dicendus*. 111. d. *incubatus ipſarum vt neceſſarius*. 57.d. *induſtria in fauis cõficiendis*, 612.c. & f. *induſtria homini imitanda*. 40.g. *Inſecta eſſe*,

44.g. earum iustitia, 38.e. labor earum quando maximè conspicuus. 26.c. in lapidibus habitant. 61.d. latent, 6.h. laus earum vnde, 21.b. ex Plinio laus & Aristotele, 21.a de ijs leges, 84.h. lingua earum qualis, 48.e. lupi dictæ omnia vorant, 10.g. marina loca amant, 64.g. ijs mariti comparati, 27.a. ex melle generari, 56.f. & g. mella facientes quos denotent, 30.e. mel procul sentiunt, 16.e. earum memoria, 52.f. earum miracastitas, 35.a. mira concordia, 34.f. mira corporis mundities, 36.e. mira vindicta, 38.g. moralia, 95.a. morbi varij. 67.d. mortuos esse runt, & quid significet. ibidem. earum multitudo, & paucitas vnde æstimanda, 67.b. de munditia earum morale, 100.h. musis sacræ sunt & cur, 90.c. de eis mystica, 90.e. nascuntur sine pedibus 58.f. naturam earum qui multis annis inuestigarit, 22.e. in nauib⁹ sedentes quid notent, 86.f. & g. ne frigus eis noceat, quid faciendum, 67.a. ne animalia noceant, 66.h. ne fugeant, 72.e. ex nimio opere mori, 69.a. nobis vt ad imitandum propositæ, 21.c. nocentia animalia eis vt occidantur, 64.g. & h. vt noceant eis Pyraustæ, 260 b. nõ esse feminas, & Fucos mares, 54.g. non gigni per coitũ, 54.g. nõ esse partim feminas partim mares, 54.b. non canunt, 53.b. non esse in continuo opere, 57.a non respirant, 14.e. non generari à regibus, 54.b. non degenerãtur in Fucos, 28.f. non oriri ex allato semine, 54.f. nouem genera, 44.b ijs noxij sunt Crabrones. 228.e. nullos fauos facientes vbi, 47.a. earum numismata, 112.g. ab ijs nutriti qui, 109.d. occupantis siũt, 84.b. odoratiuum alere, 32.e. omnib⁹ quid commune, 45.b. ab opere nũ quam cessant, 26.g. operantium differentiæ, 46.f. & 44.h. earum operationes, 22.e. & f. 24.b. & 25.a. ab operationibus morale, 101.d. earum ortus, 11.c. 55.a. in ore leonis quid significarint. 88.f. in ore Platonis, 87.d. 88.e. pauoni præferuntur, 39.a. perpetuo virgines sunt, 35.e. pestẽ laborant, 36.b. pestis vt curetur, 69.b. earum pietas, 36.h. & 37.a. Pindarum alunt, 88.e. plantas distinguere norunt, 22.e. plures habent duces & cur, 45.d. 46.c. pluuiam præsagiunt, 23.c. earũ cum poëtis cõparatio, 96.f. 26.f. earum politia, 28.c. præsagia, 85.b. earum promuscis qualis, 27.d. de ijs prouerbia, 108.e. earum prudentia, 21.c. pugnæ causa, 72.f. vt coerceatur pugna, ibid. de earum puncturis, symptomatibus, & curatione, 111.d. putamen earum cur in duresc at, 57.c. putrida auersantur, 10.g. qua arte mellificent, 22.c. in qua regione habendæ, 75.d. ad quæ aduolent, 16.e. quæ bonæ, & quæ non, 46.f. ab ijs quæ vtilitas, 38.g. quæ loca ijs magis abundent, 49.b. prope eas quæ plantæ serendæ, 65.d. quale artificium in fauis fingendis, 22.g. qualem aquam potent, 36.e. quales emendæ, 67.b. quales plures Fucos generent, 195.a. quàm auidè ad flores volent, 75.a. quàm acriter inuicem pugnent, 73.c. quàm diu stercus emittant. 57.b. quando dormiant, 25.c. quando & cur supinè quiescant, 24.e. quando magis custodiendæ. 78.f. quando magis ægrotent, 69.b. quando ad opera exeant, 24.f. quando transferendæ & vbi. 77.a. quando ostenta faciant, 86.e. quando minus fœtificent, 57.a. quando quiescant, 51.d. quando q; felicem euentum portenderunt, 87.a. quanta eis cura naturæ, 60.f quatuor pennas habent, 9.a. de Apibus qui scripserint, 21.a. qui reges dicti, 43.b. eas qui primo curarint, 60 g. quibus munditia curæ, 47.a. quibus stirpibus gaudeant, 74.g. ijs quid vitio dandũ, 40.h. in ijs quid obseruarit Homerus, 2.f. ijs quid dandum cum auolare non possunt, 80.e. quo tẽpore generentur è bobus & quomodo, 78.g. quot diebus incubẽt, 56.d. regiones frigidæ ijs abundant, 50.f. vt relicto aculeo discedere dicantur, 108.h. earum respub. hominibus exemplo est, 28.g. ex rege eas non generari, 54.e. reges vt vnum vel plures esse cognoscantur, 72.f. regis fuga, vt cohibeatur, 73.a. rex vt inueniatur. 72.g. rex aculeum habet, 55.a. regis generatio, 58.e. regũ ortus ex cerebro, & medulla spinali bouis, 58.h. regis sedes. 73.a. clemẽtia. 29.c. pictura. 191. n. 1. duo genera, 45.d. regi cur natura aculeũ negauit, 30.f. an aculeũ habeat, 48.f. varium esse meliorẽ, 46.e. regis primordiã, 57.b. cur sub rege earum militare voluerit Xantippus, 29.a. rex qualis & qui melior, 30.f. 45.d. de eo opinio duplex, 29.c. an aculeatus sibi. i qua sit dignitate, 28.h. regum cellæ vbi. 22.h. officium quale, 33.a. fugitiuũ in regnũ reducũt, ibi. regis honor, & vt ametur, 31.b. ei vxor frugi similis, 33.d. nostris regibus melius imperat, 31.b. quando necandus, 74.e. vbi generetur. 74.f quando in aliã aluum transferendus. 74.g. eius descriptio, 190.f. rusticis Apis vtilissima & cur, 38.h sanitatis signũ 67.c. sedes earum quæ eligẽda, 63.d. segnes & fures oderũt, 64.e. & inertes. 24.e. de sensibus earum, 52.e. in sepulchro virginũ mellificãt. 110.h. sexu carẽt, 35.e. 49.a. si pluuia interierint quid faciendũ. 69.a. sibi ipsis medẽtur, 23.d. silẽtium earũ pro miraculo, 53.a. similides dici 44.c. similitudine Vespæ sunt. 199 d. & quomodo inter se differant, ibid. & 200.e. earũ sonus. 53.a sonus vnde. 45.c. earũ symbola. 104.e. synonyma, 43.d. sub terra fauos ponũt. 71.d. in terra vel in alueis agentes, 47.b. tinnitu terrentur. 71 b. & c. in translatione earum quid obseruandũ, 77.b. tria earũ opera quæ Varro vocarit, 23.b. vtiles homini sunt & cur, 39.a. vbi laborẽt. 47.a. vbi non sint. 50.g. & 51.c. vbi robustiores. 121.b. & c ijs vẽtus nocet, 64.g. Vermes earum quales. 111.d. earum cũ Vespis antipathia, 218.g. videre eas in somnijs quid denotet. 104.f. visus earũ. 52.f. vnde mel colligant. 21.d. vnde fœturam portare dicãtur. 55.d. vnguenta & oleosa cur fugiant, 36.f. volant mẽbranis siccis. 8.h. volatus earũ qualis, 52.g. propter eas quę vrbs lustrata. 86.f. vrbanarum duo genera, 44.g. vsus in cibis & medicina. 107.b. in bello. 161.c. vt mortuę reuiuiscãt. 58.f. vt ex tauro generẽtur. 58.g. vt in aluos condendæ ne fugiant. 169.b. & c. vt cognoscãtur lõgius euolare, 70.g. vt eximãtur è specu & cauo arboris, 70.h. vt fluxu laborantes sanẽtur. 68.f. vt nõ reditura cognoscantur, 85.a. vt reuiuiscant, 68.g. & 29.d. vt sonum ædant. 16.f. vt nõ fugiant, 67.a. vt à Blattis tuẽdæ. 504.f. vt pluuiã fugiant. 85.d. vt hyeme cibandæ. 79.b. vt calore plumarum foueantur. 79.a. vt fures oderint. 38.e. vt sanentur. 68.e. vt regi pareant, 29.a. vt conueniant inter se se, 45.c. vt reges amẽt. 90.h. vt inuicẽ similes. 55.a. vt incubẽt. 57.b. vt regi obediãt. 32.e. Apibus ut Græci cõparati. 29.b. eas vt ab opere cessare pœta dixerit. 27.a b. vt Fucos puniãt. 38.e. vt morbos curarit, 41.e. vt cõuersationes amẽt, 34.b. vt & quando & quoties aluum deponant. 36.e. vt mel ex

ceptum doleāt. 37.b. vt murmur edant. 15.b. vt regem constituāt. 30.e. earum ab autore obseruatarum descriptio. 190.f. icones. 191. vulgaris icon. 191. nu. 2. descriptio eius. 190.f. syluestrium descriptio. 190.g. & 191.d. & 192.e.f. earum icones. 191. nu. 4 & 5. & 192. e.f

Apicula libri titulus. 43.c

Apiana vua quæ. 360.f

Apiarium quid. 63.c. quid Plutarcho. 20.b. vbi ponendum & quale esse debeat. 63.c.d. eius locus aptus. 66.e.f

Apiarius qui dicatur. 61.a. optimi officium. 61. a. & inde ei quid quouis anni tempore sit faciendum 78.e.

Apiastrum & eius vsus. 89.a

Apiata & Apiculata mensa. 89.d

Apis Aegyptiorum Deus & eius historia. 41.d. vt darct oracula. 42.g. eius sepultura. 42.b. quomodo coloretur idem Deus. 42.f. in eum scomma Cambysis. 42.b

Apis vicus & oppidum. 43.c. Argiuorum Rex. 42.e

Apollo Athenarum defensor. 328.c Culicarius cur dictus. 393.a. Parnopius. 428.b

Apollini cur sacri Cyniphes, & Formicæ. 525.a

Apomeli quid. 150.b. vt fiat, & eius facultas. ibidem. & 151.a

Apophradis nomen quid. 330.b

Apoplexiæ signa, & quantum à laboratium lumbricis differant. 669.c

In Aqua cur non extinguatur lumen Cicindelarum. 496.b. eam nutrire. 319.c. ea principium generationis quibusdam. 463.b. sal sa cereis vasis hausta dulcescit. 184.g. vsus eius in nuptijs. 182. g. prope mellariũ necessitas. 64. f. in qua virgulta saxificentur. 377.c

Aquilas vt vitent anseres. 23.d. Apibus plenæ. 86.g. eis cur Pindarus se comparauit. 96.f. duæ pugnantes. 86.g. pediculus earum qualis. 545.c. de ea & Scarabæo fabula. 465.b. Tripas aspiciens prouerbium. 692.f

Arachnes puellæ fabula. 631.c. inuenta. 600.b

Arachnoides tunica oculi. 623.b

Araneæ æquinoca. 600.f. ætas sensus. 616.f. ex animalibus sui generis procreatur. 12.f. Apum hostis & cur. 65.b. Asilo comparata quæ Aristoteli. 609.c. eius auguria & præsagia. 625.a. cassæ futiles orationes significant. 629.d. cibo sui generis vtitur. 78.b. coitus, partus, generatio. 615.a. cur post Scorpiones de ea agat autor. 600.c. cur in mediis cassibus excubare cõsueuit. 625.c. cur Lydia dicta Iuuenali. 623 a. cur tenuissima fila neat. 625. d. ab ea denominata 623.b. cum ea dissentiunt Muscæ. 358.b. de ea epigrammata. 627.c. epitheta. 623.a. ex esu eius qui nullam noxam percipiant. 618.g. de ea fabula. 631.c. firmas telas texens vbi. 606.b. fœtus eius Vermis est. 609.c. generatio. 255.d. genera & differentiæ. 602.f.g. ab autore obseruatarum descriptio. 607.b. icones. 608. 609. vna inter Cantharides depicta. 471, nu. 7. Historica. 627.b. de ea libellus. 600.e. impietas erga parentes. 611.c. maxima & durissima vbi. 602.b. de ea moralia. 626.e. morsus symptomata. 615.g. mulieres nendi artificio superat. 612.g. natura, mores, & eius ingenium. 611.b. nocumenta, damna 616.g. viuit Culicibus & muscis. 401.b. contra eam remedia. 618.b. & inde cum Phalangio idem esse. 601.c. de ea & podagra dialogus. 630.b. de ea problemata, 625.c. prouerbia. 629.b. & inde. qua mensis die magis operetur. 613.c. quæ loca colat. 610.f. quando cælitus ceciderit. 627.b. quot diebus fœtum excludat. 12.b. eius more se fingere quid. 629.c. inter serpentes numeratur. 13.a. Synonyma. 601.b. & inde. tela eius vnde constet. 611.c. de tela eius prouerbium. 629.c. pro tela eius sumitur 600.g. telas eius texere quid. 630.c. & f. texturæ artificium. 110.c. ad Tinearum generationem conducit. 698.b. vbi non sit. 610.f. vbi edatur. 629.a. de eius veneno. 615.g. victus qualis. 616.e. vitium & oliuarum morbus est. 600.g. vsus in medicina 628.f. & inde. vt dormiant. 611.b & c. vt pellantur. 19.b. vt coeant. 615.b. vt Dauidi vtilis fuerit. 361.c

Aranea cancelli genus. 600.f

Araneus cæruleus quæ excitet symptomata. 618.d

Aranei lauti pictura. 608. nu. 1.

Araneus mordax. 602.g.

Aranei Indici quales. 606.b

Araneus Muscarum quis. 360.b

Araneæ nigræ rotunda aluo icon & descriptio. 763.d

Aranei pratensis partus. 615.b.c. pictura. 608. nu. 2.

Arancum quid. 254.b. 623.c.

Aranea pars acrolabij. 600.b

Araneus piscis. 600.g

Arancosus quid. 623.b

Arbalon quid. 87.b.

Arbor Cimicum quæ. 537.d

Arborum Vermes ex vulnere & fœti generantur. 691.c.

Archilochi maledicentia. 221.c

Archalabus quid Alberto. 407.c

Ardeolarum excrementa calida, 298.f

Argentum viuum calidum esse. 556.e

Argutari quid 334.f

Aristæi fabula. 111.b. eius inuentum Apes ex bobus generari. 59.d. mellis inuentor est. 61.a

Aristippi dictum. 558.b

Aristocratia quæ gubernatio. 508.g

Aristodemus Apum naturam quãdiu inuestigarit.

Aristomachus vt Apibus medetur. 68.b

Aristophanis comœdiæ pax inscriptæ argumentum. 465.d

Aristoteles correctus. 116.g. 262.c. 264.b. 306.e. 312.g. 354.g. 459.a 385.c. 758.b. eius doctrina similis Culicibus. 394.b

Armenium lutum ad Cantharides. 485.c

Armoratia. 155.c

Armorum gestatio timiditatem arguit. 30.e

Armorum siue insignium ortus. 179.d

Arnulphi Imperatoris mors. 553.b

ad Arthritidem remedium. 704.g

Artificij hieroglyphicum. 94.g

intra Arundinum nodos nasci Vermes. 685.d. in India ad cibum exquisiti. 688.g

Arundo bombycia. 294.f. qualis. g

Arundinacea tabulata improbantur ad Bõbyces nutriendas. 292.f

Ascalaboten quid vocent Græci. 622.b

Ascarides cur in iumentis copiosiores quàm in hominibus, & frequentiores. 681.b. & c. differentiæ & noxa. 6.b. 7.a. forma. 651.c. generatio. 675.a icon. 652. nu. 5. nota 669.c. paruos esse vermes secundum Gal. & Auicennam. 649.b. prognostica. 671.d. ex qua materia generentur. 390.g. & 659.b. & c. eas quæ pellit, eadem & Lumbricos longos pellere. 675.c. in vtero & feminarum pudendis nasci. 656.g. in vtero, & pudendo natæ vt curentur. 677.a

Ascarides iumentorum quales. 680.g.

Ascaris species Lumbrici terrestris. 693.c

# INDEX.


*Aſelli hiſtoria. 632.e. vnde dictus. 407.b*
*Aſelli aquatici qui. 710.f*
*Aſilus Ariſtotelis. 712.f. aculeum habet in ore. 9.b. cum eo comparati adulatores. 380.f. 562.f. apud Auicennam cum Aſpide Græcorum confunditur. 374.e. cum Tabano quid commune habeat. 375.d. de eo fabula. 381.a. lingua eius qualis. 7.d de eo moralia. 380.f. ortus & generatio. 377.a. eo percuti vaccam quid ſignificet. 380.g. quid ſit Iſidoro. 374.f. ex Sanguiſuga non generari. d. ſymbola eius & hieroglyphica. 380.g. Synonyma. 374.f. idem cum Tabano apud Plinium. 374.g. victus eius, damna & remedia. 378.e. vbi aculeum habeat & qualem 375.d. & 376.e. vbi abundent. 377.c. vnde dictus. 375.b*
*Aſili aquatici hiſtoria & icon. 713.c. & inde.*
*Aſilus marinus quid. 374.e*
*Aſilus auis quæ Ariſtoteli. 373.d*
*Aſinus inter Apes prouerbium. 108.e. ex eo equum facere quid. 366.b. Pediculis caret. 545.d. vt pedendo moriatur. 588.b*
*Aſinus Buſiritis inter abominanda habitus. 462.f*
*in Aſphodelo vermes generãtur. 6.e*
*Aſpis Græcorum & Aſilus Auicennæ idem. 374.e*
*ad Aſpidum morſus remedium. 539.a*
*Aſſiduitatis exemplum à Formica. 506.f*
*Aſſitacos quid. 407.b*
*Aßultus per Locuſtam ſignificatur. 434.f*
*Aßyrij Apes dicti. 101.b*
*Aſterium Phalangij genus. 603.a & b. quale. 603.c. 604.g. ictus eius ſymptomata. 618.e*
*Aſtrorum ortus quid Ariſtoteli. 116.g*
*Aſtrologiæ peritæ ſunt Formicæ. 511.a*
*Athenæus correctus. 572.f. eius error. 122.b*
*Athenarum defenſor Apollo. 328.e*
*Athenienſes Apibus comparati. 95.d. cur Attelabis nihilominus inferiores ſint. 433.g. eorum Cicadæ aurea. 327.c. & d. quando maxime floruerint. 328.f*
*Attelaborum icones. 414. & 415. ortus. 418.b. eorum oua aſſumũt galeritæ. 426.g. ex ſanguine putrefacto naſcuntur. 419.b. vnde dicti 407.a*
*Attelabi arachnoidis aquatici hiſtoria. 708.g. & b*
*ad Atrophiam remedium. 704.g*
*Atticus Tettix Varronis quæ ſatyra. 328.g*
*in Auaros prouerbia Italica. 559.b*
*Cantaridibus comparãtur. 475.c*
*Aucos Aranei genus quale. 605.b*
*Auellanæ fructus Vermem pariunt. 685.c*
*ex Auellana vt educatus ſit ſerpes. 686.g*
*in Auenæ radice Vermes naſcuntur. 685.a. quomodo & quando 687.a*
*Auguſtini Niphi error. 711.b*
*Auguſti Cæſaris ſymbolum. 258.e.*
*Auicenna correctus. 541.b. 649.b*
*Aues aluntur bombycibus ægris. 295.a. pediculi earum quales. 545.c. ad eos remedium. 557.c. quæ Culicibus gaudeant. 400.b*
*Auis ſtridula quæ. 200.b*
*Aureliæ hiſtoria. 277 a. etymon. 277.b. quid. 11.c. 57.c.*
*ad Auriũ dolores. 468.g. 503.d. 629.a. 633.a. 695.b. 711.c. 733.d*
*ad Aures exulceratas & ruptas. 692.b. earum Vermes, vt occidantur & educantur. 674.f. ad vlceratas exſiccandas remediũ. 688.e*
*Aurum vt furentur Indi. 514.e. vt id cuſtodiant Formicæ. 513.d*


## B


*Babylonij vt corpora ſepelirent. 130.b. eos & Caldæos vt imitentur Formicæ. 510.b*
*Bacchus cur Bryſeus dictus, 128.g. ei mel ſacrificatum, ibidem. poculum eius dictus Cantharus. 445.d*
*Baldangeli opinio de Cicadarum ortu. 312.b*
*Balero piſci Vermes & Lumbrici innaſcuntur. 679.d*
*Balſamum quì adulteretur. 160.c. & 353.b*
*Bancani populi Pedidulos non occidunt. 557.c*
*Baptizandi ritus antiquus. 132.f*
*Barba vt cito naſcatur. 107.b. eam procreat aqua mellita. 148.d*
*Barbegiæ vbi generentur. 6.f*
*Bdellium. 721.c*
*Beatitudo futuri ſeculi per Apes notatur. 92.e*
*Beelzebub quid. 359.c. per Muſcã notatur. 365.a*
*Bellator ſtrennuus per Scarabæum notatur. 462.f*
*Bellerophontis fabula. 381.b*
*Bellis maior Formicaria dicta. 523.d*
*Bellonius in depingendo Hippocampo reprobatur. 738.b*
*Belli præſagium. 397.a.b. ex eo pax denotata per apes. 105.c*
*Beneficij ſis memor. 530.e*
*Bezaar lapidi ſi Scorpionem incluſerit aliquis, venenum amittit. 588.f*
*ex Bile non fieri Vermes. 659.d*
*Blattæ æquinoca. 499.c. Bupreſtis loco ſumenda in medicina. 503.c. dicitur Bombyx. 499.c. eius Etymon 500.b. Hiſtoria. 499.b. & inde. icones. 502.f. in libris generantur. 6.b. moralia, prouerbia & epitheta. 503.a. ortus & generatio. 502.g. ex eius pinguedine vermiculus. 680.e. inter pudenda generatur. 6.f. è Scarabæorum eſt genere. 448.b. Synonyma. 500.f. cum ea, & Tineis rixari quid. 503.a. vſus in medicina. 303.c. ab eis vt libri cuſtodiantur. 503.b.c. vt fugentur. 504.e. vt ſimul conueniant. 504.c. Bizantia quę. 499.d. frumentacea quæ. 501.c. Gazæ quę. 264.b. lucernaria. 501.a. lucifuga dicta. 6.f. qualis lucifuga dicta apud Virgilium. 501.b. piſtrinaria quæ ibid. & d*
*Blattarum tertium genus Plinij. ibidem.*
*Blattaria vnde dicta. 504.e*
*Blattaria balnea quæ 502.b*
*Blatteum. 295.d. pro ſerico. 499.c*
*Blatteus color qualis. 499.d*
*Blattoſericum pallium quid. 500.e*
*Boaria Muſca quæ. 344.f*
*Bombilare, & bõbißare quid. 53.a*
*Bombylius Apis inutilis. 46.b*
*Apis ſylueſtris. 261.b*
*Bombylius Papilio Bombycis. ibidem cum eius hiſtoria. icones varię. 246. nu. 1. & 2. oua vt reponenda. 261.g.*
*Bombilius homo prouerbium quid denotet. 200.b. vaſis genus. 261.c*
*de Bombyce hiſtoria. 278. & inde Eius admiranda. 293.c. equinoca 278.g. ægræ, vt cognoſcantur. 292.f. ægris vt alãtur aues. 295.a. earum ætas. 262.g. in quibus tabulatis alendæ. 288.f. carum alterì quę cognoſcenda 287.c. Blattæ etiam dicuntur. 499.c in cibo quid obſeruandum. 288.f. cur dicantur Inſecta. 278.b. cur penduli vocati. 284.f. cur diſparis magnitudinis. 290.g. cur non edant. 263.c. cur breuis vitæ. ibidem. ab eis denominata. 294.c. diligentia in texendo. 292.b. folliculi cur excrementis carent. 290.b folliculi optimi qui. 293.c folliculi vt cognoſcantur eſſe perfecti. 293.a. generatio Bombycũ. 261.d*

261.d.286.f.educatio, & quædam rursus de generatione. 287.c.genus, differentiæ, forma. 279.b.icones earum folliculorũ. 280.281.282.e.iuuenci cadauere reparantur, 293.d.laus earũ. 235.c locus aptus. 287.c. magnitudo, 284.e.moralia. 294.h.morbi causa. 292.f. natura frigida. 287.b. oua earũ quæ optima. 286.g. cur oua vino infundantur, 286.f. vt ea incubentur & quibus, & quãdo, & quomodo. 286.g. quamdiu incubentur. 287.b. oua vt seruanda, 393.d. in ouis quid obseruandũ. 286.f. pabulum Bombycũ peculiare morus. 286.h. in proprio solo maiores sunt. 284.c. quam diligenter texant. 291.b. quando senectam exuuant. 290.f. quãdo in Europa millati. 285.d resurrectionis mortuorum sunt typus. 294.h eorum somni descriptio. 289.d. synonyma. 279.a in texturis eorum quid obseruandũ, 291.a. vbi sponte nent in arboribus, 284.c. venti ipsis inimici. 287.c. veteribus Romanis & Græcis fuisse ignotas. 282.h. vigilantes à dormientibus separãdæ sunt. 290.f. earum vsus. 295. vt à fecibus expurgentur, 291.f. quando, 292. vt cibandæ cum magnæ sunt, 288.f

Bombycia quæ dicantur. 16.h

Bombycinum, 295.c

Bombycina vestis, 262.f

Bõbyx Arabius quid Persio. 278.h

Bombyx Assyrius, 285.c

Bombyces Indici, 279.c. eorum folliculus magnitudine capitis humani, 279.c. eius icon, 762.

Bombyx Plinio quoq; lana xyli aut gossipij dicitur, 278.g

Bombyces Vespæ, 200.g. mel & ceram conficiunt, 214.e. vbi prouciant 203.d. & vnde. 206.h. ex quo nidum faciant, 207.c. carum niai descriptio & icon. 761.a.b

Bonorum myrmecia proucrbium. 531.d

Boraginem immunem esse à Vermibus. 686.e

Bostrychus quid, 496.e

Bouis caput in Fuco. 60.f. cor eius exemptum viuit. 17.a, pedes vt à doloribus liberẽtur, 186.g. ex eo putrefacto Apes nasci, 58.f. quibus pediculis infestetur, 546.e. quo tempore maximè ab Oestro exagitantur, 378.g. ad sanguinẽ eius per vesicam & anum excretum remedium, 704.h

Bouina ægritudo quæ, 679.c

Bos ligniuorus quid, 466.f

Brasauolæ error, 127.c

Brassicam quæ animalia infestent. 254.g. eius genera, 89.c. sylvestris quæ, 155.c

Brigantem quem Pediculum vocẽt Vascones, 545.a

Britanici mors, 404.g

Broma Petri Martyris quid, 691.a

Brucha, 408.e

Bruchus, 308.e. 309.b.c.d. quid, & vt à Locusta differat, 407.b.e. icones, 414.415. ci similis Vermis in homine natus, 653.a.b. vnde oriãtur Bruchi, 12.f. pestem denotant & quando, 425.b

Bruchi bibliorum qui, 407.b. eorum festa quando celebrentur, 421.c

Bruchus vt à mixtitico differat. 431.c

Bubulus fœnus cur ad Apes laudetur, 78.e

Bufonij lapidis vis. 469.c. & 620.e

Bugonia quid, 142.c

Bugloßũ immune à Vermibus. 686.c

Buphoniæ festum, 336.f

Buprestis æquiuoca & synonymæ, 487.a. eius historia ibid. & inde. genus, differentia, descriptio, 487.d. icones, 488.f. loco Blattę sumẽda in medicina, 503.c. natura calida, 490.h. potę signa, 489.b. rara est in Italia, 487.d. venenum eius & cura, 489.b. si equus cesitarit quid remedij, 491.a. vsus in medicina & alijs, 488.g

Buprestis Bellonij descriptio, 488.e. Iconiceri ibidem.

Butyrus quale animal. 5.c

Buxum Vermibus obnoxium esse. 690.h. in eo cur teredo non nascatur, 691.a

Byßus quid Hesychio, 265.c

## C

Cabalio marinus, 737.d

Cacodemonem Musca signat, 365.a

Cadauera vt condiant Persæ, & cur non crement, 183.a. itẽ Eupopæi Scythæ, 678.e.f.g.

ex Cadaueribus maximè nascuntur Muscæ, 355.a. ex putridis nasci Culices, 390.f. eorum Vermes. 657.b. in ijs vt nascantur animalia, 675.b. vt à Vermibus conseruentur, 677.d

ad Calculum remedij, 441.c. 696.f. 598.f

Calepinus correctus, 201.c

Callicrates Formicam admodũ exiguam finxit, 632.g

Calor putredinalis duplex, 548.g. qualis pediculos gignat, ibid.

Cambysis in Apidem scomma, 42.h cur gladius vocatus, 43.a. cur Aegyptios occidit ibid.

de Camelo quędam, 513.d. per eum & Formicã quid indicetur apud veteres, 527.d. gibbus, 115.c. de eo prouerbiũ, 399.b. ne ab æstris pungatur, 375.a.b. quid in euangelio significet, 399.b.c

Cammaron cur dictum Aconitum Pardalianches, 592.e. & f

Campa quid, 264.g

Campas abigito prouerbium, 276.

Campæ equi marini dicti, 736.g

Campe, 264.g

Campalio quid Ardoino, 259.b

Campaniæ amœnitas, 214.e

Cancer quid, 572.g

Cancri fluuiatiles sanguisugas edũt. 724.f

Cancri in Scorpionẽ mutãtur. 590.h

Cancri marini chelis prehensis Papilio quid denotet, 258.f

Candelæ vnde fiant, 40.e

Candela cerea quid significet, 167.c

Canis animal impudens, 355.b

Canes cimicibus non infestantur frigoris impatientissimi sunt, 13.d. in eorum lingua Vermis qui nascatur, 6.f hic Vermis Lytta dicitur, 680.h. à Lumbricis infestati vt liberentur, 684.c mordentur vehenter à Pulicibus, 566.f. non intrant forum boarium. 351.c nõ ingreditur in templum Iouis Romæ, 314.g. ijs proprius Ricinus, 546.e. quibusdam grata Cicada est, 340.h. rabiosi remedij, 148.h 682.g. 749.e. eius Vermium vsus in medicina, 682.g. non agnoscere parentes. 363.a.c

Canina rabies propriè λύσσα dicitur Græcis, 680.h

Canina Musca, 344.f.

Cantaria, 446.e

Canterij equi, 460.h. 467.d

Cantarenæ quæ, 446.e

Cantharides alas habẽt tectas. 7.b. de ijs apophthegma, 478.e. calidæ sunt, 13.d. cas Cato vẽdidit, 478.h. eas coire, 475.b. diuersarũ icones, 471.472.473.474. electio & reponẽdi ratio, 481.c. epotarum signa, 482.f. genera differẽtiæ descriptiones, 470.f. & inde. earũ historia, 469.d. locus natura, victus, tẽperamentum, 473.e. moralia, 475.c. ab ijs q mortui 476.e. nocumẽta earum, ibid. ortus & generatio, 475.a. peculiariter vesicam lædunt, 478.g. ab earum potu sanati, 477.a. & b. ab ijs prouerbia. 477.c. quibus dandæ, 479.b. cũ quibus commiscendæ, 479.a. ex quibus Vermibus nascãtur, 685.d. ad quos morbos vtiles, 479.d. tres earũ species 453. pro quouis veneno sumuntur, 469.d. venenum earum in qua parte lateat, 479.b. ad venenum

num & potum remedia, 482.f. vim earū assequi quid significet, 478.f. vsus in varijs, 482.e. ad acuendum visum ibid. vsus earū in medicina tutus, 478.g.h 479. a. ex ijs vt fiant, phœnigmi, 480. g. vt fugentur, 488.f
Cantharidis aquaticæ historia, 706. b. icon, ibid.
Cantharidum rotundarum icones. 473. 474.
Cantharides rosarum quæ, 470.g
Cantharis rubea, ibid.
Cantharis herba quæ, 469.d
Cantharidinus, 477.d
Cantharus, 448.f. eo astutior prouerbium, 466.b
Cantharorum motus, 13.b
Cantharus quid in Api, 446.f
de Cantharo prouerbium, 467.b. 468.c
Cantharus caupo dictus Athænis, 466.b. Comicus, 446.f. nauigij genus. 445.d. piscis nomen. 446.c
Cantharum pilulam quid, 467.c
Cantharus poculum Bacchi, 445.d nomen portus Atheniēsis, 446.c
Cantharolethrus locus in Thracia, 456.b
Cantherius in fossa quid, 464.f
ad Capillos denigrandos, 729.b
Capilli mulierum Aranearum telis similes, 613.d ne canescant, 695 c. pediculorum sylua sunt, 547.d ad eorum raritatem, 371.a
Capra quid Aquitanis, 707.c
Capræ habent Vermes in anteriore capite, 655.b.& 679.a. & cur, 681.d. Redinos habent, & non Pediculos, 546.c
in Caprificō vt fiat putredo, 300.g
Capitis dolores sedantia, 704.f
Capyridia quæ, 159.a
Cara radix quæ, 155.d. 156.c
Carabos per coitum propagari 459. a. inueniri in ligno arido, 457.a. 458.b. icon, 450. nu. 1. plures species descriptæ, 452. icones ibidem.c
Carabi dubij descriptio, 453. a. b. icon, 452. nu. 7
Carabus Imperati, 456.b
Carabi veri Aristotelis descriptio, 452.c. icon, ibid. nu. 3.
Carinarij qui Plauto, 162.c
Cardani lapsus, 161.d
Cardui fullonum vermiculi vsus in medicina, 688.c
Caries quid Athenæo, 468.b
Carmesinus color, 643.a
Caro cur à sole nigrescat, 163.a sub fimo equino sepulta cur Vermes producat, 687.c. à lupo lacerata cur dulcior, 550.b. ci ne insideāt Muscæ, 357.d. ex ea nō nasci pediculos, 547.a. eius Vermes, 681. a. ea vescuntur Vespæ, 215.a. per Vermem notatur, 666.b
Carpę in oleis, vt generentur, 61 f. 686.c
Cartilago quid, 8.g.
Carthusiani monachi an Cimicibus infestentur, 537.a
Caseus cur Vermiculetur, 681.d
Cassandri Antipatri mors. 552 g
Castaneæ Pediculos generant, 550.c
Castitas denotata, 94 g. 169.d. 170.c
Cataputia maior quæ, 560.c
Cato vendidit Cantharides, 468.b
Catulus Iconem adlatrans, 223.b
Causidici Apibus comparati, 103.d
Ceca quid Italis, 545.b
Cecropius mons qui, 49.c
in Cedri conis Vermes nasci & quales, 685.c
Cedria quid, 117.b. eius odorem spirant qui Cantharides sumpsere, 483.a
Cēripedas quæ Plinius vocet, 715.b. ea quid antiquis, 632.c. earū vitæ tenacitas, 17.b. vnde dicta. 7.b
Centrinæ quid veteribus, 392.f
ad Cephalalgiam remedium, 633.a
Cephalocrustes Cardano Vermis qualis, 685.d
Cephaloniæ miraculum, 314.f
Cera adipi similis, 158.c. eius adulteratio, 560.e. agnus dei dicta, & eius vis, 40.f. alba vt fiat, 158. f & g. alba vt adulteretur, 159. b. cera amica quid Varroni, 159. a. an sit odorata, 159.c. an Vespæ eam conficiant, 211.d. eam ex arborum lachrimis conficiunt Apes, 157.a. eam auribus oblinere quid, 188.g. pro cerato ponitur, 186.g. eius coloratio, 160.c. conficiendi eam ratio, 87.g copia vbi, 160.g. cur Apellea vocata, 175.c. cur facile oleo non aqua, aut vino fundatur, 163.e. cur liquefacta pellucida, coacta verò opaca, 663. cur melli præferenda. 155.b. cur Venetijs candidissima fiat, 159.a. cur solis vi albescat, 158.b. 163.a. cur à sole liquefiat. 163 c. 164.g ab ea denominata, 161.b. differentiæ, electio, 158.c. diuersæ diuersis adhibentur, 186. f. eius dosis, 185.d. durissima quę. 158.e. facilè imprimitur in ea sigillum & cur, 173.d. historica, 189.c. ea incendium extinctum, 189.d eam intus dari, 185 b. infamis & legittima quid, 173.a. 174.g. ad medicinam quæ eligēda, 185.c. minio infecta quę notaret Democritus, 174.b. mollis Hesychio quid, 174.g. ab ea moralia, 169.d. nouæ laus, 159.c. vsus. 185.d. quibus cōueniat. 186. f. obturatoria quæ. 184.f. oleum Cerę vt fiat, & eius facultas, 186.g.h 187.a. optimę notę, 158 f. ea pingere quis inuenerit, 176. e. pinguē eam esse, 164.f. pondus eius vt augeatur, 160.c. problemata, 163.a. prouerbia, 187.c. ea quæ depingerentur, 175.c.& d. quale in ea animal generetur, 544.b. ex quibus herbis colligitur, 76.c. quid sit, 157.c. quid in ea diuinum, 40.f. quid sit & vnde fiat, 157.a. quomodo fiat, 157. c. pro re fragili accipitur, 189.b. rubra & viridis pro sigillis, 160. f. rubra notare quid, 188.f. sacra furata in lapidē cōuersa, 40.f. ea sedatur aquę tēpestas, 190.e. in ea scribere an fuerit facilè, 173.a. in ea scribere qui inuenerint, 171.a significat carnē Christi, 167.d. ea sola an aues cerarētur, 184.g eius synonyma, 156.b. pro tabulis accipitur, 171.a. pro cerea imagine 177.b. eius tēperies, 185.b. tenax cur dicta, 183.b. ea tractabilior qui dicatur, 189.a. tres virtutes denotat, 169.d. pro tributo data. 160.g. inuctusta Tineæ nascūtur, 6.b vnde Apes cā colligant, 157 a. virginea, quę dicatur. 84.c. eius vsus, 40.e. vsum qui ignorarint, ibid. vsus ad fucandū, 176.c. usus in saturnalibus, 169.a. ad conglutinationē, 183.f. in medicina, 40. g. 185.b. ad pingēdū, 175.b. usum qui populi ignorarint, 161.a. vsus in statuis, 181.b. ad lucē præbendā, 182.b. ad cōglutinationē, 183 b. vsus curī ecclesia, 35.d. in imaginibus, 176.f. in scribēdo, 170.b in ludicris, 181.d. ad cōdēda cadaucra, 183.a. in sacris eorūq; origo 164.g. vsus ad sigillandū, 173.d. vtilitas, 155.b. vt nigrescat, 160. f. vt Apes portēt, 157.b. vt sine Apum opera colligatur, 160.f
Cera prima quid, 171.b
Cera tracta quæ, 176.e
Cera Virginea quæ, 159.b
Cera viridis purgat vulnera. 186.g.
Cera vltima quid, 171.b
Cera Cypriæ odor, 160.e
Cera Pontica quomodo fiat, 158.g. cur amara, 158.f
Cera rauca quid Martiali, 171.c
Cera Tyrrhenica quæ, 158. f. 186.e
Cera herba quæ, 155.c
Cerachates, 163.a
Cerago quid, 78.b. 83.b.
Ceranthemos. 84.f
Cerarium quid Ciceroni, 174.c
Cerarij qui. 162.c
Cerata medicamenta. 186.f
in Ceratis tabulis quando scriberēt ueteres, 170.b

Ceratæ

Cerata tunica Popponis arsit ipso illaso, 189.d
Ceratura quid. 162.b
Cerci æquinoca. 155.c. accensus ad statuas eorum quid præclare gesserant, 168.f. accensum ad sepulchrum ferre quam sit antiquum, 168.c. cur in ecclesiis accendatur, 164.g. cur accendantur, & vnde is ritus ortus, 165.a. eorum honor, 40.e. mittebantur tantum ditioribus, 169.a. eo more gentilium vti in ecclesia non est calūniandum. 168.f. eius oblationis antiquitas, 165.b. quando in saturnalibus mitti cæpit, 169 a. & b. eius significata, 161.b. ad eum viuere quid significet, 188.f vsus eius in aqua baptismatis quid notet, 167.d. in festo purgationis D. Virginis, 167 a. in templis & eius antiquitas, 164 g & h ligneo qui vtantur, 182.b. Paschalis quid significet, 166.f. viridiū laus. 182.e
Cereus color, 161.d
Cereus homo quid apud Horatium, 161.c
Cereus in vitia quid Horatio, 181.c
Cerci fructus in mensis positi, 181.d
Cereæ imagines humerorum tenus, 177.a. cur tegerentur, 179.c
Cereæ mulierculæ, quæ dicantur, 176.c
Cerea brachia quæ. 161.b
Cerea pruna quæ, 161.d
Cerea simulacra cur offeramus, 165.c
Cerula miniatula quid, 180.f
Ceremoniæ in die Purificationis circa Cereos, 167.b
Cerificare quid, 83.b
Ceroferariorum munus, 164.b
Ceroplastæ qui, 162.c
Cerophorarium quid, 162.f
Cerambix quæ auis, 466.f
Cerastis Vermis natura, & vbi generetur, 686.g. ortus, 5.c
Cerasus vt arceatur à Formicis, 120.e
Cerbero cur mortui placentam offerrent, 129.a
Cercops Cicada, 310.e
Cerdones vnguentis abhorrent, 469.b
Ceres cur dicta δυλὼ, ἰουλὼ, 633.c porcā ei sacrificabatur, 130.g. potio eius ad tristitiam, 484.g
Cereuisia Hispanis cerea dicitur, 162.f
Cerinthe Virgilio quid, 84.g. & h
Cerinthum qui Theophraste, 84.g
Cerinthus quid, 83.c
Cerinum quid, 162.c
Cerise vrbs vnde dicta. 188.c
Cerite cera dignus qui, 187.d
Cerītum tabellæ. 188.c
Cerites gemma. 163.a
Cereum quid Plinio. 649.d
Ceroma quid, 171.a
Ceromaticus, 162.b
Cerostrata quæ, 162.f
Cerus fluuius, 155.c
Ceruſſa pro cera, 176.f
in Cerui capite Vermes viui existūt, 679.a. & cur, 681.d. in eius capite Vespæ nascuntur, 205.c.d. cornua eius, quid notent, 112.b. eius icon in numismate, 112.g. quales Vermes nascantur in eius vertebris, 680. b. vt aduersus phalangia se tueatur, 624.f
Ceruus volans quis, 7.c. Leonicero quid. 450.b
Chamæleones viuūt Araneis, 624.f
Chamæleon ἰχθὺς appellatur non tamen omnis, 500.g
Chamæpytis non est coris, 535.c
Charitatem cera denotat, 169.d. & cur 170 e
in Charta cur nascantur Cimices. 536.b
Chelæ quale signum, 512.b
Chelonites gemma, 468.b
Chelydrus serpens circa Hellespontum à Tabano lacessitus. 379.b
e Chermes Blatta. 499.d
Chœnix Ennij, 334.f
Christus Api similis, 97. d. 100.f. cur dictus Vermis, 644.b. & 645 a. cur mel & pissem assatum comederit, 134.e. eius diuinitas in humanitate, 135.a. eius doctrinā denotat cur, 170.f. eius humana generatio, 464.c. per lucem significatur, 167.c. vt per Paschalem cereum significetur, 176.g. rex Apum dicitur, 134.g. eius typus Scarabæus est, 461.d
Chrysalidum icones. 278.
de Chrysalide siue Aurelia historia tota, 277. & inde. vnde dicta, 277.b. quantum à Tettigometra differat, 313.c
Chriselis, 264.b
ad Chymosim remedium, 371.b
Cica quid, 545.b. quid hodiernis Græcis, 560.b
Cicadas per aculeum canere falsum 317.c. ænigmata & apophthegmata, 329.a. in Ægypto è terra nasci, 312.g. æquinoca, 207.d. ijs Æsopus se comparat, 340.f. eas ala corripere quid, 334.f. alimentum earum proprium, 319.d. alium habere, 320.f. amantibus esse feliciores, 333.c. antipathia, 321.a. eas Api comparare quid, 108.e. 333.c. de eis Aranea tela captis epigramma, 627.c. in arundinibus parere, 313.a. augurii, 322.g. aureæ Athenienſium quia significent, 327.d. sub aurora non canere, 316.g. sub austro volantes quid significent, 322.e. canendi modus 317.c. cantus eius & ratio, 315.a. cantus commendatus, 315. b. 307. c. absq; capite canere, 317.d. per coitum generari, 312.g. vento in Poloniam translatæ, 322.f. certæ sunt veris nuntiæ, 257.b. cur Athenienses ijs vescantur, 341.a. cur non sunt Neapoli, 314.g. cur cum eis Homerus scenes comparauerit, 326.c. & f. cur brevis vitæ, 320.g. cur alibi mutæ, 318.g. cur sub alis canere dicantur, 318.f. cur æstate canere incipiant, 316.f. & g. 329. d. cur stantes, & volantes canāt, 329.d. cur Rheginis sint mutæ fabulosa ratio, 339.c. ab eis denominata, 321.b. descriptio, 308.b desunt Germanis, 341.b. de ijs dictum Demetrij philos. 327.b. earū duo genera minores & maiores, 310.g emblemata, 330.f. epigrammata, 331.c. epitheta, 337.b. esse nigras, 308.b. antennæ & oculi. 309.a exuuium, 313.d. fabulæ & apologi, 337.d. 339.d. feminæ silent, 318. b. de ijs & Formicis apologus, 330.e. in frigidis locis non sunt, 314.e. earum genitale. 312.b. genus differentiæ, 309.d. hieroglyphica, 327.a. historia, 307.b. hyeme pereunt, 320.g. icones, 311. immoderatæ cur dictæ, 337.b. interiora earum qualia, 312.c. intestini natura, 8.e. linguæ quid apud Plinium, 309.b. locus, 314.c. de earum & Locustæ cōmune sepulchrum epigramma, 435.d. membranis volant, 9.a. monumenta earum, 323.b. moralia, 323.c. mutæ quæ, 310.g. ijs nigrior qui, 336.f. è cuculorum sputo non nascuntur, 321.a. de ijs numisma, 214.e. 328.b. obturbarunt Herculis somnum, 339.d. olcas amant, 314.e. ore canunt, 309.a. ortus generatio, 312.f. præsagia, 321.c.d. problemata, 329. d. prouerbia, 334.e. quamdiu canant, 317.c. quando exuuium relinquant, 313.d. quando gustu suauissimæ, 340.b. per quas partes hauriant rorem, 313 b. quo tēpore canant, 316.e. ijs comparati heretici, 324.g. rauciſonæ cur dictæ, 337.c. rore vesci, 319.c. semen eorum vt fecundetur, 313.a sponte, & ex semine oriri, 312.b. in squilla parere, 313.a. earum temperamentum ætas & capiendi ratio, 320. f. b. è terra oriri, 312.f. in terra parere, 313.a. vbi mutæ. 314.b. vbi non sint, & vbi sint

# INDEX.


*ſint* 314.*f. victus*, 319.*c. vnde dicta*. 308.*g unde naſcantur*, 12.*f. uſus in cibis*. 340.*g. in medicina* 341.*a in uarijs*. 341.*c. ut canant* 15.*a*. 16.*f*. 353.*d. ut capiantur*, 320.*b. ut cocant*. 10.*b. ut ex tetrigometra exeant*. 313.*c*

*Cicada auenaria, frumentaria, ſurcularia*, 310.*b*

*Cicada marina quæ*. 307.*d*

*Cicadaſtra*. 310.*f*

*Cicadiferi qui*, 321.*c*

*Cicer animal non parit*, 385.*a. ab Inſectis non infeſtatur*. 6.*c. eius fructus maximè inter frumenta Vermiculos ſentiunt*, 685.*a. in eius fructu vnde fiant Vermes*. 687.*a*

*Cicerculis quando innaſcantur Vermes*, 687.*b*. 685.*a*

*Cicero explicatus*, 159.*c*. & *d*

*Cici quid*, 560.*c*

*Cicindelæ hiſtoria*, 492.*g. ænigma*, 498.*c. coitus, & generatio ſubitanea*, 56.*b. diu in coitu immorantur*, 12.*e. per coitum propagatur*, 495.*c. de ea epigrammata*, 498.*f. genus, differentia, deſcriptio*, 494.*f. hiſtoria mira*, 495.*d. locus, ortus, generatio*, 495.*c. luminis natura*, 496.*g. natura, mores*, 496.*f. præſagia*, 497.*c. pro lucerna accipitur quæ noctu lucet*, 493.*a. quo tempore volent*, 495.*c. ex rore non naſci, ibid. ſexus*, 496.*f. vſus in varijs*, 498 *g*

*Cicindela meretrix*, 493 *a*

*Cimicum æquinoca*, 535.*c. an infeſtentur ijs Carthuſiani monachi*, 537.*a. in cerebro nati*, 353.*c. ex contritis nõ fieri alios*, 537.*c. eas cur fecit Deus*. 362.*c. cur in chartis naſcantur*, 536.*b. denominata* 537.*d. de ijs epigrammata*, 540.*g. etymon*, 535.*d. genus & forma*, 536.*c. cum hirundine contrarietas*, 538.*f. hiſtoria*, 534.*b. in malua naſcuntur*, 6.*e. inter meninges nati*, 537.*c. prolecto ſumpti*, 536.*f. locus generatio*, 536.*e & inde, noxæ*, 535.*a. prouerbia*, 540.*c. qui dicantur Italis ibid. eorum & ſanguiſugarum diſſidium*, 732.*e f. Synonyma*, 535.*c. vbi non reperiantur*, 537.*c. vnde oriantur*, 6.*f. eorum vſus in medicina*, 539.*a. & inde, vtiles eſſe hominibus*, 535.*b*. 539.*a. vt interimantur*, 302.*f. vt dormientem non attingant*, 538.*f. vt fugentur*, 538.*c*

*Cimicum ſylueſtrium hiſtoria*, 541.*a. ſilueſtres cur dicti, ibid. vbi generentur*, 541.*b. icones*, 542. *deſcripiio generum*, 541.*c. d. vſus*, 539.*b. ſenectam exuunt*, 541.*b*

*Cimicum arbor quid Arabibus*, 391.*c*

*Cimicia quæ*, 537.*d*

*Cingulum Lumbricus dictus latus*. 651.*a*

*Cinis vt albus fiat*, 158.*b*

*Circinus quid Plinio*, 522.*g*

*Cirrus Gazæ quid*, 494.*g*

*Cis Vermis quis*, 560.*b*

*Cis hordearius*, 6.*c. triticearius, ibid. ex Citreis arboribus in Hiſpaniola inſula conficiuntur naues*, 691.*a*

*Cittacus quid*, 61.*c*

*ex Cityſo plurimum mellis*, 120.*b. eo vt Apes gaudeant*, 76.*b*

*ad Clauos remedium*, 704.*f*

*Claui Muſcarij qui*, 360.*b*

*Clemens Alexandrinus emendatus*. 464.*c*

*Clementiæ inclementiam vincentis typus*,

*de Cleomene quid mirandum*, 60.*c*

*Clerus quid*, 57.*d*. 259.*a*. 681.*a. Apium hoſtis*, 65.*a. vbi naſcatur* 6.*g. quomodo naſcatur*, 682.*e*

*Cnipes vbi generentur*, 392.*f*

*Coccoium capiẽdi ratio*, 491.*b. c. hiſtoria*, 491.*b. vſus loco Lucernæ*, 492.*e. f. vſus in cibis*, 492.*e*

*Coccygria Theophraſti*, 417.*a*

*Cochleis cur nihilominus inferiores ſint Athenienſes*, 433.*g*

*Cochlea & Limax quid differant*, 702.*f*

*Cœlij error*, 555.*c*

*Cogitationis prauæ infructuoſo per vermem notatur*, 469.*f*

*Coleoptera cur benè, & altè volent*, 251.*a. nullis nomen commune*, 445.*a. quæ Inſecta ſint*, 7.*b*. 403.*d*

*ad Colicum dolorem remedium*. 341.*b*

*Colubrula nauium*, 691.*a*

*Columba candida extra qui dicatur*, 101.*a. de ea & Formica apologus*, 530.*c. humanitas*, 23.*e. in eius ſtercore Vermes naſcuntur*, 679.*a*

*Comatus arbori incluſus ab Apibus alitur*, 109.*d*

*Commoſis quid*, 83.*c*

*ad Conceptum faciliorem remediũ*, 682.*b. ad impediendum ibidem*.

*Conchis vt ſtellæ inſideantur*, 758.*f*

*Concordiæ hieroglyphicum*, 94.*f*

*Coneſis quid*, 83.*c*

*Congrus Gryllus vocatur*, 442.*f*

*Conopes non naſcuntur ex igne*. 391.*a*

*Coniaſis quid*, 83.*e*

*Conopæa cur dicatur Aegyptus*, 389.*a*

*Conopæum quid*, 393.*b*

*Conſcientiæ ſtimulus vt denotetur*, 102.*b*

*Conſtantini funus*, 168.*e*

*Contumelia ne fiat erga vicinos*, 329.*c*

*Contumelioſi cum Scorpionibus cõparati*, 594.*b*

*Conuoluulus*, 5.*c. eius hiſtoria*, 486.*g deſcriptio*, 472.*c. icon*, 473. *nu*. 9. & 10.

*ad Conuoluulum remedium*, 149.*a*

*Cordis & iecoris neceſſitas*, 8.*f. doctrinam Chriſti denotat*, 170.*f. ad eius tremorem remedium*. 629.*a. Vermis eius quale monſtrum*. 651.*d*

*Coracinus piſcis non fugat Formicas*, 519.*c*

*Cordylus ſolus aquatilium quadrupedum Branchias habet*, 719.*a*

*Coris herba qualis*, 535.*c*

*Cornari duplex error*, 117.*c*

*Cornelij verecundia*, 182.*f*

*Cornicis ad Blattas arcendas aſtutia*, 504.*f. cur magna copia in Anglia*, 697.*b. de ea & Scorpio prouerbium*, 597.*d*

*Cornopes Octæi vocant Locuſtas*, 428.*d*

*Cornopius Hercules cur dictus*, 428.*g*

*Cornus Apibus noxia*, 65.*c*

*Cornua boum vt flectantur*, 186.*g*

*Cornicula ignaua quæ Plinio*, 136.*e*

*Coronæ ex meliloto*, 127.*a*

*Corſica quale mel ferat*, 51.*b*

*Coruo aquilæ reliquias ſectanti qui ſimilis*. 526.*f. ei qui ſimilis*, 96.*f. a Scorpione rapto occiſus quid denotet*, 595.*d*

*Coſmeticum remedium ex Limace*, 704.*f*

*Coſſinij obitus*, 476.*f*

*Coſſus*, 689.*d. deſcriptio*, 690.*g. icõ* 274.*nu*. 5. *ex eo non generari Culicem*, 390.*f. rugoſus homo ſic dictus*, 692.*f. vt generetur*, 5.*c. qualis Vermis*, 686.*e. per eum quid ſignificarent Aegyptij*, 395.*a. victus*, 690.*h. vſus in cibo*, 692.*b*

*Coſſutia familia vnde dicta*, 692.*f*

*Cotinus arbor vbi naſcatur*, 417.*a*

*Crabronum aculeus maximè venenoſus*, 234.*c. an habeant reges*, 216.*g. an ſubterranea ſint animalia*, 227.*a. & b. angelos exitiales ſignificant*, 232.*b. eorum aquæ vis & vſus*, 233.*d. antipathia*, 232.*f. Apibus noxij ſunt*, 228.*e. in eorum cellis mel eſt*, 229.*a. coeunt*, 228.*b. cur eos Deus Chananæis immiſerit*, 232.*b cur aſperi dicti à Vergilio*, 233.*c. denominata*, 233.*a. Crabronis deſcriptio* 226.*f. differentiæ*, 226.*f. epitheta*, 233 *c. inter hos eſſe duces*, 232.*e. fauus eorum latior eſt quã*

*Veſpa-*

# INDEX.


Vesparum, 207.b. fœtus eorum qualis & quomodo fiat, 228.h. fructus dulces appetunt, 227.d. grandiores Muscas venantur, 215.b. ictus & remedia, 234.c. icon, 226.h. Indici quam magni, 226.f. cas irritare prouerbium, 223.a. 233.b. eorum multitudo in India, 227.c. eorum insomnia, prouerbia, 233.b. locus & sedes, 227.a. mel, 123.d. moralia symbolica, 232.g. mores, 232.e. nidi descriptio, 229.a.b. icon. 230. & 231. noctuæ ijs contrariæ, 218.g. omnes aculeati sunt, 226.g. ortus generatio, 228 f. Muscas venantur, 359.a. sunt magis gregales quam Apes, 232.f. synonyma, 225.d. vbi nidificent, 227.a. in vlmo inueniri, 227.b. victus, dãna, 227.c. iumentis infesti sunt, 228.c. & f. vnicum eorum genus, 226.g. vnde dicti, 226.a. quando in sublimi, & quando sub terra nidificant, 207.d. eis vbi pecus non vexetur, 351.c. vsus, 333.b. eorum & Vespæ differentia. 326.g.

Crambe quid Plinio, 155.d

Crambis, 686.c

Crambides quid Aeliano, 6.c

Crambus Theophrasti, 685.c

Cranocolaptes Phalangij genus, 603.d. 604.e. eius signa & symptomata. 617.c

Crapaudine lapidis vis, 479.c

Crocodili corpus corruptum per Vespam significatur, 220.h. ex eo Scorpius, 205.b. 591.a. cum Scorpio antipathia, 593.b. per eum, & Scorpium, quid indicarent Aegyptij, 595.b.

Crocodili parui victitant Culicibus, 401.a.

Crocodilus à trochilo vt sanetur cum Sanguisugam hausit, 732.h.

Croco Apes mella sua tingunt, 103.b.

Croton quid, 545.a. in gramine nasci, 5.d

Crustata carent palpebris, 7.c. voce, 16.f

Cuculus cur nõ amplius cuculet sub ortum caniculæ, 321.a. de eo miraculum, 567.a. quando cuculet, 317.b. ex eius sputo non nasci Cicadas, 312.f. vt sibi à Cicada timeat, 321.a

Cucumis sylvestris Apibus noxius, 65.c

Cucurbita non est Vermibus obnoxia, 686.c

Cucurbitini Vermis lõgitudo, 651.b

Cucuphus Auis Hippotamo super inposita quid denotet, 30.f

Cucuios, 20.b

Culex aculeum habet in ore, 6.b. adamante operosior, 382.f. prope adriam sonorus, 389.b. Aegyptiorum plaga tertia fuit, 395.c.d. æquinoca eius, 382.f.g. an vnquã ad dulcia volet, 389.d. eo Araneæ victitant, 401.b. de eo Apologi, 398.c. & f. inter Cantharides vnus depingitur, 471.nu. 12. cubilibus, vt eiciatur, 402.c. Culex cuius generis, 384.f. cur à Deo factus, 362.e. cur volet quicte, 388.c. cur nõ omnes mordeat. 397.b. cur in solo volatu persire pat, 329.d. ab eo denominata, cognominata, 393.a. diligit lumen, 388.f. elephantum conferre ei quid, 398.g. de eo epitaphium, 398.e. epigrammata, 397.b.c. genera, differentiæ, descriptio. 385.a. genera quæ amant palustria loca, 389.a. genera ab autore obseruata, 385.d. generatio quot diebus absoluatur, 12, h. generatione vt differat, 385.b. hieroglyphica, 394.g. historica, damna, 395.b. hominem acidis illectum denotant, 394.h. icones, 386.e. & f. 387.b.c.d. eo infestæ cur sint metallorum fodinæ, 351.c. ab eo Leones vbi expulsi. 396.g. ob eum locus desertus, 396.f. mel procul sentit, 16.e. in eo miranda naturæ opera. 2.c. ab eo moralia, 393.d. eius mors. 395.b. ab eius morsu cur fiant pustulæ, 389.d. ab eius morsibus vt se defendant. Aegyptij, 401.c. eũ non curat elephantus Indicus, 399.a. in numo depictus. 114.f. eius ortus. 10.h. 372.e. 390.f. pati rotundos quid. 399.c.d. præsagia, 397.a. problemata, 397.a.b. prouerbia, 398.g.e. putridis cadaueribus nasci, 390.f. ad quæ aduolet, 16.c. quæ aues ijs gaudeant. 400.h. ijs quàm Muscis, cur durior aculeus, 385.b. in quibus plãtis generentur, 391.d. quomodo sonent, 388.g. quos fructus non attingant, 397.b. res vtiles significant, 395.d. Seditiosus homo per eos designatur, 399.c. sensus volatus, natura, 388.e. Senectam exuunt, 9.d sonus, 388.f synonyma, 382.h. ab ijs vastata vrbs. 396.a. vbi magis abundent, 389.a. vbi oriantur, 5.d. victus, 389.d. victo leone ab aranea deuoratur, 398.e.f. eos ucnatur Coccolus 492.e. vnde dictus, 384.g. vsus eius in varijs, 400.e. vt pugnent. 7.d. vt requiescant, 392 h. vt fugentur, & occidantur, 401.c. eos vt fugaret Apollonius Tyaneus, 591.d. eos vt arceant Septentrionales, 401.d. ijs vt capiatur tymallus piscis, 401.a

Culicis communis descriptio, 386.c. icon ibidem, nu. 1

Culicis alterius, & maximi descriptio & icon, 387 c.d

Culicis cauda bifurcata descriptio, 386.c. icon, 386.nu.2

Culices centrini qui, 385.d

Culices ficarij, 383.b. antennas habent, 7.b. vt maturent ficus, 400.c. vnde generentur, 391.c. duo eorum genera, 385.d

Culicis maximi descriptio, 386.c. icon ibidem, nu.3

Culices mulliones, 383.b. ad dulcia aduolant, 388.e

Culicum quadripennium descriptio. 387.a. icones, ibid. nu. 6.7.8.9. & 386. & 389. nu. 5.6

Culex vinarius Gazæ quid, 383.a

Culex pœmatium Virgilij quando conscriptum, 382.g

Culix herba, 382.b

Culicilega quæ auis Gazæ, 393.c

Cuniculus Hispaniæ symbolũ. 595.c

Cupido api similis 104.f.g. h. mellilegus dictus, ibid.

in Cupresso non nascitur Teredo, 691.a.

Contra Curculiones amurcæ vsus, 301.d. etymum, 300.c. forma, generatio, 300.f. historia, æquinoca, 299.b. Synonyma ibidem, d. eos interimunt napi semina, 302.f. ne fabam exedãt, quid faciendũ, 301.b. prouerbia. 302.g. in fabis quoq; generatur. 299.d. in tritico. 6.e. vt fugentur, 301.a.

Curculiunculus, 300.e, minutos fabulari quid. 301.g

Curoculus 373.a

Currus minimus sub Muscæ alis. 371.d

Cutiones Marcelli Empirici. 632.b

Cyaneus Phalangium quale, 603.c

Cydonomeli quid, 147.c

Cynicorum secta Cynomyæ comparata, 363.a.b

Cyniphes 344.e

Cynomya quid, 6 g. 560.h. cur illaudetur, 355.b

Cynorhaistes quid, 545.a. 546.e

in Cynosbati spongiola vermes nascuntur, 685.c

in Cyprino vermiculus niger, 6.g. prope branchias eius qualis vermis. 679.c

in Cyprino lato fœmina vermes nati, 680.e

Cyrnij longæui cur dicti, 92.h. 122.h. 123.a

Cyrroncs qui pediculi, 544.h. vnde generentur, 547.d

Cyri de Apibus dictum, 29.a

Cytisus cur Apibus conueniat, & quando floreat, 66.c

# INDEX.


## D

Daemon Muscæ figura apparet, 369.b. eius nota Scorpius, 594.f
Dalechāpij error, 262.f 634.f
Dapes cereæ, 181.d
Delphini celeritas, 258.f locus, 607.b. eum vt infestet Asilus, 714.e
Dimensum quid Latinis, 511.a
Demetrij philosophi de Cicadis dictum, 327.b
Democritus mellis odore vixit, 143.b. eius mos in sigillando, 174.b
ad Dentes exesos remedium, 696.e. eorum dolorem, 688.f. 696.f. vitiosi vt cadant 688.f. eorum Vermes vt fugentur, 676.b
pro Dentali quid vtantur pharmacopœi Galli, 71.
ad Dentitionem remedium, 704.b
Detractatores Culices dicti, 393.d. in eos emblema, 365.c. eos significat Musca canina, 363.c
Deus cur Vermis dictus, 464.e. omnia in mensura fecit, 362.e. in humano corpore per Scarabeum notatus, 363.d. cum in pulicis morsu inuocare quid, 565.b
Deorum cereæ imagines, 180.f
Diaboli typus, 724.g
Dialectica Cynomyæ comparata, 363.a.b
Dianæ vt Elci sacrificarent, 128.b
Dies luminaris vnde dictus, 167.b
Diligentiæ hieroglyphicum, 91.c. ea per Formicas notata, 527.c
Diogenis de Vespis dictum, 221.a. impudentia, 363.b
Dionysij ab Apibus augurij, 87.b
Dioscorides correctus, 617.a. illustratus, 731.a
in Dipsaci fructu Vermis nascitur, 5.d. 685.c. ex Erucarum genere. 272.b. quas habeat vires, 688.c
Disciplinę exoticę hieroglyphicum. 93.c
Diues Hirudini cur similis, 724.g
Docti qui Apibus comparentur, 95.a. & inde.
Doctores Ecclesiæ per fauum notantur, 135.d
Doctores vt vittæ dicantur, 136.f
Doctrinam alienam fermentum cur denotet, 131.c. allegorica fauus dicitur, 132.g
Dolia cerabātur apud veteres, 184.e. cur humi defodiantur, 138.e
ad Dolores sedandos, 468.f
ad Dolores capitis, 704.b
Domitiani mos Muscas captare. 367.c
e Domo vt expellātur Blattę. 504.e
Domiporta Ciceronis, 702.d. vide Cochlea.
Doppiones folliculi, 281.c. icō, 281.a
Draco cur heroibus consecratus, 60.e cur Formicas comedat, 519.a
Draco herba quæ, 140.f
Draco piscis qualis, 600.f
Dracunculi in cruribus nascuntur, 6.f. vbi, 657.a. cur, 441.a. vt curentur, 677.c
Dracunculus cum vrina excretus, 653.d
Druinus serpens Locustas venatur. 426.b
Drosomeli quid, 117.a
Drusi ab Apibus augurium, 87.b
Dulcia an Vermes generent, 661.b. facile corrumpi, 661.c. quandoq; amara fiunt, 104.f
de Dulcedine vitæ amaritudo vt significetur, 93.c.d
Dysderi Phalāgium, 603.c. quę mala excitet, 618.e
Dysenthericis vt cera exhibeatur, 185.c
ad Dyspnœam remedium, 633.b

## E

Ebrietas vt reprimatur, 146.e
Eburnei pugillares cur dabātur senibus, 172.b
Ecclesię fondamenta quæ, 103.b
Echionæ Muscæ, 344.g
Echineis Limaci similis, 702.b
Electuarium aßæ fœtidæ ad Scorpionum ictus, 590.e
Elephantem aliqui putant apud antiquos Lucam dici, 437.b. eius cauda pro muscario, 360.g. cum e Culice facere prouerbium, 398.g. eum Culici conferre quid, ibid. ei cur inimica Formica, 524.f. cum è Musca facere prouerbiū, 366.b. Indus non curat Culicem. 399.a. vt suem oderit. 398.b. vt Muscas occidat, 355.d. eū sexagīta cubitorū Vermes in Gāge mordicus comprehendūt, & abstrahunt, 717.d
Eloquentes cum Cicadis comparati, 324.e
Eloquētię hieroglyphicum, 91.a. ea melli similis, 137.c. vana hæreticorum Muscę comparata, 364.e
Emblema Vermiculatum quid Lucilio, 643.b
Empides Gaza Culices muliones vertit, 390.b. de is quæstio, 392.g. vt generentur, 390.g
Empis Tricorusia prouerbiū quid, 399.a
in Emplastris quantum olei & cæræ adhibendum, 186.e
Enses sine acumine cur tribuni militum ferrent, 30.g
Eugula quid, 561.b
Entoma vnde dicta, 16.f
Ephemeri historia, 372.f. & inde descriptio ex Scaligero, 372.b. 373.a. vita de quo dicatur, 373.a. de pedibus disputatio, 372.g.b. vnde dicatur, 372.g
ad Epilepsiam remedium, 371.b. 728.g. 760. eius signa diuersa ab ijs qui Lumbrico laborantibus eueniunt, 669.d
ad Epiphoras remediū 628.b. 629.a.
Equi ab Araneis morsi cura, 620.f
Equino cadauere quid significent Aegyptij, 220.b
Equorum ac cæterorū animaliū in intestinis nati Lumbrici vt fugentur, 683.a & inde herpes vt curetur, 688.e. Lumbricus cucurbitarius qualis, 680.g. Italiam denotant, 595.c.a Cimicibus ne appetantur, 537.b. Muscæ macilētos impetunt, 367.c. ex ijs nasci Crabrones, 228.c. ex ijs nasci Vespas credunt antiqui, 205.a morituri à Vermibus quæ habeant signa, 682.e. quibus in partibus Vermes generent, 679.a. à Scorpione icti symptomata, quæ habeant, 584.e. si Bupreſtem hauserint vt curētur, 491.a. ijs similes prædicatores sancti, 430.c. eorum Vermium in intestinis nascentiū quot sint genera, 680.f. Vermium pilosorum in ijs nascentium signa. 682.g. in eos ad vrinam vrinam retentam remedium, 539.c.
Equi λοκοπάδες qui, 205
Equi muscati qui, 360.b
Equuli marini historia, 737.d. vide Hippocampus,
Erganes deæ inuentum, 612.f.g
ex Erica quale mel, 77.a. ea quando abundet, 120.e
Erithace quid, 83.c. 84.e. eam vnde colligant Apes, 74.b. vnde fiat, 120.e
Erucæ aliæ alias plantas infestant, 254.b. in alucis repertæ quales, 259.b. animalia sunt perfecta, 4.g. Assyrios & Babylonios notāt, 432.c. eas ciceri innasci, 685.a. cur dira animalia Plinio, 175.a. de ijs cur inter Anelytra agat autor, 235.c. earum differētiæ à magnitudine, moribus, corporis partibus, 265.c. diuersarū icones, & descriptiones à 266. vsq; ad 274. eas spōte nasci, 255.c. vnde dictæ 265.a.b. carū genus quotānis euonymum infestans, 5.d. eas non lucere nocte, 265.c. earū noxę, 275.a.b. ortus, 12.b. ex eis nasci Cantharides, 475.a. non omnes abeunt in Papiliones, 254.b. vt simul

mul congregẽtur,276.g.quot pedes habeant,7.b.sunt Vermis species.11.b.Vermes vocat Aristoteles,254.e.f. ijs similes Vermes in homine nati, 653.

Eruca quæ vtilissima, 20.b.hirsuta perperam dicta Iulus,634.f maligna in fæniculo inuenta,298.b. Bombyciuora quæ,278.a.piccarum,298.g

Erucæ echinatæ Hippocratis icon, 269.nu.1. descriptio b.

Erucæ vulgares quę noxiores hortis & agris,274.b.historia,264.e. equiuoca,synonyma ibid. generatio, mores victus, 274.b. genus, differẽtię forma,265.b.vt fugentur,275.c.prouerbiũ de ijs, 276. b.vsus earum in medicina,276.g

Erucaranci descriptio, 267.d

Eruum non parit animal. 685.a

Erythrinorum sexus, 56.g

Esculus quæ animalia gignat,5.c

Etymologus correctus, 147.b

Eucaustica pingendi ratio, 175.c

Eucharistiæ sacellum ædificant Apes, 110.f

de Eunomo & Aristone fabula, 339.a

Eius statua cum Cicadæ cytharæ insidente, 328.b

Euni fugitiui mors, 553.a

Euonymus quę Insecta generet,5.c.

Exercitum significant Locustæ, & cur, 425.d

Excrementorum vtilitates,445.b

## F

Faba Midã generat. 6.c.299.d. cãne ex edat Curculio,301.b.eius semina Vermiculos sentiunt, 685.a

Fœminę sumptuosæ damna, 197.b

Fæx aluearis quid,84.e

Falsarius Locustis cõparatus,429.c

Fames per Locustam notatur,434.f

in Farre qualis Vermiculus,6.e.eius vsus in medicina,688 f

Fasciarum Vermium sic dictorum incredibilis in homine nascentiũ longitudo,631.b

Faucium asperitates lenit Gryllus, 444.f

Faui artificium,22.g.etymum, 115. d.pro cera & melle sumitur,156. b.eiº figura,23.a.à cella quid differat,83.b.qd & vnde dictus.82 b.& 115.d.eius duo genera,23.a synonyma,115. castrorũ species, 34.f.sub terra triplicis ordinis, 47.b. vbi longissimus, 23.a.vt eximatur, 82.e.f

Fauus vlceris genus.649.d

Fauago quid,127.c

Fauificari quid, 83.b

Faces nuptiales,182.f.cur nouis nuptis præferri soliti, ibidem.

ad Faces viuere quid, 188.f

Fax prima quid,182.e

Febris vt accendatur, 468.g.ad cã remedium, 381.d.628.g

ad Febres frigidas remedium,740. g.ad putridas, 728.g.& h.

Febris in cantharidum potu vnde. 483.b

Febricitantes & Lumbricis laborantes vt curandi, 674.e

Februalia Romanorum quæ,167.a.b

Februare quid,167.b

Fel vitæ symbolum, 130.b

Felium oculi quando optime cernũt, 463.a

Felix Nolanus vt scruatus, 627.c

Felpa quid, 297.c

Festina lente.prouerbium,228.e

Fiber quid, 201.b.c

Ficedula cur cerea dicta, 161.c

Ficus cur Pediculos gignẽt,550.e.ijs cur primo anni die vesci crẽtur veteres,131.a.vt Culicibus ficarijs amicę sint,390.e.f.à Locustis deuoratæ deuoratę iterũ germinant 426.e.quando eas edebant Aegyptij 128.b.Cerastẽ generant, 5.c. eas vt maturent Culices, 400.e

de Ficu quid prodigiosum,426.e

Ficariorũ Culicũ duo genera,385.d

ad Fistulas mellitę aquę vis, 148.d

Fistulas cera conglutinare quis inuenerit,183.d

Flammis Apulæi, 493.d

Floces quę antiquis, 138.e

Flores quid denotent,98.g

Floridum est suaue,326.g

Fõs apud Siculos æstrus dictº 373.d

Forbicinarũ historia,descriptiones, iconesq;, 570.e.f.& inde.vnde dictæ, 570.a

Formicæ inter animalia rationalia recẽsentur,512.e. alię venenatę, alię non,512.b.alatæ quales,ibi. alatę sunt & non, 5.a. albæ vbi, 513.b.earum antipathia, 524.f. Apibus inimicę sunt,524.f.apologi,530.e.& inde. appellantur Issedones,514.f.arcę pestis,519.b earũ artificia in fabricandis latebris, 509.a.cur asinis præferendæ.1.d.aurum custodientes vbi, 513.& inde.ijs bilẽ inesse quid, 367.b.ipsæ sua cadauera pro lumbrico redimũt aut cõmutãt,254. f.cælestiũ notionem habent,510.b cauernarum ingressus,511.d.cibũ in hyemẽ recũdunt, 507.a.ab eis cognominata et denominata,521 c.& inde.earũ coitus,partus,generatio,518.e.color.7.a. cur mortẽ adferant suo signo,521.b. cur grana ad solem exsiccent,508.e. cur oua gignant,518.e.cur frugi legæ dictę,518.g. de ijs cur inter Insecta ἄπτερα agat autor, 505. c.eas cur ciuiles appellet Arist. 508.g.cur Apollini sacræ sint, 525.a. cur cauernas suas in tres partes distribuant,508.b.dentes habẽt.9.c.dicuntur strenui operarij,525.c.de ijs emblema,521.c. earũ encomiũ,505.512. de ijs epigrãmata,521.a.de ijs exẽplũ prędonũ,27.d.fabulosa,532.g.forfices in ore habẽt,515.d.è frõdibus nidũ cõficiũt in abiete,515.d.frumenta sequũtur quid,140.b.earũ genus,differẽtię,512.b.habitacu lorũ descriptio, 509.b. hieroglyphica,527.c.& inde.de ijs historica,524.f. in homines mutatæ, 532.b.homine sapiẽtiores & cur 508.f.in India quantũ noceant, 520.f.de earũ ingenio altercatio, 521.e.earũ iustitia laudãda,508. f.latẽt,6.b.earũ locus,517.d.inter maiores et minores certamẽ quid portẽderit, 521.b. maximę vbi, 513.c.Mide,87.d.minimę domũ sibi condentes magnã,513.a.imminẽte annonę caritate magis laborãt,520.g.moralia, 525.b.more Hirudinũ nidũ faciũt & vbi, 516.g.mystica,525.a.nidi odor, 517.d.nidi icones,510.nidi in putrida quercu inuenti, & minorũ Formicarũ,icõ,534.nidos inspirare quid.519.a.et 532.e.nono mẽsis die non exeũt,510.b.oculi earũ vbi,517.b.c.œconomia,606.b ijs omnia cõmunia, 508.g.ouorũ facultas,519.b. partes & visus, 517.b.pẽnatæ vbi nũ sunt,517.d sunt pestis Bombycũ,289.c.earũ pietas erga suos,508.b. præsagia, auguria,prodigia,520.e.& inde. de ijs problemata,529.d.promuscis earũ qualis,7.d. de ijs prouerbia,531.b. earũ prudentia, 507. a.quænam sint esui suaues.516. c.qualia grana reponant, 508.e. qui nos ad laborem exhortentur, 525.b.c. quibus sacræ, 525.a.d. quibus corporibus abstineãt, 518. b.per eas quid indicarint Aegyptij,527.c.sub earũ rege cur militare voluerit Xãtippus, 29.a.de ijs sacri draconis cubile expugnãtibus historia,524.g.b.earũ semitam canere quid, 532.f.in senectute alas acquirũt, 517.c.ijs sensus è sacra scriptura hausti comparantur.527.a.pro solicitudinis exemplo perperam ponuntur,27 d.somnium earũ quid Neroni significet,521.a suis laboribº fruũtur,101.d sulphuris fussitu moriuntur,16.e.earũ synonyma, 512.e.

tem-

# INDEX.


tęperies, 517.c. vbi labores suos cõdant, 41.a. vbi conficiant laccã. 515.b. vbi alias mortuæ generẽt. 6.g. vbi rubræ, 513.c. vbi catuli sint magnitudine, 115.b. venenosas esse, 519.a. venenatæ vbi reperiantur, 516.f. Vermem gignũt. 518.e. earũ cum vespertilione dissidium, 528.g. earũ victus, 518. g. vires, 506.h. vnde dictæ, 512. g. ijs vrbes similes, 509.d. vsus, 522.f. vsus in cibis, 531.a in medicina, 530.g. in iconibus, 532.f. vsq; reliquas fugãt, 520.e. vt coeant, 10.h. vt in orbe nouo generentur, 518.f. vt mortuos suos redimant, 511.d

Formicæ Callicratis, 532.f

Formica Camelus prouerbium quid 531.b

Formicæ equites quæ, 512.b

Formica Formicę chara quid, 335.b

Formicæ Herculeanæ quę, 512.b

Formicæ vulgaris alatæ, & non alatæ icon, 517.a

Formicarum Indicarum historia, 154 e. an vera sit, 515.a

Formicæ luteas domos facientes vbi 513.a

Formicarum maiorum, & formiciformium Insectorũ icones, 517.b

Formicæ monstrosæ. 515.d

Formica qd Arabib⁹ medicis, 522.f

Formicans sapor qualis, 522.e

Formicaria herba, 523.d

Formicaria bona quæ, 528.e

Formicarium castrum vbi, 524.e

Formicariũ Phalangiũ quale, 603.c

Formicaria rutela quæ, 605.c

Formicatio morbus qualis, 643.d. quid Plinio, 522.f

Formicula quis morbus, ibidem.

Formicinus quid, 521.c

Formicoleo quale Insectum Alberto, 523.a

Francisci Maßarij error, 391.a

Fringillago quid, 646.f

Fritinnire quid, 315.a

Frugalitatis typus, 98.g

in Frugibus quando Vermes nascãtur 687.a

Frugilegæ cur dictę Formicę, 518.g

Frumenta cur nõ debeant ventillari in granarijs, 301.d. 302.e. ab ijs, vt Scarabęi arceantur, 469.b

Frumentary Scarabæi qui, 457.a

Fuci æquinoca, 192.b. an propriũ ijs genus, 194.f. antipathia, 196. b. Apibus aquã portant, 195.c. Apum seminariũ esse, 60.f. in eo bouis caput exprimitur, ibi. copia quando, 55.c. cur & quando eijciantur, 34.g. cur annis prosperis gignantur, 194.b. cur imperfectę Apes dicantur, ibid. cur sine aculeo ibid: cur otiosi, 195.b. cur otiosos esse bonũ sit, 55.c. cur sine aculeo nascantur, 594.g. cur ab Apibus odio habeantur, 195.c. cur regibus & Apibus similes, 194.e. eorũ damna, 196.b. descriptio, genus differentia, 193.d. dęptis alis quid faciant, 196.b. dissidia inter Apes excitant & cur, 73.d. epitheta eorum, 197.d. etymon, 193 c.d. fauos suos fingunt, 196.g fœtus eorum qualis, 57.b. generatio diuersa, 57.d. 194.f. gregales sũt, 195.b. eorũ historia, 192.b. & in de hieroglyphica, 197.a. icõ, 101. nu. 3. descriptio, 190. inermes sũt. 54.g. natura, & mores, 595.b. nõ nascuntur ex equis, 194.f. nõ sunt mares Apum, 49.a. nec etiã fœminæ, 54.g. non generant, 55.b. non sunt Vespę, 195.d. eos odit Apis & cur, 24.f. quando in Apũ cellulis pariant, 33.b. quando eos abigant Apes, 31.c. quãdo & quid Apes adiuuent, 58.f. ijs qui similes, 102.g. 33.b.c. à quibus Apibus nascũtur plures, 195.a quid sint & vnde dicti, 46.e. de ijs qd memorabile, 60.f. synonyma, 193. c. vnde nascãtur, 194.g. vt aluos plenas esse indicent, 80.f. vt eos Apes puniãt, 38.e. vt ducibus similes, 55.a. vt mel furentur, 38.e vt occidantur, 73.d

Fucus pro fraude, 193.c. pro herba, 193.a propigmento, 192.b. pro radicula, 193.b

Fucus cœruleus, 192.b

Fucus muliebris picturę genus, 176.e

Fuci marini tres species, 193.b

Fuga popularis per Apes significata, 93.d

Fullo qui Scarabæus, 448.b. antennas habet, 7.c

Fullo Gazæ, 458.b

Fumus vt Apes domet, 81.e.a aduersus Fungorum venena remedium, 148.b

Funerum Romanorum cerimoniæ. 178.f.g

Fur & fucus quid differunt, 194.c Apis species est, 46.e. otiosus est, 196.g

Fur Varronis quid, 193.c

Furiosus mitiori responso mitigatur. 221.b


# G


Galactite vt differat molitites, 127.a

Galba ortus 5.c

Galenus emendatus, 383.d. 404.f. dilucidatus, 633.b. eius ridicula opinio de Culice, 382.e.f

Galeritas cur honorent Lemnij, 407.a. 426.g. & h.

Galeruca quid, 447.b. crustą obtectas pennas gerit, 9.a

Galgulus vnuit Culicibus, 400.b

Gallinę quando non interficiantur ab aspide, 339.b

Gallus marinus quid, 738.e

Gammarus quid, 572.g. eius more ambulare quid, 572.g

Gaphagæ, 693.b

Garrulitatis typus, 327.b

Gaucus poto melle reuixit, 140.e.

Gazæ error, 255.d. 261.c. 262.e. 264.b. 391.a. 447.c. 475.b 560 g. 707.c. in vertendo Aristotelem laudatus, 674.c

Gecalę montis fertilitas, 51.a

Gemmę cur saxis prę ferantur, 1.d

Generationi quod tempus magis idoneum, 119.b.c

Gentiles per Locustam Iohannis Baptistæ notantur, 431.b

Gentilitas Apis dicta, 101.c. Musę comparata, 363.c

Geometrarũ icones, 274.nu.7.8.9. descriptiones & natura, 273.c

Geometriã nouerunt Arancę, 612.f

Gladius mellę litus in quem dicatur. 139.d

Gladios pisces vt infestet Asili, 714.e

Gloriæ inanis mala, 528.f eius vanitas per Locustã designatur. 430.f

Gobius piscis Vermib⁹ infestatur. 6.g

Gordonij error, 551.b

Gracculi cur apud Lemnios honorẽtur, 407.a. 426.g. & h. ab austro volãtes quid significẽt. 322.e

Græci Muscis comparati, 352.b 353.b Vespis, 218.e

in Grauaine inueniuntur Vermiculi. 685.d. eius Vermis ad partum continendum valet, 688.e

Grammatici Cimices dicti, 450.g

Granũ regium quid Mesue, 560.e

Granarium quale esse debeat, 301.c

Graniferum agmen dictę Formicæ, 518.g

Graphiarium quid, 172.g

Greges qua dici hora per æstatem pascendæ, 316.b

Grylli æquinoca, 442.e. candidiores qui, 443.a. eos capitis ratio, 444 f. cur cũ Locustis confundantur, 441.d. diu abscisso capite viuere, 444.e. excluso aere non viuere, 444.e. genus, differentię forma, 443.a icones, ibid. c. historia, 441 d. hyeme latẽt, 6.b. ex Locustarũ genere sunt, 442.g. prouerbium, 444.g. à quibus comedãtur, ibid. f sonus, 310.e, 443.d. vnde dicti. 442.g. vsus, 444.f

Grylli fluuiatilis historia 709.d

Gryllus picturæ genus, 442.f

Gryphes cur Apollini sacri, 525.a

Gulam multorum malorum causam

esse. 370.e per Brucum designatur, 430.f per Culicem, 394.g
Gulosi cum Cicadis cõparati, 325.c
Gummi vt albescat, 159.a
Gummitio quid, 83.d
ad Gurguliones remedium, 633.a
Gurgulio vide Curculio.
Gynæcium in Formicarum nidis quid, 509.b
Gypsum lacte male miscetur, 140.c

# H

ad Hemorrhoides remedium, 728.g
Hereticorũ consueta do in docẽdo 594.g.
Fucis similes. 102.g Cicadis & ranis similes, 324.g Locustis similes, 429.d.per muscam designantur, 364.e.per Scorpios, 594.f
Haltera quid, 186.g
Hastago quid Isidoro, 410.e
Hebræi mellis inuentores, 60.b
Heliogabali luxus, 181, d. 600.e
Heliotropium cur dictum Scorpiurus, 592.f
Hemerobium quid, 372.b
Herodis Antipathis & Ascalonitæ mors, 652.e.f
Herba canina quæ, 343.c
Herbæ Locustæ dictæ, 438.g
Herbicida quid Palladio, 265.a. 686.e
Hercules conopius cur dictꝰ, 393.a 428.g.in Muscã formatꝰ, 369.d ciꝰ somnũ Cicadę turbarũt, 339.c
Hermolai Barbari error, 407.b
Hermonax cur ab Apibus occisus, 38.f
ad Herpetem equorum remedium, 688.e
Hesychij error, 261.c
Hicron ab Apibus nutritus, 88.f
Hieronymus explicatus, 164.b
Hierosolymæ quatuor vastationes, 432.e
Hippidium quid Athenæo, 337.d
Hippocampa quid ab Hippopotamo differat, 736.g
Hippocampi æquinoca, 736.f. descriptio, 738.e.icon, 739.a.historia, 736.f.synonyma, etymõ, 727.b.venenũ & eius remedium. 739.b.& inde. venenũ eius non referri ad algam, 739.c.vsus in medicina, 740.e
Hippocẽtaurus melle seruatus, 153.c
Hippocratis locus explicatus, 663.b.696.g
Hippopotamo superimposita cucumis anis quid denotet, 30.f
Hippuri Muscæ, 344.g
Hippus Oppiano quid, 747.d
Hirudine bibacior qui dicatur, 730.c.eius & Cimicum antipathia, 538.f. cur in fluuijs degere non possit, 723.a.eius damna, & remedia, 730.f.ab ea denominata, 729.d.electio ad vsum in medicina, 726.f.vt ejiciatur pota, 539.b.& c.eius epitheta, 729.c. genus, differẽtiæ, forma, 722.e.vt lĩbentius hærcant, 726.b.locus, 723.a.natura, mores, victus, generatio, ibid moralia, 724.g.motus, & ingressus, 724.potæ signa & remedia, 730.g.& inde.de ea prouerbia, 730.c.qua aqua delectetur, 723.a. à quadripedibus hausta vt pellenda, 722.g. quæ pernitiosior, 722.c. quãdo in morbis adhibenda, 726.f.quem sanguinẽ exugat, 726.d. synonyma, 721.b.vbi adhibeatur & ad quos morbos, 726.d.728.c.vsus in medicina. 725.a.vt applicanda corpori, 725.a.b.vt auellatur, 725.c 727.a vt fugetur, 724.f. vt sanguinem amet, 723.b.vt præcidẽda cum corporis partibus adhæret, 727.a. vt præparanda cum applicari debet, 726.f
Hirudinis aquarum dulcium & marinarum differentiæ, 722.e
Hirudinis, variæ icon, 765.
Hirudinis marinæ historia, & icon, 733.b.& inde.
Hirudinaria herba quę, 729.d
de Hirundine Cicadam in nidum suum deportante, 332.b cur Dianæ tẽplum non inuolet, 352.e.incertus veris nuncius est, 257.b. eius indocilitas. 356.c.industria 23.c sine Muscis viuere nõ potest 359.a quomodo capi potest, 341.c.vt Blattas è nidis arceat, 504.f
Holosericũ & metaxa idẽ esse, 295.c.vsum eius cur negarit vxori suę Aurelianus Imperator, 295.c
Homini ex alieno labore commodũ quærentis typus, 197.a. ei arduũ esse imperare & obtemperare, 30.g. dulcibus tantum gaudens per Apes notatur, 92.f febricitãs & moriens per Scarabæum notatus, 464.g. ferox Scorpio appellatur, 573.b.eius ingeniũ ceræ simile, 170.g.an omnis laboret Lũbricis, & qui nõ. 656.h. virtute vacuus cũ Scorpione comparatus, 595.a
in Homines mutatę Formicę, 532.b
Honorij mors. 553.b
Hordeum cur in puluere serendum. 529.d eius farina quando offertur, 134.g.quando maturũ, 497.c.in eius radicibus Vermes generari, 685.a.eius spica neglecta ad triticũ se conferũt Formicę, 511.c
Hordearia loca q̃ Scaligero, 259.b
Hordeum cæterium quale, 460.b
Hortos infestant Culices, 395.b.ex ijs vt pellendæ Blattæ, 504.e
Hostis Locustis similis, 424.g.eius impetus cum Locustis comparatur, 430.g
Hostium mutua cædes per Scorpiones significatur, 595.b
Humilitatem cera denotat, 169.d
ex Humoribus omnibus non nascũ Vermes, 659.b
Hybla mons vbi, 49.c
Hydrolcos qualis Aranea. 605.a
Hydromeli quid Plinio, & Dioscoridi, 147.c.vt fiat, 150.c
ad Hydrocelen puerorum remediũ, 704.f
ad Hydropem remedium, 441.c. 469.d.728.g
Hycmis siue tempestatis signum, 322.e.
eam vt præsagiant Vespæ, 219.d
Hylusçus Thasius Apum naturam perscrutatus, 22.c
Hymettius Atticæ mons cur Apibus abundet, 49.b
Hypocritæ Culicibus comparati, 397.c.Fucis, 102.g.Aranearum telis, 626.b.melli & felli, 137.b. Scorpionibus, 595.a
Hypodromus Phalãgij genus, 604.f
Hysericæ fæminę vt à laborantibus Lumbricis distinguantur, 669.d

# I

Ibis auis Locustas serpẽtesq́, depascitur, 426.b Ichneumones Vespę quę 200.g. earum ortus, 206.g.cum Phalangijs antipathia, 218.g.& 610.f. & 624.g.
ad Icterum remedia, 481.b.695.d. 559.c
Idea Platonis, 327.b
Idolatriæ spurcities per Muscam designatur, 364.c
Iecoris & cordis necessitas, 8.f
Iecur & liẽ melle intumescũt, 153.b
in Igne non nascuntur Conopes, 391.a
Ignis nullum creat animal, 658.e
Vermes in eo generari, 701.a
Ignei Vermiculi quid portenderint, 646.e
Ignis S. Antonij quid, 522.g
Igni sacro quæ conferant, 444.f & 695.d
Ignaria, 259.a
de Imaginibus cereis multa, 176.g. & inde.eas quis primus in venerit, 180.g. vbi collocarentur, 176.g.179.a
Imagines cur æreæ & lapideæ factę 179.c.cur fiant ex cera, 180.g.

*cur in funeribus ducerentur*,178. *f. vt colorentur*, 178. *h. subditæ quæ*, 177. *d*
*Imagines ex quo magistratu*,178. *c*
*Imagines quorũ frangerẽtur*, 179. *b*
*Imaginum alius vsus*, 179. *d*
*Imbres vt præsagiant Vespæ*, 219. *d*
*Impar numerus nõ diuiditur*, 182. *g*
*Improbus cui similis*, 626. *g*
*Impudentiæ, & importunitatis hieroglyphicum*, 365. *a*
*Incẽdiũ cera immissa extinctũ*.189. *d*
*Incerare deorum genera quid*, 166. *f*
*Inconstantia hominum discordantium denotatur per Locustas in Aegyptia plaga*, 418. *e*
*Increpare quid*, 315. *b*
*Indocilitatis hieroglyphicum*. 363. *b*
*Indi ceram idolo offerunt*, 168. *g. cur à candelis noctu abstineant, & alijs luminibus*, 402. *f. vt se à Culicibus defendant*, 401. *d*
*Inimicus quamuis humilis metuendus*, 465. *b*
*Insectorum in aculeis differentiæ*, 9. *b. aculeorum vsus* 3. *a*. 9. *b. aculeata quo tempore magis noceant*, 234. *e. eorum alarum diuersitas*, 8. *g. alatorum diuersitas*, 7. *b. an respirent*, 14. *e. animalia esse perfecta*, 3. *d. apoda quæ*, 7. *b. aquatilium differentiæ*, 5. *a. b. aquatilia cur minus diu in aere viuant*, 18. *g. h. bipennia cur aculeum in ore habent*, 9. *d. cuncta breui à coitu pereunt*, 12. *e. eorum calor*, 18. *g. caro*, 8. *f. carent palpebris*, 7. *c. coitus diuersitas*, 10. *h. Coleoptera seu vaginipennia quæ*, 7. *b. eorum creatio tanti facienda, quanti magnorum animalium*, 2. *f. cur genita à Deo* 3. *a. cur oleo pereãt*, 18. *f. & aceto reuiuiscant*, 14. *f. cur non respirare dicantur*, 14. *e. cur spirandi vsus negatus ijs*, 15. *b. cutis eorum qualis*, 8. *g. cur alijs exãguibus præferat autor*, 1. *c. cur multis pedibus prædita*, 10. *f. cur encolada dicta*, 16. *h. cur plantis similia*, 17. *c. cur auersa aluo cocant*, 12. *e. cur pulmone careant*, 15. *a cur parum comedant*, 10. *h cur pauco indigeant cibo*, 13. *c. cur non respirent*, 14. *h. cur voce careant*, 16. *f. cur aeris beneficio viuant* 18. *g. cur alia binas, alia quaternas alas habent*, 9. *a. eorum damna*, 19. *a. dentes*, 7. *d. differentiæ à loco*, 6. *h. differentiæ à partibus corporis*. 7. *a differentia à qualitate, & quantitate, ibi. differentiæ à victu*, 10. *f. diuisio secundũ authorem*, 5. *a etymon*, 3. *e. eorum fœmine maribus maiores* 11. *a. fœmina in marem membrũ genitale immittit*, 11. *a in fossilibus raro generantur*, 5. *b. frigida esse*, 13. *c. generatio vt absoluatur* 12. *h. genus, differentiæ, forma*, 4. *h. gustus*, 16. *e. hominum peccantium causa immissa sunt*, 19. *a. b. incessus varietas*, 12. *h. intestinũ quale & vbi*, 8. *e. laus*. 1. *d*. 2. *e lingua*, 7. *c. linguę vsus*, 9. *c. membrũ genitale*, 11. *d. membrana sicca volant*, 44. *g. eorũ mirabilis sexus* 11. *a. multipeda quæ*, 7. *b. mutilata viuere possunt*, 13. *b. sine neruis & visceribus perfecta esse*. 4. *c. nõ possunt dici cartilaginea*, 8. *g. oculi quales*, 7. *c. oculi vt moueantur ibid. odoratus qualis*, 14. *e*. 16. *e. odorandi sensorium diuersum ab alijs*, 15. *b. oleo mortuo vt reuiuiscant*, 18 *f. omnia excepto Scorpione cauda carent*, 9. *d. oua quã citò perficiãtur*, 495. *d. eorũ ouum vt definiendum*. 16. *b. c. partes sensoriæ*, 7. *c. pedes eorũq; vsus*, 10. *e. pennæ & aculeus abscissi non renascuntur*, 9. *d. pennata vt respirent*, 14. *e. in plantis quæ*, 5. *c. eorũ cũ plantis similitudinis distinctio*. 17. *d. & inde. præcinctum quid*, 318. *e. ea à principio mundi extitisse*, 12. *g. eorũ pulchritudo*, 9. *a. ex putri nascentium varietas*, 12. *f. quæ partes omnibus necessariæ, & cõmunes*, 7. *a. quæ dentes habeant*, 9. *c. quæ ex rebus artificiatis*, 6. *g. quæ aculeo careant*. 8. *h. quę binas & quatuor alas habẽt*. 9 *a, quæ senectã exuunt*. 9. *d. quę serpẽtia dici possint*, 13. *a. quæ sex pedes habeant*, 10. *e. quæ in animalibus generentur*, 6. *f. quæ aculeum habeant, & eius diuersitas*. 8. *e. quę nobiliora*, 20. *g. & h. quę lateant*, 6. *h. à quibus apertè occidantur*, 19. *b. quæ viuaciora*, 17. *a. quæ quatuor alas habeant*. 8. *h quæ omnivora & quæ non*, 10. *g quid sint*, 3. *b. quid vice sanguinis habeant*, 14. *h. eorum semen*, 12. *f sensus*, 14. *g*. 16. *e. corũ sonus dupliciter fit secundũ Albertũ*, 353. *d*. 554. *e. spirare non posse sine visceribus*, 15. *b. subtilitas & præstãtia*, 6. *e sulphuris odore intereũt, ibid. synonyma*, 3. *b. tactus* 16. *e. tẽperies*, 13. *c. terrestria quæ*, 5. *b. totipennia quæ*, 9. *b. Vaginipennia vt volent*, 52. *h. venter qualis*, 8. *e visceribus carent*, 8. *e. vitæ tenacitas*, 17. *a. fragilitas*, 18. *e. vnde dicta*, 14. *f. vniuersaliter non omnia frigida esse*, 13. *d. vocẽ non edere sed sonum*, 16. *f. vt animalia imperfecta dicantur*, 3. *d. vt fugentur*, 19. *a. & b. vt moriantur*, 12. *h. vtilissima quę*, 20. *h. vulua eorum qualis*, 9. *d*
*Interaneorũ aliqua quę Plinio*. 647. *c*
*Interlunij indices Scarabæi*, 471. *a*
*Intestinorum aquaticorum descriptiones & icones*, 67.
*Intestina terræ*, 693. *a. vide Lumbrici terrestres*.
*Inuidi Cãtharidibus cõparãtur*. 475 *c. scarabæo*, 462. *e. tineę*, 699. *c*
*Inuolutulus Festi*, 685. *d*
*Inuoluulus quid Plauto*, 5. *c*
*Io Oestro agitata*, 381. *a*
*Ionatha ex solo melle restauratur*, 144. *f. gustato melle vix absoluitur*, 93. *a*
*Ipoctouus*, 486. *b*
*Ips Vermis vestiarius*, 6. *g*
*Ips cur vitiarius dicatur*, 5. *c*
*de Ipe adagiũ*, 487. *a. historia*, 486. *g. non est serpens*, 486. *g. quando generatur*, 687. *c*
*Ira paulatim apud animum collecta Vespæ comparatur*, 220. *g. per rubiginem innuitur*, 430. *g*
*Iridis cœlestis epitheta*, 119. *c*
*Iris quid Aegyptijs*, 41. *d*
*Isidori error*, 315. *a*
*Isis per Scarabeũ notata*, 462. *b*
*Itrium placenta quæ*, 144. *g*
*Iudęos Locusta significat*, 430. *b. nõ vtuntur cera & cur*, 168. *b*
*Iughandes melle toto anno seruantur incorruptæ*, 154. *g*
*Iulis pisces*, 634. *f*
*Iuli ęquinoca & synonyma*, 633. *c. præcisus cur viuat*, 18. *e. cur plurimos habeat pedes*, 634. *g. & h. ciº forma*, 639. *g. icon*. 636. *nu*. 7. *à Scolopendra quid differat*, 634. *e vsus*, 696. *f*
*Iumẽtisne noccãt Culices*, 402. *f. eorum Vermium generatio*, 681. *b*
*Iuppiter ab Apibus altus*, 111. *b. ἄκρος cur dictus*, 404. *c. eius facies quãdo miniaretur*, 175. *a. ciº ῥsepe* 381. *b. Apomuyus*, 359. *d in Iouis Catebatis tutela Scarabæi*, 461. *b*
*Iuppiter Melissęus cur dictus*. 60. *g*
*Iustus Apis dictus*, 100. *e. eius os distillat sapientiam*, 134. *c*
*Iuuenalis emendatus*, 177. *c*
*Iuuẽcis Crabrones infesti sũt*, 228. *f*
*Ix quid*, 486. *g. & h*.
*Ixia quid*, 151. *c*
*Iynx quæ auis*, 521. *c*

L

*Labiorum rimas sanat oleum cerę*, 187. *a*
*ad Laborẽ adhortamur exẽplo Formicę & Cicadæ*, 526. *e. eius magni exemplũ est Formica*, 506. *e. pater fruitionis dicitur*, 105. *d. quantũ faciat ad virtutem parandam exemplo Formicarum*, 507. *c*

# INDEX.


ad Lac generandum in mammis mulierum remedium, 696.g
Lac in nutricibus coagulari non patitur Cera. 185.b. c. eo pluere quid 141. b. eius vsus quatenus vtilis. 490.h rationabile & desiderabile est, 134.e
Laccam congerentes Muscæ, 345. a. vbi conficiant Formicæ, 515.b
Lacertæ absolutæ in corporibus humanis natæ. 653. b. rescissæ viuunt, 17. a. carum catulis Aranei insidiantur, 624 f. ne Apibus noceant, 665. b. vt occidantur, 65. a
Lacerta Chalcidica, 13. a
Lachetas Cicada quæ, 310. e
Lactucæ Vermiculos innasci, 686. e
Laertæ quæ Formicæ, 516. g
Laha quid Alberto, 702 g
Lampetra Lumbrici fluuiatiles dicti, 717. d Hirudines marinæ dictæ apud Strabonem, 733. b
Lampas dicitur quoq; Cicindela, 493. a
ex Lampsana plurimum ceræ colligunt Apes, 156. e. eius descriptio, 155. c
Lampyris, 448. b. vide Cicindela ab ea denominata, 497. b. ci⁹ humor lucidus qualis, 494 g. nobilitas, 20. b. eius lucens humor venenosus est, 494. g
Lampyris alata, & non alata, earumq; icones. 495. a & b
Laodemia cereum imaginem mariti habuit, 179. d
Lapathum cantherium, 460. b
Lapides cur pertimescat Lupus. 679.
ad Lapidem vesicæ efficax remedium. 539. c. 599.
Laserpitiferus ager Cyrenis, 500 g
Larix vbi Teredini obnoxia, 691. b
Laudis humanæ fauor, mel, 135. b
Lectus dictus Catullo Cimex, & cur, 536. f
Legumina venerem cient, 257. b
Lendes qui, 6 f. eorum historia, 569. c. ex ijs pediculos fieri, 551. c. d vnde generentur, 546. g. vt generentur, 536. g
Leno Tipulæ comparatus. 707. c
Lentisco inserta non esse Vermibus obnoxia, 688. b
Leonis generationi cur Apum similis 55. c. eum adlatrans Catulus quid, 223. b. infestatur à Culicibus, 396 f. g. Museis comparatur, 357 c. non est molestus Papilionibus, 258 f. Scorpionis ictu moritur, 582. b. comatus qui dicatur, 29. d. Formica dictus, 523. b
Leoformicarius & eius historia. 523. a
Leontica sacra, 128. e
ad Lepras remedium, 441. b. 530. g 740. g
Lepus in nummismate Mesanensium & cur. 113. d
ad Lethargum remedium, 539. c
Leucacātha Vermes generat, 690. b
in Lentisco pisce quales Lumbrici, 6. g
in Leuciſci secunda specie Rondeletij Vermes nasci, 680. e
Leges optimæ quę, 30. g
Lex quibus Locustis similis, 431. a
in Libris & charta quæ Insecta nascantur, 6. b. vt à Blattis custodiantur, 503. b. c
Libido & nequitia per Scorpium notata, 595. c
Liba Priapo oblata, 130. e
ad Lichenem remedium, 480. e
Lien & iecur melle intumescunt. 153. b
Ligno arido fiunt Carabi, 458. b
ex Lignis putrefactis Scorpiones. 591. c
Ligniperdę historia, 306. genera & icon. g. vnde dicatur ibid. e
Ligniperdæ aquaticæ historia, 708. Papilionis eius icon, 763. a. b. itē alterius sine festucis icon ibid.
Ligurire quid, 353. c
Lilium floris genus, 326 g. eius succus mel dictus, 114. b
Limax & cochlea quid differant, 702. f. an edatur & vbi, 703. e. diuersæ eius icones, ibid. genus, differentiæ, forma, 702. b. historia 702. f & inde. ex eo cosmeticum remedium, 704 f ruffa quę 702. b. cum testudine confunditur, 702. f eius Synonyma, ibidem, vsus, 704. c. & inde. vbi viuat. 703. a
Limacius lapis qualis, 702. b. 703. a. eius vsus, 704. b
Lini inuentio Arachne tributa, 631. e. eo obligabant litteras suas veteres, 171. e
Lincis vestibus cur Aegyptij sacerdotes vterentur, 554 e
ad Lippitudinem remedium, 371. b
Liquores tres optimi & magis vtiles homini qui, 40. e
Litta quæ. 6. f
Litterarum studiosis parce epulandum, 323. c
Liuonum simplicitas, 160. b
Locrenses cur in numismatis Cicadas habuerint, 328. b
Locustæ æquinoctiales, 404. e
Locustæ Aegyptiæ vbi natæ, 418. e. per eas plaga octaua Aegyptijs fuit, 422. e
Locusta an oculos habet, 411. a. antipathia & pugna, 428. c. & inde. de ea apophthegmata, 434. g. de bene canente carmem, 436. c. bouem prius pariet quid, 437. b. ea & Bruchus non simul existunt, 422. f. eius & Cicadæ commune sepulchrum, 435 d. de ea & Cicada fabula, 349. e. coitus, partus, educatio, 418. f. de ea cur inter Coleoptera primum agat autor, 403. d. eis comparati Troiani, 424 b. cur duros habeat oculos, 421. a. eam pro mundo animali habet sacra Scriptura, 439. b cur ova gignat, 518. e. cur μάντις vocatur, 425. d. cur mastax dicatur, 421. b. cur locis montanis non fiat, 416. b. cur posteriora crura longiora habeat, 410. b. cur exercitum significet, 425. d. cur diuinatrix dicta, 434 f. cur in cibo concedatur, 432 b. denominata, 428 f. & inde. emblemata. 434. b. epigrammata, 435 a. epitaphia, 436 g. h exercitus descriptio, 417. d forma, descriptio, 410 g. & inde. genus differentia ibid. f Hebræis concessa in cibū, 439 b. Hieroglyphica 434. c. & inde. historica, 429. a. b. eam ex humido generari, 419 c. icones 412. 413. 414. 415. 416. f. Iohannis Baptistæ animal fuit, 438 f. quid moraliter hoc signet, 430. b locus, 410. g. ea Locustam vt fugat, 426. f. mare transuolat, 417 c eius mentem habere quid, 437. b. eius militaris exercitus, 422. c. moralia, 429. b. & inde. mortuæ reuiuiscunt, 423. b. numisma, 437. e. & inde oculi cur duri, 421. a. omnes fœminæ, 419. c. eas orationibus fugari, 427 b. ova qualia, 419 a pedes, 10 f. pedum hieroglyphicum, 434 f pedalia, 420. f. pollicis magnitudine, 422. b. per eam populus gentilis designatur, 421. b. eius posteriores pedes prioribus sunt longiores, 10. e. præsagia, & prodigia, 425 a. & inde. prouerbia. 437. b eas quæ aues depascant. 426. g. & h. ex qua putredine gencrentur, 429. c. quando maximum stridorem edant, 420. e. quando maiora damna inferant. 421. d. quibus sese medeantur, 421. c. quibus in cibum cedant, 439 b rege carent, 417 d. senectam exuit, 411. b. se inuicem deuorant, 428 f. ex siccitate generantur, 419. d. ijs similes sunt hostes, 424. g ijs similis est Oestrus, 376. e. earum sonus visus, 420 f. sonus non in suauis est. 420. g. nō sunt semper signa belli, 425. b. tres pedes longæ vbi, 410. g. vbi dentes habeant, 420. g. vbi eas occidere cogātur, 417. a. vbi scorpioni

pioni infestæ sunt, 580 h. earum Vermiculi quales, 679 c. venter, 8.e. Vescentes ijs populi cur breuiores vitæ, 440.h & 441.a. earum victus & damna, 421 a. vnde dicta, 410.e. vnde nascantur, 12.f. in volatu earum quid diuinum est, 417 d inter volatilia & reptilia ambigunt, 417 c. vsus in cibis, 438.e. & inde in medicina. 441. b. eas vt capiant Acridophagi. 439.d. & 440.e. vt coeãt, 10.h. vt fugentur, 426.e. vt moriantur, 418.g. 420.e. & f. vt sonent, 16 f. vt volatum exerceant, 417.c

Locustula, 406.h

Locusta piscis qualis, 404.f. instrumentum quale ibid.

Locusta Scorpiomachus, 593.a

Locusta venefica, 404.f

Locutio quid, 16.f

Lodouici Imperatoris dictum de Pediculo, 542.h. 559.a

Longobardorum fratres qui dicti, 654.a

Lotus melligenus herba, 126.h

Lucanus cornua vel forfices gerit, 7.c

Lucani Nigidij descriptio, 448.h. 450.h. icon, ibid.

Lucanus vnicornis, 7.c

Lucani Papilioni similis descriptio. 451.a icon ibid. nu. 5.

Lucanus poeta ab Apibus altus, 88 f

Lucas antiqui appellant boues. 437.b

Lucerna cereæ candelæ prælata, 182.e

Lucina Olympia, 129.d

Lucula vnde dicta, 493.d

Lumbrici alij veri, alij veris similes, 655.a. eorum causa efficiens. 657.d quid, 647. 693.b

Lumbrici hominis toto genere præter naturam, 672.g. eorum causa finalis, 657.c. formalis, ibidem. d materialis 658.h. eorum differentiæ in ventre & intestinis nascentium, 647 g. tres species esse qui dixerint, ibid b. eorum insomnia quid sibi velint, 667.a. ex quo humore generentur, 657.c. d. 660 e omnes ætates infestant, 670.g

Lumbrici qui Iuli dicantur, 633.d

Lumbrici repunt, 13.a ortus & genera, 12.f. pedibus carent, 7.b. qualis in Leuciſco, 6.g. in quibus generentur, 6.f. 671.g

Lumbricorum signa communia in homine nascentium, 654.h. ex stercore qui generari dicant, 659.a. in ventre nascentium synonyma, 650.g. mortuos aut vi-uos excernere an bonum, 671.a. vt fugentur, 697.c.d

Lumbricus latus cur ab Hippocrate omissus, 647.g generatio, 662 g. num pariat, ibid. ex pituita nasci, 659.c. prognostica, 670.c synonyma, 649.b. vide Tænia.

Lumbricorum marinorum historia, 333.c. icon, & vsus in medicina, ibidem.g

Lumbrici rotundi, & teretes qui, 650.g. origo & an pariant, 673. b. icones, 652. nu. 3.4. prognostica sumpta à quantitate, & qualitate, 670.f. à tempore excernendi ibidem, g. à modo excernendi, ibidem h. signa 668.g

Lumbrici terræ antennis carent, 7.c coeunt & quomodo, 694 f.g. cur plurimos alat Anglia, 693.d. historia, ibidem, præsagia, 695.b. apologus, ibidem, 6. propriè dicuntur Vermes Alberto, 639 b. eorũ synonyma, 643.a.b. genus, differentiæ, descriptio, ibidem, locus, victus, generatio, ibidem. d. moralia, 694.h. 695.a. quando è terra exeant, 7 a. ijs vescuntur pisces, 697.b.c. vsus in medicina, 695.c. & inde in cibis, & alijs, 697 a

Lumbriculus, 675.d

Lumen diligunt Culices, 388.f pro creationis signum est. 182.h. eius natura in Lampyride, 496.g

Lunæ qui Scarabeus dedicatus fuerit, 463 a

Lunati calcei apud Romanos quid significent, 330.f

Lupinus non parit animal, 685.a

cum Lupo antipathia Muscæ, 358. h. eius cadauera sequi quid. 140. h. ab eo carnes & pelles laceratæ cur Pediculos gignant, 550.g cur lapidis pertimescat, 679.a. ad Vesparum ortum confert, 205.b. eum vt Muscæ fugiant, 357 d.

Lupus Araneus qualis, 602.g. 603. a. 604.e

Lupus salictarius, 302.f

Luscinarum musica, 23.c. Pediculis infestantur, 545.c. sibi Formicarum ouis medentur, 530. h. tardilinguæ dictæ. 324.f

Lutræ absolutæ in corporibus hominum natæ, 653.b

Luxuria per Erucam notatur, 430. f. per Muscam, 364.e

Lybici vt contra Scorpios defendant seſe, 581.b

Lychnis syluestris vt Scorpionibus contraria, 585.b

Lysistratus Sicyonius quid inuenerit, 180.g

Lyssa vermis sub canũ lingua, 680.b eius vis & vsus in medic. 682.g


# M


Madixa quid Hispanis, 285.b

de Mago & Musca ridiculum, 352.e

Malæ ne fiant hirsutæ, 530.b

Maledicentiæ symbolum, 221.b

Meledici Cantharidibus comparati, 475.d Scarabæis, 461 d

Malefici vt per Vespas notati 121.b

Maltha quid Latinis, 156.b. quid Polluci, 174.g

Mala musica, 126.b

Mala infestantur Vermibus, 685.b eorum vsus, 688.f

Malua satiua & syluestris quando floreat, 246. f. Cimices generat, 6. e

ad Mammarum suppurationes remedium, 696.f. ad puerperarum. 503.d. earum Vermes vt sanentur, 677.a

Manna quid Suidæ, 124.e. in quibus arboribus colligatur, 117.c

Manna sicca, 117.b

Mantis te vidit, prouerbium, 437.b

Mantis agrestis quid significent, 437.b

Manubalista instrumentum bellicum, 577.c

Marcellus iurisconsultus emendatus. 298.g

Marcellis Virgilij error, 127.c. 650. e 737.b

Marc mortuum cur sic dictum, 423.a

Maria virgo per candelam ceream significata, 167.c

ad Marisas remedium, 704 f

Marij summus honor. 168.f

Martis matris festa, vt celebrentur apud Romanos, 167.c

Martius mensis qualem Vermem gignat in Germania, 720.e

in Masculæ Veneris sectatores, 461.c

Mathioli error, 260.h. 541.b

Maza quid, 467.a

contra Meconium haustum remedium, 148.h

Medici vt rectè vtantur Cantharidibus, 479.a

Medicinæ primus inuentor, 41.d

Medo Germanorum, 150.g. potus ex melle, 147.a cum qui plurimum libant, 150.g

Megarenses muscis infestati, 368.g

Mel acre cur laudetur, 124.g. eius acrimonia vt auferatur, 144. h eius æqutuoca, 114.h. amarum vbi 122.f. an Vespa conficiant. 211. d. eius in antidotis quantitas, 154 f. Apum cibus, 78.h.


Apum

# INDEX.


Apum labor vocatur, 21. b. in arundinum foliis, vbi, 22. f. Atticum cur laudandum, 120. b. Atticũ non gustant Scarabæi, 468. e. in aurum vt conuersum, 152. g. Bacco sacrificatum, 128. g. bonitatis signa vnde petenda, 124. b. in cellis Craboni existit. 229. a. eius & ceræ substantia diuersa. 157. c. acetosum quale 125. b, citius faciet Scarabæus quid 466. g. h. coctum aluum adstringit, & cur. 148. b. c. coctum cur aurum rescat, 139. b. color, 118 f. copia eius quando, 55. c. in eo corpora sepulta, 130 b cur sit vile, 143. c. id cur Deus sacrificari noluerit, 131. b. cur antidotis admisceatur, 154. f.

Mel cur aqua misceatur, 158. b. cur celeste donum dictum, 141. d. cur Ceræ prætulerit autor, 155. b. cur bonum & calidum in locis frigidis, 121. f. cur bonum colorem efficiat, 144. g. cur dictum Hymettium, 49. b. cur inflationes pariat, 153. b. cur natura venenatum fecit, 123. b. cur naturæ meatus dicatur permeare, 148 g cur non diu coquendum, 145. e. cur primo anni die vescerentur veteres, 131. a. cur in Ponto venenosum, 122. f. cur in sacrificiis offerri prohibitum, 93. c. cur vlceribus acre, 137. d. cur vini fæces eleuet, 138. b. ab eo denominata, 126. f. diligentiam notat, 91. c. diis & hominibus gratum cur dictum, 142. b. dulcissimum vbi, 120. b. inter dulcia calidissimum, 148. f. id edens nunquam ægrotat, 143. b. eius electio, 124. f. & inde de eo epigramma, 139 c id extremis digitis gustare quid, 141. c. factitium, 124. c. ex floribus ab hominibus collectum, 124. f. floridum quid, 118. f. co fluere quid, 141. b. c. flumine petere quid. 141. a. in frigidis morbis maxime idoneum. 148. a. genus, differentiæ, 118. e. historica, 152. g. homines longeuos facit, 39. b. insanioſum vbi 93. a. eius inuentores qui, 60. b. 50. f. lacte mixtum in potu datum, 140. b. id è longinquo sentiunt Muliones. Culices, 386. e. eius mali notæ, 125. d. medulla de quo dicatur, 139 d. moralia, 132. g & inde. multorum est symbolum, 128. c. à Muscis intactum quale, 353. c. natiui differentiæ, 118. e. & inde. niueum & durum vbi, 121. d. nocumenta, 153. a. 148. g. odor cur nutrire possit, 143. b. de eo & quo Democriti dictum, 39. c. in ore Leonis mortui quid significet, 93. d. eius ortus in foliis plantarum, 117. a. ex eo oleum & eius facultas, 112. g. pane iniecto corrumpitur, 126 f. de petra fugere quid, 141. b. c. plantarum naturã refert ex quibus colligitur, 120. f. præstãtius in locis calidioribus. 121. b. ex eo problemata, 137. d. prouerbia, 139. c. d. qua die melius eximatur, 81. b. conseruare id quę nequeant, 155. a. quale ex buxo. 122 g. quale bonum, & quale non, 45. c. quale commedit d. Io. Baptista, 123. d. eius quando maior copia, 116. g. quando in conuiuijs administretur. 143. c. quando id ederent Aegyptij, 128. g. quando conficiendum & quomodo, 82. g. quando nihil eius detrahendum, 78. b. quantum nutriat, 144 c. quantum eius in castratione eximendum, 80. g. eo qui Dei placati, 128. b. 129. a. d. eo qui vixerint, 143. a. quibus prosit, 148. g. in quibus bilem generet, 153. a quibus mortis symbolum, 130. b. ex quibus herbis præstantius, & ex quibus illaudatum, 76. e. f. quid Pindaro, 92. f. quid sit, 116. c. quo tempore copiosius colligatur, 119 a. b. c. quod in imo est, cur optimum, 137. d. & inde, 138. f. pro re iucunda & delectabili, 141. d. recens an melius vetere, 138 b roscidam esse materiam, 116. e. sacietatem habet, quid, 92. g in Sardinia pessimum, 122. b. ex eo seipsum obuoluere quid, 140. e. Siculũ cur laudatum, 66. c simul cum Fucis in eadem cella esse potest, 194. b solum per se nutrire, 144. f. ab eo similitudines, 137. a, summis digitis delibare quid, 139. d. synonyma, 115. b. eius temperies. 148. f. tempore an arescat, 126. e. Thymum planè olens reijcitur. 125. c. vbi laudatissimum, 120. f. & inde. venenosum, 122. f. venenati signa. 123. b. c. remedia ibidem, venenatum ex plantis, 123. c. d. eius quot vindemiæ, 80. f. vnde dicatur, 115. c. vnde constet, 22. g. eius vsus, 39. b. vsus in cibis, 141. d. ad conseruanda cadauera, 153. c. vsus ad dulcorandum, 129. b. vsus in medicina, 148. g in potu, 145. b. in sacris, 128. e. & inde. vt adulteretur, 126 c. vt aluum moueat, & vrinam, 148 f. vt ament id Muscæ, 353 b. ex eo vt aqua distilletur, & eius facultas, 151. 152. vt Deo offerri possit, 132 c. vt despumetur, 145. a. vt optimè coquatur, 145. a. ex eo vt vina fiãt apud Taulantinos, 147. b. ac apnõ quid, 121. c. amarum, 118. e

Mel acœton laudabile, 124. g. & quid 122 f. acraton quid, 122. f. anthinum, 80. g. ericeum, 119. d. quale, & vnde dilutum, 121. d. galbanarium, ibid. c. heliconum, 90. e. mœnomenon quid. 122. g. simblium, 44 c. syluestre quid, 123. d. & inde quid denotet, 136. h. thymosinum quale, 124. g. frugum quid, 114. h

Meleulum, 142 e

Meliceria cur facies dicta, 127. b

Meliceridarum precium, 143. d

Meliceris vox æquinoca, 127. b herba sic dicta, ibidem. c morbus qui a. b. ibidem.

Melicratum cum Oenomeli confundit Pollux, 146. g. eius vsus ex Dioscoride, 148. d

Melilotus herba quæ, 126. h

Melimelum quid, 126. g

Melinus color qui, 127. c

Melis animal quale, 147. a

Melissa herba, 89. a. puella quæ, 41 c

Mellis inuentrix, 60. g. ciuitas quæ, 41. d

Melissonius locus vnde dictus, 41. d

Melyssophyllum vnde dictum, 89. a

Melites lapis, 127. a

Mellaria vrbs, 128. c

Mellarium quid, 63. c. vide Apiarium.

Mellarius qui vocetur, 61. a. optimi officium, 61. a. & inde.

Mellationis terminus, 80. g

Melleus color, 127. c

Mellifera Musca, 343. a

Melinum vestimentum, 127. c

Mellita quæ dicantur, 143. d

Mellitæ aquæ vis, 148. d

Mellitum laqueum quid vocitaret Diogenes, 91. a

Mellona Dea, 128. e

Melomeli quid, 147. c

Melampyrum herba quæ, 360. e

Melancephali Cantharidis descriptio, e nu. 7

ex Melancholia non fieri Vermes, 659. d

Melolonthes Aristotelis descriptio, 449. d. icon 450. nu. 6. colcopteron est 444. b. vt ea ludant pueri. 468. b

Membrax quid, 309. 310. c

Memoriæ locus, 356. e. ea quæ animantia ualeant, 52. f

Menius vt Apes coluerit, 22. c

Menna ab Apibus nutritus, 109. d

Mensa apiata, 89. d

ad Mensas ciendos, 480. b. 488. b


Mercu-

# INDEX.


*Mercatores vt Apibus denotentur*. 103.*b*
*Mercurio qui Scarabæus dedicatus fuerit*, 463.*a*
*Mercurij præcipitati vis*, 478.*b*
*Meretricis hieroglyphicum*, 93.*a*
*Merops vt capiatur*, 341.*c*
*Merulæ albæ vbi*, 513.*b*
*Mespila infestãtur Vermibus*, 685. *b. qualibus, & quando*, 686.*e.f.*
*de Messis prædictione epigramma*, 435.*a*
*Metalla cur liquefacta, & coacta sint opaca*, 163.*b. eorum fodinæ Muscas interimunt*, 351.*c*
*Metapontinorum agri fertilitas*, 114.*f. quibus designetur*, 437.*d. eorum numisma cum Locusta*, 437.*d*
*Metaxa quæ*, 285.*b.* 295.*b*
*Metaxarij qui*, 295.*b*
*Meteora quę*, 3.*d*
*Metys quid*, 83.*d*
*Militum agmen per Culices signatum apud Aegyptios*, 395.*a. qui Fucis comparati*, 197.*a*
*Mica quid*, 512.*g*
*Mida in faba*, 6.*e*
*Midæ fabula*, 524.*f. Formicæ*, 87.*d*
*Militia anara vt notetur*, 105.*d*
*Militiæ typus Apes*, 34.*f*
*Milium quando serendum*, 497.*e. eius semina Vermiculos sentiunt*, 685.*a*
*Millepeda*, 407.*c.* 632.*b.* 634.*f. vnde dicta*, 7.*b.*
*Miltum minium significare*, 174.*b. de eo opinio Manardi*, 673.*c*
*Minerua ἀκρία cur dicta*, 404.*e*
*à Minimis timendum*, 465.*a*
*Minium Sinopicum*, 175.*a*
*Miniata cerula*, 174.*b*
*Minotaurus in numis*, 113. 114.
*Moabitæ Muscas adorabant*, 364.*b*
*Modestiæ & temperantiæ typus*, 434.*c*
*Molle voce caret*, 16.*f. caro* 8.*f. caret ossibus & spina*, 8.*f*
*Molothurus herba quæ*, 485.*a*
*Monachæ Apibus similes*, 99.*d*
*Monachi Apibus similes*, 98.*e. eorum vita communis*, 98.*e*
*Monemerum*, 372.*b*
*Monstra non fieri ex Vespis & Apibus & cur*, 206.*g*
*Montani errores*, 681.*c*
*Morbi Pediculorum causa*, 551.*b*
*ad Morbos varios mulierum*, 480.*b*
*Morbum Regis quem vocent Angli*. 710.*b*
*ad Morbum regium*, 633.*a*
*Mordella Gazæ*, 307.*a*
*Mortis symbolum*.
*Mortuos deserunt Pediculi & cur*, 549.*b. melle placantur*, 39.*d. mella ijs infusa*, 130.*b. in melle sepulti*, 153.*c.*
*Mortui post rem bene gestam typus*, 263.*c*
*Mortui à Pediculis qui*, 531.*d*
*Mori arboris electio ad Bombices alendas* 289.*b. quando colligenda eius folia, ibidem. vbi seruanda*, 289.*c. per pluuiam collecta quando, & qua copia offerenda, d. peculiare Bombycum pabulum est*, 286.*b. vt cito germinet*, 287.*b*
*Morum acerbitas per Scorpios notatur*, 581.*d. similium imperfectorum significatio*, 221.*a*
*Moscardinus Scarabæus*, 449.*a.b.*
*Moscouia vt Apibus abundet*, 50.*g*
*Motus syderum per Scarabæum notatus*, 463.*b*
*Mulæ in numismate*, 113.*d*
*Mulier ex Apicula nata | ur laudanda*, 34.*e fallax quæ in sacris dicatur*, 133.*a. cerea quæ dicatur*, 176.*e*
*Muliones Culices*, 383.*c. mel sentiunt è longinquo*, 388.*e*
*Muliones Dalechampij* 385.*c*
*Mullus cur post tertium partum sit sterilis*, 679.*c*
*Mulsa aqua austera Arabum, & eius vis*, 150.*e*
*Mulsum cur magni fecerunt Romani*, 146.*e. id cum Oenomeli idem esse*, 146.*f. eius inuentio*, 146.*e. potus ex mel*. 396. *ex quibus antiquitus fiebat, & quod optimum*, 145.*b. quid ab eo differt melettites vinum*, 146.*g. eius vis ad longæuitatem*, 143.*c. vnde dicatur*, 146.*e. vt fiat ibid. f. lethale quid*, 140.*e*
*Mulsam offerre quid*, 142.*e*
*Multipeda quæ*, 7.*b.* 632.*c. eius historia ibidem, quid Plinio*, 715.*b*
*Mundi hieroglyphicum*, 463.*b*
*Mulierum ingenium*, 233.*c*
*Mures in Aegypto è terra nascuntur*, 312.*g. ne frumentum edant*. 301.*c*
*Muris strepitum metuere quid*, 569.*b. cum vt infestent Pulices*.
*Mus Araneus quis*, 623.*d*
*Muris napelli facultas*, 370.*f*
*Mus Pornopios*, 428.*b*
*Muscarum abactores qui dicerentur*, 367.*a. eas in absinthio nasci*, 686.*e. aculeos habent in ore*, 9.*b. aculei vsus*, 9.*c. Aegyptiacæ quę* 101.*c.* 363.*c. earum æquiuoca*, 342.*b. ætas*, 358.*g. alas habent apertas, & binas*, 7.*a. sub earum alis currus minimus*, 371.*d. an in exordio mundi creatæ*, 362.*e.f. an vtiliter creatæ*, 361.*c. earum anima soli præfertur*, 342.*c. animalia impudentia*, 355.*b. de ijs apologus*, 370.*e. in Apulia aliquam mori quid significet*, 352.*f de ijs apophthegmata*, 367.*d. aqua necata, vt reuiuiscant*, 79.*d. aqua moriuntur & cinere reuiuiscunt*, 15.*b. in earum aurora quid*, 367.*c. ex cadaueribus maxime nascuntur*, 355.*a. eas capta re, apud medicos quid significet*, 361.*b. earum cognominata*, 359.*a. coitus*. 11.*d. eis comparati leones*, 557.*c. in eam conuersæ mulieris fabula*, 369.*c. eius & Culicis discrimen*, 385.*b. cur anteriores pedes habeat longiores*, 10.*e. cur solo volatu perstrepet*, 329.*d. eæ cur apud Pyramides Aegypti multæ*, 352.*f. eas cur fecit Deus*, 362.*e. cur obliuiosæ*, 356.*e. cur eis assimilatus Aiax*, 355.*d. ab eis denominata*, 359.*c. dentes habẽt*, 7.*d. à Deo creatæ sunt*, 2.*g. pro dijs venerata*, 364.*g. eã pellere quid*, 367.*b. earum diuersarum icones*, 346.*f g.h.* 348.*f.g. h.* 150.*e.f. dona*, 91.*d. de ea emblema*, 365.*c. epigramma*, 365.*d fabula*, 369.*c. earum forma, & descriptio*, 345.*b. generatio, coitus, partus*, 554.*g. genus, differentiæ*, 344.*f. eius cũ Græcis comparatio* 352.*b. & 353.b. grãdiores Vespæ non capiunt*, 215.*b. ex earum haustu dysenteria*, 369.*a. carum hieroglyphica*, 364.*b. historica sacrificia*, 364.*f. historica*, 368.*e. homini contubernales*, 353.*c. ea hyperbolum trahit*, 355.*e. earum icones in scuto*, 371.*c. ea apud Indos venatur Araneas*, 606.*b. eius indocilitas*. 356.*e inducias cum hominibus facit*, 364.*f. eis infestus halitus metallorum*, 351.*c. infestissimæ vbi* 345.*a. earum ingenium, mores, sensus*, 355.*b. Insula vbi*, 360. *g lucem amãt*, 109.*c. earum laudes*, 356.*c. locus, victus*, 351.*b. de ea & mago ridiculum*, 352.*e. magis coit tempore pluuioso*, 354. *g. eæ mel sequuntur quid*, 140.*b. melliferæ*, 345.*a. mirè audaces*, 355.*b.c. carum molestia, morsus, & aduersus hæc remedia*, 357.*a. moralia*, 362.*f. ne carni insidẽt*, 357.*c. non respirant*, 14.*c. non recta volant & cur*, 354.*f. non ingrediuntur in templum Iouis*, 314.*g. carum noxæ præcipuæ*, 357.*c. eas vt occidant elephanti*. 355.*d. oleo moriuntur*, 353.*c. omnes nascuntur è Vermibus*, 354. *b. earum ortus*, 10.*b. eis percussa Aegyptus quid significet*, 362.*f. g. inter prælia deorum cur censeantur*, 355.*c. prærogatiuæ earũ*,

353.c. præsagia, 361.a promuscis qualis, 7.d. de ea prouerbia, 366.g.h. ex qua putredine oriatur, 355.a. carum quæ viuaciores, 358.g. quæ animalia infestant, 344.f. quæ putrida prosequũtur, 10.g. quædam ex terra prodeunt. 205.d. quale mel non attingant. 120.h. 121.a. quando magis mordẽt, 357.b. ijs qui homines comparentur, 362.f. & inde. per eas qui puniti sint, 368.f. & inde. cã qui in clypeo gestarit, 265.b. in ijs quid obseruarit Homerus, 2.c. pro quolibet paruo volucri, 343.a. quos nõ attingant, 224.g. quot pedes habeant, 345.c. in radice napelli existunt, 370.f. in sacris litteris quid significẽt, 363.b. sanguine viuunt, 10.g. earum sexus distinctio, 345.d. ea significat Luxuriam, 364.e. soli anteponitur, 2.g. solito acrius mordentes quid præsagiant, 361.a sonus, & earũ volatus, 353.d. sphondilio delectantur, 353.c. ei splenem inesse quid, 36.b. ea & stultitia & Aranea, vt Dauidi vtiles fuerint, 361.c. subitaneus eius partus, 57.a. sympathia & antipathia, 338.b. temeritas, 355.d. vbi non reperiatur, 351.c. vbiq; apparet, ibidem eis vescitur Scorpius, 582.e. vescuntur Phalangia Cretica, 610.c. ne veterinaria infestent, 358.e. Viperis similes, 344.g. earum visus, odoratus, gustus, 357.a. eis vitæ terminus angustus, 358.g. volatus earum cum sono, 354.f. vsus in medicina, 370.e. vt amẽt mel, 353.b. vt à cadaueribus arceantur, apud Scythas, Aegyptios, & alios, 678.c. vt colorem mutent, 3.b. vt cruorem moueant, 7. vt homines vexent, 355.c. vt lacament, 352.b. vt murmur edant. 15.a. vt oleo moriantur, & reuiuiscant, 366.c. vt sonum edant, 16.f. vt in vnum locum congregentur, 358.e. vt pellantur, 19.b. vt venentur & occidant Crabrones, 227.d

*Musca aculeatæ*, 345.a

*Musca ahenea quæ*, 343.a

*Muscæ aquaticæ historia*, 706.g. *boariæ descriptiones*, 347.a. & *icones*, 346 nu. 2. & 3.

*Musca caballina quæ*, 374.b. *cæca quæ*, 343.a. *canina*, 346.c. *canina contraria quarto precepto*, 363.a. *caninæ synonyma*, 343.d

*Muscæ Hippuri*, 344.g

*Muscæ laccam congerentes*, 345.a

*Muscæ latifrontes quæ*, 344.g

*Musca lusus qualis*, 343.a

*Musca megalocephalc, & eius descriptio*, 347.a

*Muscæ militares quæ*, 344.f. 446.c

*ex Muscis napelli antidotus*, 370.f

*Muscæ qui olim dicti*, 366.b

*Muscæ cuiusdam Stratiotidis icon, & descriptio*, 762.b

*Muscæ venenosæ*, 344.g

*Muscæ vinaceorum historia*, 372.e

*Muscæ virides & pictæ*, 345.b

*Musca vulgaris descriptio*, 345.c

*Musca dicta mulier*, 359.a

*Musciformis Insecti descriptio*, 150.b. icon nu. 11. & 12

*Muscini non nascuntur ex putri aceto, nec sunt ephemera*, 372.e

*Muscaria quid*, 360.f.g

*Muscarium quid*, ibid.

*Muscaria bubula, ibidem.*

*Muscarola quid Italis*, 360.b

*Muscicapa quæ*, 360.f

*Muscipeta*, 360.f

*Muscipula quid, ibidem.*

*Muscula & musca*, 343.d

*Musica*, 327.c. ex ea remedia contra multa mala, 621.a

*Myagros Deus*, 359.c. *Statuarius*, 360.f

*Myagrum herba*, 360.f

*Myodes Deus*. 359.d

*Mylabrides*, 448.b.

*Mylagrides Scarabæi*, 448.b

*Mylæcon siue pistrinaria Blatta*, 501.c. vbi oriatur, 502.g

*Myocephalos quis morbus*, 360.b

*Myons vrbs vastata à Culicibus*, 396.e

*Myrmecedes artifex*, 524.e

*Myrmecites lapis*, 523.d

*Myrmecium Phalangium*, 603.c. 604.e. quæ mala excitet, 618.c

*Myrmidonum fabula*, 532.g. & inde.

*Myrmidones populi quales*, 523.d

*Myrsine pyri species*, 490.g

## N

*Napellus cur muricida dictus*, 370.g

*Napellus vbi abundet*, 370.f. ad eius venenũ remedium, 370.g

*Naphthæ natura*, 156.b

*Napi semina Curculiones interimũt* 302.f

*Napus syluestris*, 155.c

*Narbonensis prouincia Cicadis plena & cur*, 314.g

*in Nasturcij seminibus nasci Vermes*, 681.b

*Naues an sola cera ceraurentur*, 184.g

*Naues Ceratæ vnde dictæ*, 156.g

*Nectar deorum vnde*, 39.b. *diminũ*, 141.d. quid apud antiquos. 146.g

*Necydalus quid*, 262.e

*Negligentia per apologum damnata*, 339.d

*Nepa quid*, 572.g

*Nephalia dijs cur oblata*, 130.g

*Nepotes vnde dicti*, 573.b

*Neronis cæna*, 143.d. *mortis præsagium à Formicis*, 521.a

*ad Neruorum contractiones remedium*, 468.f

*ad Neruorum dolores*, 696.f. *stuporem*, 468.f

*Nestoris eloquentia*, 91.b

*Nicander explicatus*, 519.a

*Nidus de Vesparum cellis dicitur*, 207.a

*Nigua quale animalculum*, 563.d

*Nisculus*, 692.a

*Nitedula*, 493.d

*in Niue cur Vermes generentur*, 701.g.h. 702.e

*Nix mulsa quid*, 150.b

*Niuis natura*, 702.c. *in ea Vermes generari*, 700.h. & *inde quales sint ij Vermes*. 701.a

*Nobiles qui dicendi*, 20.b. *qui apud Romanos*. 20.g

*Nobilitatis signum apud Aegyptios, & Athenienses*, 328.f

*Nobilitas duplex*, 177.b

*Noctiluca*, 494.e. *cur noctu visibilis*, 496.g. *vide Cicindela*.

*Noctuæ Apibus contrariæ*, 218.g

*Noui apud Romanos qui*, 177.b

*Nuptiarum ritus*, 131.a

*Nux auellana non attingitur à Scorpio*, 586.b

*ex Nucum iuglandium cortice qui Vermes generari possunt, & eorum vsus*, 686.f

*Nympha quid*, 11.c. *Apum quid*, 57.b.c

*Nymphæ Formicæ quales*, 512.b

*Nympha vt à Sirene differat*, 58.e

## O

*Obedientiæ populi erga regem hieroglyphicum*, 90.g

*Oblitioni quæ obnoxia*. 52.f

*Obtrectatores Cicadis similes*, 330.b. *in eos emblema, ibid.*

*Ochus Persarum rex Gladius dictus*, 43.a

*Ocymi cibus Pediculos gignit*, 550.e. *commanducatum Vermes adfert*, 686.f. *ex eo Scorpius*, 591.b

*Octi*

# INDEX.


Oclipedem excites prouerbium, 597. d.
ad Oculorum albuginem remedium. 628.g
Odorem quæ in aqua non sentiant, & quare, 15.c
Odor quid sit, 14 h. vnde fiat, 15.d.
Oenomeli ex musto, & eius incommoda, 146.g. cum musso idem esse, 146.f
Oestro agitata, 373.d. eius æquinoca, 373.d. denominata, 379.d. epitheta, 381.c. pro fonte apud Siculos sumitur, 373.g. pro furore accipitur, 373.d. eius generatio similis regum, 78.f maxime æstate infestat boues, 378.g. eo percitus quid, 381.c ab eo prouerbia ibidem, quid, 54.c. quid Isidoro, 374.f. ex sanguisuga non generatur, 723.d. eius synonyma, 374.f. eius & Tabani historia, 372.b
Oestri aquatici historia, 713.c. & inde.
Oestrus auis Aristoteli, 373.d
Offa saporata, 129.c
Oleas amant Cicadæ, 314.c. cur, 319.c
Olea & Oleaster cur Teredinem non sentiant, 691.b
Oleum cur nō cum aqua misceatur. 138.h. cur putredini resistat, 154.b cur à sole candefiat, 163.a. cur offertur deo, 168.b. distillatum Vermes occidit, 646.b. de eo & melle dictū Democriti, 39.c. eius imum cur deterrimum, 138.g. eo occidūtur Insecta, 292.g. qui gustat id in quo suffocatus est stellio pediculis scatebit, 550.g. quid significet, 92.b. quod in alto fluitat cur optimum, 138.f. vbi optimum, 51.a
Oleum cedrinum, 117.c
Oleum ceræ vt fiat, 186.g.h. eius vsus, 187.a
Olei Lumbricorum conficiendi ratio, 696.b
Oleum de saxo fugere quid. 141.c
Oleum è Scorpionibus vt fiat, & eius vis, 598.f.g. & inde. valet contra Scorpionum ictus, 588.b
Oliua an Apibus prosit, 157.b. florem eius non attingunt Apes, 65.c
Olfactu plurimum valere Culices, 388.e
Ololygon quid, 721.a
Olera ne Pulicibus infestentur, 567.c. eorum Vermes Herbicidæ Palladio, 686.e
Omphacomeli quid, 118.e
Oniscus cum Iulo confunditur, 632.e
Onisculus, 693.a
Onus, 632.c
Onyx quid Dioscoridi, 499.c
Ophydron quid, 442.f
ab Ophiomaco hieroglyphicū, 434.f. vt virtutem notet, 433.c
Ophioctone Dioscoridi quid, 635.c
ad Ophthalmiam remedium, 705.a
Oraculorum diuinorum symbolum, 134.c
Oratio mellitus laqueus dictus. 91.a
Oratio quæ mellita, præfocatio, 140.c
Oratores qui nihil orando prosunt quales, 323.d
Orchidum vis ad fœcunditatem, 60.g
Orchis Arachnites quæ, 623.d
Orchis Myodes, 360.f
Ordinem qualem in hoc opere seruat autor, 20.g
Oribates Phalangij genus, 604.f
per Origani fasciculum & Formicam quid significetur, 528.g
Oripis Vermis historia, 700.h
Ormesinum quid, 297.c.
Orsodacnæ historia, 307.a
ad Orthopnœam remedium, 409.b 504.c
Os quid Aegyptijs, 41.d
Oscbophoria, 130.g
Osiris per Scarabeum notatus, 462.b. quid Aegyptijs, 41.d
Ossa fracta solidat & extrahit Lumbricus terrestris, 696.e
in Ouium capite cur Vermes generentur, 681.d. cur Apibus noxiæ, 64.b. 55.a. habent Vermes super locum strictura narium, 655.b. nec Ricinis infestentur, 562.c. earum lana à lupis deuorata Taneis, & Pediculis obnoxia, 699.a. eas quæ Insecta infestant, 6.g. in qua parte Vermes generent, 679.a. Rediuos habent & nō Pediculos, 546.e. Vermem si comederint vt curentur, 697.d
Oxymel quid, 151.b. in eo cur aqua misceatur, 151.d


# P


Padus siue Eridanus Apes alit, 50.c
Paganorum doctrinam mel denotat, 131.c
ex Paguro Scorpius, 591.a
Palea intra telam coacta Cimices nō generat, 537.b.
Palladius correctus, 519.c
Palma in numismate, 112.g. eius fructus quid notet, 112.b
de Palumbo miraculum, 684.f
Palpebris quæ animalia carent, 7.c
Pamphilæ inuentum, 2[illegible]a
Panci Musæ dicti & cur, 343.a
Panicum mel frugum dictum, 114.b
Pantcum nigrum, 115.a
Pantherinæ mensæ, 89.d
Papaueris succum vt & cur exhiberent veteres in cœna nuptiali, 131.a
Papillarum rimas sanat oleum ceræ, 187.a
Papilio animal perfectum est, 4.g. eius alæ quales, 236. alas habent apertas, 7.b. eius in aluco noxæ, & vt capiatur, 78.g antēnas habet. 7.c. cācri marini chelis prehē sus quid significet, 258.f. coitus, partus, educatio, 253.b. cur Apibus noxius, 65.a. cur oua gignat, 518.e cur Cicadę prælatus, 207.c. ab eo denominata, 246.g. differētiæ, descriptio, & icones, à 236. vsque ad 253. de eius generatione non rectè scripsit Aristoteles, 254.c incertus veris est nuncius 257.b. locus, volatus, cibus, æras. 256.c. eo non molestantur Leones. 258.f. eius oua qualia, 253.b oua per hyemem conseruantur, 253.d. prouerbia, 258.c. eius copia quando, 246.f. quando ex putri nascatur, 245.c. eius semē cur cnico simile, 264.e. synonyma, 235.c. cum venatur Phalāgium. Creticum, 610.e. vnde fiat, 12.f. vt occidatur, 78.c. vt lateat, 253.c. pro maculis cutis in febre pestilenti sumitur, 256.b
Papiliones aculeati scisioni dicti, 236.f
Papiliones in arborum cauis nati quales, 245.b
Papilionis argentei descriptio, 250.f. icon, 249 nu. 2
Papilionis Bombycum historia, 261.b
Papilionis Crucigeri descriptio, 244.g. icon, 243. nu. 5
Papilionis ex Eruca non texente foliculum natæ descriptio, 236.g. icon, 237. nu. 3. ex Eruca quam olim Bononiæ pluit descriptio, 239.c. icon, 240. nu. 1.
Papiliones habentes promuscides, 241.a
Papilio ignauus quid Plinio, 259.b
Papilionis Leucomelani descriptio, 239.b. eius icon, 238. nu. 3. λευκοχλωρου descriptio, 244.e.f. icō, 243. nu. 3. Variegati descriptio, 244.f. icon, 243. nu. 4
Papilionis ad lucernam aduolantis descriptio, 248.b icon, 249. nu. 13. historia, 258.c. mores, ingenium, 259.c. & inde. nocumenta, 260.g.h. & inde. synonyma, 258.c

# INDEX.


Papilionis Lutei descriptio, 241. a. icon, 240. nu. 8. maximi descriptio, 236. f. icon, 237. nu. 1. & num. 4.
Papilionis maximi icon, & descriptio, 761. c. d
Papilioni mediocris magnitudinis descriptiones 241. icones, 242. nu. 1. 2. & inde per totam tabulā quartam, & 245. b. & inde. & 248. c. & inde.
Papilionum minimorum descriptiones, 245. d. 248. 250. icones, 247. 249. 251.
Papilionis minimi πολυχλώρου descriptio, 245. c. icon, 246. nu. 7. & 248. g. icon, 249. n. 3. πολυοφθάλμου descriptio, 239. icon, 238. nu. 4. πολυόφθαλμου alterius descriptio, 245. a. icon, 244. nu. 1
Papilionis ex minimorum genere. descriptio & icon, 762. b
Papilionum rarioris formæ descriptiones & icones. 252.
Papilio saturoides & eius descritio, 241. d. icon, 242. nu. 10.
Papilionis viridis descriptio, 236. f. g. icon, 237. nu. 2
Papilionis traicearij icon, 249. nu. 23. & 251. nu. vltimo.
Papiliones ex Vermibus, 255. b
Papilionacei flores, 257. a
Papilio siue tentorium, 246. g
Papilio regis Sinarum memorabilis. 246. g
in Papyro scribere quando inuentum, 170. b
Parasiti Musæ dicti, 366. b
Parnopius Deus quis & vnde dictus, 228. b
Parthi iaculis iactis fugiunt, 108. b
ad Partum continendum remedij. 688. e
Pari Apibus inimici, 218. g
Passer Cicadam dilanians quid significet, 322. g
Passer mellitus quid, 92. f
Pastinaca syluestris, 155. f
Pater aut vir per Scarabæum notatur, 464. f
Patres sancti Apes dicti, 102. f
S. Paulus Cicada dictus, 326. b
ex Pauonis pennis fiunt Muscaria, 360. g
Pauperes cur multis Cimicibus infestentur, 536. f
Paupertatis & molestiarum symbolum, 534. b
Pausaniæ error, 283. d
Pax ex bello denotata per Apes, 105. c
Peccatum originale dicitur Tinea, 699. c
Peccantes muti, 324. g
Pecus vbi Muscis Crabronibus, & Vespis non vexetur, 351. c
Pedes quid, 543. d
Pedes nauales quid Plauto, 544. e.
Pedicelli descriptio, 545. a. ea cum remedia, 556. b. vbi oriatur, 6. f.
Pedicosus quid, 544. e
Pediculi, 543. d. decis Aenigma, ludicrū, apophthegma, 548. g. eis in capite laborantes cur caput habeant sanius, 545. b. æquiuoca, 543. a. cos cur fecit Deus, 362. c. cur mortua corpora deserant, 549. a. b. eos cur generent pelles à lupo commorsæ, 550. g. denominata, cognominata, 558. e. eorum differentiæ, 544. g & 545. b. generatio victus, 546. g. de generatione variæ sententiæ ibid. g. h. & inde historia, 542. h. ijs infestantur etiam præfecti militū, 548. e. eos ex Lendibus fieri, 551. c. d. loca ijs infesta, 548. f. eos nō occidunt Bancani, 557. c. non fiunt ex humoribus aduſtis, 551. b. c. non fiunt ex sanguine, 547. a. parui Lendine Hieronymo Mercuriali dicuntur, 569. d. ab ijs proverbia, 559. b. ab ijs mortui, 551. d. eos qui populi edant, 559. c. in quibus generentur, 6. f. quo calore foueantur, 549. a. rubros quosdam dari, 547. c. vt in stratu apparent, 559. a. eorum sylua capilli, 547. d. vsus, 559. c. vt fugentur, & occidantur, 554. c. vt inter se differant, 545. b. vt enecentur, 148. h. vt intra, & extra corpus gignantur, 547. c. vulgares quando rubri, 548. e. vulgares vnde generentur, 547. d.
ad Pediculos aliorum animalium remedium, 557. b
Pediculi animalium diuersorum, 557. b
Pediculi apum morbus, 68. f
Pediculus canis, 561. b
Pediculi feri qui Aristoteli, 544. g
Pediculi alati qui, 546. f. quibus populis nascantur, 441. a
Pediculus elephantis quid Arabibus 558. g
Pediculus frumenti quis, 300. e
Pediculi in plantis, 546. f. g
Pediculus inguinalis, 544. b
Pediculi marini historia, 711. d. icō 712. e. duplex apud Aristotelem. 711. d. quid Bellonio, 374. e
Pediculi piscium vnde nascantur, 549. a
Pediculi populi, 543. a
Pediculorum mons, ibidem.
Pediculus terræ, 543. b. 468. g
Pedicularis herba quæ, 558. e
Pedunculi, 543. d
Pelasgi vt Siciliam obtinuerunt, 565. d
Pellicelli vnde dicti, 544. b
Penicellus quid, 172. f
Peniculus quid. 172. f
pro Perca Scorpium prouerbium. 598.
Perca fluuiatilis quales Vermes generet, 6. g
de Perdicibus & Vespis apologus, 221. b
Perlarum vulgo dictarum historia & nominis ratio, 302. g. carum descriptio & forma, 302. h. icones, 303. 304. 305. coitus, 302. h genera. ibidem. de ijs prouerbium. 302. h
Perlæ minimæ Culici similis icon, 386. nu. 4
Perlarum congeneris Insecti icon, 763. c
ad Perniones remedium, 696. e
Persæ cur cadaucra non crement, 183. a eorum in condendo cadaucra mos, ibid. eorum mores in alijs, 31. d
Persici foliis se inuoluit Cephalocruſtes, 685. c
Perturbationes quatuor, 432. f
Pessulata quid Gordonio, 544. g
Pestilentiam præsagiunt Insecta. 19. a
Pestis presagia ex Papilionibus, 257. c. eam Bruchi denotant, 425. b. præsagium eius aliud. 625. b
Petauristæ qui, 565. d
Phalāgium 601. c. d contra ea, 481. b. ex animalibus sui generis oriūtur, 12. f. cum Aranco eadem esse, 601. c. d. coitus, 12. e. genera, 603. a. & inde inter Serpentes numerantur, 13. a. eorum morsus. 530. g. eorum duo Vermes, 679. c & 682. vt uenenum ejaculentur. 578. h. vt coeant, 10. b
cum Phalangio quodam Vespæ Ichneumonis pugna, 624. g.
Phalangium Crabroni simile, 226. g
Phalangij Cretici descriptio, victus, generatio, 610. e. antipathia ibidem.
Phalangium Italicum quid Scaligero, 618. e
Phalangium pulex dictum, 255. d
Phalangia tetragnata, 604. f
Phalanx proacie, 601. a. pro lancis parte, ibid.
Phalangis & Arachnes fabula. 632. d
Phalaris herbæ genus, 115. a. b
Phalanthi Spartani augurium. 548. e
Phanostrates nobile scortum, 558. e
Phasianæ aues pediculis intereunt. 545. c
Pherecidis mors, 544. f. 552. f. g
Pheretima à Vermibus viua corrosa, 666. c


Phœnigmus

# INDEX.


Phœnigmus vt fiat ex Cantharidibus, 480.g
Phryganij historia, 708.h
Phrygania quæ animalia dici possint, 709.a.b
Phryganium Bellonij, 708.h
Phrygia opera quæ, 297.d
Phtherophyle cur dicatur Phanostrates, nobile scortum, 558.e
Phthiriasis quid Græcis, 552.d
Picearum tubercula φθεῖρες dicuntur, 543.a
Pici arborarij mira vis, 112.g
Picus Martius viuit Culicibus, 400.h. eius rostrum habentes à Crabronibus non feriuntur, 232.g. eius antipathia cum Vespis, & Apibus, 218.g
Pietas Formicarum erga suos, 508.h. per Formicam indicatur, 527.d
ad Pilos euellendos remedium, 717.a. 729.a
vt Pili in iumentis renascantur, 704.g. vt albi fiant, 158.h
in Pimpinellæ radicibus Vermis fericis tingendis aptus, 688.f. qualis sit Vermis, 684.h
Pindarum alunt Apes, 88.e. aquilæ similis est, 96.f. cur melle, & lacte pasci voluit, 137.c
Pinguedine quæ animalia careant, 8.c
Pinguia non putrescunt, 154.g
Pium cur ament Apes, 50.h
Pipo auis genus, 598.c
Pisces carent palpebris, 7.e. ijs capiendis aqua apta, 499.a. cur in aqua degant, 18.g. fœminæ quæ maribus sint maiores, 11.a. diuersi coloris, 344.g.h. de eorum natura sententia Empedoclis, 607.a. nocte non interdiu dormiunt, & cur, 712.a. quidam sine coitu generant, 54.g. squamæ eorum cur nocte luceant, 496.g. voce carent, 16.f. vescuntur Lumbricis terrestribus, 697.c. in eorum vētre Vermiculi fiunt, 679.c
Piso innascuntur Vermes, 685.a. 687.b
Pissoceros quid, 83.c. vnde fiat, 84.e
Pithece quid, 563.b. Phalangij species, 604.e.f
ex Pituita generari Lumbricos, 660.c
Pityocampes historia, 298.f. calida est, 13.d. eius assumptæ accidentia, 298.g.h. locus, vsus & septica eius vis. ibid. tela & eius vsus. 299.a
Picis & cedriæ odor cur ijs qui Cantharides assumpserunt, 483.a
Placentæ mellitę quæ, 143. earum la[illegible], 39. ex Hispania allatę, 154.g
Placentas ex Vermibus conficiunt Indi, 697.a
in Plantis Pediculi, 546.f.g. quę animalia gignant & non, 300.f. omnes ferè Insecta sua habent, 5.c. ex ijs ferè singulis quomodo Vermes nascantur, & serpētes, 686.f. de earum Vermibus historia, 674.h. carum Vermium ortus & generatio, 687.a. & inde. Vermes vt fugētur, 688.g. in ijs quatuor animalia, 486.g
Plantæ Scorpij dictæ, 572.f
Plato eloquens, 326.h. eius ideæ, 327.b. eius & Ambrosij comparatio, 88.f. eius Pediculi quid, 559.b. ei quid Apes portenderint. 87.d. quid ab Hieremia propheta didicerit, 88.g
Platta quid, 544.g. vnde generetur. 547.d. ea quæ vexentur, 599.a
Plattula quid, 544.g
Plata quid Gallis, 545.a
Plautus correctus, 477.d
Plemminij mors, 553.a
Pleuritidis signa in Lumbrico laborante, 667.c
Pleuritidi secundæ præbetur fauus in aqua maceratus, 149.a
Plinius animaduersus, 719.a. correctus, 8.c.f. 159.e, 198.h. 262.e. 262.g. 263.b. 410.h. 420.g. 546.e. 600.g. 760.e. eius lapsus, 151.c. 254.f. 284.g. 309.b. 392.g. 487.b. 576.f. 635.b
Pluto melle placatur, 128.h
Pluuiæ ac tempestatis prægagium, 85.c. 361.a. 520.g.h. 568.e. 597.a. 625.a. 695.b
ad Podagram remedia, 187.a.b. 468.g. 531.a. 599.c. 696.f. 696.h
de Podagra & Aranea dialogus, 630.h
Podolia vt Apibus abundet, 50.g
Pœcillis auis quæ, 310.f
Pœnitentes cur Apibus comparantur, 100.f
Poemata coronæ cur dicta, 96.h
Poētarum & Apum comparatio, 96.f.g.h. eos cur Plato vetuerit sibi facere inimicos, 336.e. eorū epitheta vt obseruanda, 475.d. more Apum volant, 97.c. natura eorum, 334.f. qui ęstro perciti dicuntur, 381.a
Poetica amœnitas per Apem significata. 91.c
ex Polio vt nascantur Culices, 392.g
Pollio Romulus cur cenicissimum annum excessit, 143.b.c
Poma infestantur à Vermibus, 685.a
Polyidos herba quæ, 140.f
Polypus re scissus viuit, 17.a
Polytechni fabula, 369.d
Popponis tunica cerata arsit ipso illæso, 189.d
Populus gentilis per Locustam designatur, 431.b
Populi nigræ vesiculæ Psenes generant, 5.d
Porca quibus & quæ voueretur, 130.e. & g.
Pornopius mus, 428.h
in Porri seminibus nasci Vermes, 685.b
Porricida quid, 6.c. 264.e
de Potione dodrantali carmen, 148.e
Præcinctū quibus & eius vsus, 16.g
Prædicator vt Api similis, 102.c. eius perfectio per Locustam exprimitur, 433.d
Prasocuris in porro nascitur, e. quas plantas infestet, ibidem. Erucarū genus, 265.a
Prauitas innocua per Scorpios notata, 595.c
Predicatores sancti similes equis, 430.c
Primades infestant Asilus, 714.f
Primicerius quid, 162.f
ad Principes admonitio, 424.f. Apibus similes, 97.d
Principis cuius sit stabilis magnitudo imago, 32.f
Probi per Apes notati, 104.e
Procreatio rerum & principium per quid notetur, 463.b
Prophetæ Apes dicti, 94.e. 100.f. 134.f. eorum oracula, 94.e
Propolis quid, 83.c. vnde, 84.h. 84.c. eius facultates, 84.e
Prouidentia per Formicas notata, 527.c. eius munus triplex in Formica, & quid significet hoc morale, 526.g
Proximo quid debeamus, 170.f
Prudentia vnde metienda, 21.d
Pruna cerea quæ, 161.d
Prusa quid Liguribus, 714.f
Psenes in quibus herbis generentur, 392.e
Pseudoæstri icon, & descriptio, 376.f
Psaudosphece quid Vespa, 219.c. eius vsus in medicina, 223.c
ad Psoram remedium, 530.g. 480.h
Psylla Phalangij genus, 604.f
Psyllorum vis contra serpentes, 563.b
ad Pueros lac euomentes remedium. 688.f
ad Puerorum terriculamenta, 468.f
Pugillar, 172.g
Pugillaris quid, & eius genera, ibid. eburnei cur dabantur senibus, 172.h. membranei, 173.a
Pugna distracta per Scorpios notata, 595.b
Pugnacitas per Vespam innuitur, 220.h
Pulegium vnde dictum, 566.e

Pulicis æquinoct. 563 aurea catena ligatus, 563.d. ei cur se comparet Dauid, 563.c. cur acrius in Lino quàm in lana infestet, 568.f. cur posteriores pedes habeat longiores, 10.e. ab eo denominata, 566.c. diu in coitu immoratur, 12.e. pro Deo acceptus, 563.a. eius epigrammata, 568.g. forma, genus, sexus, 563.d. generatio, 564.f. historia, 563.a. & inde. infestat mures, 537.b. locus, 564.e. i eius morsu Deū inuocare quid, 569.b. natura eius, victus, mores, 565.a. nocumenta, 566.f. eius vestigia noscere quid, 569.b. ortus, 10.b. quid præsagierit, 568.e. de eo prouerbia, 569.b. solito acerbius mordens quid præsagiat, 361.a. eius synonyma, 563.b.c. vbi non inueniatur, 564.f. vnde viuat, 6.f. vt incedat, 565.c. vt interimatur, 302.f. vt fugetur, 566.f. vt morsibus molestus, 565.b.c. vt pellatur, 711.c. ab eo vi scalpat vulpes, 567.d

Pulex aquaticus, 707.b

Pulex Araneus, 602.g. 404.f

Pulex Phalangium dictum, 255.d

Pulex horti, 6.e

Pulex marinus, 563.b. eius historia, 711.a

Pulicaris herba cur dicatur Coniza, 566.c

Pulicellus, 564.c

Pulmo marinus in partes rescisus superuiuit, 17.a

Pulsus Formicans qualis, 521.d

Pulsus Vermiculans, 642.f

Punica mala infestantur à Vermibus, 685.b

Purpura melle cõseruari solita apud priscos, 154.e. sexus eius, 56.g

Purpuris quid vice sanguinis, 14.b

Purpurissus quid Plauto, 176.f

ad Pustulas remedium, 480.b

Pustulæ à Culicum morsibus relictæ vnde fiant, 383.d

Putredo Vermium mater, 641.c

Pygolampidis aquaticæ historia, & icon, 706.b

Pyramus quæ placenta apud antiquos, 144.e

Pyrausta, 6.g. 681.a. ei comparatus amans, 261.d. eius gaudium quid, 259.d. in igne nascitur, 5.a. 2.g. ignis fulgore delectatur, 259.c. eius interitus, 261.d. vt Apibus noceat, 260.b. vt occidatur, 261.a. quod Insectum vocetur, 259.a.

Pyrrhi Epirotarum regis mors, 476.f

Pyra infestantur à Vermibus, 685.b

Pythagoras solo melle contentus, 143.a

## Q

Quadraginta quatuor, quodnã animal, 715.c

Quadrupedibus vt medendum vbi Sanguisugas hauserunt, 732.g

ad Quartanam remedium, 223.c. 441.c. 468.f. 481.b. 539.b. 599.d. 628.g. 709.a. 688.f

Quercus rami propter siccitatem laudantur ad sericum colligendum, 291.a. non habere Vermẽ. 690.b. eius partes putrefactę cur luceant, 497.a. in eius radicibus Vermis veneficus nascitur, 685.a

Quietis perturbator quis, 380.g

## R

Rabulæ & litigiatores cum Cicadis comparati, 325.b

Raista canũ quid, 560.b

Ranæ in Aegypto è terra nascuntur, 312.g. cum eis comparati hæretici, 324.g. vbi multę, 314.b

de Ranis Cyrenaicis miraculũ, 319.a

Rana cum Gryllo prouerbium quid, 444.g.

Ranarum rubetarum altera fibra à Formicis non tangitur, 511.c

Ranæ Vermes dicti vnde oriũtur, 5.c

Rau Vermis qualis, 685.d

Raphanus syluestris, 155.c

Raucæ Vermes qui & vbi generentur, 5.c

Rediuis caret asinus, 546.e

Reginorum vmbrosa regio, 319.a

Religiosi & religiosæ per Apes expressi, 98. & 99.

Resurrectio per Locustam designatur, 433.c

Regis clemẽtię hieroglyphicũ, 90.b

Retia vnde inuenta, 613.a

Rex bonus non inuenitur, 33.c. eum quid deceat, 30.f. eius cum iucunditate imperantis typus, 30.c

Regium signum quid Diogeni, 29. & 30.

ad Regium morbum, 599.c

Ragion genus Phalangij, 603.a. quale ibid. d. 604.f

Rhax Phalangium, 604.e

Reginenses Cicadæ mutæ, 318.b

de Repub. qui scripserunt, 324.f

Rhinoceros Ferrantis Imperati Scarabæi species, 451.a

Rhododaphnẽ amãt Muscę, 358.b

Rhox Phalangium quale, 603.b

Rhypon quid, 174.f

Ricinum quid Ciceroni, 560.f.

Ricini æquinoct. 560.e. historia, 559.d. de eo moralia, 362.f. eo ne infestentur oues, 562.e. proprius canibus, 546.e. in quibus nascatur, 6.f. eo sanior quid, 562.f. synonyma etymon, forma, 505.g. vbi homini innascatur, 545.a. vsus in medicina, 562.g. vt fugetur & occidatur, 562.e

Ricinus Scaligeri, 544.g

Ricinus planta, 560.e

Ricinus piscis, & vestis, 560.f

Ricinus Gazæ, 344.e

Rediuus quid Gazæ, 560.g

Ricinati monti qui, 560.f

Rigoris causa, 137.d

in Roboris cortice Vermes gigni, 686.f. Teredini maxime obnoxium, 691.b

Romani per Muscas puniti, 336.g.

Ros vt mel fiat, 117.b. eo vesci Cicadas, 319.c. ex eo non nasci Lampyrides, 687.a

Ros Achaicus quid, 324.f

ex Rorida materia nascuntur animalia in plantis, 687.a

Rosas fugiunt Scarabęi, 469.a. 470.

Rubigo quid, 406.f

Rubrica, 175.a. eius pretium apud antiquos ibidem,

Rugosa quæ 3.c

Rutelæ stellatę descriptio, 605.c

Rutelarum duodecim genera ex Galeno, ibidem,

Rutela Razis, 605.b. eius generatio, ibidem.

ad Rutelę morsus Theriaca, 620.c

in Rutæ foliis Vermis inuentus quibus alitur, & quamdiu viuat, 686.h. pernitiosum esse, 6.e

## S

Sabbatum obseruare quid, 362.b

Saccarum cur melle prestantius, 143.c. qualem Vermẽ producat, 686.e

Sacer morbus quid, 522.g

Sacor Deus quis, 359.c

Sagittas suas vt conficiant Cumanenses, 519.b

Sagitella quid, 373.a

Salamandra inter serpentes numerata, 13.a. contra eam, 481.b

Salamandra marina quæ, 738.e

Saliua hominis quantum venenis resistat, 587.b

Salices Culices proferunt, 5.d

Saliuam immunem esse à Vermibus. 686.e

Salpuga vnde dicta, & vbi, 516.f

Sampsonis ænigma, 36.g. mel in cranio leonis inuenit, 36.g

Sancti Apibus similes, 101.c. per fauum mellis denotati, 135.c

Sanda-

# INDEX.


Sandaraca quid, 83.c. æquiuocatio eius, 84.g
Sandaracha quid, 84.f. duplex, 84.g
Sandyx quid, 84.g
ad Sanguinem reijciētes remedium, 628.g. ex eo non fieri Vermes, 659.d. ab Hirudine ſuctus, vt ſeruandus & inſpiciendus, 727.b.c. quibus animalibus & quibus non, 14.g. ex eo non naſci Pediculos, 547.a. ad eum ſiſtendum remedium, 704.g
Sanguiſugarum & Cimicum diſſidium, 732.f. carum hiſtoria vide Hirudinis hiſtoria, 721.b & inde.
Sanitatis longæ & vitæ proſperitatis ſymbolum, 92.g.
Sanua alba, 155.c
Sapa vt coquatur, 484.g
Sapientes mundi per quid notentur, 431.c
Sapientiora quæ animalia, 508.c
Sapientia in imperio requiritur, 31.a. eius doctrina mel, 135.a. exterior & interior denotata, 136.b. diuinæ ſymbolum, 134.e. huius mundi qualis, 132.a. apertæ doctrina mel, 112.b. Græcanicæ ſymbolum, 134.c
Sarmatæ cur Apibus abundent, 50.b
Satinum Brugenſe quid, 296.c
Sationis vltimæ inditium, 497.c
Saturnus melle conſopitus, 128.f. mellis inuctor, 60.g. vnde dictus, 169.a. eo quando oſcilla offerri cæpta, 166.c. ei lucem facere quid, 169.b.
Saturnalia, 166.c
Satyri vbi cibum recundant, 507.a.
ad Satyriaſim remedium, 728.g
ad Scabiem remedium, 480.b
Scabies Locuſtis comparata, 424.b
Scadones quid, 57.b
Scaligeri error, 544.g 561.c
Scalptoria inſtrumenta ad Pulices, 565.
Scapharum ſupplicium, 140.b
Scarabæus abominandus, 467.a. eius æquiuoca, 445.d. alas habet tectas, 7.b 9.a. eius animoſitas contra aquilam, 445.c. inimicitia contra aquilam, ibidem, aquilam quærit prouerbium, 466.g. aquilæ obſtetricatur, ibid. per eum Chriſtus notatus, & maledictus, 461.d. in eo coloris commendatio, 445.c. cur annulis inſculpi ſolitus, 462.g. cur in cibo prohibitus Hebræis, 468.f. cur aculeo carent, 447.c. eius deſcriptio, 449.d. icon, 450.nu.5. eius duo genera ſuprema, 445.b. eius emblemata, 464.b. fabulæ apologi, 465.b. fugit roſas, 464.b. genus, differentia, deſcriptio, 447.b. genera ex Plinio, 448.g. icones, 450.451.452.453.454.456. ex eius genere Cicindela, 492.b. eius hiſtoria, 444.g. Hieroglyphica, 462.f. laus, 445.b. locus, 455.b. myſtica, moralia, 461.b. natura, 458.c. non guſtat Atticum mel, 468.c. nulla eorum fœmina, 458.g. eius ortus, 10.b. 458.c. præſagia, 461.a. prouerbia 466.g. qui lunæ, quine Mercurio dedicatus, 463.a. quæ mella non attingat, 126.f. qui lateat, 6.b. quis ſolli conſecratus, 462.b. quo in Thraciæ loco moriatur, 456.b. quem vocet Plinius, 443.a. Scarabæam is cumulat quid, 464.c. eo ſimilia ſunt Phalangia parua, 603.d. ſonectam exuit, 10.c. 445.a. ſignum Romanorum militum, 462.g. ei ſimilis inuidus, 462.c. ei dentes ſunt, 444.b. ſtercus bene olet, 445.b. eius ſynonyma, 446.b. in tutela Iouis Catebatis, 461.b. victus, 457.a. eius vmbræ prouerbium quid, 466.b. vnde dictus, 447.a. volat membranis ſictis, 8.b. eius vſus in medicina, 468.f. vt fugetur, 469.a
Scarabæi aquatici hiſtoria, 706.b. 707.a. deſcriptio, 444.c. icon, 450.nu.2.
Scarabæi aquatici minoris deſcriptio, 455.b. icon, 454.nu.6
Scarabæus χρυσοκανθαρος. 277.b
Scarabæi fœtidi deſcriptio, 454.c. icon ibid. f. nu.1
Scarabæi frumentarij vnde dicti, 457.a
Scarabæus longipes, 448.f. μονόκερος 449.a. eius deſcriptio, 450.b. icō, num.3.
Scarabæus pilularius, 448.g. vnde oriatur, 458.f. eius nidi deſcriptio 459.b.c.d. icones, ibid. & 460.
Scarabæi rutili prægrandes, 448.f. vt generent, 459.b
Scarabæi ſerpentarij deſcriptio, 454.f. icon. g. ibid. nu.3
Scarabæi Tricornis deſcriptio, 453.e. icon, 454.nu.4
Scarabæi Vermis facie deſcriptio, 452.d. icon, 454.c. nu.6
Scarabæi viridis deſcriptio, 449.d. icon, 450.nu.6. eius vis ad viſum acuendum, 468.b
Scarabæi viridis Plinij deſcriptio, 471.d. icon ibid. nu.4.& 5.
Scarabæus viridis quid Dalechampio, 448.f
Scarabeus piſcis, 446.c
Scarabæolus, 469.d
Scarabelaphus quid Cardano, 449.a. eius deſcriptio, 450.b
Scarlacum vnde dictum, 643.a
Scholiaſtis Heſiodi error, 300.c
Scophulæ vt curentur à rege Gallorum, 710.g
Sclerocephalum Phalangium, 604.c
Scitamenta mellita quæ Apulæo, 144.c
Scirrones Pediculorū genus, 544.b
Scirus quid Taurinis, 545.a
Scolacidata veſtis quid, 643.c
Scolecium Phalangium, 604.c
Scolichia quæ, 6.g
Scolix quid, 6.f
Scnipes vnde generentur, 255.
Scolopendram bicipitem cur vocauit Nicander, 635.d. inter ſerpentes numerata, 13.a. eius & Iuli differentiæ, 634.c. partes diſſecta vt viuant, 14.f. ab eis qui cæcti, 224.f. ei ſimilis vermis in homine natus. 652.b. vnde dicta, 635.b
Scolopendræ marinæ hiſtoria, 714.g. icones diuerſæ, ibid. g. b. & 715. item 636.num.1. deſcriptio ibid. quibus in locis in mari degat, 715.d. eius vſus in medicina, 717.a. eius venenum, 716.
Scolopendræ terreſtris hiſtoria, 635.a genus, differentiæ forma, 635.b. icon, 268.nu.10. Venenum & contra id remedium, 637. vbi lateat hyeme, 6.b
Scolopendrarum variarum icones, 636.
Scolopendræ marinæ magnæ ametheſtini coloris icon, 763.
Scolimus quo tempore floreat, 316.f
Scorpeno quid Maſſilienſibus, 572.f
Scorpius, & Scorpio, 574.f. eius aculei vſus, 9.c. 577.d. æquinoca, 572.c. alatus vbi, 575.d. antipathia, 593.b. de eo & puero apologus, 597.b.c. augurium, 594.c. eius chelæ quales, 177.c. cauda qualis, ibid. d. aculeus an perforatus, 578. coitus, partus, generatio, 590.g. & inde. ex Crocodilo naſcitur, 205.b. cur ardens dicatur, 573.a. cur ſerpentis genus dixerit Celſus, 574.f. ab eo denominata, 592.e. & inde. dirum animal Africæ dictum, 580.e. duo pugnantes quid Mario ominati fuerint, 594.e. de eo emblema, 595.d. epigrammata, 596.e. & inde. fabula, 572.b. eius flagellum quale, 573.d. forma, deſcriptio, 577.c. ad eum fugandum remedia occulta. 588.g. genus, differentiæ, 574.f. & inde. hieroglyphica, 595.b. hiſtoria, 572.c. icones variæ, 579.b.c.d. ictus, 696.f. inceſſus, 591.b. eius inſidiæ, 581.d. inter ſerpentes numeratus, 13.a. Italus an venenatus, 577.f. locus, 580.e. & inde. de eo luſus

# INDEX.


*seu apophthegma*, 596.g. *maximus vbi*, 575. c. *minimus vbi*, 577.b. *eius mores, ingenium*, 581. a. *per eum morum acerbitas nota tus*, 581.d. *moralia*, 594 f *ad eius morsus remedia*, 441.c. 584.c. & *inde. non vbiq; noxium esse*, 576. f.g. *de eo numismata*, 596.h. *is sub omni lapide dormit, quid*, 597.c. *eum properca, prouerbium quid*, 598.c. *ab eo percussi non lędũtur à Vespis, Crabronibus & Apibus*, 218.g. *ab eo percussi symptomata, & eius curatio*, 583.c. *de eo prouerbia*, 597.c. *quando venenosior*, 582.h. *ei quot sint caudæ inter nodia*, 575.d. *solus Insectorum caudam, & brachia habet*, 9.b.d. *item sexus*, 577.d. *vbi non est*, 580. e. *venenum quid & quale*, 582.f. & *inde. venenũ frigidum esse*, 583.d. *victoriam in nummo denotat*, 596.h. *victus* 582.e. *à vipera deuoratus*, 593.c. *voluntas eius feriendi*, 582.h. *vstus Scorpios fugat*, 426.f. *vsus in medicina*, 598. e. & *inde. vt congregetur*, 591.b.c. *vt manibus impunè tractetur*, 585.d. *vt pellatur, aut fugetur*, 19.b. 591.d. *contra eum vt se defendant Lybici*. 581.b. *vt reuiuiscat*, 593. *vt innoxius reddatur*, 583.a. *vt vratur*, 598.f

*Scorpio librarius*, 6.h. 577.a
*Scorpio Melichloros*, 574.g
*Scorpij sybritæ qui*, 177.a
*Scorpiones virides*, 575.c
*Scorpij dictæ herbæ*, 592.f
*Scorpij instrumentum bellicum*, 573.b
*Scorpiones monticelli dicti*, 573.d
*Scorpio piscis qualis*, 572.e. *vnde dicatur*, 572.f
*Scorpiaca antidotus*, 589.b
*Scorpiacus liber*, 593.a
*Scorpius signum cæleste*, 572.f
*Scorpionius cucumis*, 592.b
*Scorpioides herba quæ*, 592.f
*Scorpioides leguminosa*, 592.b
*Scorpiomachus Locusta quę, & eius pugna cum Scorpionibus*, 428.f.
*Scorpitis gemma*, 593.a
*Scorpiurus cur dictum heliotropium*. 592.f
*Scosta quę lethale mulsu dicta*, 140.e
*Scriptio celer cur scribenti necessaria*, 173.b
*Scriptura fauus est*, 134.f
*Scrofularum aquaticarum historia*, 710.e. *icon*, 764.b
*Scythia Apes multas alit*, 50.b
*ad Secũdas pellẽdas remediũ*, 696.f
*Secundiccrius quid*, 162.g
*Seleucides aues Locustas deuorantes*, 417.a, 426.b
*Semen non defluere ab omnibus corporis partibus*, 12.f.g
*Seneca correctus*, 175.d
*Senibus mel conuenire*, 144.g
*Senectam quæ insecta exuãt*, 445.a
*Sensus exteriores*, 357.a
*Sepelire cur debeamus Locustas mortuas*, 427.a
*Sepia quid vice sanguinis obtineat*, 14.g
*Seps quid*, 13.a. 635.a. *inter serpentes numeratus ibidem*.
*Sepa quid Græci vocent*, 635.a
*Septentrionalium modus arcendi Culices*, 401.d
*Ser*, 279.b
*Serapius quis*, 42.e. *vnde dictus, ibidem.f.*
*Seres*, 278.a
*Seres populi lanificio nobiles*, 283.c. *vbi* 285.a
*Seriones Vermes dicti*, 655.d
*Seriphus mutas Cicadas habet*, 314.b
*Seris Vermis descriptio ex Pausania*, 283.d. 284.c
*Sericum & Sericobapta*, 499.d
*Sericum quid*, 284.b. *ad id colligendum qui rami laudentur*, 291.a. *differre ab holoserico*, 295.d. *eius etymum*, 295.c. *eius historia*, 295.b. *synonyma ibidem, laus*, 297.e. *optimum vbi*, 285.b. 297.a *non est diuersum à Bombycino*, 282.b. *in Persia colligi*, 285.b. *id texere vbi prius inuentum*, 282.b. *eius tẽperamentum*, 285.b. *vnde deferatur*, 285.a. *eius vsus*, 297.c. *vsus in medicina* 298.c. *pro eo Blatteum*, 499.c
*Sericum Plinij differre ab Holoserico*, 286.f
*Serica tela*, 295.b
*Sericæ cortinæ*, 296.b
*Serica veste quis primus fuerit vsus*. 286.e. 295.d. *contra eam lex*, 296.f
*Serpentes in Aegypto è terra nascuntur*, 312.g. *in eos Aranci antipathia*, 624.f. *ex auellana educati*, 686.g.h. *calidi sunt*, 13.d. *Ibis auis eos depascitur*, 426.b *Cleomenis caput circumplicãtes*, 60.e. *cum corrodentes Formicæ, quid significent*, 521.b. *eos cur alis carere dicat Cardanus*, 424. f. *ad eorum morsus*, 539.a. 696.f. *rescissi viuunt*, 17.a. *vt ex plantis gencrentur*, 686.f. *vt fugentur*, 19.b. *dicuntur Pediculi*, 544.f
*Serpens quid Latinis*, 13.a. *dorso affixus infantis in vtero matris existentis*, 954.e. *eius genus cur dictum à Celso Scorpius*, 574.f
*Serpentes Corinthij Cimices dicti*, 540.e
*Serpens Druinus vocatus Locustas venatur*, 426.b
*Serus primus sericum portauit in Italiam*, 285.d
*Serphus quale animal*, 532.f
*Sertula Campana*, 127.a
*Seruij error*, 522.g
*Setæ aquaticæ historia & descriptio*. 720.g. *cur sic dictæ*, 5.b. *icon*, 765.
*Seta cruda quid Italis*, 295.c
*S. Seuerinus Locustas precibus fugat*, 427.c.
*Seuum cur nõ cum aqua misceatur*, 138.h. *cur liquefactum pellucidum, coactum vero opacum*, 163.a
*Sex cupes*, 544.f
*Siccitas putredini aduersa*, 300.g
*Sigillare quid*, 173.d
*Silari fluuij natura*, 377.c
*Sileni mella quærentis fabula*, 227.b
*Silices attriti à Formicis*, 506.f
*Silicis icon in quo humana pictura*, 541.c
*Silius Italicus correctus*, 86.b
*Silpha senectam exuit*, 9.d
*Simbla quid*, 44.e
*Symblides Apes*, 44.e
*Symblum quid, ibid.*
*Simiæ Araneas deuorant*, 618.g
*Simoniaci Fucis similes*, 102.g
*Simonidis ænigma*, 329.a
*in Sinapi seminibus nasci Vermes*, 685.b
*Siren amicum nunciat, quid*, 108.g *ab eo vt nympha differat*, 58.e
*Sirenis maior & minor*, 44.b
*Sirenes vnde dictæ*, 58.c. 195.a
*Sisara quid*, 120.e
*e Sisymbrijs putrefactis Scorpio*, 591.b
*Situolla quid*, 373.a
*Socrates per quas partes Culices sonare putet apud Aristophanem*, 388.g.h
*Solis hieroglyphicum*, 462. h. *ei præfertur Muscæ anima*, 342.b. *eius vi cera albescit & cur*, 158. b. *candidus est, ibid.*
*Solis marini Rondeletij descriptio*, 749.d. *icon* 754.
*Solstitij æstiui hieroglyphicum*. 94.b
*in Solano qualis Vermis*, 5.d
*Solfuga vnde dicatur*, 606.g
*Solipoli deo mellitæ placentæ oblatæ*, 129.d
*Soli pungam cur ex Arancarum genere statuat autor*, 606.e. *eius descriptio*, 606.d
*Solipuga, Salpunga, Solipunga, Solifuga, Solpunga, Salpunga*, 606.e
*Solipuga vnde dicta*, 516.f

Somnum conciliant Grylli suo sono, 444.e
Sonus vt fiat, 16.f
Sophistæ Crabronibus comparantur & cur, 232.g. ij ac rhetores quales, 324.f
Sophocles μελισσομενος dictus, 91.b.
Sorbi fructus Vermes patiuntur, 5.c. 685. c. quales sint hi Vermes, 686.c
Spes quid, 135.a
Softer quid, 135.g
Spartum quid Plinio, 157.b
Speusippi mors, 553.a
Sphalangi Cretensibus quid, 602.c. 610.e
Spheces dicti Cyprij, 198.g
Sphecia insula, ibidem.
Sphecifcus quid, 219.c
Sphecæum Phalangium quale, 603.c
Spondilo delectantur Muscæ, 353.c
ad Splencticos remedium, 728.g
Sphyngi vbi cibum recondant, 507.a
Spondilis historia, 571.d. eius Vermis descriptio, 571.d
Spongother quale Insectum Plutarcho, 605.a
in Squilla parere Cicadas, 313.a
Squilla fluuiatilis qualis, 709.d. eius icon, 764.b
Stagni Locustas arcent, 426.f
Staphilinum Insecti genus, 502.e
Staphisagria quæ planta, 558.e. quantopere ad pediculos valeat, 555.a
Stellarum marinarū historia, 742.c
Synonyma etymon, 742.f.g. ad quod animalium genus referantur, ibi. e. earum descriptio, 742. genera differentiæ, ibid. icones, 743. & in de. pilos euellere, 760.g. quo loco degāt. 758.e. victus natura, 758. f. vsus in cibo, 759.b. vsus in medicina, 759.d. vt conchis insideātur, 758.f. aliæ edules, aliæ non edules, 759.b
Stellæ arborescentis Rondeletij descriptio, 745. icon, 754.
Stellæ cartilagineæ descriptio, & & icon, 743.
Stellæ echinatæ intra saxa viuentis descriptio, 745.c. icon, 752.
Stellæ lauis Rondeletij icon, 767. descriptio, 745.a
Stellarum lauium autoris descriptio, 745.a.b. icones, 746. & 747.
Stellæ pectinatæ Rondeletij icon. 766.
Stellarum pectinatarum autoris descriptio, 745.b. icones, 748. 749. 750. 751.
Stellæ primæ speciei Rondeletij icon 768.
Stellæ radiorum septem descriptio, 752.b. icon, 755. radiorum decē descriptio, 752.b. icon, 756. duodecim radiorum icon, & descriptio, 757. quinque radiorum colore lazuli descriptio, 745.a. 746.
Stellæ reticulatæ Rondeletij descriptio, 445. icon, 752. nu. 2. autoris descriptio, 745.d. icon, 753.
Stellæ rubræ maculis nigris pronè & supinè distinctæ icon, 747.
Stellæ testaceæ descriptio, 743.c.d. icon, 744.
Stella tuberosa, & verrucaria, 745.a
cum Stellione antipathia Scorpij. 593.b. inter eum, & Aranеum bellum, 624.e. quid sit Scaligero, 622.b
Sterilis anni signum, 695.b
ad Sterilitatem feminarum remedium, 481.a. 628.b
Stesichorus poëta, 329.b
Stibij bonitas, 497.b
Stoicorum amores Culicibus similes, 394.e
Stomachi doloribus confert oleum ceræ, 187.b
Strabo correctus. 352.f. 428.g
ad Stranguriam remedium, 704.b
Stromba quid, 278.b
Stultus vnus multa bona subuertit, 362.b
Stultitia Muscæ & Aranеæ, vt Dauidi vtiles fuerint, 361.c
ad Strumas remedium, 531.a
Sturitus Alberti, 742.g
Stylus quid, 172.c. eum infigere, & affigere quid, 172.e. eum vertere quid, ibidem.
Suadæ medulla de quo dicatur, 139.d
Subsericum quid, 296.e
Sudor Anglicus quando, 322.f
Suidæ error, 261.b. 310.f
Sulphur cur liquefactum pellucidū, coactum verò opacum, 163.a
Sulpitiorum gens vnde Galba dicta. 5.c
Superæ vnde nascantur, 273.c
Surculi in melle sepulti cur longinque portentur recentes, 139.a. 154.g
Sus elephanto similior, quam Culex. 398.b. quibus Pediculis infestentur, 546.e. à Scorpionibus icta, interit, 576.g. vbi muta, 315.a
Sophistæ Crabronibus non comparantur, & cur, 232.g
Sydus maximum quid syluatico, 742.g
Sylphe quid, 6.f


# T


Tabani æquiuoca, 373.d ei cum Asilo quid sit commune, 375.d. cū Asilo idem Plinio, 374.g. eius antipathia, & morbus, 379.b. cur aculeum habeat duriorem cæteris, 376.c. ab eo denominata, 379.d eius duo genera descripta, & eorum icon, 376.g. eius lingua qualis, 7.d locus, 377 c. ne vaccas infestet, 379.c. ortus, & generatio, 377.b. de eo propria autoris sententia, 375.b. quid Isidoro, 374.f. sanguine viuit, 10.g. synonyma, 374.f. vbi aculeum habeat, 375.d. victus damna, remedia, 378.c. vsus in medicina, 381.d. vt moriatur, 12.h
Tænia quid, 698.f. antiquorum à cucurbitino Verme quid differat, 651.a. cur in intestinis generetur. 655.a. eius generatio, 662.e. num pariat, 662.g. propria eius signa, 668.e f. Vermis ventris, 649.d
Taneæ lapides, 698.g
Tænea piscículi genus, 698.g
Taffetatum quid, 297.c
Talpæ Ferrantis Imperati historia, 571.a. icon ibidem, descriptio, 571.b.c
Tamandrua quid in Brasilia animalis, 523.c
Tamur Vermis qualis, 640.b
Taranta Gilberto quid, 606.e
Tarantula, 605.b. eius genera, ibid. d. morsus, 481.b. morsus mala, 618.e. morsus mira cura, 620.b. ad eius morsum antidotus, 370.g 622.g. ab ea morsus qui dicatur, 622.g. quæ Aranea, 605.c. quando venenosa & non venenosa. 621.b
Tarantulæ vtriusque Imperati icon. 464. historia, 763.d
Tarmus Isidoro qui Vermis. 681.a
ex Tauro vt Apes fiant, 58.g
Taurus Gazæ, 458.b. 448.
Tectorium imum quid, 22.g
Taxus Apibus noxia, 65.c
Tela veneno inficere quis inuenerit, 573.c.d. ad ea, & aliena corpora extrahenda remedium, 480.f.
Temperantiæ, & modestiæ typus, 434.e.f
Terithedon quid. 226.g
Theredinis æquiuoca, synonyma, etymum, 689.b. & inde. denominata, 692.e differentiæ descriptio, 690.e. victus, locus, generatio, ibidem, & inde. moralia, 691.d. in ea naturæ miranda, 2.e. quid Plinio, 689.c. quis Vermis sit proprie dictus, 690.e.

vbi generetur, 5. c. in vestibus quoq; nasci, 6.g. eius vsus in medicina, 692.g.h. vt generetur, 245.a
Termino Deo vt sacrificabatur, 130.e
Terminalia festa ibid.
Terrę bona prouerbium, 532.e
Terræ filij qui, 178.f
Terra Samia ad Cantharidum venenum valet, 485.b
ad Tertianam remedium, 531.a. 599.d. 628.f.g. 704.b
Tempestates vt auertantur, 468.b. eas vt præsagiant Vespæ, 219.d
Testes falsi similes Locustis, 427.
Testamentum nouum & vetus per mel & fauum notantur, 132.g
Testamenta Romanorum vt notarentur, 171.b
Testudo Muscas non curat, quid, 366.b
Tetralix quid, 120.e
cum Testudine terrestri turpissime Limax confunditur, 702.f
Tetragnathij Phalangij genera, 603.b
Tetragonia Theophrasti quæ, 5.d.
Tettigometrę descriptio, 313.b quid à Chrysalide differat, ibid.c. ex ea vt exeant Cicadæ ibidem.
Tettigonia quæ, 310.g
Tettigonias non esse feminas, ibid.b
Thalassomeli & eius facultas, 151.a
Thapsia Apibus noxia, 65.c
Thelyphonum cur dictum Scorpion, 586.b
Themyscirenses obsessi vt se defenderent, 107.e
Theodori philosophi dictum, 478.e
Theodorus suorus precibus Locustas fugat, 427.c
Theophrastus emendatus, 156.e. 233.a. 685.c. explicatus, 384.e
Therambus in Carabum mutatus. 466.e
Theriacæ cur admisceatur mel, 154.f. vsus ad ictus Crabronum. 234.f
Theriaca Aelij Galli contra Scorpionum ictus, 589.a
Thripes mala, mala rursum Ipes, 692.f.g
Thripes qui Vermes, 690.e
Thunnos infestant Asili, 714.f
Thymo vt Apes gaudeant, 76.f.g
Tibiam tubę comparare quid, 108.e
Tilia Apibus improbatur, 76.e. vtranq; non sentire Teredinem, 690.b
Tilloni pisci Lumbrici innascuntur, 679.d
Tinea, 689.d. Apes infestat, 6.g. cũ ea & Blatta rixari qd, 503.a. ab ea denominata, 699.b. eius historia, 698.e. damna ibid. æquinoca, ibid f. synonyma, g. generatio. h. & inde. eas alere qui dicantur, 699.c. ab eis moralia, prouerbia, 699.c.d. ortus, 6.g. & h. 12.f. quid 690.e. 500.h. vnde dicta, 698.g. vt occidatur, & fugetur, 78.c. 700.c
ad Tineas accipitrum remedium, 729.c
Tinea agrestis quid Ouidio, 265.b
Tineæ alucorum, 78.g. 253.b
Tineæ Apum quæ, 698.f
Tineæ spiniferæ dicti grammatici, 540.g
Tinea tunicas trahens cochlearum modo quæ, 306.f
Tinea ventris quæ, 649.d
Tineæ Apibus noxiæ Chrysalidis, & folliculi icon, 763.c
Tinearum aquaticarum historia, 710.e. ad eas sumptas remediũ, 710.f
Tineola, 675.d
Tipulas Gaza vertit Ascarides, 390.b
Tipularum historia, 707.b. genera, 707.d. vnde dictæ, ibid.c
Tithonis, 308.f
Tithoni senecta, prouerbium quid, 338.c. in Cicadam conuersus, 337.d. eius fabulæ allegoria, ibidem, & 338.b. 339.a
Tythimalus Apibus noxius, 65.c
Ton Vermis Americanus vt curetur, 677.b. qualis Vermis, 657.a
Torquilla quæ Auis, 521.c
Tracta cera quæ, 159.a
Traianum cur ad Virgilium deflinct Plutarchus, 28.f
Tramosericum quid, 296.e
Transenna quid, 697.b
Trifolium odoratum. 114.b
Triginæ mensæ, 89.d
Triticum cur bestiolas gignat, 687.a. inter frumenta maxime in radice vermiculatur, 685.a. in eo Curculiones, 6.e. in cæno cur serendum, 529.d
à Trochilo vt curetur Crocodilus, vbi Sanguisugas hauserit, 732.b
Troiani Apibus comparati, 37.d. cũ Formica comparati, 507.d. cum Muscis cõparati vna cum Græcis, 353.b. cũ locustis cõparati, 424.b
Trophonij oraculi inuentio, 87.c
Trutta auidissime appetit Phryganium, 709.a
Trygon vnde, 308.g
Tryxallis, 409. 442.g
Turcarum aduentum Locustæ denotarunt, 425.b
Turdi vt Lumbricis capiantur, 697.b
Tussi confert oleum cerę, 187.b. itẽ mel, 148.e
Tutulus quid, 327.d
Tymallus pisci qualis, 401.a
Typhi signum, 361.b
Typhos quid, 174.b
Tytis quid, 308.g

# V

Vaccam Asilo percuti quid significet, 380.g. eam ne Tabani infestent, 379.c. in eam versa Io æstro agitata, 381.a
Vaginipennia quæ Insecta dicantur, 403.d
Vanitates per Araneæ telam Indicantur, 626.e
Varronis satyra dicta Modius, 334.f. alia dicta Atticus Tettix, 328.g
Vasa cera obturata, 184.e
Vas aconitum quid, 481.d
Velutum quid, 297.c
Venæ sectionis inuentio, 563.c
Venas aperiunt Cicadæ, 341.a
Venandi ars ab Araneis edocta, 613.a
ad Venenatos morsus, 441.c
ad Venena cuncta remedium, 539.b
Venenum per mel sumere quid, 141.a
Venena melle temperata. 129.c
Venenum mellitum quid, 140.e. pessimum ex capitibus Formicarum. 519.b. quando peius, 234.f ad id quod corrodendi vim non habet remedium, 599.c. quot modis noceat, 583.a. eo sagittas inficere vnde natum, 218.g. 573.c.d. veneno vt expugnetur venenum, 740.f
Venetorum Dux cur cornu gestet, 112.b
Ventorum signa, 625.a
Venus dicta noctiuigila, 494.e
ad Venerem cõcitandam remedium, 148.d. 530.g. 740.g
in Veneris masculæ sectatores, 461.c
Venerei cum Cicadis comparati, 325.b
Veris signum, 257.b
Veratrum Apibus noxium, 65.c
Verbum Dei qui efficiatur Vermis, 645.b
Vermina quid, 644. sæua quid Lucretio, 648.e
de Vermibus in genere, 638.g. & inde. æquiuoca, 639.a. dicuntur etiam Pediculi, 544.f. in ventriculo generantur, 674.e. & inde. in cerebro quid anatomicis, 639.b. in capite humano nasci, in auribus, sub lingua, sub dentibus, 655.b.c.d. in mammis, in pulmone, & aspera arteria, 656.e. cur ijs comparatus Christus, 464.c. 644.b. ab ijs denominata, 642.f.

ex excrementis oriri, 678.b. eorum genezatio, 641.c. & inde. ijs in generando quid commune, 390.b. eorum genera, differentiæ, 640 f. & inde. eos instar testudinis calculosus eminxit, 653.d. eorum laudes, 638.g. lethiferi in India, 640.h. eorum miri affectus, 667.b. eorum moralia, mystica, 644.b. ijs motus instar vndarum, 641.b. Muscis productiores, quid portenderint, 646.e. eorum natura quantum differat à natura reliquorum Insectorum, 638.c. eorum nomen latè patet, 639.a. eos non coire, 641.c. non nascuntur ex solani putrefactione, 56.g. obliuiosi, 641.b. per eos notata cara, 666.b. ex se perfecta animalia 4.g. per eos notãtur peccata, 645. ad eos pellendos remedia, 740.b. eorum prodigia, 645.b. quales in perca, 6.g. ab ijs qui corrosi, 666. e qui pariant, 691.b. eos qui cibi generent, & cur autumno magis generentur, 661.a. an eos dulcia producant, ibid.b. quos fruges infestant, 687.a. ex quibus humoribus in homine generentur, 657.c. d. 660.e. salsa non tangunt, 697.c in solano quales nascantur, 5.d. ijs in ventre infestatur gobius piscis, 6.g. in vesica & renibus hominis nasci, 656.c. item in vtero manibus, & pedibus, ibid.f.g. eorum, victus, sensus, vinacitas, 641.a. & inde. ijs vita tenacissima, 17.a. an fiant in vicere ab eodem calore à quo pus, 658 f. eorum vsus in variis, 646.f. vt augeantur, 641.d. vt fugentur, & occidantur, 646.b. ab ijs vt conseruentur cadauera, 677.d. in vtero existentium signa, 670.e

Vermium in omnibus animalibus, excepto homine, nascentium historia, 678 h. & inde. eorum synonyma, genus, differentiæ, descriptio, 680 f. & inde generatio, 181. b. & inde. signa prognostica, 682. e. & inde vsus in medicina, ibid. g.h. vt fugentur, & occidantur, 683.a. & inde.

Vermium in aquis calidis nascentiũ historia, 735.d. & inde.

Vermes aurium, vt occidantur, & educantur, 674.f

Vermis Brucho similis in homine natus, 653.b

Vermis quid, 11.c. quid autori, 638. g. quid apud Theologos, 666.f

Vermis aëris quid Isidoro, 602.e

Vermium canis vsus, 682.g

Vermes carnium, 681.a.

Vermes caudati, 640.f.g. in vlceribus reperti, 654.g.

Vermis cærulei Gangetici historia, 717.d. idem cum Verme Indico, Ctesiæ, 718.b

Vermis cordis dictus quale monstrum, 651.d

Vermis cornutus quid Aristoteli, 264.e

Vermis Cucurbitarius autoris, 57.b

Vermium cucurbitinorum icon, 652 nu.1. longitudo, 651.b. qui, 650.g

Vermes Dentium vt sanentur & fugentur, 676.b

Vermium equorum in ventre & intestinis nascentium quot sint genera, 680.f

Vermes Erucis similes in homine nati, 653.b

Vermium in homine nascentium locus, 654.g. & inde. historia, 674.a. & inde. genus, differentiæ, descriptio, 648.f. generatio, 657. c. & inde denominata, 665.d. historica, 666.e.f. moralia, ibid. & inde, insomnia, 667.a præsagia, prognostica, 670 fabulæ, 672 f. vt fugentur, & occidantur, 672.g

Vermes in homine nascentes consuncti & non consuncti, 648 f.g. in intestinis hominis nascentium icones, 652. eos enecantia remedia, 672. b. & inde.

Vermis Iudici historia, 717.d. vt capiatur, 718.g. quid D. Ambrosio, 279.a

Vermis lanificus, 279.b

Vermium in Lapidibus, & metallis nascentium historia, 700.g

Vermis Macrorynchoteri, & Microrynchoteri historia, 735.b. icõ, 735. & 766.

Vermium marinorum icones, 735 a & inde, 734.b. & inde.

Vermis in mari, 40. cubitorum apud Norvegos, 719.d

Vermis Martij mẽsis historia, 720.e

Vermis Microrynchoteri historia, 734.b. icon, 735.b. & alterius Rondeletij, 766.

Vermium monstrosorum generatio, 675.a. cum vrina excreti, 653.c. descriptio eorum, qui in corpore humano nascuntur, 651.d

Vermis monstrosi in capite militis inuenti, icon, 764.f. item alterius anguille forma, ibid.g

Vermium pilosorum signa in equis, 682.g

de Vermibus plantarum historia, 674.b. 684.b. eorum causa procathartica, & materialis. 687.b. c. victus, 686.g. vt fugentur, 686 g.h. & inde, vt gignantur in plantis, 60.e

Vermis polymorphi icon, 652. nu.2.

Vermis quadrupes Agricolæ, & eius descriptio, 639.a.b

Vermis serpentinus Alberto dictus quid edat, 686.g

Vermium in tabulis deliteſcentium historia, 717.b. icon, 765

Vermis vestiarius, 6.g. volatilis, 639.c

Vermicelli quid Sauonarolæ, 643.b.

Vermiculorum ortus, 10.b

Vermiculus dipsaci ex Erucarum genere, 272.b

Vermiculus qualis in farre, 8.e. in gramine nascentium vis, 5.d

Vermiculi Insectorum omnes quasi argentum fiunt, 57.c

Vermiculi intercutanei dicti, 656.g.

Vermiculus D. Iohannis quid, 643.a

Vermiculus niger in cyprino, 6.g

Vermiculi oblongi in carnibus salsis inueteratis, 501.c. pernitiosos generat ruta, 6.c

Vermiculi Platinæ qui fiant, 643.b

Vermiculum quæ Insecta pariant, 11.a

Vermicularis cerebri processus quis, 644.e

Vermicularis herbæ genera, 643.d

Vermiculatum quid, 643.b

Vermiculatio quid, 5.c. 643.c. ea quæ arbores sentiant, 5.c

Vermiculor quid, 643.c

Vermiculus color quid, 642.d

Vernigo quid, 84.f.g

Veronæ ferlilitas, 50.e

ad Verrucas remedium, 441.b. 704. f. 480. f

Verticillus quid Gazæ, 502.b

Veruex abscisso capite viuit, 17.a

Vesicam peculiariter lædunt Cantharides, 478.g. ad eius vitia valent Cicadæ, 341.b

Vespæ æquinoca, 198.f. ætas, 204.g. aculeatæ & non aculeatæ, 200.f. ijs amici Crabrones, 232.g. cum amor erga prolem, 216.g.h. an ceram, & mel conficiant, 211.d. ijs an sint reges, 206.g. 216.g. an senectutem exuant, 206 g. animositas, & vindicandi ratio, 217.a.b c. per Apes eas intelligi, 221.d. an Apibus inimicæ, 218 g earum & Apum idem ortus, 206.e. apologi, 222.b. earum aquæ vis, 223. d. audacia, 218.e. & cur, f. ibid. ab autore obseruatarum descriptiones, 202.e.f.g. icones, 203.a.b.c. eas capiendi ratio, 215.c. ijs Chananæi puniti, 220.f. earum cibus, 215.a.b. ea Cicadæ obstrepens prouerbium, 223. b. 335.b. eam ciuilis esse generis dicit Aristoteles, & cur, 216.f g. earum coitus, g. & h. 204. per coitum propagari, 205.d. eius, & Crabronis similitudo, 225.d. 226.g. ab ea vbi non vexetur pecus 351.c. cur non

non recta volunt, 215.a. cur inter Apes syluestres numerata, 220.b de eis epigrammata, 222.c. epithe ta, 16.f. etymon, 215.b earũ examẽ malum augurium facit, 220.f examen earum sibi irritare quid, 223 a. examẽ metuit Phrynichus 223 b. examen in arce monetæ, 223.c faui vnde fiant, 207.b. faui non constant ex cera. ibidem, faui vt ab Apum differant fauis, 210.g. genus differentia descriptio, 199.d & 200.c. gregalis est. 4.b. eius habitatio, 45 c. hieroglyphica, 220.b. historica, 220.f. ictus symptomata, 224.b. & 225 a. ictus curatio ibid. in India ciba ria liquida appetit, 227.d. eius ingenium, 216.f. locus, 203 d. pro magno timore ponitur, 198 g. eius mel, 123.d. moralia, 220.g. mortiferę vbi, 203.d. multæ in autumno quid præsagiant, 219.d. earum nidus, 207.a. nidi artificium, 216. f. nidi cortex qualis, 209.b. non mellificant, 123 d. non respirant, 14. anõ relinquunt aculeum post morsum, vt Apes, 224.b. non capiunt granaiores Muscas, 215.b operariæ, & mares quomodo vespeta conficiant, 207. earum ortus 11.c. 205.a. & generatio ibidem. pietas erga suas, 37.a. placidę, operariæ, matrices, 200.f. earum præsagia & augurią, 219 d. prõptitudo animi, 217.d. prouerbia, 223. a. quæ venenosiores, 224. quasdam esse ex terra, 205.d. quãdo sub terra, & quando in sublimi nidificent, 207.d. & cur, 208. f. ab eis qui erecti, 224 f. in ijs quid obseruarit Homerus, 2 f. quos nõ attingant, 224 g. rariores quæ, 200 f. remedia contra ictus, 224.c. earum respiratio, 216.c. Serpentibus vescuntur, 215.b. earum sexus, 204.c. sonus, 216.e. synonyma, 198 g. tritæ suis morsi bus prosunt, 225.b.c. vbi nidificent, 208 f. carum veneni temperamentum, 224.h. Vermes quales 11.d. vitæ tenacitas, 17 b. viuacitas, 216.c. vnde dictæ, 199 c. vsus in medicina, 223.c.d. vt capiantur, 64.h. 65.a. vt coeant, 10.b ferræ & ficures quæ Varroni, 200.f

Vespæ Ichneumonis dictæ cum Phalangio Cretico dissidium, 610 f. 224.g. ortus, 606.g

Vespæ Indicæ, 201.d. earum Vespeta. 208.e. 213.d

Vespæ Laertæ dictæ quæ, 516.g

Vespæ λοχοπαδες cur, 218.f

Vespæ nigræ vbi faciant, 210.b

Vespæ semiformis descriptio, 202.g.

Vespæ spuriæ, 202.c

Vespa pro vespillone, 198.f

Vespalis Ruscla quæ, 605.c

Vesparia seu vespeta, & eorum descriptio, 207. a. 208 g 210. e.f. 211.a. icones, 209.

Vespeti Phialiformis descriptio, 210. c. icon, 713. nigrarum Vesparum quale, 210.g. planum qua forma fiet, 208.f subterranei descriptio, 210.g. icon, 211.

Vespertilio cute volat, 8.b. cur nullus in septentrionalibus plagis, 402. b. eius vox, 308.g. per eius alam quid significetur, 528.g

Vespillones qui. 198.f

Vestes quæ à Tineis non corrodantur, 700.f. vt ab eisdem liberentur, ibid ijs ne noccant Blattæ, 504.f. Coæ quæ, 284.f. Vermiculata quæ, 643.c

Vestalis ignis, & eius origo, 166 g

Vesuuius mons Cicadas nescit, 314.f

Vinum an sit purum quomodo cognoscatur, 148.e. 341.c. 441. cur optimum homini esse iudicetur, 144.f. ei cur infundantur ouа Bombycum, 286.f. mel miscere antiquissimum est, 145.d. eius natura contraria omnibus venenis, 484.b. quæ animalia generet, 5.c quod in medio est cur optimum, 137.d. vt ex melle fiat, 147.d. Græcum, 89.c. Massicum quale, 145.b. meletites, & eius facultas. 156.g. Risatticum dulce est, 145. d. rubrum ex albo, 148.e. Vermiculum quid, 642.d

Vinula quid, 373.f. 577.a

B. Vinzentius Locustas fugat, 427.d

Violarum icones, 473.

Viola aquatica, & eius historia, 707.a

Viperæ Cãtharidibus aluntur, 482. e. ab eis deuorantur Scorpiones, 593.c. earum esu an pediculi generentur, 550 f. in eas malignæ sunt vespæ, 218.g nutriuntur Bupresta, 489.a. eis similes Muscę. 344.g. ad eas antidotus, 589.d. vbi non infestæ, 537.b

Viperini fœtus, 236.b

Virgilium Apes aluere, 88.c. emendatus, 129.a

Virgo beatissima cur se Apem vocarit, 35.c

Virtus eneruata delitijs Scarabæo notata, 464.g

Vesicaria herba quæ, 360.f

ad Visum acuendum remedium, 468.b

Vita actiua per piscem assum expressa. 135.b. eius symbolum, 130. terminus angustus Muscis, 358.g

ad Vitam ciuilem qui duces requirantur, 28 g

Vitis cur Vermes generat magis quã aliæ arbores, 687.c.d. ijs inimica Aranea, 615.g. eam ne ascendat Formica, 519.c. vt à Cantharidibus seruetur, 486.f

Vitrum cur & liquefactum & coctũ semper pellucidum, 163.a.b. vt placabile reddatur, 181.b

Vituli aquatici historia, & descriptio, 720.g.h. hausti eius curatio, 720.h. cius venenum ibid. icon, 765.

Vitulorum Lumbrici vt exstirpentur, 684.c

ad Vlcera remedium, 629 a. 692.g. ad capitis manantia, 712.f. ad insanabilia curanda, 503.d. ad omnia pedum, 704. ad putrida, 444. f. ad testiculorum tumẽtia, 704.f

Vlmus vt Apes purgat, 65.c. arbor Cimicum dictus, 537.d. 391.c. eius vesicæ Pſenes generant, 5.d

Vlpiani error, 146.f

Vltionis hieroglyphicum, 94.g

Vnigenitus per Scarabæum notatus, 463.c

Vnguenta quæ gratiora, 159.c

Vnguis odoratus, 499.c

Volant per diem tantum Cantharides, 474.g

Volucella quid Scaligero, 577.a. ortus, 5.c

Volucra Columellæ, 5.c

Voluox quid, ibidem.

Voluptatis inditium mel, 132.c. ei Comes est mœror, 140.f. ei diditi Cantharis assimilantur, 461.c

Vomitus in Cantharidum potu vnde, 483.b

Vonpressis quid Græcis hodie, 488.c 588.c.

Vocem cur non habeant Cicadæ, 317.c. eius priuatio in homine à Vermibus oritur, 667.d. eam quę animalia edant, 16.f. à sono differt, 16.f

Vpupa vt Blattas è nidis depellat, 504.f

Vrinæ araneosæ quæ, 623.c

ad Vrinæ ardores à Cantharidum potu ortos antidota, 485.d. ad eius difficultatem, 441.b. 633.a. 480. e. eam cur difficulter excernant ęgri qui Cantharides potarunt, 483.a

ad Vrinam in equo retentam remedium, 539.c

Vrinantes cur sub aqua odorare nequeant, 15.d

Vronoscopus piscis rescissus viuit, 17.a

Vrsa linguam in Formicas exporrecta quid significet, 528.g. vt sese sanet, ibidem.

Vrsus Formicarius vbi, 513.a quis, 516.b. noster Formicarius dici potest, 523.d. cur Formicis ve-

scatur

*scatur*, 523. d. *quando Formicas edit*, 530.
*Vrsi ne mella deripiant*, 65. b
*Vruca & eius etymum*, 265. a
*Vscia vermis porci*, 680. b.
*ad Vterum fœcundandum*, 696. g. *ad obduratum remedium*, 489. a. *ad eius strangulationes*, 481. a. 489. a. 545. c. & 759. d. *in eo vermes monstrosi geniti*, 653. d
*Vua Apiana quæ*, 89. b. 360. f
*Vuis vescuntur Vespæ*, 215. b. *eis quodnã animal innascatur*, 685. c. *vt à vespis sint immunes*, 215. d
*Vua Apica*, 89. c
*Vua marinæ animalis historia*, 741. a. *icon ibid. & descriptio.*
*Vua Stica*, 89. b
*ad Vulnera remedium*, 629. a. 696. c. 688. c. *ad cruenta valet oleum cerę*, 187. b. *ad intestinorum*, 697. a
*de Vulpe & verme Apologus*, 695. c. *vt se à Pulicibus libret*, 567. d
*Vulpecula cute volat*, 8. b
*Vulturis pediculus qualis*, 545. c
*Vxor frugi Apum regi similis*, 33. d. *optimę officia*, *ibid.*, & 34. c

## X

*Antippi de Apibus dictũ*, 29. a
*Xenephon Attica Apis dictus*, 91. b
*Xylophthori historia*, 306. c. *etymon ibid. icon*, g. h.

## Z

*Zeuxidis dictum*, 95. a
*Zinziberis radices vt condantur*, 124. c
*Zizyphum vocat Galenus sericum*, 295. b
*Zoophytum animal perfectum*, 3. d.
*Zopissa quid Plinio*, 184. b


## Græca.


Αββαδὼν. 409. d
Αβρότων. ibid. c
Αδριὰ, 639. d. 689. c
Αιδαλιὼν, 308. f
Αιλυρόμορφος Scarabæus, 449. a
Ακάνθιος quid, 310. c
Ακάνθιος Cicada quæ ibid.
Ακόνιτον vas quid, 481. d
Ἄκοπα medicamenta quæ, 186. c.
Ακορίζειν quid, 537. d
Ακρὶς quid, 404. c. vnde deriuatur 406. h
Ακρίδιον, 406. h
Ακριδοθήρα quid, 428. f
Αλάζων, 308. f
Ἄμμιον quid Theophrasto. 175. a
Ανερίνασος εἶ quid, 399. a
Ανθηδὼν quid, 44. c. 201. b
Ανθρον, 84. g
Ανθρωίη, 199. b. 226. a
Ανθρώιον, 115. d. quid Suidæ, 229. a
Ανθρωποειδὴς quid, 233. a
Ανοιστρέω & ἀνοιστροῦμαι quid, 380. e
Ατρότων, 409. c
Απους quid, 44. c. 51. d
Αραχναῖος quid, 623. b
Αράχνη & Αραχνιον, 601. c. 623. c
Αραχνικὸς quid, 623. b
Αραχνιόω & Αραχνιοῦμαι, 623. c
Αραχνοκάμπη & eius descriptio, 267. d
Αρωχνουφὴς quid, 623. b
Αραχνώδης quid, 623. b
Αρπεδόνες quid veteri Lexico, 543. d
Ἄσπρος quid, 642. f
Ασπτος quid, ibid.
Ασίρακος quid Dioscoridi, 407. b
Ασκαρὶς, 649. a
Ασκαρίδες mele Tipulas vertit Gaza, 707. c
Ασκαριδωδέες & Ασκαρώδεες, 675. d
Ασκαρίζω quid, 645. a
Ασκέω quid, 649. a
Ασκος quid, 699. b
Ασπίδα quid hodiernis Græcis, 738. c
Ασάλη quid Hesychio, 640. g
Ασπρι & Ασπριον, 742. f
Ατλακη, 408. f
Ατταλαβος, ibid. & 406. h. vnde dicatur, 407. a
Ἄφις, 535. d
Αχέτα τέττιξ qualis, 310. f
Αχέτη quid Adriano Iunio, 402. g
Ἄχηρας, 409. c
Ἄχηρον, ibidem.
Αχράδες quid, 438. g

### B.

Βαδίζοντα quæ, 13. a
Βαίτυξ, 721. c
Βαμβαξ & βαμβάκιον quid, 278. h
Βάτραχος, 308. f
Βδέλλα, 693. a. 721. b. c. vnde dicta ibid.
Βδελλίζειν, 729. d
Βδέλλιον, 721. c
Βδελλολάρυγγες qui dicti, 729. d
Βέμβιξ seu βέμβηξ, 199, c. 210. a
Βεμβὶς, 201. b
Βιβακες, 308. f
Βλάττιον Βυζάντιον, 499. c
Βλαψιγονία quid, 67. d
Βλεκυγες quid, 721. c
Βλέτυες ibid.
Βλῆσας scorpio terrestris Hesychio, 574. c
Βομβάκιον quid, 278. g
Βομβὴν quid, 53. a
Βομβύκιον quid, 295. c
Βομβύλιος Suidæ quæ Vespæ, 200. g
Βομβύλιος quid alijs, 384. f
Βόσρυξ; 494. h
Βόσρυχος ibid.
Βουδάκη, 487. a
Βουπῆσις vnde dicatur, 487. b. c.
Βοῦς quid antiquis, 487. c
Βότρυς, 494. h
Βραδὺς quid, 408. e
Βροῖκος, 408. e
Βρᾶυλα quid, 543. d
Βρέττανα, 409.
Βοᾶν dicuntur Cicadæ, 317. a

### Γ.

Γαστρίδες, 647. d
Γῆρας quid, 313. d
Γληχων, 566. e
Γραφεῖον quid, 772. f
Γρύλλος, 442. c

### Δ.

Δέλλιδες, 199. b
Δερμηστὴς, 639. d
Δημητρίουλος quid, 633. c
Διὴξ, 299. d. 689. d
Διάζωμα quid, 317. d
Δράσις, 295. c
Δρίλακες, 721. c
Δρῖλος, 693. a
Δρῦς quid Græcis, 337. b
Δύσδερι quid, 219. b

### E.

Ἔγκαρ, 543. c
Εγκρίδες quid, 438. h
Ελαιοθησία, 163. a
Ελμινθες πλατεῖαι, 649. c
Ελμινθες στρογγύλαι, 650. g
Ελμινθιάω quid, 675. d
Ελμινθιον quid, ibid.
Ελμινθιωδὴς quid, ibidem.
Ἔμις, 647. c
Ελοπῶδαι quid, 441. b
Ἔλυθρον quid, 8. h
Εμπὶς, 383. a
Ἔντομα quæ, 3. c
Ἔντερα γῆς, 693. a
Εξοισράω & ἐξοισέω quid, 380. e
Ερινάζειν quid, 399. c
Εριθάκη quid, 23. c
Ερπήλαι, 712. h
Ερπητὰ quid, 544. f
Ερπιστικὰ & ἑρπετὰ quæ, 13. a
Ερποντα quæ, 13. a
Ερπόλλα, 712. h

# INDEX.


Ερπυλλὶς, 308.f
Ερυσίβη quid, 406.f
Εσπίνη, 235.d
Ἔσπην, 44.c
Ευλαὶ, 640.e.648.e
Ἔφορος quid, 113.c

Ζ.

Ζῶον μελισσόποιον, 201.a
Ζωοῦσθαι quid apud Theophrastum, 685.b

Η.

Ηλίθιος quid, 408.c
Ηλιοκάνθαρος, 448.g.460.h
Ηλιομανὴς, 308.f
Ηπίαλος quid & eius historia, 258.g.h
Ηπιαλος quæ febris, 285.h
Ηχέτης, 308.f

Θ.

Θεμβλεῖς, 721.c
Θηρία quid Hippocrati. 647.d
Θηρία κακὰ quæ Hesychio, 647.g
Θηριώδης, 650.e
Θηριώματα, ibidem.
Θρίπες, qui Vermiculi, 690.f
Θριπήδεστος, 692.e
Θριπόβρωτος quid, 692.e
Θριποφάγος, 692.f
Θριψ, 639.d

I.

Ιδιόμορφος Scarabæus, 449.a
Ἴδρις cur Formica ab Hesiodo dicta, 508.e
Ιθμία quid, 48.e
Ἴξ, 300.e
Ιξία quid, 495.b
Ιουλόπεζος quid, 634.f
Ἰουλὼ cur dicta Ceres, 633.c
Ιουλώδης quid, 634.g
Ιππίδιον, 737.d
Ιππόκαμπος, 737.d
Ιππομύρμηκες, 512.h
Ιπποψύχη, 236.f
Ιψ. 299.d

K.

Καλαμάια, 408.h
Καλλίουλος quid, 633.c
Καλοίερροι 501.b
Κάμπαι cetacea omnia dicuntur, 736.g.h
Κάμπη, 264.g.405.c
Καμπίκητος vnde deriuetur, 736.g
Κανδήολα, 493.c
Κανθάρεος vitis quæ, 460.h
Κανθάριας gemma, 460.h
Κανθάριον, 460.h
Κανθαρὶς, 469. d.470 e
Κανθαρὶς piscis, 469.d
Κανθαρίζειν, 460.h
Κανθαρίτης οἶνος, ibidem.
Κανθαρολεθρος locus in Thracia, ibidem.
Κανθάρος, 446. h. vnde dictus, 447.a
Κάνθων quid, 447.a
Κάρα, 543.d
Καραβοειδῆ, 404.f
Κάραβος, ibid.
Καρνος, 543.d
Καρνυστάσινον quid, 543.d
Κάρος, 156.g
Κάρπα Theophrasti, 264.g.685.b
Κεῖρις, 115.d
Κέρα quid, 155.c
Κεράμβηλον, 448.f
Κεράμβυξ, ibidem, & 450.h
Κερκώπη quid, 320.h
Κερωμανιστὴς quid, 162.h
Κετωνίας, 470.c
Κέραμβλον, 448.f
Κηρία & Κηρίαι quid, 649.d
Κηριάζειν, 83.b
Κηρινονπλάσμα, 161.d
Κηρίον, 82.h.83.a. 115.d
Κηρίον morbus, 127 b
Κηρίον κηφηνῶδες, 134.e
Κηρογραφία, 175.e
Κηρὸν pro cera pici permista, 184.h
Κηρὸς, 156.g. & eius etymon, ibidem.
Κηρὸς τρακτος, 159.a
Κηρώματα quid, 162.g
Κήρωσις, 83.a
Κηφὴν, 193.c
Κηφῆναι Apes, 46.h
Κηφήνιον quid, 195.a
Κίμβικα, 199.b
Κινώπετον, 383.a
Κίονα quem Vermiculum Galenus appellat, 685.b
Κιξάλης, 308.f
Κίξιον, ibidem.
Κὶς Theophrasti, 299. d
Κληρὸς quid, 57.d
Κνίπες Formicæ dictæ, 116.h
Κνιπόλοχος quid, 393.c
Κνὶψ, 383.b
Κνώδαλα, 19.a. 639.d
Κομμωσις quid, 83.d
Κονις, 569.d
Κόννυσις quid, 83.d
Κοπριὼν quid Hippocrati, 448.g
Κοπτειν quid, 641.a
Κορδύλη quid, 327.d
Κόριξα recentioribus Græcis quid 535.d
Κορίς quid Hesychio, 536.
Κὄρις & Κορυς, 535.d
Κόρνωψ, 409.a
Κορυμβος & κορύμβη quid, 327.d
Κουβαρίδες, 632.h
Κοχλίας γύμνος, 702.g
Κύαμος, 632.g
Κυβῆτρα, 83.a
Κυὶξ, 383.a
Κυνόμυια herba quæ, 344.e
Κυνοπρῆστις, 561.b
Κυνοραίστα, 546. e. 560.g
Κυνοραίστης, 344.e
Κυσολαμπὶς quid Hesychio, 493.
Κυτος quid Aristoteli, 8.f
Κύτταρος, 83.a
Κυψέλα, 61.c
Κραμβὶς, 686.e
Κρανοπολάπτης, 259.a
Κρόκος, 408.e
Κρότων herba, 560.e
Κρότων Insectum, ibidem, g.
Κροτωνιάται populi, 560.f
Κρωβύλος quid, 327.d
Κώβαξ, 310.h
Κωνωπεῖον quid, 393.b
Κωνωπεὼν quid, 393.b
Κωνωποειδὴς, ibidem.c
Κωνωποθήρας quid ibidem.
Κώνωψ, 383.a
Κωρυκος quid Græcis, 392.g

Λ.

Λάμπας κηροχίτων, 169.b
Λαμπτῆρες, 493.a
Λαμπουρὰ, 493.b
Λαμπουρὶς, ibidem.
Λαμπουρίζω, 497.b
Λαμπιρὸς quid, ibidem.
Λάμπουρος canis nomen, 493.a
Λιβυρὶς quid, 313.c.d

M.

Μαίσων cocus quis, 307.d
Μάλθη, 156.g
Μάντις ἀρουραῖα, 408.e
Μάσταξ, 448.e.g
Μελολόνθη, 277.b
Μελάνθη, ibidem.
Μέλι, 115.c
Μεζικέδριον, 117.c
Μελίκηρα, 127.c
Μελίδειον, 115.d
Μελίας σίτος, ibidem. a
Μελίβρομος, 126. f
Μελιγαθὴς, ibidem.
Μελίγηρις, ibidem.
Μελίγληνος, ibidem.
Μελίδειον quid Suidæ, 147.b
Μελιηδὴς, 126.f
Μελίκηρις, 115.d. 127.a.b
Μελίλωτος, 126.h
Μελιλώτινοι στέφανοι, 127.a
Μελίμηλον, 126.g
Μελίνη quid, 115.a
Μελινος, 89.b.115.h
Μελίπηκτον, 129.g
Μέλισσα quid, 24.e.43.d. & vnde


Μελισσεὺς,

# INDEX.


Μελιασῆς, 61.a
Μελίασιον quid, ibidem, c.
Μελιασόκομος, ibidem.a
Μελίασσος πὰν, ibidem.
Μελιασότροφος, ibidem.
Μελιασόφυλλον, 89.a
Μελίταινα, 89.b
Μελιτεῖον quid, 147.a
Μελιτίτης λίθος, 127.a
Μελιτοεῖς, ibidem. d.
Μελιτοπῶλης, 126.f
Μελίτοσις, ibidem.
Μελίτρεπτος, ibidem.
Μελιτουργία & Μελιτουργεῖον, ibi.
Μελίτουργος, 61.a
Μελιτουργὸς, 126.f
Μελιτροφεῖον, 63.c
Μελιτοφόρος, 126.f
Μέλιττα quid 43.d
Μέλιττις, 89.b
Μελιττώδης, 61.a
Μελίτωμα, 126.g
Μελιτώνα, 63.c
Μελίφυλλον, 89.a
Μελίουρτος, 127.d
Μελίφρων, ibidem.
Μελίχλωρος, ibidem.
Μελιχρυσος λίθος, 127.a
Μελολόνθη, 447.b. vnde dicta.
Μελύγειον, 147.a
Μελυγιον, ibidem.b
Μέταξα, 295.b
Μηλάνθη, 447.d
Μηλινομεὺς, 410.e
Μίδα fabæ Vermiculus, 299.d
Μιλτοπάρηοι naues quæ Homero. 175.a
Μίτυς quid Aristoteli, 83.a
Μυῖαι, 681.a
Μολουρὶς, 409.d
Μόλουρος, ibidem.
Μυγάλη quid, 623.d
Μυῖα, & vnde dicatur, 343.d
Μυῖα piscis nomen. 343.c
Μυιοδήρα quid, 360.f
Μυιοπιχεῖαι, 380.f
Μυιόσοβα Musarum ab actores, 360.f
Μυιοπίζειν, 380.f
Μυίωψ vnde dictus 375.c. sumitur pro calcari etiam, 374.f
Μύκης quid, 259.a
Μυλακρὶς, 501.d
Μυοστόνος napellus dictus & cur 370.g
Μυριάπους Vermis, 634.e
Μύρμαξ, 512.g
Μυρμηδὼν, 522.h. 521.d
Μυρμηνάνθρωποι fabula, 524.e
Μυρμηκες γυῖτορες, ibidem.
Μυρμήκια quæ, 522.e
Μυρμηκία quis morbus, 529.f
Μυρμηκιὰν quid, ibidem.a
Μυρμηκίασις quid, 522.h
Μυρμηκίζων quid, ibidem.
Μυρμηκιον Phalangij genus, 519. b. 522.e.
Μυρμηκίτης lapis, 523.d
Μυρμηκολέων quid, 516.a
Μυρμηξ, 512.g
Μῦρμος, ibidem.
Μυωπες qui, 374.e
Μωρὸς quid, 408.e

N.

Νεκύδαλος, 277.c
Νίτρος, 543.d
Νυκτιλαμπὶς, 494.c

Ξ.

Ξυλοφάγος βοῦς, 450.h

O.

Οἴσησις, 379.d. 38.e
Οισραω, 379.d
Οισρέω, & Οἴσρημα, ibidem.
Οισροδίνητος quid, 380.e
Οισρολασία quid, ibid.
Οισρολατέω 380.f. 379.d
Οισρομανὴς, 308.f
Οισροπληξ, ibidem.e
Οἶσρος, 379.g
Οἶσρος θαλάσσιος, 713.c. 374.e
Οισρωδὴς quid, 379.d
Οκτωπους cur Scorpio dictus, 574.e
Ὄλκος Araneæ genus, 601.c
Ὄνισκος, 632.g. 707.b
Ὄνοι κατακίδιοι quid Scribonio Largo, 632.g
Οξυγλυκὲς quid, 150.e
Οπώρα κηρινὰ, 116.h. γλυκεῖα quid, 227.d
Οχοφορία, 130.g
Ὄυλος quid, 633.c
Ουλὼ cur dicta Ceres, 633.e
Οφιοκτόνη Dioscor. 635.c
Οφιόμαχος, 408.f
Οινόμελι quid, 146.f
Οισὴεις quid apud Nicandrum, 379.d

Π.

Παπιλίων quid, 256.g
Παροισρέω & παροισράω, 380.e
Πάρνοπες, 200.g. 409.a
Πεμφρεδὼν quid, 200.h
Πενταδάκτυλον herba, 560.e
Πεταλίδες, 308.f
Πηνία, 273.e
Πλωὴν, 115.d
Πνεῦμα κηρώδητον quid Theocrito, 183.d
Πολύποδες, 544.g
Πόντον ὄζριον, 117.a
Πόρνοπες, 409.b
Πρασοκουρὶς, 264.h. male Blattam interpretatur Gaza, 500.f
Προσωπέτεσθαι quid., 218.e
Πρωτόκηρος, 261.g
Πτερὸν quid, 8.g
Πτίλα, ibidem.
Πυγολαμπὶς & Πυρολαμπὶς, 493.c
Πυράλλις, 259.a
Πυραμεῖα quid, 44.e
Πυραύστης, 259.a
Πυραυσούμορος, 258.h. 259.a
Πυρρὰλη, ibidem.
Πυρράλις, ibidem.a

P.

Ραφανὶς & Ραφανὸς quid differãt, 254.g
Ριζοχόσκης, 409.d
Ριξαχοσκης, ibidem.
Ρῦπος ξηρὸς quid, 156.g

Σ.

Σάβητος, 384.f
Σάθραξ, 543.d
Σαρὼ quæ, 46.h
Σέρφος, 383.a. 516.h
Σπεδόνες, 640.e
Σῆρες, 295.b
Σηρικὸν, ibidem.
Σὴς, 299.d
Σιτοδόκιδες, 235.d
Σιτόκοπος quid, 699.b
Σίλφα, 446.h. 500.g
Σίλφα ἀρτοκοπεῖον, 501.b
Σίλφιον, 500.g
Σίχφων, 383.a
Σκαῦρον, 742.f
Σιμαὶ, 44.e
Σίμβλος quid, 61.c
Σὶς, 500.h
Σκνὶψ, 383.b. 543.b
Σκνίπες Formicæ dictæ, 516.h
Σκολόπενδρα, 635.a.b
Σκορπίδια quæ tormenta, 573.b
Σκορπίος, 574.e. vnde dicatur, ibidem.
Σκορπιος quid in pueris, 327.d. 573.b
Σκόπις & Σκόρπαινα piscis, 572.f
Σκυταλίδες quid, 601.a
Σκωληκησις & Σκωληκιὰω, 642.g
Σκωλήκια, 640.f
Σκωλήκιον, Σκωληκιάω, & Σκωληκίζω quid, 642.
Σκωληκόβρωτος 552.d. 642.d
Σκωληκοποιέω quid, 642.h
Σκωληκότοκος & Σκωληκοτοκέω, ibidem.
Σκώληξ, 640.e
Σκωληκώδης, & Σκωληκοειδὴς, Σμήνιον quid, 61.c
Σμῆνος quid, ibidem.
Σμηνοκάμος, 61.a
Σμηνοδόχος. ibidem.
Σπονδύλη. 571.d
Στῆτες quæ. 6.g


Στρῦδος

# INDEX.


Στρῦθος, 308.g
Στρουθίζειν, ibidem. f
Σρόφος quid, 644.f
Σύριγξ quid, 61.c
Σύρφος, 383.a.384.f
Σύφαρ quid, 313.c
Σφηκεῖον quid, 219.a
Σφήκια quid, ibidem.
Σφήκωσις quid, 219.a
Σφηκισμὸς quid, 219.c
Σφηκοειδὴς quid, 199.h
Σφηκονεῖς, 206.e
Σφηκώδες homines qui, 219.c. 226.a
Σφηκὼν quid, 219.a
Σφήξ, 198.h.226.a. crabro interpretatus, 198.h. vnde dicatur, 199.c
Σφονδύλη Blattæ genus, 501.d
Σχάδων, 44.e

T.

Ταινία, 649.d. 698.f
Τενθρηδὼν quid, 201.689.c
Τερηδόνες, 680.f
Τερηδονιζόμαι, quid, 692.e
Τεττιγομήτρα quid, 321.b
Τετριγομήτρα quid, 321.b
Τετριγόνια, 308.g. 310.f. 321.c
Τετριγόφοροι Athenienses, 321.b
Τετρίζω quid, 321.c
Τέτριξ, 308.
Τέτριξ cocus quis, 307.d
Τέτριξ ἐνάλιος quid Ælian, 308.h. θαλάσσιος quid, 307.d.
Τῖλος, 632.f
Τίλφα, 446.h.501.d
Τιτλίζειν quid, 308.f.g
Τίφη, 501.d
Τρακταΐζειν, 159.b
Τράπις quid Hesychio, 313.c
Τρίζειν quid, 308.g
Τρίσμος quid, 275.b
Τρύζειν quid, 308.g
Τρωξ, 299.d
Τρώξαλλις, 264.h.686.e
Τύλφη, 500.h

Y.

Υάλη quid, 639.d
Υλομήτρα, & ὑλομήτηρ, 278.a
Υμενιόπτεροι Cicadæ cur dictæ. 209.c
Ὑπερα, 273.c
Ὑρίον, 115.d

Φ.

Φαγέδαινα Apum morbus, 69.a
Φαχηνες, 343.c
Φάλαγγες, 601.a.b.c
Φαλάγγια, 601.c.d
Φαλαγγίτης herba, 624.e
Φαλάγγιον herba, ibidem.
Φαλαγγῶσα & φαλαγγιῶσα, 624.e
Φάλαι, 258.h.501.a
Φάλαινα, 258.h
Φθεῖρες, 542.a.c
Φθεὶρ piscis, 543.b
Φθεὶρ σίτου, 300.e
Φθεὶρ θαλάσσιος, 711.d
Φθειρίζω, 558.e
Φθειροφάγος, ibidem.
Φιλοιτρομανὴς, 380.f
Φοίνικον φῦκος, 193.b
Φυκὶς piscis, 193.c
Φῦκος θαλάσσιον, 193.b
Φὼρ quid, 194.e
Φώριος quid, ibidem.

X.

Χαμαιπίτυς herba, 535.c
Χειροτόνητος quid, 174.f
Χελώνιον quid, 470.e
χιονόμελι quid, 150.h
χονισήριον, 163.a
χρυσοκάνθαρος, 277.c.447.c
χρυσόλιθος, 127.d
χρυσομηλολόνθιον, 448.e
Χρυσοπράσος, 127.d

Y.

Ψευδοσφὴξ, 200.g
Ψιὼ, 299.d, 383.b
Ψιωίζω quod, 393.c
Ψύλλα quid, 563.c
Ψυλλιον herba, 566.e
Ψύλλον θαλάττιον, 711.a
Ψυλλοτοξόται, 566.e
Ψυλλος, 563.e
Ψύρα, 543.c
Ψύχη eiusq; etymon, 235.c
Ψωρα, 258.h

Ω.

Ὡραῖα quæ, 118.f


## Hebraica.


Ascobishi, 601.b
Aluka, 721.b
Areb. 404.h
Arob quid, 3.c
Arura, 343.d
Belzebub, 343.d
Chagab, 405.b
Chargeba, ibidem.
Chargol, ibidem.
Chasil, 406.e
Chephusith. 446.h
Cnim, 543.b
Debasch. 115.b
Debiba, 343.d
Deborah. 43.d
Deboretha, ibidem.
Dibba, 343.d
Dibraia, ibidem.
Gazam, 405.c
Gezam, 264.f
Gob. 446.h
Goba, 405.a
Hachenomol, 406.g
Hasch, 689.d
Ielak, 405.c
Ielek non esse Bruchum, 406.e
Kameza, 405.d
Kampsa, 459.b
Karzith, 343.d
Maduph, 43.d
Hemalah, 512.g
Pirha, 405.d
Raschon, 405.b
Sæla, ibidem.
Salaam, ibidem.
Schumschemana, 512.g
Shemota, 406.f
Simmith. 606.b
Sochala, 405.d
Telatsal, 406.f
Zachala, 405.c
Zebub, 243.b


## Arabica.


Abofesas, 446.e
Abogeatan, ibidem.
Acrab. 574.e
Agaruf. 605.b
Akrol, 574.e
Albarasion, 605.b
Albarabon, ibidem.
Alcaradol, 535.d
Alcard, 535.d
Alcarid, ibidem.
Alelika, 721.c
Aleka, ibidem.
Aletha, ibidem.
Alfesim, 535.d
Alfesesim, ibidem.
Algistros, 84.e
Alhalem, 535.d
Alhatrakay, 575.d
Alheremati, 605.c
Alkersenati, ibidem.
Alsari, 606.e
Altraham, 575.d
Altursimati, 605.c
Arazasi, 512.h
Asmaaksanti, 279.b
Aucos Rutela, 605.b
Auricos, ibidem.
Ayon, 606.c
Bariol, 406.g
Canesis, 446.h
Canesibu, ibidem.
Carariba, 470.e
Cerad, 442.g
Charatan, 693.a

# INDEX.


Charda, 639.e
Conches, 574.e
Corab, 535.d
Coreth, 405.d
Coroda, 535.d
Deboliar, ibid.
Deibrane, 198.h
Derethricht, 308.f
Dgarſames, 535.d
Dherarie, 470.e
Faſafos, 535.d
Feſeſiſi. ibid.
Flaſis, ibidem.
Gardan, 544.g
Gicuale, 308.f
Gierat, 406.g
Hacharab, 574.e
Hamaha, 156.g
Harrab, 574.e
Hatarab, 574.e
Heagi, 383.a
Ieſafes, 535.d
Igil, ibidem.
Kercules, 406.g
Mum quid, 84.e
Murchion, 605.b
Pipher, 605.b
Rab, 606.e
Riapſa, 265.b
Rutela, 605.a
Sagluuſcolon, 605.b
Sarpa, 606.e
Sarſir, 442.g
Satocakion, 574.e
Sebegi, 606.e
Semna. 156.g
Siptu, 605.b.d
Suburclitis, 605.b
Suchon, ibidem.
Suclion, ibid.
Xoſoſtis, 487.c
Zambor, 198.h.226.a
Zisza, 406.g.
Ydrocomi, 639.c


## Indica.


Iza, 515.d
Sciſceni, 389.b. Occidentalibus,
Sciſcioni, 236.f
Tom, 657.a
Hippeqquti Orientalibus, 279.b


## Italica.


Ape, 44.f
Ape che non fa mele, 193.d
Auoni, 191.d
Bacho di ſeta Hetruſcis, 279.b
Barbegie, 501.c
Bardelle, 261.c
Bargelli, 279.b
Bigatto di ſeta Bononienſibus, 279.b
Bigatello da frumento, 300.e
Bombici, 279.b
Brecole, 407.d
Brendole, 261.c
Breſcia di miele, 116.e
Brocati d'oro, 297.d
Bruc, 407.d
Brucho, 265.b.279.b
Bucaroni, 501.b
Buprefti, 487.c
Burdigone, 448.f
Calandra, 300.
Calauron, 226.e.f
Cantarella, 470.e
Carpe, 501.c
Caualetta, 410.e
Caualetto, 737.d
Cauagliere, 279.b
Caualin marino, 738.e
Cauallo mariano Venetis, 737.d
Caualin ritorto, 738.e
Cecca, 544.g
Cemice, 535.d
Cemici botare, 541.a
Centipeda, 635.b
Ceutopie, 634.f
Ceruettin, 452.c
Ceruo volante, 450.h
Ceruettone, 302.g
Chaual Genuenſibus, & Romanis, 737.
Cigala, 308.g
Crabrone, 226.e.f
Cuculi, 279.b
Dracone & Draconetto, 737.d
Folloppa Venetis, 737.d
Farfalla, 235.d.259.c.261.c
Filandre, 680.f
Formica, 512.g
Fuſano quid, 5.d
Galauron, 226.f
Gargatone, 300.e
Gryllo, 442.h
Guardaſole, 192.g
Guffolo, 571.b
Inſetti, 3.c
Luciola, 494.e
Lucio, ibidem.
Lumbrici, 693.b
Mignatti, 279.b
Mignani, 279.b
Mignatta Romanis, & Hetruſcis, 271.d
Monietta, 373.a
Mordella, 542.
Moſca, 343.d
Moſca canina, 344.e
Moſca di perro, ibidem.
Moſcini, 344.f
Moſconi, 346.e
Muſcilioni, 361.b
Muſcone, 199.c
Paramoſche quid, 360.g
Parpaglia, & Parpaglione, 235.d.261.c
Pauiglione, 259.c
Pecchia, 44.f
Pedicello, 544.h
Pedocchio, 544.f
Pedocchio marino, 72.h
Pedocchieri, 546.g
Peſce cauallo Venetis, 737.d
Piatola, 544.a.501.b
Piatone, 544.g
Pigliamoſche quid, 360.f
Porcelletti, 632.h
Portapeſo, 452.h
Porta terra, 452.e
Poueia, 259.c
Pruſa, 714.f
Pulce, 563.c
Pulini, 545.c
Ragni, 602.c
Ruga, 265.b
Saltello, 410.e
Sanguettola Bononienſ. 721.d
Sanguiſuga, 721.d
Scarafaggio, 447.a
Scarafazzo, ibidem.
Scaraffon, 226.f
Schafferoni, 201.c
Schiani, 501.b
Sciancioni, 346.e
Scorpione, 574.f
Scorzeri, 680.f
Seta, 295.
Tafano, 375.c
Tagliadizzo, 472.
Tarma, 500.h.680.g.689.d
Tauanelli, 346.e
Tauano, 375.c
Tigna, 698.g
Tignuolo, 6.g.300.c.698.g
Verme, 640.f
Verme che rode il frumento, 300.e
Veſpa, 199.c
Vreſpa Bononienſ. ibid.
Viola, 470.g
Vua moſcatella, 89.b
Zanzara, 384.h
Zuccara, 571.b


## Gallica.


Agroueles, 710.g
Araine, 602.f
Bourdon, 193.d. 199.e
Bournal, 116.e
Brana, 407.d
Brigans, 545.a
Bughiera, 407.d
Calande, 300.e
Caphards, 501.b
Carenſon, 300.e
Cerfs volans, 450.h
Charbot, 447.a

Charree, 708.h
Chattepeleuſe, 300.e
Chenille, 264.h
Cheual Marin Maſſilienſibus. 737.d
Cheualot de mer. 738.e
Ciere, 116.h
Cigale, 308.g
Cloporte, 632.h
Cloſeporte, ibidem.
Crignondes camps, 445.h
Draconetto, 738.e
Eſcarbol, 447.a
Eſcroelles, 710.g
Fodimerda, 448.f
Frelons, 226.f
Froiſons, ibidem.
Froulons, ibidem.
Fullon, 193.d
Fourmi aut Furmis, 512.g
Grillondes, camps, 442.
Gueſpe, 199.c
Haneton, 448.e
Lucramba, 495.b
Morpions, 544 g
Manne, 372.h
Mouche, 199.c. 343.d
Mouche de chien, 344.e
Mouche fort picant qui moleſte fort los buefs & les vaches, 375.c
Mouche Gueſpe, 193.d
Mouche ſans aguillon, ibid.
Mouche claire, 494.
Mouſche luiſant de nuict. 494.e
Papilon, 235.d
Porcelet, 632.h
Pou, 544.f
Poulce, 563.c
Puneſes, 535.d
Rayon, de miel, 116.g
Sangue, 721.d
Sautarelle, 410.e
Scorpion, 574.f
Soye, 295.c
Tahon, 375.c
Teigne, 698.g. b. 689.d
Thiques, 561.b
Turo, 450.h
Ver. 640.f
Ver luiſant, 494.e
Vers de terra, 693.b

## Hiſpanica.

Abeia, 44.f
Abiſpa, 199.c
Achentabuei, 487.c
Alacran, 574.f
Alceda, 84.e
Animales Cenidos, 3.c
Arana, 602.e
Aranamuy ponzonoſa, 602.e
Brugo, 407.d
Caualinho marino, 738.e
Chimeſa, 535.d
Chiſmes, 535.d
Ciera, 156.h
Cigarra, 308.g
Cigaro, ibidem.
Cubillo, abadeio, 470.e
Eſcaranaio, 447.a
Eſcorpion, 574.f
Gaſantholes grandes, 410.e
Garapata, 561.b
Gorgoio, 300.e
Gryllo, 442.h
Guſano, 640.f
Guſanos de ſeta, 279.b
Guſanoche roe la madera, 689.d
Guſano con cuernos, 450.h
Hiez de Colmena, 84.e
Hormiga, 512.h
Logoſta di tiera, 410.e
Luciernega, 494.f
Lumbrizes, 693.d
Madixa, 285.b
Maripoſa, 235.d
Moſca, 343.d
Moſcarda que ahurexta las vacas oraſes, 375.
Moſquito de higos, 385.c
Moſquito de lagunas, ibidem.
Moſquito de loſque pican, 344.e
Moſquito de vini, 385.c
Moſca muychica, 344.e
Moſquilo, 384.h
Nyuue, 640.f
Oruga, 265.b
Panal de la miel, 116.e
Parauellhos, 535.d
Pioio, 544.f
Pulga, 563.c
Pulgon, 407.d
Rapacoua, 6.f. 501.e
Rezno, 561.b
Sanguiſſuila, 721.d
Seda, 295.c
Tauano, 375.e
Tauarro, 226.f
Tinna de las Colmenas polilla, 698.g
Veſpa, 199.e
Zangano de la Colmena, 193.d

## Germanica.

Agle, 721.d
Amensz, 512.g
Braem, 375.c. 384.h.
Braem hummel, 193.d
Cantharides, 470.e
Eertuuorm, 693
Fligen. 334.d
Floch, 563.c
Gauchkafer, 487.c. 470.e
Goldtuuorlin, 470.c
Graſuuorm, 265.b
Gryllen, 501.c
Gypſen, 710.e
Gytſen, ibidem.
Hauſeim, 442.h
Heimenmug, 442.h
Hermus, 226.f
Heuſchreck, 308.g. 410.e
Heymichen, 501.c
Holtsbock, 561.b
Holtzuuentle, 632.h
Holtzuuorm, 689.d
Horliſs. 226.f
Humel, 375.c
Hundts laus, 561.b
Huudtſmuck, 344.e
Hurnauſs, 226.f
S. Iohans kafer, 494.f
S. Iohans fliegen, ibidem.
Kaaskafer, 447.a
keller eſel, 632.h
Kerder, 709.b
Knoeſter, 487.c
Krautuuorm, 265.b
Lauſs. 544.f
Langerorenmitel, 635.b
Maſchen, 710.e
Meerroſs, 738.e
Meerſtern, 742.g
Meiland ſcher Kaefer, 470.e
Melder, 681.b
Meler, 693.b
Mertz, 720.f
Muck, 384.h
Muggen, 343.d
Muggfligen, 343.d
Mucheim, 442.h
Nachtmugk, 494.f
Onſerfrauen kule, 470.g
Pfeiffholter, 235.d
Pferdſuuubel, 226.e
Qualſter, 487.c
Querclem, 709.b
Rancker, 602.e
Regenuurm, 693.b
Rohaglen, 722.f
Roſsbraem, 775.c
RoſsKaefer, 447.a
RoſsmucK, 375.c
Rukle, 709.b
Rup. 265.
Schabbe, 698.g
Schrotter, 450.h
Scorpion, 574.f
Seeroeſsle, 738.e
Seyden, 295.c
Sommeruoglin, 235.d
Spinne, 602.e
Stabyſen, 710.e
Steinbyſſen, 709.b
Teldheim, 442.h
Tran. 193.d
Vivualter, 410.e
Vmb. 44.f
Vngeziffer, 3.c
Vvantzen, 535.d

Vuaſchs, 156.h
VVaſſergugen, 706.h
VVaſſerkalb, 720.g
Vaſſerlusz, 709.b
VVaſſerſchaben, 710.e
VVaſſerſpin 707.d
VVeſpe, 199.c.
Vurm. 640.f
Zack, 561.b
Zeiduuorm, 279.b

## Belgica.

Bie, 44.f
Bommel, 193.d
Boterſcheite Flandris, 235.d
Boteruliege, 235.d
Brem, 375.c
Calander, 300.e
Coevlige, 375.c
Capelleken, 235.d
Egeb. 721.d
Groenevliegen, 470.e
Holm. 193.d.
Hundtsluijs, 561.b
Honduliege, 344.e
Honichraet, 116.e
Horſele, 226.f
Honig. 115.d
Hondtvvorm, 689.d
Iil Hollandis, 721.d
Keiſers, 191.d
Krekel, 308.g.442.
Lake, 721.d
Langenooruuorm, 635.b
Luys, 544.f
Lyckelake, 721.d
Miere, 512.g
Motte, 698.g.
Mveſie, 384.h
Mugge, 334.d.384.h
Nacht krekel, 442.h
Nachtmugge, 494.f
Onſer Vvrouuen haxenen, 470.g
Ooruuorm, 570.e
Peerdevliege, 375.c.447.a
Pellarin, 235.d
Pieruuorm, 693.b
Piſſebedde, 632.h
Platluyſen, 501.b
Puyſtbyter, 307.a
Riſpe, 265.b
Rype, 265.b
Rombout, 302.g
Schalbotte, 447.a
Schalbyter, 447.a
Scorpioen, 574.f
Spaenſche vliegen, 470.e
Spinnekop, 602.f
Sprinckhaen, 410.e
Syde, 295.c
Syvuorm, 279.b.
Vliege, 334.d
Vligende hert. 450.h
Vlo, & Vloye, 563.o
VVaeſchluys, 535.d
VVandtluys, 535.d
VVas, 156.h
Vuaterſpinne, 707.d
Vvaterulo, 707.b
Vueſp. 199.c
Vyfuoet, 742.g
Vuorm. 640.f

## Anglica.

Bee, 44.f
Betell, 447.b
Blutſucker, 721.d
Botterflie, 235.d
Cheſelippe, 632.h
Doggeflee, 344.e
Cobuuebbe, 602.f
Dorre bee, 193.d
Dronne bee. 193.d
Emole, 512.h
Flee, 563.c
Fineflexee, 295.c
Flie, 343.d
Globert, 494.f
Gloeuuorme that sbynich' bynich, 494.f
Grat oorflye, 384.h
Graet fliebyting baeſtes, 375.c
Grat Vuaſpes, 226.f
Grashopper, 308.g
Greneuuorme venimouſe and shynin glik gold, 470.e
Hornettes, 226.f
Horſeflee, 344.e
Horſeleche, vel Horſelich, 721.d
Kind, 442.h
Locuſt, ibidem.
Louſe, 544.f
Mothe, 698.g
Nant, 512.h
Piſmire, ibidem.
Scorpion, 574.f
Seepadde, 732.g
Silke, 295.c
Spinder, 602.f
Sterrefyſche, 742.g
Vuaſpe, 199.c
Vuaxe, 156.h
Vuorme, 640.f
Vuormes offe, ethor in mantsbodij, 693.b
Vuormethat eatethuuode, 689.d

## Hungarica.

Baroni, 375.c
Bergetoe, 375.c
Daras, 199.c.226.f
Ellegy, 344.f
Eyel tuundoeck bogaratska vilantſo, 494.f
Fáterme fonijes es merges pocK. 470.e
Fenegobar, 375.c
Fereg, 640.f
Galisza, 693.b
Hangya, 512.h
Here, 193.d
Louoldeck, 235.d
Meh, 44.f
Mez, 115.d
Molzlij, 698.g
Oszifereg, 442.h
PnlozK ferog, 535.d
Poc, 602.f
PruutſocK, 308.
Saska, 410.e
Scorpio, 574.f
Seliem, 295.c
Tetuue, 544.f
TzimaK, 535.d
Vargo legy, 375.c
Viasz, 156.h
Zarhattobogor, 447.b
Zaruas, 447.b
Zu. 689.d

## Bohemica.

CzeruuycKrouue, 3.c
Mrauuency, ibidem.
Romari, ibidem.
Vviela, 44.f
Zuzaly, 3.c

## Illirica.

Guſinnici, 279.b

## Vuandalica.

VuasKis, 156.h

## Polonica.

ChrzaszcziK, Zelonyna, ies iente albo oldrzeuuie, 470.e
Czeruu, 193.d
Gliſti, 693.b
Guuogioim, 470.e
Ieduuab, 295.c
Kome szezipiaci, 375.c
Konck. 410.e

# INDEX:


KruuuK vuk obliliencach grz' ebaca, 447.b
Miod, 115.d
Motil, 235.d
MrouuKa, 512.h
Medzuuia deK, 574.f
Oſſa, 199.c
Paieczina, 602.f
PacK. ibidem.
Pl'usruua, 535.d
Pſciola, 44.f
Pſgia mucha, 344.e
PuauuKa, 721.d
RobacK, 640.f
RobacK drzeuuo uoierczăci, 689.d
SKorpion, 574.f
Suuierc, 442.h
Szarancza. 410.e
Szerszenie, 226.f
SzuuierezecK, 308.g
VVeſe. 544.f
Vuosk, 156.h


Hæc omnia, & ſingula à me dicta, & ſcripta, dicendaq;, & ſcribenda Correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ libenter ſubmitto.

Errata

# Errata in Latinis sic corrigito.

Fol.6.c.Blattis, lege Blatta,ibid.g.Pyrautam.l.Pyraustam, 26.c.æhtere,l.æthere,37.d.ore, l.ora,41.a.cunstis,l.cunctis,44.h.lex,l.sex,ibid.Fucis,l.Fuci,47.b.tractatu,l.tractu,65.b.sepiolo, l.Hepiolo, 66.g. cutant, l.curant, 75.c.ostrepit,l.obstrepit,88.h.fœcundia,l.facundia,91.a.aliquo,l.aliqua,123.a.vsus,l.vsum.135.b.ad,l.ab.137.e.libratam,l.libratum, 160.f.frusta,l.frustra,175.pectoris, l.pictoris,245.b.deorsum, l.dorsum,272.indulamenti,l.induramenti,290.f.mimis,l. nimis,292.g.alij, l.allij.308.h.nigro, l.nigra, ibid.cinereo, l.cinerea,317.d.Celianus, l.Aelianus,324.g.destrumuntur, l.destruuntur,323.c.qui, l.quæ, 33.b. adlaterans, l.adlatrans, 350.notandum inter figuras vnam describi penultimo loco quam pictor non expressit. item quæ postremo loco exprimitur non esse cuius datur descriptio. 352.h.appentissimas, l.appetentissimas,375.a.acerda, l.acerba,387.&, l.vt 390.imagis, l.magis,400.h.qui,l.quæ, 404.c.maximas, l. marinas, 422.h.contractu,l.contactu, 424.g.disertus,l. desertus,430.e.dominis, l.dominus,474.g.diem, l.locum,475.c.iniuxit,l.inunxit,478.e.hæ,l.hæc.488.h.subditium,l.susiditium,508.f.intellecta,l.intellectu,509.d.similitur,l.similatur,516.h.hus,l.has,521.d.melis,l.melius,539.b.fictulæ,l.fistulæ,558.veretrũ, l.veratrum,583.c.interfis,l.intensius,588.g.Serpentium,l.Scorpionum,605.a.solens,l.solers,615.d.atq; incubant,l.atq; pariunt, 618.g.oblectatata, l.oblectata, 631.b.ergo, l.erga, 634.f.inter, l.interim , 646.c. Matlulda, l.Mathilda,646.g.recluſſit, l.reclusit,650.g.ucurbitæ, l.cucurbitæ,675.d.vis,l.ius,684.h.rubris l.ruber,692.h.obsesosq; , l.obesosq;, 721.d.Elrota , l.Eliota, 722.g.digeri, l.digiti, 724.e.fui, l.sui, 731.b. propinanar , l.propinabat, ibid.c.exycratum , l.oxycratum, 734.f. hæ , l.hæc.740.f. veneni, l.venenum .

# Errata in Margine.

109.d.mel vsus,l.inclusus,135.b.fauus,l.fauor, 141.b.pluit, l.fluit, 189.b.cereæ , l.cereas, 285.potauit, l. portauit, 319.rores,l.rore,595.muta, l.mutua, 663.b.lumbi , l.Lumbrici, 679.Phalandij, l.Phalangij.

# Errata in Græcis.

4.h.ἀντομάτως , l.ἀυτομάτως,6.g.ϛήτες , l.σῆτες , 96.f.ὣς , l.ὡς, 104.g.Κοῦρον ποπλανίλω, l.Κοῦρον ἀποπλανίλω,108.c.συγιρίνεις,bis,l.συγκρίνεις,120.h.Μῆα, l. Μυῖα , 181.c.ωὐδιώλεσε, l.μένσε διωλεσε,195.a.ἐν οὖις, l.ἐν οἷς, ibid.d. γδι bis, l.γὰρ , 197 b.ξαυήονας, l. ξωήονας, ibid. ξωιονας , l.ξωνονας,201.a.ἐπιρραγεεσαι, l.ἐπιῤῥαγέεσα, 217.d.δυσκυλώτερον , l.δυσκολώτερον , 222.g. ἀμήδεται, l. ἀ μήδεται , 259.a.ψυκῆ, l.ψυχῇ. 316.g.ἄτρει, l.ἄζει, 317.a.πολοσέφεος , l.πολυσέφεος, 318.f. εφετρόμενος, l.ἐφεζόμενος, 321.c.γδι, l.γὰρ.323. b. Ὥραν, l.Ὡρᾶν , ibid. νινσπὶ , l.νιν ἐπὶ, 328.f.τορχίας , l.τοργίας , 331.b.λαχαγεῦσαν, l.λαλαγεῦσαν, 352.g. φάτας αρηϊφῶτους , l. φῶτας ἀρηιφάτους , 360.f.Μυιοδήρας, l. Μυιοδήρας , 361.b.δεδίομεν , l.δείδομεν. ibid.c. σῶ δὲ περικλῦ μενὸς νηλιοσῶρτο νεεσθαι , l. Νῶ δὲ περικύμενος νηλιὸς ὦρτο νέεσθαι , 379.c.κοόλης, l.κοίλης, 383.b.σκίπας, l.σκνίπας , 393.b.νκωαπεὼν , l.κωαπεὼν , ibid. c.ὀποδοειδῆ , l.ἀποδοειδῆ , 426.g. ἐξαίφρης , l. ἐξαίφνης , 460.h.ἀπίπελος , l.ἄμπελος, 485.b. ἰκ, l. ἐκ, ibid. πύαγεμω , l.πόαγέμεν , 507.b.προλελοιπότες , l. προλελοιπότες οἰκους , ibid. Ατρυτον, l. Ἄτρητον , 597.b.ἀρκίδας , l. ἀκρίδας , 640.g. μυχτῆρι , l. μυκτῆρι , 644.e. Σκιολικοειδὴς , l. Σκωληκοειδὴς , 649. ἔλμινδες, l. ἕλμινθες , 650.c. ἀδωάτες , l. ἀδωάτοις , 692. f. Θρεπόφαγος, l. Θριποφαγος .

Summa

# Summa Priuilegij S. Cæsareæ Maiestatis:

PRiuilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis cautum est, ne quis aliquam historiarum Vlyssis Aldrouandi Bonon. quæ agunt de animalibus, & per cõsequens, etiam de Insectis (quæ sunt animalia exanguia) in toto vel in parte absq; voluntate & proprio authoris, aut eius hæredum consensu, intra decennium recudat, aut alibi recusam vendat, sub pœna, quotiescunq; deprehensus fuerit, priuationis omnium librorum, & decem marcharum auri puri, prout latiùs patet in dyplomate Cæsareo dato in arce regia Pragæ, die prima Aprilis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

## Rodulphus Imperator.

Rodulphus Coradutius.

*Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium.*
*Io: Barnitius.*

# REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy.

Omnes sunt Terniones, præter Yyy, quæ est Duernio.




BONONIÆ,

Apud Io. Baptistam Bellagambam. 1602.

CVM CONSENSV SVPERIORVM.

Univerzitetna knjižnica Ljubljana



INDIANA MILL LIBRARY
TW
1454

bat. Tanquam ouis ad
occisionem ductus est: et
sicut agnus coram tondente
se sine uoce. sic non aperu
it os suum. In humilitate
iudicium eius sublatum est:
generationem eius quis enar
rabit? quoniam tollatur de
terra uita eius. Respondens autem
eunuchus philippo dixit.
Obsecro te de quo propheta
dicit hoc? de se an de alio
aliquo? Aperiens autem phi
lippus os suum: et inci
piens a scriptura ista eu
angelisauit illi ihesum.
Et dum irent per uiam: ue
nerunt ad quandam aquam.
Et ait eunuchus. Ecce
aqua: quis prohibet me bapti
sari? Dixit autem et phi
lippus. Si credis ex toto
corde licet. Et respondens ait.
Credo filium dei esse ihesum
xpm. Et iussit stare cur
rum. Et descenderunt uterque
in aquam philippus et eu
nuchus: et baptisauit
eum. Cum autem ascendissent
de aqua spiritus domini rapuit phi
lippum: et amplius non uidit
eum eunuchus. Ibat autem
per uiam suam gaudens. Phi
lippus autem inuentus est
in azoto: et pertransiens
euangelisauit ciuitati
bus cunctis. donec ueniret
cesaream: nomen domini nostri
ihesu xpi. Gradus. Hec dies quam
fecit dominus exultemus et letemur
in ea. Ve. Benedictus qui uenit
in nomine domini deus dominus et illuxit
nobis. Alleluia: In die resurrectio
nis mee dicit dominus precedam
Luos in galileam. Sequentia.
Laudes deo concinat orbis
ubique totus qui gratis est libe
ratus. Per summi patris indul
gentiam qui miserans quod genus
humanum casu succubuit ue
terano. Misit natum suum in terras
Ut sua dextra iacentes leuaret
poli restitueretque patrie. Hic ergo
genitus illibate matris uero. Hic
uixit solus homo absque neuo
et sine dolo. Coluber ade ma
le suasor. Quem sua non infecit
fraude. Cum ipse carnis ex
esca petita auide. Delusus ho
mo deitatis uictus est in euum.
Igitur omnes quibus princeps huius
seculi. Que sibi placita sunt